FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA

Universidad de ...
Facultad
Historia del Dr.
Estante N
Tabla 85
Número 11

BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA
B
50
60

R. 38.814

Dn. JASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM
IVRIS

Volumen III. & IV.

CVM ADDITIONIBVS ET NOTIS
Dn. FRANCISCI BECII IN SVMMO MONTISFERRATI SENATV PRÆSIDIS; ET HIERONYMI Zanchii ICti clariſſimi.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA EXCVSA, ET AB INnumeris mendis repurgata, allegationibus item à textu characterum varietate diſtinctis.

CVM SVMMARIIS ET INDICE RERVM, AC MATEriarum locupletiſſimo.

9/D. 142-71

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

Cum gratia & priuilegio Sac. Cæſar. Maieſt. ad decennium.

FRANCOFVRTI,
Typis Matthiæ Beckeri, ſumptibus vero Rulandiorum.

ANNO M. DC. XI.

CONSILIORVM
siue
RESPONSORVM D. IASONIS MAYNI MEDIOLANEN. IVRECONSVLTI PRÆSTANTISSIMI AC CELEBERRIMI
Volumen tertium.

CONSILIVM I.

THEMA.

NOBILES Viri Domini Manfredinus & Raynaldus fratres de Becharia inueſtiti fuerunt in feudum de certis terris ab Illuſtriſſimo Duce Mediolani pro ſe, & eorum filiis, & deſcendentibus in infinitum, ita quod tale feudum ſapiat naturam feudi antiqui, paterni, nobilis & gentilis. Mortuus eſt dictus Dominus Manfredinus, relictis poſt ſe pluribus filiis legitimis & naturalibus. Deinde mortuus eſt Dominus Raynaldus, nullis relictis filiis legitimis & naturalibus. Vnde exorta eſt controuerſia, ad quem ſpectare debeat portio feudi ipſius Domini Raynaldi, an ad filios fratris, & ſic ad agnatos tranſuerſales: an vero reuerti debeat ad Ducalem Cameram?

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum dicitur, quod eſt de nouo acquiſitum, & non habuit initium ab aliquo ex anteceſſoribus ſeu progenitoribus, qui fuerit communis ſtipes.*
Feudum paternum illud dicitur, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis, alias dicitur feudum nouum. nu. 1.

2 *Frater in feudo nouo, quod habuit initium tantum à fratribus, non ſuccedit fratri decedenti, & multo minus ſuccedunt nepotes ex alio fratre, nec alij agnati tranſuerſales, niſi in inueſtitura expreſſe fuerit dictum, quod frater fratri ſuccedat.*
Feudum. In feudo nouo, quod initium tantum habuit à fratribus, non ſucceditur fratri. vide ver. frater.

3 *Feudum ſi ſit conceſſum cum illis verbis,* quod ſortiatur naturam feudi antiqui, paterni & auiti, *agnati tranſuerſales admittuntur perinde ac ſi feudum eſſet paternum. intellig. vt num. 4. 6. 7. 11. & ſeqq. & maxime nu. 14. & 18.*

4 *Feudum reuera nouum non efficitur antiquum, per illa verba,* tanquam paternum & auitum, *adiecta in inueſtitura.*
Verba illa, quando aliquis eſt inueſtitus pro ſe & hæredibus ſuis, *adiectis illis verbis,* tanquam de feudo veteri & antiquo, *non operantur, quod ſuccedant illi agnati, qui alias non ſuccederent in feudo nouo. ſed ſolum in antiquo. & nu....*

5 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina, vnum & idem ſtatutum, & non ſolum eadem eſt diſciplina, ſed etiam eadem eſt potentia.*

6 *Feudum ſi ſit paternum & antiquum, tamen propter nouam inueſtituram, in qua etiam dicatur, quod de nouo inueſtitur, non efficitur feudum nouum, ſed remanet antiquum & paternum.*

7 *Verba illa,* quod feudum ſortiatur naturam feudi antiqui & paterni, *appoſita in inueſtitura, faciunt, vt agnati tranſuerſales admittantur, quando eſſent appoſita ſimpliciter & abſolute: ſecus quando ſunt appoſita cum limitat. perſonarum. & nu. 23. vbi declaratur.*

8 *Incluſio certarum perſonarum debet eſſe aliarum excluſio. & nu. 23.*

9 *Feudum quando reuera eſt antiquum ſeu paternum, tunc in tali feudo ſuccedunt etiam agnati tranſuerſales excluſo domino.*

10 *Feudum quando eſt nouum ſimpliciter & abſolute, tunc in tali feudo non ſuccedunt agnati tranſuerſales.*

11 Feudum. In feudo, quod est simpliciter & absolute nouum, quamuis non succedunt agnati transuersales, quia hæc est natura feudi noui, tamen secus est, quando per verba apposita in inuestitura alterata est natura ipsius feudi noui. & nu. seq.

12 Tenor inuestituræ ante omnia est inspiciendus, quia derogat omni iuri, & omni naturæ feudali, & ibi late exornatur.

13 Feudum. A feudi natura receditur propter pacta & conuentiones.

14 Feudum, quando reuera est nouum, tamen in inuestitura dicitur, quod tale feudum sit antiquum & paternum, tum certe istud feudum censetur esse antiquum, & de eo iudicatur, vt de feudo antiquo & paterno, & consequenter in eo admittuntur illi, qui admitterentur in feudo, quod reuera esset antiquum & paternum.

15 Feudum. Verba illa posita in concessione feudi tanquam de feudo antiquo vel paterno, non probant feudum antiquum, quando persona inuestiens est prohibita de nouo infeudare.

16 Princeps potest alterare naturam feudi, & facere, vt sit transitorium in fœminas. & n. 18.

17 Opinio. Propter singularem opinionem alicuius Doctoris non est à communi opinione in iudicando recedendum.

Opinio. Quando sunt diuersæ opiniones Doctorum, standum est illi opinioni, quæ plurium Doctorum testimonio comprobatur. nu. 17.

18 Dictum Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat.

19 Feudum. in feudo nouo concesso duobus fratribus, quanquam alias vno ex fratribus decedente sine liberis, eius pars reuertatur ad dominum, tamen non habet locum in feudo concesso ab imperatore vel ab alio principe non recognoscente superiorem, vbi est locus iuri accrescendi.

20 Ius accrescendi non habet locum in contractibus. fallit vt ibi.

Imperator duos fratres de eodem feudo inuestiuit, vno sine prole defuncto, portio sua non reuertitur ad dominum, sed ad confratrem: secus esset, si de feudo essent inuestiti per inferiorem à principe. num. 20.

Dux Mediolani in terris suis idem potest quod Imperator in suo imperio.

Feudum est beneficium.

Interpretatio latissima in beneficiis fieri debet contra principem concedentem. nu. 22.

Verba debent semper sic intelligi, vt aliquid operentur etiam trahendo ad improprium significatum, & non solum clausula, imo etiam quodlibet minimum verbum non debet esse sine virtute aliquid operandi. & n. seqq. vbi hoc ampl.

Verba contra naturam suam late interpretantur, quando alias redderetur dispositio elusoria, & hoc procedit etiam in materia pœnali.

Argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris communis tunc sumitur, quando lex vel statutum in sensu recto nihil operatur.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN ista quæstione feudali visis & accurate pensatis subtilissimis motiuis redditis in fauorem ducalis cameræ per magnificum Iurisconsultum do. Bernardinum de Aretio, nec non visis congruis & oportunis responsionibus accommodatis per præstantissimos vtriusque censuræ Doctores, qui pro istis nobilibus de Becaria consuluerunt, ego, vt magis veritati locus pateat, assumptis hincinde deductis, arguam pro vtraque parte: deinde ponam, quid mihi de iure tenendum videatur. ¶ Inprimis pro ducali camera facere videtur, quod tale feudum sit ad eam deuolutum, exclusis dictis agnatis transuersalibus. Nam tale feudum est feudum nouum: † quia est de nouo acquisitum, & 1
nõ habuit initium ab aliquo ex antecessoribus, seu progenitoribus, qui fuerit communis stipes, *cap. 1. quot testes sint necessar. ad proband. inuest. declarat Bald. in præluditis feudorum, in 3. & 5. diuisione. & in c. 1. §. hoc quoque. de succes. feud. & idem Bal. in c. 1. per illum tex. de grad. succe. in feud.* vbi dicit Bal. melius probari in illo text. quam alibi, quod illud dicatur feudum paternum, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis, alias dicatur feudum nouum. *& idem Bal. in l. 1. in 4. q. ff. de ver. diuis.* dicit, quod illud est feudum nouum, quod non prouenit à linea vel successione progenitorum. *& idem Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertull. do. Alex. in cons. 30. incipi. Quoniam omne datum optimum. in 3. col. & seq do. Fran. de Are. in cons. penul. incip. Magnifici & excelsi domini. & est gloss. 25. q. 2. in c. quæcunque. super ver. nouum.* Clarum est autem, quod in feudo nouo, quod habuit initium tantum à fratribus † vni 2
fratri decedenti non succedat alius frater: & multo minus nepotes ex alio fratre, nec alii agnati transuersales, *vt est tex. in c. 1. in §. fi. de suc. feu. & in c. 1. de benefic. frat. & in c. 1. §. cum vero Corradus. qui feu. dar. poss. & in c. 1. §. is vero. de gra. succ. in feu.* Nisi in inuestitura fuerit expresse dictum, quod frater fratri succedat: *vt dicit tex. in d. c. 1. §. fi. in ver. expreßim. de suc. feu. & in d. c. 1. §. cum vero Corradus. in ver. nominatim. & tex. in c. 1. in fi. de duob. frat. à cap. inuesti. & in c. 2. de feud. march.* ¶ Nec prædictis obstat, si diceretur, quod prædicta procederẽt, quando feudum esset simpliciter nouum, sed cum in inuestitura sint apposita illa verba, quod tale feudum sortiatur naturam feudi antiqui † paterni & a- 3
uiti, certe per talia verba videtur, quod agnati transuersales admittantur, sicut si feudũ esset paternum, *c. 1. §. is vero. de gra. suc. in feu. & ita tenet Bal. in c. 1. de alien. feu. pat. & Iac. Alua. in c. 1. de vasal. decrep. æt.* quia ad hoc põt dupliciter respõderi: Primo, q̃ quãdo feudũ reuera est nouũ, licet in inuestitura adiiciãtur illa verba, *tanquã † antiquũ & paternũ*, certe talia verba rei ve- 4
ritatẽ nõ immutãt. *Ita tenet Ol. Lau. in cõs. 178. inci. factũ tale est: quidã nobilis, & c. motus arg. l. si forte. ff. de castr. pec. & eorũ quæ not. in l. si donatione. C. de coll. Idẽ tenet Paul. de Cast. in cons. 154. inci. quod istud feudũ.* vbi concludit, q̃ si aliquis fuit nouiter inuestitus pro se & hæredibus suis, adiectis illis verbis, sc. *tanquam de feudo veteri & antiquo*, quod illa verba non operantur, quod succe-

dant

dant illi agnati, qui alias non succederent in feudo nouo, sed solum in antiquo. Et probat Pau. de Cast. quia d. vasallus recipiens non potuit acquirere nisi pro se & hæredibus suis. Imo si expressam mentionem fecisset de agnatis, haberẽtur pro non adiectis, sc. illi, ad quos feudum de sui natura non transibat, *alleg. l. si mihi & Titio. ff de verb. oblig.* nisi nomine illorum recepisset tanquam eorum procurator, vel negotiorum gestor, & secuta esset hoc vltimo casu ratihabitio, *l. si ego. & l. penult. cum ibi notatis. ff. de negot. gest. Idem videtur sequi D. Alex. in cons. 375. inci. Ponderatis his, quæ in themate narrantur. in 2. col. & est in 3. vol. consil. suorum. in cons. 10.* ¶ Ista possunt optime confirmari:
5 quia contrariorum eadem †debet esse disciplina, *l. 1. cum vulg. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur.* Item contrariorum vnum & idem est statutum. *ita not. Bal. in ca. cum venissent. in vl. col. de iud.* Itẽ contrariorũ nõ solũ eadem est disciplina, sed ẽt eadẽ est potentia, *ita no. Bal. in l. ab emptione. per illũ tex. ff. de pact.* Sed nos videmus in casu
6 contrario, quod si feudum reuera sit paternum †& antiquum, licet de nouo inuestiatur, tamen propter nouam inuestiturã, licet in ea dicatur, quod de nouo inuestitur, non propterea feudum efficitur nouum, imo remanet antiquum & paternum, *tex. est in c. 1. & ibi Bal. & alij ad hoc not. de vasall. decrep. æt. & tex. in c. 1. & ibi Iac. Alua. ad hoc not. in tit. an agna. vel fil. & tex. in c. 1. de eo qui fin. fecit agnat. gl. in c. quæcunque. 25. q. 2. Bal. in l. 1. in 15. q. ff. de re. diui. idẽ Bal. in c. 1. in 1. col. de eo qui sibi & hær. mas.* ¶ Secundo principaliter potest responderi, quod illa verba, ꝙ tale feudum sortiatur naturam feudi antiqui & paterni, apposita in præsenti inuestitura facerent, quod agnati transuersales admitterentur, quãdo essent apposita simpliciter & absolu-
7 te: sed †in casu isto sunt apposita cũ limitatione personarum, sc. pro se, filiis & descendentibus in infinitum. vnde limitata causa limitatum producit effectum, *l. age. C. de transact. l. in agris. ff. de aquiren. rer. dom.*
8 Item certarum personarum †inclusio debet esse aliarum exclusio, *l. cum prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de procur. c. nonne. de præsumpt. Et ad hoc accedat doctrina Iac. de Beluis. & Modern. in cap. 1. de eo qui sibi & hæredib. suis masculis. Ad idem bene facit quod dicit Bald. in l. final. in 2. colum. C. de suis & legit.* vbi dicit, quod si duo fratres acquirant feudum de nouo, quod vnusquisque videtur prospexisse sibi & suis descendentibus, non autem transuersalibus: adeo quod si vnus eorum decederet sine hærede legitimo, pars sua reuerteretur ad dominum feudi, *cap. 1. §. sin autem. de his qui feudum dare poss.* Ista sunt in effectu & in substantia principaliora fundamenta, quæ adduci possunt in fauorem ducalis cameræ. ¶ Sed præmissis non obstantib. cõtrariam opinionẽ arbitror esse de iure veriorem, quod ad partem feudi domini Raynaldi admitti debeant nepotes ex fratre, & sic isti agnati transuersales, exclusa ducali camera. Ad ita tenendum moueor ex infra scriptis mediis, ex quibus apparebunt claræ responsiones ad ea, quæ superius in oppositum adducta fuerunt. ¶ Et pro habenda veritate præsentis causæ considerandi sunt in ista materia tres casus. ¶ Primus est, quando feudum reuera est antiquum, seu paternum, quod in tali feudo etiam
9 agnati † transuersales succedunt exclusa domino: & hoc est indubitatum, *cap. primo. §. is vero. ff. de grad. succes. in feud.* ¶ Secundus casus est, quod quando feudum est nouum simpliciter † & absolute, & in 10
tali feudo nouo non succedunt agnati transuersales, *capitulo primo. §. finali. de succes. feud. cum aliis iuribus concordantibus supra in principio allegatis.* & iste casus etiam est indubitatus. ¶ Tertius casus est, quando feudum, licet sit de nouo acquisitum, tamen non est simpliciter & absolute nouum, sed cum illa qualitate, vt habeat naturam antiqui & auiti feudi: Et iste est proprie casus noster, in quo proprie consistit prælens dubitatio, nunquid agnati transuersales admittantur propter illa verba, vt sapiat naturam feudi antiqui, prout admitterentur, si reuera esset antiquum vel paternum: an vero reuerti debeat ad ducalem cameram, attento, quod reuera est nouum: item attento, quod est limitatum respectu personarum, scilicet, pro se, filiis & descendentibus in infinitum. Et in isto tertio casu, qui de directo attingit casum nostrum, teneo, quod isti agnati transuersales excludant ducalem cameram. Moueor quatuor principalibus fundamentis. ¶ Primo moueor: † quia licet in feudo, quod est simpli- 11
citer & absolute nouum non succedant agnati transuersales; quia ista est natura feudi noui, vt in iuribus supra pluries allegatis, tamẽ secus est, quando per verba apposita in inuestitura alterata est natura ipsius feudi noui, prout contigit in casu nostro, adiiciendo illa verba; quod sapiat naturam feudi antiqui & paterni. [a] Nam ista est vna maxima in a
feudis, quod ante omnia inspiciendus † est tenor 12
verborum inuestituræ, quia derogat omni iuri, & omni naturæ [b] feudali. *textus est in cap. primo. in verb.* b
propter tenorem inuestituræ. de duobus fratribus à capit. inuestit. & ibi Bald. notat & dicit esse egregium text. quod tenor inuestituræ derogat omni feudorum naturæ: quod est tenendum menti secundum eum; *& idem notat Bal. in l. vnica. §. sed & si quis. 2. C. de Latin. liber. toll. Alibi Bald. in c. 1. §. denique. in 1. col. quæ fuit prima causa benef. amitt.* dicit, quod forma inuestituræ est præcisa, à cuius tenore non est recedendum, *allegat text. in d. c. 1. de duob. fra. à cap. inuestit. Alibi Bald. in l. quoties. in 2. col. C. de suis & legiti.* dicit, quod in feudis regula generalis tradi solet: sermonem inuestituræ, nec non vim & sensum verborum esse intuendum; & quod in feudis qualitas verborũ inspicitur: quia verba contractus sunt forma contractus, & forma dat esse rei, *l. Iulianus. §. quæsitum. ff. ad exhibendum.* Alibi dicit Bald. *in prælud. feud. in 18. col. in 4. doctrina.* quod ad tenorem inuestituræ semper est recurrendum: quia vim contractus ostendit, *d. c. 1. de duo. fratr. à cap. inuest. & ca. si cui. de quibusdam al. cap. extraord.* vbi dicit text. sermonem tamen inuestituræ, nec non verborum & sensum contrahentium intuentes, & eum refert & sequitur do. Mart. Laud. *in cap. 1. in prin. in 1. col. qui feud. dar. poss.* Et per istam notam Bal. dicit, quod ista est vna maxima in feudis, quod ante omnia inspiciendus est tenor inuestituræ: quia derogat omni iuri feudali. Idem dicit Io. de Ana. *in cons. 7. incip. Visis & ponderatis. in 2. col. & in consil. 37. incipiente, Viso puncto. & in consil. 84. incipiente, Videndum est de virtute renouationis. in 1. colum.* Item † à natura seu substisten- 13
tia feudi propter conuentionem & pacta receditur: secundum Bal. *in cap. 1. in 1. colum. de feud. non habe. propriam naturam feudi. Petr. de Anchara. in consilio 170. incipiente, Casus talis est, quidam dominus Ricobonus.* ¶ Se-

cundo principali fundamento moueor. Nam vera & communis conclusio est, quod quando feudum
14 reuera est nouum, † tamen in inuestitura dicitur, ꝙ tale feudum sit antiquum & paternum, certe istud feudum censetur esse antiquum, & de eo iudicatur, prout de feudo antiquo & paterno, & consequenter in eo admittuntur illi, qui admitterentur in feudo, quod reuera esset antiquum & paternum *ita expresse tenet Bal. in c. 1. in 1. col. de alien. feu. patern.* vbi dicit, quod si rex concedit mihi castrum nomine & iure antiqui feudi possidendum, quod licet sit nouum
c feudum, tamen assumit qualitatem c feudi paterni, *arg. l. quicunque defectum. C. de om. ag. des. lib. 10.* & sic poterit alienari in proximiores agnatos, quod est notandum secundum eum, & sequitur ibid. do. Marti. Laud. Idem tenet Bal. *in c. 1. an agna. fi. Iac. Alua. in c. 1. de vasal. decrep. at. & in c 1. §. 1. de gradi. succe. in feud. do. Alex. in cons. 30. incip. Quoniam omne datum optimum. in 3. col.* Bene facit quod dicit idem Bal. *in c. 1. §. hoc quoque. in vltimis verb. de succ. feu.* vbi dicit, quod in feudis solent apponi hæc verba, *in feudum paternum & antiquum*, vt omnes cessent dubitationes, quod est tenendum menti secundum eum. Et ab ista opin. quæ est communis, temerarium esset in iudicando recedere: per ea quæ tradit Bar. *in l. fi. C. de pœn. iud. qui mal. iud.* Eandem opin. si subtiliter consideretur, voluit Bald. *in prælu. feu. in 16. col.* inquantū tenet, quod quando sumus inter personas prohibitas de nouo infeudare,
15 vt est episcopus vel prælatus ecclesiæ, † ꝙ talia verba, tanquam de feudo antiquo vel paterno, vel quia antecessores ab antiquo possederunt, non probant ꝙ sit antiquum feudum, nec talia verba inducūt feudum esse antiquum: eo quia cum tales personæ ecclesiasticæ non possint libere disponere super feudo nouo: ergo talia verba videntur apposita in fraudem legis. *l. qui testamentum. ff. de proba.* & sic non probant nec disponunt, *l. si forte. vbi Bar. ff. de castren. pecu.* secus est secundum Bal. quando esset in potestate enuntiantis nouum formare factum: quia tunc per talia verba nouum substantiaretur negotium, alleg. l. *Lucius. §. quisquis. ff. de leg. 2. & l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 3. & l. ex hac scriptura ff. de dona.* Ergo vult clare Bald. quod rex vel princeps, qui potest libere concedere feudū, si in concessione feudi apponat illa verba, *iure antiqui & paterni feudi*, quod per talia verba feudum substantietur secūdum formam antiqui feudi. Et illam decis. Bal. sequitur do. Mart. Lau. *in c. 1. in prin. in 7. col. qui feu. dar. poss. in vers. 3. diuisio. Idem tenet Io. de Imol. referens Card. ita consuluisse in c. 2. in antepen. col. de feud.* Et
d idem in prælato ecclesiæ, qui non potest d libere disponere, quod illa verba, *iure feudi antiqui*, non operentur, tenuit do. Alexan. *in prælegato cons. 375. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur, quod est in 3. parte consil. suorum, cons. 10.* Confirmatur ista doctrina alio
16 simili. Nam princeps † potest alterare naturam feudi, & facere, vt sit transitorium in fœminas, *capit. 1. §. filia. de succes. feud. c. 1. §. ad filias. de grad. succe. in feu. & c. 1. de duob. frat. à cap. inuesti.* & tamen prælatus ecclesiæ istud facere non posset, prout concludit Iacob. Aluar. post Iacob. de Beluis. *in cap. 1. in princip. in vltim. colum. qui feud. dar. poss Io de Imo. in cap. 2. in penult. colum. de feud.* ¶ Ab ista communi sententia inuenio solum discrepare Oldrad. Laud. *in consil. 178. incipien. Factum tale est, quidam nobilis, &c.* quem superius retuli, vbi tenet, quod quando feudum reuera est nouum, licet in inuestitura adiiciantur illa verba, tanquam antiquum & paternum, certe talia verba rei veritatem non immutant, *arg. l. si forte. ff. de castren. pecu. & eorum quæ notantur in l. si donatione. C. de collation.* ¶ Ad istam authoritatem Oldr. qui solus discrepat à communi, dupliciter respondetur: Primo, quod propter singularem opinionem alicuius Doctoris non est à communi † opinione in iudicando recedendum: e 17
secundum Bal. in l. 1. in fin. ff. de senatorib. & dicit dom. Alex. e *in consil. 237. incipiente, Visis processibus circa lites. in 2. col. ad fin.* quod præsumitur per imperitiam iudicare illum, qui inhæret singulari opinioni, relicta communi sententia. Item si essent diuersæ opiniones Doctorum, standū est in iudicando illi opinioni, quæ plurimorum Doct. testimonio comprobatur. *tex. est in l. 1. vers. & sane. & ibi Bald. ad hoc not at. ff. de offic. quæst. & text. in c. nouimus. ibi, opinio à pluribus approbata. & ibi do. Anton. de But. ad hoc not. ff. de verbor. signif. & text. in cap. de induciis. ibi, in quo plurimi concordant, 3. quæst. 3.* Secundo & subtilius respondetur ad istam authoritatem Oldr. quod ex quo dictum Doctoris debet † in- 18
telligi secundum leges, quas allegat, *vt inquit Bart. in l non solum. §. si liberationis verba. ff. de liber. leg. Saly. in l. si ex cautione. in 10. col. C. de non nu. pec. Ioan. And. in cap. cum nuntius. de testib. & Oldra. alleg l. si forte. ff. de castren. pecu. & not. in l. si donatione. C. de coll.* Certe illa iura loquuntur in personis, quæ non possunt libere actum facere, in quibus talia verba nihil operantur: & de illis debet intelligi, vt loquitur Oldra. Secus ergo est in casu nostro in principe, qui potest in bonis feudalibus libere disponere pro libito voluntatis: Ergo si disponat, quod feudum sortiatur naturam antiqui feudi, certe talem naturam consequetur. ¶ Non obstat authoritas Pauli de Castro f *in consil. 54. incipiente,* f
Quia istud feudum. superius in contrarium allegata: quia respondetur, quod posito, quod Paul. de Cast. verum diceret: quod pendet à proxime dictis, tamen aduertendum est, quod Pau. de Cast. principaliter fundatur in illo fundamēto: quia recipiens inuestituram feudi non potuit acquirere nisi pro se & hæredibus suis: vnde etiam si expressam mentionem fecisset de agnatis, haberentur pro non adiectis, cum ad eos feudum sui natura non transiret, *l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.* Sed in casu nostro cessat tale fundamentum; quia in casu nostro non agitur de acquirendo feudum agnatis transuersalibus vigore alicuius stipulationis factæ per recipientem inuestituram, sed ex eo, quia princeps ordinauit, quod tale feudum habeat naturā feudi antiqui & paterni, vt superius satis fuit demōstratum. Concludo ergo ex prædictis veram esse & communem sententiam, à qua nullatenus est in iudicando recedendum, quod quando princeps concedit aliquod feudū, adiecta illa clausula, ꝙ tale feudū habeat naturā feudi antiqui & auiti, ꝙ tale feudū iudicatur vt antiquum & auitum, & in eo admittuntur illæ personæ, quæ alias admitterentur in feudo antiquo & auito, & consequenter admittuntur agnati transuersales. ¶ Tertium principale fundamentum pro ista parte facit. Nam licet alias in feudo nouo concesso duobus fratribus, vno ex fratribus decedente sine liberis eius pars reuertatur † ad dominum, 19
cap. 1. de duobus fratri. à cap. inuestit. cum aliis iuribus supra
in prin.

in principio ad hoc allegatis. tamen fallit in feudo conceſſo ab Imperatore, vel ab alio principe non recognoſcente ſuperiorem, vbi eſt locus iuri accreſcendi: g *per tex. in l.1.& ibi ſentit Bar.C.ſi ſoci.impe.libe.lib.10. Et ita expreſſe tenet notabiliter Bal.in l.vnica.§.in primo.C. de cad.toll.& in c.1.de fra.de no.benef.inueſti.& ibi Aluaro. Idem tenent Raph.Com.& Pau.de Caſt.in l.ſi mihi & Titio. ff.de verb.obli. D.Alex.in conſ.30.inci. quoniam omne datum optimum.in 4.col.Ita etiam tenet notabiliter Ang.in l.vnica. poſt Cy.ibi.C.quan.non pet.par.* vbi formaliter dicit Angel. quod in contractibus ius accreſcendi non vendicat ſibi locum *d.l.ſi mihi & Titio.* † Fallit ſi duo ſint ſocii liberalitatis imperialis: quia vno deficiente vocatur alter ad partem defectam, *d.l.vnic.C.ſi ſocius imper.liber.lib.10.* Et ideo ſecundum Ange. ſi Imperator duos fratres de eodē feudo inueſtiuit, vno ſine prole defuncto, portio ſua nō reuertitur ad principem, ſed ad confratrem: *vt in c.1.de duo.fra.de eo.ben.f.inueſt.* Secus autem eſſet, ſi de feudo eſſent inueſtiti per inferiorem à principe: ſecundum Petr. & Cyn. ita ibi formaliter dicit Ang. Sed ita eſt, quod illuſtr. Dux † Mediolani h in terris ſuis idem poteſt ſicut & Imperator: *ſecundum Ang.in conſ.127. incip. In cauſa accuſationis.in 2.col.& Pau.de Caſt.in conſ.225.inci.Super primo dubio videtur dicendum.* Sicut etiam rex in regno ſuo eſt imperator, & poteſt omnia libere in ſuo regno ſicut imperator: *ſecundum Bal.in proœm.decret. in 4.& 5.col. poſt Archi.in c.conſtitutio. 2. diſt.* Quarto & vltimo pro iſta parte facit; quia preſens queſtio eſt in cauſa feudali, ſed feudum † eſt beneficium, *c.1.§.ſi in quib.cauſ. feud.amitt* Sed in beneficiis debet fieri latiſſima interpretatio contra principem concedentem. i *l.fina. ff.de conſt.princ.c.olim tibi.de verb.ſig. c.cum dilecti.de don. & l.ſi.circa med.vbi tex.notab. C.de præpoſ.argent.in rebus. lib.12. Bart. in l. ſi quando. 1. C. de bonis vac. lib.10.* ¶ Per iſta quatuor fundamenta concludendum reſtat in fauorem iſtorum nobilium de Becharia, quod in parte feudi domini Raynaldi de iure admitti debeant iſti agnati tranſuerſales, excluſa ducali camera. Et ex iſtis quatuor fundamentis apparent reſponſiones fundamentis ſuperius in contrarium adductis, quibus etiam ſupra particulariter reſpondi. Solum reſtat k in ſpecie reſpondere ad vnum fundamentum ſupra adductum, quod quando feudum ſimpliciter fuiſſet conceſſum, vt haberet naturam feudi antiqui & auiti, tunc bene in tali feudo admitterentur agnati tranſuerſales: ſed in caſu noſtro licet in inueſtitura fuerit dictum, quod habeat naturam feudi antiqui & paterni, tamen iſtud non fuit ſimpliciter dictum, ſed cum limitatione perſonarum, ſc. pro ſe, filiis & deſcendentibus in infinitum: ergo limitata cauſa debet limitatū effectum producere. Item incluſio certarum perſonarum debet alias excludere, vt ſuperius deductum eſt. Ad iſtud fundamentū dupliciter reſpondetur. ¶ Primo quod iſta expreſſio, *pro ſe, filiis & deſcendentibus*, non debet reſtringere, nec limitare qualitatem feudi antiqui & auiti. † Nam etiam ſi in inueſtitura feudi non fuiſſet dictum, pro ſe, filiis & deſcendentibus, iſtud omnino tacite intelligebatur, *c.1. de ſucc.feu. c.1.§.1.de gradi. ſucc.in feud.cum ſi.* Ergo expreſſio eorū, quæ tacite inſunt, nihil debet operari. *l.3.ff.de leg.1. l.non recte. C.de fideiuſſor.* ¶ Secundo & notabilius reſpondeo, quod ſi illa verba, *pro ſe, filiis & deſcendentibus*, reſtringerent illam clauſulam, quod iſtud feudum ſapiat naturam feudi antiqui & paterni, ita quod non ſuccederent niſi filii & deſcendentes, certe ſequeretur, quod illa clauſula, ita quod habeat naturam feudi antiqui & paterni, nihil penitus operaretur in caſu præſenti, nec poſſet aliquid operari. Et ſic illa clauſula, ita quod ſapiat naturam feudi antiqui & paterni, eſſet penitus ſuperflua & ſuperuacua, quod pro certo dicere eſſet abſurdum: quia verba debēt ſemper ſic intelligi, vt aliquid operentur. † *l.ſi quando. in princ.ff.de leg.1.c.paſtoralis.de appell.* etiam trahendo ad improprium ſignificatum, *l hæredib.§ fin.ff.ad Trebell.* quam ad hoc dicit eſſe ſingul. Bald. *in d.c.paſtoralis.in 1.col.* Quinimo nō ſolum clauſulæ, imo etiam quodlibet minimum verbum non debet eſſe ſine virtute aliquid operandi, ita dicit Baldus *in rubric. C. de contrahend. empt. in 9. queſt. & eſt gloſſ. notabilis in cap. ſolitæ. in verb. tanquam. de maior.& obed.* Imo fortius verba † contra naturam ſuam late interpretātur, quando alias redderetur diſpoſitio eluſoria, *text. eſt in capitulo, ſi ciuitas. de ſentent. exc. in 6. quem text. ſic allegat dominus Abbas in cap fin.ad fin. de præbend. & in conſil.139. incipiente, Circa duo dubia præſcripta. & in conſilio 169. incipiente, In controuerſia orta inter Ducem Burgundiæ. in 4.colum.* Imo fortius, etiam in materia pœnali, vbicunque de facili poſſet reddi diſpoſitio eluſoria, licita eſt extenſio, ne reddatur fruſtratoria: ita probat text. notabilis l *in l.1.§.pecuniam.cum l.ſequenti.ff.de calum.quem text.ad hoc pro notabili allegat domin. Anton. de But.in ſua diſputatione, quæ incipit, Bononienſis. facit gloſſ. in cap. quanquam. in gloſſ. final.de vſuris.in 6.* Hinc etiam videmus, quod quando lex vel ſtatutum in ſenſu directo nihil operatur, tunc ſumitur † argumentum à contrario ſenſu etiam ad correctionem m iuris communis: & hoc, ne ſit fruſtratoria, ita tenent Cy. & Bald. *in l.conuenticulam. C.de epiſc.& cler. Moderni in l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſol.matr.& in l.1.in prin.ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. dominus Abbas in cap. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capitul.* Iſta multo fortius militant in caſu noſtro, vbi ſumus in feudo, & ſic in beneficio principis, in quo conſtat, quod latiſſima interpretatio debet fieri contra ipſum principem: vt in iuribus ſupra proxime allegatis. Laus Deo clementiſs. & glorioſiſs. Virgini.

¶ Ita conſulo iuris eſſe ego Iaſon de Mayno Iuris vtriuſque Doctor, legens ordinariam Iuris Cæſarei in florentiſſima Ticinenſi Academia: & in fidem propria manu cum ſoliti ſigilli impreſſione ſubſcripſi.

ADDITIO.

a Paterni.] Refert Roland. conſ.60.ponderatis. num.54.55. libro primo.

b Naturæ.] De iſtis vide Iaſonem conſilio 136. in præſenti. num.2. infra libro 4. Roland. vbi hoc conſil.citat. d.conſ.60. num.14 15.

c Qualitates.] Iaſ.d.conſ.136 col.4. verſ.2.ſpecialius. Rol. d.conſ.60.n 53. Contrarium tamen tenet idem Iaſ.conſ.180. commune.n.23. ſupra lib.2.

d Diſponere.] Idem Iaſ.in prælud. feud.n.89. & d.conſ.136. col 4.in fin. Aym.tracta.de antiq temp.part.5.nu.17.& Gabr. com.opin.lib.3. de feud. concluſ.1. num.4. vbi hæc conſil. citantur.

e Recedendum.] Dixi ſupra conſ.26.omiſſis.n 6.lib.1.idem Iaſ.conſ.35.viſo.n.11.infr.eod.

f Paul.de Caſt.] Ita etiam reſpondet Rol.hoc conſ.referens d.conſ.60.n 44.verſ.ſimiliter non obſtat.

g Accreſcendi.] Iaſ.l.beneficium.n.31. ff.de conſti.prin.l.re

coniuncti.n.223.cum seq ff.de lega.3.consil.117. In causa.colum.5.versic.& tenendo. & dicto cons.136. colum. penult. in princ.infra lib.4.Cotta in memor.verb.ius accrescendi.versic. secundo fallit.Socin.iun.cons.7.pulchra.num.22.& seq.lib.1. vbi dicit magis communem & veriorem Cephal.consil.29. in præsenti. num.7. & alios plures citat Tiraquell. tracta.de nobilit. cap.37. num.54. contrariam opinionem in puncto iuris veriorem dicit Iason sibi parum constans.l.si mihi & Titio. num.7 ff.de verbor.obligat. & crebriorem inquit is,qui additiones scripsit in Alexand.cons.30. quoniam omne. numer.5. lib.1. Ad euitandas vero opiniones Clar.recept.sentent.lib.4. § feudum.quæst.77. versicu.sed certe credo, ait se aliquando consuluisse,vt in inuestitura apponerentur illa verba, & cuilibet eorum insolidum, vbicunque enim inuestitura concessa est duobus & vnicuique,vel cuilibet eorum,proculdubio vno deficiente alter habebit totum. post Bal.c.1.§.fin.n.4 de succ. feud.& alios ibi allegat.

h Mediolani.] Idem Ias.cons.70 super vtraque.nu.16.infra eod. vbi addo.

i Concedentem.] Ias.cons.213. in præmissa n.29. supra lib. 2 vbi dixi.addo Natt. hoc cons.citantem cons.464.in præsenti. num.12.

k Solum restat.] In contrarium vide Aymon. tractat. de antiquit. tempor. 5.part. num.20. & Gabriel. commun.opin. lib.3. de feud. conclus.1. num.3. & quæ dixi ego consil. 56. in causa.num.26.

l Notabilis.] Aym. consil. 201. præsupponitur, num. 13. & cons.294. verba transactionis. col.4. ver. amplius etiam. vbi hoc consilium sequitur.

m Correctionem.] Ias cons.42 prima consideratione. n.12. infra eod.l.1 n.50.& 51.de off.eius. & l.re coniuncti. nu.181.& seq.de legat 3. Dec.cons.285.& diligenter. cons 507. in causa, vtrobique num.2.cons.seq.sub nu.3.circa finem. & cons.616. ad dubium.num.6.Viui.comm.opin.lib.1.opin.17.Argumentum à contrario sensu.vers.hoc vero argumentum.& Aym.d. cons.201.num.13.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM II.

SVMMARIA.

1 *Fratres mortuo patre retinendo hæreditatem patris in communi, per hoc non intelliguntur societatem contraxisse. Item quando simul cohabitant, & ibi de ratione. & numero 16. & seqq. & numer. 32. & 33. vbi declar.*

Societas non censetur contracta inter fratres, qui mortuo patre remanent hæreditatem patris in communi. n. 1. & n.16. & seq. & n.32. & 33. vbi decl.

2 *Societas tacita non potest videri contracta, quando ex duobus fratribus alter tantũ negotiatur. & alter non: cum alter nihil ponat, & ideo quæsita ab eo qui negotiatur, non debent communicari alteri. & n. 16. 2. & seq. & n.32. & 33 vbi decl.*

3 *Societas tacita cum fundetur solum in præsumptione, videtur à tali præsumptione recedi per factum cõtrarium, per quod animus declaratur.*

4 *Fratres duo, qui quosdam actus fecerunt in communi, & quosdam separatim, si vnus reperiatur fecisse mercaturam, proprio nomine non tenetur illam communicare cum alio fratre. intell. vt n.27. & 28. & nu.32. & 33.*

5 *Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta inter fratres, quorum vnus multa lucratur, & alter vero nihil vnquam mercatus est, ne ita magna inæqualitas resultet inter eos. & nu.6. & 26. & nu.35. vbi declar.*

6 *Diuisio inter fratres facta præsumitur, quãdo diuisi steterunt per decennium, nisi ita resultaret magna inæqualitas, tunc enim diuisio non præsumitur.*

7 *Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta inter fratres, etiamsi simul cohabitando communicauerint adinuicem fructus & reditus, & etiam lucra. Nam per hoc non censetur communicasse proprietates, ex quibus fructus & reditus percipiuntur. & numer.17. & seqq. & numero 36. vbi contrarium asseritur.*

8 *Fratres non censentur contraxisse societatem omnium bonorum, etiamsi omnes negotientur, sed illius tantum negotiationis, quam exercuerunt. & numero 37.*

Actus nostri voluntarij non extenduntur vltra quam gerantur. n.8. & 9.

9 *Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta inter fratres, licet sit probata ipsorum fratrum cohabitatio in vna domo, commensalitas, communicatio lucrorum, dispendiorumque, litium causarumque communiter defensio, & bonorum suorum pro indiuisis communio, deinde publica vox & fama super societate omnium bonorum. & num.17.18. & seqq. & nu.33. & seqq.*

10 *Societas omnium bonorum nunquam intelligitur inter fratres esse contracta, nisi hoc specialiter & expresse sit actum. & nu.17.18. & seqq. vbi contra. & n.38. vbi contrarium asserit ex communi opinione.*

11 *Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta, quando vnus procurat facere societatem cum alio cum hoc quod alius habeat aliquam summam ante partem. & nu.39.*

Donatio non præsumitur, sed potius præsumitur stultitia. nu.11.

12 *Societas vniuersalis non censetur contracta, quando vnus respondendo positionibus fatetur se esse debitorem de certis quantitatibus. & numero 40. vbi contra.*

13 *Confessio partis resultans ex responsione facta positionibus non potest reuocari post acceptationem à parte factam.*

14 *Emens nomine suo proprio tantum solum, super quo edificata est domus, & conducens operarios suo nomine, & cœmenta, lapides, tegulas, & alia ad edificandum necessaria præsumitur de pecunia propria acquisiuisse. & n.27. & 28. & 41.*

15 *Fratres plures, si remaneant in domo paterna mortuo parte, & vnus est habilis ad lucrandum, tunc si quid acquirit, non præsumitur acquirere ex bonis communibus, sed ex mercantiis. & nu.42.*

16 *Contrarietas, & repugnantia vitiant libellum etiam in summariis. & nu.43.*

18 *Societas tacito etiam consensu contrahitur, & tacitus consensus præsumitur ex actibus consonantibus societati.*

19 *Societas potest apparere ex aliis actibus, licet sint duo fratres, quorum nullus negotietur, sicut est inter nobiles, qui non faciunt quæstuarias mercantias, tamen quæcunque dona, quæcunque salaria, & quascunque dotes in communi conferunt.*

20 *Societas præsumitur ex actibus reciprocis socialibus simul cum negotiatione alterius.*

21 *Societas vniuersalis omnium bonorum præsumitur contracta ex actibus promiscuis, & varietatem habentibus, cum non possint fieri citra nomen, & ius societatis vniuersalis.*

22 *Societas vniuersalis. In societate vniuersali omnium bonorum cognoscenda proceditur per præsumptiones & coniecturas.*

Præsum-

Præsumptio fortior tollit aliam præsumptionem, nu. 22.

23 *Verisimilitudo maior tollit minorem.*
Vincula duo vel tria vincunt vnum, nu. 23.

24 *Assertio præiudicat asserenti, multo magis, si geminata imo adhuc pluries repetita sit, & ita præiudicat, sicut si esset iudicialis, & in figura iudicij facta.*

25 *Verba enunciatiua si sunt geminata inducunt obligationem.*

26 *Societas. In societate generali non attenditur quod vnus plus lucretur, quam alius, vel plus expendat quam alius, quia hoc in societate generali attendi non debet, sed omnia æqualiter sunt pertinentia, & æqualiter diuidenda.*

26 *Socius quando acquirit non refert, an acquirat suo proprio nomine tantum, an nomine communi, an societatis, quia etiam quando acquirit nomine proprio tantum tenetur communicare per actionem pro socio.*

27 *Fratres duo, quando stant simul, & sunt socii omnium bonorum, & vnus emit fundum & domum pro se solo & sic seorsum ab altero, tenetur tamen alteri fratri communicare per actionem pro socio secundum communem opin.*

29 *Fratres plures quando sunt socij & vnus clam emit possessionem, vel domum pro se, & suis hæredibus debet talis possessio communicari alteri fratri.*

30 *L. qui iure familiaritatis. de acq. pos. quomodo procedat.*

31 *Litera probant contra scribentem.*

34 *Fama non probatur per testes, qui non deponunt à quib. habuerit originem fama, de quo tamen deponere debent testes etiam non interrogati, & quando fama dicatur vana vox populi.*

44 *Libellus etiam grosso modo loquendo sustineri debet, & quocunque modo possit tolerandus est, & in dubio præsumitur aptus.*

45 *Clausula*, ius & iustitiam ministrari operatur, *vt libellus sustineatur ex causa apta, licet superinepta sit conclusum.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

INTER clarissimos artium & medicinæ doctores, dominos magistrum Franciscum, & magistrũ Bernardinum fratres de Castello Ferrarienses vertitur quæstio super societate vniuersali omnium bonorum an censeatur inter eos contracta, præsertim ex quo maiores 25. annis simul in communione steterunt per annos sexdecim & vltra. Et talis controuersia principaliter causatur propter quandam domum excelsam & superbam fabricatam in terra noua Ferrariæ, in via sanctæ Mariæ angelorum. Nulla inter eos reperitur contracta societas expressa per verbalem conuentionem expressam, vnde de societate tacita quæritur, quæ rebus ipsis per actus sociales contrahitur. Multæ hinc inde coniecturæ & præsumptiones adducuntur, quæ rem ambiguam, & difficilem reddunt. ¶ In præsenti consultatione videretur prima consideratione dicendum inter istos fratres non esse contractam aliquam societatem, præsertim vniuersalem omnium bonorum. Nam fratres mortuo patre retinendo † hæreditatem patris in communi, per hoc non intelliguntur societatem contraxisse *tex. est melior de iure in l ex parte. a § filius. ff. fam. ercis. & in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio. & in l. licet. C. de decurion lib. 10.* Item simul cohabitare non inducit etiam societatem, vt in iuribus præallegatis, *& not at Bald. in capit. si duo fratres, per illum tex. in verb. simul habitauerunt. de fratribus de nouo benefic. inuestitis.* Ratio prædictorum est, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse *l. non hoc C. vnde legit. c. recepimus, de priuilegijs.* Item quia ista possunt geri citra ius, & nomen societatis, *arg. l. pro hærede. § idem Papinianus. ff. de acquir. hæred.* Itẽ qui viuunt ad vnum panem, & vnum vinum, licet teneantur communicare reditus, & prouentus proprios vsque ad necessitatem victus, tamen in eo, quod superest remanent domini, & sic non censetur contracta societas: *vt not at Bal. in d. c. si duo fratres, per illum text. in verb. fructus tamen.* & tanto fortius prædicta militant in casu præsenti; quia dictus magister Frãciscus qui pro maiori parte temporis comedebat in curia ducali illustrissimi ducis Ferrariæ, & in eadem sæpius dormiebat, non potest dici continuo cũ fratre cohabitasse. ¶ Secundo facit, quia magister Franciscus diuersas mercantias exercebat, sed magister Bernardinus nullo vnquam tẽpore fuit mercatus. Vnde quando ex duobus fratribus alter tantum negotiatur, & alter non, † non potest videri contracta societas tacite, cum alter nihil ponat: *vt l. 1. in fi. ff. pro socio.* nisi aliud esset expresse actum. Vnde quæsita ab eo, qui negotiatur, non debent communicari alteri, *b l. si patruus. C. communia vtriusque iud. & d. l. cum duobus. §. si inter fratres. ita tenet Bar. in l. Titium, aut Mauium. §. altero in vl. col. ff. de adm. tuto. & in d. l. si patruus. & in d. l. cum duobus. § idem Papinianus, & cum Bar. tenet Raphael Fulg. & Pau. de Cast. in d. l. si patruus.* ¶ Tertio & fortius facit, quia magister Franciscus, qui solus diuersas mercantias exercebat, tales mercantias suo nomine proprio tantum exercuit, & diuersas societates cum diuersis mercatoribus suo nomine tantum contraxit, & diuersa credita & debita tam mercantilia quam alia suo nomine proprio tantum contraxit, & multa inde lucratus est, prout per eius testes videtur esse probatum, concurrente etiam publica voce, & fama, in ciuitate Ferrariæ. Vnde ex istis aperte colligitur non fuisse aliquam societatem inter ipsos fratres: quia cum societas tacita fundetur † solum in præsumptione, videtur à tali præsumptione recedi per factum cõtrarium, per quod animus declaratur: *vt not at Inn. in capitulo, super hoc. de renũc.* Cõfirmatur per illud, quod in proposito notabiliter decidit Bal. *in l si vnus ex sociis §. si vnus. in lectura antiq. ff. pro socio.* Vbi per illum tex. refert fuisse de facto iudicatum in q. duorum fratrum, qui quosdam actus fecerant in communi, † & quosdã separatim, quod si vnus reperiatur feciſſe mercaturã proprio nomine, non tenetur illam communicare cũ alio fratre. Refert & sequitur D. Alex. *in cons. 137. quinti voluminis incipiente. Discussis, & consideratis his, de quib. in themate.* ¶ Quarto & adhuc fortius facit, quia magister Frãciscus, vt dictũ est, varias & diuersas mercantias exercuit, ex quibus multa superlucratus est. Itẽ diuersas cõductiones affictuũ fecit, & pro interceſſioni-

bus factis apud illustrissimum principem Ferrarię, & diuersis alijs modis multa lucratus est: magister vero Bernardinus nihil vnquam mercatus est, & sic magna lucrorum inæqualitas emergit, per quam euidenter arguitur non esse contractam societatem
5 omnium bonorum † ne contingat vnum ex ipsis fratribus laboribus suis defraudari: *vt dicit text. in §. igitur. instit. per quas personas nobis acquiritur, & in l. cum oportet. in princip. C. de bonis, quæ lib.* & quod ex tali lucrorum inæqualitate probetur dissocietas, bene fa-
c cit, quod decidit notabiliter c Bal. *in l. penul. in 1. quæst. C. communi diuidundo:* Vbi tenet, quod si fratres stete-
6 runt diuisi per decennium, † & bona pro diuiso tenuerũt, si ibi resultat magna inæqualitas bonorum inter eos retentorum, non præsumitur diuisio, vbi alias præsumeretur à iure; quia non est proportio, nec debita congruitas, & alter non præsumitur alteri ius proprium iactasse. *l. cum de indebito. in princ. ff. de prob.* Ita etiam in proposito, vbi duo fratres per decennium simul stetissent, & esset magna lucrorum inæqualitas, non debet iudicari contracta societas omnium bonorum, vbi etiam alias à iure præsumeretur. Et istud habet magnam, & euidentem æquitatem, & videtur multum pro hac parte stringere.

¶ Quinto facit, quia licet isti fratres simul cohabitando communicauerint adinuicem fructus, & reditus, & etiam lucra, tamen per hoc non censentur communicasse proprietatem bonorum, ex qui-
7 bus dicti fructus, & reditus † percipiuntur: & sic per hoc non censentur communicasse proprietatem, adeo quod censeatur tacite contracta societas omnium bonorum, intantum, quod si vnus eorum acquireret fundũ nomine proprio, teneatur illum
d in futurum cõmunicare. Ita tenet d notabiliter Sal. *in l. si patruus. in vl. co. C. communia vtriusque iudic. argu. l. itaque. ff. pro socio.* Refert, & sequitur dominus Alex. *in consi. 24. primi voluminis, incipiente. Visis dubiis probabiliter electis, ad finem, & in consi. 48. secundi voluminis incipiente, Diligenter perspectis his, quæ in themate continentur. in vlti. colum. Limitata enim causa debet limitatum effectum producere. l. in agris. ff. de acquir. re. dom. l. age. C. de transact.* Item separatorum separata debet esse ratio *l. si maritus. prima, & ibi Bal. ad hoc notat. C. de dona. inter vi. & vxo. & l. 3. §. si tutor. & ibi Bal. notat. ff. iudica. sol.* ¶ Sexto facit quia etiam si isti duo fratres ambo fuissent negotiati; & sic ambo mercantias exercu-
8 issent † tamen inter eos non censeretur contracta societas omnium bonorum, sed solum illius negotiationis vel mercantiæ, quæ exercetur, eo quia actus nostri voluntarii non excluduntur vltra, quam
e gerantur. e *l. 1. §. si quis hoc interdicto, & ibi Bartol. ad finem, ad hoc notat. ff. de itinere, actuque priuato. Ita concludit Barto. in d. §. altero. in vlt. col. & in alijs locis concordantibus supra allegatis, & per hoc infert Bartol.* quod si ex istis fratribus, qui ambo negotiãtur, si alter emerit fundum proprio nomine, licet de communi pecunia, quamuis pecuniam conferre teneatur. *l. cum proponas. C. pro socio.* tamen fundum emptum suo nomine communicare non tenebitur, idem tenet do. Abbas *in consi. 66. incipiente. Attingam breuissime decisionem huius dubii. dom. Alexand. in consil. 78. secundi voluminis, incipiente, Discussis his, de quibus in themate.* Quanto fortius ista procedent in casu præsenti, vbi solus magister Franciscus negotiatus est, & mercantias exercuit, magister vero Bernardinus nullo vnquam tempore mercatus est. ¶ Septimo facit, ff quod in fortioribus terminis consuluit *Bal. in consil. 482. 5. par. incip. Primo videtur dicendum probatam esse &c.* Vbi licet in casu illo essent probata sex scilicet ipsorum fratrum cohabitatio in vna domo † com- 9
mensalitas, communicatio lucrorũ, dispendiorumque, litium & causarum communiter defensio, bonorum suorum pro indiuiso cõmunio, deinde publica vox, & fama super societate omnium bonorũ; tamen consuluit Bal. veritatem esse, quod non censeatur contracta societas omnium bonorũ, eo quia ex prædictis nõ probatur necessario societas omnium bonorum, eo quia ex actibus nostris voluntariis non tacite colligitur vltra quã actus nostri se extendant. *d. l. 1. §. hoc interdicto & l. fi. C. ne vxor pro mari.* & quia ibi apparebant quædã ita per alterum suo nomine quæsita, & nec alterius nomen tit. contractus est insertũ: & quia alter tantũ negotiatus fuit, alter vero studio vacauit, quo fit, vt nec eo casu intelligatur contracta societas lucri, & quæstus, ne magis alter tantũ donare videatur, cui nihil confertur: quia solus negotiatur: vt ibidem plenius per Bal. Octauo facit: quia societas omniũ bonorũ nunq̃ intelligitur inter fratres esse contracta, nisi † istud specialiter, & expresse sit actum, ita colligitur ex doctrina Bar. tradita *in d. §. altero, & in aliis locis superius allegatis,* vbi in quatuor casibus ibi positis per Bart. in nullo vnquam intelligitur esse contracta societas omnium bonorum, nisi expresse fuerit actum & istud in terminis; & in specie firmat Paul. de Cast. *in consilio 185. incipiente. Ex die quo iste Raphael factus est maior. in vltima columna per tex. in l. 3. §. 1. ff. pro socio. Refert, & sequitur Barb. in consi. 22. primæ partis incipiente. Scripsit Propheta clarissimus. in pen. col.* vbi reputat illum text. *in d. l. 3. §. 1.* esse ad hoc scribendum literis aureis, ibi enim text. dicit, cum specialiter omnium bonorum societas coita est: ergo succedit doctrina Bartol. & aliorum *in l. 1. §. omnem. in verb. specialiter, per illum text. C. de administra. tut. & in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* ¶ Nono facit, quia magister Bernardinus quæsiuit, & procurauit facere societatem cum magistro Francisco cum hoc etiam. quod magister Franciscus haberet ter mille ducatos ante partem, sed magister Franciscus recusauit, vt videtur probari per tres testes, scilicet dominum Bonauenturam Mustum, & magistrum Nicolaũ Coatum, & Antoniam ancillam: Ergo ex hoc apparet † 11
quod inter eos non erat cõtracta societas, quia frustra precibus imploratur, quod à iure communi iam est inductum. *l. 1. C. de thesauris. lib. 10.* Nec frustra remisisset magister Bernardinus ducatos ter mille cum nemo præsumatur in dubio iactare suum. *l. cum indebito. in prin. ff. de probatio.* & potius præsumitur stultitia promittentis, quam liberalitas vel donatio g secundum Bald. *in l. generaliter, in quarta opposition. C. de non numerata pecu.* ¶ Decimo facit, g
quia magister Bernardinus respondendo positionibus fatetur se esse debitorem magistri Francisci † de certis quantitatibus: Ergo inter eos non est 12
societas vniuersalis: quia ibi non posset cadere debitum, nec creditum. Nam in re communi plures socij loco vnius habentur: vt dicit tex. *in l. 4. §. si communem*

munem. ff. finium regun. Ergo ibi non potest cadere actio, nec passio: *vt notatur in l. frater, à fratre. ff. de condict. indebit. Facit tex. in l. si quis pro eo §. 1. ff. de fideiusso.* & talis confessio non potuit postea per ipsum do. Bernardinum reuocari † ex quo fuit expresse acceptata per partem: & sic ex tali acceptatione fuit acquisitum ius parti. *l. si. ff. de pac. secundum Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. in 2. col. ff. de libe. & posthu. Ludouicus Romanus in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obliga. dom. Alexan. in consilio 90. primæ partis, quod incipit, Fere omnis vs istius consultationis, & in cons. 92. quinti voluminis, quod incipit, Viso, & opportune discusso processu, in vltim. colum.* ¶ Vndecimo facit, quia magister Franciscus emit nomine suo proprio tantum solum, super quo ædificata est domus, de qua principaliter contenditur: item suo nomine operarios conduxit, & cæmenta, lapides, tegulas & alia ad fabricam necessaria solus suo nomine mercatus est: ergo sua propria censeri debet † cum præsumatur, quod etiam de pecunia propria acquisiuerit, *vt est gloss. in l. quintus. ff. de dona. inter vi. & vxor. facit l. si defunctus. C. arbi. tut. Bar. in d. l. si patruus. in 1. col. ad finem. C. commu. vtriusque iudic. & in dicta l. Titium, aut Mæuium. §. altero.* Confirmatur optime ex eo, quod ad propositum tenet Speculator in tit. de iudic. *in 4. parte. in §. sequitur. in versicu. vt autem.* Vbi tenet, quod si plures erant fratres remanentes in domo paterna mortuo patre, † & vnus erat habilis ad lucrandum, vt quia mercabatur, tũc si quid acquisiuit, non præsumitur, quod acquisiuerit ex bonis communibus, sed ex suis mercantiis, & sic ex industria sua, nisi aliud probetur. Refert, & sequitur domi. Alex. *in consi. 187. qumti voluminis, incipiente, Discussis, & consideratis iis. de quibus in themate.* & magister Bernardinus habuit de prædictis notitiam, quia conquestus est de istis, vt deponunt tres testes, videlicet do. Bonauentura Mustus, magister Nicolaus Coatus, & Antonia ancilla: vnde certus certiorari non debuit *l. 1. in fi. ff. de actio. empti.* ¶ Duodecimo, & vltimo arguitur ineptitudo libelli per magistrum Bernardinum producti, in quo petit diuisionem bonorum, cum fuerint socij omnium bonorum. Item petit redditionem administrationis omnium bonorum administratorum per magistrum Franciscum. Sed ista sunt contraria, & repugnantia, † ergo vitiant libellum. *l. 1. C. de furtis. cap. solicitudinem ad fin. de appell.* ¶ Nec obstat si diceretur, quod præsens causa vertitur coram arbitris, qui ex forma statuti Ferrarien sis habent procedere summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, quia respondetur, quod sicut dicta contrarietas, & repugnantia in ordinariis vitiaret libellum tanquam ineptum, ita etiã in summariis, & extraordinariis, in quibus saltem requiritur qualisqualis petitio. *cle. sæpe. de verbor. significat. secundum. Pet. de Ancha. in consil. 173. incipiente, Visis diligenter, vbi allegat Innocen. & Beneuentanum in capit. tua nos, ad finem, ibi, sicut enim in aliis, de cohabitatione clerico. & mu.* ¶ Ista sunt in effectu, & in substantia principaliora, & vrgentiora fundamenta, quæ in fauorem magistri Francisci adduci posse videantur. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure præualere & esse probabiliorem, & veriorem ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta pro magna parte quæcunque superius in oppositum adducta. Attingam primo in genere ea, quæ tendunt ad ostendendum contractam fuisse societatem vniuersalem inter istos fratres. Secundo condescendam ad ea, quæ in specie concernunt domum, de qua principaliter contenditur. ¶ In primis ergo pro potissimo, & solido fundamento adducitur, quod post mortem patris isti duo fratres maiores 25. annis per annos sexdecim, & vltra continue, communiter, & pro indiuiso simul steterunt, & cohabitarunt viuendo cõmunibus expensis ad vnum panem, & vnum vinum, ad vnam eandemque mensam, & omnia eorum bona tam mobilia, quam immobilia, & se mouentia, ac nomina debitorum communiter & pro indiuiso tenuerunt, & possederunt, promiscue agendo, & communicando fructus prædiorum, tam paternorum, quam aliorum, necnon & lucra, salaria, & dona vndecunque prouenientia: item credita, tam paterna, quam propria, sine vllo computo rationum, & nulla vnquam inter eos reddita ratione: item collectas, & munera, tam publica, quã priuata, & expensas quascunque domesticas, & priuatas simul in communi sustinuerunt. Et non solum hæreditatem paternam continue ab isto tempore citra communiter, & pro indiuiso tenuerũt, & possederunt, verum etiam aliam hæreditatem Laurentii eorum fratris, necnon & hæreditatem dominæ Margaritæ eorum auiæ paternæ eisdem obuentas communicarunt, & simul communiter tenuerunt. Item facta diuisione cum do. Io. Baptista decretorum doctore, & canonico eorum fratre eius partem acceperunt cum iure franchandi, & simul tenuerunt communiter vna cum aliis eorum bonis. Item dos vxoris magistri Bernardini librarum bis mille fuit inter ipsos fratres cõmunicata, & similiter pretium domus paternæ venditę libris ter mille octingentis. Sed magister Franciscus grandior natu omnium dictorum bonorũ semper fuit administrator, omnia passim, & domi & foris administrabat, & omnia ad eum referebantur. Ex istis tot, & tantis simul concurrentibus, proculdubio causata est inter eos societas vniuersalis omnium bonorum. Nam insimul habitatio, lucrorũ in vnũ collatio † & eius quod alter superlucratur inuicem non reddita ratio, facit præsumi societatem. *i l. Procula. ff. de proba. & l. si seruus. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. quæ dotis, cum ibi notatis. ff. solut. matrim. secundum Richardum Malumbriæ. Oldra. Laud. & Iaco. de Aret. quos referunt, & sequuntur Bartol. & Alberic. de Rosa. in d. l. Titium, aut Mæuium. §. altero. in penultima columna ff. de administratione tuto.* Item ex quo fratres simul habitauerunt, diu, seu longo tempore, & bona simul habuerunt, & communibus expensis sine computo vixerunt, & negotia sic promiscue egerunt, præsumitur inter eos contracta societas. *arg. l. 1. in fin. cum l sequenti. ff. de his qui deiece. vel effud. & c. si duo fratres. de beneficio fra. secundum Bal notatur post Nico. de Matar. in l. 1. C. qui testamenta facere pos. & ibi subdit Bald. magnum verbum in practica, quod ita obseruat consuetudo in maioribus. Refert, & sequitur domi. Alexand. in consilio 37. quarti volumi. quod incipit, Consideratis his, quæ in processu in 2. colum.* Ita etiam *refert, & sequitur Alberic. de Rosat. magnus practicus in d. l. 1. & in d. l. Titium, aut Mæuium. §. altero.* Alibi tenet [k] notabiliter Bald. *in cons. 19 primæ k*

partis

partis, incipiente, Casus est talis, tres sunt fratres &c. quod
18 societas consensu † etiã tacito contrahatur, & quod tacitus consensus præsumatur ex actibus consonãtibus societati; vt quia simul habitant, quæstus & lucra simul participant, damna communiter tolerant, & sunt habiles ad societatem contrahendam: & tunc non est dubitandum, secundum eum, quod actiue, & passiue sunt socij, ex quo communicant sibi actiones, & passiones, *ita ibi Bald.* Si ergo sunt tales socij, ergo non simpliciter, ergo sunt socij omnium bonorum. Alibi tenet Angel. *in consilio 85. incipiente. Ex themate prædicto elicuntur tria dubia. in tertio dubio*, quod cum fratres mortuo patre simul steterunt, & lucra & quæstus in communi arca posuerunt, ex hoc solo intelligitur contracta societas inter eos, quæ contrahitur nudo consensu, expresso, vel tacito, potissime inter fratres simul habitãtes, vt ibi per eum. Alibi tenet notabiliter Bald. *in l. cum oportet. in princip. in 2. colum. C. de bonis, quæ libe.* quod mortuo patre de facili præsumitur societas inter fratres, propter naturalẽ charitatem, & ideo si qua emit vnus fratrum seorsum, cum pro maiori parte emerint in communi, debent communicari: quia non debet societas claudicare, secundum eum. Alibi tenet notabiliter idem Bald. *in l. prætor. §. sed & filius. per illum text. ff. de eden.* quod si sunt duo fratres simul habitantes mortuo patre, quorum vnus est notarius, vel aduocatus vel mercator, & lucrum suum ponit in communi, quod ex hoc intelligitur, & præsumitur quidam socialis consensus inter eos. Alibi tenet notabiliter idem Bald. *in consilio 452. tertiæ partis incipiente, Duo fratres diu steterunt simul. quod consilium est errore duplicatum in eadem tertia parte, in consilio 480. & in 5. parte in consilio 397.* quod si duo fratres diu steterunt simul, & bona omnia communia simul possederunt, & fructus perceperunt, & simul participarunt onera, & lucra, quia negotiatæ erant, quod inter eos intelligitur contracta societas generalis, & sic censentur socij generales, ex quo lucra prouenientia ex legum peritia, & ex aduocationum officijs communicarunt, & non solum lucra parua, quæ vsu consumuntur in domestica familia; sed etiam lucra notabilia conuersa in emptionem prædiorum, vel aliam propriam vtilitatem. Prædicta multo fortius militant, & procedunt in casu præsenti, in quo concurrunt tot, & tanti actus sociatiui, seu inductiui societatis vniuersalis, quos superius enumerauj, & qui iudicio meo habẽt funditus remouere, & radicitus exstirpare omnem dubitationem præsentis controuersiæ. & istud fundamentum solum sufficit pro obtinenda victoria in fauorem magistri Bernardini. Et per illud vno verbo tollũtur omnia superius in oppositum adducta; quia in illis non concurrunt tot & tanti actus sociales, prout in casu præsenti: tamen vt veritas clarius elucescat, eam etiam per alia infrascripta fundamenta confirmo.

l ¶ Secundo principaliter[l] pro eadem parte adduco illud, quod notabiliter tenet Bald. *in l. si patruus in penultima columna ad finem, & sequenti. C. communia vtri-*
19 *usque iud.* Vbi tenet in fortioribus terminis, † quod etiam si sint duo fratres, quorum nullus negotietur, potest tamen ex aliis actibus apparere socialis affectus, sicut est inter nobiles, qui non faciunt quæstuarias mercantias, tamen quæcunquè donã, quæcunque salaria, & quascunque dotes in communi conferunt. Nemo negare potest hos esse actus sociales, ex quibus præsumitur socialis intentio & voluntas, *argum. l. duo fratres. ff. de acquiren. hæredi.* cum etiam factis detur voluntas intelligi. *l. reprehendenda. cum gloss. C. de institu. & substitu. Et ita refert tenere Iacob. de Aretio, Richard. Malumb. de Oldrad. Laud. Ita etiam tenet idem Bald. in tractatu de duobus fratribus. in 8. colum. Refert & sequitur Petr. de Anchar. in consi. 289. incipiente, Materia de qua quæritur non est noua. Idem expresse tenet dominus Alexand. in consilio 49. primi volu. quod incipit, Mature ponderatis. in 4. colum. & in consilio 37. quarti volumi. incipiente. Consideratis ijs quæ in processu. in 2. colum. ad finem. Ange. in consilio 112. incipiente Vanutius & Antonius fratres. Salyc. in dicta l. si patruus. & ita limitatur doctrina Barto. in dicta l. Titium aut Mæuium §. altero in primo casu. & in alis locis superius allegatis.*

¶ Tertio facit: quia etiam inter duos fratres, quorum vnus negotiatur, alter non, † adhuc intelligitur 20
contracta societas vniuersalis, dummodo ille frater qui non negotiatur, quæcunque sibi obuenientia, puta ex reditu præbendæ, vel ex salario, quod percipit, conferat in commune: & ita faciunt hincinde. Nam præsumitur societas ex actibus reciprocis socialibus simul cum negotiatione alterius, *ita tenet Bald. in dicta l. si patruus. in vltim. colum. & sequuntur Petrus de Ancharano, & dominus Alexander in consiliis supra allegatis* ¶ Quarto facit, [m] quia quando fratres ex- m
ercent actus differmes & varietatem habentes, si postea lucra vndecunque prouenientia ex diuersis exercitijs in commune conferunt, † ex talibus acti- 21
bus differmibus præsumitur contracta societas vniuersalis omnium bonorum: quia ex actibus ita promiscuis, & varietatem habentibus, necessario præsumitur contracta societas generalis, cum ista fieri non possint citra ius & nomen vniuersalis societatis. *d. l. pro hærede in prin. ff. de acq. hæred. secundum Bald. in d. l. si patruus. in vl. colum. & in d. tractatu de duobus fratribus. in 8. colum.* Istud idem, quod ex communicatione lucrorum vndecunque prouenientium censeatur contracta societas vniuersalis, firmat Ludo. Roma. & istud per quatuor rationes comprobat *in consilio 291. incipiente, Cum isti fratres & in consilio 470. incipiente, Cum isti fratres lucra ex negotiationibus &c.* ¶ Quinto pro ista parte vltra tot & tantas authoritates superius adductas, quod inter istos fratres censeatur esse contracta societas generalis omnium bonorum, adeo quod si vnus eorum acquisiuerit suo proprio nomine fundum vel domum, teneatur alteri fratri communicare, [n] consuluit do. n
And. Barb. etiam in terminis magis dubitabilibus, *in consilio 22. secundæ partis, incipiente, Sapienter scripsit Eccleſiaſtes. & ibidem dicit in 7. colum.* quod istam partem fuit sequutus infinitis vicibus consulendo apud illustres & celebres ciuitates Italiæ. ibidem etiam in *11. colum.* dicit, quod secundum hanc partem consuluit infinitis vicibus, & quod ita vidit consultum per celebres & magnos in vtraque censura iurisconsultos, ita etiam consuluit idem domin. And. Barb. *in consi. 37. secundæ partis incipiente.* Scribitur sapienter Paralipomen. *c. 3. & ibi in 11. col.* dicit quod istã partem tenent Bald. Petr. de Ancha. Angel. Imol. & Paul. de Castr. & quod vidit istam quæstionem versari

sari in dubium in diuersis & infinitis pene partibus Italiæ, & quod ita vidit consultum per celebres in vtraque censura viros, & quod ita etiam ipse consuluit infinitis vicibus. ¶ Sexto facit, quia in ista socie-
22 tate vniuersali tacita, † quæ rebus ipsis per actus sociales contrahitur, proceditur per præsumptiones, & coniecturas: sed sic est, quod fortior præsumptio tollit aliam præsumptionem, ° *l. diuus. ff. de in inte. rest. l. mater. & ibi Ang. & Sal. de calumniato. cap. literas. & ibi notat* D *Abbas in 4. notabili. de præsumptio.* Item verisi-
p militudo p maior tollit † minorem: *secundum Bal. in l.*
23 *siue possidetis. circa fi.* C. *de proba.* Item vehemens præsumptio naturalis tollit quamcunque præsumptionem contrariam. *l. eum qui probabilem. & ibi ad hoc notat Bal. C. de epi. & cleri.* Sed in casu præsenti concurrunt fortiores & vehemētiores præsumptiones pro magistro Bernardino, quod sit contracta societas generalis, quam contra eum, ergo illæ præferendæ sunt, cum longe magis præponderent numero, pōdere, & mensura, quā coniecturæ adductæ pro magistro Frācisco: & cum longe plures numero & magis verisimiles concurrant pro magistro Bernardino, certe debēt vincere illas pauciores, quæ sunt pro magistro Francisco: *authen. itaque C. communia de successionib. & in auth. de consangui. & vterinis fratri. in prin. gl. in §. item vetustas. inst. de hære. quæ ab intest.* Fortiora enim sunt duo vel tria vincula quam vnum. *c. 1. cum gl. de treuga & pace. l. cum in adoptiuis. in prin. & ibi Bal. in 2. col. ad hoc notat. C. de adopt.* ¶ Septimo vltra tot & tantas præsumptiones & coniecturas superius enumeratas, adest etiā assertio propria ipsius magistri Frācisci, pluries & diuersis locis & temporib. repetita ante contractū matrimoniū inter magistrū Bernardinum & D. Coronam filiam quondā excellentissimi iureconsulti. D. Ioannis Mariæ Riminaldi. Vnde nimis indignū est, vt quod quis sua voce dilucide pro-
24 testatus est, nūc idē velit infirmare. † testimonioque proprio resistere, *vt inquit tex. in l. generaliter 41 fi.* C. *de non nu. pe.* Et cum ista assertio magistri Francisci fuerit geminata, imo adhuc pluries repetita, ita præiudicat sicut si esset iudicialis, & in figura iudicij facta: prout singulariter tenet Bar. *in l. cum scimus in fin. per glo. ibi.* C. *de agricol. & censit. li. 11.* D. *Abb. in c. si cautio. ad fi.*
25 *de fid. inst.* Item verba etiam enunciatiua, † si sunt ge-
r minata, inducunt obligationem r: prout singulariter notat Bar. *in d. l. cum scimus. per illum tex. & ibidem sequitur Ang. Idem tenet do. Abb. in repetitione. c. per tuas. in 9. col. de arbitris. vbi pro hoc addit bonum tex. in l. 1. in verb. & secundis confessionib. siue insinuatæ sint, siue non.* C. *de plus petitio. Idem etiam tenet* D. *Abb. in d. c. si cautio. ad fi. Pa. de Cast. in l. ex hac scriptura. ff. de don. Lud. Ro. in l. gerit. ff. de acq. hær.* ¶ Octauo considerandū est, quod in societate generali nō attenditur, quod vnus fratrū plus lucretur quam alius, vel plus expendat quā alius: quia hoc in societate generali attendi non debet, sed o-
26 mnia æqualiter sunt pertinentia, † & æqualiter diui-
¶ denda. r *l. si socius pro filia. ff. pro soc. ita dicit Bal. in l. si pater. in vl. col. cir. medium* C. *communia vtriusiudi. & idem Bal. in tract. de duob. fratrib. in 8. col. ad fi. Pet. de Anch. in cōs. 289. incip. Materia de qua quæritur non est noua. do. Alex. in cons. 70. quinti volu. incipiente, Videretur circa primum dubium & notabiliter Lud. Ro. in cons. 172. incipient.* In proposito themate strictim & breuiter procedens *in vlt. dubio.* facit, quod vult Bal. *in l. fi.* C. *de colla. & ibidem moderni.* ¶ Nono aduertēdum est, quod quando socius acquirit, non refert an acquirat suo proprio nomine tantum, an nomine communi, an societatis: quia etiam primo casu tenetur † communicare per actio- 27
nem pro socio. *l. sed & si socius. §. absenti. & l. actione. §. diximus. & l. si quis societatem. ff. pro so.* Item inter socios simpliciter socios omnia sunt communicanda, non obstante quod vnus fecerit dicere instrumentum de se, & non de alio. *l. cum duob. in princ. ff. pro soc. l. si socius. ff. si cer. pe. secundum Bal. in consi. 235. quartæ partis incip. Inter socios.* ¶ Decimo etiam aduertendū est, quod quando duo fratres stant simul, † & sunt socij omni- 28
um bonorum, & vnus emit fundum, vel domum pro se solo, & sic seorsum ab altero, tenetur tamē alteri fratri cōmunicare per actionē p socio, *per dictā l. si quis societatem. & d. l. si socius. ff. si cer. pet. ita tenet Bal. in l. 1. per gl. ibi. C. si quis alteri vel sibi. facit text. in l. seruus communis siue emat. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de stipu. seruo. Ad idem facit, quod tecidit Bal. in l. si vt proponis. ad fin.* C. *de rei ven.* Vbi tenet, quod si patruus, & nepos simul stant, & fructus simul percipiunt de communi, & patruus magis sagax vendidit fructus, & emit inde prædia suo nomine tantum, quod tamen tenebitur communicare, si erant socij omnium bonorum, & secundum eum intelligitur talis tacita & præsumpta societas esse in dubio contracta ex æquis partib. *l. si non fuerint. ff. pro soc. Idem tenet Bal. in l. si socius. ff. si cer. pe. & in l. cum duobus. §. si fratres. in lectura antiqua. ff. pro socio. & in l. fin. §. quatuor. per illum textum. ff. de lega. 2.* Et ista est communis sententia scribentium, quod frater, qui emit fundum, vel domum suo proprio nomine tantum, quod tenetur communicare alteri fratri, quando omnia ante & post fuissent hinc inde collata, prout etiā in terminis tenet Pet. de Ancha. *in d. consilio 289. incip. Materia de qua quæritur, non est noua. Angel. in consilio 137. incip. filius Vgonis. & plenius quam alibi D. Alex. in consilio 49. primi volum. incip. Mature ponderatis. in pen. & vltima colum. & in consilio 37. quarti volum. incipiente. Consideratis ijs, quæ in processu. in penult. colum.* ¶ Vndecimo etiam est aduertendum, quod quando sunt plures fratres socij, & vnus clam emit possessionem vel domum pro se & suis hæredib. quod nihilominus talis possessio debet communicari alteri fratri: & clandestina & dolosa emptio † 29
non debet sibi patrocinari: quia non potuit clam & altero fratre ignorante societatem diuidere, sed debuit denunciare, & ita & taliter, quod perueniret ad notitiam socij: *vt l. actione. §. diximus. ff. pro socio. ita formaliter notat Bald. in l. si patruus. in secundo notabili. per illum textum.* C. *communia vtriusque iudicij. Alibi dicit notabiliter Bald. in consilio 452. & quadringentesimo octuagesimo. tertiæ partu, & in consilio trecentesimo nonagesimo septimo, quintæ partis. nam est errore, & triplicatum, & incipit Duo fratres diu steterunt simul.* quod si sunt duo fratres, qui diu steterūt simul in communione, & bona omnia simul communiterq; possederunt, lucra & onera participando, quod nō solū si vnus eorū altero ignorante facit instrumenta pro se tantum, tenetur communicare, *d. l. si quis societatem contraxerit. ff. pro soc.* imo etiā si vnusquisq; clandestinos faceret cōtractus pro se, deberet cōmunicare: quia cōsensus cōmunis requiritur ad hoc, vt actioni pro socio derogetur: sicut. n. in contrahēda societate consensus communis desideratur, ita & in perimenda

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

menda actione *l. actione. §. diximus. ff pro socio.* Vnde oportet renunciare societati, ita quod alter cui renunciatur sciat, *d.l. actione. §. renunciatione. & l. si socius. ff. si certum petatur. Alibi not. Bal. in d.l. si socius. per illum text. ff. si cert. pet.* quod si sunt duo fratres socij omnium bonorum, & vnus emit altero ignorante, & recipit chartam pro se tantum, tenetur iure societatis communicare: quia ignorante fratre non potuit distrahere societatem, secus si hoc fecisset illis volentibus & consentientibus, u argument. *l. itaque ff. pro socio. & l. 1. §. magistrum. ff. de exercitoria. Alibi no. Bal. in l. fin. §. quatuor. per illum tex. ff. de leg. 2.* & sequitur ibidem Ioann. de Imol. ex ratione fraternitatis & communionis est interdictum vni fratrum, ne emat pro se solo. Et sic secundum eum est argum. ad quæstionē fratrum simul negotiantium, & viuentium in communi, quod si vnus clam emit, & instrumēta pro se solo recepit, quod per hoc non facit conditionem suam meliorem, quod est notabile, secundum eum. ¶ Duodecimo condescendendo nunc in specie ad ea, quæ concernunt domum, de qua principaliter contenditur inter ipsos fratres vltra superius deducta dicitur, quod talis domus communibus & socialibus expensis fuit constructa & fabricata, & quod pretium domus paternæ venditæ libris tribus millibus octingentis, fuit in dictā fabricam per magistrum Franciscum conuersum. Item dos vxoris magistri Bernardini librarum bis mille, fuit per eundem magistrum Franciscum pro magna parte in dictam fabricam erogata, similiter credita communia & communes reditus fuerunt in eandem fabricam exposita. Vnde ex quo fuit pro magna parte communi pecunia fabricata, similiter debet esse communis. *l. itaque & l. si vnus. §. 1. ff. pro socio.* accedit continuatio habitationis eiusdem domus facta per magistrum Bernardinum, & ante
30 magistrum Franciscum. Nec dicatur, quod † iure familiaritatis dictam domum inhabitauerit, *iuxta l. qui iure familiaritatis. & quod ibi Barto. ff. de ac. po. & l. & habet. §. hospites. & ibi Bar. ff. de precario.* quia illa iura, & Bar. loquuntur, quando vnus frater solus possedit totam domum, vel possessionem, quę erat communis pro indiuiso. Nam tunc respectu partis alterius fratris bene iure familiaritatis censetur possedisse, sed hic tractamus de parte propria magistri Bernardini, quam iure proprio, & vt suam possedit. Præterea adsunt binæ literę scriptę manu propria magistri Franciſci, qui appellauit fabricam dictæ domus cō-
31 munē, & † sic fidem faciunt cōtra scribentem. *l. Publ. ad fi. ff. depo. Bartol. in l. nuda ratio. ad fin. ff. de don. d. Abb. & cano. in c. 2. de fi. instr.* Præterea magister Bernardinus pluries & diuersis vicibus & diuersis operarijs dictæ fabricæ mercedem persoluit & ipsos operarios solicitauit. Item plures operarij habuerunt expensas victus in dicta domo ab ipsis fratrib. communiter. Accedit etiam assertio magistri Franciſci pluries repetita: iux. ea, quæ dixi supra in septimo fundamento. ¶ Ex istis tot & tantis concurrentib. circa dictam domum nemo sani capitis inficiari poterit. dictam domum non esse communem, præter fundamenta superius in genere deducta, quæ multifariā, multisque modis concludunt, societatem generalem ōmnium bonorum inter istos fratres fuisse contractam. ¶ Per ista duodecim fundamenta adducta pro veritate & iustitia in fauorem magistri Bernardini remanent pro maiori parte euacuata quæcunque superius in oppositum adducta, tamē vt veritas adhuc clarius eluceſcat, ad ea particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo primo dum dicebatur, quod fratres mortuo patre retinendo hęreditatem patris in communi, per hoc non intelliguntur societatem contraxisse, & similiter in simul cohabitando, & viuendo ad vnum panem, & vnum vinum: quia respondetur verum esse, quod ista singula de per se non sufficiunt ad inducendum societatem vniuersalem: † sed hic multa alia concurrunt, quæ superius enumeraui, præfertim in primo fundamento & tunc ista cum illis alijs bene inducunt societatem vniuersalem, vt superius opportune comprobaui; & sic quæ non prosunt singula, multa iuuant. *l. 1. cum similibus. C. qui munera tutela.* Nec refragatur, quod magister Franciscus pro maiori parte temporis comederit in curia ducali: quia istud non facit, quin dicantur simul cohabitasse, habito respectu ad famulos, ancillas, equos & mulas, qui in eadem communi domo nutriebantur. Nam habitare in diuersis prouincijs bene tolleret præsumptionem contractæ tacitæ societatis: *secundum Pe. de Anchar. in consilio 30. incipiente, Quia quæstio modicam, aut nullam dubitationem continet.* ¶ Secundo non obstat, dum dicebatur, quod magister Franciscus diuersas mercantias exercebat, sed magister Bernardinus nullo vnquam tempore fuit mercatus: vnde non potest videri inter eos tacite contracta societas, nec quæsita per eum, qui negotiatur debent alteri communicari: *secundum Bar. in d. §. altero, in tertio casu principali:* quia respondetur, quod illa doctrina Bartol. limitatur, nisi ille frater, qui non negotiatur, con-
33 ferret in communi omnia, † quæ sibi vndecunque prouenirent, puta ex donis vel salariis, vel exercitio suæ professionis: tunc enim ex istis actibus reciprocis simul cum negotiatione alterius fratris bene præsumeretur inter eos contracta societas: prout dixi supra in tertio fundamento imo etiam quando nullus ipsorum fratrum negotiaretur, tamen conferendo quæcunque eis obuenientia, adhuc diceretur inter eos contracta societas: *prout dixi supra in 2. & 4. fundamento.* Et tanto fortius in casu præsenti, in quo concurrunt quasi infiniti alij actus sociales, quos retuli supra in primo fundamento. ¶ Tertio non obstat illud, quod dicebatur fortius facere, quod magister Franciscus diuersas mercantias & diuersas societates suo proprio nomine tantum exercuit, & diuersa credita contraxit, quæ habent dissocietatem arguere: quia respōdetur, quod testes ad hoc probandum inducti istud non probant, nec concludunt, quod magister Fraciscus suo proprio nomine tantum fecerit. Item deponunt super non verisimili: quia vt in terminis dicit Bald. *in l. si patruus. in 2. col. circa medium. C. communia vtriusque iudi.* in mercantiis quando exercentur, non dicitur, quod fiant nomine proprio, nec tunc fiunt ibi instrumenta, quę dicant quod mercatur, vel emat pro se tantum, & suis hæredibus, & istud docet experientia, quæ est optima rerum magistra *in capit. quam sit, in principio, de election. in 6.* Vnde quod à verisimili remotum est, dicitur esse quædam imago falsitatis: secundum Bald. *in l. 1. in 4. colu.*

C. de

C. de seruis fugiti. Nec etiam dicti testes concludunt de publica voce, & fama, ex quo non fuit legitime
34 probata,† ex quo testes nominati non dicunt à quibus habuerit originem fama: secundum Bartol. *in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstionibus, & in termino nostro in specie Bald. in consilio 482. quintæ partis incipiente, Primo videtur dicendum probatam esse societatem.* Præterea testes deponentes de fama debeant vltra proxime dicta etiam exprimere personas, à quibus audiuerunt, etiam si non sint de hoc inter-
x rogati: x secundum Angel. *in repetitio. l. ea quidem. in tertia columna. Cod. de accusatio. & in l. quid ergo. §. quantum. ff. de infami. Ludouicus Romanus in l. prima. in principio. ff. de oper. nou. nun. dominus Alexander in consilio centesimo quinquagesimo tertio, quinti volumi. incipiente, Visis narratis in themate. in vltima columna. & in consilio 155. quinti volumi. incipiente, Alias consultus respondi in causa matrimoniali. in secunda columna.* Præterea, quando fama est solum probata ex voce populi, & non ex aliqua legitima præsumptione ex
y qua fama originem traxerit, tunc dicitur esse vana vox populi, quæ non est audienda. y *l. decurionum. Cod. de pœnis, secundum Bartol. in dicta l. de minore. §. plurimum. in vltima colum. Bald. in l. proprietatis. Cod. de probatio. & in l. diffamari. in princip. C. de ingenuis & manumissis. dominus Abbas in capitulo, cum causam, quæ inter Archiepiscopum. in 1. colum. & in capitu. veniens. el. 1. in secunda colum. de testibus.* Nam fama sola est quoddam somnium, & quidam rumor, qui sæpe à veritate discordat: *secundum Bald. in c. vigilanti. in 2. colum. de præscriptionibus.* item fama est mutabilis, & vt plurimum mendax: secundum Bald. *in c. cum speciali. in vlti. col. de appellat. post Archidia. 11. quæstione 3. in c. non sunt audiendi.* Præterea non refert, an magister Franciscus fuerit mercatus suo proprio nomine tantum, an communi, postquam lucra communicauit, & erant socij omnium bonorum: vt dixi supra in nono fundamento. ¶ Quarto non obstat illud, quod adhuc fortius videbatur facere pro magistro Francisco, & habere in se magnam æquitatem, sci-
35 licet magna lucrorum inęqualitas,† per quam videbatur induci, non esse cõtractam societatem omnium bonorum, vbi alias censeri posset: sicut alias ratione magnæ inæqualitatis non præsumitur diuisio inter fratres, quæ alias præsumeretur à iure: prout singulariter tenet Bal. *in d. l. penulti. C. communi diuidun.* quia respondeo, quod illa decisio Bald. non est vera, & contrarium tenet Salyc. *in dicta l. penult.* vbi dicit, quod ratio Bald. *fundata per l. cum de indebito. in prin. ff. de probat.* procederet, nisi esset alia præsumptio in contrarium, scilicet quod tãto tempore mutua patientia interuenisset: vt ibi plenius per eum. illam decisionem Bald. etiam in specie reprobat dom. *Alexand. in consilio 92. secundi volu. quod incipit, Viso & discusso laborioso processu. in 2. colum. ad finem. contra Bal. etiam tenuit dom. Anton. de But. in repe. c. peruenit. de cẽsi. in 11. charta magna. in versi. venio ad secundum principale.* Vbi intelligit glos. *in d. l. penul.* procedere etiam,
z quando resultaret diuisio inæqualis, z & etiam eum refert d. Alex. *in præallegato consil. 92. secundi volu. in pri. ma col.* Præterea in societate generali non attenditur, quod vnus fratrum plus lucretur quam alius, prout dixi supra in octauo fundamento. ¶ Quinto non obstat illud, quod tenet singulariter Salycet. *in d. l. si patruus. in vlti. colum.* quod intelligantur soli fructus & soli reditus communicati, † non autem 36
proprietates bonorum: quia respondetur, quod contrarium tenetur per omnes alios doctor. superius relatos. Præterea in casu præsenti isti fratres communicarunt adinuicem non solum fructus & reditus, sed etiam proprietates, & hæreditates quascunque, & dotem, & alia quæcunque eis obuenientia vt supra retuli. ¶ Sexto non obstat, quod inter istos fratres non censeatur contracta societas omnium bonorum, sed solum illius negotiationis, quæ exercebatur, & sic res empta proprio nomine, etiam de communi pecunia; tamen conferri non debet: quia respondetur ex primo fundamento † su- 37
perius facto, quod in casu præsenti est longe diuersum; quia interuenerunt pene infiniti actus sociales, qui necessario inducunt societatem generalem omnium bonorũ, & concludunt, quod illud, quod emit vnus eorum nomine proprio tantum, tamen veniat communicandum: prout dixi supra in decimo fundamento & sequenti. ¶ Et per hoc similiter tollitur cõsilium Bald. septimo loco allegatum, quia in eo non concurrunt ea omnia, quæ in casu præsenti militant. ¶ Octauo non obstat, quod societas omnium bonorum nunquam intelligatur esse contracta, nisi specialiter & expresse hoc sit actum: quia respondetur, quod imo veritas est in contrarium, quod societas vniuersalis potest etiã tacite contrahi: prout est communis † vera conclusio doc. 38
quos superius retuli. Nec obstat text. *in d. l. 3. §. 1. pro socio.* quia loquitur in societate expressa, non autem in tacita: nec ille text negat societatem omnium bonorum posse tacite contrahi. Et ita etiam respondet Barba. *in præallegato consilio 22. secundi volum. in 9. colum. & in consilio 37. secundi volum. in 10. colum.* ¶ Nono non obstat, quod magister Bernardinus procurauerit facere societatem cum magistro Francisco: quia respondetur, quod istud faciebat, vt esset cautior. Vnde inducta ad augmentum non debent † o- 39
perari diminutionem. *l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. si mancipia. in princip. ff de fundo instruct.* Præterea quæ dubitationis tollendæ causa fiunt, ius commune non lædunt. *l. qui mutuam. in princip. ff. mandati. & l. quæ dubitationis. ff. de reg. iurꝭ.* præsertim ad tollendam malignorum sophisticam interpretationem: vt egregie dicit Host. *in c. nimis iniqua. cir. finem, de excess. prælat. & ibidem referunt Ioan. Andr. & D. Ant. de But.* ¶ Decimo non obstat, quod magister Bernardinus in responsione positionum fateatur se esse debitorem magistri Francisci de certis quantitatibus, ergo non erat societas vniuersalis: quia respondetur, † quod ibi debitum largo modo 40
sumitur secundum subiectam materiam, propter præcedentem continuam & generalem administrationem magistri Francisci, ad quam habuit respectum magister Bernard. in dicta eius responsione. *l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cond. & demon. l. quod debetur. ff. de peculio.* Præterea ad hoc vt ponens possit se iuuare ex responsione positionum debet prius iurare, quod credit eas esse veras: *vt ist gloss. notabilis in l. vnica. in gloss. magna, ad finem. Cod. de confess.* quam ad hoc reputat singularem Bald. *in c. in pertractandis. de iuramento calum. Idem tenet dom. Alexand. licet prædicta non alleget in consilio 151. quinti volumin. inci-*

piente. R petitus in causa matrimoniali. in prima colum. ¶ Vndecimo non obstat, quod magister Franciscus emit suo nomine tantum solum, super quo est ædificata domus, & quod operarios suo nomine conduxit, & cementa, lapides, & alia necessaria pro-
41 prio nomine mercatus est: † quia respõdetur, quod prædicta fecit clam, & ignorante magistro Bernardino, cui prædicta denunciare debeat, prout dixi opportune *supra in 11. fundamento.* & in dubio præsumitur ignorantia: per regulam *l. verum. ff. de proba.* ¶ Nec obstat, quod præsumatur habuisse notitiam ex conquæstione, quam fecit: quia respondetur, quod illi tres testes super hoc deponẽtes omnimodo sunt singulares, & diuersimode loquuntur de loco & tempore, vnde nihil probant. *l. iusiurandi. C. de testibus. & ibi Bald.* dicit, quod quando testes sunt singulares, tantum probant mille quantum vnus, qui non probat: secundum Specu. *in titulo, de inquisi. §. nunc videndum. versic. si autem semiplene. & ita etiam dicit dom. Anton. de Bar. in c. veniens. primo, ad finem, de testibus.* Præterea, licet magister Bernardinus de hoc conquereretur, tamen non sequitur, quod habuerit notitiam & scientiam, cum requiratur, quod magister Frãciscus sibi denunciaret: *prout notabiliter dixi supra in 11. fundamento. facit, quod notat Bartol. in l. si quis inficiatus. per illum text. ff. depositi. & in l. destituisse. ff. de iudiciis. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. facit quod vult glossa. in cle. causam. de elect.* Nec est verum, quod magister Franciscus præsumatur acquisiuisse de pecunia propria; quia imo
42 dicta fabrica fuit constructa, † vt superius etiam fuit dictum, pro magna parte ex pretio domus paternæ venditæ, & ex dote vxoris magistri Bernardini, & ex communibus reditibus & creditis, & aliis hincinde adinuicem communicatis: *prout dixi supra in 12. fundamento. Et idem Specul. in d. §. sequitur. in versicul. vt autem cum mysterio.* dicit, quod præsumitur acquisiuisse ex sua industria. est verum nisi aliud probetur, vt in casu præsenti. Nec in dubio in fratribus sociis omnium bonorum cadit talis præsumptio, quod magister Franciscus acquisierit solum, & fabricam fieri fecerit de pecunia sua propria, stantibus his, quæ dixi supra in primo fundamento: per notata per Bartol. & Bald. *in d. l. si patruus.* ¶ Vltimo, circa ineptitudinem libelli magistri Bernardini ratione contrarietatis vel repugnantiæ, quæ vitiat etiam in summariis, respondetur, quod ista causa quæ vertitur coram arbitris per statutum Fer-
43 rariæ potest expediri sine scriptis, † ergo sine libel-
a lo. [a] Sed sic est, quod vbi non requiritur libellus, si
b porrigatur, & ineptus, non vitiat: [b] *vt est gloss. notabilis in l. vinum. in glos. magna, ad finem. ff. si certum petatur, & ibi Ludou. & Moderni ad hoc notant Baldus in l. & si fine. in penulti. colum. Cod. ad Trebell. & in l. 1. in 2. col. C. de re iudi. Bald. & Imol. in l. si. per illum textum. ff. de libe. & posthum. Domi. Abbas in cap. bona. 2. in vltimo no. de electio. facit regula l. vnica. in princip. C. de rei*
c *vxoriæ actio.* ¶ Secundo per idem [c] statutum Ferrarię procedi debet sola facti veritate inspecta, ergo non requiritur ordo iudiciarius: *vt est text. notabilis in capitulo, ad petitionem. de accusatio. quẽ sic pro notabili allegat Bald. in cap. 2. in vltima col. de noua forma fidelitatis. & in l. nemo C. de sententiis.* Item procedi potest de facto, omissa omni iuris solennitate: secundum Bartol. *in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur. in penultima quæstione.* Et hoc etiam expresse dicitur in statuto Ferrarien si. Præterea, non est verum, quod iste libellus contineat repugnantiam, vel contrarietatem: ex quo enim magister Franciscus omnia bona passim administrauit, & sic ad eius manus multa peruenerunt: si debet fieri diuisio æqualis inter ipsos fratres, necesse est, quod reliqua ex redditione rationis administrationis discernantur, quæ aliter apparere non possent: & libellus etiam grosso modo † loquendo sustineri debet: *secundum Bald. in l. si. 44 in 2. colum. Cod. de compens. & quocunque modo libellus possit sustineri, tolerãdus est: secundum Baldum in l. 2. Cod. de form. l. & in l. ordinarij. in penultim. colum. Cod. de re. vend. & in l. Polla. circa finem. C. de his quibus vt indig. & in l. per diuersas. in 11. quæstione. C. mandati. Ang. in l. si inter. C. de iure dot.* Libellus enim est largissimi iuris, & sic largissime interpretandus: secundum do. Abba. *in c. cum ecclesia sutrina. in vltimo notabili, per illum text. de causa pos. & proprie. & in c. cum venissent. super glos. prima. de in integrum restit.* Et quilibet libellus in dubio præsumitur aptus; quia est sustinendus, quamuis habeat verba impropria: secundum Baldũ *in l. edita. in 9. col C. de edendo.* Præterea in isto libello adest clausula salutaris, qua petitur, super præmissis † omnibus & singulis ius fieri, & iustitiam minis-
45 tra-ri. quæ clausula operatur, vt libellus sustineatur ex causa apta, licet super inepta sit conclusum [d]: secũ- d
dum dom. Abba. *in ca. cũ dilectus. in 1. col. vltima charta de ordine cognitio. & in c. pastoralis. in prima colum. de causa pos. & proprietat.*

ADDITIO.

a Meliot text. de iure. l. ex parte.] Natta consilio 264. considerato num. 1.

b Communicari alteri.] Natta d. consil. 264. num. 2. vbi tamen Ias. non meminit Menoch. qui hoc consil. citat consil. 12. responsum num. 13.

c Notabiliter.] Bal. illam tamen reprobat idem Iason infra eodem consil. num. 55.

d Ita tenet.] Ceph. sequitur consil. 340. causa ista, num. 1.

e Quam generantur.] Dec. consil 72. viso puncto, num. 5. Cæph. consil. 65. in præsenti nu. 42. & seqq. & consil. 247. in occurrenti, num. 27. 28. vbi hoc consil. citat.

f Septimo.] Facit Cœph. d. consil. 340. nu. 9. vbi sequitur.

g Donatio.] Dixi consil. 52. cum simulatio. num. 70. & consil. 90. non videtur num. 18

h Acceptata.] Ias. consil. 21. quatuor num. 12. infra eo. vbi addo.

i Societatem.] Videatur omnino Ias. consil. seqq. Decius consil. 21. viso puncto num. 1. consil. 66 de duob. num 1. versic. his tamen consil. 548. visa num. 5 consil. 628. in casu num. 3. & in rubr. C. qui testa. fac. poss. num 15. Bertran. consil. 62. quamuis num. 6. lib. 2. consil. 38. ex casu num. 3. & per totum lib. 4. & hanc conclusionem tenet etiam Socin. consilio 192. Capio primam sub numero 2. vers. quibus præmissis rubr. cõsilio 95. viso numero 1. Alciat. tractat. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 23. nu. 2. vbi est late add. quem refert Villalob. comm. opin. lib. 17. verb. societas præsumitur. Cœph. d. consil. 340. num. 7. vbi Ias. hoc loco & alios plures citat. in materia Soc. sen. consil. 160. in præsenti lib. 2.

k Vers.] Alibi tenet Ias. consi. seq. col. pen. in prin. quem refert Cœph. consil. 146. tria sunt num. 30. cum seq. consil. 340. Causa ista nu. 7. & Rolan. consil. 91. reuocatur in dubium nu. 27. lib. 1. vbi hæc consil. allegat.

l Principaliter.] Ias. cons. 5. factum num. 4. lib. 1.

m Quarto.] Facit Ias. d. consil. 5. num. 4. vbi addo & vide eundem consil. seq. num. 14. vers. ad idem bene facit accedit Natta consil. 91 permitti num. 1.

n Com-

militudine aliqua concurrente num. 8.

8 Hæres præsumitur ignorare factũ defuncti quod maxime procedit in filio & sic suo hærede.

9 Societas omnium bonorum non contrahitur inter aliquos nisi expresse agitur. & num. 15. vbi contra ex communi.

10 Actus voluntarij non extenduntur vltra quam gerantur.

11 Societas consensu etiam tacito contrahitur & ex actibus promiscuis socialibus.

12 Societas præsumitur contracta ex cohabitatione & ex eo quod lucra conferunt & non reddunt rationem eorum quæ alter superlucratur & num. seqq.

14 Societas vniuersalis omnium bonorum præsumitur cõtracta ex actibus promiscuis & varietatem habentibus cum non possint fieri citra ius & nomen societatis vniuersalis.

16 L. 3. §. 1. ff. pro socio declaratur.
Voluntas & consensus declaratur per facta nume. 17. & num. 18.

18 Facta sunt fortiora ad declarand. volũtatem quam verba quæ sæpe contra intentionem proferuntur.
Testimonium mentis nostræ nullum maius quam qualitas inspecta factorum quæ sine lequela se intelligunt num. 18.
Diuisio pro æqualibus portionibus fieri debet in societate vniuersali tacite contracta. vide in ver. societas.

20 Societas. In societate vniuersali omnium bonorum fieri debet diuisio æqualis inter socios, & nõ solum lucrorum sed etiam sortis & capitalis.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN causa societatis, quæ vertitur inter dominum Gabrielem, & eius cõsanguineos, seu fratres patrueles de Trincheriis, procedam breuiter & concluſiue, sequendo ordinem eorũ, de quibus potest probabiliter dubitari. ¶ In primis dico, quod societas contracta inter quondam dom. Gasparem, & dom. Gabrielem eius nepotem fuit vniuersalis societas omnium bonorum expresse inter eos contracta: vt apparet ex pluribus verbis instrumenti publici superinde confecti, præsertim dũ dicitur, societatem inter se omnium bonorum habuerunt † & habeant, & animum habeant societatem simul habendi, prout & quemadmodum hactenus habuerunt, communicantes inter se viciſſim & adinuicem omnia & singula eorum bona, mobilia, & immobilia, res & iura præsentia, & futura, cedentes viciſſim alter alteri omnia iura, omnesque actiones, & exceptiones quomodocunque competentes, & competituras modis omnibus, & communicauit dom. Gaspar dotem vxoris suæ prædefunctæ, & dom. Gabriel dotem maternam, per quę verba clare apparet fuisse societatem vniuersalem omnium bonorum, vnde in claris † & certis non est locus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. in fi. ff. de verbor. obligat.* per quem text. not. ibi Bal quod omittere certitudinem & quærere indicia, est infirmitas intellectus. *facit. l. pediculis §. argento ff. de auro & argen. leg. & l. 3. in fi. C. de lib. præ.* Item à certis propter in

b Communicare.] Ias. cons. seq. col. pen. circa finẽ vers. ad idem vltra sub d. num. 14.

o Præsumptionem.] Soc. consil. 37. viso num. 13. lib. 3. Barb. consil. 41. immortalem nu. 12. lib. 4. cum aliis per me citatis consil. 52. cum simulatio num. 96. & num. 100. & consil. 72. iterum num. 29.

p Verisimilitudo.] Idem Ias. l. 1. sub num. 31. de vulg. l. si extraneus num. 11. de cond. cau. l. si quis in fundi sub num. 32. de leg. 1. Fel. c. auditis sub num. 36. de præscript.

q Figura iudicij.] Ias. l. 1. num. 15. in fi. C. de pact. Soc. cõs. 15. visis prædictis num. 29. lib. 1. Feli. c. si cautio. num. 14. & 39. de fide instr. Cœph. consil. 397. in facto num. 57. vbi huius cõsilij meminit.

r Obligationem.] Ias. consil. 91. visis ac diligenter num. 16. infra eo.

s Diuidenda.] Idem Ias. consil. 5. factum num. 7. supra lib. 1. auth. quod locum num. 6. & in l. pen. post nu. 4. C. de collat. & Ias. hic refert Ceph. d. consil. 247. num. 3.

t Tenet Bal.] Ceph. d. consil. 247. num. 33. vbi etiam huius consilij meminit.

v Consentientibus.] Aymo consil. 29. de duobus num. 9. declara vt per Barb. consil. 22. & quidem col. 3. versic. & ex hoc. lib. 1.

x Interrogati.] Ias. cons. 78. iuris nu. 19. infra eo. vbi addo.

y Audienda.] Ias. d. consil. 78. num. 20. vbi dixi. addo Aymo. qui Ias. hoc loco allegat consil. 260. ad dubia num. 7.

z Inæqualis.] Dixi cons. 128. in quæstione nu. 5. supra lib. 4.

a Sine libello.] Menoch. de recuper. poss. rem. 15. num. 241. & tract de arbitr. iud. lib. 1. q. 18. num. 3. vbi hoc consil. allegat.

b Non vitiat.] Regulariter ineptitudo libelli vitiat ipsum libellum Aymo cons. 152. neminem num. 2. vbi late agit cum aliis vt per Eman. Suarez recep. sent. thesau. ver. libelli ineptitudo. cui addo Marsi. sing. 119. ineptitudo & vltra lim. de qua per Ias. hic limita nonnullis aliis modis vt per eundem. l. si patronus num. 3. de iureiur.

c Per idem.] Quid operetur hæc clausula in rescripto apposita Natta cons. 15. proximis num. 11. consil. 521. dubitatur numero 13. late idem Natta consil. 617. stante per totum. vbi loquitur in clausula apposita in statuto & consilio 585. crebro & de hac clausula Roland. cons. 53. quod leg. numero 13. cum seq. lib. 2. latissime. consil. 7. quoniam nu. 31. cum seq. lib. 3.

d Conclusum.] Vide vt per Ias. consil. 170. quod prædicti numer. 29. supra lib. 2. & alios plures effectus huius clausulæ ponit Gabriel. commun. opin. lib. 6. de clausc. concl. 4. & vltra eum adde Rolan. cons. 79. viso num. 38. lib. 1. & alium effectum ponit Natta consil. 120. magnificæ num. 17. consilio 167. perspectis num. 9. vbi viden. latissime. Rol. cons. 41. habita num. 26. & 29. lib. 3. Sed non extenditur ad causam nullo modo narratam Natta consil. 188. vidi num. 5. & est tantæ potentiæ vt omnia videantur deducta ex quibus intẽtio actoris ex actis iuuari potest. Natta consil. 532. fundamentum. num. 32.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM III.

SVMMARIA.

1 Societas omnium bonorum probatur per verba expressa instrumenti.

2 Coniecturis non est locus in claris & omittere certitudinem & quærere indicia est infirmitas intellectus.

3 Societas. In societate omnium bonorum veniunt hæreditates, lucra dotium, & similia & num. 19.

4 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

5 Societas finitur morte nec transit ad hæredes.

6 Societas prima censetur renouata iisdem qualitatibus & modis quibus prior erat ex perseuerantia cõmunionis & quia indiuisam substantiam tenent & communiter mercantur si sint scientes & notitiam habeant de instrumento societatis initæ, secus si sint ignorantes & non habeant notitiam instrumẽti societatis initæ num. 6.

7 Ignorantia probatur iuramento & præsertim verifi-

certa non est recedendum: *dicit text. 30. quæst. 5. in ca. iudicantem.* & sic in illa vniuersali societate venissent
3 hæreditates vni eorum obuentæ, † lucra dotium, & similia *l. 3. §. 1. & l. si societatem vniuersarum. ff. pro socio.* Et licet duo vel tria capitula fuerint exceptuata
4 † tamen in aliis firmant vniuersalitatem: per regulam *l. nam quod liquida. §. fi. ff. de penu legа. & l. Lucius. §. pluribus. in fi. ff. ad Trebel. & c. 2. in fi. de coniug. lepro. & in c. dominus. & ibi gloss. 32. quæst. 7.* Ista vniuersalis societas fuit soluta & extincta per mortem
5 do. Gasparis, † & non transiuit ad eius filios & hæredes. *l. a deo. in principio, & l. nemo potest. & l. actione. §. morte. ff. pro socio. & §. soluitur. institut. de societat.*

¶ Hinc exoritur secundum dubium, an filij domi. Gasparis perseuerãtes in communione cum domino Gabriel, & hincinde communicando omnia, intelligantur renouasse primam societatem cum suis qualitatibus, & sic in omnibus & per omnia, prout prior erat. Et in hoc concluditur, quod si erant scientes, & sic notitiam habuerunt de instrumento societatis initæ inter eorum patrem & dominum Gabrielem, quæ scientia requiritur, secundum domi. Abba. *in consilio. 87. secundi volumi. incipiente, Quidam fecerunt & contraxerunt inter se quandam societatem:*
6 † certe ex tali perseuerantia communionis, & quia indiuisam substantiam tenent, & communiter mercantur, cẽsetur renouata prima societas iisdem qualitatibus & modis prout prior erat. *l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. & l. legem. C. eo. & l. in rebus. §. fina. ff. commod. secundum Bald. in l. si patruus. in 3. col.*
a *Cod. communia vtriusque iud. & in l. mandatum.* [a] *in 3. oppositione. C. mandat. & in consilio 448. quartæ partis. quod incipit, Punctus, super quo petitur consilium, talis est. dominus Albas in prælleg. consilio 87. secundi voluminis, Ludou. cus Roma. in consilio 418. quod incipit, In eo quod quæritur, an exequuta possessione. dominus Alexand. in consilio 132. quinti volumi. incipiente, Perlectis & ponderatis. in 2. & 5. colum. & sequenti.* & in ista societate si fuisset renouata dos dominæ Dorotheæ matris filiorum domi. Gasparis, non debuisset communicari: quia expresse exceptuata in instrumento societatis paternę: sed bene debuissent communicari hæreditates & alia lucra dotium alicui obuenientia. Si autem filij domini Gasparis ignorassent societatem paternam præcedentem, nec habuissent notitiam de instrumento dictæ societatis initæ inter eorum patrem & dom. Gabrielem, quod
7 tunc secus esset. Et quod ignorauerit † [b] stabitur eo-
b rum iuramento: secundum glos. *in l. si cui. §. iisdem. & ibi Bart. ff. de accusat. & glos. in c. proposuisti. 82. distinct. & in c. innotuit. in verb. ignorantia. & ibi Abb. in vlt. col. de electio. & in c. accedens. de crimi. falsi. & in cap. in verb. scienter. de tempo. ordinan. in 6. & in cap. præsumitur. de regu. iuris, in 6. facit text. in c. vt circa. §. super huiusmodi. & in cap. nulli. in fine. de electio. in 6. & in c. si vero 2. & ibi dominus Abbas in 3. notabili, de senten. excommunica. & in cap. fina. qui matri. accus. pos. & in cap. pastoralis. de except.* Et præsertim istud procedit casu præ-
8 senti, in quo concurrit verisimilitudo, † cum paterna societas non durauerit nisi tribus mẽsibus, & sic modico tempore, & hæres præsumitur ignorare factum defuncti. *vt l. qui in alterius. ff. de regu. iur. & l. 1. in fi. & l. sequenti. ff. depo. præsertim filius. & sic suus hæres: vt habetur in l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. & in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio.* & sic quod ignoratur, non potest intelligi fuisse renouatum. *l. in eo. §. fi. ff. de ritu nupt. & l. si debitorem. cum similibus. C. de pignor.* & sic ex hoc capite ignorãtiæ videtur cessare renouatio societatis paternæ. Aggredior itaque tertium dubium principale, in quo consistit tota substantia presentis controuersiæ: an inter domi. Gabrielem & istos consanguineos suos fratres patrueles censeatur fuisse contracta noua societas vniuersalis omnium bonorum. In quo passu videretur prima consideratione dicendum quod non: quia societas omnium bonorum non contrahitur inter aliquos, nisi specialiter & expresse hoc agatur: † *vt est text. notabilis in l. 3. §. 1. ff. pro*
9 *socio.* ibi text. dicit, cum specialiter omnium bonorum societas coita est, & glos. ibi in verb. specialiter. exponit, id est expresse. & ita per illum textum firmat Paulus de Castro *in consilio 85. quod incipit, Ex die quo iste Raphael factus maior. in vltima colum. refert & sequitur dominus Andreas Siculus in consilio 22. primæ partis, quod incipit, Scripsit Porta clarissimus. in penultima columna.* Vbi reputat illum textum esse ad hoc scribendum literis aureis. Sed in casu præsenti non fuit expresse, & specialiter actum de contrahenda societate vniuersali omnium bonorum, igitur, &c. Et cum inter eos non sit contracta vniuersalis societas expressa, sed solum quædam tacita mercantiarum & negotiationum, quæ per eos exercebantur: quia actus voluntarij non extenduntur † vltra
10 quam gerantur. *l. 1. §. si quis hoc interdicto. & ibi Bartol. ad fi. notat ff. de itiner actuque priv. & latius idem Bartolus in l. Titium aut Mæuium. §. altero ff. de adminis. tuto. & in l. si patruus. Cod. communia vtriusque iudic. & in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio. Bald. in consilio 155. quinti voluminis, quod incipit, Præmissis quibusdam verbis. & in consilio 482. quinti volu. quod incipit, Primo videtur dicendum probatum esse. dominus Abbas in consilio 66. quod incipit, Attingam breuissime decisionem huius dubij, domin. Alexand. in consilio 78. 2. voluminis, quod incipit, Discussis his, de quibus in themate.*
Et sic videtur, quod hæreditates, lucra dotalia & similia, quæ non proueniunt ex actibus quæstuariis, sed à casu & à fortuna, non debeant inter eos communicari. *l. coiri. cum sex sequentibus. & l. cum duobus. §. socium. iuncta gloss. ff. pro socio.* ¶ Sed præmissis [c] non c
obstãtibus, contrariam sentẽtiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod imo inter dominum Gabrielem & istos eius consanguineos maiores censeatur esse contracta societas vniuersalis omnium bonorum: eo quia post mortem d. Gasparis perseuerarunt in communione, † & simul steterunt, 11
& cohabitauerunt, viuendo semper cõmunibus expensis, oẽs merces & introit' sine vlla ratione communicarũt, omnia eorum bona tam mobilia quam immobilia, ac nomina debitorum & credita cõmuniter & pro indiuiso tenuerunt sine vllo cõputo rationũ, & nulla vnquam inter eos reddita ratione, & in actibus & mercantiis difformibus, & varietatem habẽtibus, lucra vndecunq; prouenientia ex diuersis exercitiis in commune cõferendo, quæstus & lucra omnia simul participando, damna & dispendia cõmuniter sustinẽdo, & sic iura, & actiones actiuas, & passiuas cõmunicando, & vlterius in cõmuni posuerunt quasdam pecunias, quas eorum pater & dñs

Gabriel

Gabriel in instrumẽto præcedẽtis societatis vtrinq; reseruauerant. Vnde ex istis dicitur inter eos cõtractam fuisse societatem vniuersalem omnium bonorum, concurrente diuturnitate tẽporis: quia sic perseuerauerunt per annos sexdecim & vltra: item data habilitate ætatis ad societatẽ contrahendam. Ad ita tenendum adducã authoritates plurium doctorum, qui ita in terminis tenet. ita tenet notabiliter Bald. *in cõsil 11. primæ partis, incipiente, Casus est talis, tres sunt fratres.* Vbi tenet, ꝙ societas consensu etiam tacito contrahatur, & ꝙ tacitus consensus præsumatur ex actibus consonantibus societati; vt quia simul habitant, quæstus & lucra simul participãt, damna communiter tolerant, & sunt habiles ad societatem contrahendam: & tunc non est dubitandum secundum eum, quod actiue & passiue sunt socij, ex quo cõmunicãt sibi actiones & passiones. *ita ibi Bal.* Si ergo sunt tales socij, ergo non simpliciter, ergo sunt socij omnium bonorum. *Idem tenet Bald. in consil. 452. tertiæ partis, quod incipit, Duo fratres diu steterunt simul. quod consilium est errore duplicatum in eadem tertia parte, in consilio 480. & in quinta parte in consilio. 397.* Vbi tenet,
12 ꝙ si duo fratres diu steterunt simul,† & bona omnia cõmunia simul possederunt, & fructus perceperũt, & simul participarunt onera & lucra, quod inter eos intelligitur contracta societas generalis, & sic censentur socij generales, ex quo communicarunt non solum lucra parua, quæ consumuntur in domestica familia, sed etiam lucra notabilia, *vt ibi per eum.* Præterea insimul cohabitatio, lucrorum in vnum collatio, & eius, ꝙ alter superlucratur inuicem non reddita ratio, facit præsumi societatem. *l. Procula. ff. de proba. & l. si seruus. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. quæ dotis. cum ibi notatis. ff. solu. matri. secundum Richar. Malumb. Oldra. Laud. & Iaco. de Arena, quos referunt & sequuntur Bar. & Albe. de Rosa. in l. Titium aut Mœuium. §. altero. in penul. col. ff. de admini. tuto.* Item ex quo fra-
13 tres simul habitauerũt diu, seu longo tempore, † & bona simul habuerunt & communibus expensis sine cõputatione vixerunt, & negotia sua promiscue egerunt, præsumitur inter eos cõtracta societas, *arg. l. 1. in fi. cum. l. sequenti. ff. de his qui deiec. vel effud. & c. 1. de benefic. fra. ita tenet notabiliter Bald. in l. 1. Cod. qui testa. fa. pos.* & ibi subdit bonum verbum in practica, quod ita seruat consuetudo in maioribus. refert & sequitur dominus Alexand. *in consil. 37. quarti volu. quod incipit, Consideratis his, quæ in processu. in 2. colum. ita etiam refert & sequitur Albe. de Rosa. magnus practicus in d. l. 1. C. qui testa. fa. pos. & in d. l. Titium aut Mœuium. §. altero. Al bi tenet Ang. in consil. 85. quod incipit, Ex themate prædicto elicitur tria dubia. in 3. dubio,* quod cum fratres mortuo patre simul steterunt, & lucra & quæstus in communi archa posuerunt, ex hoc solo intelligitur societas contracta, quæ contrahitur nudo consensu expresso vel tacito: *vt ibi per eum.* Ad
d idem bene facit: d quia ex quo isti consanguinei ex-
14 ercebant diuersas negotiationes, † & diuersas mercantias, & sic actus difformes, & varietatem habentes, & lucra vndecunque prouenientia ex diuersis exercitiis in commune conferebant, certe ex talibus actibus difformibus intelligitur contracta societas vniuersalis omnium bonorum: quia ex actibus ita promiscuis & veritatem habentibus, necessario præsumitur contracta societas generalis: cum ista fieri non possint citra ius & nomen vniuersalis societatis, *argumento l. pro hærede. in principio. ff. de acquir hæred. ita notabiliter tenet Bald. in l. si patruus. in vlt. colum. C. communia vtriusque iud. & in tractatu de duobus fratri. in 8. colu.* Istud idem quod ex communicatione lucrorum vndequaq; prouenientium censeatur contracta societas vniuersalis omnium bonorum, firmat Ludou. Rom. & per quatuor rationes comprobat *in consil. 291. incipiente, Cum isti fratres, & in consil. 470. quod incipit, Cum isti fratres lucra ex negotiationibus. & ita etiam legendo tenui in d. l. 1. C. qui testa. fa. pos. & ita sapius consului.* Ad idem vltra authoritates prælegatas, quod inter istos consanguineos & dominum Gabrielem cẽseatur esse contracta societas generalis omnium bonorum, cõsuluit etiam domi. Andr. Siculus *in consil. 24. secundæ partis, quod incipit, Sapienter scripsit ecclesiastes*, & ibidem dicit in 7. colum. quod istam partem fuit sequutus infinitis vicibus consulendo apud illustres & celebres ciuitates Italiæ. ibidem etiam *in 11. col.* dicit ꝙ secundum hanc partem consuluit infinitis vicibus, & quod ita vidit consultũ per celebres & magnos in vtraq; censura iurisconsultos. ita etiam consuluit idem domi. And. Siculus *in consil. 37. secundæ partis incipiente, Scribitur sapienter paralipomenon. &* ibi *in 11. col.* dicit quod istam partem tenent Bal. Petrus de Ancha. Angel. Imol. & Paul. de Cast. & ꝙ vidit istam quæstionẽ versari in dubium in diuersis & infinitis pene partibus Italiç, & ꝙ ita vidit consultum per celebres in vtraq; cẽsura viros, & quod ita etiam ipse consuluit infinitis vicibus ¶ Tenendo istam opinionem, quæ videtur communiter approbari, non obstat illud, quod superius in oppositum adducebatur, quod societas omnium bonorum nunquam intelligitur esse contracta, nisi specialiter & expresse hoc fit actum: quia respondetur, quod imo veritas est in contrarium, † 15
ꝙ societas vniuersalis potest etiam tacite contrahi, prout est cõmunis & vera cõclusio doctorum, quos superiꝰ retuli. ¶ Nec obstat text. *in d. l. 3. §. 1. ff. pro socio,* 16
† quia licet dicat, quod societas omnium bonorum specialiter contrahatur, nõ tñ negat, quin etiam societas omnium bonorũ possit tacite contrahi. & sic ille text. loquitur in societate expressa, non autẽ in tacita, & ita etiam ad illum textum respondet dom. Andr Siculus in prælegato *consil. 22. secundi volu. incipiente, Sapienter scripsit ecclesiastes. in 9. col. & in cons. 37. secundi voluminis. incipiente, Scribitur sapienter paralipomenon. c. 3. in 10. col.* Confirmatur ista solutio; quia non solum ex verbis, sed etiam ex factis deprehẽditur, ꝙ tanquam vniuersales socij communiter & ꝑmiscue agerent & contraherent. † Nam etiam per 17
facta declarantur voluntas & consensus. *l. de quibus. ff. de legibus, & text. melior de iure in l. si tamen. §. ei qui. ff. de adili. edict. facit l. Paulus respondet non tãtum verbis. ff. rem ratam hab. & l. reprehendenda. C. de instit. & substit.* Imo facta sunt fortiora ad declarãdum † voluntatẽ 18
quam verba, quæ sępe proferuntur contra intentionem proferentis; e *vt in c. dilecti. de appellatio. & in ca-* e
pit. æstimant. 11. q. 3. secundum dom. Abba. in consil. 116. secundi volu. quod incipit, Illud de iure quæritur, vtrum visa remissione. in penult. colum. in princip. Alibi dicit f e f
gregie Bald. *in cap tu. super literis. in 5. colum. de rescrip.* quod nullum est maius mentis nostrę testimonium, quam qualitas inspecta factorum, quæ sine loquela

se intelligunt, & per solum aspectum imprimunt suam voluntatem. ¶ Stante ista conclusione quod ista sit societas vniuersalis omnium bonorum, prout supra firmaui, nemo dubitabit, quod hæredi-
19 tas & dos materna istorum consanguineorum, † & lucrum dotis do. Nicolai debeant communicari: *per l. 3. §. 1. & l. si societatem vniuersarum. ff. pro so.* similiter dom. Gabriel tenetur communicare non solum res emptas ex dote & iocalibus vxoris suæ mortuæ durãte societate, sed etiam fructus ex eis perceptos, & pariformiter dom. Nicolaus dotem lucratam, vt proxime dixi, & fructus ex ea perceptos. ¶ Quarto & vltimo videndum est, qualiter debeat fieri diuisio inter dom. Gabrielem & tres eius consanguineos. Respondetur, quod vniuersaliter omnia, quæ extãt debent inter eos æqualiter diuidi, & non solum bona per eos communicata, sed etiam quæ communicari debent: vt dixi supra proxime in dubio præcedenti: eo quia in ista societate vniuersali taci-
20 te cõtracta, debet fieri diuisio pro æqualibus † portionibus. *l. si non fuerint. in principio. ff. pro socio. Bartol. in l. Titium aut Mæuium. §. altero. in fi. ff. de administra. tuto. Bal. in l. si vt proponis. circa finem. C. de rei vend.* Item debet fieri per capita, & sic in casu præsenti debẽt fieri quatuor partes, cum oẽs quatuor se exercuerint, *secundum Ange. in consil. 112. incipiente, Vanutius. in secundo dubio. Paul. de Castr. in consil. 185. incipiente, Ex die quo iste Raphael factus maior, circa fin.* Item in societate omnium bonorũ etiam capitale debet æqualiter diuidi pro partibus societatis, & non esse præcipuum illius, qui posuit: eo quia in societate omnium bonorum vnusquisq; videtur cõmunicasse, q̃ erat proprium, & illud proprium transit in commune: *vt l. 1. in fi. & l. 2. ff. pro so. & ita tenent Bal. & Salycet. in l. 1. in 2. quæstio. C. pro socio.* secus si esset societas particularis: puta quia vnus posuisset capitale, & alius operã personæ: tunc capitale debet esse saluum ponenti illud in societate. *l. cum duobus § si in coeunda. ff. pro so. & ita etiam consuetudo obseruat in plerisque ciuitatibus: secundum gl. in d. l. 1. & etiam est de iure: secundum Bald. & Saly. ibi in secunda quæstione post Iacobum de Arena.*

ADDITIO.

a L. mandatum.] Ias. consil. 33. viso themate in fin. hoc lib. vbi addo. & Ias. hic refert Aymo consil. 286. Ludouicus col. 2. ver. ex quibus.

b Ignorauerit.] Ias. sup. consil. 84. omissa num. 18. lib. 1. Dida. var. resolu. lib. 2. cap. 10. versic. 3. admittenda Fichar. cõm. opin. lib 9. verbo ignorantia. vbi refert Dida. dixi consil. 60. proponitur nu. 13. consil. 96. viso processu sub nu. 11 & ibi dictis addo Ias. decis. 101 in hac quæstione nu. 24. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 186 num. 3. & 4. vbi adducit rationem. & consil. 74. dubitari num. 19. Ceph. consil. 242. dominus num. 16. Alb. consil. 9. ex iis. num. 36. idem dicitur de errore: nam ad cuitandum falsum error iuramento probari potest prout dixi consil. 78. In causa num. 30. sic etiam impedimentum dixi consil. 164 dubitandum num. 10.

c Sed præmissis] De istis vide omnino Ias. consil. præcedẽti num. 17. 18. versi. alibi, tenet not. Bald. consil. 19.

d Benefacit.] Ias. d. consilio 2. numero 21. versi. 4. facit vbi addo.

e Proferentis.] Idem Ias consil. 163. difficultas colum. 1. versic. confirmantur supra lib. 2. consil. 19. In causa decimali numero 19. versi. confirmantur prædicta consil. 71. ordinatio. num. 9. versi. 50. pro confirmatione, infra eod. Neuiz. in sylua libro 6. sub num 16. Gram. cons. crimi. 13. In causa Miloniana num. 3. Aymo. consil. 204. vniuersitas numero 11. consil. 228. In proposito num. 3. Menoch. consil. 1. num. 264. consil. 5. excitatur num. 16. vbi alios adducit. & tract. de recup. poss. remed. 15. num. 124.

f Alibi dicit.] Ias. l. neque professio num. 6. C. de testam. consil. 107. num. . . . supra lib. 1. & consil. 142. In præsenti numero 30. supra lib. 2. Dec. l. semper in stipulationibus. sub numero 4. de regu. iur. Soc. iun. consil. 1. num. 22. lib. 4. Aymo. d. consil. 204. num. 12.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM IV.

SVMMARIA.

1 *Pacta in contractu pro parte sua non obseruanti nõ debẽt etiam per aliam partem pacta obseruari, nec debet gaudere dictis pactis. Idq; procedit etiam interueniente iuramento.*

Obseruans. Non obseruanti pacta non est obseruandum num. 1. vbi reg. exornatur & ampl. etiam stante iura. & etiam in minima contrauentione.

Vasallus non tenetur seruare iuram. fidelitatis domino qui non seruat fidelitatem vasallo num. 1.

2 *Differens facere quod debet non potest petere quod sibi debetur.*

3 *Iuramentum est seruandum in forma specifica, & non sufficit illud adimplere per æquipollens.*

4 *Librirationum dicuntur legaliter confecti quando ex eis computationes probe explorantur, data & accepta recte referuntur & num. seq.*

5 *Librirationum debent omnia singulariter & explicite exprimere, & non continere summam in genere vel in concreto.*

6 *Rationum redditio debet in se bonam fidem habere, nec non solertiam & diligẽtiam, quam natura actus desiderat. Nec perfunctoriis scripturis, sed codicibus solenniter & more consueto cõfectis est danda fides.*

7 *Rationẽ societatis qui reddere tenetur, ad quatuor tenetur, videlicet libros rationum legaliter confectos edere, calculum ponere, reliqua reddere & purgare moram solutione eius, quod debetur.*

8 *Actus quando requiritur cum aliqua qualitate nõ sufficit actus sine qualitate, nec qualitas sine actu.*

9 *Petens aliquid vt talis debet docere se talem, alias succumbit.*

10 *Verba quantumcunq; generalia debent intelligi ciuili & moderato modo, non autem excessiue.*

11 *Arbitrium commissum alicui in re aliena intelligitur semper commissum cum iustitia & rectitudine quibuscunq; verbis committatur.*

12 *Societas est cõtractus bonæ fidei, & in eo abundare debet bona fides.*

13 *Verba (prout sibi videbitur & placuerit) non important liberam & absolutam voluntatem, sed solum arbitrium boni viri, & sic rectum & moderatum iudicium.*

14 *Dolus de futuro nunquam intelligitur remissus licet aliquid committatur in liberam & absolutam voluntatem alicuius.*

Verba importantia etiam liberam voluntatem non ad eo operantur, vt censeatur dolus de futuro remissus num 14.

Redditio reliquorum nunquam intelligitur remitti per verba generalia.

15 *Supprimẽs aliqua in reddendis rationibus & multa occultans seu celans præsumitur habuisse animum deprædandi.*

16 *Libri qui reperiuntur in aliqua parte vitiosi vel falsi in alia credi non debet.*

17 *Legatum dotis non includitur in generali confessione seu renunciatione facta generaliter de omnibus legatis sibi relictis in testamẽto nisi nominatim exprimatur.*

Dotis legatum. vide verbum legatum dotis.

Renunciatio generalis de omnibus legatis non includit legatum dotis, nisi nominatim exprimatur num. 17.

Liberatio generalis quando est facta per mulierem haredibus mariti de omnibus & singulis iudiciis legatis & prælegatis ipsi mulieri per maritum in testamento factis, non intelligitur comprehendi legatum dotis factum ipsi vxori, nisi illud nominatim in quitatione exprimatur num. 17.

18 *Legitimæ vel iuri petendi supplementum legitimæ nũquam intelligitur renunciatum in generali renunciatione facta de hæreditate paterna, nisi de ea fiat specialis, & expressa mentio.*

Dos succedit loco legitimæ num. 18.

19 *Lex vel statutum generaliter loquens, & aliquid generaliter requirẽs pro solemnitate actus alias eum annullat nõ intelligitur loqui, nec habere locum in dotibus fauore dotium.*

20 *L. bene à Zenone & l. omnes. non vendicant sibi locum in dotibus, nec in præiudicium iurium dotalium.*

21 *Soluere nemo præsumitur ante tempus, & sic plus tẽpore.*

Summa. quando summæ sunt diuersæ & separatæ, & diuersi temporis & à diuersis personis habitæ vna nõ continetur sub alia, sed omnes exigi possunt.

Tutela redditur nulla ex eo q̃ tutor non expresse promisit defensionem pupilli sine mora suscipere, & vtilia facere, & inutilia prætermittere ex communi opin.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

DOMINVS Baptista de Ponte mercator Genuensis habitator Auenionẽsis non obseruauit pacta iurata contenta in commenda decem millium scutorum auri: ideo non potest se iuuare ex pactis dictæ commendæ, cum sit trita regula iuris, quod quando quis non obseruat pro parte sua conuenta in contractu, non debent etiam sibi per aliam partẽ obseruari † nec debet gaudere dictis pactis: [a] *l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Bartol. notat. ff. locati. l. cum proponeres 2. & ibi Bartol. & alij not. Cod. de pactis. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. l. qui fidem. ff. de transact.* Nam frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitam non seruauit: *vt est text. in reg. frustra sibi quis fidem postulat. de regul. iur. in 6.* Item, qui non facit quod debet, non recipit, quod oportet: *secundum Bald. in cap. 1. in vlt. col. qualiter dom. à propr. priue. & in c. 1 §. porro. quæ fuit prima causa bene. amit. facit text. in c. peruenit. & ibi dom. Abb. de iureiurand. & in l. ædiles. §. fi. & ibi gloss. ff. de ædil. edic.* Ista regula procedit, etiam si iuramẽtum interuenisset, & sic etiam si contractus hinc inde fuisset iuratus. *text. est in c. 3. & ibi dom. Abb. & alij ad hoc notant, & in c. quanquam. & ibi dom. Abbas in 3. notabili. & in c. sicut 2 ad finem. & ibi D. Abbas ad hoc not. de iure iuran. Bene facit, quod vult gloss. notabilis in c. 1. in gloss. pen. de no. for. fideli.* quæ dicit, quod si dominus non seruat fidelitatem vasallo, quod similiter vasallus non tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis. Item etiam propter minimum capitulum contractus non obseruatum, obstat exceptio in principali contractu, & impeditur ipso iure commissio pœnę. *ita not. Bald. in l. pacta conuenta. in 2. notabili. ff. de contrahenda emptione. quam l. Bald. legit in l. iurisgentium. post. §. adeo. ff. de pactis.* Item si ego nõ facio quod debeo, si tamen tu non facias, quod debes, non obtines. *l. si non fuerit. & ibi gloss. ita pulchre notat ff. de iureiuran.* Modo in proposito nostro dñs Baptista non obseruauit pacta iurata contẽta in instrumento cõmẽdæ, ergo ex eis se iuuare ac tueri non potest. Nam dictum instrumentum commendæ fuit factum de anno 1485. die 2. Octobris, & ibi adest capitulum, q̃ commenda incipiat die, qua post dominus Baptista summam scutorum decem millium receperit, & q̃ tunc teneatur tenere libros rationum debiti & crediti dictæ commendæ more proborum mercatorũ. Et idem dom. Baptista anno sequenti, scilicet 1486. die decimo mensis Aprilis, & sic per sex menses post factum instrumentum commendæ, recepit dictam summam decẽ millium scutorũ auri: vt patet instrumento publico dicta die confecto, & iurato per dictum do Baptistã: & sic magnificus do. Iacobus Galeoti perfecte obseruauit & adimpleuit ꝑ parte sua numerando, seu numerari faciendo dictam summã scutorum decem millium, & tamen domi. Baptista non incepit facere librum intitulatum commendę, nisi iam elapsis quinq; annis post dictam receptionem, & cõfessionem dictorum decem millium scutorum. Vnde qui differt facere, quod debet, † non [a] potest petere quod ei debetur. *ita notat Bal. in authen. dos data. Cod. de dona. ante nupt. per illum text. in verb. ac si per dilationem. & per. l. si non fuerit. ff. de iureiurãdo.* & licet. do Baptista alios quatuor libros confecerit, tñ non sunt libri principaliter de commenda, nec intitulati commendæ: sed sic est, q̃ iuramentum est seruãdum † in forma specifica, nec sufficit illud adim- [3] plere in effectu per æquipollens: *vt est text. in cap. ad nostram. 1. & ibi dom. Abbas. & Io. de Imol. ad hõc notant. de iureiurando.* & ibidem dom. Feli. *in vlt. colum. circa medium.* dicit istam esse communem opinionẽ, quod iuramentum sit seruandum in forma specifica, nec sufficiat illud adimplere in effectu per æquipollens, [b] *facit text. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. n.* ¶ Secũdo [b] ex alio pacto iurato cõmendæ d. Baptista tenebatur implicare dictas pecunias decem millium scutorum in mercantiis, cambiis & retro cãbiis & tam per mare, quam per terram: & tamen nihil scriptum est in libris cõmendæ de cambiis, & retro cambiis, nec de eis dñs Baptista aliquid probat, aut sufficienter ostẽdit, prout de his fidem facere tenetur. *l. antepenult. & ibi Paul. de Cast. ff. de condi. & demonstra.* ¶ Tertio ex alio pacto dictæ cõmendæ iurato do. Baptista debebat & tenebatur tenere libros rationum debiti & crediti dictæ cõmendę more proborum mercatorũ, & tñ istud nõ fecit, imo, vt asseritur, produxit libros inordinatos, & non bene confectos nec secundum stylum & morem legalium & bonorum mercatorum vt ex eorum inspectione dicitur satis apparere.

Nam libri rationum dicuntur legaliter confecti, qñ
4 ex eis computationes probe explorãtur † data & acceptа recte referuntur. *l. cum seruus. circa medium. vbi text. notabilis. ff. de condi. & demon. Pet. de Ancha. in cons. 117. quod incipit, In causa quæ vertitur inter Iacobum.* Itẽ
5 libri rationũ debent omnia singulariter † & explicite exprimere, & non continere summam in genere,
c vel in concreto c: secundum Bar. *in cõsil. 150. nc piente, Cũ prædicta examinar. ad fi. Ang. in cõsil. 276. incipiente, Tutor alimentauit pupillũ. in vlt. col.* Item omnis red-
6 ditio rationum debet in se bonam fidem habere, † necnon solertiam, & diligentiam, quã natura actus desiderat, nec perfunctoriis scripturis, sed codicibus solenniter & more consueto confectis est danda fi-
d des: d secundum Bald. *in consil. 152. tertij voluminis incipiente, ad euidentiam præmittendum est, quod socius so-*
7 *cio.* Item qui tenetur rationem societatis † & sic villicationis suæ reddere, tenetur ad quatuor, videlicet libros rationum legaliter confectos edere, calculum ponere, reliqua reddere, & purgare moram solutio-
e ne eius, quod debetur e. *Lcum seruum. ff. de cond. & demon. & l. si pure. §. fi. & l. si pater. §. si Sticho. ff. de fideicom. lib. secundum Bald. notabiliter in l. cum testamento. C. de testa. manumis.* Sed do Baptista non solum prædicta non obseruauit, imo ita & taliter dicitur libros conscripsisse, quod ex eis reperitur totum capitale dictorum decẽ millium scutorum esse consumptũ: & quasi per excessiuas expensas deuoratum: & non solum capitale. sed etiam lucrum commendæ, quod ascripsit fuisse florenorum septem millium, & vltra. similiter datur pro consumpto, & quod grauius & deterius est, adhuc prætendit se esse creditorẽ commendæ ¶ Per ista apparet, quod cum dom. Baptista non obseruauerit pacta & capitula iurata contenta in commenda, non debet etiam posse se iuuare ex aliquo pacto ipsius commendæ, præsertim ex illo pacto, in quo dicitur, quod libris & scripturis suis plenaria fides adhibeatur, semotis quibuscunque contradictionibus & cauillationibus: & quod hæredes dñi Iacobi Galleoti similiter teneantur & debeant stare, & credere plenarie libris & scripturis dicti dñi Baptistę: prout etiam tenebatur ipse do. Iacob⁹. Nã, vt dictum est supra, ex tali pacto do. Baptista se iuuare non potest, cum (vt dixi) ipse pro parte sua non seruauerit pacta aut capitula in ipsa commẽda contenta. & quæ sunt iurata: imo nec seruauit ipsum capitulũ de libris, cũ ipsos libros non confecerit tunc, quando recepit & confessus est cum iuramẽto se recepisse summam dictorum decem millium scutorũ: prout tunc facere tenebatur: imo librum cõmendę non cõfecit nisi post elapsos iã annos quinq;. Vnde, vt dictum est supra, qui differt facere cp debet, non potest petere, quod ei debetur: *vt notat Bald. in dicta auth. dos data. per illum text. C. de dona. ante nup.* ¶ Præterea & secundo etiam posito sine veri præiudicio, quod do. Baptista seruasset alia pacta & capitula cõmendæ iurata, tñ adhuc vigore pacti appositi in cõmenda non esset adhibẽda plenaria fides eius libris, eo quia non sunt tales libri, quales per commendam requiritur, vt ei plene credi debeat. Nam in capitulo commendæ formaliter dicitur, quod do. Baptista teneatur & debeat tenere libros rationum debiti, & crediti dictę commendæ more proborum mercatorum, quodq; dictis libris plenaria fides adhibeatur. Illa dictio, *dictũ librũ*, repetitiua & qualificatiua, vult, quod ad hoc vt libris do. Baptistæ plena fides adhibeatur, requiratur quod sint facti more proborum mercatorum, & quod contineant rationẽ debiti & crediti: Ergo cum libri domini Baptistæ non sint tales; quia non sunt facti more proborum & legalium mercatorum, nec bene continent rationes debiti & crediti ipsius commẽdæ, vt patet ex superius dictis, & ex his quæ infra latius subiicientur, ergo eis plene credi non potest: † quia quando requiritur actus cũ 8
aliqua qualitate, nõ sufficit actus sine qualitate, nec qualitas sine actu. f *l Fulcinius. §. cũ hoc. cum glos. & ibi* f
Bart. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. & l. 1. §. quod autem ait prator. & ibi notat Bart. ff. ne quid in flu. publ. & l. pe. §. docere, & ibi Paul. de Castr. ff. ne quis eum qui. facit, quod notat Bald. in l. qui liberũ in princ. per illũ text. ff. de vulgar. & pupilla. Sicut in simili, qui petit † aliquid vt ta- 9
lis, debet se talem docere, alias succumbit. *ita notat Bald. in l. eum qui duas. per illum text. C. de adulteriis. & est text. in l. non ignorat. & ibi Bart. & alij not. C. qui accusare non pos. facit tex. in c. statutum. 2. §. 1. & ibi Gemin. notat. de hæret. in 6. & idem Gemin. in c. venerabilibus. §. fina. circa fin. per glos. penult. ili de sententia excommunica. in 6.* ¶ Tertio, libri exhibiti per dom. Baptistam continent expensas, nimium excessiuas, & immoderatas, scilicet florenorum viginti duorum millium vel circa, p expensis victus sui & suorum, ac vestibus & salariis: Ergo talibus libris in tã maximo excessu credi non debet. Et licet in capitulo cõmendæ dicatur, quod expensæ seruitorum, equorum, supellectilium, victus & vesti⁹ ipsius domini Baptistę, & vxoris suæ, ac liberorum suorum, & alias qualitercunq; fieri debeant expensis commendæ, prout sibi videbitur & placuerit, † tamen ista verba quantum- 10
cunque generalia debent intelligi ciuili & moderato modo, non autem ita excessiue: *vt est text. in l. si cui. in princip. vbi glos. Bartol. & alij. ff. de seruit. titu. generali.* Item licet alicui per verba multum ampla & generalia detur plena potestas aliquid faciendi, intelligitur † dũmodo ex fide & legaliter agat, & non 11
cum tam maximo excessu, deuorante etiam totum capitale cum eius lucro: *vt est text. notabilis in l. creditor. §. Lucius. in fi. ff. mandat.* vbi dicit text. eum, de quo quæritur, plene quidem mandasse, sed tamen quatenus res ex fide agenda esset. quem text. ad hoc reputat esse aureum Bald. *in c. penult. in vlt. col. de præscriptio.* Item omne arbitrium comissum alicui in re aliena, intelligitur semper commissum cũ iustitia & rectitudine, quibuscunque verbis committatur, ita egregie not. *Bald. in l. 1. per illum text. ff. de solutio.* Ista omnia præsertim ac pcipue procedunt in isto contractu societatis, † q est bonæ fidei, & in quo debet bo- 12
na fides abũdare. *§. actionũ. inst. de act.* Societas enim ius quoddam fraternitatis in se continet: *vt dicit tex. in l. verum. in princ. ff. pro socio.* ¶ Nec obstant illa verba, prout sibi videbitur & placuerit, quia talia verba non important liberam & absolutam voluntatẽ, † sed solum arbitrium boni viri, g & sic rectũ & mo- 13 g
deratum iudicium: *vt text. notabili in l. Thaï. §. forore. & in l. fideicommissa. in princip. ff. de fideicommissa. liberta. Bartol. & alij in l. si sic. in princip. ff. de legat. 1. cum concordantiis ibi traditis per dom. Alex. idem tenet Bartol. in l. creditor. §. Lucius. ff. mãdati.* etiam si simul dicatur, prout videbitur & placuerit, vt in casu præsenti. Præterea,

terea, licet aliquid cõmittatur in liberã & absolutam
14 voluntatem alicuius, nunquam tñ intelligitur † remissus dolus de futuro. *l. si vnus. §. illud. ff. de pactis.* quia inuitaret ad delinquendum. *contra l. conuenire. ff. de pactis. dota.* sicut nec per verba generalia intelligitur vnquam remitti cõsignatio, seu redditio reliquorũ. *l. Aurelio. §. Caius. & ibi Bart. & l. non solum. §. si hæres. ff. de liber. leg. l. quidam decedens. & ibi Bart. & Bald. & l. qui plures. ff. de administrat. tuto. & l. si seruus vetitus. ff. de lega. 1.* Illa enim quæ sunt statuta ad euitandum dolum, vel fraudem, aut falsum, per partes remitti non possunt: secundum Bart. & Moder. *in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* ¶ Quarto, vltra dictas expẽsas nimium excessiuas & nimium immoderatas, prædicti libri cõtinẽt plura alia omnino repugnantia legalitati proborum mercatorũ, per quæ dictis libris domini Baptistæ nullatenus venit fides adhibenda. Nam, vt asseritur, omni anno sumptibus commendę fieri fecit vestes nouas toti familiæ suæ, & antiquas vendidit vsq; ad summam florenorũ mille ducentorum & vltra, & tale pretium nõ descripsit in libris cõmendæ & communis societatis, sed totum pretium scripsit ad suum partitũ & suam vtilitatem. Item ꝑ suppellectilibus domus ponit expensam excessiuam florenorum duorum millium noningentorum triginta quinque & pro pędagogo filij sui salarium, vltra stipendium præstitum ipsi filio pro capserio, expensas nuptiarum pro filia, expensas Francisci de Auria, & eius familiæ per multos annos, & vestes sericas, qñ Auenionenses eum pro legato ad Christianissimum regem destinarunt. Ista omnia aliena à contractu, & exercitio societatis, tamen impensis commendæ ascribit. Obuentiones autem durante commenda & eius causas sibi obuentas, quæ ascendunt circa summam florenorum nouem millium octingentorum sexaginta trium, describit ad sua sola & propria cõmoda. & multa huiusmodi in eius libris apparent, ex quibus deprehenditur eos non esse legaliter scriptos nec more proborum mercatorum, prout tenebatur ex capitulo iurato ipsius commendæ, in quo tñ ipse dom. Baptista nititur se fundare. Item cũ do. Baptista in reddendis rationibus suis aliqua suppresserit ad commendam spectantia, & aliqua imo multa occuluerit seu celauerit, præsumitur habuisse ani-
15 mũ † deprędãdi. *l. si pupilli. §. sed & si quis. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de negot. gest.* Et ex quo conuertit pecunias cõmendæ in suos proprios vsus, potest dici prędo: secundum Ange. Imol. & Moder. *in l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acquir. possess. Ludo. Roma. in §. si legatarie. in eadem l. dom. Alex. in l. ex stipulatione. eo. titulo.* Item ex quo liberi domini Baptistæ reperiuntur in aliqua parte defectuosi, vel falsi, certe in aliis eis stari,
16 nec † credi debet: h secũdum Innocen. *in c. fraternitatũ. de hære. Bart. Bald. & moder. in l. si ex falsis. Cod de transact. facit text. in l. si aliquid. C. de sus. epto. & arcu. libro 10. & text. in c. defleat peccator. de regu. iur. & de pœ. distinct. 5. in c. consideret.* Quinto & vltimo pro confirmatione prædictorũ accedat, ꝙ dom. Baptista ante quam reciperet dictam summam decem millium scutorum in commendam, tenues, vt fertur, habebat facultates, & postea reperitur multa lucrat⁹. Vnde vehemens præsumptio est, quod illa fuerit superlucratus ex pecuniis commendę: secundum quod in specie determinat Ludo Ro. *in cõsil. 346. quod incipit, in hac causa Basilienses apotheca. in pe. & vl. col.* Ex prædictis omnibus concluditur, dominum Baptistã teneri ad reddendum capitale decem millium scutorũ hæredibus magnifici quondam domini Iacobi Galleoti vna cũ lucris verisimiliter perceptis, secundum stylum & consuetudinem mercatorum illius regionis deductis tamen legitimis & moderatis expensis, taxandis & limitãdis, arbitrio boni viri, attenta qualitate & conditione personarum, nisi dominus Baptista legitime probet aliquem casum fortuitum interuenisse: *iuxta l. si quis ex argentariis. §. prohibet. ff. de edendo. & quod decidit Bartol. in l. 2. ad fin. C. de naufragio. lib. 11.* ¶ Circa prælegatum duorum millium scutorum relictum in testamento patris nobili dominę Bonæ Catharinę pro eius dote vna cum apportibus, seu lucris, & commoditatibus inde prouenientibus, ac alimentis, quæ testator asserit sibi deberi à dicto domino Baptista de Ponte. & vult per exequutores suos dari, quando erit annorum quindecim, & fuerit marito collocata: teneo & cõcludo, tale legatum vna cum lucris & alimentis posse peti à dom. Baptista, non obstante quacunque transactione facta per magnificam dom. Blancam matrem, & tunc tutricem ipsius dominæ Bonæ Catharinæ, & non obstãtibus septem confessionibus seu quittãciis factis per dictam matrem tutorio nomine domino Baptistæ de summa sex millium octingentorũ sexaginta scutorum auri cum dimidio; cum in talibus quittanciis non sit facta expressa mentio talis dotis; eo quia in generali confessione seu renunciatione facta generaliter de omnibus legatis sibi relictis in testamento non includitur legatum † dotis, nisi nominatim exprimatur: [i] *secundum Paul. de Castr. in consil. 131. incip.* i 17
licet ista domina Lisa. in 2. dubio. quod est duplicatum in consilio 235. Similiter, si mulier fecit liberationem & quittationem generalem hæredib⁹ mariti de omnibus & singulis iudiciis, legatis, & prælegatis ipsi mulieri per maritum in testamento factis, non intelligitur comprehendi legatum dotis factum ipsi vxori, nisi illud nominatim in quittatione exprimatur: secundum Raphaelem Fulg. *in consil. 39. incipiente, ad id de quo quæritur, videtur conclusiue dicendum.* quamuis tale consilium non videtur fuisse impressum. ¶ Confirmatur arguendo de legitima ad dotem, † 18
cum dos succedat loco legitimæ: *vt per Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstrat.* Nam in generali renunciatione seu quittatione facta de hæreditate paterna, nunquam intelligitur renunciatum legitimæ, [k] vel iuri petendi supplemen- k
tum legitimæ, nisi de ea fiat specialis & expressa mẽtio: *vt est text. notabilis in l. si quando. §. fin. in ver. nisi specialiter. C. de inoffic. testament. & ibi Bald. Salycet. & Paul. de cast. ad hoc notant illum text. & Guilel. de Cu. Albe. de Rosa. Bald. & Angel. in l. de bu. ff. de transact. ad idem est text. notabilis in §. cæterum. in authen. vt cum de appellat. cognosc.* Sicut etiam in simili lex vel statutum generaliter loquens, & aliquid generaliter requirens pro † solennitate actus, alias cum annullat, non 19
intelligitur loqui, nec habere locum in dotibus fauore dotium: [l] ita singulariter, notat Salycet. *in l. fi. l*
in princ. in 4. notabili per illum tex. cum glos. C. de iure doti. facit text. in l. promittendo. in princip. ff. de iure dot. Item facit, quod tenet Bal. in consil. 359. tertiæ partis, quod incipit, Quemadmodum imperator: vbi tenet quod l. bene à

ne à Zenone. & l. omnes Cod. de quadri. præscript. quam-
20 uis generaliter loquantur; † tamen non vendicant
sibi locum in dotibus, nec in præiudicium iurium
m dotalium. [m] Prædicta fortius militant in casu præ-
senti, in quo tempore factæ transactionis & dicta-
rum quittationum per matrem tutricem, nondum
venerat tempus taxatum & limitatum per testato-
rem in testamẽto, quo legatũ duorum millium scu-
torum cum apportibus relictum ex causa dotis de-
beret solui ipsi dominæ Bonę Catharinę, cum non-
dum esset ætatis quindecim annorum, & nondum
collocata marito, cum adhuc esset sub tutela mater-
21 na, vnde non est pręsumendum † quod dom. Bapti-
sta debitor voluerit soluere ante tẽpus, & sic soluere
plus tẽpore. §. *plus. instit. de actio.* cũ dies sit pars sum-
mæ debitæ. *l. 1. §. diem. ff. de edendo.* Et nemo præsumi-
tur quasi iactare suum sic soluendo ante tempus. *l. cũ
de indebito. §. fi. ff. de probatio.* ¶ Secundo, ex alio dictæ
assertæ receptiones, & septem quittationes dominæ
Blancæ tutricis factæ dom. Baptistæ de dicta summa
sex millium octingentorum sexaginta scutorũ cum
dimidio, nihil faciunt ad aliam summam decẽ millium
scutorum commendæ traditam eidem dom. Ba-
ptistæ, quin de ista secunda summa decem millium
scutorũ domina Bona Catharina possit petere duo
millia scutorum sibi relicta à patre in testamẽto pro
eius dote, cum istæ sint diuersæ & separatę quantita-
tes, & diuersæ summæ, & diuersi temporis, habitæ à
22 diuersis personis: † ergo vna non continetur in alia.
Nam prima summa commẽdæ scutorum decẽ mil-
lium fuit recepta & confessata per dom. Baptistã de
anno 1486. die decimo Aprilis, eidẽ numerata per
manus hæredum quondam dom. Ludouici de Au-
ria, & per manus Spectabilis militis domini Aimarij
de Pictauia d. sancti Valerij, vt apparet ex instrumẽ-
to publico dicta die & anno superinde confecto. Se-
cundam vero summam sex millium octingẽtorum
sexaginta scutorum cum dimidio recepit domi. Ba-
ptista à præfato quondam domino Iacobo Galleo-
ti anno domini 1487. die vltima Nouembris, vt ap-
paret ex dictis septem quittanciis factis ipsi dom.
Baptistæ: Ergo cũ sint diuersæ & separatæ summæ &
diuersi temporis, & à diuersis personis habitæ, vna
n non cõtinetur sub alia, sed ambæ exigi possunt [n] *per
l. quinquaginta. ff. de probat. & ita tenet notabiliter Bar-
tol. in l. triticum. vbi etiam alij ponunt. ff. de verborum
obligat. Bartol. & alij in l. plane. §. 1. vbi notabiliter in hoc
loquitur Angel. ff. de lega. 1. Paul. de Cast. in l. scire debe-
mus. in princip. in prima & secunda col. ff. de verborum ob-
ligat. & plene dom. Alex. in consil. 4. primi vol. incipiente,
circa primũ quæsitum.* ¶ Vltimo aduertatur quod di-
cta tutela dominæ Blancę videtur reddi nulla ex quo
in ea ipsa tutrix non expresse promisit defensionem
pupillæ sine mora suscipere, & vtilia facere, & inuti-
o la prætermittere: [o] iuxta text. *in l. fina. §. omnem. &
ibi Bart. & Angel. C. de administrat. tuto. Bartol. in l. præ-
tor. in principio, & ibi Raph. Comen. & Lud. Rom. ff. de
oper. no. nun. Bartol. in l. legitimos. circa fi. principij. ff. de
legit. tut.* vbi dicit Bart. quod per hoc iam vidit mul-
tas tutelas cassari; eo quia in instrumento tutelæ nõ
erant appositæ illa verba, quod tutor promisit susci-
pere defensionem pro pupillo. idem tenet Bald. *in
add. Spec. in tit. de tuto. in vlt. col. in verfic. tutor tenetur.
Angel. in §. fin. in auth. vt hi qui oblig. Raph. Comen. in d.
l. legitimos. in princ. Angel. de Aret. in §. actionum. in 35.
col. instit. de actio. dom. Mathesila. in notabili 108. dom.
Alexand. in consil. 129. primi vol. incipiente, ponderatis his
quæ in præscripto themate narrantur. in 2. & 3. col. & sic
ista decisio Bart. est communiter approbata, quamuis alii er
teneat idem Bald. in d. §. omnem, & in d. l. legitimos. & in
c. ex parte M. in 9. colum. & sequenti. de appellatio. & do-
minus Alexander sibi contrarius in dicta l. prætor. in princ.
& in consilio 80. quinti volumin. quod incipit. Visis thema-
te suprascripto ac instrumentis & statutis. in vlt. colum.*

ADDITIO.

a Dictis pactis.] De istis omnibus vide eundẽ Ias. cons. 208. videretur. col. pen. vers. præterea, cons. 216. Gabr. nu. 1. sup. lib. 2. consil. 111. aduertendum, col. vlt. infra libr. 4. dixi, cons. 45. reuocatur num. 6. cum seq.

b Æquipollens.] Ias. cons. 41 omissis, nu 5. infra eo quẽ refert & sequitur Rol. consil. 6. quoniam num. 30. & 31. lib. 1.

c Concreto.] Dixi, consil. 219. ista materia, col. 2. vers. Item tales tutores, supra lib. 2. addo Aymo. tracta. de antiquitate tempor. par. 1. sect. 4. limitatur. nu. 44. ad fi fol. 96. vbi hoc cõsil. adducit Simon de Præt. consil. 25. ex processibus, nu. 13. vbi & ipse Ias. refert.

d Danda fides.] Ias. cons. 100. in iudiciis, col. 2. infra lib. 4. Natta, consil. 134. circa primum, num. 8.

e Debetur.] Idem consil. 14. quod dicti nu. 15. infra eo. & d. consil. 100. col. 2. Natta, d. consil. 134 nu. 9.

f Sine actu.] Dixi, consil. 9. venerabilis. supra lib. 1. & vide eundem consil. 60. Ista conuentio, col. vlt. circa fin. hoc lib.

g Arbitrium boni viri.] De verbis importantibus arbitrium boni viri & absolutam voluntatem vide eundem l. si sic. legatum, num. 4. vsque ad num 35. de legat. primo, & hæc verba important arbitrium boni viri, si per se proferantur, secus si simul ponantur, quia tunc important liberam voluntatem secundum Gorn. consil. 302. colum. 3. lib. 4. refert Aymo cõsilio 105. columna 2. Roland. consilio 59. numero 32. & consilio 60. numero 24. libro primo, & de verbo placuerit iuncto cum nomine quicquid quod importet liberam voluntatem, dixi late consilio 88. cum feudum, num. 48.

h Credi debet.] Idem Ias. l. admonendi, numero 128. ff. de iureiur. Natta consil. 59. circa præsentem, num. 17. vbi sequitur Gab. consil. 148. constat, numero nono. Plot. consilio 88. in causa numero octauo, & in scriptoribus annalium Paris consilio 23. prima in huiusmodi numero 253 libro 1. quem refert Menoch. consilio 1. numero 300. & consilio 112. propositæ, numero 71. & Soc. iun. cons. 132. subtiliter numero 11. libro 3. de teste qui in parte est verus, & in parte falsus, quod in totum reputetur falsus. Alexand. consilio 53. in causa numero 12. lib. 7. & vult post Bart. Bald. & alios. l. si ex falsis. C. de transf. Marsil. sing. 76. communis vbi late agit, & l. eos qui numero 24. C. de fals. Rimin. iun. consil. 113. videbatur. numero 40. dixi consil. 86. videbatur num. 15. 16. Cæph. consil. 98. dominus, num. 37. Natta consil. 315. in q. num. 4.

i Exprimatur.] Vide eundem consil. 157. aggredior, nu. 19. sup. lib. 2. vbi dixi.

k Legitime.] Addo cons. 162. in causa contradictionis, num. 9. sup. lib. 2.

l Dotium.] Dixi d. cons. 157. num. 17.

m Dotalium.] Scripsi. d. cons. 157. num. 18.

n Possunt.] Ias. cons. 87. in præsenti infra eo. vbi addo.

o Prętermittere.] Quod tutor expresse debeat susci pere defensionem pupilli nec sufficiat quod promittat sub verbis generalibus trad. idem Ias. in l. 1. num. 17. de vulg. l. 1. nu. 21. ff. de libe. & posthu. l. 1. num. 17. ff. si quis in ius voca. non ier. l. quod in rerum. §. si nauem, numero 3. de legat. 1. l. prætor, in princ. col. 3. de noui oper. nunc. de quo etiam vide Mathes. sing. 107. nota text. vbi late Gab. Saray. in add. Cors. in not. ver. Tutor debet nouissime. Villalob. comm. opin. lib. 18. ver. tutela redditur nulla, vbi refert Iason. hic quem etiam citat Natta, cons. 214. viso num. 13. vbi dicit opin. Bar. communiter approbatam.

Franc. Becivs.

CON;

CONSILIVM V.

THEMA.

STRENVI & generosi milites, ac potentes viri domin. Iacobus dñs de Alegrio, & Bertrandus de Alegrio dominus de Buxeto fratres vtrinq; cõiuncti pro manutenẽdo in perpetuum domum de Alegria, nomen & arma ipsius, fecerunt adinuicem reciprocã, seu vicissitudinariam donationem inter viuos, & irreuocabilem de quibuscunq; bonis mobilibus & immobilib⁹, terris, dominiis, & prouentibus vbicunq; sita sint, post decessum: ita quod altero eorum præmoriente sine liberis masculis ex eo descendentib. ex legitimo matrimonio procreatis fratri superstiti, seu superuiuẽti competant & pertineant dicta bona pleno iure proprietatis, possessionis, & sayſinæ: & exnunc prout extunc omnia p̃dicta bona libere, & ex donatione inter viuos donat & dat eius fratri superstiti, & in eius defectum eius liberis masculis, qui eidem succedent, & tenebunt nomen & locum hæredis vniuersalis: maritando tñ filiam, aut filias prædefuncti, & cuilibet ipsarum constituendo dotem talem, qualis fuit ꝓmissa vni ex sororibus dictorũ fratrum: volẽtes dictæ partes, q; dicti liberi masculi nati & nascituri succedant in dictis eorũ bonis, cuilibet eorum, prout quemlibet tangit: ꝓmittentes sub obligatione & hypotheca omnium & singulorum suorum bonorum, mobilium, & immobilium, præsentium, & futurorũ, & iurantes super sacrosanctis Dei Euangeliis ꝑ eos manualiter tactis, & prout serioſius in instrumento publico superinde cõfecto continetur. Tempore factæ dictæ reciprocæ donationis dominus Iacobus habebat filios masculos legitimos, & naturales iam procreatos, sed D. Bertrandus nondũ vxorem acceperat: sed illa die, qua dicta donatio fuit inter eos celebrata, aut die sequenti vxorẽ accepit, & sic tẽpore celebratæ dictæ donationis videbatur inæqualitas resultare respectu filiorum masculorum, quos dñs Iacobus iam in lucem procreauerat, & eo tempore dñs Bertrandus nondũ vxorem duxerat. ¶ Successiue decessit dominus Iacob⁹ per decem vel duodecim annos ante dñm Bertrandum, relictis post se filiis masculis legitimis & naturalibus. Dominus quoq; Bertrandus habuit filium masculũ legitimum & naturalẽ, qui mortuus est ante eum. Postea donauit quasdam terras, dominia & bona filiabus suis superstitibus, seu alteri earum, & tradidit actualiter possessionem vere, vel per constitutũ, atq; ita vita functus est. Mortuis istis duobus fratribus exorta est controuersia inter filios masculos dom. Iacobi ex parte vna, & filias fœminas domini Bertrandi, seu alterã earũ ex parte altera, super dictis bonis, terris, & dominiis dicti domini Bertrandi. Nã dictæ filiæ prætendũt illam primam donationem inter dictos fratres reciproce celebratam fuisse de iure inualidam & nullam: & posito quod valuerit, fuisse donationem causa mortis. & sic per dominum Bertrandum legitime reuocatam. Ex isto themate contingit de duobus principaliter dubitari. Primo, nunquid prædicta donatio de iure sit censenda valida vel non. Secundo, nunquid prædicta donatio dicatur causa mor. & sic potuerit per Dom. Bertrandum reuocari.

SVMMARIA.

1 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium reciproce facta inter duos fratres non valet, tanquã infringens vel restringẽs facultatem testãdi & inducens votum captandæ mortis & contra bonos mores, sed contra num. 25. & num. 32.*

Donatio reciproca inducit votum captandæ mortis & est plena tristissimi euentus & non firmatur iuramento num. 1.

2 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium vbicunq; sita sunt, nõ videtur differre à pacto de succedendo & num. 26.*

Donatio omnium bonorũ post mortem quomodo intelligatur num. 3.

3 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tẽpus verbi ad quod refertur & num. 28.*

4 *Dominium nõ transfertur ex solo contractu sine traditione vel quasi, etiam si esset titulus vniuersalis & num. 29.*

5 *Iuramentum non impedit translationẽ dominij quãuis qui iurauit offendatur periurii.*

6 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum sine insinuatione facta, in eo in quo excedit non valet, & num. 30. & seq.*

7 *Donatio reciproca quæ alias nõ valeret sustinetur ratione vicissitudinis & dubij euentus in vtroq; & nu. 32.*

8 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium non expresso de præsentibus & futuris valet ex communi opinione.*

9 *Sequentia declarant præcedentia, & econtra.*

10 *Declaratio sumitur à priori & posteriori.*

Clausula vna declarat aliam num. 10.

11 *Iura & actiones & consequenter nomina debitorum non veniunt in donatione vniuersali de quibuscunq; bonis mobilibus & immobilibus, quia sunt tertia species separata inter bona mobilia & immobilia ex cõmuni opin. quod fortius procedit, si dictum sit vbicunque sita sunt.*

12 *Iura & actiones non circumscribuntur loco.*

13 *Testator dicens, quandocunque filius meus decesserit sine liberis volo, quod omnia bona mea mobilia & immobilia perueniant ad talem, & nō dicit iura & actiones, tunc ille institutus videtur in certis bonis.*

14 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum valet si aliquid sit reseruatum, de quo donans testari possit.*

15 *Pactum inter plures factum quod vnō eorum decedente sine liberis, superstites vel eorum liberi habeant de bonis prædefuncti, nō est à iure improbatum eo quia non est vniuersalis successionis per viam hereditatis delatæ.*

16 *Conuentio facta inter fratres & eorum nepotem quod bona paterna & materna nec ex testamento, nec ab intestato, nec per viam alicuius contractus, perueniant in aliquam mulierem natam vel nascituram ex eis sed tantum in masculos descendentes alicuius eorum & si per aliquem vel aliquos eorum contrafactum fuerit quod predicta omnia & singula obseruētur & propter hoc liceat alijs reuocare propria auctoritate valet.*

17 *Donatio reciproce facta inter aliquos valet, quia nō dicitur inducere votum captandæ mortis.*

Dispositio quæ alias simpliciter facta non valeret, tamen si fiat reciproce bene valet & tenet num. 17.

18 *Obligatio nec actio de iure ciuili non oritur ex iuramēto promissorio, tamen si partes mutuo & reciproce iurant, tūc etiam de iure ciuili oritur actio præscriptis verbis.*

19 *Donatio omnium bonorum suorum facta post mortem valet, quia intelligitur de bonis præsentibus tātum.*

20 Bonorum omnium *appellatione in contractibus nō veniunt futura, vbi agitur de magno præiudicio.*

21 *Dominio translato per conuentionem cum hypotheca impeditur etiam interueniente traditione.*

22 *L. quoties. C. de rei vend. non habet locū quando prioris fuit vendita vel donata res cum hypotheca.*

23 *Domus locata quam dominus promisit non alienare sub hypotheca bonorum suorum, si postea alienetur non valet alienatio.*

24 *Hypotheca & sic ius pignoris transfertur ex solo contractu, & sic ex solo titulo absq; traditione & ibi rationem adducit.*

Hypotheca. Is cui prius res fuerūt hypothecata præfertur ei cui prius res fuerunt tradita num. 24.

27 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

Donatio reciproca vel viciß. tudinaria non eget insinuatione.

31 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*

33 *Donatio causa mortis censetur quādo in tali donatione fuit facta mētio mortis & collata post mortē donantis: contra nu. 36. & seq. vbi decl. multis modis.*

34 *L. 1. C. vt act. ab her. & contra hæred. quomodo procedat.*

35 *Donatio causa mortis præsumitur quādo in instrumento donationis fuerunt adhibiti quinq; testes.*

36 *Coniecturis non est locus in claris, vbi regula exornatur.*

Clarum. In claris non est locus coniecturis num. 36.

Dubium relinquitur interpretandum, sed non id quod est certum & clarum num. 36.

Certa & determinata non egent determinatione, sed indeterminata num. 36.

Interpretatio verborum nunquam tantum valet vt melior sensu existat vbi manifestissimus est sensus.

37 *Donatio inter viuos cēsetur etiam si in ea sit facta mētio mortis, quando in instrumento exprimitur quod est donatio inter viuos.*

38 *Donatio causa mortis esse censetur, vbi in donatione est facta mentio mortis, nisi fit dictum quod sit inter viuos, vel quod non liceat reuocare.*

39 *Donatio inter viuos censetur, nō obstante quod in ea sit facta mentio mortis, quando esset facta mentio haeredum.*

40 *Donatum causa mortis tunc non censetur sed inter viuos quādo in donatione esset facta mentio mortis per modum dilationis & quādo intelligatur facta mentio mortis causa dilationis.*

41 *Donatio inter viuos tunc esse censetur quando donans in instrumento donationis iurauit attēdere, complere & perpetuo obseruare.*

42 *Donatio causa mortis tunc dicitur, vbicunq; in donatione fit mētio de morte, ita vt mors sit occasio donationis. Si autem fit mentio de morte solum occasione tēporis & sic solum ad finem vt designetur tēpus in quo donator vult incipere tempus donationis cū effectu, tunc censetur esse donatio inter viuos.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

CIrca primum consultationis articulū. Nunquid prædicta donatio reciproce facta inter ipsos fratres de quibuscunque bonis mobilibus, immobilibus, terris, dominiis, & prouentibus, vbicunque sita sint, de iure valida sit censenda? Prima consideratione videretur dicendum quod non; eo quia talis donatio censetur infringere, † aut saltem restringere liberam testandi facultatem, & consequenter censetur contra bonos mores. *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. l cum donationis. Cod. de transact. l. ex eo. C. de inutilibus stipul. l. pactum dotali. C. de collat. l. 1. C. de sac. sanct. eccles.* quia non est licitum libertatem de supremis iudiciis restringere: *vt dicit text. notabilis in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio.* Item talis reciproca donatio inducit votum captandæ mortis, & consequenter est plena tristissimi euentus. *l. fi. C. de pact. c. ne captanda. de præben. in 6.* Et sic, cum sit contra bonos mores, non firmatur etiam iuramento. *c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. gloss. in l. si quando. § 1. Cod. de inoffic. testa. & in d. l. pactum. C. de collat. firmant Bart. & alij omnes in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Bartol. in l. si quis pro eo. in primo & vltimo membro. ff. de fideiussor. Cyn. & Bald. in l. pactum. C. de pact. Ioan. de Imol. in commento c. cum contingat. in primo membro. de iureiur.* ¶ Secundo facit; quia dicta donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, vbicunque sita sint, non videtur differre à pacto de succedēdo, † cum sit vniuersalis, & in ea expresse dicatur, ꝙ eorum liberi succedant, & sic est facta per verba deferentia successionē. Item est facta post mortem prius decedentis, & consequenter videtur esse omnium bonorum præsentium & futurorum: ergo nihil debet valere, per regulam *l. hæreditas. C. de pact. conu. n. & l. verba gesserunt.*

runt. ff. de verb. sig. ¶ Tertio facit; quia quando quis donat omnia bona post eius mortē, vt in casu præsenti, propter illa verba, post mortem, intelligitur non solum de bonis præsentibus, sed etiam de fu-
3 turis: quia illa qualitas, post mortem, † debet intelligi secundum tempus verbi, ad quod refertur, & ita illud verbū determinat. *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. l. Titius, ff. de testa. mil. late Bart. in l. ex facto, in prin. in 2. col. ff. de vulg. & pupil. & ita in specie tenent Richar. & Barthol. de Salyce. in l. fi. C. de pactis, & ibi dicunt de hoc esse casum in d. l. hæreditas, C. de pac. conuen.* vbi per illa verba, *post mortem*, videtur donata hæreditas, & consequenter videntur esse donata bona præsentia & futura; & per cōsequens nihil valet. ¶ Quarto facit; quia posito, sine veri præiudicio, quod dicta donatio reciproca inter fratres facta de iure valuisset, tamen aduertendum est, quod tempore factæ primæ donationis non interuenit aliqua traditio vera, nec ficta, & sic non interuenit etiam constitutum, & consequenter non fuit translatum do-
minium in d. Iacobum nec eius filios; quia ex solo
4 contractu sine traditione, † vel quasi, non transfertur dominium, nec aliquod ius. *l. traditionib. C. de pact. l. pen. C. de rei ven.* etiamsi esset titulus vniuersalis: *prout est tex. in l. qui tibi hæreditatem. & ibi Bal. not. C. de his qui à non do. manu. & in l. qui tibi hæreditatem vendidit. C. de hære. vel ac. vend. & est gl. ordina. in l. 1. in prin. in ver. vniuersa, & ibi Bar. ff. de vsucap. pro do. quam gloss. ad hoc reputat singularē Bal. in l. nulla, C. de iur. do.* Ex quo ergo do. Bertrandus prædicta bona postea filiabus suis donauit & tradidit vere, vel per constitutum, & consequenter in eas transtulit dominium, videtur
a quod præferri a debeant filiis masculis domini Iacobi: *per regulam l. quoties, in fi. vbi tex. in terminis, C. de rei vend. & l. siue autem, §. si duobus. ff. de publicia.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod prima donatio fuit facta cum iuramento: quia iuramentum non impedit, quin istæ secundæ donatariæ, quibus res fuerunt prius traditæ, præferantur: *per regulam d. l. quoties, in fi. iuncto c. sicut ex literis, de spon. & ita tenet Io. de Imol. in commen. c. cum contingat, de iureiur. in col. 184. & seq.* Et facit ratio; quia ex quo per primam donationē iuratam, in qua non interuenit traditio, vel quasi, nō erat translatum dominium, vel acquisitū ius in re domino Iacobo, nec eius filiis. Ergo tale iuramentum non habet impedire translationem dominii,
5 quę causatur ex secunda donatione, † in qua interuenit traditio, licet donans sit periurus: secundum Abbatem post alios *in c. dilecto, in penultima columna, de præben. & in capi. intellecto. in penultima & vltima columna de iureiuran. & in c. si diligenti, in 2. colum. de præscript. Albe. in l. ea lege, in vlti. colum. C. de cond. ob causam.* ¶ Quinto facit; quia dicta donatio in multo excedit summam quingentorum aureorum, quæ cum
6 sit facta sine insinuatione, † in eo in quo excedit, nihil valet. *l. sancimus, & l. si quis argentum, §. penul. C. de dona. Bart. & alij in l. Modestinus, ff. eod. Bald. in l. illud, C. de sacrosanct. eccl.* ¶ Nec p̄dictis filiabus habet obstare, si diceretur, quod ista donatio sit reciproca inter fratres, & consequenter propter viciſſitudi-
7 nem debeat inter eos valere, † vbi alias non valeret: quia talis reciprocatio ratione dubii euentus censetur tollere votum captandæ mortis, cū hinc inde æqualiter spem habeat, & consequenter videatur propter hoc valere. *l. de fideicommiss. C. de transact. l. si pater puellæ, C. de inoffi. testa. l. si ea lege, C. de vsur.* Itē donatio quando est reciproca valet, vbi alias non valeret. *l. quod autem. §. si vir & vxor ff. de dona. inter virum & vxo.* Item ratione viciſſitudinis nō affert plus damni vel odii, quam cōmodi vel fauoris, *l. 3. ff. pro socio.* quia dicitur, quod prędicta cessant propter magnam inæqualitatem, quæ emergebat tempore factæ dictæ donationis, cum eo tempore d. Iacobus iam in lucē procreasset liberos masculos legitimos & naturales, sed D. Bertrandus nondū vxorem duxerat. Ergo cum inter eos esset magna inæqualitas, non potest dici fuisse reciprocam donationē: quia non fuit mutua, nec æqualis. *arg. l. vt liberis, in verb. æqua lance parig, modo. C. de colla. l. fi. C. communia vtriusq; iudi.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror proculdubio de iure præualere, quod ista talis donatio omnium bonorū mobilium, & immobilium, terrarum, & dominiorū, inter istos excelsos & potentes milites ac fratres reciproce facta, de iure valeat & teneat ex infrascriptis fundamētis, ex quibus apparebit resoluta esse quæcunque sunt in oppositū adducta. & in primis: quia ex quo donata sunt omnia bona mobilia & immo-
bilia, † & non fuit expresse dictum præsentia & fu 8
tura; certe valet; quia solum præsentia intelligun-
tur esse donata, b ergo valet. *l. omnes, §. Lucius. ff. de his* b
qui in frau. credit. l. 1. C. vt ac. ab hære. & contra hære. l. hæreditariū, ff. de bon. auth. iudi. poss. l. si quis argentū, § sed & si quis. & ibi Bal. C. de do. l. iubemus. 2. post prin. C. de sacr. san. eccl. Vnde de bonis postea in futurū quærendis, iuxta præsumptionem *l. si defunctus, C. de arbit. tutē. & l. cura. §. deficientium, ff. de mune. & hono.* poterit testari, & sic talis donatio nō aufert liberam testandi facultatem. Item quia fit à volente, non curatur q̄ inducat votum captandæ mortis. *l fi. C. de pactis. Ita firmant Bar. & omnes doct. indifferenter in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & in l. fi. C. de pac. vbi gl. & gl. in d. l. hæreditas. C. de pac. conuen. iuncta gl. not ab. in l. fi. C. quæ res pig. ob. pos. Idem tenēt Pet. de Anch. & Io. de Imo. in rub. extra de testa. facit bene tex. in l. si ita esset, ff. de auro & arg. lega. & tex. in l. si ita scripsisset ff. de lega. 2. & ab ista conclusione nemo discrepat.* Vnde consulēdo & iudicando à communi opinione nullatenus est recedendum: secundum Bar. & doct *in l. fi. C. de pœna iudi. qui ma. iudic. notatur in c. ne innitaris, de constitu.* ¶ Ista communis conclusio, quod donatio omnium bonorum simpliciter facta valeat; eo quia censetur esse facta de bonis præsentibus, non aūt de futuris, fortius militat in casu præsenti: vbi est aduertendum, quod isti fratres simpliciter ad inuicem donarunt omnia bona mobilia & immobilia, & non expresserunt præsentia & futura: ergo solum intellexerunt de præsentibus ad hoc, vt valeret: per regulam *l quoties, ff. de verb. oblig. & c. abbate sane. de rē iud. in 6.* Nam inferius in eodem instrumento dicitur, quod promiserūt sub obligatione & hypotheca omnium & singulorum suorum bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum: ergo sicut ibi in hypotheca expresserunt bona sequentia & futura, similiter expressissent in ipsa donatione, † si intellexissent de bonis futuris, cum sequentia declarent præcedentia, & econtra. *l. qui q̄ filiabus, in princ. & l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legatis 1.*

l. qui non militabat, §. 1. & ibi Bald. & Ang. ff. de hæred. inſtit. c. clericum nullus, ſecundo 11. q. 1. declaratio enim
10 ſumitur † à priori & poſteriori: ſecundum Bal. *in l. domum, in 1. colum. ad fin. C. de rei ven. Item vna clauſula declarat aliam, l. vtrum, vbi Bartol. & alij, ff. de petit. hæredit. l. quemadmodum, §. hæc verba, & ibi Bald. & Ang. ad hoc notant, ff. ad legem Aquil.* ¶ Secundo pro iſta parte multum me mouet; quia in iſta donatione vniuerſali, de quibuſcunque bonis mobilibus, & immobilibus, terris, dominiis, & prouentibus, vbicun-
11 que ſita ſint, non veniunt iura & actiones, † & cõſequenter non veniunt nomina debitorum: quia ſunt tertia ſpecies ſeparata inter bona mobilia &
c immobilia c. *l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. l. quam Tuberonis, §. penult. ff. de pecu. Ita firmant Barto. & communiter ſcribentes in l. poteſt, ff. de autho. tut. & in l. mouentium, ff. de verbor. ſignific. facit bonus text. in l. 2. in princ. C. de quadr. præſcript. & ibi Baldus notat & dicit per illum text.* determinatam eſſe iſtam quæſtionem, quod nomina debitorum non ſint mobilia, nec immobilia, cum ibi in tex. ponantur tanquam tertia ſpecies. Idem tenent Bald. Ang. & omnes moderni *in l. ſi conſtante, §. fin. ff ſolut. matrimo. do. Abbas in in c. nulli, de reb. eccleſ. non alien.* Iſta communis concluſio fortius militat in caſu præſenti, vbi iſta vniuerſalis donatio fuit de quibuſcunque bonis mobilibus & immobilibus, vbicunque ſita ſint, & ſic loquitur de rebus circumſcriptis loco. Sed certum
12 eſt, quod nomina debitorum non † continentur loco. *l. Caius, in princ. ff. de lega. 2. & ita in terminis tenet in ſpecie Bal. in conſi. 232. ſecundi volu. incipiente, ſuper infraſcriptis dubiis, in vlt. dub. in fine.* Vbi formaliter tenet in terminis noſtris, in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium non venire nomina debitorum, cum ſint tertia ſpecies de per ſe, præſertim ſi aduertamus verba donationis, loquẽtia de rebus circumſcriptis loco: cum certum ſit, nomina debitorum loco nõ contineri. *d. l. Caius, in prin. ita ibi expreſſe dicit Bal. Bene facit, quod tenet Bart. in l. centurio. ff. de vulga. & pupilla. in 3. q. principali, in 2. colum. 31. q.* vbi voluit, quod ſi teſtator dicat, † quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, volo quod omnia bona mea mobilia & immobilia perueniant ad talem, & non dicit, iura & actiones, tũc ille videtur inſtitutus in certis bonis; quia actiones non ſunt bona mobilia & immobilia, vt in iuribus præallegatis: & ſic ille non cenſetur vniuerſaliter inſtitutus. Stat ergo vera concluſio, quod in iſta vniuerſali donatione non veniunt iura & actiones, & conſequenter non veniunt nomina debitorum: per conſequens ſequitur, quod iſta donatio valet & tenet, etiam ſi fuiſſet expreſſe facta de omnibus bonis præſentibus & futuris, ex quo reperitur re-
14 ſeruata, vel exceptuata † aliqua res, de qua poſſit donans facere cum effectu teſtamentum, & ſic non dicitur ſublata libera facultas teſtandi. *Ita expreſſe firmat Barto. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, in vltima colum. & ibi omnes ſcribentes ſequuntur. & in l. ſi. C. de pac. Petrus de Ancha. & Ioan. de Imol. in rub. extra de teſta. Ang. in conſilio 5. incipiente, Andreas Ianus de Vulterris. Paulus de Caſtro, in conſilio 146. incipiente, ſuper ſecundo puncto, circa prin. do. Alex. in conſilio 29. quinti volum. quod incipit, perſpectis, conſideratisq; omnibus quæ in themate ſupraſcripto narrantur, in 4. dub. & in conſilio 59. quinti volum. quod incipit, viſo themate prædicto, ſuper primo dubio, & c. in prin.* Et eſt aduertendum, quod prædicti doctores, qui tenent valere donationem omnium bonorum præſentium & futurorum, quando reperitur reſeruata aliqua certa quantitas, vel res, loquuntur quando talis donatio fuit ſimpliciter facta, multo ergo fortius debet valere in caſu præſenti, vbi talis donatio fuit iuramento corroborata, cum iuramentum addat robur & maiorem firmitatem. *c. quamuis, de pact. in 6. capit. cum contingat, de iureiuran. c. licet mulieres, eodem titu. in 6. authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi.* Accedat ad prædictorum d confirmationem, quod ſi plures inter d ſe paciſcantur, quod vno eorum decedente ſine liberis maſculis, quod ſuperſtites, vel eorum liberi habeant de bonis prædefuncti; talis conuentio nõ eſt à iure † improbata, eo quia non eſt vniuerſalis 15 ſucceſſionis per viam hæreditatis delatæ: *iuxta l. hæreditas, de pac. conuen.* ſed prouenit ex præſenti contractu collato poſt illius mortem. Ita late conſuluit Oldra. Lauden. *in conſilio 139. incipiente, ad habendam aliqualem notitiam. Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de inſtru. edi. §. porro, in vlt. colum in verſic. fuit etiam alia quæſtio. Alberi. de Roſa. & Salyc. in l. ſi. vbi alias legendo dixi. C. de pact. Ange. in l. hæreditarium, ff. de bon. auth. iu. poſſi. & in l. ſancimus, C. de dona. Imol. & Ludou. Roma. in l. Aquilius Regulus, ff. eodem. & late dominus Alexan. in conſilio 225. quod incipit, viſa facti narratione, in 3. colum. ad fin. & duabus ſequentibus, & in conſilio 393. incipiente, Ponderatis verbis inſtrumenti, in 2. & in vlt. colum. Accedat, quod dicam in ſequenti fundamento.* ¶ Tertio pro iſta parte benefacit; quia iſta donatio reciproca & viciſſitudinaria facta inter iſtos potentes & generoſos milites & fratres vtrinq; coniunctos fuit multum æqua & rationabilis: quia fuit facta expreſſa cauſa finali, propter generis, familiæ & armorum conſeruationem, † & ſic vt bona conſeruentur in 16 familia & agnatione, & ſic perueniat ad liberos maſculos legitimos & naturales excluſis filiabus, quæ tamen condecenter dotari debeant: *iuxta text. notabilem in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus, in ver. vt ordinum dignitas. familiarumq; ſalua ſit, ff. de ven. inſpi. Io. And. in addit. Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſta. ſuper rubr. Cyn. & alij in l. 1. C. de adul. vnde conſuluit in propoſito egregie Bartolus in conſi. 72. incip. Ex facto proponitur, c quod nobiles viri, & c.* e Vbi conſuluit, valere conuentionem factam inter certos nobiles fratres & eorũ nepotem, q̃ bona paterna & materna nec ex teſtamẽto, nec ab inteſtato, nec per viam alicuius contractus perueniant in aliquam mulierẽ natam vel naſcituram ex eis, ſed tamen in maſculos deſcendentes alicuius eorũ: & ſi per aliquem vel aliquos ipſorũ vel eorũ ſucceſſores contra factum fuerit, quod prædicta omnia & ſingula obſeruentur, & propter hoc liceat aliis reuocare ꝓpria authoritate: *per tex. in l. codicillis, §. matre ff. de leg. 2.* ¶ Quarto facit; quia iſta donatio vniuerſalis omniũ bonorũ fuit reciproca & viciſſitudinaria in perſona alterius iſtorũ fratrũ, quem cõtingeret p̃mori ſine filiis maſculis, † q̃ conditio æ- 17 que poterat in perſona vtriuſq; cõtingere, per cõſequẽs debet valere: quia nõ dicit inducere votum captandæ mortis. *l. 1. & l. ſi. C. de pac. l. de fideicom. C. de tranſact.* Vnde videmus, q̃ diſpoſitio, q̃ alias ſimpliciter facta non valeret, tamen ſi fiat reciproce bene

valet

f valet & tenet. f *l.quod autem, §.si vir & vxor, ff.de dona. inter virum & vxo. l. si pater puellæ, & ibi Cyn.Bal.Sal. & Paul.de Castr. ad hoc notant, C.de inoffic.testa.* & ibi alias legendo quædam alia ad istud propositum cumulaui. Hinc etiam videmus, quod lic et iure ciuili ex
18 iuramento promissorio † nõ oriatur obligatio, nec actio. *l.vt iurisiurandi, in princ. & ibi Bar. ff.de oper. liber. Bar. in l.si quis pro eo, in princ. ff.de fideiuss.* tamen si partes mutuo & reciproce iurant, tunc etiam de iure
g ciuili oritur actio præscriptis verbis. g ita singulariter tenet Bal. *in cap. 1. §. item sacramenta, in vlti. col. de pace iura. firm.* ¶ Quinto facit: quia quando quis doh nat omnia bona sua post mortem h † valet talis do-
19 natio: quia intelligitur de bonis præsentibus tantum: *dicta l.si ita, ff.de aur. & argen. lega. l.fi. §. qui indiuisa. ff.de lega. 2. Ita tenet Cyn. in l.fi. C.de pac. Ludou. Rom. & do. Alex in d.l stipulatio hoc modo concepta. Petr. de Ancha. & Ioan. de Imol. in rubr. extra de testa.* Quia in con-
20 tractibus, in quibus agitur † de magno præiudicio, appellatione omnium bonorum non veniunt futura: *vt probatur in l.si mandauero, §. is cuius, ff.man.* vbi in publicatione bonorum, & sic in actu inter viuos futura non veniunt: prout etiam voluit gloss. *in l. fin. C. quæ res pig ob. pos. & clare Bart. in d.l. si ita, & dicit do. Alexan. in d.l. stipulatio hoc modo concepta.* quod putat istam conclusionem esse veram, quando actum erat, quod esset donatio inter viuos, seu quod non posset reuocari. Multo ergo fortius procedit in casu nostro, vbi in instrumento istius donationis vtrumque expresse dicitur, scilicet, quod sit donatio inter viuos, & quod non possit reuocari. Et ad illa verba, post mortem, respondet dominus Alexand. secundum Ioannem de Imol. quod intelliguntur, non quod importent bona futura, sed quod bona quæ nunc habeo volo vt habeas post mortẽ meam. *Imo fortius tenet Bald. in l.1. in 7. col. ad fin. C.de iure fisci, lib.10.* quod si promitto, vel dono omnia bona mea præsentia & futura post mortem meam, quod valet: *per notata in l.fina. C.de pac.* ¶ Sexto pro ista parte benefacit, quia dominus Bertrandus in dicto instrumento donationis ex nunc prout ex tunc priuat filias proprias dictis bonis, salua dote condecenti, existentibus filiis masculis legitimis & naturalibus dicti domini Iacobi, & ita iurat, & obligat, & hypothecat omnia & singula bona sua mobilia & immobilia, præsentia & futura. Et sic, ex quo do. Bertrandus expresse priuauit filias bonis suis salua
21 dote, & pro obseruatione bona sua obligauit † ergo per talem conuentionem cum hypotheca impeditur translatio dominii in ipsas filias, etiam interueniente traditione: quia primi donatarii censentur habere ius in dictis rebus propter hypothecam: *per tex. in l.si creditor, §. fin. ff.de distra. pig.* secundum veram literam negatiuam: *vt per Barto. & alios in l.ea lege, C.de condi. ob cau. & in l.si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. filius familias, §. diui. ff. de legatis*
22 *primo.* Et isto casu non haberet locũ *d.l. quoties,* † *in fi. ff. de rei vendi.* cum primi donatarii habent prius ius in dictis rebus propter hypothecam: ergo cessat *d.l. quoties, propter tex. ibi in prin. in verb. iure distrahitur.* à contrario sensu, quia non iure donatur secundo propter primam conuentionem cum hy-
23 potheca. Sicut in simili, quando locatur † domus, & dominus promittit non alienare sub hypotheca bonorum suorum, si postea alienat, nihil valet illa alienatio in effectu propter ius hypothecæ: secundum Io. de Imol. *in d.l. filius familias, §. diui, in 4. col. & in l. qui absenti, §. 1. ad fin. ff. de do. Paul. de Castr. in l. si merces, §. 1. ff. locati,* facit, quod dicam in sequenti fundamento. ¶. Septimo bene facit; quia dominus Bertrandus in instrumento supradictæ donationis pro dicta donatione expresse hypothecauit omnia bona sua præsentia & futura, sed sic est, quod ex solo contractu, † & sic ex solo titulo absque aliqua 24
traditione transfertur hypotheca, & sic ius pignoris. *l. 1. ff. de pigno. actio.* Ideo in hypotheca ille præfertur, cui prius res sunt hypothecatæ, i & non ille, i cui prius fuerunt traditæ: *vt est textus notabilis in l.si prior, §. fin. in fi. ff. qui potio. in pig. habe. facit l potior, & l. qui balneum, ff. eo. & ita tenet Cyn. Io. Fab. Bald. Saly. & Paulus de Castr. in d.l. quoties.* Et rationem, quare ex sola conuentione sine vlla traditione transferatur ius hypothecę, seu ius reale pignoris, assignant Bal. & Saly. *in l. traditionibus, in penul. colum. C. de pact.* Ergo cum filii domini Iacobi habeant ius reale hypothecæ in omnibus bonis domini Bertrandi pro obseruatione prædictæ donationis eis factæ, ergo præferendi sunt filiabus domini Bertrandi. Per ista septem fundamẽta remanent clare euacuata quæcunque superius in oppositum adducebantur in fauorem filiarum domini Bertrandi, tamen vt veritas adhuc clarius elucescat, ad illa particularius respondebo.

¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod talis donatio infringit liberam facultatem testandi, & inducit votum captandæ mortis, & consequenter censetur contra bonos mores, & sic inualida: quia respondetur, quod imo non infringit liberam facultatem testandi; cum intelligatur tantum de bonis præsentib. † quæ erant tempore fa- 25
ctæ donationis, nõ autem de futuris postea acquirendis: prout dixi supra in primo fundamento. Secundo, in tali donatione omnium bonorum non veniunt iura & actiones, & consequenter non veniunt nomina debitorum, prout dixi supra in secundo fundamento: ergo de istis omnibus poterat testari, ergo non erat restricta libera facultas testandi. Item non inducebat votum captandæ mortis, cum esset reciproca & vicissitudinaria. & hinc inde potuisset habere effectum, prout dixi supra in quarto fundamento.

¶ Non obstat secundo, dum dicebatur, quod ista donatio omnium bonorum mobilium & immobiliũ, vbicunq; sita sint, non videtur differre à pacto de succedendo, cum sit vniuersalis, & in ea expresse dicatur, quod succedant. & est facta post mortem domini Bertrandi, & consequenter videtur esse omnium bonorum præsentium & futurorum: Ergo nihil debet valere: per regulam *d.l hæreditas.* quia respondetur, quod imo non est vniuersalis, † cum non veniant bona futura, nec nomina 26
debitorum, quæ venirent in hæreditate, & sic non potest dici, quod non differat à pacto de succedendo quod est inualidum. *l. pactum dotali. C. de colla. l. ex eo. C. de inutil. stipula.* quia pactum de succedendo faceret succedentem esse vniuersalem hæredem, si valeret, & sic succederet in omnibus iuribus defuncti actiue & passiue. *l. hæreditas, & l. nihil*

aliud. ff. de verb. signif. l. hæres in omne. ff. de acquirenda hæredi. quod secus est in donatione omnium bonorum, quia bona intelliguntur deducto † ære alieno. *l. mulier bona, in prin. ff. de iure dotis, l. æris alieni, C. de dona. l. subsignatum, §. bona, & l. princeps bona, ff. de verb. signif.* & sic verbum *succedat*, positum in ista donatione non potest intelligi de vniuersali successore, & sic de hærede, qui in vniuersum ius succedit: sed intelligitur de successore inter viuos, qui non succedit in iuribus hæreditariis. *l. non solum, §. 1. ff. de in integrum restitu.* habetur per scribentes *in l. quædam, §. nihil interest, ff. de eden.* & illa verba, post mortem, intelliguntur de bonis præsentibus, quæ vult eum habere post eius mortem: prout dixi supra in quinto fundamento. Nec obstat *d. l. hæreditas.* quia ibi constabat, quod volebat illum contractum valere vice testamenti, & sic videtur sensisse de hæreditate, quæ datur in testamento secundum Ange. & dominum Alex. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, post Bart. in l. fi. C. de pactis.* ¶ Non obstat tertium fundamentum, quod quando quis donat omnia bona post eius mortem, debet intelligi etiam de bonis futuris, vt illa qualitas, post mortem intelligatur
28 secundum † tempus verbi, cui adiicitur, quia contrarium est verius, & magis communiter tenetur, prout retuli supra in quinto fundamento, & ibi respondi ad illud, quod dictum est de æqualitate. ¶ Non obstat dum quarto dicebatur, quod dictæ filiæ domini Bertrandi debeant præferri in bonis eis donatis & prius traditis, ex quo domino Iacobo aut eius filiis non fuit facta aliqua traditio vera nec ficta, & sic etiam in instrumento primæ donationis non adest constitutum: per regulam *d. l. quoties, in fine*, quia respondi supra in sexto & septimo fundamento, quod ex quo do. Bertrandus expresse priuauit filias suas dictis bonis, excepta condese
29 centi earum dote, † cum expressa hypotheca omnium bonorum suorum, per consequens non potuit in eas transferre ius aliquod, nec dominium. Item cum filii domini Iacobi habeant ius reale hypothecæ in omnibus bonis domini Bertrandi pro obseruatione primæ donationis eis factæ, per consequens habent obligata & hypothecata omnia bona domini Bertrandi pro impleméto donationis eis factæ, per cõsequens ipsis filiabus veniunt de iure præferendi. ¶ Non obstat quintum, dum dicebatur, quod dicta prima donatio in multo excedit summam quingentorum aureorum, ergo sine insinuatione non valet: quia ad hoc respondetur dupliciter. Primo, quod dona-
30 tio reciproca vel vicissitudinaria non † eget insi-
k nuatione, [k] cum non sit proprie mera donatio: *secundum Io. And. in addi. Specul. in titu. de instru. edi. §. porro, circa vltimam colum.* vbi dicit ita fuisse determinatum, & ante eum fuit decisio Oldra. Lauden. *in consilio 138. quod incipit, ad habendum aliqualem notitiam. & sequuntur Alber. de Rosa. & Salyc. in l. fin. C. de pact. Imo. & Lud. Roma. in l. Aquilius Regulus ff. de dona. Ang. in consilio 179. incipiente, visis prædictis instrumentis, in penult. colum. do. Alexan. in l. licet inter priuatos, in vlti. colum. C. de pact. & in consil. 83. secundi volum. incipiente, visa facti narratione, in 18. colum. ad fin & sequenti, & in vltim. col.* Secundo respondetur, quod in ista donatione in-
31 teruenit iuramentum † quod supplet insinuatio-

nem, nam donatio firmatur iuramento, l quamuis l in ea non interuenerit insinuatio requisita à iure ciuili: secundum Ioan. Andr. in addit. Specul. *in tit. de instru. edit. §. porro. in vltima additione. Ioan. de Imol. in comment. c. cum contingat, in antepenult. charta. & ibidem dominus Abbas in 12. colum. & Baldus in octaua colum. de iureiuran. Ang. in l. sancimus, §. fin. C. de don. Istam opinionem tenent do. Alex. & dom. Franc. de Aret. in l. nemo potest, in 5. colum. ff. de legatis primo, & ibi dicit do. Alex.* quod pro ista opinione sæpenumero consuluit, & ita vere consuluit in quampluribus eius cõsiliis, quæ singula non expedit numerare: *præsertim in consilio 225. incipien. visa facti narratione, ad fin.* vbi dicit, quod pro ista parte vidit consultum per excellentiores doctores Italiæ, *& in consilio 386. incip. attentis his quæ in instrumento donationis continentur. & ibidem in 6. col. ad fin.* dicit, quod pro ista parte vidit consultũ per excellentissimos iurisconsultos, quos enumerat. & idem consuluit in plerisque aliis consiliis suis, quæ non expedit numerare aliter in specie, cum res sit clara. & similiter consuluit dom. Francis. de Aretio *in consilio 2. quod incipit, intellecta, vbi late examinat. & in tribus aliis consiliis, quæ etiam aliter in specie non refero, cum non sit necessarium. Idem dom. Abbas in disputatione quæ incipit, Statuto ciuitatis Senarum. & in consilio 202. incip. Factum sic proponitur: quædam domina. & in consilio 214. incipiente, quatuor sunt in causa.* ¶ Non obstat vltimo, dum dicebatur, quod ista donatio non potest cẽseri vicissitudinaria propter magnam inæqualitatem, quæ emergebat tempore factæ donationis respectu filiorum, quos dominus Iacobus tunc susceperat, cum nondum dominus Bertrandus vxorem duxisset: quia respondetur, † quod talis inæqualitas filiorum natorum 32
non est attendenda, cum etiam dominus Bertrandus potuerit filios masculos procreare, prout fecit: quia filium masculum suscepit, licet prædefunctus fuerit. & sic conditio donationis poterat in persona vtriusque contingere tempore eorum obitus. Ergo de illa prima inæqualitate non est, vt dixi, eurandum: *per l. 1. C. de pact. l. de fideicom. C. de transact. & l. si pater puellæ, C. de inoffic. testa.* quia non requiritur, quod sit inter eos per omnia æqualitas conditionis, & ita in specie dicit dominus Alexan. *in consilio 83. secundi volum. incip. visa facti narratione, in vlt. colum. per l. hæreditatum, ff. ad leg. Falc.* Per ista remanet primum dubium satis accurate, vt arbitror, absolutum. ¶ Aggredior secundum dubium, in quo quæritur, nunquid prædicta donatio dicatur causa mortis, & sic potuerit per dominum Bertrandum reuocari. Et quia in præcedenti articulo fui prolixior; quia sic expediebat, istum secundum paucioribus absoluam. Prima consideratione videretur dicendum quod sic, ex quo in ea est facta expressa mentio mortis, † ibi, post eius decessum, 33
& ibi, præmoriatur absque liberis. Vnde cum in tali donatione fuerit facta mentio mortis, & collata post mortem donantis, debet censeri quod sit donatio causa mortis. [m] *l. Seia, §. fin. & ibi glo. & Bart.* m
ff. de dona. cau. mor. l. Seia. & ibi glo. ff. de dot. præleg. glo. in l. apud Celsum, §. 1. ff. de dol. excep. glo. in l. mortis causa capimus, §. Titia, ff. de dona. cau. mor. glo. & doct. in l. fi. C. de pact. vbi Bartol. hoc videtur firmare in donatione facta post mortem. Et idem Bartolus *in l. stipula-*

tio hoc

tio hoc modo concepta, in 2.col. ff. de verb. oblig. & idem, quod vbi fit mentio mortis, quod censeatur esse donatio causa mortis, *firmant Barto. & Doct. in l. quæ dotis, in 2.col. ff. solut. matri. Cyn. & alij posti eum in l.2. C. de iur.dot. Bald.in l.cum quis, ff. de cond. ob cau. & in l. si mortis, C. ad l. Falc.* ¶ Nec obstat *l.1.C.vt ac.ab hære. & l.hæreditarium, ff.de bon.autho.iudi.pos.* vbi erat obligatio collata post mortē : † & tamen censetur dispositio inter viuos : quia ad ista iura respondet Barto. *in l.nam si cum moriar, ad fin. ff. de condi.indeb.* quod illa iura procedunt & intelliguntur, quando non erat donatio facta cum mentione mortis, [n] sed erat promissio facta ex aliqua causa, ex qua colligebatur, quod non erat donatio causa mortis, sed promissio inter viuos. Ad idē pro ista parte facit; quia in instrumento istius donationis fuerunt adhibiti quinque testes, † qui requiruntur in donatione [o] causa mortis. *l.si.C.de dona. causa mortis, l.fin.ad fin.C. de codi.* Ergo apparet celebratam fuisse donationē causa mortis, cum in donatione inter viuos duo testes sufficerent : *per regulam l.vbi numerus, ff. de testibus, cap.in omni negotio, extra eo.facit tex.arguendo à speciali in auth. sed nouo iure, C si certum peta.* ¶ Sed præmissis non refragantibus sine dubio teneo, [p] ista sit donatio inter viuos; eo quia verba instrumenti sunt clara & expressa, *quod donat donatione inter viuos, & irreuocabili.* Vnde in claris non est locus coniecturis : † *vt dicit tex.in l.continuus, §.cum ita, ff. de verb. oblig.* per quem tex. dicit ibi notabiliter Bald. quod omittere certitudinem, & quærere indicia, est infirmitas intellectus. Ad idem tex. *in l.pediculis, §.argento, ff. de auro & argento legato, per quem tex.notat Bald.in l.voluntatis, in primo notabili, C. de fideicommiss.* quod dubium relinquitur interpretandum, sed nō id quod est certum & clarum. Item certa & determinata non egent determinatione, sed indeterminata. *ita notat Bald.in l.certo generi, §.1.ff. de serui.rusti. prædio.* per illum textum, quem dicit ad multa allegabilem. Item vbi manifestissimus est sensus donatoris, verborum interpretatio nusquam tantū valeat, vt melior sensu existat: prout dicit tex.notabilis *in l.3. ad finem, C. de libe.prater.* & in terminis nostris, quod quando apparet in instrumento, quod est facta donatio inter viuos, † tunc non curamus an sit facta mentio mortis, vel ne, tenet Cyn. *in l.2. C. de iure do. & est tex.in l.vbi ita donatur, & in l.senatus, §.mortis causa, ff. de dona.cau.mor.* Idem tenet Bartol. *in l. quæ dotis, in 1.colum. ff. solut. matri. dum opponit de l.cum maritus, §.fin. ff. de pac. dota. Ange. in consi.291. incipiente, visis instrumentis, in pe.charta. Paul. de Castr. in consi. 98. incipiente, notandum est primo, dominus Alexan. in consil. 14. primi volum. incipiente, circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio, in primo dubio.* Et propterea dicit Bar. *in l.si.C. de pac. in penult. col. in princ.* quod licet alias, vbi in donatione est facta mentio mortis, cēseatur esse donatio causa mortis : † est verum, nisi sit dictum, quod sit inter viuos, vel quod non [p] liceat reuocare. [p] Et idem sensit Bart. *in d.l. stipulatio hoc modo concepta, in 2.col.* Ergo multo fortius istud procedet in casu præsenti, vbi in instrumento donationis vtrunq; fuit copulatiue dictum, quod esset donatio inter viuos, & quod esset irreuocabilis.

¶ Secūdo facit; quia in ista donatione est facta expressa mētio filiorum & hæredum domini † Iacobi : ergo procul dubio debet censeri donatio inter viuos, licet in ea esset facta mentio mortis : quia mentio hæredum [q] magis adaptatur ad donationē [q] inter viuos quam ad donationē causa mortis; cum donatio inter viuos transmittatur ad hæredes, sed non donatio causa mortis, si prius decedat donatarius quam donator, vel priusquam existat conditio donationis, cum habeat naturam legati, & legatum conditionale non transmittatur. *l vnica, §. sin autem aliquid sub conditione, C de cadu tol. ita notabiliter determinat Bal. in l.2. C. de iure do. dominus Alexan. in præallegato consi.14. dominus Francis. de Aret. in consil. 74. incipiente, diligenter & matura ponderatis his, quæ in puncto, in 3. col.* ¶ Tertio facit : quia quando in donatione esset facta mentio mortis † per modū dilationis, tunc nō intelligitur donatum causa mortis, sed inter viuos : *secundum Bal. in d.l.2. C. de iure do. qui dicit ita velle Dyn. in l.Seia. §. fin. ff. de dona.cau.mor.* & ita intelligitur esse facta mentio mortis causa dilationis, quando est facta mentio mortis in verbis importantibus executionem, [r] & nō in verbis dispositiuis seu importantibus substantiam donationis. Ita vult notabiliter Bald. in addi. Specu. *in tit. de instru. edit. in vlti. col. in versi. si quis donat. & ita dicit esse de mente Specu. in illo titu. in §. porro, in versicu. firma auquæ dotis, in 9.col. ff. solut. matr.* vbi dicit illam decisionem Bal. non reperiri alibi ita clare, & idem dominus Alexan. *in præallegato consi. 14. in 1. dubio.* Et ita punctualiter contigit in casu nostro, vbi illa verba, post mortem, proprie respiciūt executionem; quia donator voluit, quod eius bona haberentur à donatariis solum post eius mortem : patet, quia ipsa donatio fuit expresse facta inter viuos, & irreuocabiliter ; Ergo illa verba, post mortem, solum referuntur ad executionem. Bene facit, quod infra dicam in vltimo fundamento. ¶ Quarto facit; quia in instrumento istius donationis appositū fuit iuramentum, † quia donans iurauit super sacrosanctis Dei euangeliis manualiter tactis attendere, cōplere, & perpetuo obseruare. per quæ verba apparet, quod etiam si esset donatio causa mortis, tamen propter iuramentū cum verbis prædictis censeretur donatio inter viuos : [s] prout expresse tenet [s] dominus Francis. de Are. *in præallegato consi. 74. in 2. col. ad fin. & principio sequentis. Paul. de Cast. in consil. 98. incipiente, notandum est primo, in prin.* ¶ Quinto facit; quia vbicunque in donatione fit mentio de morte, ita vt mors sit occasio donationis, puta quia iturus vltra mare, timens de morte donat alicui post mortem : & tunc bene dicitur donatio causa mortis, *l.1. & 2. ff. de dona. cau. mor.* Si autem fit mentio de morte solum † occasione temporis, & sic solum ad finem vt designetur tempus, in quo donator vult incipere tempus donationis cum effectu, vt in casu nostro, vbi simpliciter donauit bona sua, sed voluit illa haberi per donatarios solum post eius decessum, & tunc censetur esse donatio inter viuos : [t] [t] Ita tenent Petrus, Cynus, Baldus & Angelus *in dicta l. quæ dotis.* Bene faciunt, quæ dixi supra proxime in quarto fundamento.

ADDITIO.

[a] Præferri.] Refert Tiraq. tract. de const. 1. par. nu. 24.

[b] Donata.] Dec. consi. 225. In causa n. 4. vers. primus est, &

post Ias. hic relatum dicit communem. Clar. § donatio, q. 19. versic. idem dicendum.

e Immobilia.] Idem supra consil. 194. superuacuo num. 6. lib. 2. l. à diuo Pio, §. in venditione, nu. 7. 8. de re iudicata, & l. stipulatio hoc modo conceptá, de verbor. obliga. vbi dicit ita consulendo tenu sse Dec. consi. 237. In casu, num. 1. Tiraq. l. si vnquam, verb bona, nu. 8. C. de reuoc. dona. & de rett. par. 1. §. 1. glo. 7. num. 9. vbi infinitos more suo allegat. Cotta in memo. verb. nomina debitorum, & verb. bonis publicatis. Gabr. commun. opin. lib. 6. de verb. signif. conclus. 7. vbi alios adducit Clar. d. § donatio, q. 19. versi. pariter. Rolan. consi. 61. præsupposita nu. 10. cum seqq. libr. 1. Ceph. consil 188. dominus, num. 40 & 41. Rimin. iun. consi. 42 petit Illustris. num. 28. vbi hoc consil. allegant. I. B.

d Prædictorum.] Dixi consi. 211. præsens, nu. 21. supr. lib. 2.

e Proponitur.] Scripsi d. consi. 211. nu. 22.

f Et tenet.] Addo d. consi. 211. nu. 16.

g Verbis.] Ias. d. consi. 211. nu. 18. col. 3. versi. Item ista conuentio, in finem.

h Post mortem.] Curt. iun. consil. 81. viso nu. 3. & ita communiter teneri post alios attestatur Clar. dict. q. 19. versic. sed quid si quis.

i Hypothecatæ.] Idem Ias. cons. seq. nu. 37. 45. & 46. Ceph. consi. 147. proponitur, nu. 14. vbi citat Ias cons seq. loco prædicto, Tiraq. de rett. par. 2. §. 3. glo. vni. nu. 5. & 6. vbi hæc consilia citantur.

k Insinuatione.] Dixi d consi. 211. nu. 47.

l Iuramento.] Ias. supra consil 51. In hac dubitatione, lib. 1. vbi addo.

m Causa mortis.] Ias. consi. 60. Ista conuentio, nu. 16. infra eod. Dec. l. fin. nu. 20. C. de pact. Clar. §. donatio, q 4. versicu. cæterum si in donatione, vbi dicunt communiter teneri. Viui. com. opin. lib. 1. opi. 85. donatio censetur facta.

n Mentio mortis.] Idem consi. seq. num. 33. versicu. vltimo non obstat.

o Donatione.] Ias. d. consi. 60. nu 18. versi. 3. in instr. Rolan. d. consil. 65. num. 14. vbi alios adducit. Natta consi. 270. cum considerassem, nu. 1.

p Reuocare.] Ias. l. quæ don. nu. 29. 30. ff. solut. matr. Clar. §. donatio, q. 4. versi. sed pone quod aliquis.

q Hæredum.] Ias. cons. seq. num. 4. versi. Item prædicta, & d. l. quæ dotis, nu. 48. Ruin consi. 98. visa num. 16. lib. 1. Aymo consi. 214. puto donationem, nu 18. Ceph. consi. 44. magnifici nu. 27. Rolan. consi. 8. In præsenti, nu. 20. 21. consi. 77. præsupposita nu. 12. lib. 1. consi 60. quoniam num. 38. lib. 2. Zanch. l. hæredes mei, 6. cum ita, 4 par. numero 157. ad Trebel. vbi hoc consilium citant. Dec. consi. 470. duo dubia, numero 10. vbi declarat.

r Executionem.] Ias. d. leg. quæ dotis, num. 40. 41 & consi. 169. duo testamenta, colum. vlti. versicu. 4. ad idem. infra lib. 4. & hanc decisionem dicit sing Maria. consil. 53. in præsenti, nume. 3. & consil. 137. multum, colum. vlti. versicu. prædicta, etiam libr. primo. Rolan. d. consil. 8. num. 3. & in dubitationibus, & d. consil. 60. numero 12. & 13. vbi hoc consilium citat. Gabriel. consilio 141. non est, numero 3. & 4. Dilect. de arte testan. titu. 2. caut. 10. ad finem. addo Dec. l. vlt. numero 29. C. de pact. facit quod dicit Alexan. consilio 55. viso titulo, numero 2. lib 2. Socin. consil. 92. circa primum, numero 8. versi. confirmatur hoc, lib. primo. Aymo consi. 101. nobilis, num. 1. versic. sed præmissis. I. B.

s Censeretur.] Ias. d. consi. 169. colum. vltim. versiculo 3. ad idem facit.

t Inter viuos.] Natta consil. 115. multa sunt, col. 2. in fin. & consil. 123. non videtur, col. 1. Rolan. d. consi. 60. num. 27. vbi huius consil. meminit. vide tamen eundem Ias. d. l. quæ dotis, numero 43. 44.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM VI.

THEMA.

EXHIBENTVR duo instrumẽta donationum factarũ diuersis tẽporibus, & diuersis personis per magnificum dominum Iacobum de Pontenes, prouincialem de eastro & iurisdictione loci de Tabernis. Prima nobili Bertrando de Pontenes nepoti donantis, facta anno domini 1437. die 6. Ianuarij. Secunda vero donatio fuit facta post annos 11. videlicet de anno 1448. die octauo mensis Augusti Elziario de Pontenes nepoti donantis ex fratre prædefuncto reuocata prius per ipsum dominum Iacobum donatorem die antecedenti illa prima donatione Bertrãdi, prout prædicta publicis & authenticis instrumentis superinde confectis apparent. Ex isto themate de duobus principaliter dubitari contingit. Primum dubium est, an prima donatio facta nobili Bertrando cẽseatur esse donatio causa mortis, & sic potuerit per ipsum donatorem reuocari: an vero dicatur donatio inter viuos, & sic sit irreuocabilis. Secundum dubium, posito sine veri præiudicio, quod prima donatio etiam fuerit inter viuos, quæ istarum duarum donationum inter viuos sit validior & præferenda? an prima propter clausulas in ea appositas, an vero secunda propter actualem traditionem?

SVMMARIA.

1 *Donatio inter viuos tunc dicitur quando in instrumento donationis dicitur donatione pura, mera simplicè rata, & irreuocabili habita inter viuos, & nu. 10.*

Clarum. In claris non est locus coniecturis, nu. 1.

Coniecturis non est locus in claris, nu. 1.

2 *Donatio. Quando apparet in instrumento quod est facta donatio inter viuos, tunc non curamus an sit facta mentio mortis, quia dicitur donatio inter viuos, nu. 1. & seq. & nu. 21. & 25.*

2 *Donatio causa mortis esse censetur, vbi in donatione est facta mentio mortis, & procedit nisi sit dictum quod sit inter viuos, vel quod liceat reuocare, quia tunc dicitur donatio inter viuos, & nu. 21. & 25.*

3 *Donatio inter viuos facta etiam mentione mortis tunc dicitur, quando donatur causa mortis vt nullo casu reuocetur, & nu. 5. & 25.*

4 *Donatio inter viuos dicitur, quando fit alicui præsenti, & pro se & suis hæredibus & successoribus quibuscunque stipulanti, non obstante mentione mortis, & nu. 27.*

5 *Donatio inter viuos dicitur quando instrumento primæ donationis promisit donationem & omnia & singula rata & firma perpetuo & irreuocabiliter obseruare, & nu. 28 & seqq. vbi multis modis declaratur.*

6 *Donatio inter viuos tunc esse videtur, quando interuenit iuramentum, & non potest reuocari ex pœnitentia, & nu. 30.*

7 *Verba non solum sunt attendenda, sed etiam natura contractus ad cognoscendum speciem contractus, & nu. 29. & 32.*

8 *Verba potius deseruiunt naturæ contractus, quam naturæ verbi.*

Verba,

Verba dedit, tradidit & donauit post mortem & ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc *inducunt donationem causa mortis. numero vndecimo.*

9 *Donatio censetur inter viuos, quando in ea interuenit insinuatio. & n.33.*

10 *Donatio his verbis concepta, dedit, tradidit & donauit post mortem ipsius donatoris, dicitur donatio causa mortis quia noluit donare ante mortem.*

12 *Verba adiecta contra substantiam actus non valent & habentur pro non adiectis.*

Certitudinem omittere, quærere indicia & coniecturas est infirmitas intellectus. n. 13.

Certa & determinata non egent determinatione, sed indeterminata. n. 13.

Dubium relinquitur interpretandum, sed non id quod est certum & clarum. n. 13.

14 *Verba geminata ampliant effectum, vt aliquid operentur & significant præcisam voluntatem disponentis.*

15 *Repetitio eiusdem verbi multum operatur.*

16 *Donatio causa mortis censetur quando in donatione facta est mentio mortis in verbis principaliter dispositis non autem in executiuis & nu. 18.*

19 *Donatio causa mortis censetur ea in qua sunt quinque testes adhibiti.*

20 *Donatio causa mortis dicitur quando donator dixit, se velle vt donatio vires habeat post suam mortem & statim sua morte sequuta & non ante.*

22 *Donatio causa mortis est quando quis dicit,* donaui tibi cum ego moriar.

23 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium.*

24 *Clausula in confirmatione dispositionis appositæ in executiuis ampliat, nec immutat principalem dispositionem, nec eam habet alterare, vbi ait hoc fortius procedere in clausulis quæ apponuntur ex stylo notariorum.*

26 *Alternatiua debet cadere inter æqualia vel parum distantia.*

29 *Donatio causa mortis si post fuit in esse producta, censetur esse vltima voluntas.*

30 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur.*

31 *Iuramentum in vltimis voluntatibus non impedit reuocationem ex pœnitentia.*

34 *Constitutum. Per constitutum transfertur dominium & vera possessio, perinde ac si vere tradidisset, quamuis actus sit fictus. & n. 41. & seq.*

Donatarius primus vigore constituti appositi in instrumento donationis inter viuos præfertur quamuis actualis traditio postea fuerit facta 2. numero 34. & 40.

35 *Donatio prima, in qua fuit retentus vsusfructus debet censeri potior & præferenda donationi postea factæ, sed contra n. 43.*

36 *Hypotheca, & sic vis pignoris ex solo contractu & ex solo tit. absque aliqua traditione transfertur, & ideo in hypotheca præfertur is, cui prius res fuerunt hypothecatæ, & non ille cui prius fuerunt traditæ, & ibi assignatur ratio & n. 45. ibi declaratur.*

37 *Feudalia non possunt obligari sine consensu domini & non veniunt in generali obligatione bonorum suorum, & ibi declaratur. Rursus declara vt nume. 45. & 46.*

38 *Iuramentum oppositum in donationis contractu seruãdum est & n. 47.*

39 *Feuda de consuetudine Regni Franciæ non possunt perinde vt patrimonialia vendi & donari.*

40 *Donatarius 2. cui prius fuit tradita actualis possessio debet præferri, maxime cum fuit in pacifica possessione continuata per successores suos per 40. annos & vltra.*

42 *Constitutum collatum post mortem nihil operatur tãquam collatum in tempus, quo possessio defuncti est extincta.*

44 *Contrarietas quoad fieri potest est submouenda.*

46 *Feudum. In feudis nullum ius reale acquiri potest sine corporali inuestitura.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRIMVM dubium redditur admodum difficile, & valde arduum propter clausulas in instrumento donationis primæ errore vel imperitia notarij inaduertenter appositas, quæ adinuicem plurimum contrariantur, & rem plurimum ambiguam efficiunt. Videretur, prima consideratione dicendum, quod talis donatio sit inter viuos, cum in instrumento primæ donationis formaliter dicatur, *donatione pura, mera, simplici, rata, & irreuocabili habita inter viuos, seu quæ dicitur inter viuos † perpetuo valitura, nullo casu, vel ingratitudine reuocanda.* Cum ergo dicatur donare inter viuos, verba instrumenti sunt clara, quod est donatio inter viuos & irreuocabilis. Vnde in claris & certis non est locus coniecturis. *le. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & l. pediculis. §. argento ff. de auro & argento legato.* Et in terminis nostris, & quãdo apparet in instrumẽto, quod est facta donatio inter viuos, tunc non curamus an sit facta mentio mortis; quia dicitur donatio inter viuos, tenet Cy. *in leg. 2. C. de iure dot. Barto. in l. qua dotis. ff. soluto matrimonio, in 1. col. ad finem dum opponit de l. cum maritus. §. fina. ff. de pactis dota. Angelus in consi. 291. incipiente, visis instrumentis. in penultima charta. Paulus de Castro in consi. 98. incipiente. notandum est primo. dominus Alexander in consil. 14. primi voluminis incipiente, circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio in primo dubio.* Et propterea dicit ad propositum Bart. *in le. fin. C. de pactis in penultima column.* quod licet alias vbi in donatione est facta mentio mortis † censeatur esse donatio causa mortis. *l. Seia.* 2 *§. fin. & ibi glos. & Bar. ff. de dona. eau. mor. leg. Seia. & ibi glo. ff. de do. præleg. glos. in leg. apud Celsum. §. 1. ff. de excep. doli. glos. in leg. mortis causa capimus. §. Titia. ff. de dona. causa mor.* illud est verum, nisi sit dictum, quod sit inter viuos, vel quod non liceat reuocare, vt in casu præsenti: quia tunc dicitur donatio inter viuos. & idem sensit Bartol. *in leg. stipulatio hoc modo concepta. in secunda colum. ff. de verb. oblig.* ¶ Confirmatur & fortius: quia in instrumento dictæ primæ donationis dicitur perpetuo valitura, † & nullo casu 3 reuocanda: sed quando donatur causa mortis, vt

nullo casu reuocetur, ista dicitur esse donatio inter viuos facta ob causam mortis. *text. est apertus in l. vbi ita donatur. & ibi Bar. ff. de dona. cau. mor.* Item prædicta donatio fuit facta Bertrando præsenti, & pro se & suis hæredibus & successoribus quibuscunque, stipulanti solenniter & recipienti, vt dicitur in dicto instrumento: Ergo mentio hæredum facit vt dicatur donatio † inter viuos, non obstante mentione mortis, cum donatio inter viuos transmittatur ad hęredes, sed nō donatio causa mortis: si prius decedat donatarius quam donator vel priusquā existat conditio donationis, cum donatio causa mortis habeat naturam legati. *leg. illud. in princ. ff. de dona. cau. mor.* & legatum conditionale non transmittatur *l. vnica. §. fin autē aliquid sub conditione. C. de cad. tol. Ita notabiliter determinat Bald. in leg. 2. C. de iure do. dominus Alexand. in præallegato consi. 14. in 4. colum. dominus Franc. de Are. in consi. 74. incipiente, & diligenter & matuře ponderatis his, quæ in puncto continentur. in 3. colu.* ¶ Secundo principaliter facit; quia in dicto instrumento donationis primæ præfatus dominus Iacobus donator prædictam donationē & omnia & singula in instrumento dictæ donationis contenta promisit, & solenniter conuenit, dicto Bertrando donatario præsenti & stipulanti pro se & suis hæredibus & successoribus, rata, & firma, & valida habere, & tenere, & perpetuo & inuiolabiliter obseruare, contraque nullo modo facere, dicere, vel venire de iure, vel de facto, tacite vel expresse, directe vel per obliquum, aliqua iuris vel facti subtilitate, ratione, titulo siue causa: asserens & iurans se nihil in futurum dicturum, vel facturum vllo vnquam loco, vel tempore quominus præsens donatio, & omnia & singula in eius instrumento contenta perpetuum robur habeant & obtineant. Nam per talia verba apparet istam fuisse donationem inter viuos, † & consequenter eam esse irreuocabilem, licet donauerit causa mortis: prout est tex. *clarus in d. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. Notat Bald. in leg. 2. C. de iure do. & in terminis Ange. in consilio 291. incipiente, visis instrumentis. Paul. de Cast. in consi. 48. incipiente, notandum est primo, & expresse dominus Alexand. in consilio 14. primæ partis incipiente, circa primum dubium quo quæritur, nunquid donatio. in 3. column. & est de mente Bartol. si bene inspiciatur in leg fin. in pen. column. C. de pac.* Ista conclusio multo fortius procedit, quando vltra dicta verba etiam interuenit iuramentum, † vt in casu præsenti, tunc proculdubio videtur esse donatio inter viuos irreuocabilis ex pœnitentia, & ita in indiuiduo consuluit dominus Fran. de Aret. *in consilio 74. incipiente, diligenter & mature consideratis his quæ in puncto in 3. column. Paul. de Cast. in d. consi. 48. incipiente, notandum est primo. in princ.* ¶ Tertio principaliter facit; quia ad cognoscendam speciem contractus, non solum sunt attendenda verba † sed etiam natura contractus: *vt not. dominus Abbas in cap. intantum. per illum textum de simonia. & in cap. constitutus. in vlti. colum. per illum textum de relig. domi.* Nam verba potius deseruiunt naturæ contractus, † quam natura verbis: *vt est text. notabilis in leg. insulam. ff. de præscrip. verb. secundum Bald. in l. 2. C. commodati.* Item cui conuenit natura actus, conuenit & eius species. *ita notat Bald. in leg. cum dotem. per illum tex. C. de iure do. faciunt, quæ tradit Barto. in leg. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in quæstione per eum disputata, qua incipit, publicanus.* Sed si nos bene consideremus diligenter naturam istius primæ donationis, apparebit clare quod est donatio inter viuos, & non donatio causa mortis. Nam donatio causa mortis reuocatur ex sola pœnitentia donantis. *l. non omnis. in prin. ff. si cert. pet.* Sed hic fuit expresse actum, quod ista donatio non posset reuocari, & istud de directo contrariatur naturæ donationis causa mortis, & est proprium donationis inter viuos, quæ regulariter reuocari non potest. *§. perficiuntur. insti. de dona. le. fin. C de reuo. do. & cap. fin. de donat.* Item in instrumento primæ donationis fuit actum, quod reuocaretur in duobus casibus, scilicet si Bertrandus donatarius prius decederet sine filiis masculis ante donatorem, vel si nobilis Iacobus donans susciperet filios, ergo exceptis his duobus casibus talis donatio est irreuocabilis, & istud est contra naturam donationis causa mortis, vt prædixi. Item in ista donatione interuenit insinuatio in præsentia iudicis ordinarij † quæ non requiritur in donatione causa mortis: *vt est tex. in leg. fin. C. de dona. cau. mor.* sed bene requiritur in donatione inter viuos *l sancimus. C. de dona. leg. Modestinus & ibi Bar. ff. eod.* Ergo ex istis apparet, quod ista donatio conuenit naturæ donationis inter viuos, & contrariatur naturæ donationis causa mortis: ergo censeri debet donatio inter viuos, & sic irreuocabilis. ¶ Tenendo istam partem non obstat, si diceretur, quod in instrumento primæ donationis dicitur, q̄ donauit post mortem ipsius nobilis Iacobi, & non ante, & ex nunc prout ex tunc: quæ verba videntur sonare in donationem causa mortis: & cum sint pluries repetita, & sic ostendunt enixam voluntatem donantis, debent multum operari. *leg. balista. cum similib. ff. ad Trebel.* quia potest responderi, quod cum post illa verba subiiciatur, *donatione pura, mera, simplici & irreuocabili, habita inter viuos,* seu *quæ dicitur inter viuos,* & per ista verba clare exprimatur, quod est donatio inter viuos & irreuocabilis, † certe verba præcedentia, scilicet, *post mortem & non ante,* important, quod effectus ipsius donationis sit collatus post mortem donantis. Sed istud non impedit, quin actus dicatur inter viuos, licet eius effectus sit collatus post eius mortem: *vt patet ex rubrica. C. vt actio. ab hære. & contra hære. & in leg. 1. & sequentibus illius tituli. & in l. hæreditarium. ff. de bo. autho. iudi. possi. & in leg. fin. C. de contrahen. & commit. stipu. & in leg. nam & si cum moriar. & ibi Bar. in vlti. oppositione. ff. de condi. indebi. & §. post mortem. insti. de inuti. stipu.* Ista sunt in effectu & in substantia principalia & vrgentiora fundamenta, quæ pro ista parte adduci posse videntur ad ostendendum, quod ista prima donatio sit donatio inter viuos & irreuocabilis. ¶ Sed præmissis non obstantibus licet in veritate multum vrgere videantur, contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, & esse de iure veriorem, quod ista sit donatio causa mortis, & sic potuerit per donantem reuocari ex infrascriptis fundamentis, ex quibus remanebunt sublata & euacuata ea, quæ in oppositum adducebantur. ¶ Moueor in primis ex vno fundamento, in quo facio magnum capitale, per quod solum corruunt quæcunq; allegationes contrariæ. Nam ista sunt prima verba donationis, scilicet, *dedit, tradidit, & donauit,* † *post tamen*

mortem

mortẽ ipsius nobilis Iacobi de Pontene, siue post finem dierũ suorũ, & nõ ante, exnũc prout extũc, & extũc prout exnũc: & sic donauit post eius mortẽ, & non ante: & sic expresse dicitur, ꝙ nõ donat ante mortẽ. Si ergo non donat ante mortẽ, ergo impossibile est, ꝙ possit esse donatio inter viuos, ꝙa verba de directo repugnãt. Vnde ex quo donat post mortẽ, & ante mortẽ non donat, nõ põt esse alia q̃ donatio cã mortis: Ergo aliæ clausulæ sequẽtes, ꝙ sit irreuocabilis, & ꝑpetuo rata & firma maneat, ꝙa sunt cõtra substantiã contractus, & nõ põt trãsire in donationẽ inter viuos, cũ verba donãtis omnino repugnẽt donationi inter viuos, ergo illa alia verba sũt nulla, & habẽtur ꝑ nõ dicta: † *vt est tex. in l. cũ preca.* [a] *& ibi Bar. ff. de preca. declarat idẽ Bar. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cã mor. Bal. post Cyn. in l. si pater. 1. in 2. lect. ff. de adop. & in le. 2. §. 1. in 3. & 4. col. ff. si certũ petatur.* Vnde verba nõ possent esse magis clara, ꝙ sit donatio cã mortis, & ꝙ nullo modo põt esse donatio inter viuos, ex quo donauit post eius mortẽ, & nõ donauit ante: Ergo cũ manifestissim⁹ sit sensus donatoris verborũ, interpretatio nus q̃ tñ valeat, vt melior sensu existat: *vt dicit text. notab. in l. 3. ad finẽ. C. de li. præteritis.* Vnde omittere certitudinẽ, † & q̃rere indicia & cõiecturas, est infirmitas intellectus: *vt pulchre notat Bal. in l. continuus. §. cũ ita. per illũ tex. ff. de verb. obli.* Certa. n. & determinata nõ egẽt determinatione, sed indeterminata. Ita notat Bal. *in le. certo generi. §. 1. ff. de seruit. rustic. prædiorũ*, ꝑ illũ tex. quẽ dicit ad multa allegabilem. Item dubiũ relinquitur interpretandũ, sed nõ id quod est certũ & clarũ *l. pediculis. §. argen. ff. de auro & argẽ. lega. per quẽ tex. ita notat Bal. in l. voluntatis in 1. notab. C. de fideicom.* Cõfirmatur optime, [b] ꝙa donator ter replicauit ista verba in diuersis locis instrumenti, ꝙ donabat post mortem & nõante. Vnde ista clausula toties geminata, ostendit enixam voluntatem donantis, quod vult eam esse donationem causa mortis, & quod nullatenus vult donare ante mortem, & sic non vult quod sit donatio inter viuos: *vulgata leg. Balista. ff. ad Treb.* Verba enim geminata ampliant effectum, vt aliquid operentur: secundum Bal. *in l. fructus. C. de acti. empt.* Item verba geminata significant præcisam intentionem disponentis: secundum Bal. *in ca. eam te. in 11. col. de rescrip.* Item multum operatur repetitio eiusdem verbi: † *vt est glo. notabilis in cap. requisisti. in verb. decens est de test.* ¶ Cõfirmo & fortius; quia ista prima verba, quod donauit post eius mortẽ, & non ante, sunt verba dispositiua, & sunt fons & origo istius donationis, non aũt sunt verba denotãtia exequutionẽ vel effectum: sed qñ est facta mentio mortis in verbis importantib. substantiam donationis, † & importantib. ipsam meram dispositionẽ donationis, tũc censetur vera & pura donatio causa mortis: secus qñ fieret mẽtio mortis in verbis importantib. solũ exequutionẽ. ita singulariter determinat & declarat Bal. *in addi. Spe. in ti. de instr. edit. in vlti. col. in ver. si quis donat. & ita dicit esse de mente Speculatoris in illo tit. in §. porro. in ver. si. firma aũt.* Et mouetur Bal. optima ratione: quia qñ tempus mortis adiicit verbis dispositiuis importãtib. substãtiã donationis, vt in casu nostro tũc cẽsetur esse cã finalis. q̃mouet donãtẽ ad donãdũ post eius mortẽ & nõ ante: ꝑut re vera credo fuisse mẽtẽ nobilis dñi Iac. de Põtenes donatoris. Sed qñ tẽpus mortis fuisset additũ verbis exequutiuis: tũc solum adiicitur cã demõstrandi tps, qñ talis donatio debet exequutioni demãdari, *bene facit l. quidã testa. in prin. ff. de lega.* Istã decisionẽ & doctrinã Bal. [c] refert & multũ eã commẽdando sequitur d. Alex. *in l. quæ dotis. in 8. colu. in 7. fallẽtia. ff. sol. matri.* vbi dicit, ꝙ licet aliqualiter ad hoc facere videãtur verba Bal. *in l. 2. C. de iure do.* tñ nõ ita in terminis putat alibi hãc decisionẽ posse ita clare reperiri. Et dicit, ꝙ cũ semel haberet cõsulere, vidit multa cõsilia modernorũ hãc partẽ tenẽtium ꝑ aliqua alia mẽdicata suffragia, ꝙ tñ Bal. nõ viderant in loco prẽallegato. Ita ẽt tenet dñs Alex. *in cõ. 14. primi volu. inci. circa primũ dubiũ quo quæritur, nũquid dicta donatio 1. dubio*; secundum istam doctrinam optime declaratur regula quæ habet, quod † quando in donatione fit mentio mortis, quod censeatur esse donatio causa mortis, & non inter viuos *d. leg. Seia. §. fin. & ibi glo. & Bartol. ff. de dona. cau. mor. leg. Seia. & ibi gl. ff. de do. prælega. gl. in l. apud Celsũ. §. 1. ff. de excep. doli. & in l. mortis cã capim⁹. §. Titia. ff. de dona. cau. mor. gl. Bar. et doc. in l. fi. C. de pac. Bar. & docto in l. quæ dotis. in 2. col. ff. sol. matri. Cy. & alij in l. 2. C. de iure d. Bal. in l. cũ quis. ff. de cõdi. ob cau. et in l. & si mortis. C. ad l. falci.* Nã ꝑcedit, qñ mẽtio mortis fit in donatiõe in verbis dispositiuis † & importãtib. substãtiã donationis, ꝑut formaliter cõtingit in casu ꝑsenti, in quo verba formalia dispositionis sũt donatiõis cã mortis, & nullatenus inter viuos. Itẽ in instrumẽto donationis fuerũt adhibiti quinq; testes, [d] ꝙ de necessitate req rũtur in donatione cã mor. *l. fi. C. de dona. cau. mor. l. fi. ad fi. C. de codicillis.* Sed in donatiõe inter viuos duo testes sufficerẽt, ꝑ regulã *l. vbi numerus. ff. de testib. c. in omni negotio. extra eo. facit tex. à ꝑciali in auth. sed nouo iure. C. si cer. peta.* ¶ Secũdo principaliter ꝑ ista parte, & ꝑ cõfirmatione ꝑdictorũ optime facit, qd̃ in terminis nostris, & adhuc fortiorib. cõsuluit in specie singulariter An[e] ge. *in cõ. 355. incip. Hæc quæstio* [e] *multũ est mihi dubia.* Vbi cõsuluit, ꝙ si in donatione adiecta fuerint ista verba, q̃ donationẽ donator voluit valere & vires habere post mortẽ ipsius donãtis, & statim eius morte sequuta, & nõ prius, vel aliter, seu alio modo: ꝙ ista sit donatio cã mortis, dato † ẽt ꝙ sit nulla; ꝙa nõ sit vallata ꝑsentia quinque testiũ, ꝙ req rũtur in donatione cã mortis, vt dixi supra ꝑximo fundamento. Mouetur, ꝙa fons & origo huius cõtractus collata sũt post mortẽ ipsis donatoris; & hæc omnia voluit incipere ab hærede. Vnde cũ cĩa collata sint post mortẽ, clare apparet ex verbis hãc nõ esse donationẽ inter viuos, cuius initiũ inter viuos est, licet effectus exequutionẽ cõcernẽs possit differri post mortẽ. Pro hoc ẽt bene facit, ꝙa donatio cã mortis proprie est illa, cũ ꝙs ita donat, vt magis se habere velit, q̃ donatariũ, & magis donatariũ, q̃ hæredẽ donãtis *l. 1. & l. senatus. §. 1. ff. de dona. cau. mor. & ita fuit in proposito.* Nec obstat, ꝙ donator ꝑmisit dictã donationẽ perpetuo firmã & ratã habere, & nihil in futurũ cõtrafacere per se, vel aliũ aliqua ratione, vel causa, de iure vel de facto ꝑ q̃ verba videtur sublata potentia reuocãdi donationẽ ꝑdictã: *vt l. si alienã. §. fi. cũ iuncta gl. in verbo, nullo casu. ff. de don. cau. mor.* quod est de directo cõtrarium & repugnans substantiæ donationis causa mortis. Vnde videtur factus transitus in donationem inter viuos, ex quo verborum significatio patitur: vt videtur casus in terminis *in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.* licet vbi transitus non esset possibilis saluo significatu verborum, tunc pa-

ctio nulla sit: *vt l. cum precario. ff. de precario.* Quia respondet Ange. *per glos. in l. si alienam. §. fin. in verb. acceperit. ff de dona. cau. mor.* quæ expresse decidit, quod vbi est factum pactum de non reuocando donationem causa mortis, † subintelligitur nisi totius voluntatis primæ pœniteat: & sic dicta clausula habet efficaciam & virtutem rebus sic se habentibus, & pœnitentia non peracta totius voluntatis primæ dicti donatoris, nullo alio casu excogitabili licitum sit contrauenire. Et dicit Raynerium ibi tenuisse illam gl. quamuis Bar. eam nō approbet, nec impugnet, sed solum improbat modificationem Iaco. de Are. ibi. pro illa glo. dicit Ange. facere, quia quantum ad potentiam reuocandi, donatio causa mortis redacta est ad exemplum legatorum: *l. vt Marcellus. §. Paulus, & l. si debitor. in fi. & le. illud. ff de don. cau. mor.* Sicut igitur legata non obstante quocunque pacto possunt per pœnitentiam reuocari. *l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3.* sic & donationes causa mortis, si fiat reuocatio ex pœnitentia totius voluntatis: præsertim quia illa clausula, de non veniendo contra, apponi solet per notarios, qui substantiam illorum verborum ignorant: & potius ex errore & imperitia notarij. quam ex voluntate donatoris apponuntur. Et donator quantum in se fuit, expressit, quanto significantius potuit, quod mortis causa donare volebat, per verba donationis superius signata. ita ibi resident Ange. licet per plura & latiora verba loquatur. ¶ Tertio facit illud, quod decidit Albe. de Rosa. post antiquos *in leg. nam si cum moriar. ff. de condi. indebi. vbi quærit de pulchra quæstione. Donaui tibi, cum ego moriar:* quæritur, an ista sit donat. causa mortis, vel inter viuos? quia si est inter viuos reuocari non potest: *vt l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo.* Si autē est donatio causa mortis, potest ex pœnitentia reuocari: *vt le. cum mortis. & per totum ff. de don. cau. mor.* Et primo videtur, quod sit donatio inter viuos: *per illum tex. in l. nam si cum moriar. & per tex. in §. post mortem. instit. de inutil. stipu. & le. fi. C. de contraben. & committ. stip. & l. licet. & le. fin. C. de pac. & l. 1. C. vt actio. ab hære. & contra hære. & expressius per tex. in leg. Seia. §. fi. ff. de dona. cau mor. Contrarium determinat Alberi. de Rosa. sequendo Guilel. de Cugno & Andream de Pisis,* qui idem tenent, quod ista sit donatio causa mortis: quia donatio† causa mortis est, quā-
22 f do volo magis habere quam donatarium, f & magis donatarium quam hæredem meum: sed ita est hic, igitur &c. *vt leg. senatus. & leg. mortis causa. §. sed & dos. ff. de dona. causa mor. & videtur casus in leg. mortis causa. ff. de manumis. & in leg. Seia. de dote prælegata, & in l. cum quis decedens. §. nuptura. ff. de legatis 3.* & vtrobique notatur, & respondet ad adducta in contrarium, vt ibi per eum. ¶ Quarto principaliter pro ista parte multum mouet; quia clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium quam econtra sequens ad determina-
23 tionem præcedentium. g Istam regulam tradit Bar. g *in l. quisquis per glo. ibi ff. de lega. 3. & in l. auia. in prin. ff. de condi. & demon. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium. in 1. colum. ff. de eden. Pau. de Cast. & Raphael Fulg. in l. 1. C. de libe. prateri.* Ergo illa clausula, in qua donator dicit, quod donat post eius mortem seu post finem dierum suorum, & non ante, & sic expresse dicit, quod non donat ante mortem: cum sit prima, & præce-

dat alias clausulas, erit maioris efficaciæ ad determinationem clausularum sequentium, quam sint sequentes clausulæ ad determinationem istius primæ. ¶ Quinto principaliter facit; quia clausula in confirmatione dispositionis apposita in exequutiuis non ampliat, † nec immutat principalem dispo- 24 h
sitionem, nec eam habeat alterare: h *vt est tex. reputatus singularis in cle. 1. de præben. per quem tex. dicit Ioan. de Imo. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. in 2. charta. ff. de verb. oblig.* quod clausula adiecta ad exequutionem principalis dispositionis non ampliat eam. *Idem tenet Bal. in l. eam quam. in 9. col. C de fideicom. dominus Abbas Panor. in c. cum nostris. in vlti. col. de concess. præben. Item per tex. d. cle. 1. dicit dominus Anto. de But in cons. 29. quod incipit, visis puncto & quæsitis circa primam dubitationem &c.* quod verba ad exequutionem prolata non alterant vim primariæ dispositionis, sed in suo primo intellectu confirmant. Et ista regula multo fortius debet procedere in clausulis, quæ apponūtur in exequutiuis per notarios ex eorum stylo & consuetudine, & non voluntate disponentis; quia illæ minus debent posse principalem dispositionem immutare, i
vel alterare, vel ampliare: i per illud, quid dicit Bart. *in l. 1. in 6. q. ad fin. ff. de iure codi. quem notabiliter sequitur dominus Franc. de Are. in consi. vltimo, quod incipit, eleganter & subtiliter. in vlti. col. & per illud, quod dicit notabiliter dominus Abbas in ca. cum contingat. in 20. col post dominum Anto. de But. ibi, de iure eiuran & quid dicit Ang. in con. 254. quod retuli supra in secundo fundamento.* Per ista quinque fundamenta satis apparent responsiones ad ea quæ superius in oppositum adducebantur; tamen vt veritas melius & clarius eluceſcat, ad ea particularius & in specie respondetur. Non obstat ergo primo, dū dicebatur, quod in instrumento primæ donationis formaliter continetur, donatione pura & irreuocabili habita inter viuos, seu quæ dicitur inter viuos, nullo casu vel ingratitudine reuocanda, per quæ verba clare apparet, quod fuit donatio inter viuos: quia respondetur † quod in- 25
strumentum non dicit, quod sit donatio inter viuos, sed bene dicit, quod fuit habita, & sic facta inter viuos: & clausula p̄cedens expresse dicit, q̄ donauit post eius mortē & nō ante. Si ergo nō donauit ante mortē, quod est verbū dispositiuū, ergo impossibile est, quod sit donatio inter viuos, sed bene fuit facta & habita inter viuos, vt dicit instrumentū, licet postea subiiciat, seu q̄ dicitur inter viuos, declarando, quod dicatur inter viuos: eo quia sit facta, seu habita inter viuos, non autem quod re vera & propriè sit donatio inter viuos, ex quo donator disponēdo expressit. quod non donauit ante mortem. ¶ Nec obstat, dum subiicitur, irreuocabili & nullo casu reuocanda, sed quando donatur causa mortis vt nullo casu reuocetur, tūc dicitur esse donatio inter viuos facta ob causam mortis: *per tex. apertum in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.* quia respondetur, vt ibi notabiliter declarat Bart. quando verborum significatio patitur, vt est ibi, quando dono causa mortis, quod intelligatur de donatione simplici, & verborum significatio nō repugnat: nam potest intelligi quod causa mortis, hoc est propter causam mortis moueor ad donandum inter viuos, adeo quod possim reuocare & sic illa verba, causa mortis, sunt magis significatiua causæ cō-

tra-

tractus, quam quod significent nomen contractus. ita proprie vult dicere ille text. sed quando verborum significatio non patitur, vt fiat transitus in alium contractum, tunc tale pactum, quod nullo casu possit reuocari, cum sit contra substantiam contractus, ipso iure est nullum, *vt leg. cum precario. ff. de precario.* Ita in proposito, cum donãs in prima clausula ter repetita dixerit, quod donat post mortem ipsius & non ante, & sic non donat ante eius mortem, certe verborum significatio non patitur, vt possit esse donatio inter viuos: ergo illa clausula, ꝙ sit irreuocabilis, & nullo casu possit reuocari; quia est contra substantiã donationis causa morris. *l. non omnis. in princi. ff de dona. caus. mor.* ideo est nulla, & nihil valet. Potest aliter & secundo responderi, quod illa verba, nullo casu, vel ingratitudine reuocanda, propter illam alternatiuam, vel, intelliguntur, nullo casu, scilicet simili ingratitudinis, & sic nullo casu de enumeratis *in l. fi. C. de reuo. dona. & in c. fin. de dona.* 26 Nam alternatiua debet cadere inter æqualia † vel parum distantia. *l. 1. ff. de rebus dubiis. secundum Bal. in l. conuenticulam. in 3. col. ad fi. C. de episc. & cleri & in l. & si post tres in 3. charta. ff. si quis cau. facit bene text. in proposito in leg senatus. §. mortu. in fin. ff. de dona. cau. mor.* qui dicit, sic posse donari mortis causa, vt nullo casu sit repetitio, id est, nec & si conualuerit quidem donator. Vnde licet fuerit actum, quod donatio non possit reuocari ex causis enumeratis in *d. l. fi. C. de reuocanda dona. & in ca fin. de dona.* per hoc non obstat, quin possit esse donatio causa mortis, quæ possit ex pœnitentia reuocari: *vt est text. in l. si alienam. §. Marcellus. & in leg. senatus. §. mortis causa. ff. de dona. cau. mor.* ¶ Non quoque obstat, quod prædicta donatio fuerit facta pro hæredibus, & quod mentio hæredum faciat, vt dicatur donatio inter viuos, quę trãsmittitur ad hæredes, quod secus est in donatione 27 causa mortis: quia respondetur, quod istud non potest esse in consideratione in casu præsenti, in quo expresse fuit actum, quod ipso Bertrando prędecedente sine liberis, talis donatio sit nulla, ergo non est transitoria ad hæredes, si contingat donatariũ prædecedere. vnde mentio hæredum fuit facta, ne concessio videretur personalis: *iuxta tradita per Bar. in l. pater. ff. de serui. lega. per scribentes in leg. quia tale. ff. sol. ma. per cano. in c. significauerunt de rescrip.* ¶ Secundo principaliter non obstat, dum dicebatur, quod in dicto instrumento donationis primæ donator promisit donationem, & omnia & singula rata & firma perpetuo & inuiolabiliter obseruare, per quam clausulam videtur, quod talis donatio dicatur esse inter viuos: quia respondetur multipliciter. Et primo, quod ex quo donator disponẽdo in prima clausula dixit, quod donabat post mortem, & non ante, & sic expressit, quod non donabat ante 28 mortem, † & istud rer replicauit in diuersis locis, ergo impossibile est, quod sit donatio inter viuos: quia verborum significatio de directo repugnat. ergo cum illud pactum sit appositum contra substantiam donationis causa mortis, nihil valet & est nullum. *l. cũ precario. ff. de precario. & dixi plenius supra* 29 *in primo fundamento.* Secundo respondetur, † quod ex quo donatio causa mortis postquam est in esse k producta censetur esse vltima voluntas: [k] *vt est glo. cõmuniter approbata in l. 2. in prin. ff. de do. prælega. Bar. & doct. in l. 2. ff. de lega. 1.* vltima voluntas potest reuocari non obstantibus talibus verbis superius relatis. *l. si quis in princ. testa. ff. de le. 3. & ita in terminis tenet late & notab. Bal. in l. cũ quis. ff. de condi. ob cau.* Vbi formaliter quærit: quando in instrumẽto donationis causa mortis donator promittit perpetuo ratam ac firmam habere, & nunquam reuocare, an nihilominus poterit ex pœnitẽtia reuocare? arguit ad partes, & finaliter determinat quod sic, inter cætera motus quia talia verba debent intelligi secundum naturam actus, super quo interponuntur: vulgata *le. si vno. in princ. ff. locati & leg. si stipulatus. ff. de vsur.* Intelliguntur ergo ista verba, quod non possit reuocare, nisi secundum quod est natura donationis causa mortis, & sic nisi ex pœnitentia: per textum notabilem *in l. quæro. § inter locatorem ff. locati.* Vbi si locator fecerit pactum expressum de non expellẽdo conductorem, intelligitur nisi cessauerit in solutione: quia natura contractus locationis est, quod si conductor cesset in solutione, quod possit expelli, quamuis locator promiserit nunquam eum expellere. Idem dicendum in proposito. Istam decisionem Bal. refert & sequitur D. Ale. *in l. quæ dotis. in 6. col. ff. solu. matri.* Tertio respondetur, quod talis promissio intelligitur, nisi donatorem pœnituerit totius primæ voluntatis, prout tenet *glo. ordinaria in d. l. si alienam. §. Marcellus. in verbo, accepit ff. de dona. cau. mort quam sequitur Ange. in con. 254. relato supra in secundo fundamento.* Quarto respondetur, quod cum ista clausula fuerit apposita in executiuis, & fuerit apposita solum ex stylo & consuetudine notariorum, non autem ex voluntate donantis, quod nõ debet attendi, nec habet immutare dispositionem: *vt dixi supra in 5. fundamẽto.* ¶ Non obstat etiam, quod dicebatur de iuramento † post dictam clausulam ap- 30 posito: quia respondetur, quod imo iuramentum intelligitur & regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur. [m] *l. fi. C. de non nu. pecu. c. quemadmodũ. o ibi notat D. Abbas de iureiur. facit, quod vult gl. singularis in c. fi. de procur. in 6. facit, quod vult Bar. in le. sed & si quis. § quæsitum. ad fi. ff. si quis cau. facit tex. in l. sed & si possessori. § item si iurauero. ff. de iureiur.* Præterea iuramentum non coercet in vltimis voluntatibus reuocationem ex pœnitentia, † licet contraueni- 31 ens efficiatur periurus. [n] secundum Ioa. And. *in regul. quod semel. de regu. iur. in 6. in mercurialib. D. Abbas in c. intellecto. in pen. & vlt. col. de iureiurau. Pau. de Cast. ad propositum nostrum in consil. 56. incip. dico non obstante iuramento.* imo fortius tenet Bar. *in leg. si quis in principio testamenti in vlt. col. ff. de lega. 3.* quod etiam isto casu contraueniens non sit periurus, sed donatio causa mortis in esse producta dicitur vltima voluntas, vt superius dixi respondendo secundo fundamento. ¶ Tertio principaliter non obstat, quod ad cognoscendum speciem contractus non solum † attendi- 32 mus verba, sed etiam naturam contractus: quia respondetur secundum Bart. *in l. cotem ferro. §. quia maximos in 5. q. ff. de publica.* quod imo standum est verbis, & tanto fortius in casu præsenti, vbi verba posita in principio donationis sunt expressa & clara, quod donat post mortem & non ante: ergo expresse vult, quod non sit donatio ante mortem, & consequenter quod non possit esse donatio inter viuos: vt latius dixi supra *in 1. fundamento.*

¶ Nec

¶ Nec obstat, quod in instrumento sit actum, quod non possit reuocari, & quod istud repugnet naturæ donatio. cau. mor. quia ad hoc multipliciter respõdi supra respõdendo ad secundum principale fundamẽtum. ¶ Non quoq; obstat, quod expresse fuerit actum, quod nõ possit eam reuocare nisi in duobus casibus: quia dicitur hoc nihil esse ad propositũ: quia in illis duobus casibus ex tunc reuocat quãdo donationem facit. ¶ Nihil etiam obstat quod dicitur insinuatione facta coram iudice ordinario, † 33
quæ nõ requiritur in donatione causa mortis: quia respondetur, quod instrumentum expresse dicit, quod talis insinuatio fit ad cautelam, sed abundans cautela non nocet. *le. testamentum non ideo. C. de testa. & leg. si pupilli. §. ff. de nego. gest.* ¶ Vltimo non obstat dum dicebatur, quod per ista verba, donauit post mortem & non ante, effectus donationis censetur collatus post mortem, nec per hoc desinit esse donatio inter viuos: *per tex. in l. 1. C. vt act. ab hære. & contra hære. & l. hæreditarium. ff. de bo. autho. iudi. possi. cum aliis iuribus superius allegatis.* Quia ad ista iura respondet Bar. *in l. nam si cum moriar. ad. fi. ff. de cond. inde.* quod illa iura procedunt & intelliguntur, quãdo non erat
o donatio facta cum mentione° mortis, sed erat promissio facta ex aliqua causa, ex qua colligebatur, quod non erat donatio caus. mor. sed promissio inter viuos quod secus est in casu nostro. ¶ Concludo igitur ex prædictis omnibus istam primam donationem esse meram donationem cau. mor. prout expresse & clare cantant prima verba ipsius donationis, & dicunt quod potuerit ex pœnitentia donatoris reuocari. ¶ Aggredior secundum dubium, in quo quæritur, posito sine veri præiudicio, quod prima donatio etiam fuerit inter viuos, quæ istarũ duarũ donationum inter viuos sit validior & præferenda? an prima propter clausulas in eo appositas, an vero secũda propter actualem traditionem? Ego existimo istam secundam consultationem non esse expedientem, quia supra late firmaui primam donationem esse causa mortis. Tamen vt nihil intactum relinquatur pro obtinenda victoria secundæ donationis, circa istum articulum etiam insistam. Et quia in precedenti prolixius scripsi istũ secundum paucioribus absoluã. ¶ Videretur ergo prima cõsideratione dicẽdũ, primã donationẽ esse præferendam, & censendam potiorem ex quatuor. ¶ Primo propter constitutũ: quia donãs cõstituit se precario nomine possidere vice donatarij per quod constitutum transfertur dominium, & possessio, si-
p cut si vere tradidisset: quia licet sit actus fictus, p ta-
34 men transfertur vera possessio: *vt est tex. notabilis in l. certe. §. 1. in ver. proprie possidere videor. ff. preca. per quem tex. ita tenet Bar. in l. ab emptione. circa fi ff. de pact. Bal. in c. item inuestitura. de natura. feudi.* Et quod per constitutionem precarij transferatur dominium & possessio, notatur per scribentes *in l. quamuis. §. si conductor. & ibi Ange. & in l. quid meo in prin & in l. interdum. in prin. ff. de acqui. pos. Bal. in l. 1. in 2. q. C. quando liceat ab emp. disce. & in l. quadam. post gl. ibi. ff. de rei vendi.* Ergo propter constitutionem precarij debet proferri secũdo donatori, cui actualiter fuit res tradita. ita tenet Ioan. And. in addi. Specu. *in ti. de em ti. & vendi. §. sciendum in vers. & nota quod si aliquis Bal. notabiliter in rubrica. C. de contrahen. empti. in 16 q. do. Anto. de But. in ca. cum veniſſet. in 3. column. de test. spo. dom. Abbas in cap. 2. in vlt. colum. de consue. consili. 44. incipiente, quoad primum dubium, nunquid stante statuto prædict. in 9. col. d. Alex. in consil. 14. incipiente, circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio. ad fi. & in cons. 390. incipiente, viso testamento condito per Angel. in vlt. col. & in cons. 92. quinti vol. incip. viso & oportune discusso processu. in 2. col.* & in terminis nostris, in duabus donationibus inter viuos factis diuersis temporibus, quod præferatur primus donatarius vigore constituti appositi in instrumento, quamuis actualis traditio prius fuerit facta secundo, decidit Alb. de Rosa. *in rubri. C. de donat. in 1. & 2. col.* ¶ Secundo, q dicta prima donatio q
debet censeri potior, & † præferenda propter re- 35
tentionem vsusfructus. Nam idem donator expresse retinuit vsumfructum dicti loci de Tabernis & iurium suorum, ad eius vitam duntaxat, ita quod eo mortuo vsusfructus suis proprietatibus consolidetur, & ex tunc ipsa tota consolidatio insimul ad donatarium libere & insolidum deuoluatur, & perueniat pleno iure. deinde infra subiicitur, & animo transferendi dominium & proprietatem dicti loci de Tabernis, & iurium suorum superius donatorum, retinuit idem D. donator dictum vsumfructum ad vitam suam tantũ. ita quod idem sit vsumfructum retinere, quod est rem tradere. ita cantant verba instrumenti. non solum ergo de iure cõmuni retentio vsusfructus rei donatæ operatur traditionem rei, *vt. leg quisquis. C. de don.* sed istud etiam expresse declaratur in instrumento: & est ratio; quia in re propria non potest cadere vsusfructus, prout est seruitus formalis separata à proproprietate. *leg. vtifrui. in princip. ff. si vsufru. peta.* quia res propria non potest domino debere seruitutem. *l. in re communi. ff. de serui. vrba. prædio.* ¶ Tertio adest expressa hypotheca & obligatio omnium
bonorum † præsentium & futurorum pro obser- 36
uantia dictæ donationis, sed ex solo contractu, & ex solo titulo absque aliqua traditione transfertur hypotheca, & sic ius pignoris. *leg. primo ff. de pig. acti.* ideo in hypotheca præfertur, cui prius res fuerunt hypothecatæ, r & non ille cui pri- r
us fuerunt traditæ: *vt est tex. notabilis in l. si prior. §. fin. in fi. ff qui potio. in pigno. habean. facit l. potior. & l. qui balneum. ff. eo. & c. cui prior. de regu. iur. in 6. ita tenent Cyn. Ioann. Fab. Bald Salyce. & Pau. de Castro in l. quoties. C. de rei vendi.* Et rationem quare ex sola conuentione sine vlla traditione transferatur ius hypothecæ, seu reale pignoris, assignant Bald. & Salyc. *in le. traditionibus. in penul. colum. C. de pac.* Cum ergo primus donatarius habeat ius reale hypothecæ in omnibus bonis donatoris pro obseruatione suæ donationis, ergo præferri debet secundo donatario. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod iste locus de Tabernis est feudum regium, quod non potest hypothecari sine cõsensu directi domini: † *vt est tex. in c. 1. in prin. & ibi* 37
Bal. & alij, de prohibita feudi alienatio. per Federi. & tex. in c. 1. §. aut si libellario. quib. mod feu. amit. gl. in c. 1. §. 1. in verbo, alienationes. de cap. Corra. quinimo in generali obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum non veniunt feudalia. t *ca. 1. de capi. qui* t
cur. vendi. & leg. obligatione generali. ff. de pigno. Specu. in titu. de pign. §. 1. in vers. pen. Bal. in d. c. 1. in princ. in 1. col. de prohibi. feud. alie. per Federicum. & in l. voluntas. ad fin. C.

de

de fideicom. & in l.2. C. communia de lega. & in l.1. C. o. quæ re. pigno. obliga. posſ Ang. in authen. de restit. & ea quæ part. in prin. Pau. de Castro in l tutor. § fin. ff. de pigno. quia respondetur, quod de generali consuetudine in regno Franciæ feuda venduntur & pignorantur inuito directo domino: secundum Ioan. Fabrum. *in §. item seruiana. in 12. col. institut. de actio.* facit, quod infra proxime subiiciam secundum eundem Ioan. Fabr. *in authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccle.* ¶ Quarto adest iuramentum: quia dictus donator iurauit omnia & singula attendere, & inuiolabiliter obseruare, contraque nullo modo facere, vel venire, de iure vel de facto, tacite, vel expresse, directe vel per obliquum, aliqua occasione, ratione, titulo, siue causa, quod iuramentum cum non vergat in detri-
38 mentum salutis æternæ, † seruandum est. *c. cum contingat. cum similibus. de iureiuran. & c. licet mulieres. eod. titul. in 6.* ¶ Nec prædictis obstat, si diceretur, quod istud castrum de Tabernis est feudum regiũ, quod non potest alienari, nec donari sine consensu superioris, & consequenter directi domini: quia respondetur, vt supra proxime fuit dictum, quod feuda regni Franciæ hodie de consuetudine gene-
39 rali † sicut nostra patrimonia possunt libere vendi, & donari, & in eis fœminæ succedunt: *secundum Ioa. Fabr. in authen. ingressi. C. de sacros. eccles.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod imo secundus dona-
t tarius debeat præferri, cui prius fuit tradita† actu-
40 alis † possessio: *per regulam l. quoties. C. de rei vend. & l. siue autem. §. si duobus. cum similibus. ff. de publica.* Et tanto fortius, cum iste secundus donatarius fuerit in pacifica possessione continuata per se & successores suos per quadraginta annos, & vltra, iusto titulo ergo præferri debet: *per regulam l. sicut. & l. omnes. C. de præsc. 30. annorum. facit tex. in c. siquis per triginta. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agnatos. & in ca. 1. §. porro. qualiter olim feud. poterat aliena.* Clare ergo est fundata intentio secundi donatarii, solum superest euacuare. quæ in oppositum superius adducebantur. ¶ Nõ obstat ergo primo constitutum cum precario, per quod videtur transferri possessio & dominium in primum donatarium, quia respondetur, quod donator donauit post eius mortem, seu post finem dierum suorum, & non ante, & istud tribus vicibus est repetitum in instrumento: ergo non donauit ante mortem, prout late deduxi in
41 præcedenti articulo: † ergo multo minus effectus donationis potest dici collatus ante tempus mortis donatoris, sed post tempus mortis eiusdem, præsertim cum inferius magis clare subiiciatur in instrumento: post vero mortem dicti nobilis Iac. de Pontenes donatoris, & non ante, prout superius est expressum, in perpetuum, libere, & per eundem nobilem Bertrandum & suos habenda, tenenda, & possidenda, &c. Et sic donator vult, quod post eius mortem donatarius habeat, teneat, & possideat: Ergo constitutio precarii, quæ est accessoria ad donationem similiter fuit collata post mortem donatoris: prout in specie dicit dom. Alex. *in cons. 81. secundi vol. incipiente, perspectis his, quæ in suprascripto themate narrantur in 5. colu.* Sed constitutio precarii collata
u post mortem ipsius constituentis[u] nihil valet, & ni-
42 hil operatur: † eo quia confertur post tempus mortis, quo possessio defuncti est extincta. *l. 2. §. Scæuola. ff. si quis testamento liber esse iussus. ita singulariter tenet Ang. in l. quamuis §. si conductor. per illum tex. & ib. sequitur dn. Alex. ff. de acqui. pos. & pro valde singulari refert & sequitur do. Alex. in cons. 24. incipiente, perspectis his quæ in suprascripto themate narrantur, in 4. col. quod est consil. 81. secundi vol. & in cons. sequenti quod incipit, visa facti narratione. in 7. col. ad fi. & seq.* ¶ Nõ obstat secundum de retentione vsusfructus, per quam dicitur transferri dominium: quia istud instrumentum re vera continet in se plura contraria, † & repugnantia, 43
quæ adeo sibi ad inuicem contradicant, quod videntur ipsum instrumentum annullare: *iuxta l. scripturæ. C. de fid. instru. & c. imputari. e. tit. facit. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* Nam in instrumẽto primo dicitur, quod donauit post eius mortem, & non ante, deinde subiicitur inferius: post vero mortem ipsius donatoris habenda, tenenda, & possidenda, & sic donatio & possessio cõferuntur post mortẽ donatoris: sed cõstituere sibi vsumfructũ duraturum ad vitã donatoris est de directo repugnans & contrarium; quia in re propria non potest cadere vsusfructus, vt superius fuit dictũ, præsertim cum subiiciat, quod post eius mortem vsusfructus suis proprietatibus consolidetur. & postea inferius subiicit, quod animo transferendi dominiũ & proprietatem dicti loci retinuit idem donator dictum vsumfructum ad vitam suam tantum, ita quod idem sit vsumfructum retinere, quod est rẽ tradere. Ista omnino repugnant & contrariantur præcedentib. sed saluando tale instrumentum omni modo possibili, vt repugnantia non contineat, † *prout Bar. in l.* 44
fi. §. idem quæsit. ff. de cond. indeb. & in § quib. in 1. constitutione C. Cyn. in l. cum falsa. & ibi Bal. in fi. C. de iur. & facti ignor. debet intelligi, quod retinuit vsumfructum animo transferendi dominium & proprietatem, sc. post mortem ipsius donatoris, & non ante, vt superius pluries idem donator expressit, & similiter retentio vsusfructus operetur translationem dominii, sc post mortem donatoris, & non ante Et illud, quod dicitur de consolidatione vsusfructus cum proprietate, debet necessario intelligi, casu, quo idem donator alii vsumfructum formalẽ constituisset: *iuxta l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. locati.* alias male saluari posset tanta contrarietas & repugnãtia instrumenti, quin illud viciet, quæ processit errore & imperitia notarii. ¶ Non obstat tertium de expressa hypotheca & obligatione omnium bonorum, quæ cum solo titulo absq; traditione transferatur, præfertur ei, cui prius res ferunt traditæ. Respondetur quod in generali hypotheca vel obligatione non veniunt feuda, † prout est istud castrum 45
de Tabernis, nisi expresse & nominatim sit dictum, *c.[x] in generali. si de feudo fuerit controu. inter dom. & agn.* [x] *& ita in specie tenet Spec. in tit. de pig. in prin. in ver. fin & firmat Bal. in pleriſq; locis*, quos superius allegaui in isto 3. fundamento. Item etiam dato, quod alias potuisset feudũ pignorari, adhuc requireretur, quod expresse & nominatim pignoraretur: *vt expreße dicit Ioa. Fab in §. item seruiana in 12. col. inst. de act. per tex. in c. cum Bertholdus. de reiud.* Secundo & notabilius respondeo, quod eo casu, quo feudum potest pignorari, non tamen constituitur pignus in tali feudo, ita quod agi possit hypothecaria sine actuali indu-

46 ctione in possessionem;eo quia nulla realitas potest acquiri in feudo sine corporali inuestitura: *vt ea.l.in prin.quid sit inuestitura. ita singulariter ad literam tenet Bal.in l.3. C.vt in possess. lega.* quod reputat esse menti tenendum. Posset etiam à tertio dici, quod ex quo secundus donatarius fuit de pacifica possessione continuata per se & successores suos per quadraginta annos, & vltra, iusto titulo : Ergo excludit prælationem hypothecæ, quæ etiam tollitur per præscriptionem decem annorũ. *l.1.& secũda. C. si aduersus credi.* Non obstat vltimũ de iuramento, quod
47 prima donatio fuerit iurata: quia respõdetur quod † iuramentum impedit, quin secundus donatarius, cui res prius fuit actualiter tradita præferatur : per regulam *d.leg.quoties.in fi. C.de rei vendi.iuncto cap.sicut ex literis. de sponsa & ita in specie tenet Ioan. de Imola in commento c.cum contingat.de iureiurando. in col. 184. & seq.* & facit ratio quia ex quo per primam donationem iũratam, in qua interuenit actualis traditio, vel quasi, nõ erat translatum dominium, nec aliud ius in primum donatarium: ergo tale iuramentum non habuit impedire translationem dominij, quæ causatur ex secunda donatione, in qua interuenit actualis traditio, licet donans sit periurus. ita tenẽt cano. *in cap.dilecto de præben. & domi. Abbas in pe. colum. de præben. & idem dominus Abbas in c. intellecto. in pe. & & vlti.colum.de iureiuran. & in c. si diligenti, in 2.colu.de præscript. Alberi.de Rosa.in l.ea lege.in vltima colum. C. de condi.ob.cau.*

lan.consilio octauo. In præsenti.numero 26. & 37. libro primo.

m Interponitur.] Ias.d.con.60.n.25.l.si ego.n.2.Si cer.peta. Dec.l.si conuenerit.nu.7.de iur.om.iud.l.1.n.7.C.de pact l. ex iis,n.30.C.de testa.mil.c.1.n.23.de iud.& con.240.Tiraq. tract.const.3.par.7.lim.n. 35 & 37. Gabr. com. op.li.2.de iureiur.conclus. 10. pro declarat.vide Aymo.con.102.Ioan.nu. 7.& Mars.Sing.226.Emphyteuta:& Rolan.d.con.8.n.38.cum seqq.con.77.præsupposita.n. 17.cum seqq.& num.21.22.Et seqq.li.2.vbi omnino videns.

n Periurus.] Idem.d.cons.60.n.26. Cum aliis vt per Gab. com.op.li.2 de iureiur.conclu.1. n.7.8.

o Cum mentione.] Ias.d.consi.5 num.34. versicu. nec obstat leg.1.

p Actus fictus.] Idem con. 148. viso.col.2 versi.Item non est probatum infra li. 4.

q Secundo refert.] Tiraq.tract.const 1.parte.nu.25.

r Hypothecatæ.] Ias.d.con.5.n.24.vbi dix.

s Feudalia] Refert Tiraq.tract.le mort.saisit le vif.par.declar.5.nu.16.

t Tradita.] Ias.cons.92.facti col.4.vers.6 ad idem supra li. 1.Mars.sing.82.volo tibi dare in fine. Gabr. com.op.lib.3.de empt & vendit.concl. 2.n.8.& plures alios citat Tiraq.tract. const.1.par.num.21.vbi etiam huius cons.meminit.

u Constituentis.] Dixi cons.85.quando habemus colu.vlt infra eod.

x Sit dictum.] Ias.consi.70.super vtraque col.vlt.infra eod vbi addo.

y Pignoraretur.] Reprobat.Aymo.cons.256.In casu sub n. 5.vers.in qua re.vbi att.Ias.pessime loqui,& Gabr.per. Ias.allegatum dicere totum contrarium.

ADDITIO.

a L.cum precatio] Adde Dida.qui refert rub.de testa.par. 2.n.14.c.fi.

b Optime.] De verbis geminatis vide Aymo.qui huius con. meminit.con.194.verba transactionis col.5.& quæ dixi con. 21.dubitatum.

c Doctrinam Bal.] Ias.con.præcedenti.n.40.ver.3.facit vbi addo.

d Quinque testes. Dec con.405.Iuridicam in fi.Natta qui refert Ias.con.645.pro resolut. n. 4.

e Hæc quæst.] Rolan.con.8.In præsenti.n.7.8.li.1.vbi etiam huius cons. meminit. vide tamen Dida. rub. de testam. par.2.n.11.& seq.& Rolan.d.con 8 n.22.& 34.vbi dicit communem esse contra Ang.

f Donatarium.] Refert Dida.in rub de testam.3.par.n.25.

g Præcedentium.] Addo supra con.64.facti contingentia. n.12.li.1.& con.217.Immunitas ad fi.li.2.

h Alterare.] Ias.cons.60. ista conuentio.nu.28.cons.99.diuidam istam col.5.vers.nec obstat infra li.4.Gabr.com.op.li. 2.de iureiur concl.5.nu.4 Natta con 123.non videtur.nu.7. con.104.perlecto. n 8.con.263 spectabilis.n 3 & con.582.verba inuestituræ.num.7 Menoch.alios adducens cons.84.hæc proposita n.45.vbi etiam huius cons.meminit,& refert etiam Dida.rub de testam.par.2.n.13.vers.promissio non reuocandi.dixi cons.24.cum magnificus n.21.& con.3.& perlectis.n. 25.Zanch.l.hæredes mei.§.cum ita 4. par. nu. 160.vbi plures allegar.

i Ampliare.] Refert Natta.d.cons.582.nu. 8.& Dida. loco citato in prox.addit.nu.14.vbi late agit.

k Voluntas] Idem.l. cum antiquitas.n.2.C.de testa.l. Senium.n.8.in fi.C.qui testa.fac.poss.l.2 n 1.de le.1 d.cons.60. nu.23.cons.82.viso.n.5.infra eo.Rolan.cons. 82. 1.facie.n.21. li.1.vbi alios adducit.Clar.§.donatio.q.5.in prin.

l In terminis.] Ias.d.con.60.n.22.vers. nec obstat & n.549. late Dec.d.con.305.n.5.con.521.consultus. n.13.latius Paris. cons.16.circa præsentem nu.13.li 2.Gabr d.con 9.num.2.vbi adducit tenentes contractum & concordia distinguit. quod etiam facit Natta.d.cons.104 n 6 7,vbi omnino videndum. & d.cons.123.n.6.& contra Bald.tenent plures citati p. Ro-

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM VII.

THEMA.

VERTITVR controuersia feudi decimalis inter reuerendissimum dominum episcopum Vicentinum ex parte vna, & magnificos quinque comites fratres de Serratico Veronenses & Vicentinos ex parte altera, super magna decima villæ Serratici diœcesis Vicentiæ, & quadam posta molendini in eodem loco sita. Pro parte nobilium comitum de Serratico facit, quia istud feudum decimale est antiquissimum in agnatione & familia de Serratico ab annis ducentis supra, vt apparet per inuestituras & renouationes factas retro ab episcopis Vicentinis: vnde in eo succedere debent descendentes in infinitum. Ex aduerso pro parte domini episcopi faciunt quædam alienationes per proauum & auum paternos de Serratico factæ præcedente eorum renunciatione in manibus domini episcopi, & licentia, præsertim vltima facta in dominum Leonardum de Trissino ciuem Vicentinũ, qui anno prædicto decessit nullis relictis post se filiis vel filiab.legitimis & naturalib. Vnde modo episcopus prætẽdit ipsum feudũ ad mẽsam episco-

episcopalem deuolutum esse, & ita pronunciauit, quamuis prædicti comites de Serratico debito tempore petierint se ab eodem episcopo inuestiri tãquam de feudo veteri & antiquissimo, & à suis progenitoribus stipulato pro se, filiis & descendentibus. Quæritur in prædictis quid iuris sit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus si refutauit vel alienauit feudum, vt dominus directus feudi inuestiret alium de nouo, illo mortuo feudum reuertitur ad dominum & n. 28.*

Feudũ quod vasallus refutauit vel alienauit, vt dominus directus feudi inuestiret alium de nouo, reuertitur ad dominũ feudi illo mortuo vt do. ver. Vasallus.

Vasallus si patiatur per dominum alium inuestiri de nouo de feudo, quod per successionem ad eum spectat nullo modo ad illud habet regressum. n. 1.

2 *Feudum efficitur nouum propter inuestituras in extraneis factas, quia noua causa nouum feudum facit & n. 29. contra asseritur.*

3 *Feudum nouum efficitur per nouam formam & numero 29.*

4 *Feudo. In feudo antiquo progenitores non possunt præiudicare filiis, quod declara vt hic.*

5 *Hæres fungitur eadem persona cum defuncto, & sicut defunctus, si viueret, non posset venire contra alienationem feudi. Ita nec eius hæredes, & num. 30. vbi decl. & nu. seqq.*

Refutatio feudi in manibus directi domini est realis & præiudicat filiis & nepotibus, vide verb. feudum.

6 *Feudi refutatio in manibus directi domini facta est realis ac præiudicat si ys & n. 32.*

7 *Feudi refutatio facta per vasallum præiudicat filiis & descendentibus quando feudum est nouum, sed si est antiquum si filius adiuit hæreditatem renuncianti tunc factum patris præiudicat filiis nisi fecissent inuentarium solenniter, si vero repudiat hæreditatem & vult feudum retinere, tũc repellitur, quia non licet filio repudiata paterna hereditate feudum retinere & n. 36. vbi decl.*

8 *Vasallus renunciando feudo tacite vel expresse præiudicat descendentibus & nu. 33. & 34.*

9 *Feudum acquisitum pro eorum filiis & hæredibus videtur hæreditarium & n 35. vbi decl.*

10 *Vasallus alienans feudum certa pecuniæ quantitate si moriatur sine filiis masculis & fœminis, cum sit facta alienatio sine consensu directi domini feudum amittit & n. 36. & seq.*

Tenor inuestituræ in primis est attendendus. vide ver. inuestitur.

11 *Inuestituræ tenor in primis est attendendus.*

Lapsus annorum triginta excludit à petitione inuestituræ iure etiam lapsus anni à tempore scientiæ. vide ver. vasallus.

12 *Vasallus excluditur à petitione inuestituræ per lapsum annorum triginta anno. etiam per lapsum anni à tẽpore scientiæ & n. 38. vbi multis modis. vide & n. 42. vbi decl.*

Feudum finitum generatione successor potest petere sibi refirmari potius quam alius: modo id faciat intra annum nu. 13.

14 *Descendentes omnes in infinitum admittuntur in feudo antiquo & ad tale feudum veniunt ex iure progenitorum antiquissimorum.*

Feudum antiquum vel paternum. Ad feudum antiquũ admittuntur omnes descendentes in infinitum & veniunt ex iure antiquissimorum primogenitorum, vide ver. descendentes.

15 *Feudum antiquum quod prouenit à linea primogenitorum non requirit nouam inuestituram.*

16 *Feudum antiquum quod dicatur.*

Filius qui renunciauit feudo, nedum tacite sed etiam expresse, potest mortuo patre venire ad tale feudum: & hoc procedit etiam si dictum esset in refutatione feudi quod renunciat omni iuri quod habet vel habere sperat. n. 17.

18 *Feudo nunquam censetur renunciatum per generalem renunciationem, sed requiritur expresse mentio feudi.*

Renunciatio generalis. Per generalem renunciationem nunquam quis sibi præiudicat in feudo nisi de eo fecerit specificam mentionem n. 18.

Feudi renunciatio vide ver. renunciatio feudi.

19 *Renunciatio feudi debet fieri in manibus directi domini vel alterius inuestiti vel inuestiendi de feudo & si renunciatio feudi non tenet, vasallus non perdat possessionem ipsius feudi.*

20 *Feudum non potest dici nouum, sed antiquum, vel antiquissimum non obstante renunciatione proaui vel alterius paterni & non obstantibus inuestituris super eo factis ex quo ij, ad quos feudum per successionem est peruenturum non consenserunt.*

21 *Feudum antiquum vel paternum non definit esse antiquum vel paternum ex eo quod pater filios suos in vita inuestiri curauerit.*

22 *Feudum dicitur antiquum vel paternum quamuis fuerit alteratum per pactum.*

23 *Feudum. In feudo antiquo factum patris non præiudicat filiis, quamuis postea sint eius hæredes & quamuis dominus directus consentiat, vt n. 34.*

Filius non succedit in feudo nisi sit hæres vt n. 23. dicta vt ibi & n. 26.

25 *Inuestituræ antiquæ pro masculis & fœminis si sint alteratæ per annos quinquaginta pro masculis tantum, non sit præiudicium fœminis, quib. erat ius quæsitum ab initio.*

Hæres potest venire contra factum defuncti quando tendit ad fraudandum hæredem legis beneficio, n. 27.

31 *Hæres non potest venire contra factum defuncti, nisi quando à defuncto non habet illud quod à defuncto est sibi necesse relinqui.*

37 *Caducitas non causatur per alienationem quæ non habuit effectum.*

Feudum alienans non cadit à feudo quando alienatio non habuit effectum. n. 38.

Emphyteuta qui vendidit emphyteuticam rem sine cõsensu domini, sed non tradidit non cadit à iure suo, nume. 37.

39 *Præscriptio non currit non valenti agere & hac ratione non currit filiusfamilias donec sint in potestate. Quod procedit etiam stãte statuto vtiliter disponente quod omnibus currat præscriptio, & etiam si iam fuisset inchoata contra defunctum.*

40 *Præscriptio non currit contra impuberes, sed interim dormit.*

41 *Minoribus qui successerunt in ius alterius, & qui ignorauerunt alienationes factas à maioribus, danda est restitutio in integrum ex iusta hac causa ignorantia.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRo reuerendissimo domino episcopo Vicentino prima consideratione facere videtur; quia prædictus episcopus prætendit quatuor alienationes factas fuisse de isto feudo, vnam in Nicolaum Girlantem: aliam in D. Leonardum de Trissimo; tertiam ex renouatione inuestituræ in eundem facta, quamuis istæ tres reperiantur factæ de consensu episcopi: quartam à dicto D. Leonardo in D. Pandulphum auum paternum istorum comitum de Serratico, si contingat eum mori sine filiis masculis & fœminis. Et ista quarta fuit facta sine consensu episcopi, & sic ex ea videtur causata caducitas, vt inferius suo loco in sexto fundamento dicetur. Vnde istud feudum dato quod alias fuerit antiquum & progenitorum de Serratico, tamen attentis dictis quatuor alienationib. non potest amplius dici antiquum, ex quo primo per D. Cortesiam senioré fuit alienatum in prædictum Nicolaum Girlante, deinde per d. Pandulphum in prædictum do. Leonardum de Trissino, consentiente do. Ant. Maria eius filio, & patre præsentium comitum prę mortuo ante do. Pandulphũ, & in talibus alienationib. in extraneos factis interuenerunt realis traditio, & authoritas episcopi Vicentini directi domini, consentientib. illis, ad quos feudum spectat: vnde non põt amplius dici feudum auitũ, vel antiquum; cum per eorum reales refutationes & alienationes in extraneos factas sit effectum feudum nouum: *vt est tex. in c. 1. de eo qui finem fe. agna.* Nã quando vasallus refutauit, vel alienauit feudum, † vt dominus directus feudi inuestiret aliũ de nouo, tunc illo mortuo reuertitur ad dominum feudi: *vt est gl. ordinaria in c. 1. in tit. imperator Lotharius Euge. Pap.* Item quando ille, ad quẽ feudum per succe ssionẽ spectat, patitur alium per d. directum inuestiri, cui feudum nõ debetur, ad ipsum repetẽdum, nullo modo habet regressum: *vt est gl. in c. 1. in gl. fi. an agna. vel fil. Et de hoc est tex. in terminis in c. 1. §. præterea. quib. modis feu. amitt.* Vbi formaliter dicit tex. quod si ille, ad quẽ feudum per successionẽ iure deuenire debet, consenserit eos inuestiri, ad quos secundum morẽ, vel ordinẽ rectum non pertinet, nullo modo ad ipsum repetẽdum regressum habet. ¶ Secundo pro episcopo facit; qa istud feudum decimale est effectum feudum nouũ quia inuestituræ superius relatæ in extraneos faciunt, † vt censeatur nouum feudum: quia noua causa nouum feudũ facit, ita singulariter tenet Bal. *in ca. 1. in antepe. col. in tit. an agna. vel fil. & ibidem simpliciter sequitur Martinus Lauden.* Item quando additur noua forma dicitur † esse nouũ feudum. *l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. c. hi qui authoritate. cum ibi notatis. de præben. in 6. secundũ Bal. in c. 1. §. insuper. in fi. de prohi. feu. alie. per Fride. & in l. quoties. in 2. col. C. de fuis & legiti. & notab. in cõs. 249. 2. partis incip Verba inuesti. sic dicũt. do. Alex. in l. si mihi & Titio. in 9. col. ff. de verb. obli.* ¶ Nec prædictis habet obstare, qꝯ isti moderni comites de Serratico nõ sunt illi, q dictæ alienationi feudi consenserunt sed eorum parẽtes, q potuerunt eis præiudicare in iure feudali antiquissimo ab eorum progenitoribus acquisito † pro se & descendentib. in infinitum: qa potest dupliciter respõderi. Primo, quod ex quo isti sunt hæredes parentũ, ad quos iure hęreditario bona peruenerunt, ideo nocet eis factum parẽtum circa alienationẽ feudi. Nã hæres fingitur eadẽ pſona cum defuncto: *vt in aut. de iureiuran. à mori. præsti. in prin. gl. in l. 2. §. si. & ibi Bar. ff. de præto. stipu.* Vnde sicut defunctus si viueret nõ posset venire cõtra alienationẽ istius feudi, ita nec isti comites qui sunt eius hæredes: *vt l. cum à matre. C. de rei vẽdi. & tex. notab. in l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. & tex. in l. 1. in prin. ff. de excep. rei iudi & in l. vnum ex familia. §. sed si vno. ff. de lega. 2. & in l. filius familias. §. cũ pater. ff. de lega. 1.* Nã filij adeundo hæreditatẽ patris vel aui, voluntatẽ & factum defuncti suo consensu cõfirmarunt, ita dicit text. *in l. si ab eo. C. de li. cau.* Item ex qua persona quis lucrum sentit, eius factum improbare non potest. *l. ex qua persona. ff. de reg. iur. facit l. post mortẽ. ff. de adop. l. si vxor. C. de bo. autho. iud. pos. & le. si ab eo. C. de nego. gest.* Secundo respondetur, quod ex quo eorum parentes fecerunt refutationem istius feudi in manibus episcopi domini directi: ergo istud factum fuit reale, † & cõsequenter præiudicat filiis & nepotibus, *ca. 1. circa finem. de eo qui finem fecit agna. & c. fi. si de feudo fue. contro. inter do. & agna. & dicit Bal. in d. ca. 1. circa prin. de eo qui fi. fecit agna.* referendo & declarando ipsum text. quod quando refutatio feudi est facta in manib. domini, vt in casu præsenti ad hoc vt alium quasi de nouo beneficio inuestiret, tũc tale factum censetur esse reale, imo fortius tenet Andreas de Isernia summus feudista *c. 1. de vasallo decrep. ata.* quod quando refutatio feudi sit simpliciter, intelligitur in dubio, quod sit omnimoda refutatio, de qua loquitur tex. *in dicto c. 1. de eo qui finem fecit agna. allegat in argumentum text. in l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiusso. refert & sequitur dominus Alexander in cons. 13. quinti volu. quod incipit, Perspectis his quæ in themate narrantur. in 2. col.* ¶ Tertio principaliter pro cõfirmatione prædictorum facit, quod in terminis decidit Bal. *in l. qui se patris. C. vnde libe. in antepenul. colum. in versi. item quæritur. si vasallus perdit feudum.* Vbi formaliter quærit, an si vasallus perdat feudum repudiatione, † an ista repudiatio præiudicet eius filiis & descendentibus? & refert Nicolaum de Materellis in *libr. 1. C. de reuo. do.* dicere quod si feudum est nouum, præiudicat, quia redit ad dominum secundum consuetudinem feudorum. Sed si est antiquum, si quidem filius adiuit hæreditatem renunciantis, & tunc factum patris sibi præiudicat, *vt leg. quæ à patre. C. de restitu. mi. & leg. si venditrici. C. de reb. alie. non alie.* nisi fecisset inuentarium solenniter, quia tunc non debet nocere aditio hæreditatis, *vt leg. fi. §. in computation. & quod ibi notatur. C. de iure delib.* Si autem repudiat hæreditatem, & vult feudum retinere, & tunc repellitur alia ratione, scilicet, quia non licet filio repudiata paterna hæreditate feudum retinere. *cap. primo an agna. vel fili. & ca. primo si vasallus feu. priue.* Bald. vero ibi considerat, an pater consentiat ad aliquid in suum præiudicium, & non præiudicat filio, quia in simplici consensu non absorberur ius futurum. *l. 1. §. quod ait. ff. quo. le.* idem in renunciatione

tione simpliciter facta. Si vero renunciat & promittit non venire contra renunciationem per se, suos filios, & hæredes, & tunc debet distingui, vt in aliis bonis filii venditis vel donatis à patre, *vt notatur in d. §. in computatione. & in l. cum à matre. C. de rei ven.* Nam filius, qui est hæres patris non potest venire contra contractum patris, sicut nec ipse pater, si viueret, vt in superiorib. dixi. Sed dominus Pandulphus renunciatione & alienatione istius feudi, quam fecit in dom. Leonard. de Trissino expresse promisit non venire contra per se, filios, nec hæredes, aut successores, ergo eius repudiatio præiudicat istis nepotibus. ¶ Quarto facit, quod decidit Paul. de Castr. *in consi. 154. incipiente, circa præsentem casum notandum est, in vlti. colu.* Vbi tenet, quod Vasallus renunciando
8 feudo † tacite vel expresse, præiudicet descendentibus. motus per illud quod in simili notat Archidia. *in c. 1. de iure patro. in 6.* in iure patronatus ecclesiæ, quod deuoluit ad descendentes & agnatos, quasi per eundem modum sicut feudum. Nam tenet ibi Archid. quod patronus possit in præiudicium filiorum suorum, & ab eo descendentium renunciare iuri patronatus, & priuare filios eius, vt etiam ex propria persona venire non possint, nec tanquam filii, *per cap. significauit. in fin. de testi.* eodem modo dicendum videtur in feudo tam in tacita repudiatione, quam in expressa, vt facta à patre præiudicet filiis & descendentibus, quia feudum transire solet ad filios, vt filios, sicut illud ius patronatus. ita ibidem formaliter concludit Paul de Castro. ¶ Quinto facit, quia istud feudum videtur esse hæreditа-
9 rium, eo quia fuit acquisitum pro eorum filiis † & hæredibus, vt patet ex tenore plurium inuestiturarum. Vnde cum isti moderni Comites de Serratico sint hæredes aui paterni, videtur quod alienatio istius feudi facta per ipsum auum præiudicet istis nepotibus, qui censentur eadem persona cum defuncto, *vt in Auth. de iureiur. à mor. præsti. §. 1.* secus esset quando tale feudum fuisset simpliciter receptum pro se, & liberis, ita q̃ ad liberos spectaret ex solo pacto & prouidentia concedentis, tunc enim aliter esset dicendum, arg. *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. secundum Cyn. in l. si manumissus. ad fi. C. de liber. & eor. lib. Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de feu. §. fi. in additione incipiente, debet dicere. & firmat latius do. Alex. in cons. 19. 5. volum. quod incipit, Super eo, de quo quaritur, visis instrumentis. & in cons. 28. quinti vol. incipiente, In causa & lite vertente super feudo castri. in penul. colum. ad fi. & sequenti. ita etiam tenet in effectu Andr. de Isernia in c. 1. ad fi. in tit. 1. qui succes. ten. & in c. 1. in 1. col. in titulo, an agna. vel filii. & in ca. 1. in princip. in 1. col. de alien. feud. pater.* ¶ Sexto facit, quarta alienatio facta per dominum Leonardum de Triffino in prædictum dominum Pandulphum auum paternum istorum Comitum de Serratico, si moriatur sine filiis masculis, & fœminis, pro certa pecuniæ quantitate, quia cum
10 sit facta sine consensu episcopi, & consequenter directi domini, per eam dicitur † causata caducitas. *cap. 1. in princip. cum similibus. de prohib. feud. alien. per Federi. & cap. si vasallus feudum. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat.* Et tanto fortius in casu præsenti, cum in omnibus inuesturis istis feudi sit appositum pactum expressum, quod nec vendi, nec alienari in totum vel in parte possit. Et si contra factum fuerit, absque alia sententia ipso facto sit ad episcopum deuolutum, & in feudis † te- 11
nor inuestituræ semper est attendendus. *capit. 1. in verb. propter tenorem inuestituræ. & ibi Bald. notat. de duo. fratri. à capi. inuestit. Bald. in præludiis feudorum in vlti. charta, in prin.* quia forma inuestituræ est præcisa, à cuius tenore non est recedendum, *secundum Bald. in capi. 1. §. denique. in 1. column. post medium, quæ fuit prima causa benefi. amit.* ¶ Septimo facit, quia isti Comites videntur excluſi à petitione inuestituræ per lapsum triginta annorũ † & vltra, per q̃ omne ius tollitur: 12
leg. sicut. & leg. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. ita tenet gl. ordina. in feudis, in c. Titius filios. in gl. fi. ad fi. si de feudo fue. controuer. inter do. & agna. Nam elapsi sunt plusquam triginta quinque anni à tempore, quo facta fuit alienatio ipsius feudi in prædictum dom. Leonardum de Trissino, & tamen isti moderni Comites de Serratico nũquam tale feudum, quod prætendunt esse antiquissimum, reuocarunt, ergo videntur sibi præiudicasse. imo fortius, per lapsum anni à tempore scientiæ remanent excluſi, *per text. in d. cap. Titius filios. ad fi. in ver.* vel per annum, ex quo stant, tacuit, omnimodo remouebitur. *Ad idem est tex. in ca. 1. §. fi. si de inuest. inter do. & vasal. lis oriatur. & tex. in cap. 1. §. porro. qualiter olim feu. pote. alie. Bald. in ca. 1. §. hoc quoque in pe. column. de succes. feu. Pau. de Castr. in consil. 159. incipiente, Ista quæstio vertitur, vt audio, inter Corradum. vnde Bald. in d. cap. Titius filios. notat illum textum de præscriptio. anna.* & dicit, quod est bene tenendus menti, quod agnatus proximior, qui habet potestatem reuocandi feudum ab agnato remotiore perdit ius suum, nisi illud prosequatur infra annum. Oportet ergo secundum Bald. agnatos esse multum sagaces & bene auisatos, ne patiantur labi tempus anni, alioquin silentio confirmatur contractus. *sic. C. de his qui à non do. manu. leg. fi. Et idem quod Bald. tenent Iacob. Alua. Marti. Lauden. & alij ibi. Accedat, quod per text. d. c. Titius filios. determinat notabiliter Lud. Roma. in l. prætor. §. fi. ff. de ope. no. nun. & in le. 1. ff. de in ius voc. & in repe. rubrica. ff. de arbitris. in 19. col. & in consi. 60. incipiente. Visis themate.* in quibus locis determinat, quod illa potestas, quam habet successor, quã-
do † finita est emphyteusis per generationem, vt si 13
bi potius, quam alij refirmetur, seu renouetur talis emphyteusis, *vt no. Barto. in le. 1. § permittitur. per illum tex. cum glo ff. de aqua quoti. & astr. & in l. 1. ff. de priuile. cre. tollitur per lapsum anni, per tex. in capi. Titius filios & sequitur dominus Alexan. in l. si mihi & Titio. in vltima col. ff. de verborum obligatio.* ¶ Ista sunt omnia, vt puto potiora & efficaciora fundamenta, quæ pro parte domini episcopi Vicentini adduci posse videantur. ¶ Sed præmissis omnibus non obstantibus contrariam sententiam firmiter arbitror esse de iure verиorem, & quod moderni Comites de Serratico de iure inuestiendi veniant per episcopum Vicentinum de dicto feudo decimali, decimæ magnæ villæ de Serratico, & de posta molendini in eodem loco sita, ex infrascriptis fundamentis, licet paucioribus numero, tamen verioribus & firmioribus ex quibus apparebunt resoluta quæcunque superius in oppositum adducebantur. ¶ In primis moueor optimo & firmissimo fundamento: quia istud feudum decimale est antiquissimum in agnatione & familia de Serratico, ab annis ducentis supra acqui-

situm: & stipulatum per antiquissimos progenitores pro se, filiis, & descendentibus, vt apparet per plures inuestituras & renouationes factas retro ab episcopis Vicentinis, & sic istud feudum decimale in familia de Serratico semper ab origine gentis vsque per innumeros inuenietur auos, vt carmine
14 Pelligni poetæ vtar. Vnde planum est, quod in feudo antiquo omnes descendentes in infinitũ admittuntur: *vt est tex. in c. 1. de natu. succes. feu.* & ad tale feudum antiquum veniunt ex iure progenitorum antiquissimorum: quia à maiorib. censetur habere & non ab auo paterno: *vt dicit glo. in c. 1. in glo. 2. in titu. an*
15 *agna. vel fil.* Item feudum antiquum † quod prouenit à successione, vel linea progenitorum non requirit nouam inuestituram; quia quæritur sine alia inuestitura; quia ex antiqua inuestitura iã est quæsitum, nec requiritur noua traditio de feudo: *vt c. 1. in verb. per inuestituram patris, & aui. de feu. mar. & c. sciendum. de feu. cogni.* tamen non conseruatur, nisi infra annum petatur inuestitura: quia petere inuestituram, est quasi quidam census deuotionis & recognitionis, qui debet præstari domino, & si non præstatur, res incidit in commissum: quia census reuerentialis & professio censualis est omissa. cap. quomodo. de prohi. *feu. alie. per Lotha.* & in hoc differt à feudo nouo: quia feudum nouum non quæritur sine inuestitura, nec trãsmitti potest, nisi quis sit inuestitus. *cap. sciendum. qui. mo. feu. consti. potest. ita magistraliter & notabiliter tenet Bald. in leg. 1. in 4. q. ff. de*
36 *rerum diui.* Item feudum dicitur paternum † vel antiquum quamuis alternatum per pactum: quia non curamus quo tramite feudum descendat, sed quod sit eius principium, & prima radix, & fundamẽtum: quia in feudis semper respicimus primum stipitẽ: secundum Bal. *in cap. 1. in 1. col. ad fi. de eo qui sibi & hære. suis.* quia dicit, quod iste est subtilis sensus illius literæ. Item feudum dicitur antiquum, quod in plures generationes durauit & transiuit, *vt in casu præsenti: secundũ Bal. in cons. 270. tertiæ partis incip. Verba rescripti magnifici D. nostri mandant. circa fi.* Item feudum præsumitur antiquum, eo quod à multis retro progenitoribus fuit sic processum, & sic nominatum: *secundum Bal. in con. 351. primi volu. incipiente, In bonis feudalib. fundamẽta nobilium de Scipiono. & in con. 310. tertiæ partis, quod incipit, Ad euidentiam præmittendum est, quod quadam sunt de corpore.* ¶ Secundo facit in fortiorib. terminis q̃ sint nostri, q̃ filius, q̃ renunciauit feudo nedum tacite, sed ẽt expresse, põt tñ mortuo patre venire ad tale feudum. *c. 1. de eo qui fi. fec. ag. c. fi. si de feu. fue. cõtro. inter do. & agna. Bald. in l. 1. in 10. q. ff. de re. diui.*
17 vbi determinat, q̃ si vnus filiorum renunciauit † feudo in vita patris, q̃ iste idẽ mortuo patre potest redire ad feudum inuitis aliis fratrib. *per tex. in d. c. 1. per notata in simili per Guliel. de Cu. in l. auus. ff. de pac.* & procedunt prædicta iura ẽt si in refutatione feudi esset dictum, de omni iure quod habet vel habere sperat: secundum D. Franc. de Are. *in con. 3. quod incipit, Cõsultatio præmissa.* Fortius ergo in casu præsenti moderni comites de Serratico, qui huic feudo nunq̃ renunciarũt, nec expresse, nec tacite admitti debẽt: q̃ expresse nunq̃ renunciarunt est expeditũ & indubitatũ, q̃ ẽt non possint dici tacite renũciasse, patet ex eo, quod multum notabiliter tradit Bal. *in aut. in successione. ad fin. C. de suis & leg.* vbi egregie tenet, quod per generalem renunciationem † nunquam quis præiudicet sibi in feudo, nisi de eo faciat specificam mentionem; [a] *arg. leg. decurionibus. C. de silentia. li. 12.* Nec per nudam renunciationem perditur feudum, nisi fiat in manibus domini, † vel patiatur feudatarius alium inuestiri: sed neutrũ prædictorum interuenit in istis modernis comitib. de Serratico. Et pro confirmatione prædictæ doctrinę Bal. bene facit tex. *in cap. in generali. si de feu. sue. contro. inter do. & agna. & text. in cap. 1. de eo qui fin. fe. agna.* Et quod renunciatio feudi debeat fieri in manibus directi do. vel alterius inuestiti vel inuestiendi de feudo, tenet etiam Bal. *in c. accepta. de rest. spo.* vbi etiam subdit, quod si renunciatio feudi non tenet, q̃ vasallus nõ perdit possessionem ipsius feudi. ¶ Tertio deueniendo ad radicem rei benefacit: quia istud feudum decimale, de quo contenditur, non potest dici esse nouũ feudũ, imo est antiquũ & antiquissimum feudũ, non obstante renũciatione proaui & aui paterni, & non obstantib. inuestituris super eo factis, † ex quo non consenserunt isti, ad quos nũc 20
tale feudum per successionem est peruenturũ. *text. est in c. 1. & ibi gl. ita declarat de vasal. decre æta. per quem tex. notat Bald. in le. 1. in 15. q. ff. de re. diui.* quod si pater † 21
fecit de suo feudo inuestiri filios suos in vita sua, q̃ dictũ feudũ non propterea dicitur esse nouum, sed antiquũ, [b] quod est notabile secundũ eũ. & per illũ b
tex. notat ẽt Bal. *in l. quoties. in 2. col. C. de suis & legi.* q̃ noua inuestitura nõ facit desinere feudũ esse paternum vel antiquum. & ita etiam tenet Bal. *in præiudiis feudorum, in 18. col. in versis. quid ergo dicatur feudum paternum. facit tex. in c. 1. & ibi Iac. Aluaro. adhoc notat, in titulo, an agna. vel filij, & tex. in cap. 1. de eo qui fi. fecit agna. Idem tenet And. de Isernia in cap. 1. in 6. col. de na. succes. feu.* Item, prout etiam dicebam supra in 1. fundamento, feudum dicitur esse paternum, vel antiquũ, quamuis alteratum fuerit † per pactum: quia non cura- 22
mus quo tramite feudũ descendat, sed quod sit eius principiũ, & prima radix, & fundamentum: quia in feudis semper inspicimus primum stipitem, ita egregie & multum ad propositum nostrũ tenet Bal. *in c. 1. in 1. col. ad fi. de eo qui sibi & hære. suis.* dicẽs. q̃ iste est subtilis sensus istius literæ. Et per hoc apparet non obstare duo prima fundamenta superius in oppositum adducta ad ostẽdendum, quod istud feudum decimale dicatur constitutũ nouum feudũ propter alienationes & nouas inuestituras. Nã istud nõ est verũ, ex quo isti moderni comites de Serratico, ad quos nunc tale feudum per successionẽ est peruẽturũ, non consenserunt talib. alienationib. vel inuestituris. ¶ Quarto adhuc propius condescendẽdo ad id, in quo consistit principalis & tota dubitatio præsentis cõtrouersiæ, moueor: quia in feudo antiquo factum † patris nõ præiudicat filiis e quamuis 23 e
postea sint eius hæredes. *ita tenet gl. ordinaria in c. 1. §. hoc quoque in verb. inuestire. de succes. feu. & ibidem Bald. in terminis adhuc fortioribus in 2. col. vers. pone, ego recepi feudum &c.* tenet, quod etiam pater qui recepit, vel acquisiuit feudum, non potest illud alienando etiã cũ consensu directi domini præiudicare filiis. Quærit n. ibi Bal. pone q̃ ego recepi, seu acquisiui feudũ pro me & filiis meis vsq; ad quartam generationẽ duraturũ, deinde ego alienaui tale feudũ: nũq̃d in p̃iudiciũ prædictorũ ad dñm libere reuertatur?

primo

primo dicit videri quod sic tali ratione: quia tex. *in cap. si vasallus culpam. si de feu. fuer. contro. inter dom. & agna.* expresse dicit, quod culpa patris nocet omnibus ex se descendentibus. Item filius non potest habere feudum, nisi sit hæres patris. *cap. 1. an agna. vel fil.* Item non potest habere feudum, nisi ingrediatur gradum paternum, *d. c. 1. in princ. de succes. feud.* sed illum gradum reperit fermentatum, & sic ab eo rubiginem contrahit. Item adeundo hæreditatem se obligat ad pœnam, *argum. l. si ab eo. in ratione litera, C. de libe. cau.* Item certum est, quod delictum testatoris nocet hæredi suo, quemadmodum hæres successor est vitiorum & culpæ defuncti: *vt l. eum qui, §. in hac. ff. de publi.* Præterea pater dissipando bona potest nocere filio: *vt est glo. in l. 1. C. de inoffi. dona.* Sed istis non obstantibus contrarium determinat Bal. quia non est æquum, quod culpa patris noceat filio; *vt l. non tantum, §. si emancipatus, ff. de contrat ab.* Item forma inuestituræ aliquid debet operari. *c. 1. de duobus fratri. ac inuesti.* sed tenor inuestituræ de liberis loquitur, non de hæredibus: *vt not. per glo in l. si operarum. ff. de ope. liber.* Item ius feudale est quæsitum filio beneficio domini directi magis quã facto patris: *vt notatur in c. 1. §. cum vero Corradus, qui feud. dar. pos.* Ergo facto patris non debet ei auferri. *l. si arrogator, §. sed an impuberi. ff. de adopt.* Præterea non debet concedi patri, quod fraudet filium: *vt l. fin. ff. si quid in frau. patron.* Præterea filius non venit vt quilibet hæres, sed iure sanguinis, quod est immutabile: *vt l. ius agnationis, ff. de pactis.* Præterea, etiam si dominus directus consentiat, non videtur hoc fieri posse in præiudicium filiorum, imo dominus tanquam maleficus debet haberi respectu ipsorum filiorum, quorum commoda patitur delabi: *vt cap. 1. de no. for. fideli. melius de for. fideli.* Item expressa substitutio vulgaris potest fieri in feudis, & tunc destitutus aperit viam substituto. *l. vt hæredibus, ff. de lega. 2. quia verba contractus sic sonant. l. Lucius, §. filiam, ff. de lega. secundo.* Item iura filiorum pater alienare non potest, imo debet ea conseruare & augere: *vt l. 1. C. de bon. matern. & l. in quæstione testamenti, C. de senten. pas.* Item contractus requirunt iuris adminicula, & ideo non potest quis contrahere super iure tertii: *vt l. si. ff. de pac. ita ibi resident Bald.* Et nihil melius posset ad propositum adduci, quod magis in terminis quadrat. Et ponderandũ est inter cætera multum diligenter illud quod tenet Bal. quod etiam si do-
24 minus † directus consentiat illi alienationi feudi, quam facit pater, quod adhuc non fiat præiudicium filiis. *bene facit tex. in c. 1. de alie. feu. pater.* Istam decisionem Bald. refert & sequitur dominus Alex. *in consilio 18. quinti volum. incipiente, Attentis narratis in themate, in 2. colum. ad fin. & in consilio 28. quinti volum. incipiente, In causa & lite vertente super feudo, in penult. colum.* & licet dominus Alex. in istis duobus consiliis intelligat prædictam decisionem Bal. procedere in alienatione feudi antiqui, & secus dicat esse, si feudum esset nouum: secundum Iaco. Aluar. *in capitu. primo, §. fin in titulo, quæ fuit prima cau. benefi. amit. in 18. & 47. conclusione.* In hoc vltimo non insisto aliter, postquam dominus Alexan. clare firmat, quod in feudo antiquo pater illud alienando etiam cum consensu directi domini non possit præiudicare filiis, & iste est proprie casus noster: tamen si bene inspiciantur verba Bald. vt clare patet ex themate per eum formato, dum quærit, pone ego recepi feudum: videtur Bal. loqui in feudo nouo. ¶ Quinto [d] ad idem adduco, quod notabiliter decidit idẽ [d] Bald. *in consilio 215. secunda partis, incipiente, Proponitur, quod inuestituræ antiquæ.* Vbi quærit, pone quod inuestituræ antiqui feudi à quinquaginta annis retro fuerunt in filios & descendentes masculos & fœminas in infinitum, sed ab annis quinquaginta citra fuerunt in masculos tantum, ex quorum vltimo nata est quædam domina Isolta, quæ dicit, quod non obstante inuestitura patris & aui, quæ fuit in masculos tantum, ipsa venit ex inuestitura proaui & antiquorum, ex quorum inuestituris toti eorum posteritati & vtrique sexui ius acquisitum est: quæritur, vtrum inuestitura antiquorum ei prosit, an vero inuestitura moderniorum, scilicet aui, & patris, quæ fuit restricta ad masculos tantum, † habeat prædictæ dominæ præiudicium ge- 25
nerare? Primo dicit, quod natura feudorum hæc videtur esse, quod propter patris culpam generetur filio præiudicium, *vt notatur in c. 1. §. denique quæ sit prima cau. bene amit. & in cap. 1. si vasal. feud. priue. cui defera.* Sed quædam culpa est iura sua & filiorum negligere, & antiquorum prouidentiam dimittere & deferere, & nouos contractus præiudiciales facere: *vt l. si quis ante. ff. de acquir. posses. & l pacta nouissima. C. de pac.* Sed contrarium determinat Bal. quia in nullo capit. feudorum hoc est expressum, quod per pactum patris possit derogari filio in eo, quod habet à genere, & non à patre: *vt in c. 1. in §. strenuus, de feu. cogni.* Sed de iure communi hoc est, quod ius posteritati quæsitũ priuilegio vel antiquitate, pater non potest auferre filiis: *vt l. 3. ff. de interdict. & rele. & l. non tantum, §. si emancipatus, ff. de contrat ab.* Item istud feudum est antiquum, ergo ex persona aliorum successorum nõ debet mutare pristinum statum. *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. l. quæ à patre, C. de resti. mili. cap. 1. §. si vero, in ratione sui, de inuesti. de re alie. fac. & arg. l. an vitium, §. ex facto, ff. de diuer. & tempor. præscript.* Præterea prior gradus non potest substitutis, & sic post eum successuris præiudicium generare, nec quod pure in ipsis bonis non est, *in alium transferre: vt l. fi. §. fin autem sub conditione, & authen. res quæ. C. communia de lega.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod filius non succedit in feudo nisi sit hæres: *vt in c. 1. an agna. vel fili.* & si est hæres, ergo non potest venire contra contractum paternum: quia respondet notabiliter Bal. primo, quod nõ est simpliciter concedendum quod in antiquo feudo sit necesse, quod † sit hęres patris, nisi in ipso feudo cũ 26
oneribus suis: *vt notatur in c. 1. §. hoc quoque, de succes. feu.* nisi inuestitura dictet de filiis hæredibus, & nõ de descendentibus simpliciter: *vt notat Cyn. in l. liberti libertaque. C. de ope. liber.* Secundo & notabilius respondet, quod etiam hæres potest venire contra factũ defuncti, quando tendit ad fraudandũ hæredem † à legis beneficio: [e] *vt notatur in l. 1. & 2. C. si quid* 27
in frau. patro. Quærit deinde ibid. Bal. pone, ꝙ pater [e] istius dominæ Isoltæ renunciauit tali feudo, nunquid dicta renunciatio noceat dictæ eius filiæ? & determinat quod non: quia renunciatio non nocet alteri, quam ipsi renuncianti. ei enim cui defertur ius per mortẽ renunciantis, nõ nocet renũtatio

feudi: *vt in c.1. de alie. feu. pater.* quia sicut extinctus per mortem non præiudicat alteri, ita nec quasi extinctus per refutationem: *vt in c.1. de vasal. decre. æta.* vbi dicitur, quod non obstante refutatione feudum est paternum, ipsi autem refutanti, dum viuit, bene obstat refutatio: *vt in c. tres erãt agnati, de eo qui fi. fe. agna. de feu.* ibi dum dicit, nisi feudum domino refutauit. ista decisio Bal. optime etiam quadrat ad præsentem casum nostrum. Et istud consilium Bal. pro bono omine, & quod felix, faustumque sit, loquitur de dominis de Serratico, & etiam de quodã domino Cortesia de Serratico, & inter modernos comites de Serratico primogenitus vocãt dominus Cortesias. ¶ Per ista quinq; principalia fundamenta cõcludo, quod moderni comites de Serratico de iure sunt inuestiendi per reuerendissimũ do. episcopum Vicentinum de dicto feudo decimæ magnę Serratici, & postæ molendini ibidem siti: cum tale feudum sit antiquissimum, nõ obstantibus refutationibus, & alienationibus factis per proauum & auum paternos, quæ eis præiudicare non potuerunt. nec facere, quod illud dicatur nouum feudum. Et prædicta fundamenta veriora apparebunt ex his, quæ inferius dicam, respondendo singulis supra in oppositum adductis: licet ex dictis quinque fundamentis remaneant sublata & resoluta. ¶ Non obstat primo, dum dicebatur, quod ex quo factæ fuerũt quatuor alienationes de isto feudo decimali, non potest amplius dici feudum antiquum, sed nouum, ex quo interuenit realis traditio, & authoritas episcopi directi domini, & consensus illorum, ad quos feudum spectabat: respondetur clare, ꝙ ex quo non consenserunt isti moderni comites de Serratico, ad quos nunc per successionem progenitorum tale feudum de iure est peruenturum, & tale feudum non desinit esse antiquum, † nor obstantibus renunciationibus & inuestituris proauitis & auitis: *vt est tex. in c.1. & ibi glo. declarat. de vasal. decre. æta. cum aliis multis, quæ deduxi supra, præsertim in tertio fundamento.* bene verũ est, ꝙ tales alienationes, & renunciationes præiudicarũt ipsis alienantibus & refutantib. quoad ipsi vixerũt tantum, sed non aliis descendentibus, quando est feudum antiquum, vt in casu præsenti, licet sit alternatum per pactum: quia non curamus quo tramite feudum descendat, sed quod sit eius principium, & prima radix, & fundamentum: quia in feudis semper inspicimus primum stipitem: prout egregie ad propositum nostrum dicit Bald. *in c.1. in 2. colum. ad fin. per illum tex. de eo qui sibi & hæred. suis. & retuli supra in 1. & 3. fundamento istius partis.* ¶ Non obstat secundo, dum dicebatur, quod istud feudum decimale est effectum nouum propter inuestituras in extraneos factas; quia noua causa nouum feudum facit: prout singulariter tenet Bald. *in cap.1. in antepenult. colum. in tit. an agna. vel fil.* item quia additur noua forma, ergo dicitur esse nouum feudum: quia respondetur, & bene, quod illud, quod dicit Bald. *in d. cap.1.* quod noua causa & noua inuestitura faciat nouum feudum † non est verum; imo est falsum. & propterea Iaco. Aluaro. & domi. Cardina. Alex. *in illo capitulo primo, an agna. vel fil. referendo Bal. ibi, super hoc relinquunt cogitandum.* Et contrarium expresse tenet And. de Isern. *in capitulo primo, in 6. colum. de nat. succes. feud. & Baldumet & alij, quos retuli supra in 3. fundamento:* nisi quantũ ad præiudicium ipsius renunciantis, & qui fecit alium inuestiri, non autem in præiudicium modernorum comitum de Serratico, ad quos istud feudum decimale ex iure antiquissimo progenitorum est peruenturum, qui prædictis renunciationibus & inuestituris nunquam consenserunt expresse, nec tacite, prout deduxi supra in secundo fundamento. ¶ Nec obstat, dum successiue dicebatur, quod ex quo isti moderni comites de Serratico sunt hæredes aui paterni, qui refutauit & alienauit dictum feudum, ideo debet eis nocere factum parentum, cum hæres fingatur eadem persona cũ defuncto: & sicut defunctus si viueret, nõ posset venire contra alienationem istius feudi, ita nec isti comites, qui sunt eius hæredes, & qui adeundo hæreditatem aui, eius factum suo consensu confirmarunt: quia respõdetur verum esse, quod isti de Serratico sunt hæredes † aui paterni; quia alias repudiare non potuissent hæreditatem aui, & amplecti dictum feudum decimale. *capitu. 1. an agna. vel fili. & c. filius, de capita. qui curi. vendi. & rationem assignat Bal. in d.c. 1. in 1. colum. & latius in 3. & idem Bald. in l. qui se patris, in 7. col. ad fin. C. vnde libe. quia ad istud fundamentum in specie dupliciter respondet, & bene Bald. in prædallegato consi. 215. secundæ partis, quod retuli supra vltimo loco.* Tertio vltra Bal. notabiliter respondetur, quod regula quæ habet, quod hæres non possit venire contra factum defuncti † est vera, nisi quando à defuncto nõ habet illud, ꝙ à defuncto est sibi necesse relinqui f: vt notatur in l. 1. & 2. C. si quid in fraudem patro. secundum Barto. in l. 2. circa fin. C. de inoffic. dona. Quarto respondetur, prout in terminis respondet gloss. ordina. in *cap. 1. § hoc quoque, in ver. inuestire, de succes. feud.* quæ circa fin. respondet, quod iura in oppositum allegata loquuntur in feudo paterno, sed istud non est paternum, sed antiquum ab antecessoribus acquisitum, igitur non iure paterno g hoc habet nepos, g *arg. l. si arrogator, §. pen. ff. de adop.* Vel aliter & quinto respondetur, quod isti non veniunt contra factum defuncti, & sic contra alienationem istius feudi decimalis factam per quondam d. Pandulphũ eorum auum paternũ in quondam d. Leonardum de Trissino: quia illud feudum iam est finitũ per mortem dicti d. Leonardi decedentis sine filiis masculis & fœminis, sed bene reuertuntur ad pristinũ & antiquissimum ius eorum. Sexto respõdetur, quod istud feudum non habent iure hæreditario, vt patet ex tenore, præsertim primæ antiquissimæ inuestituræ, & non veniunt tanquam hæredes domini Pandulphi aui, nec do. Antonii Mariæ patris, ante auum prædefuncti, sed tanquam descendentes à primo inuestitis, à quorum stipite habent dependentiam & successionem: nec hic tractaẽ de hæreditate dicti dn. Pandul. nec d. Antonij Mariæ, vt in superioribus late & opportune deduxi. ¶ Et per prædicta apparet etiam non obstare, dum dicebatur, quod refutatio istius feudi fuit realis, † & sic præiudicat filiis & nepotibus: quia in feudo antiquo nulla refutatio quantumcunque realis potest præiudicare descendentibus, qui non consenserũt, ad quos per lineam progenitorũ est peruenturũ, vt supra abunde dixi. Itẽ in dubio refutatio p̃sumitur

personа-

personalis: *secundum glo.in c. 1. in tit. an impera. Lotha.*
h ¶ Tertio principaliter non obstat decisio Bal. [h] *in l. qui se patris, in antepen.col.C.vnde libe.* quia respondet, quod illa decisio non procedit in feudo antiquo &
33 antiquissimo † vt est casus noster, & patet ex prædictis: imo etiam in feudo nouo pater non posset illud repudiare in præiudicium filiorum, qñ ipsum recepisset pro se & filiis: secundum Paul. de Cast. *in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, ff. de leg. 1.* Et de intellectu verborũ illius decisionis Bal. præsertim ad fi. & an bene dicat, ponit dn. Alex. *in cons. 13. quinti volu. cp incip. Perspectis his, quæ in themate narrantur, in pen. col. & in consil. 19. eiusdem 5. volu. quod incip. Super eo, de quo quæritur, visis instrumentis, in 4. col.* ¶ Quarto non ob-
i stat decisio Paul. [i] de Cast. *in prælleg. consi. 154. in vlt.*
34 *col.* quia similiter † respondetur, quod procedit in feudo nouo, nõ autem in feudo antiquo, & multo minus antiquissimo, vt est casus noster, & ita etiam intelligit & tenet do. Alex. *in prælleg. consil. 18. quinti volu. quod incip. Attentis narratis in themate, in 2. col. & in prælleg. consi. 28. quinti volu. quod incip. In causa & lite vertente super feudo, in pen. col.* ¶ Quinto non obstat, quod istud feudum videatur esse hæreditarium; eo
35 quia fuit acquisitum † pro eorũ filiis & hæredibus, vt patet ex tenore pluriũ inuestiturarum. Vnde cũ isti comites moderni de Serratico sint hæredes aui paterni, qui istud feudum decimale, de quo cõtenditur, alienauit, & refutauit, quod eis præiudicetur: quia respondetur, quod imo prima inuestitura antiquissima, quæ reperitur de isto feudo decimali, & fuit facta de anno, &c. expresse dicit pro se, & eorum hæredibus masculis tantum, & non dicit filiis & hæredibus, & verbum hæredibus masculis, simpliciter prolatum intelligitur in feudis pro filiis & descendentibus masculis simpliciter: *vt est tex. expressus in c. 1. §. & si clientulus, de alie. feu quem Bal. ibi multum notat, & dicit quod alibi non est tex. clarior in iure. facit tex. in c. fin. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. & est glo. ordi. in l. ex facto, §. fin. & ibi Bar. & alij ff. ad Trebel. Bal. in l. liberti libertaque, in 10. col. C. de bon. lib. & in l. fin. in 6. oppo. C. de hære. instit. & in l. 1. in 49. q. ff. de re. diui. & in l. etiam, in princ. ff. sol. matrim.* & in feudis semper recurrendũ est ad primam radicem & fundamentum, & sic ad primam inuestituram, quæ reperitur: secundum Bald. *in c. 1. in 1. col. ad fin. per illum tex. de eo qui sibi & hære. suis.* Præterea nos sumus in feudo nedum antiquo, imo antiquissimo, in quo istud fundamentum non procedit, prout ex infrascriptis late apparet. ¶ Sexto non obstat quarta alienatio istius feudi facta per D. Leonardũ de Trissino in prædictum dn. Pandulphum auum paternum præsentium comitum de Serratico, si moriatur sine filiis masculis & fœmin. pro certa pecuniæ quantitate: quia cum sit facta sine consensu epi-
scopi, & sic directi domini, videtur per eam causata caducitas, præsertim cum in omnibus inuestitu-
36 ris istius feudi adsit pactum expressum, † quod nec vendi, nec alienari in totum, vel in parte possit: & si contra factum fuerit, absq; alia sententia, ipso facto sit ad episcopum deuolutum. Quia clare respondetur, quod etiam fatendo istud fundamentum esse verum, certe ista etiam caducitas non esset causata ex parte domini Pandulphi, nec eius descendentium, sed solum ex parte dicti d. Leonardi & eius hæredum, qui alienasset irrequisito consensu directi domini. Nam ipsi domino Pandulpho licuit recuperare feudum istud, quod erat de antiquissima familia de Serratico, vt si rediret ad suam antiquitatem: & hoc sibi licuit absq; alio consensu directi domini: *vt in c. 1. quid iur. si post alie. vasal. id recup.* res. n. de facili reuertitur ad naturam suam pristinam. *l. si vnus, §. pactus ne peteret, vers. quod in specie, ff. de pac. 35. distin. c. ab exordio, cum gl. & gl. notabilis in cap. statutum, in verb. numerandum,* [k] *de præben. in 6.* præ- k
tim ex quo dominus Pandulphus prius licite alienauerat tale feudum in præfatum dn. Leonardum cum authoritate & consensu directi domini: per ea quæ tradunt Spec. & Ioan. And. *in titu. de loca. §. nunc aliqua, in vers. 96.* Secundo notabiliter & clare respondetur, quod ista quarta alienatio non habuit effectũ, nec eius occasione secuta est aliqua actualis retraditio, nec exbursati ducati mille quinquaginta conuenti, nec moderni comites de Serratico eam acceptant, nec ea vti volunt. Vnde per talem alienationem non causatur aliqua caducitas, † ex 37
quo non habuit effectum: *secundum Bald. in c. 1. §. aut si libellario, in vlt. colum. quib. mod. feud. amit. & in cap. 1. in principio, in 1. col. in fin. de prohi. feu. alie. per Feder. & in ca. 1. §. denique. quæ fuit prima cauf. benef. amit. facit gl. in l. 1. §. si rem depositam, & quod ibi Barto. ff. depo.* & in simili de emphyteuta, qui vendidit rem emphyteuticam, sine consensu domini, sed nõ tradidit: nam
non cadit à iure suo [l]: secundum Spec. *in d. §. nunc a-* l
liqua, in vers. 95. Albe. & Salyc. in l. fi. C. de iure emphyteu. vbi alias legendo ordinarie dixi. ¶ Vltimo non obstat præscriptio 35. annorum: quia ad hoc multipliciter respondetur. Primo, quod isti moderni comites non habebant ius in isto † feudo viuis eorũ paren- 38
tibus: vnde præscriptio non potuit obesse eis, quibus nondum patuit locus. *l. in reb. §. fin. C. de iure dot. & l. 1. §. vlt. C. de anna. except.* Item donec superuixerunt alienatores, isti comites de Serratico non habebant ius reuocandi: *vt est gl. in ca. 1. §. hoc quoque. in duabus gl. & ibi And. de Iser. in 1. col. de succes. feu.* Ergo quoad eos non currit † aliqua præscriptio per re- 39
gulam *d. l. 1. in fi. C. de anna. excep.* Item ex quo dom. Pandulphus auus paternus alienauit tale feudum cum consensu episcopi, & sic licite transtulit ius q habebat, in dn. Leonardum: Ergo eo viuo non fuit licitum reuocare. *l. Statius, §. fina. ff. de iure fisci.* Præterea cũ isti fratres comites essent in potestate eorum aui. certe contra filiosfamilias non potest currere præscriptio cum impediantur à iure agere propter patriam potestatem: & sic filiisfamilias non valentibus agere non currit præscriptio. *d. l. 1. in fin. C. de anna. excep. & in l. 1. in fin. & authentica, nisi tricennale. C. de bon. ma. & in l. quæcunque. §. fin. C. de bonis quæ libe. glo. 17. quæstio. 3. in c. prima actione. & gloss. in c. cum non liceat, de præscript. Baldus in l. 1. in 21. oppo. vbi rationem assignat. C. qui admi.* Et in terminis nostris in feudis, quod nulla præscriptio currat, donec sunt in potestate, *tenet Baldus in prælleg. to consil. 215. secundæ partis, incipiente, Proponitur, quod inuestitura antiquæ, in penult. colum.* Et ista in tantum procedunt, & sunt vera, quod etiam si statutum [m] vniuersali- m
ter disponeret, quod omnibus currat præscriptio, qui sua debita non exegerunt infra decem annos, adhuc non curret præscriptio cõtra filiosfamilias;

eo quia

eo quia regula, quod impedito agere non currat præscriptio, est regula naturalis: quia vbi non est negligentia, ibi etiam non debet esse pœna: & ideo habet locum etiam in statutis. ita notabiliter determinat Bal. *in d. auth. nisi tricennale, circa principium, refert & sequitur Petr. de Ancha. in comment. c. canonum statuta, de constitu. in 12. q. in vers. occurrunt aliæ quæstiones.* Quinimo ista regula videtur procedere etiam in præscriptione prius inchoata cõtra defunctum; quia adhuc illa non videtur postea currere contra
n filiosfamilias [n] *secundum do. Abba. in c. ex transmissa in penult. colum. de præscript.* Præterea isti quinque fratres tempore decessus domini Pandulphi erant omnes minores 25. annis, & duo vltimi erant adhuc
40 impuberes † & sic contra eos non currebat præscriptio, sed interim dormiebat. *l. sicut, C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Bart. in l. naturaliter, in penult. colum. ff. de vsucap.* etiam intra quadriẽnium post completum tempus præscriptionis: *vt habetur in l. ab hostib. § sed quod simpliciter, ff. ex quib. cau. ma.* Præterea cum isti quinque fratres de Serratico essent, vt dictum est, in potestate aui, & minores, præsumũtur ignoran-
41 rasse alienationes & refutationes † factas ab auo, cui successerunt: *per regulam l. verius, ff. de proba. iuncta regula l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* Ergo saltem ex iusta ignorantia eis competeret restitutio in integrum; *vt singulariter notat Bar. in l. 1. §. si quis autem propter inundationem, per illum tex. ff. de iti. actuq; priua. & ibidem Angelus in l. annus, ff. de calum. & est gloss. in l. 1. C. de pa. po. & in l. si partem, § 1. in verb non vtendo. iuncto tex. & in l. si sic constituta, in verb. seruitus, circa fin. & ibi Paul. de Castro notat. ff. quemadmodum serui. amit. & gl. in dicta l. sicut in glo. parua, in verb. militia, C. de præscript. 30. anno. dominus Abbas in capi. 1. in penult. col. & in capi. vigilanti, in 1. colum. de præscript. cum multis aliis vulga. concor.* ¶ Non obstat etiam præscriptio annalis, quod per lapsum anni à tempore scientiæ remanserint exclusi: per tex. *in dicto c. Titius filios, ad fin in*
42 *verb. vel per annum.* Ex quo sciuit & tacuit † omnimodo remouebitur. *si de feu. fue contro. inter dom. & agna. cum aliis iurib. concor. superius allegatis*: quia dupliciter respondetur, & clare, & liquide. Primo, quod illa iura loquuntur in alienatione facta in agnatum remotiorem: secus est quando alienatio fit in extraneum, vt in casu præsenti, quia tunc
o transcursus anni non nocet: [o] *secundum gl. in dicto c. Titius filios. & ibi Bal. circa fin.* cam sequitur, & illa gl. est communiter approbata, secundum dom. Alex. *in consi. 15. quinti volum. incip. Visis narratis in themate, in 4. col. ad fin.* Secundo, prædicta iura expresse requirunt scientiam, sed isti fratres, qui erant, vt dictum est, in potestate, & minores, non habuerunt certam scientiam, imo in eis præsumitur ignorantia, vt supra proxime fuit dictum. imo isto casu non sufficeret simpliciter scientia, sed requiritur certa scientia: alias potius intelliguntur errasse, quam consensisse: *prout ad literam dicit gl. solemnis & ordinaria in cap. 1. § præterea, quam doct. ibi sequuntur, quibus modis feud. amit.*

ADDITIO.

a Mentionem.] Idem Ias. supra cons. 96. dominus n. 8. lib. 1. vbi dixit, addo eundem consi. 207. In præsenti nu. 1. supra lib. 2. Tiraq. alios adducentem de retr. par. 1. § 1 glo. 3. nu. 8.

b Antiquum.] Ias. d. consi. 96. nu 7.

c Præiudicat filiis.] Idem Ias. cons. 56. viso & diligenter nu. 14. consi. 64. circa primum nu. 9. 10. infra eo & consil. 168. In causa, col. vlt. vers. ad hoc triplic. ter, infra lib. 4. Natta consil. 470. considerato hoc nu. 16. & seq.

d Quinto.] Ias. d. consi 56. n. 15. & Bal. refert Natta d. cons. 470. nu. 15.

e Beneficio.] Ias. d. consi 55 nu. 17 & nu. 21. vers. & ad illud, d. consi. 64. nu. 12 & d. consi. 168. col. vlt. versic. 2. respondetur cum aliis, vt per Oias. decis. 180. solet postremo, nu. 5. omnino Tiraquel. alios plures citans de retr. par. prima, §. primo, gl. 9. nu 58. Zanch. l. hæredes mei, § cum ita, 4 par. num. 430. ad Treb pro cuius dicti declarat. vide Ceph. consil. 393. Consultus nu. 180.

f Relinqui.] Ias. d. cons. 56. nu. 23. d. cons. 64. n. 11. & d. cons. 168. col. vlt. vers. 3. respondetur. Natta d. cons. 470. nu. 17.

g Paterno.] Ias. d. cons. 56. nu. 22. vbi addo.

h Decisio.] Bald. idem Ias. d. consil. 56 col. vlt. quem refert Menoch. consi 155. Respondendum, nu. 29.

i Decisio Pauli.] Ita etiam respondet Ias. d. consi. fin. 65.

k Numerandum.] Ias. late. l. si vnus, §. pactus ne peteret, 4. not. de pac. Iatius Feli. c. cum accepissent, col. 2. de const. Rip. alios adducens, l. si constante, n. 61. solut. matri. Cur. iun. con. sil. 102. resolui col. pen. cons. 153. Circa nu. 2. Neuiz. in Sylua, lib 6. nu. 23. cum seqq. Aymo consi. 174. nobilis n. 7. dixi cons 1. nu. 21. & cons 88. cum feudum, nu. 36. & 37.

l Iure suo.] Cur. sen. cons. 8. viso instrumento, n. 10. Mars. sing. 412. plures sunt. Tiraq. alios adducens de retr. par. 1. § 1. gl. 2 nu. 45 vbi communem testatur. Clar. §. emphyteusis, q. 13. vers. sed nunquid.

m Statutum.] Ias. in rationib. dubitandi, cons. 226 in præmissa nu. 1. supra lib. 2. Balb de præscr. 1. par. vlt. par. princ. nu. 15. vbi tamen Ias. non meminit.

n Filiofamilias.] Contrarium tenet Ias. d. consi. 226 numero 3. vbi dixi.

o Non nocet.] Ias. consil. 159 super facto in fine supra libr. 2. Tiraquel. de retr. par. prima, § primo, glo. 10 nu. 9. vbi alios plures citat Gabr. com. opin. libr. 3. de iure emphyt. concluſ. prima, num. 12 In eadem causa idem consuluit Cur. iun. consil. 12. videtur prima.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM VIII

THEMA.

SVPER duobus vltimis testamentis conditis per insignem militem dominum Stephanũ de Poyxiaco dominum Alteripæ & Septimi, eodem anno 1499. vno, die decimo Maij, alio, die 16. Iunij, vertitur valde difficilis & multum ardua dubitatio, quod eorum validum cẽseri debeat, & exequutioni demandandum, cum primum fuerit perfectum & solenne, secundum vero videatur imperfectum, cum in eo instituta fuerit particulariter filia posthuma in duodecim millibus librarum turonensium, non sit postea prouisum de eo quod testator infra se dicturum significauit, nec etiam postea fuerit prouisum de substitutione aliorum hęredum, prout testator se facturũ dixit. Agitur in hac controuersia de ampla & opulenta hæreditate. Item agitur de excludenda filia vnica testatoris infante per agnatos transuersales institutos in priori testamento, quod

durum

durum videtur & iniquum. Item agitur de annullando vltimo teſtamento, quod etiam nõ parui ponderis eſſe videtur. Vnde ſuper his omnibus quæ grauia ſunt & ponderoſa, veritatis inueſtigandæ gratia, arguam accurate ad vtramque pattem, vt diſputando, & notando, exemplo Herennij Modeſtini, quod optimum ſit decernatur. *l. munerum. §. miſta. ff. de mune. & hono.* veritas enim ſæpius agitata magis ſplendeſcit in lucem, dicit text. *in c graue. 35. quæſtione vltima, gloſſ. antepenult. in cap. cum Ioannes eremita, de fid. inſtrum.*

SVMMARIA.

1 Teſtamentum 2. in quo inſtituta eſt filia, videtur præualere primo, in quo ſunt alij inſtituti. & nu. 49.

2 Teſtamentum in dubio præſumitur perfectum etiam reſpectu voluntatis, & nu. 50.

Verbum actum & poſitum in inſtrumento, ſignificat rem perfectam, nu. 2.

Actum. Verbum actum & appoſitum in inſtrumento ſig. rem perfectam & nu.

Signum tabellionis appoſitum in inſtrumento teſtamenti ſignificat actum teſtandi fuiſſe abſolutum & perfectum, nu. 3.

4 Teſtamentum. Quando teſtator ordinato & publicato teſtamento coram ſeptem teſtibus rogatis & notario dixit notario, non faciatis aliud vſq; ad cras, & rogauit notarium & teſtes vt cras reuerterentur, & poſtea nihil fecit, teſtamentum non dicitur eſſe imperfectum ratione voluntatis, & nu. 51.

5 Filia hæres particularis inſtituta cenſetur hæres ciuilis quando non eſt inſtitutus alius hæres vniuerſalis, vbi ampliatur, & nu. 38. & 52. vbi decl.

6 Teſtator non poteſt expreſſe prohibere ius accreſcendi cum non poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus nec facere quin leges habeant locum in ſuo teſtamento contra nu. 38. vbi contra ex communi opin. & nu. 52.

7 Filius qui poteſt querelare teſtamentum patris, non poteſt expreſſe prohiberi per teſtatorem, quin habeat ius accreſcendi in vniuerſo: ſed contra nu. 38. & 52.

Ius accreſcendi, non poteſt per teſtatorem expreſſe prohiberi quin filius qui poteſt querelare teſtamentum patris, habeat ius accreſcendi, in vniuerſo, ver. filius.

8 Illud, dotata & inſtituta in dote, & iuſſa plus non petere habebit totum per ius accreſcendi non obſtante prohibitione teſtatoris, quando filius inſtitutus in vniuerſa hæreditate eam repudiauit.

9 Teſtator inſtituens aliquem hæredem non ſimpliciter, ſed ſecundum conditiones infraſcriptas, licet poſtea inferius nullas conditiones adſcribat, tamen valet teſtamentum, & nu. 53.

Teſtator ſi inſtituat aliquem hæredem ex partibus, quas adſcripſerit, & poſtea nullas partes adſcripſit, valet tamen inſtitutio, & nu. 56.

10 Verba illa, Caſſans & irritans, & ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: faciunt vt ſecundum teſtamentum inualidum confirmetur per aditionem veniõtium ab inteſtato, & vt primum teſtamentum non valeat, & nu. 57.

Clauſula omni meliori via modo iure & forma æquipollet clauſulæ codicillari 11. & 58.

12 Voluntas vltima teſtatoris eſt obſeruanda, & ideo in dubio iudicanda eſt pro ſecundo teſtamento.

13 Teſtamenti conſeruandi cauſa reſpicit publicam vtilitatem, & nu. 59.

14 Teſtamentum in dubio præſumitur valere & eſſe ſolenne, niſi contrarium oſtendatur, & nu. 59.

15 Teſtamentum. In dubiis doctor. opinionibus eam eſſe tenendam, quæ ſuſtinet vltimam voluntatem: vna etiam opinio ſolius excellentis Doct. ſequenda contra communem.

16 Agnati tranſuerſales & ſic extranei non videntur admittendi ad excludendam filiam vnicam teſtatoris, & nu. 60.

17 Dictum rationabile debet ita mouere iudicem ad iudicandum ſicut lex, & nu. 61.

18 Teſtator qui poſt vltimum teſtamentum ſuperuixit per tres menſes præſumitur ordinaturus & expreſſurus, ſi voluiſſet alios ſibi hæredes eſſe vel ſubſtitutos quam filiam teneram, & nu. 62.

19 Expreſſum. pro expreſſo habendum eſt id quod teſtator veriſimiliter reſpondiſſet ſi fuiſſet interrogatus, & num. 63.

20 Filiam propriam exhæredare & eccleſiam qui vult inſtituere alium quærat pro conſilio quam diuum Auguſtinum, & nu. 64. vbi decl.

21 Teſtamentum præcedens perfectum & ſolenne non tollitur per vltimum teſtamentum ipſo iure nullum.

22 Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis eſt inualidum, & nullius momenti, & nu. ſeqq.

23 Dubitatio nulla cadit, vbi eſt caſus legis.

24 Teſtamenti forma ſubſtantialis & eſſentialis videtur concludi in puncto indiuiſibili, & ſic in vltima litera ſcripturæ teſtamenti.

25 Teſtamentum dicitur indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit nihil feciſſe videtur.

26 Contractus. In contractibus attenditur ſola concluſio & ſola concluſo dicitur perfectio contractus, & idem eſt in teſtamentis.

Teſtamentum in teſtamentis de neceſſitate requiritur quadruplex perfectio.

Teſtis qui interfuit tractatui, & non concluſioni actus nihil probat.

28 Teſtamentum quod teſtator non habuit pro abſoluto etiam quo ad legata non valet etiam reſpectu inſtitutionis iam factæ & abſolutæ.

Teſtamentum in quo eſt inſtitutio facta in primo gradu à teſtatore volente poſtea facere ſubſtitutos, quos non fecit, non valet, nu. 28.

29 Teſtamentum illius, qui audita ſcriptura notarij, in qua tota eius diſpoſitio, & voluntas ad pias cauſas continebatur, & maxime hæredis inſtitutio de pia cauſa, ſi teſtator dixit ſibi eam placere, & ita diſponere prout in illa ſcriptura continebatur, & aliqua addi fecit, ex quibus apparebat, quod habuit pro perfecta & abſoluta, ſed ſubiunxit, quod volebat differre vſq; ad veſperas, non valet.

30 Teſtamentum illius qui vocauit ad ſe duos teſtes, & per quendam clericum fecit ſcribi quædam legata ad pias cauſas, & in reliquis bonis inſtituit hæredes pauperes Chriſti, & ita in præſentia dictorum teſtium manifeſtauit prædicta, ſed ſubiunxit, quod volebat per quendam notarium in publicam formam

mam redigi, & ita hoc facto antequam postea haberetur notarius mortuus est, non valet.

Scriptura quam iudex habet antea formare, & demum recitare non est sententia, sed quædam præparatio ad sententiam, nu. 30.

31 Testamentum patris etiam conditum inter liberos non valet nec tenet, si sit imperfectum ratione voluntatis non completæ. vbi assignatur ratio. & ampliatur in testamento militis, & dispositione ad pias causas.

32 Testamentũ imperfectum ratione voluntatis non completæ, non solum non valet, sed etiam nihil probat etiam inter liberos.

Voluntas testatoris probatur per testamentum inualidum, vel irritum, limita, vt hic, nu 32.

Regula, q̃ voluntas testatoris probetur per testamentum inualidum, vel irritatũ limitatur, vt hic, n. 32.

33 Testis examinatio non cõpleta, nec perfecta nõ probat.

34 Clausula codicillaris, vel æquipollens apposita in testamento inualido ratione voluntatis testatoris imperfectæ nihil valet, & nihil operatur.

L. fin. cir. med. §. illud quoque. C. de çodi. quomodo procedat, nu. 34.

35 Testamentum vitiatur quando testator destinauit adijcere conditionem testamento, & hoc expressit, & postea quando venit ad actum testandi per errorem omisit, & ibi assignatur ratio.

36 Testamentum in quo non adest institutio hæredis vniuersalis annullatur ipso iure.

37 Hæres particulariter institutus, alio hærede vniuersali non facto efficitur hæres vniuersalis. intell. vt hic, & num. seq.

Institutio quando est vniuersalis, exceptio vero particularis: prævalet institutio, & exceptio habetur pro non facta, quia causa testati vniuersalis trahit ad se causam intestati: quando vero exceptio est vniuersalis, & institutio particularis, tunc exceptio prævalet tanquam potentior, nu. 41.

38 Opinio communis ea dicitur, quæ plurium Docto. testimonio confirmatur, quæ multo magis sequenda, quando pro ea stat Bar.

39 Ius accrescendi censetur prohibitum per testatorem, qui filium particularem hæredem fecit pro omni iure, parte, & portione ad eam spectante.

40 Exceptio, quæ est contra substantialia institutionis, quæ est, vt quis sit hæres in vniuerso debet vitiari, nu. 42.

41 Bartoli opin. commendatur, nu. 40.

Testator potest prohibere ius accrescendi secundum communem, nu. 39. & nu. 41. vbi distinguitur.

43 Institutus vel substitutus in re certa nullo dato cohærede vniuersali ad hoc, vt habeat vniuersum ius accrescendi requiritur, quod talis institutio vel substitutio in re certa sit facta per verba directa ciuilia, & per talia verba, per quæ appareat testatorem dedisse licentiam instituto, vel substituto capiendi bona propria auctoritate, alias secus esset.

44 Testamentum continens contrarietatem seu perplexitatem vitiatur.

45 Duntaxat, dictio taxatiua est exclusiua alterius temporis.

46 Testamentum in quo hæreditas datur ad tempus non valet.

47 Specialia plura non possunt circa idem concurrere.

48 Dispositio legis & hominis simul concurrentes fortius operantur.

Vincula duo fortius stringũt, & plus operantur, quam vnum, nu. 48.

Conuentio efficacior redditur quando in conuentione deducitur illud, quod iam debebatur ex dispositione legis, nu. 48.

51 Separata. Ex separatis non bene infertur.

Dictio, secundum, conditionem non facit, nu. 53.

54 Causa falsa adiecta legato non vitiat legatum, secus est in conditione falsa.

Legatũ non vitiatur propter falsam causam adiectam legato, secus in conditione falsa, vide ver. causa falsa.

55 Donec, dictio, conditionem importat.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRo ista infante filia vnica testatoris multa videntur prima animaduersione stringere. Cum † enim sit filia, 1
certe omnino est ab intestato patri succesſura, *in auth. de hære. ab intesta. in prin. & sic causa intestati fouet causam testati, l. hac consultissima, §. fin. C. de testa. l. 2. & l. posthumus, in princ. ff. de iniusto rup.* Item cõcurrit votum patris testatoris filiam ad eius successionem vocantis. *l. scripto in fi. ff. vnde lib. l. octaui. ff. vnde cognat.* testator enim præsumitur cogitare, & velle illud, quod lex ab intestato disponit argumento *l. si duo, ff. de acquir. hæreditate, secundum Bal. in l. precibus, in antepen. col. C. de impub. & aliis substitu.* facit, quod volunt Bar. & Modern. in *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel.* Item pater plus diligit filium vel filiam quam seipsum ratione perseuerantiæ: *secundum gl. in l. isti quidem. §. fin. ff. quod me. cau. & nullus amor vincit paternum, l. fin. in princi. C. de cura. furio.* nec filius potest inuenire meliorem amicum patre: *secundum gloss. 2. in l quidam cum filium, in princ. ff. de hæred. instit.* Item concurrit, quod filia est particulariter instituta in vltimo testamento, in quo isti agnati transuersales in nulla parte sunt nominati: & vltima voluntas testatoris multum ponderanda est. *l. si mihi & tibi, §. in legatis, ff. de lega. 1. l si quis priore, ff. ad Trebel. § posteriore insti. quib. mod. testa. infir.* Cum ergo in casu præsenti ista omnia concurrant pro ista infante, scilicet quod sit filia vnica, & sua hæres, & ab intestato successura, & causa intestati adiuuet causam testati: item concurrat votum patris testatoris, & institutio particularis vltimi testamẽti: ergo in eius fauorem iudicandum esse videtur contra istos agnatos transuersales, qui in vltimo testamento nullatenus sunt nominati. ¶ Secundo facit, quia istud vltimum testamentum habet solennitates requisitas à iure. Item præsumi debet perfectum respectu voluntatis testatoris, eo † quia 2
testamentum in dubio præsumitur esse perfectum, & sic in dubio non præsumitur imperfectio voluntatis testatoris. *Ita notat Ioan. de Imo. & alij in l. si is qui per illum tex. ff. de test. Ange. de Aret. in §. ex eo, ad fin. insti. quib. mod. test. infirm. Raphael Fulg. in consi. 117. incip. Io. in penult. col. in princ.* Confirmatur, quia ex quo notarius in instrumento testamẽti dixit, *actum*, &c. significat rem † perfectam, secundum Bald. *in au-* 3
thent. quod sine. C. de testam. quem refert & simpliciter sequitur Paul. de Cast. in consilio 363. incipien. Super eo, quod

quæritur

quæritur vtrum valeat institutio. & idem Paulus de Castro, in d l. si is qui. ff. de testa. & quod ibi vult Bar. in 1. col. ad fin. Item signum tabellionis appositum in instrumento istius testamenti significat actũ testandi fuisse absolutum & perfectum. *ita notabiliter tenet Bal. in l. 1. in 8. col. ad fin. C. de fide instr. & iure hastæ fiscalis, lib. 10.* Tertio ad idem facit, quod in simili habetur, quod si testator ordinato & publicato testamento coram septem testibus rogatis, & notario, postea dixit notario, non facias aliud vsque ad cras, & rogauit notarium & testes vt cras reuerterentur, si postea cras nihil fecit, per hoc † testamẽtum non dicitur esse imperfectum ratione voluntatis, ita tenet dominus Anto. de Prato vete. *inter consilia domi. Alex. in consil. 73. incipien. Non puto hunc notarium. Et idem clarius sequitur domi. Alex. in consi. sequenti, scilicet 74. incipien. Viso testamento Ioannis, in 2. colum.* Ita in proposito, quamuis testator dixerit in vltimo testamento, donec aliter prouiderit, prout infra dicetur, licet postea inferius aliud non dixerit, per hoc non dicetur testamentum esse imperfectum ratione voluntatis. Accedant, quæ inferius dicentur in quinto principali fundamento. Quarto facit, quia ista filia infans fuit in secundo gradu instituta particulariter in duodecim millibus librarum Turonensium. Vnde cum non sit institutus alius 5 hæres vniuersalis, † certe detracta mentione illius summæ, vel quantitatis, ipsa censetur esse hæres vniuersalis. *l. 1. §. si ex fundo, & l. ex facto. magna. ff. de hæred. instit. & l. quoties. C. eo.* Et istud procedit non solum in instituto in certa re, in primo gradu, sed etiam in substituto in certa re, & sic in secundo gradu: quia non dato alio cohærede vniuersali in illo secundo gradu eueniẽtis substitutionis, certe substitutus in certa re etiam tunc habetur, & censetur hæres vniuersalis. *tex. est notabilis in l. cohæredi, §. fin. secundum primam lecturam: gloss. ibi ff. de vulga. & pupil. quem tex. dixit non esse alibi in iure Dyn. ibidem etiam Bal. reputat valde notabilem, & Ange. in d. l. quoties, in 1. col.* item ex quo in vltimo testamento fuit instituta filia hæres in certa re, vel quantitate, non dato alio cohærede vniuersali, certe illa institutio particularis quantitatis cõuertitur in vniuersalẽ institutionem, etiam quo ad rumpendum præcedens testamentum solenne, in quo erant scripti hęredes vniuersales. *tex. est notab. in l. si quis priore, ff. ad Treb. & ibi dn. Alex. in 1. notab.* ad hoc multũ notat illũ tex. & ante cũ notat Ang. ibid. Nec prædictis obstat, si diceretur, quod ista non possint procedere in casu præsenti, in quo testator instituit filiam suam infantem in dictis duodecim millibus librarum Turonensium semel tantum, pro omni iure, parte, & portione. & sic testator videtur prohibuisse ius accrescendi, & consequenter videtur prohibuisse, ne filia posset habere vniuersalem successionem: quia 6 dicitur, quod † testator etiam expresse non potest prohibere ius accrescendi, cum non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. *l. ius nostrum, ff. de reg. iuris.* & testator non potest facere quin leges habeant locum in suo testamẽto. *l. nemo potest, ff. de leg. 1. l. testandi, C. de test. c. requisisti, & c. tua nos, extra eod. de testa.* Item in hæredibus ius accrescendi habet locum de necessitate, ergo per testatorem prohiberi non potest, *vt est gl. in l. seruus communis ab extero. ff. de acquir. hære.* Ad idem est bonus tex. *in l. si ita quis hæres institutus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. instit. & videtur de hoc esse gloss. relata ad tex. in l. quoties, C. de hæred. instit.* vbi testator instituit aliquem in certa re, vel certis rebus, & iussit illum esse contentum illa certa re, tamen si non habeat cohæredem vniuersalem, non obstante illa prohibitione testatoris, habebit vniuersam hæreditatem. Et istam opinionem, quod testator non possit etiam expresse prohibere ius accrescendi quo ad institutum in re certa, tenet Bald. post Dyn. *in l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus, ff. de hæred. instit. & in l. dominus, §. 1. ff. de vsufruct. & Baldus notabiliter in consilio 480. primæ partis, incipiente, Testator instituit extraneos.* Vbi dicit, quod filius, qui potest † querelare 7 testamentum patris, non potest expresse prohiberi per testatorem, quin habeat ius accrescendi in vniuerso, & de hoc dicit esse casum notabilem *in §. caterum, in authen vt cum de appella. cogno.* & subdit, quod ista est sua allegatio antiqua, & quod satis potest iri per ambages, sed ista est veritas secundum eum. *Idem per d. §. caterum, tenet Bald. in d. l. quoties, C. de hæredi. instit. & ibidem latius Salyc. in 6 quæstione, tenet cum d. opin. Dyn. idem Salyc. et. in l. vnica, in 8. quæst. C. quando non pe. partes.* Examinat etiam late Ange. *in consilio 148. incipiente, Dominus Quiricus in 3. & 4. colum.* licet ibi sub dubio relinquat, pro tunc non approbans, nec reprobans istam opinionem. Istud idem, quod testator non possit etiam expresse prohibere ius accrescendi in vniuersam hæreditatem quo ad institutum in re certa, *tenet Io. de Imo. in l. quoties, §. si duo. ff. de hæredi. institu. & latius in repetitione capitu. Raynutius, in 41. colum. & sex sequentibus, de testa. & plenius, quam alibi idem Ioan. de Imol. in repetitione dicta l. 1. § si ex fundo, in tribus chartis vltimis, & cum eo tranfit domi. Alexan. Imolensis in dicta l. quoties, in vltim. colum. C. de hæredi. instit. Ludouic. Roma. in dicta l vnica, C. quando non peten. partes. & ista videtur esse magis communis opinio. Ita attestatur domi. Alexan. in l. si quis priore in vlt. colum. ff. ad Trebellian.* Vnde à communi opinione non est in iudicando recedendum, secundum Bartol. & alios *in l. fin. C. de pœn. iudic. qui male iudicarunt.* Nam præsumitur per imperitiam iudicare qui recedit à communi sentẽtia, secundum dominum Alex. *in consilio 237 incipiente, Visis processibus circalites, in secunda colum. ad finem.* Confirmantur prædicta ad propositum casus nostri, quia si filia sit dotata & instituta in dote, & iussa plus non petere, filius autem masculus sit institutus in vniuersa hæreditate, † certe eo repudiante filia habebit totum per ius accrescendi, non obstante prohibitione testatoris. Ita dicunt se consuluisse Bald. & Ang. *in l. quoties, §. si duo, ff. de hæredi. instit. & Angel vbi etiam dicit se ita consuluisse in l. penult. ff. de iniusto rup. refert & sequitur Io. de Imo. in Commento cap Raynutius, in 47. colum. de testa.* Quinto principaliter pro ista parte facit tex. *in l si testamentum, C. de institu. & substitu.* vbi si testator instituat aliquem hæredem, non simpliciter, † sed secundum conditiones infrascriptas, li- 9 cet postea inferius nullas conditiones adscribat, tamen testamentum est validum, & voluntas testatoris dicitur esse perfecta, sicut quando testator reliquit vicos Reipublicæ, & dixit se inferius velle designare formam certaminis, quam singulis

annis ibi celebrari voluit, licet postea inferius illam formam non designat, tamen eius voluntas valet, & dicitur esse perfecta ratione voluntatis, *vt est tex. ibi, & in l. cum pater, §. fin. ff. de leg. 2.* Nam si esset imperfecta ratione voluntatis non completæ, certe testamentum in aliquo non valeret. *l. si is qui, ff. de testamen. & l. furiosum, C. qui testa. fa. poss.* Ita in proposito, licet testator dixerit, donec aliter prouiderit, prout infra dicetur, licet postea inferius nihil dixerit, tamen voluntas testatoris dicetur esse perfecta, & sic testamentum dicetur esse validum. *Ad idem facit tex. in l. 2. in princ. ff. de heredi. institu.* vbi si testator instituit aliquos hæredes ex partibus, quas infra ascripserit, vel sub conditione, si partes eis adscripserit: tamē si postea inferius nullas partes ascripsit, nihilominus valet institutio, & valet testamētum, & erunt hæredes ex æquis institutionibus. Ita ergo etiam erit in casu præsenti. ¶ Sexto facit: quia testator in vltimo testamento cassauit testamentum præcedens per ista formalia verba: item cassat, reuocat & annullat ex eius certa scientia, liberali-
10 que voluntate prædicta † testamenta, & alia quæcunque testamenta per eum hactenus facta, institutionesque hæredum, & substitutiones quascunque in eisdem testamentis descriptas, cum derogationibus in eisdem testamentis, si quæ sunt appositæ, etiam si de illis & tenore ipsorum oporteret facere mentionem specialem. Item adest clausula codicillaris, quo casu quando in secundo testamento inualido sunt apposita illa verba, cassans & irritans: item illa verba, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum: certe ista verba faciunt, vt secundum testamentum inualidum confirmetur per additionem venientium ab intestato: & sic primum testamentum redditur cassum & inualidum. Ita determinat Bart. *in l. si iure, ad finem, ff. de lega. 3. dominus Alexan. in consil. 37. incipiente, In causa mota per Angelum Simonis in 3. colum.* Vbi fortius tenet, quod etiam si isto casu non adeatur hæreditas per venientes ab intestato, tamen adhuc rūpatur præcedens testamentum: quia satis est, quod ex eo potuerit adire, licet actualiter non fuerit adita. *l. cum in secundo, ff. de iniust. rupt. l. pater filio, ff. de heredi. instit.* Et ita in proposito refert tenere Bal. Ange. Imol. & Rapha. Comen. *in l. sed si in conditione, §. fina. ff. de heredi. institu. Rapha. Comen. in repetitione l. si filius qui in potestate, in 26. col. ff. de liber. & posthum. Paulus de Castro in l. sancimus, C. de testamen.* Et licet testator in isto testamento non apposuerit formaliter prædictam clausulam codicillarem, tamen apposuit æquipollentem, quæ idem importat: quia dixit, quod hanc
11 suam vltimam voluntatem † voluit valere omni meliori via, modo, iure, & forma quibus testamenta & vltimæ voluntates de iure valere possunt: quod est idem, ac si clausula codicillaris esset apposita: secundum Bald. & Imol. *in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legatis secundo, per rationem illius tex. facit tex. in l. codicillis, §. fin. & quod ibi notat Bartolus & Imola in eodem titu. ff. de legatis secundo.* Imo fortius dicta clausula, quod dispositio valeat omni modo quo valere potest, operatur, quod intelligatur relictū titulo institutionis, quando talis titulus est necessarius. Ita notabiliter tenet Baldus *in l. quoties, in vlti. colum. C. de hared. instit. & sequitur Paul. de Castr. in consilio 347. incip. Super primo puncto, in penult. col. do. Alex. in l. nam quod. §. non omnis, ff. ad Trebel. & in 3. volu. consi. in consi. 112. incip. Post redditum consilium.* ¶ Septimo facit, nam in præsenti causa agitur de inualidando vltimo testamento, cui vltimo testamento lex multum fauet; † cum vltima voluntas testatoris sit at- 12
tendenda & obseruanda. *l. si mihi & tibi, §. in legatis, ff. de lega. 1. l. 3. §. fin. ff. de adi. leg. l. hac consultissima, § si quis autem, & l. sancimus, C. de testa. c. cum Martha. de celebratione missarum, gloss. notabilis in cap. 1. de constit. in 6.* Vnde in dubiis iudicandum est pro isto vltimo testamento, quod valeat. *l. si pars, ff. de inofficioso testa. c. fin. de re iudi.* Nam causa conseruationis testamenti
concernit † publicam vtilitatē. *l. vel negare, ff. quem-* 13
admodum testa. ape. & est tex. expressior de iure in l. Gallus, §. quid si is, in verb. vtilitate, & ibi Baldus ita notat. ff. de liber. & posthum. Item in dubio præsumitur † testa- 14
mentum valere & esse solenne, nisi probetur contrarium. *l. si post diuisionem, & ibi glo. in verb. posse. & ibi Bartolus in fine notat. C. de iur. & fac. igno. Bartolus in l. 1. C. de iura. calum.* Item in dubiis opinionibus † doct. 15
tenenda est in iudicando illa opinio, quæ sustinet vltimam voluntatem defuncti: secundum Rapha. Fulgo. *in consilio 90. incipiente, In quæstione Ioannis, circa 3. colum. per tex. notab. in d. cap. fin. de re iudic. & in l. si pars. Imol. fortius tenet dom. And. Barbati. in consil. 6. incipiente, Scriptum est præclare primo regum in 2. colum.* quod opinio vnius solius excelsi doctoris, quæ sit pro testamento, seu vltima voluntate, præualet, & sequenda est in iudicando contra communem opinionem: motus per simile de matrimonio, vbi in iudicando statur opinioni vnius doctoris, vel minoris partis contra communem opinionem: *secundum Hostien. in cap. si vir. de cogna spi.* quod ibi sequitur & exclamat dominus Abbas *in dicto cap. fin. in 2. notabili, de re iudi. Imol. in l. 1. in 3. colum. ff. solut. matrim.* & quantum ad præsens propositum causa matrimonii & causa testamenti æquiparantur. *d. cap. fina. de re iudi.* ¶ Octauo facit; quia isti agnati, qui volunt excludere istam filiam vnicam testatoris, sunt
agnati † transuersales, & consequenter extranei. §. 16
1. instit. de here. qua. & diff. l. vnica, §. extraneum, C. de rei vxo. acti. Vnde per eos excludere filiam propriam & vnicam testatoris, quæ est sua hæres ab intestato. *l. in suis, ff. de libe. & posthum. l. quod de bonis, §. 1. ff. de Carb. edic.* & quam testator vidit & cognouit, & sic dilectionem paternam erga eam habuit. *l. qui filiabus, in princ. ff. de legatis primo, & l. si cum vel in vtero. C. de testamento militari.* profecto nemo iudex sani capitis verisimiliter vnquam iudicabit contra dictam filiam infantem, vt eam excludat per agnatos transuersales. Rationabile enim dictum debet ita mouere iudicem ad iudicandum, † sicut lex. Cum lex 17
sit omne illud quod ratione consistit: secundum And. de Isern. *in proœmio feudorum, in vlti. colum. facit solennis tex. in l. scire oportet, §. sufficit. & ibi notat Bal. ff. de excu. tuto. glo. in c. consuetudo, 1. distin.* Item in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est quam tutius. Ita dicit egregius tex. *in l. proxime, in princip. ante medium, ff. de his quæ in testa. delen.* ¶ Nono facit; quia testator post illud vltimum testamētum superuixit per tres menses. Vnde si voluisset alios sibi esse hæredes, vel substitutos, † quam filiam suam vnicam, istud ordinasset & 18

expres-

expressisset. *l.3.C.de inoffic.testa.* quod cum non fecerit, & prætermiserit, creditur contrarium voluisse. *l.vnica, §.sin autem ad deficientis. C.de cadu.tol.cap.inter corporalia, de transla.præla.* Nam illud quod testator non loquitur, non præsumitur etiam velle. *ita notat Bal in dicta l.vnica.§.vbi autem, in penult.colum.* Sicut enim secundum eum voces sunt notæ opinionum & voluntatum nostrarum, vt dicunt Aristoteles & Boetius, ita econtrario, non voces non sunt notæ alicuius intentionis animæ, secundum eum. ¶ Decimo facit; quia si testator tempore, quo fecit vltimum testamentum, quo tempore iam erat sibi nata dicta filia vnica, fuisset interrogatus, an vellet eã excludi ab vniuersali successione sua per agnatos transuersales, verisimiliter respondisset quod
19 non †: ergo illud habendum est pro dispositio: *per glo. in l.tale pactum, §. fin. ff. de pac. facit. l.fi. C.de posthu. hæred.instit. & in l. Titius, §. Lucius, ff. de libe. & posthu. & tex. notabilis in l.cum ex pluribus, in princi. in verficu. quod verisimile videtur, ff. de solu. & in l.cum res, in versic. 1. ff. de lega.1.* præsertim in Gallia, & Delphinatu, vbi filiæ fœminæ ita succedunt etiam in feudis sicut masculi, *iuxta l.maximum vitium. C.de libe.præte.* Item qui etiam ecclesiam vult instituere, & filiam pro-
20 priam exhæredare † alium quærat pro consilio, q̃ diuum Augustinum. *ita dicit tex.17.q.4.c.fi.gloss.in l. si quis ad declinandum, circa principium. C.de episc.op. & cleric. & in l.Papi.§.fin.ff.de inoffi.testa.* ¶ Ita sunt in effectu & in substantia principaliora, & vrgentiora fundamenta, quæ pro ista filia infante adduci posse
a videantur. Sed præmissis[a] non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure prævalere ex infrascriptis fundamẽtis, ex quibus apparebit cessare, & resoluta esse in oppositum adducta. In pri-
21 mis moueor, quia † istud vltimum testamentum est ipso iure nullum ex multiplici capite, ergo non potest tollere testamentum præcedens, quod erat perfectum, & solenne. *§.posteriore, insti.quib.mo.testa. infir. & l.sancimus, C.de testa.* Ergo remanebit præcedens testamentum validum, in quo sunt instituti hæredes vniuersales quidam agnati testatoris, & illud erit exequutioni demandandum. Nam istud vltimum testamentum est in primis nullum ratione voluntatis testatoris imperfectæ, quia testator non perfecit suam illam vltimam voluntatẽ, prout deliberauerat, & prout expresserat, quia postquam in casu, qui euenit, instituit filiam posthumam hæredem particularem in duodecim mille libris Turonensibus, semel tantum pro omni iure, parte, & portione, & reliquit, eam vsufructuariam omniũ bonorum quorumcunque vita eius naturali duntaxat durante, donec aliter prouiderit, prout infra dicetur. Itẽ & casu quo filii masculi vnus, vel plures sibi nascerentur, & decederent quandocunque sine liberis, quod dicta filia similiter esset vsufructuaria omnium bonorum suorum in eius vita naturali duntaxat, donec aliter prouiderit idem d. testator quo ad substitutionem aliorum hæredum, post tamen mortẽ dn. Aloysiæ eius vxoris. ita formaliter cantant verba formalia istius vltimi testamenti, & sic testator expressit, quod volebat facere alios substitutos, qui essent hæredes vniuersales in casu occurrenti: Ergo cum istud postea non fecerit, istud vltimum testamentum est imperfectũ ratione voluntatis eius imperfectæ, quia magis dicitur cœpisse facere testamentũ, † quam illud perfe- 22
ciisse, aut complesse, ergo est ipso iure nullum, etiam quo ad ipsam filiam prius nominatam, & instítutam hæredem particularem, & consequenter non potest tollere præcedens testamentum, *vt in iuribus supra proxime allegatis. & de hoc est tex. formalis, qui in specie decidit præsentem casum, in l.si is qui, ff. de testa.* Vbi dicit tex. quod si testator nũcupatis primis hæredibus, priusquam secundos hæredes exprimeret, obmutuerit, magis dicitur cœpisse facere testamẽtum q̃ fecisse, & ideo primi hæredes ex illo testamento non erunt hæredes, si constet testatorẽ voluisse plures hæredes facere, & ita formaliter contigit in casu nostro. Vnde † cum habeamus casum 23
legis expressum, nulla amplius dubitatio relinquitur. *l.ancilla, vbi Bar. & alij not ant. C.de fur. l.sacrilegij. C. de cri.sacri.* forma enim substantialis & essentialis testamenti videtur concludi in puncto †indiuisibili, 24
& sic in vltima litera scripturæ testamẽti, vt notant Bal. Ioan. de Imol. & Raph. Comen. *in d.l.si is qui, per illum tex.* Item testamentũ est indiuiduũ, † vnde qui 25
partem indiuidui fecit, nihil fecisse censetur. *l.furiosum. & ibi gl. Bar. & Doct. C.qui testa.fa.pos.* Nam nihil dicitur factũ, cum quid supereſt ad agendum. *l. cum Syllanianũ, ad fin. C.de his quib.vt indig.* Et sic quotiescunq; apparet testatorem voluisse alia disponere, certe illud testamentũ imperfectum quo ad voluntatem non completam non valet etiam quo ad dispositа. *d.l.si is qui, & l.ex ea. ff. de test. & l. fideicommissa, §. quoties, ff. de leg.3. & l.cum qui. §. fi. ff. de his quib. vt indignis, & declarat Ang. de Are. in §. ex eo. circa fin. insti. quib mod. testa. infir.* Item testamentum dicitur esse perfecta & cõpleta dispositio de eo, quod testator ordinare disposuit, *vt declarant Bar. & alij, l.1. per illum tex. in verb. iusta, ff. de testa.* Ergo in casu præsenti istud vltimum testamentum non dicitur perfectũ, sed fuisse in fieri, sicut etiam contractus dicit̃ fuisse perfectus, quando partes illum habuerũt pro perfecto & absoluto. *l.contractus, C.de fide instr. Bart in l. iurisgentium, §. quinimo, ff. de pact.* non autem dicitur contractus esse perfectus, donec ambulat & est in fieri, ergo multo fortius testamentum non dicitur esse perfectum, & completum, donec adhuc est in fieri, & donec adhuc ambulat, cum vltima voluntas semper sit ambulatoria vsque ad vltimum vitæ exitum. *l.cum hic status, §. ait oratio. ff de do. inter vir. & vxo. c.cum Martha. de celeb. mis.* Bene facit, quod alibi dicit Bal. *in d.l contractus, in secunda col.* actum tunc dici esse conclusum, † quando cõstat de perfectio- 26
ne respectu voluntatis cõclusiue, quia esse nascitur ex perfectione, & quia esse stat in conclusione, secundum eum. *facit tex. in l.si voluntate. C.de rescin. vendit.* quem Bal. ibi notat & dicit esse meliorẽ de iure, quod in contractibus sola conclusio attenditur, quia sola conclusio dicitur esse perfectio contractus. Alibi est glo. *valde notabilis in l. eleganter, in princ. in ver. puto, ff. de cond. inde.* quæ vult, quod testis, qui interfuit tractatui, & non conclusioni actus, non probat. *& illam glos. ad hoc reputat notabilem Bal. in cap. fin. in vlt. col de iura. calum.* Alibi dicit idem Bald. *in l.1. circa prin. ff. de testa.* quod † in testamento requiritur 27
de necessitate quadruplex perfectio. Vna est perfectio in materia, quæ est, vt voluntas testatoris sit

completa & perfecte enunciata, *d.l. si iu qui, & l. ex ea, ff. de testa.* Secunda perfectio est in forma substantiali, quæ consistit in institutione hæredis, sine qua testamentum consistere non potest. *§. ante hæredis, institu. de lega.* Tertia perfectio est in solennitate legali. *l. codicillis, §. fin. ff. de leg. 2.* Quarta perfectio est quo ad confirmationem, quæ est duplex, vt ibi per eum. Præterea, ex quo testamentum istud vltimum non habuit perfectionem voluntatis testatoris, etiam ratione naturali, non potest in aliquo consistere, ex quo non apparet de absoluta & expedita voluntate disponentis, *d.l. contractus*, quia nil dicitur esse actum, cum quid supereſt ad agendum, vt supra fuit dictum. *facit tex. in c. 1. in verb. perfecerint, de succes. ab intest. secundum dom. Abba. in consil. 112. incipiente, casus in facto sic proponitur. & in 2. volum. consi. 105.* ¶ Secundo ad idem facit, quod in fortioribus terminis tenent Paul. de Castr. & dom. Francis. de Are. *in d.l. si iu qui.* vbi ad ampliationem illius legis quærunt, quid si testator iam fecerat institutiones, & substitutiones, in quibus consistit substantia testamenti, & erat facturus aliqua legata, & antequam illa compleret, morte præuentus nō fecit? quidam antiqui tenebant, quod tale testamentum tunc valeret quo ad hæredes institutos, & quo ad substitutos, quia essentia testamenti consistit in hæredis institutione, & testamentum potest valere absque legatis, secundum glo. *in l. hæredes palam, in princ. ff. de testa.* Contrarium tamen est verius secun-
28 dum eos, postquam testator non habuerat † adhuc testamentum pro perfecto & absoluto, quia forte post omnia legata facta testator adiecisset conditionem, vel modum circa institutiones & substitutiones iam factas. Ad idem bene facit, secundum dom. Franc. de Are *in d l. si iu qui, in princi.* vbi est tex. quod si testator instituit hæredes in primo gradu, volens postea facere substitutos, quos non fecit, non valebit etiam institutio facta in primo gradu, & tamen certum est, quod testamentum potest stare sine substitutione, sicut sine legatis. & istam sententiam secundum eum etiam expresse sentit Bartol. ibi, dum ponit exemplum de contractu & instrumento notarii, in quo continebatur, quod Titius vendiderat rem pro centum Sempronio, cum infrascriptis pactis, & modis, si postea pacta illa nō
b sint inserta, contractus tanquam imperfectus non valebit. ¶ Tertio ad idem, [b] quod istud vltimum testamētum dicatur esse imperfectum ratione voluntatis testatoris, & consequenter in nihilo valeat, facit, quod in simili consuluit Paul. de Cast. *in consi. 365. incip. Visa facti narratione.* Vbi consuluit in testatore, qui audita scriptura notarii, in qua tota eius dispositio & voluntas ad pias causas contine-
29 batur, † & maxime hæredis institutio de pia causa, dixit sibi eam placere, & ita disponere prout in illa scriptura continebatur, & aliqua addi fecit, ex quibus apparebat quod eam habuit [p] perfecta & absoluta, & quod nihil amplius volebat addere, *argum. l. tribunus, §. fin. ff. de testam. mili. & l. alumna. §. qui filias, in fi. ff. de adi. lega.* Et istud totum probatur per duos testes qui fuerunt præsentes, & sufficiunt in testamento ad pias causas. *cap. cum esses, & cap. relatum, de testam.* & ita respondit ad interrogationem notarii articulate loquendo, & existens sanæ mentis, se ita velle, sed subiunxit, quod volebat differre vsque ad vesperas. Consuluit signanter Paul. de Castro, quod tale testamentum nihil valeat, & quod dicatur intestatus decessisse, non obstante [p] primo dixerit sibi placere illud, quod in scriptura eidem lecta continebatur, & quod ita faciebat & disponebat: ex quo postea subiunxit, [p] volebat differre vsq; ad vesperas, & deinde nulla alia dispositio subsequuta fuit; quia secundum eum non est verū, quod per prima verba dispositio fuerit perfecta. Nam licet fuerit apta ad faciendum dispositionem perfectam ad pias causas, tamen non fecit: quia ex sequentibus apparet, quod testator hoc nō voluit, ex quo cōtulit dispositionem in aliud tempus: ex quo apparet quod non habuit illam dispositionē pro perfecta, sed potius fuit quædam præparatio ad testamentum, quam quod fuerit testamentum: vt ibi notatur per eum. Quanto fortius in casu præsenti dicemus istud vltimum testamentum non fuisse perfectum ratione voluntatis, ex quo testator non aliter prouidit de eo, quod infra se dicturū significauit: nec etiam postea fecit substitutiones aliorum hęredum, quas se facturum dixit, ita quod ex verbis propriis testatoris liquido apparet de imperfectione voluntatis eius. ¶ Quarto ad confirmationem [c] prædictorum facit, quod [c] in simili decidit Old. Laud. *in consi. 119. incipiente, Titius condidit testamentum, vbi consuluit in tali casu.* Quidam cū esset corpore infirmus vocauit ad se duos testes, & in eorum præsentia fecit scribi per quendam clericū quædam legata ad pias causas, & quod in aliis suis bonis instituebat hæredes pauperes Christi. & ita in præsentia dictorum testium manifestauit prædicta, sed subiunxit, quod illa volebat per vnum notariū in publicam formam redigi. & ita hoc facto, antequam postea haberetur notarius mortuus est. Fuit reuocatum in dubium, vtrum illud testamentum esset validum & perfectum. videbatur quod sic, ex quo illa voluntas fuit in scriptis redacta per illum clericum coram duobus testibus, qui sufficiunt in dispositione ad pias causas. *c. cum esses, & c. relatum, de testa. l. diuus. ff. de testam. mili.* Contrarium consuluit Oldra. Lauden. quod per testes supradictos non possit probari testamentum, † sed 30
quædam enunciatio verborum redigenda postea in testamentum. sicut in simili videmus, quod scriptura, quam iudex habet antea formare, & demum recitare, non est sententia, sed quædam præparatio ad sententiam. *l. 2. C. de senten. ex breuicul. reci.* Ita nec hoc casu videtur fuisse testamentum, sed quædam præparatio postea redigēda in testamentum, arguendo de sententia ad testamentum: *iuxta l. 1. ff. de testamen. facit l. seruus, ff. de manumiss.* & sic videtur potius se parasse ad faciendum testamentum quam fecisse. *d.l. si iu qui, ff. de testam.* & sic non obstat d. cap. cum esles, & cap. relatum. quia in illis iuribus constabat per duos testes factum fuisse testamentum, quod non est in quæstione prædicta. Illam decisionem Oldradi formaliter refert & sequitur Ioan. And. *in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. compendiose, in verficu. qui si prius fecit testamentum, in vltim. colum. ibi, sed fuit quæstio de facto. Eam etiam refert & sequitur Petrus de Anch. in d. c. cum esses. & ibid. in Io. de Imo. in 8. q.* Vnde ponderetur, quod in prædicta

decisio-

decisione testamentum cõditum ad pias causas dicitur esse imperfectum & inualidum ex eo solo, q̃ testator volebat illam suam vltimam voluntatem ad pias causas scriptam per illum clericum, & manifestatam coram duobus testibus, debere postea redigi in scripturam publicam per notarium, hoc postea non subsequuto illa dispositio nihil valet, etiam ad pias causas, & dicitur esse imperfecta, quamuis alia solennitas in tali testamento ad pias causas alias non requireretur. Quarto fortius in casu præsenti istud testamentum vltimum dicetur esse imperfectum. & sic in totum inualidum, ex quo testator dixit, se postea prouisurum, vt infra dicetur, & se facturum substitutiones aliorum hæredum, quas postea non fecit, cum maior sit imperfectio ratione voluntatis testatoris non completæ, vt in casu nostro, quam ratione solennitatis prætermissæ: *vt in casu Oldradi: vt per Bartol. & docto. in d.l.si is qui, ff. de testamen. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* ¶ Quinto facit, quia etiam testamentum patris conditum inter liberos, si sit
31 imperfectum ratione voluntatis non † completæ, d non valet, nec tenet, [d] *vt est gloss. in d.l.si is qui. & ibi Barto. & alij, ff. de testam. glo. in l. fin in glo. parua, in verb. impletum, & ibi Barto. & Bal. C. fam. ercis. Barto. Albe. de Rosa. & Ange. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testamen. Ange. de Are. in §. ex eo autem, insti. quibus modis testam infir. & notabiliter dom. Abbas in consilio 212. incipiente Casus in facto sic proponitur.* Et ratio est; quia in testamento condito à patre inter liberos, licet non attendantur dispositiones iuris ciuilis, & consequenter nec solennitates testamentorum; quia illæ sunt adinuentæ de iure ciuili: tamen bene attendimus ius gentium, & sic an voluntas patris sit perfecta vel non. Sic etiam dicimus in testamento militis, in quo licet non attendatur ius ciuile, & sic non attendantur solennitates testamentorum adinuentæ à iure ciuili. *l. 1. ff. de testam. mil.* tamen bene attenditur ius gentium: & ideo etiam testamentum militis si sit imperfectum ratione voluntatis e non completæ nihil valet. [e] *l. Lucius, & ibi Bartol. ad* f *hoc notat. ff. de testam. mil.* Idem etiam [f] in dispositione ad pias causas: quia si testamentum sit imperfectum ratione voluntatis testatoris non completæ, nihil valet: secundum Bald. *in l. ex ea. ff. de testamen. & in repetitione l. 1. ad fin. C. de sacrosanct. eccles.* ¶ Sexto facit: quia quando testamentum est imperfectum ratione voluntatis testatoris non completæ, ne-
32 dum non valet, nec tenet in aliquo, † vt in superioribus late fuit dictum, imo nihil probat etiam inter liberos. ita notabiliter tenet Barto. *in l. fin. C. famil. ercisc. per gloss. ibi in verb. impletum. quam ad hoc reputat multũ notabilem.* Et ita limitatur regula, quæ habet, quod per testamentum inualidum, vel irri-
g tatum, tamen probatur voluntas testatoris. *g l. si. & ibi Barto. ff. de reb. eo. Bart. in l. gerit, in 5. colum. in versicu. circa secundum principale, ff. de acquiren. hære. & in l. 2. §. 1. ff. quemad. testam. ape. Bal. in l. 2. per illum tex. C. de confirmando tuto.* Nam procedit, quando testamentum redditur inualidum, vel irritatum ratione solennitatis omissæ, secus si sit nullum ratione voluntatis testatoris imperfectæ: quia tunc nihil probat etiam inter liberos, vt prædixi: quamuis aliter videatur sensisse idem Barto. *in l. in testamento, per illum tex. ff. de fideicommiss. liber.* Facit, quod in simili dicimus in examinatione testis, † quæ si non sit completa 33
& perfecta, nihil probat. *eap. per tuas, de testi. iuncta l. in ciuile, ff. de legib. secundum Guliel. de Cug. & Ange. in l. veluti, ff. de eden. & ibi Bal. in lectura antiqua, dom. Alex. in consilio 429. incipiente, Etsi celeberrime doctor, in penul. colum.* ¶ Septimo facit, quia quando testamentum est inualidum ratione voluntatis testatoris imperfectæ, tunc etiam clausula codicillaris, vel æquipollens in eo apposita nihil valet. † & nihil opera- 34
retur. [h] *l. ex ea scriptura. & ibi Bal. Raph. Comen. & Paul.* h *de Castr. ad hoc notant. ff. de testa. l. fideicommissa. §. quoties, ff. de leg 3. Barto. in l. 1. in 4. q. ff. de iure codicillorum, Bald. in leg. fin. in 4. col. C. eo. Paul. de Castr. in d.l. si is qui, in princip. Nec ad hoc obstat text. in d.l. fin. circa medium, in §. illud quoque. C. de codicil.* quia procedit, quando voluntas testatoris est imperfecta ratione alicuius solennitatis: *secundum Barto. in dicta l. 1. in 4. quæstione. & Bal. in dicta l. fin. in 4. col.* ¶ Octauo facit, [i] quod i
tenet Bart. *in l. quoties, §. tantundem, per illum text. ff. de hæred. instit.* vbi tenet, quod quando testator destinauit adiicere conditionem testamento, † & hoc 35
expressit, & postea quando venit ad actum testandi per errorem omisit, tum vitiatur testamentum: vt est ibi casus. & simile, secundum eum, est in contractibus: *per l. ita stipulatus, magna, in princi. ff. de verborum oblig.* & ratio apparet secundum eum; quia ex quo testator destinauit facere conditionalem institutionem, si postea non fecit, errauit in substantia institutionis, per consequens nihil valet. *l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. obliga.* quanto fortius istud procedit in casu præsenti, in quo testator destinauit, & expressit se facturum substitutiones hæredum, quæ sunt conditionales institutiones. *l. in ratione, §. incertæ, ff. ad leg. Falcid. glo. & moder in rubrica. ff. de vulga. & pupilla.* Ergo cum non fecerit, errauit in substantia dispositionis, quæ etiam fuit imperfecta: & tale testamentũ redditur in totum ipso iure nullum. ¶ Nono istud vltimum testamentum ex alio capite redditur ipso iure nullum; quia in casu euenienti, vbi solum est nata filia † fœmina, 36
non adest institutio hæredis vniuersalis: & sic deficit caput testamenti, & sic fundamentum, & consequenter testamentum ipso iure annullatur: *vt dicit tex. in §. ante hæredis, insti. de leg.* Non enim potest testamentum valere, quod hæredem vniuersalem non habet. *ita dicit tex. in l. proxime, post medium, ff. de his, quæ in testa. delen.* Item tabulæ testamenti non intelliguntur, in quibus hæres scriptus non est *ita dicit tex. in l. fin. ff. de iure codi.* Item non potest dici testamentum, vbi deficit institutio hæredis, *l. non codicillum, C. de testa.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod filia posthuma instituta in re particulari, non dato alio cohærede vniuersali, detracta mentione rei, censeatur esse hæres vniuersalis, † & sic sibi accre- 37
scat vniuersa hæreditas: quia istud non potest dici in casu præsenti ex pluribus infra statim successiue deducendis: præsertim quia testator expresse prohibuit tale ius accrescendi. vt statim infra deducetur. Item quia stante dispositione testatoris, prout stat, & stantibus verbis vltimi testamenti, prout iacent, impossibile est de iure, q̃ habeat locũ ius accrescẽdi, vt infra proxime per multa aperte deducetur. ¶ Decimo istud vltimũ testamentum ex alio

capite redditur ipso iure nullum: quia ex quo testator in casu occurrenti instituit filiam posthumam hæredem particularem in certa summa semel tantum præstanda, pro omni iure, parte, & portione ad eam spectante, & sic in effectu prohibuit ius
38 accrescendi, † & alium hæredem vniuersalem non fecit: certe tale testamentum non valet: *secundum Bart. in l. si quis priore, ad fin. per illum tex. quem sic intelligit. ff. ad Trebel & idem Bartol. vbi plenius idem firmat in consi. 177. incip. Mathiolus Gratioli.* & ratio est: quia tũc voluntas testatoris manifestissime refragatur, vt ius accrescendi non competat huic filiæ institutæ in re certa. *l. quoties, §. si duo, ff. de hæred. instit.* Et quod isto casu testator intelligatur prohibuisse ius accre-
k scendi, [k] & quod istud facere potuerit, firmat ibid. Bart. *per illum tex.* Item & per rationem; quia ex talibus verbis testatoris colligitur perplexitas, seu repugnantia, ideo institutio & sic testamẽtum vitiatur: *vt l. si Titius, ff. de condit. institutio. iuncta l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* mouetur etiam ibidem Barto. per quædam alia, de quibus ibi latius per eum. Item etiam tenet Bart. *in consi. 156. incipiente, Titius fecit testamentum.* Idem tenet Albe. de Rosate magnus practicus *in l. seruo manumisso, ff. de condi. indebi.* vbi dicit, quod istam quæstionem habuit de facto. Ita etiam tenet Bald. *in l vnica, in 6. colum. etiam in 9. quæstione, C. quando non pe. par. & in repetitione l. in suis, in vltima charta, in 7. quæstione, ff. de posthu. & in dict. l. quoties, §. si duo.* Ange. notabiliter *in l. penult. ff. de iniusto testa. & in d. l. si quis priore, & in l. sed si plures, §. si ex asse, ff. de vulg. & pupil. & in l. si posthumus, in princ. ff. de libe. & posthu. & in l. 1. C. de testa. mili. & in consil. 204. incip. Quidam Bartholomæus habuit filium, in 2. col. Idem tenet Ioan. de Imol. in c. 1. in vlt. col. de testa.* Ita etiam tenet Paul. de Castr. *in l. quoties, C. de hæred. instit. & in d. l. si posthumus, ad finem princip. ff. de liber. & posthum. & in d. l. quoties, §. si duo.* & ista opinio Barto. videtur esse magis communis, quod testator per talia verba intelligatur prohibuisse ius accrescendi, & quod potuerit prohibere: quamuis dominus Alexan. *in d. l. si quis priore.* dixerit contrariam opinionem Dyn. videri magis communem, & non bene dixisse videtur, vt patet ex prædictis: cum illa dicatur esse magis communis o-
39 pinio † quæ plurium Doctorum testimonio confirmatur. *l. 2. in vers. & sane crebrior apud veteres opinio est, & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de offi. quæsto. & tex. in l. diui fratres, post medium, in verb. plurium iuris authorum, ff. de iure patro. & tex. in cap. nouimus, in verb. opinio à pluribus approbata. & ibi domi. Anton. & Abbas ad hoc notant, de verb. signif. & tex. in c. de induciis, in verb. in quo plurimi concordant, 3. quæst. 3. gloss. de pœniten. dist. 1. in c. fin. dom. Alexan. in consi. 237. incipiente, Visis processibus circa lites, in 2. col. in fine, & in consil. 492. incipiente, Videretur prima fronte dicendum præcedens testamentum, in 5. col.* Item ex quo Barto. vbique & in lectura, & in consiliis semper tenuit istam opinionem, durum esset
40 ab ea in iudicando recedere, cum in † opinione
l Bart. semper esse soleat substantia veritatis: [l] secundum Ludouic. Roma. *in consilio 469. incipiente, Quo ad primum propositæ consultationis articulum.* item Bartol. doctor excellentissimus raro à semita veritatis & æquitatis iudicatur aberrasse: secundum domin. Abba. *in consilio 180. incipiente, In quæstione, quæ ad præsens vertitur inter dom. Floridam, in 3. col. & tanto magis cum istam opinionem Barto. sequantur tot præstantes docto. supra proxime relati:* ita quod iudicari debet magis communis opinio: cum à pluribus Doctoribus insignibus sit approbata, vt prædixi, & in iudicando non est à communi opinione recedendum, *vt in superioribus dixi.* ¶ Vndecimo facit: [m] quia etiam m
tenendo opinionem Dyn. & sequaciũ contra Bar. quod testator in instituto in re certa non possit prohibere ius accrescendi in vniuersum: quæ opinio principaliter fundatur super tex. *l. si quis ita hæres institutus fuerit excepto fundo: ff. de hæred. institu.* Nam istæ opiniones possunt optime concordari, considerando duos casus principales, qui faciũt ad præ-
sens propositum, † aliquando enim institutio est 41
vniuersalis, & exceptio particularis: puta instituitur Titius in vniuersa hæreditate excepto fundo, & tunc prævalet institutio, & exceptio nihil operatur, & habetur pro non facta, quia causa testati vniuersalis, quæ est potentior & dignior, trahit ad se causam intestati: & sic institutus vniuersalis non obstante prohibitione habebit illũ fundum. & in istis terminis proprie loquitur text. *in d. l. si ita quis hæres institutus fuerit excepto fundo.* aliquando & secundo institutio fuit facta in certa re, & sic particularis, exceptio vero seu prohibitio fuit in vniuerso: puta instituitur aliquis in certa re, vel quantitate, & prohibetur ne plus petere possit, & tunc exceptio, seu prohibitio vniuersalis velut potentior prævalet, & trahit ad se causam intestati, & ita loquitur tex. *in l. quoties, § si duo, ff. de hæredi. institu. Istam notabilem doctrinam tradit Ang. in d. l. penult. ff. de iniust. rupt. & in l. posthumus, in princ. ff. de libe. & posthu. & in l. sed si plures, §. si ex asse. ff. de vulg. & pupil. sequitur Paul. de Castr. in d. l quoties, §. si duo. & Ioan. de Imo. in c. 1. in vlt. colum. de testa. vbi dicit, quod ista opinio Ang. est rationabilis, quicquid tenuerit idem Imo. in repetitione dicta l. §. si ex fundo, & in repetitione dicti cap. Raynutius.* ista distinctio Ange. æqua & rationabilis sequenda est in iudicando, cum reducat opiniones ad concordiam. *l. qua ratione, §. interdum, ff. de acquir. re. do.* Confirmatur ista doctrina; [n] quia quando præcedit institutio n
vniuersalis, deinde exceptio, vel prohibitio est particularis, certe ista † exceptio est contra substantia- 42
lia institutionis, q̃ est, vt quis sit hæres in vniuerso: vnde ista exceptio debet vitiari. *l. cũ precario, ff. de preca. secus est in casu econtrario. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus, ff. de hære. instit. Istam differentiam facit Bartolus in l. vbi ita donatur, ff. de dona. cauſ. mor. & Raph. Comen. in d. l. quoties, §. si duo.* Præterea, quando testator instituit hæredem vniuersalem excepta re, certe ipsa vniuersalis institutio de necessitate trahit ad se illam rem particularem propter necessariam significationem vniuersitatis, nõ coarctabilem nec exclusibilem ab aliqua re. *l. ius nostrum, ff. de regulis iuris.* secus est in casu contrario. Modo in proposito nostro institutio filiæ posthumæ infantis fuit particularis de certa summa, vel quantitate, prohibitio autem & exceptio fuit vniuersalis, pro omni eius iure, parte, & portione, & sic effectualiter fuit prohibita, ne posset plus petere: ergo prohibitio, quæ fuit vniuersalis, & sic potentior, trahet ad se causam testati, vt sic non possit dici ex testamento hæres vniuersalis. & consequenter istud testamentum vltimum redditur nullum, cum in eo

deficiat

deficiat caput & fundamentum, scilicet institutio hæredis vniuersalis, vt supra dixi in nono fundamento. ¶Duodecimo pro ista parte multum me
43 mouet. Nam † ad hoc vt institutus, vel substitutus in re certa, nullo dato cohærede vniuersali, habeat vniuersum ius accrescendi, requiritur, quod talis institutio, vel substitutio in re certa sit facta per verba directa ciuilia, & per talia verba, per quæ appareat testatorem dedisse licentiam instituto, vel substituto capiendi bona propria authoritate, alias secus esset: quia tunc institutio, vel substitutio certæ rei non traheretur ad vniuersam hæreditatem.
o Ita notabiliter limitat o & declarat Bar. *in l. centurio. ff. de vulg. & pup. in duobus locis, in prima q. principali, in vers. quid si testator substituit aliquem sub compendio, quæ est circa principium secundæ chartæ, & in pe. charta, ad fin. in vers. quæro vlterius, quid si substitutio compendiosa fuit in re certa. & pro ista doctrina est bonus tex. & melior de iure in l. Lucius. §. filiam ff. de leg. 2. quem ita ibi allegauit do. Franc. de Are. in pen. col. Idem tenet Bal. in le. precibus. ad fi. & in l. humanitatis. in 4. q. principali. C. de imp. & aliis subst. Ang. in l. nam quod. §. fin. ff. ad Treb. Ang. & Imol. in l. 1. §. si ex fundo. in 6. col. ff. de her. inst. Lud. Rom. in consi. 58. incipiente, Visis narratis in puncto. & in consi. 200. incipiente, Quia Valerinus testator. do. Alex. in con. 44. incipiente, Habita super his, de quib. dubitari contingit. in 7. col. ad fi. & prin. sequentis.* Sed in casu præsenti institutio particularis facta de ista filia infante non fuit facta per talia verba, per quæ appareat testatorem ei dedisse licentiam capiendi vniuersa bona propria authoritate: imo est totum oppositum; quia respectu vniuersalitatis bonorum eam reliquit solum vsufructuariam omnium bonorum suorum, & sic non posset propria authoritate eapere. *l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. quo. leg.* Ergo institutio ista certæ summæ non trahetur ad vniuersum, cum respectu vniuersi non sint verba directa attribuentia potestatem eapiendi propria authoritate. ¶Tertiodecimo bene facit; quia testator in vltimo testamento voluit istam filiam infantem esse vsufructuariam omnium bonorum suorum, ergo noluit, quod esset hæres vniuersalis. Istud autem continet
44 in se contrarietatem † & perplexitatē, ergo dispositio vitiatur. *l. si Titius. ff. de cond. inst. l. vbi repugnantia. ff. de re. iur.* quia si esset hæres, certe pleno iure esset domina. *§. pen. inst. de hær. qua. & diffe.* Ergo non posset esse vsufructuaria. *l. vti frui ff. de vsufr. le. in re communi. in prin. ff. de seruit. rust. præ. l. cum fundum. ff. de iur. dot.* Ergo etiam ex isto capite perplexitatis & contrarietatis vitiatur institutio, & sic testamentum redditur nullum: quia impossibile est, quod sit hæres ex vniuerso per ius accrescendi, & quod solum habeat vsumfructum omnium bonorum. ¶Quartodecimo facit; quia testator voluit, quod ista filia posthuma in casu, qui euenit, haberet solum vsumfructum omnium bonorum suorum durāte duntaxat eius vita naturali, ergo solum pro parte tem-
45 poris. Nam dictio, *duntaxat*, † taxatiua est exclusiua
p alterius temporis p *gl. in l. rationes. C. de proba. & in cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. poss. & proprie.* & sic testator videtur fecisse institutionem temporalem, seu
46 causam † testamenti temporalem, quod non permittitur, *d. l. ius nostrum. ff de reg. iur.* Item prohibuit, ne vltra eius vitam naturalem haberet vsumfructum nec alium hæredem fecit, ergo institutio redditur nulla: q secundum Bar. *in leg. hæreditas ex die. in fine. ff. de hæred. insti. & licet in hoc vltimo Bal. & Saly. tenuerint contrarium in l. extraneum. C. de hær. insti.* tamen eorum opinio non posset procedere in casu præsenti; quia multa specialia concurrerent in casu isto, si vellemus tenere, quod ista filia debeat esse hæres ex vniuerso: quia alias testamentum vltimum non valeret. In primis oporteret detrahere mentionē certæ summæ, vel quantitatis, in qua est particulariter instituta. Item oporteret subducere vitium tēporis, in quo est relicta vsufructuaria omnium bonorum. Item oportet, quod vsufructus relictus resolueretur in proprietatem contra expressam voluntatem testatoris, quæ prædominatur, & seruāda est. *l. in conditionib. primū locum obtinet. in prin. ff. de cond. & demonst. l. 3. ad fi. C. de li. præt. & l. cum quæstio. C. de l.* Sed ista multiplicatio specialium non to-
leratur; quia † plura specialia non possunt cir- 47
r ca idem concurrere. r *l. 1. in fi. C. de dotis promis. Bal. in l. 1. ad fi. C. quando li. ab emp. disc.* Vbi dicit, quod istud sæpe allegatur in curia regis. Præterea, testator statuit, quod vsusfructus omnium bonorum suorum relictus huic filiæ posthumæ, duraret solum pro vita eius naturali, & istud etiam est de iure communi, cum vsufructus morte extinguatur. *§. finitur. insti. de vsuf. & l. corruptionem. C. eo.* & sic in casu isto concur-
rit duplex limitatio temporis, scilicet, legis, † & te- 48
statoris; ergo talis limitatio temporis non debet tollī de medio, prout tolleretur quando solum induceretur à testatore: prout loquuntur Bal. & Saly: *in d. l. extraneum.* nam duo vincula fortius stringunt
& plus operantur quam vnum. s *ca. 1. cum gl. de treuga & pa. auth. item aq. C. communia de succes. & l. cum in adoptiuu. in prin. & ibi Bal. in 2. col. no. C. de adop. facit, quod vult Bar. in l. legiti. in pen. col. ff. de pac.* quod quando in conuentione deducitur illud, quod iam debebatur ex dispositione legis; tunc talis conuentio efficacior reddatur. Præterea testator in isto vltimo testamēto expresse dixit, se velle facere substitutionem aliorum hæredum, & sic se velle instituere alios hæredes vniuersales, ergo voluit cessare ius accrescendi in persona filiæ posthumæ. Per ista quatuordecim principalia fundamenta concluditur, istud vltimū testamentum ex multiplici capite esse ipso iure nullum, & consequenter non tollere testamentum præcedens validum & solenne, sed quod illud remaneat efficax & exequutioni demandandum. Et licet per ista quatuordecim fundamenta remaneant clare resoluta omnia, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas adhuc clarius elucescat, ad ea particulariter respondebo. ¶Non obstat ergo in primis dum dicebatur pro ista infante filia vnica testatoris multa concurrere, quod erat filia, & sic ab intestato successura, & sic causa intestati fouet cām testatis: itē votū patris testatoris, item institutio particularis vltimi testamenti: quia respondetur, quod de isto vltimo testamento, & sic de ista institutione particulari filiæ, non potest fieri aliquod capitale, † cum ex multiplici capite illud vl- 49
timū testm̄ sit nullum, ita q̄ adiuuari non posset, & sic cā intestati nihil pōt facere, vt in superioribus late demonstraui. Item ex quo ista filia fuit condecēter dotata in duodecim millib. librarū turonensiū, & in

illis fuit hæres instituta etiã in alio priori testamẽto valido & solenni, certe votum patris testatoris prudentis & prouidi fuit conseruare bona in agnatione & familia sua de Poyxiaco, præsertim castra & iurisdictiones, vt dignitas & amplitudo familiæ suæ facultatib. suis ditata, salua amplaque remaneret: *vt dicit tex. in l. 1. §. sed & si seruus. ff. de ven. inspi.* Ideo certos agnatos suos viros splendidos hæredes vniuersales instituit in priori testamento valido & solenni, quod etiam verisimiliter in isto vltimo ordinasset, si illud perfeciſſet, cum in eo expresse dixerit se facturum substitutionem hæredum vniuersalium. ¶ Non obstat, inquantum secundo loco dicebatur,
50 quod istud vltimum testamentum †debet præsumi perfectum; cum in dubio actus præsumatur perfectus, præsertim cum notarius dixerit, actum &c. itẽ apposuit signum tabellionis, quæ duo denotãt perfectionem actus; quia respondetur quod ista procedunt, & proprie loquuntur in casu dubio, quando aliud non apparet in contrarium. Sed in casu nostro expresse apparet contrarium, q̃ istud vltimum testamentum non fuit perfectum respectu voluntatis testatoris, ex multis superius deductis præsertim quia testator expresse dixit, *donec aliter prouiderit*; prout infra dicetur. Item quia testator expresse dixit, se aliter prouisurum quoad substitutionem aliorum hæredum. Et ista aperte & clare ostendunt, q̃ eius voluntas non fuit perfecta & completa; ergo in claris & certis non est locus coniecturis. *le. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. l. pediculis. §. argẽt. ff. de aur. & argen. l. per quem tex. not. Bal. in l. voluntatis. in 1. notab. C. de fideic.* quod dubium relinquitur interpretandum, sed non id quod est certum. ¶ Non obstat tertio, dum adducebatur in simili deci. do. Ant. de Pratoueteri inter consilia do. Alex. & clarius eiusdem
51 do. Alex. *in cons. 74.* quia respondetur † quod illa decisio loquitur in terminis multum diuersis & separatis à casu nostro, vt de se clare patet ad naturalem sensum; vnde ex separatis non fit bona illatio. *l. Papinia. exuli. ff. de mi. l. l. si. in fi. ff. de calum. l. inter stipulantem. §. sacra. in verb. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. obli.* Item separatorum separata debet esse ratio. *leg. si maritus. la. 1. in fine. & ibi Bal. not. C. de do. inter vir. & vxo. Prætera illa deci. do. Alex. de Imo. post do. Ant. de Pratoueteri non est vera; quia contrarium in terminis tenuit Paul. de Cast. in consi. 365. quem retuli supra in 3. fundamento istius partis.* & in contrarium facit, q̃ volunt Oldr. Laud. Io. And. Pet. de Anch. & Ioa. de Imo. quos superius retuli *in 4 fundamento istius partis.* ¶ Non obstat, dum quarto loco dicebatur, quod ista filia infans fuit in secundo gradu instituta hæres particularis in certa summa: vnde non dato alio cohærede vniuersali, ipsa debet censeri esse hæres vniuersalis, etiam quo ad rumpendum præcedens testamentum, & quod testator non potuit prohibere ius accrescendi: quia
52 paucis respondetur, † quod contrarium est verius, prout late supra ostendi in 10. fundamento, & quatuor sequentibus. Nec etiam est verum illud, quod tenet Bal. *in d. l. quoties. & in con. 480. prima partis*, quod in filio pater non potest prohibere ius accrescendi in vniuerso: *per tex. in d. §. caterum. in authen. vt cum de appell. cog.* quia contrarium in specie tenent Doct. quos allegaui supra in decimo fundamento. Nec aliquid obstat tex. *in d. §. caterum* quia solum loquitur quo ad supplementum legitimæ, quod non potest prohiberi per testatorem in filio instituto in minus legitima. Sed nos non loquimur de prohibitione supplementi legitimæ, sed de impediendo iure accrescendi respectu vniuersalis institutionis. ¶ Non obstat dum quinto adducebatur tex *in l. si testamentum. C. de institu. & substitu. & in l. cum pater. §. fin. ff. de leg. 2.* Quia respondetur, quod in d. le. *si testamentum* testator apposuit dictionem, *secundum*, quia dixit Titius, † *hæres esto secundum conditiones infrascriptas*; 53
tunc quamuis omittãtur conditiones, tamen valet institutio, eo quia dictio, *secundum*, non facit conditionem; *vt ibi, &c. abbate sancti Siluani. de verbo. sign.* secus quando testator apposuit dictionem importantem conditionem: quia si illa omittatur, bene vitiat institutionem. *l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. instit.* Ita respondent Bartol. Ange. Paul. de Castr. & dom. Alexand. *in d. le. si testamentum. facit bonum simile.* Nam falsa causa adiecta legato non vitiat legatum; secus est in conditione † falsa adiecta ipsi lega- 54
to, quæ bene vitiat. text. est notabilis de vtroque *in leg. demonstratio falsa. §. quod autem. ff. de condit. & demonstratio.* sic etiam legatum factum Titio arbitratu Seij valet, quamuis Seius non arbitretur; secus si conditionaliter. *leg. prima. ff. de lega. secundo.* Sed in casu nostro testator bis apposuit dictionem importantem conditionem, † scilicet donec; *vt est text. no-* 55
tabilis in l. si oleum. in principio ff. de dolo. notat Bartol. in leg. ambiguitatem. per illum textum. C. de vsufructu. & latius Bartolus in leg. prima. in quinta columna. ff. de conditio. & demonstratio. Bald. in leg prima circa principium. C. de legat. 2. notabiliter respondetur, quod text. *in dicta leg. si testamentum.* loquitur, quando testator in ipsa confirmatione testamenti non erat aliud ibi dicturus, sed reseruabat in aliud tempus. Nam ista reseruatio non arguit imperfectionem voluntatis, quin tale testamẽtum dicatur esse perfectum. Ita clare probat ibi text. in verb. alia scriptura. se declaraturum promisit: & ibi ad hoc optime pon- t
derat dom. Fran. de Are. & text. *in d. l. cum pater. §. fin. in verb. alia scriptura ff. de legat. 2.* Sed in casu præsenti testator volebat in eodem testamento prouidere aliter, & præsertim de substitutione aliorum hæredum: ergo cum istud omiserit, bene arguit imperfectionem voluntatis. ¶ Nec obstat dicta lex secunda *in princip. ff. de hæred. instit.* † quia proprie loqui- 56
tur quando conditio non erat apponenda institutioni, sed distributioni ipsarum partium: prout respondet Barto. *in le. Stichum qui meus erit. ff. de legat. 1.* Sed in casu præsenti illud, quod omittebatur, respicit non qualitatem ad ipsam substantiam institutionis & substitutionis aliorum hæredum, merito vitiat dispositionem; quia arguit imperfectionem voluntatis testatoris: secundum Bartol. *in le. quoties §. tantundem. ff. de hæred. instit. quem retuli supra in 8. fundamento istius partis.* ¶ Non obstat sexto clausula, cassans & irritans præcedens testamentum, apposita in vltimo testamento: quia respondetur, † quod 57
ex quo vltimum testamentum non valet, etiam clausula cassationis & irritationis nihil valet, & nihil operatur: quia dicta cassatio videtur facta respectu illius vltimi testamenti, quod testator credebat præualere: & ideo cum illa vltima voluntas nihil valeat, certe etiam illa verba, cassans & irritans,

nihil

u nihil operantur.[u] *leg. qui liberis. § testamento. ff. de bon. pos. secundum tab. secundum Bart. in leg. si iure. in vltim. q. ff. de leg. 3. Bald. in l. sancimus. & ibi Paul. de Cast. in fin. C. de testam. Ange. in leg. sed si sub conditione. §. fin. ff. de hared instit. Ange. de Aretio in §. ex eo autem. instit. quibus modis testam infir.* ¶ Similiter non obstat clausula codicillaris, vel æquipollens apposita in vltimo testamento, quæ videtur operari, quod secundum testamentum inualidum confirmetur per aditionem seu potestatem adeundi venientium ab intestato, & sic primum testamentum reddatur cassum & inualidum propter illa verba præcedeutia, cassans & irritans: *secundum Bar. in d. l. si iure. ad fin.* quia paucis re-
58 spondetur, quod illa decisio Bartoli procedit, quãdo illud vltimum testamentum esset inualidum ratione solẽnitatis omissæ. secus qñ est inualidum ratione voluntatis testatoris imperfectæ, vt in casu p̃senti; quia tunc clausula codicillaris in eo apposita nihil operatur: secundum Barto. *in le. 1. in 4. quæsti. ff. de iure codicil. cum concordantiis, quas dedi supra in septimo fundamento.* ¶ Non obstat septimo, quod hic agatur de inualidando vltimo testamento, cui lex mul-
59 tum fauet, & in dubio præsumi debet valere: quia † respondetur, quod istud procederet, quando essemus in dubio, & quando istud vltimum testamentum posset de iure sustineri. Sed cum ex multiplici capite, & multiplici via reddatur ipso iure nullum, vt in superioribus fuit opportune dictum, istud obiectum cessat. ¶ Non obstat octauo, quod isti agnati volentes excludere istam filiam sunt trãsuersales, & sic extranei, vnde non videntur admittendi
60 ad exclusionem filiæ propriæ testatoris: quia istud procederet ab intestato, secus autem est ex testamento. *le cum quæritur. & l. parentibus. C. de inoffi. testa.* Et dum successiue dicitur, quod nemo iudex sani capitis verisimiliter iudicabit, quod filia debeat excludi per agnatos transuersales, quia similiter respondetur, quod istud procederet ab intestato, nõ autem ex testamento, vt in casu præsenti. Et dum subiiciebatur, quod rationabile dictum debet mo-
61 uere iudicem ad iudicandum, † sicut lex: respondetur, quod rationabile satis videtur, quod ex quo ista filia fuit competenter dotata, scilicet in duodecies mille libris turonensibus, & in hoc sit instituta, quod alia bona præsertim castra & iurisdictiones debuerint relinqui in agnatione & familia ipsius testatoris: cum per diuitias conseruetur dignitas & splendor familiarum: vt superius dixi in responsione primi fundamenti. ¶ Non obstat nono, quod ex quo testator post vltimum testamentum superuixit per tres menses, quod si voluisset istos agnatos esse suos hæredes, quod ordinasset: respondeta-
62 tur, † quod imo in illo vltimo testamento expresse apparet, quod volebat aliter prouidere quoad substitutionem aliorum hæredum: & cum istud postea non fecerit, illud vltimum testamentum fuit nullum ratione imperfectæ voluntatis. Et sic præcedens testamentum valet, & est exequendum. & istud præsumitur testator cogitasse, ex quo lex ita disponit; secundum Bald. *in leg. precibus. in antepenultim. colu. C. de impuber. & aliis substitu. quem retuli supra in 1 fundamento partis contrariæ.* ¶ Non obstat vltimũ, dum dicebatur, quod quando testator condidit vltimum testamentum, si fuisset interrogatus, an vellet filiam suam propriam excludi à sua successione per agnatos transuersales, quod verisimiliter respondisset quod non: quia respõdetur, † quod imo 63
oppositum expresse apparet non solum in priore testamento, sed etiam in isto vltimo, in quo filiam suam propriam instituit solum hæredem particularem in duodecies mille libris turonensibus semel tantum pro omni eius iure, parte, & portione, & reliquit solum vsumfructum bonorum suorum pro vita eius naturali duntaxat, donec aliter prouideret de substitutione aliorum hæredum; expresse apparet, quod nolebat filiam suam esse hęredem vniuersalem, sed alios. Item dum postea dicebatur, quod qui ecclesiam vult instituere, & filiam propriam exhæredare, alium quærat pro consilio quam diuum Augustinum *17. quæst. 4. capit. fi.* quia illud procedit, quando pater vellet exhæredare, & sic priuare filiam sua legitima. † Istud enim nõ debet facere pro- 64
pter ecclesiam. *authent. si qua mulier. & ibi Bald. & moderni ad hoc notant. C. de sacrosanct. eccles.* Sed in casu præsenti fuit relicta legitima filiæ, seu dos ampla, quæ eius loco succedit. *leg. Titio centum. §. Titio genero. & ibi Barto. in vltim. colum. ff. de condi. & demonstra.* vnde in residuo remanet liberum arbitrium patri relinquendi, cui velit, etiam penitus extraneo. *le. cum quæritur. & l. parentib. C. de inoffic. testa.*

ADDITIO.

a Præmissis.] Iaſ. con. 196. in prænotato. col, 3. supra li. 2.
b Ad idem.] Iaſ. d. con. 196. colum. 3. ver. pro confirmatione decl. Ceph. con. 99. Thomas. n. 8.
c Confirmationem.] Iaſ. d. con. 196. col. 4. ver. ad idem pro confirmatione. vbi addo. vide tamen Ceph. d. conſ. 99. n. 5. 12. & per totum vbi declarat.
d Tenet.] Iaſ. d. cõ. 196. col 3. ver. Imo fortius, vbi addit rationem.
e Nihil valet.] Iaſ. d. con. 196. col. 3. verſi. ſic ẽt teſtamentũ.
f Idem etiam.] Iaſ. d. con. 196. col. 4. ver. idem etiam.
g Teſtatoris pro concluſione.] Vide addita ad con. 227. pro enucleanda. n. 52. ver. 16. ſupra li. 2.
h Operatur.] Dec. con. 394. pro vera. nu 9.
i Octauo facit.] Adde dicta per Cur. iun. conſi. 12. factum. colum. 1.
k Accreſcendi.] Dec. l. 1. n. 2. C. de teſt. mil. Aymo tract. de antiq. temp. 4. par. ſeq 1. nu. 10. vbi hoc conſi. citat, & diſting. Anch. l. hæredes mei. §. cum ita 8. par. n. 179. Treb. vbi allegat. Iaſ. cõ. 61. li. 3. Viui. com. opi. li. 1. opi. 134. Filius inſtitutus ver. contrariam vero. vbi opi. Bart. quam ſequitur Iaſ. hic fatetur magis communẽ. Contrarium tenuit Cur. Sen. con. 74. And. n. 3 Sapia. l. vni. nu. 61. C. quan. non pet. par. Crot. le. re coniuncti. nu. 61. & ſeq. de leg. 3. Soc. iun. conſ. 111. ex themate. nu. 16. lib. 1. & alii relati per Clar. §. teſta. q. 74. ver. punctus eſt. vbi dicit hanc poſteriorem opin. magis communem.
l Veritatis.] Dixi ſupra con. 132. Salomon. li. 1.
m Facit.] Refert Iaſ. Ceph. con. 436. non parum perplexitatis. n. 79.
n Doctrina.] Iaſ. le. non ſolum. §. morte. nu. 20. de opc. no. nunc.
o Limitat.] Iaſ. l. quoties. 1. not. 2. limita. C. de hæred. inſti. l. centurio. n. 35. de vulg. Mando. ad Rom. con. 200 quia Valorinus. quibus addo Iaſ. con. 72. viſis ſubſtitutionib. colu. 2. ver. 2. ad idem infra eo. Claud. d. l. centurio. n. 42. Rip. nu. 97. Soc. iun. n. 236. Soc. ſeni. con. 117. viſo teſta. n. 3. li. 4. Berti. cõſ. 52. ponitur in facto. n. 6. li. 3. cum aliis vt per Ceph. conſil. 411. cũ magnificus. n. 15. cum ſeqq. nulla tamẽ Iaſ. mẽtione facta.
p Temporis.] Vide quæ dixi de dictione taxatiua tantum, con. 21. dubitatum nu. 20.
q Redditur nulla.] Cõmunis op. eſt cõtra Bar. vt per Corn. con. 60. viſo teſtamento lit. c. li. 1. & per Pariſ. con. 69. viſo teſtamento n. 5. li. 2.
r Concurrere.] Videantur per d. con. 28. quamuis verba illa nu. 13. & ſeq.
ſ Quã vnũ.] Iaſ. con 192. in præſenti, col. 3. in fi. ſupra lib. 2.

t Pro-

t Promisit.] Menoch.con.45.responsum sub n.38.vbi hæc consl.refert.

u Operantur.] Iasl.si ita stipulatus § Chrysogonus.sub nu. 48.ver.3.facit.de verb.obli. Tiraq.tract.consti.5.par.7.limit num.39.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM IX.

SVMMARIA.

1 *Facti series veritatis lucem & euidentiam inducit.*
2 *Possessorium recuperandæ non competit.vbi quis fuisset spoliatus à iudice seu authoritate sententia.*
3 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, facit notorium inter ipsas partes.*
4 *Quando exceptio, quæ obiicitur spoliato, probationem non requirit, tunc spoliatus non debet restitui.*
5 *Scriptura priuata fidem non facit.*
6 *Extra iurisdictionem lata sententia est nulla, & hæc exceptio nullitatis semper opponi potest. n.7.*
8 *Sententia nulla, sententia non est.*
9 *Pacta omnino esse seruanda.*
10 *Pacta inita cum ciuitate, habent vim legis.*
11 *Acta post conclusionem in causa, faciunt notorium.*
12 *Causa semel in curia Romana agitata, eam non exibit, nisi Papa deleget vel remittat causam ad ordinarium.*
13 *Papa si agnoscere incipiat de causa, aliis silentium imponit.*
14 *Delegatus Papæ, in causa sibi delegata maior est quocunque ordinario vel delegato laico.*
15 *Inferior non potest infringere factum superioris.*
16 *Pontifex summus debet adiuuare Imperatorem & domare rebellionem subditorum, si imperator non sit negligens sed subditi sunt ei obedientes ita vt non possit facere iustitiam.*
17 *Remedium pro nobilibus expulsis ab eorum dominio est vt implorent auxilium ecclesiæ, & ecclesia debet subditos resistentes excommunicare & interdicere.*
18 *Iudex ecclesiasticus non tenetur adiuuare iudicem secularem nisi prius ei fiat fides de processu.*
19 *Pontifex in temporalibus inter laicos dicitur habere solum iurisdictionem habitu & non actu nec exercitio.*
20 *Pontifex habet iurisdictionem propriam actu & exercitio inter laicos propter iuramentum, quod est vinculum spirituale & eius transgressionem & periurium, ideo potest cognoscere de feudo iurato.*
21 *Pontifex iurisdictionem habet in laicos propriam actu & exercitio ratione peccati, maxime periurij.*
22 *Episcopus in delicto notorio potest cognoscere & iurisdictionem exercere, non solum vt compellat ad pœnitentiam sed vt compellat ad satisfaciendum delicto.*
23 *Executor mixtus datus ad sententiam exequendam, si est maior iudice qui iudicauit, tunc potest omnes exceptiones fringentes sententiam admittere & super eis iudicare.*

1 FActi series† veritati lucem & euidentiam inducit secundum Bald. *in consi.494.tertia partis.* Ex facto enim ius oritur, [a] cum in facto ius sit positum. *leg.si ex plagis. §. in cliuo ff. ad l.Aquil.* ideo pro clariore infra dicendorum intelligẽtia, vt veritas clarius eluescat, breuem & compendiariam facti contingentiam proponam, cum aliqua iurium congruenti allegatione. ¶ De anno domini 1460. die vltima mensis Octobris, lata fuit sententia condemnatoria per pares curiæ, seu eorum delegatum, contra Manuelem Scharellam vasallum seu feudatarium magnificorum dominorum Manchiorum Senæ dominorum Garesij priuatoria feudi propter eius proditionem & rebellionem: & sic propter feloniam per eum commissam contra dominos suos: & talis sentẽcia fuit lata consilio famosissimi doctoris domini Christophori de Nicolis, & domini Hieronymi de Biruncio, in cuius sententiæ exequutionem missi fuerunt ipsi domini Garesij in actualem possessionem bonorum Manuelis: & talis sententia transiuit in rem iudicatam: vnde non possunt Manuel vel eius hæredes & successores dicere se de facto spoliatos possessione bonorum suorum, & sic non possunt prætendere recuperationem & restitutionem possessionis: quia† possessorium recuperandæ non cõ- 2
petit, vbi q̃s fuisset spoliatus à iudice, [b] seu authori- b
tate sententiæ: *vt est glo.notabilis in c.præsentiam.in glo. fi.7.quæst.1. & gl.in c.in nomine domini.in verb.in audientia.22.distin.Bald.in l.obseruare. §. proficisci. in 23. q.ff. de offic.proconsul.& lega.dom.Abbas in c.dilectus filius abbas. de rescrip.Ange.in l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de vi.vbi ad hoc allegat Innoc. in ca.super hoc.de renun.* Item cum talis sententia transiuerit in rem iudicatam,† & sic 3
faciat notorium inter ipsas partes. *cap.vestra.& c.fin. ad finem.de coha.cleri.& mulie.* Et sic notorie constet de proprietate marchionũ Senæ, & sic de nõ iure illorũ de Scharellis, per consequens notoria exceptio dominij excludit spoliatum agentem interdicto recuperandæ: *vt est tex.cum gl.in c.ad decimas.de restit. spo.in 6.probatur in c.significauit. de diuor. Notat dominus Abbas in c.intelleximus.in 3.& 4.notabili per illum tex. de adul.Imo.& moderni in le.naturaliter. §. nihil commune.* c
ff.de acqui poss.canonista in c.pastoralis de caus.pos.& proprie.facit, quod vult glos.in l.si de vi.in glo.magna ad fin.ff. de iudi.Item facit, quod tenet Bald.in l.si de proprietate.in vlti.col.post medium.C.si à non compe.iudi.fue.iudi. Vbi tenet, quod quando exceptio, quæ obiicitur spoliato, probationem non requirit † tunc spoliatus 4
non debet restitui. ita dicit tenere Oldra.Lauden. *in consilio 271.* Ad idem bene facit, quod vbi factum est notorium, non admittitur exceptio spoliationis: [d] secundum Abba. *in c.cum dilectus. in 9.* d
col.de ordi.cogni.post alios ibi per eum allegatos. ¶ Deinde de anno domini 1461. die 8. Octobris lata fuit sententia per dominum Nicolaum de Grassis vicarium & delegatum magnifici domini Gubernatorit Astensis, per quam pronunciauit ipsum Manuelem tanquam per violentiam spoliatum esse restituendum, non obstante declinatoria fori & ipsius iudicis incompetentia per ipsos marchiones oppositа vigore capitulorum & conuentionum inter communitatem Astensem & marchiones Senæ, tempore quo communitas Asten. acquisiuit directum dominium, & superioritatem in Marchionatu Senæ; quibus disponitur, quod ipsi Marchiones non possint per aliquem conueniri in ciuitate Astensi, nec vllo modo trahi aliqua actione, vel aliquo remedio ad ciuitatem Astensem per aliquem officialem, capitaneum, vel præsidem, nisi ratione contractus, ratione domicilij, ratione delicti, ratione rei sitæ, & si conuenirentur de & pro ipso feudo,

do, & nullus ex istis quinque casibus euenit in casu præsenti. Et licet dicta sententia in causa appellationis dicatur fuisse confirmata per dominos Alexandrum Spinolam, & Manfredum ex Marchionibus Senę prætensos delegatos, qui de cõsilio trium doctorum dom. Iacobi de Puteo, Lucæ de Grassis, & Antonii de Lunate, dicuntur eam confirmasse, tamen de tali sententia confirmatoria non potest fieri aliquod fundamentum aut capitale; quia de ea non constat per instrumentum authenticum, e sed solum per quandam priuatam scripturam quæ 5 fidem † non facit. l. exemplo *& l. rationes. C. de proba. & in sententia notatur in c. qui contra falsam. C. de proba. & in l. emancipatione. Cõ. de fid. instru.* Item fuit lata in ciuitate Sauonæ, & sic extra locum notorium iu- 6 risdictionis † Commitentis, per consequens fuit notorie nulla. *l. extra territorium. ff. de iur. om. iud. cap. statutum. §. in nullo. de res. in 6.* Remanet ergo sola sententia do. Nic. Grassi, quæ redditur nulla ex superius deductis: & præsertim ex defectu iurisdictionis. 7 Vnde † nullitas prouenies ex defectu iurisdictio- f nis[f] semper potest opponi, & habet impedire executionem: *vt est gl. ord. in cle. 1. de sequest. pos. & fruc. facit tex. in l. scire oportet. §. fi. & ibi ad hoc no. Bal. ff. de excu. tut. & quod vult gl. in l. non erit. §. dato. & ibi Ang. Lud. & do. Alex. ad hoc notant. ff. de iurisd. om. iud. Ang. in l. fin. C. si ex falsis instrumentis cum multis concor. adductis per modernos præsertim per do. Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de* 8 *ope. no. nun.* Sententia enim nulla nõ dicitur esse sententia. *le. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cle. pastoralis. in vl. col. eo. tit.* Nam iudicatũ accipere debemus ab eo, cui ius iudicandi fuerit. *ita dicit tex. in l. 1. §. fin. ff. ad Tert.* vnde quod nullum est, nullius debet esse effectus. *l. cum pater. §. curatoris. vbi gl. ff. de le. 2.* Item paria sunt, sententiam esse latam extra territorium, quo casu est notorie nulla, vt supra proxime dixi, vel esse latam contra personam exemptam à iurisdictione, vel locum exemptum: *secundum Ioa. And. & Gemi. in ca. 2. de const. in 6. no. Gem. in c. cum episcopus. per illum tex. de offic. or. in 6. & in ca. 1. in vlt. colu. de priu. in 6. Pe. de Anch. in rep. c. si propter. in 31. col. de reser. in 6.* Item pacta & conuentiones Marchionum Senæ cum ciuitate Astensi super exceptione iurisdictionis sunt valida & omnino obseruanda: *vt dicit tex. in l. pen. in ver. pa* 9 *cta omnino † seruanda sunt. C. de pac. facit tex. in l. iurisg. §. prætor ait. ff. eo. & in l. digna vox. vbi notatur. C. de l. & in c. 1. de natura feu. & in c. 1. de prob.* Item talia pacta cum fuerint facta per non subditos, vt subiicerentur, transiuerunt in contractum, & consequenter sunt irreuocabilia. *l. quod semel. cum gl. & ibi Bar. ff. de decre. ab or. fac. l. item eorum. §. ex his. ff. quod cuiusque vniu. Bar. in l. omnes populi. in 4. q. 3. q. principalis. ff. de iust. & iur.* Itẽ g talia pacta inita g cum † ciuitate Astensi habent vim 19 legis, & possunt allegari in iudicio tanquam statuta, & ita ligant sicut statuta illius ciuitatis: *vt notant Bar. & doct. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. Bar. in le si vnus. §. pactus ne peteret. in vlt. col. ff. de pac. & est bonus tex. in l. pen. & ibi Bar. & Bal. ad hoc notant. C. de don. inter vir. & vxo. Bar. in l. Cæsar. per illum tex. ff. de pub. Bal. & Pau. de Cast. in le. 1. circa principium. ff. de const. prin.* ¶ Successiue de anno do. 1464. die 28. Aprilis lata fuit alia sententia per dn. potestatem Garesii, per quam dictus Manuel & consortes de Scarellis, condemnati fuerunt de crimine læsæ Maiestatis, & confiscata fuerunt eorum bona propter multa & varia nefanda, & atrocia crimina per eos contra dictos marchiones eorum dominos perpetrata: & talis sententia ẽt transiuit in rem iudicatam, & sic per duas sentẽtias diffinitiuas latas iã annis triginta sex elapsis, quæ transiuerunt in rem iudicatam: & per processum & testes eo tempore examinatos & productos, manifeste patet, Manuelem & filios conspirasse contra personas, & statum dominorum suorum marchionum de Sena. Vnde non solum dictæ sentẽtiæ, quæ transiuerunt in rem iudicatam faciunt notorium, vt in iurib. supra allegatis, imo ẽt † acta post conclu- 11 sionem in causa faciunt notorium: [h] *vt est gl. ord. in h c. significauerunt. in gl. pen. & ibi do. Abb. in 2. col. de testi. Idem not. do. Abb. in c. cum olim in 2. not. ab. per illum text. de verb. sig.* Successiue post aliqua tempora Manuel Scarella habuit recursum ad curiam Romanã pro cõsequenda executione prædictę sententiæ d. Nic. de Grassis, asserens ipsam executionem consequi non posse in do. Astensi, propter innocentiam vel negligentiam iudicis secularis, exequi negligentis, vel non valentis, & propter potentiã ipsorum marchionum Senę & propter hoc obtinuit delegatos apostolicos: & sic ipsi do. Marchiones coacti fuerunt se defendere in curia Rom. Tãdem Sixtus Papa quartus dictam causam cõmisit do. Io. Franc. de Pauinis, vni ex auditoribus Rotæ, qui post factum debitum processum, & parte legitime citata, pronunciauit & declarauit sententiam dicti d. Nic. de Grassis, fuisse & esse nullam, & non exequendam condemnando partem de Scarellis in expensis, à qua sententia pars de Scarellis appellauit, & committi fecit causam appellationis alteri delegato in Rota, qui citãdo partem etiam inhibuit quibuscunq; iudicib. ne de dicta causa se impedirent, & ne pars procederet: sed postea non fuit appellationem prosequuta, & sic talis sententia do. Rota de iam annis 20. & vltra transiuit in rem iudicatam. ¶ Nouissime per tres delegatos deputatos per illustrissimum regiũ locũ tenentẽ Astensem confirmata fuit sententia dicti do. Nico. Grassi, & declaratum, q̃ sit executioni mandanda: à qua sentẽtia extitit appellatũ & dictũ de nullitate, & causa appellationis ac nullitatis deuoluta est ad excelsum regiũ parlamentũ inclitæ ciuitatis Mediolani. ¶ Ex isto tã longo, & tam vario, & tam laborioso processu substãtialiter sup̃ vno dubitatur, quod est p̃cipuũ & principale in p̃senti controuersia: nunq̃d sententia d. Nic. Grassi de iure executionẽ mereatur: & an tres vltimi delegati iuridice pronũciauerint talem sententiam exequendam, an vero perperam, eorum semper pace & dignitate salua.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

ARBITROR dictam sententiam do. Nico. Grassi vllatenus de iure executionem mereri, cum re vera sit nulla, & declarata fuerit nulla per delegatũ Apostolicũ auditorẽ Rotę, cuius sentẽtia trãsiuit in rẽ iudicatã, vt supius fuit p̃ multa media oportũe demõstratũ. Vnde succedit vera iuris con-

i conclusio, quod ex quo Papa semel delegauit causam, quod amplius nullus ordinarius, vel delegatus alterius possunt se de illa causa intromittere;
12 quia ex quo causa semel fuit in curia Romana, nũquam amplius exibit de curia, † nisi Papa deleget, vel causam remittat ad ordinarium. Ita notabiliter determinat Bald. *in l. si vt proponis. la. 1. pen. col. in verſic. quæro Papa delegauit cauſam. C. quomodo & quando iud. vbi allegat ita notare Archid. 34. q. 11. §. is ita. in apoſtilla, quæ incipit, adde ibi, quod eſt notatu dignum ſecũdum eum. & ad hoc dicit facere illam legem, & c. paſtoralis. §. propterea de offi. ordi. Sequitur ibidem Saly. Idem tenet Io. de Imo. in l. ſi expreſſim. ff. de appella. Pet. de Anch. in con. 57. incip. circumſcriptis literis cancellarie.* Bene facit † quod decidit idem Bal. *in c. 1 §. ad hæc. de pace iur. fir. circa 4. col. in verſi. ex præmiſſis apparet iuriſdictiones eſſe apud Cæſarem &c.* Vbi dicit, quod quando Papa incipit cognoscere de aliqua causa, omnibus aliis est impositum silentium: vt notat Inno. *in c. cum M. Ferrarienſis. de conſti.* & si Papa alteri delegat, ordinarius se intromittere non potest. & si ipse delegatus Papæ ferat sententiam nullam, non redit iurisdictio ad ordinarium, sed ad Papam, ad quem pertinet prosequutio suæ commissionis: secundũ Accursium. Alij vero inferiores, & si vnus sit maior altero, dummodo non sit superior in eadem iurisdictione, non possunt reuocare, nec inhibere: *secundum Archi. 11. q. 1. c. de persona. Ita ibidem formaliter tenet Bal.* Vnde in proposito ex quo Papa delegauit causam vni auditori Rotæ, qui pronunciauit sententiam dom. Nicolai Grassi esse nullam & non mereri executionem, & talis sententia delegati Apostolici iam annis viginti elapsis trãsiuerit in rem iudicatam, vt superius fuit dictum: certe isti tres vltimi delegati per illustrissimum regium locum tenentem Astensem non potuerunt amplius super hoc opponere, & contrariũ sententiando perperam & minus iuste fecerunt,
14 pace eorum salua sit dictum. Nam constat, quod † delegatus Papæ in causa sibi delegata censetur maior quocunque ordinario, & quocunque delegato laico. *c. ſane quia. de offi. deleg. c paſtoral. §. i. de offi. ord.* imo fortius delegatus Papæ in illa causa sibi commissa censetur etiam esse maior legato sedis Apostolicæ: *secundum dominum Abb. in cap. ſtuduiſti. ad fin. de offi dele.* Vnde isti tres delegati laici, & sic inferiores, nullatenus potuerunt pronunciare contra sententiam delegati Apostolici maioris & superioris,
k k quæ iam annis viginti, vt dictum est, transiuit
15 in rem iudicatam; cum inferior non possit infringere factum superioris *c cum inferior. in prin. de maio. & obe.* Et superioribus nostris pares esse non possumus. *leg. 3. in prin. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac.* Vnde cum habeamus sententiam delegati Papæ annullantis sententiam domini Nicolai Grassi: & pronuncians illam executionem non mereri, & talis sententia iamdiu transiuerit in rem iudicatam, non credo, q̃ alius sit futurus tantæ superbiæ fastigio tumidus, qui contrarium audeat iudicare: vt in simili inquit tex. *in l. fi. poſt prin. C. de legi.* huic conclusioni obstare videtur vna difficultas, quæ fecit istos vltimos tres delegatos declinare ad sinistram partem, vt in verbis eorum sententiæ apparet. Nam dicunt, quod summus Pontifex fuit aditus per illos de Scarellis pro executione sententię D. Nicolai Grassi propter defectum impotentiæ iudicis secularis, quo casu ẽt si Papa fuisset legitime aditus, non habuisset succedere in iurisdictione, sed solum habebat præstare auxilium pro executione talis sententiæ, secundum do. *Abb. in cap. 1. in vlt. col. de offi. ord.* allegantem ad hoc Inn. *in c. licet ex ſuſcepto. in 1. col. de foro compe.* quod auxilium, cum non fuerit per Papam præstitum, non fuit sublata facultas ipsis de Scarellis redeundi ad principem secularem, qui tũc erat impotens ad dictam executionem faciendam, nunc vero factus est potens. Videndum est ergo, nunquid decisio Inno. *in d. c. licet ex ſuſcepto.* obstet in casu præsenti. Ibidem
16 † dicit Inn. q̃ si imperator nõ sit negligens, sed subditi sunt sibi inobedientes, ita quod non põt facere iustitiam, tunc Papa debet adiuuare imperatorem, & domare rebellionem subditorum, *argu. c. cũ ad verum. 96. diſtin. iſtud dictum Inn.* formailter refert & sequitur do. Abb. *in d. ca. licet ex ſuſcepto. in 4. colu. in ver. decimus caſus eſt ſecundum Inno. & idem do Abb. in ca. quod ſuper hu. in 2. col. de voto. & in ca. nouit. in 2. notab. de iudi. & in ca. excommunicamus. in 3. col. de hæret. & multũ notab. idem do. Abb. in d. c. 1. in vlt. col. de offic. ordi.* Vbi dicit, quod si aliqui subditi nolunt obedire imperatori de facto, tunc non succedit Papa in iurisdictione, sed debet adiuuare imperatorem ad domandũ illos subditos, & sic debet etiam præstare auxilium, quod potest. Et ex his habes optimum remedium, secundum eum, pro istis nobilibus expulsis † ab eo-
17 rum dominio. Nam possunt implorare auxiliũ ecclesiæ, & ecclesia dẽt subditos resistentes excõicare, & interdicere, ita ibidem notabiliter resident d. Abb. Item illud dictum Inn. *in d. c. licet ex ſuſcepto. refert etiam & ſequitur Bal. in l. bene à Zenone. in vlt. col. C. de quadri. præſcri.* Vbi dicit, quod si non vacat sedes imperatoria, sed imperator in subditos exercere non põt iurisdictionem: tunc Papa non succedit, sed dẽt iuuare eum, & damnare rebelles *d. c. cum ad eorũ. 69 diſt.* Si aũt alius rex, vel princeps, vel baro decedat, & vacat eius sedes, non cognoscit Papa nisi in modum denunciationis: & si vacat illius sedes, vel negligit facere iustitiam, tunc ad immediatum superiorem recurritur, non ad Papam ita ibi Bal. Vnde in proposito cum Papa fuerit aditus pro executione sola, non potuit eius delegatus vlterius cognoscere, & sententiare sententiã d. Nico. esse nullam & nõ mereri executionẽ. Sed profecto p̃dicta deci. Inn. & d. Abb. in casu præsenti nihil hẽt obstare, cũ loquatur in terminis omnino diuersis & penitus separatis, sc. contra rebelles & contumaces: sed in casu præsenti isti marchiones Senæ non fuerunt rebelles, nec cõtumaces, ex quo se defenderũt, quoties per illos de Scarellis petebatur executio dictæ sententiæ, opponendo nullitatem, & quod illa bona possidebant non tanquam spoliatores, sed tanq̃ missi in eorum possessionem per iudicis sententiam & authoritatẽ: & vocati ac tracti ad curiã Romanam, ibidem etiam comparuerunt, opponendo contra executionem petitã de nullitate sentẽtiæ ob defectũ iurisdictiõis iudicis, & p̃p̃ p̃ditionẽ & feloniã illorũ de Scarellis. Vnde ex quo Papa delegauit cãm cũ omnib. dependentib. emergentib. & cõnexis, certe delegatus Papæ, cui cõstitit de nullitate sententiæ, iuridice pronũciauit eam esse nullam, & non mereri executionem: vt in propriis terminis notabiliter declarat

idem

idem dominus Abbas *in illo cap.1.in 4.columna. de offic. ordin.in vers secundo not. quod iudex secularis, &c.* vbi dicit, quod iudex ecclesiasticus non tenetur iurare iu-
18 dicem secularem, † puta excommunicando sibi rebelles, nisi prius fiat sibi fides de processu: quia non debet excommunicare, nisi præmittat admonitionem, & ex iusta causa, sed facta sibi fide, quod subditus iniuste & rebellis: tunc debet iudex ecclesiasticus illum bannitum, seu rebellem, vel proscriptum per iudicem secularem, excommunicare. Ita ibi notabiliter domin. Abbas. Præterea, licet Papa in temporalibus inter laicos dicatur habere solum
19 iurisdictionem habitu, & non actu, † nec exercitio, *vt in cap. nouit. & ibi notatur, de iudic. & in capit. causam quæ. qui filij sint legit. & in cap. licet ex suscepto. de iudic. & in cap. cum sit generale. de foro competen.* tamen multi sunt casus, in quibus Papa est iudex competens inter laicos, & exercet iurisdictionem suam propriam, qui traduntur in locis prælegatis, præsertim per domin. Abbat. *in dicto cap. licet ex suscepto.* & inter cæteros est casus noster, quando Papa aditur propter impotentiam iudicis secularis, vel eius negligentiam, tunc procedit virtute propriæ iurisdictionis, & tanquam superior: *vt declarat dominus Abbas in dicto cap. licet ex suscepto. in 7. colum. in versicul. sed contra prædicta opponitur.* Ista clarius militant & procedunt in casu præsenti in ista causa propter feudum iuratum, & sic propter rebellionem, & periurium, ac transgressionem iuramenti istorum vasallorum de Scarellis. Nam propter iuramẽtum, quod
20 est mere spirituale, † & eius transgressionem, & periurium, proculdubio Papa inter meros laicos habet iurisdictionem propriam actu, & exercitio, quum iuramentum sit vinculum spirituale: *vt cap. fina. cum simil. de foro competent. in 6.* & sic Papa potuit virtute propriæ & actualis iurisdictionis facere delegationem, quam fecit. Vnde in terminis consuluit Ioan. Calder. *in consilio 2. posito sub titul. de foro competent.* quod iudex ecclesiasticus potest cognoscere de feudo concesso regi & iurato, si non seruat iuramentum: quia licet quæstio feudalis debeat coram alio tractari, tamen ratione iuramenti poterit tractari coram iudice ecclesiastico: *per dict. cap. fin. de foro competent. in 6.* quia iudex ecclesiasticus potest ratione incidentiæ cognoscere de eo, quod principaliter non potuisset, *l. quoties. C. de iud. c. lator. qui fil. sint legit.* ergo poterit definire quæstionem proprietatis super feudo: prout est casus directus *in c. nouit. de iud.* Item maior causa trahit ad se minorem, & nõ econtrario: *c. 1. de consecr. eccles. vel alta. in 6.* Sicut ergo potest cognoscere de iuramento, sic & de feudo, cum sit minor causa feudi, quam iuramẽti. Ita ibi formaliter tenet Ioan. Cald. quam decisionem refert & sequitur Gemin. *in c. fin. ad fin. de foro compet. in 6.* Si ergo iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem propriam cognoscendi de feudo iurato propter iuramentum, ergo multo fortius Papa, qui habet plenitudinem potestatis, *cap. ad honorem. de author. & vsu. pal. capitul. cum ex eo. in fine. de pœnitent. & remiss. & clementin. pastoralis. circa finem. de re iudic.* Item Papa est omnia, & super omnia: *secundum Baldum in cap. 1. qualiter domi. à propriet. priuet.* Præterea propter rebellionem istorum de Scarellis vasallorum, & sic propter eorum
21 periurium, & consequẽter propter peccatum, † Papa in laicos habet iurisdictionem propriam actu, & exercitio ratione peccati, maxime periurii: *vt est tex. in cap. nouit. & ibi Abbas & alij de iudic. & in cap. si sacerdos. & ibi notat domin. Abbas de offi. ordin. gloss. in cap. cum sit generale. & ibi domin. Abbas in 12. colum. ad fin. de foro compet.* Præterea, quod est fortius, de delicto notorio laici, quamuis etiam crimen non sit ecclesiasticum, potest etiam † episcopus se impedire & cogno- 22
scere, non solum vt compellat eum ad pœnitẽtiam, sed etiam ad satisfaciendum de delicto: secundum do. Abbat. *in cap. fin. de sepul. qui ita notat per illum text. in primo notabili.* & dicit, quod ille text. non solet ad hoc allegari per alios. ¶ Pro confirmatione prædictorum bene facit, quod iste delegatus Papæ, qui sententiã annullatoriam tulit, non erat merus executor, sed mistus, cum deberet vocare seu citare partes, sicut fecit: *vt notat dom. Abbas in cap. exhibita. in vlti. not. ab. per illum tex. de iudi.* Vnde succedit vera & communis decisio scribentium quod mistus executor † 23
datus ad sententiam exequendam, si est maior iudice, qui iudicauit, vti in casu prælenti, tunc potest omnes exceptiones infringentes sententiam admittere, & super eis iudicare, & sic potuit declarare sententiam nullam, secundum Spec. *in tit. de execu. sent. in versic. vt autem. quem refert & sequitur D. Alex. in l. à diuo Pio. in princ. in 11. col. ff. de re iudic. Idem tenent do. Anton. de But. & Imol. in capitul. pastoralis. §. quia vero. de offic. delegat. do Abb. Imol. & Cardin. in c. olim. de except.* Et istud est proprie de mente Bar. *in d. l. à D. Pio. in prin.* vbi dicit, quod ideo executor etiam mistus non potest pronuntiare super exceptionibus oppositis contra sententiam, ne sequatur absurdum, quod par vel minor reuocet sententiam superioris: contra regulam l. *nam & magistratus. ff. de arbitr. & cap. cum inferior. in princ. de maior. & obedient. sequitur Pet. de Anch. in clem. 1. de re iudic. dom. Abbas & alij in cap. de cætero. eod. tit.* Ergo quando executor est maior iudice, qui iudicauit, vt in casu nostro, potuit exceptionem nullitatis sententiæ admittere, & super ea pronuntiare: prout etiam in terminis & in specie tenuit do. Card: *in d. clem. 1. in 8. quæst. de re iud:*

ADDITIO.

a Oritur.] Refert Menoch cons. 2 magni. n. 208.

b Spoliatus à iudice.] Idem Iason cons. 158. prima consideratione num. 3. supra lib. 2. vbi dixi. consilio 21. quatuor. nu. 9. cons. 38 in causa. col. pen. c. fi. infra eod. Gabr. com. opin. lib. 3. de restit. spol. concl. 3. n. 108. vbi vide,

c Rolan. cons. 6 quoniam n. 2 & 34. li. 2] Vbi declar. §. nihil commune. vbi etiam Ias. n. 44. Gabr. com. opin lib. 5. de restit. spol. concl. 3. n. 94. vbi hoc & alia cons. citat.

d Spoliationis.] Gabr. com. opin. lib. 5. de rest. spol. concl. 2. nu. 6. vbi alios citat.

e Authenticum.] Et de exemplo instrumẽtum, quod fidem aliquam non faciat originali non exhibito. Bertran. cons. 219. Multæ. n. 4. lib. 4. Soc. iun. cons. 2. superioribus. nu. 1. & 2. lib. 2. vbi post Bart. infert, quod ex sola exhibitione exempli alicuius testamenti quis non obtinebit possessionem rerum hæreditariarum ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adri. refert Rolan. cons. 69. in præsenti. n. 54. cum seqq. lib 2. Rim. iun. cons. 6. in causa. n. 6. cum seqq. & n. 53. fallit. in antiquis Natta cons. 669. ad euidentiam. nu. 6.

f Iurisdictionis.] Marc. singul. 10. tu scis. dixi cons. 40. viso compromisso. n. 7. Ripa respons. 9. viso processu. nu. 5.

g Inita.] Dixi cons. 1. n. 10 supra lib. 1.

h Notorium.] Ias. l. eius qui in prouincia. sub num. 3. si certum pet. & l. ait prætor. § si damnetur. num. 2. de iureiurando. Menz. cons. 27. misericordias. numer. 22. 81. Deum inuocent. num. 31. & seq. Socin. iun. consil. 144. Nanna. num. 60. lib. 3.

Rolan. consil. 41. primo. num. 30 consi. 70. quoniam. numer. 7. lib. 1. si non opponatur. Ceph. cons. 187. cum dominus. nu. 43. Rimin. consil. 48. in hac causa. num. 22. Tiraq de retr. patt. 1 §. 36. gl. 2. num. 44.

i Delegauit causam.] Idem Ias. consil. 98 causa quæ vertitur. in princ. infra lib. 4. l. more maiorum. col. vlt. de iur. omn. iud. Fel. c. cum M. Ferrariensis. num. 197 versic. ampliatur etiam. de constit. Dec. consil. 137. & diligenter. num 5. versic. non obstat omnino. c. vt nostrum. 1. not. de appell. Maran. tract. de ord. iud. 16. distinct nu. 37 vol. 77. Grain. cons ciui. 35. in causa prælationis. n. 25. Natta consil. 51. viso processu. n. 11. & consil. 96. scripsi alias. n. 6. vbi tamen Ias. non meminit. declarat Ias. cons 10. pro liberatione. n. 11. infra eod.

k Superioris.] Ias. consil. 144. circa primum. nu. 10. supra libro 2. vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM X.

THEMA.

NONNVLLI nobiles tenentes in feudum quædam castra & loca ab excellentia marchionali, fauore quorundam magnatum se constituerunt in manifesta & notoria rebellione erga illustrissimum genitorem illustris. do. Marchionis moderni. Præfatus quondam do. Marchio dubitans, ne dicti vasalli sui rebelles aliunde fauorem habentes aliqua molirẽtur, propter quæ eius status discrimẽ & diminutionem pateretur, conuenit cum quodam nobili, q̃ si eius opera, sagacitate, & industria, dicti nobiles rebelles & eorum castra & loca caperentur, q̃ per eius excellẽtiam dicta castra & loca infeudarentur ipsi nobili. dictus nobilis effectualem operã impendit, & eius industria, & sagacitate dicti rebelles & eorum castra & loca capta fuerunt, & apprehensa ad manus prælibati do. Marchionis. Successiue defunctus est præfatus do. Marchio, antequã inuestierit dictum nobilem de dictis castris & locis, relicto illustrissimo eius filio primogenito successore, à quo dictus nobilis petit dictam conuentionem sibi adimpleri & se inuestiri de dictis castris & locis. Refricatur in dubium, an illustrissimus do. Marchio modernus filius & successor prælibati quondam Marchionis teneatur ad obseruantiam dictarum conuentionum, & sic an teneatur adimplere dictam conuentionem feudalem, & sic inuestituram facere?

SVMMARIA.

1 *Successor non ligatur facto antecessoris, quia par in parem non habet imperium, & ibi infertur ad donationem factam à Constantino Syluestro Pontifici. & numero 2. vbi hoc exornatur. & num. 20. vbi contrarium asseritur ex communi sententia. & num. 21. vbi limitatur.*

2 *Princeps quamuis lege conuentionis & contractus ligetur, tamen aliud est in successore, quia successor non habet ab eo causam. & n. 22.*

3 *Successor in dignitate laicali non venit vt hæres hæreditario iure, sed per successionem. & n. 22.*

4 *Successor in dignitate laicali per electionem vel successionem non tenetur ad pecuniam mutuo acceptam ab antecessore, quia non fungitur eadem persona cum defuncto.*

6 *Regalia castrorum non potest princeps concedere in præiudicium successorum suorum, quia sicut non potest iura eorum subuertere, ita nec minuere. & numero 24. vbi limitatur. & numero 25. vbi iterum limitatur.*

7 *Contractus principis & eius obligatio ligat successorem in dignitate, ita vt teneatur ad eius obseruantiam, amplia vt nu. 10.*

Principis contractus ligat successorem in dignitate ad eius obseruantiam. vide ver. Contractus principis.

8 *Concessio vel donatio facta à rege, quæ non tendit in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, præiudicat successori in regno.*

9 *Feuda concessa ab imperatore non potest successor sine causa reuocare. & nu. seq.*

10 *Contractus principis sicut ligat eius successorem, ita successor tenetur etiam stare gestis per eum in iudicio.*

11 *Pater & filius censentur vna & eadem persona, & vna caro, & vox patris censetur vox filij. vbi exornatur & num. seq.*

12 *Filius in feudis viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere, & sic continuare in eum possessio sine alia inuestitura.*

13 *Hæres non potest contrauenire facto defuncti.*

14 *Conuentio facta ad commodum & vtilitatem status ligat successorem.*

15 *Res Ecclesiæ feudales prohibitæ alienari vel infeudari, possunt infeudari, vt recuperentur, si earum recuperatio sit difficilis.*

16 *Princeps alienationem in magnam diminutionem iurisdictionis principalis non potest facere, & si iuramento esset alienatio firmata, nec præiudicaret successor. vbi hoc exornatur.*

Rex alienans rem, cuius donatio cederet in magnam diminutionem iurisdictionis regalis non posset hoc facere, etiamsi iuramento firmaret, secus si fieret donatio rei, quæ non ita diminueret iurisdictionem suam, valeret talis donatio, & præiudicaret successori in regno. vide ver. Princeps.

Pontifex potest infeudare castra ecclesiæ benemeritis, sicut potest imperator, nisi essent valde pretiosa: quia tunc debet interuenire consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersale. nu. 16.

Prælatus & personæ ecclesiasticæ, quæ non possunt res ecclesiæ infeudare, possunt infeudare res ecclesiæ consuetas infeudari. n. 16. & 17.

18 *Res prohibita alienari possunt ex causa remunerationis. & nu. 19.*

19 *Prælatus ecclesiæ potest alterare naturam feudi, vt remuneret seruitia, & ideo si feudum ecclesiæ erat solitum cõcedi ad tempus tantum, vel in masculos tantum, potest prælatus alterare concedendo in longius tempus aut in perpetuum, vel etiam in fœminas pro remuneratione meritorum.*

Redempto-

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dicendum, quod Illustriss. Modernus Marchio non debeat de iure teneri ad obseruantiam dictæ conuentionis feudalis; eo † quia factum antecessoris non habet ligare successorē ex eo, quia 2 par in parem non habet imperiū, [a] *l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. l. nam & magistratus. ff. de arbi. cap. innotuit. circa med. de electio.* per quam rationem tenet gl. *in auth. quomodo oper. episc. in prin. in verb. conferens generi.* quod donatio facta per Constantinum Imperatorem Papæ Syluestro non valuit in præiudicium successoris; quia imperator non potuit pari, id est, imperatori venienti post se imperare. Et per illam gl. dicit Bal. allegando in eadem quæstione in principio *ff. veteris. in 6. col.* quod sicut imperator non potest imponere successori legem legis, ita nec legem contractus. Nam omnis authoritas cōtractus pendet ex lege: *vt l. legitima. ff. de pactis. Alibi in terminis decidit Baldus in titul. de pace Constant. in verb. successorum nostrorum. circa trigesimam columnam.* quosdam dicere, quod ibi videatur imperator iniungere successori suo, vt hoc idem faciat, quod quidem esse non potest, *dict. l. ille à quo. §. tempestiuum. & l. apud eum. ff. de manu.* Sed certe non est verum, & debet intelligi illa litera, quod habeant fine contradictione successorum nostrorum: quia si successores nostri contradicent, non habebunt. Vel dic simpliciter vt iacet: *arg. l. post sententiam. C. de sent. & interloc. omnium iudic. & l. 1. C sen. resc. non poss.* Prima placet, secundum eum, cum imperator prædecessoris sui factum abrogare possit. *l. 2. circa principium. C. de veter. iur. enucle. secundum Odofred. ita ibi residet Bald.* idem etiam tenet Bal. 2 *in l. 1. circa princ. ff. de constitu. princ.* vbi dicit, † quod licet princeps ligetur *l. conuentionis & contractus. l. digna vox. C. de legi. & l. est receptum. ff. de iurisdictio. omnium iudic.* tamen hoc est intelligendum, quod ipse princeps ligetur: non autem successor eius; quia contractus principis non transit in successorem: eo quia successor non habet ab eo causam: *vt l. lex vectigali. ff. de pignori. & l. si quis domum. ff. locat.* quia ius non transit ad successorem, sed de nouo creatur per electionem. *cap. dilecto. de præbend.* facit quod notatur in simili *in l. quæsitum. §. fina. ff. de procur.* ad idem bene facit; quia Papa vel Imperator per verba derogatoria, seu per clausulam derogatoriam potest imponere legem sibi, sed non successori suo: *vt notat Ioan. Monach. in cap. licet Romanus. de constitut. in 6. quem refert & sequitur Baldus in præludiis feudor. in pen. chart. circa 11. colum. & Bald. in cap. 1. in principio. in 5. columna. qui feud. dar. poss. & est gloss. in cap. fin. in gloss. pen. de rescript. in 6. & gloss. in capitu. 1. in verb. abbatissam. qui feud. dar. poss. Archidia. 25. q. 2. in summa.* ¶ Ad idem facit; quia illustrissimus Marchio modernus non venit vt hæres hæ- 3 reditario iure, † vt fingatur eadem persona cum defuncto: *vt in auth. de iureiur. à morien. præstit. gloss. notab. in l. 2. §. finali. & ibi Bartol. ff. de præ. stip.* & sic vt ipso iure transeant in eum actiones actiuæ & passiuæ, *l. 1. & per totum. C. de hæred. action. l. 1. C. si certum petat. & l. 1. C. vt action. ab hæred. & contra hæredes.* sed venit per successionem. Vnde alibi late disputando tenuit Iacobus de Beluiso *in §. & hæc vero iubemus. in authentic. vt nulli iudicum.* quod successor † in dignitate laicali 4 per electionem vel successionem, non teneatur ad pecuniam mutuo acceptam ab antecessore: quia non fingitur eadem persona cum defuncto. Et pro ista sua decisione adducit multas rationes, & multa iura, de quibus ibi per eum, ad quem se remittit Ioannes Andreas *in cap. venerabilem. in vltima colum. de elect. & Bart. in dict. §. & hæc vero iubemus. si est lectura Bartol.* Item dicta conuentio feudalis tendit in non modicā † diminutionē patrimonii, & iurisdictio- 5 nis marchionalis: ergo non venit obseruāda, etiam si esset iuramento firmata, *c. intellecto. cum similib. de iureiur.* Item in dicta promissione facta per quondam dom. Marchionem comprehenduntur regalia dictorum † castrorum & locorum, quæ nec per 6 contractum nec alio modo potest princeps concedere in prejudicium successorum suorum: quia sicut non potest iura eorum subuertere, ita nec minuere: *vt l. si optio. ff. qui & à quibus. Ita singulariter tenet Bald. in tit. de pac. Constan. in verb. successorum nostrorum. circa 30. colum.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror proculdubio de iure præualere, quod illustrissimus modernus Marchio teneatur adimplere dictam conuentionem feudalem illustrissimi genitoris sui, ex infra scriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta in oppositum deducta. Nam vera & communis conclusio est, quod † contractus principis & eius obligatio 7 adstringit successorem in dignitate, & eum obligat ad eius obseruantiam: [b] *vt probatur in capitulo primo. in* b *verb. prædecessores tuos. & ibi Canonistæ ad hoc notant, de probation. per quem textum tenent Cynus, Baldus & alij in l. digna vox. C. de legi.* quod si princeps fecerit contractum, quod eius successor ligabitur ex tali cōtractu. Ad idem allegant *l. pen. C. de donat. inter virum & vxor. & l. Cæsar. ff. de publ.* Et ideo infert Bal. *in d. l. digna vox.* quod capitula facta per imperatorem cum subditis non debent infringi per successorem, nisi ex parte subditorum interueniset dolus vel fraus. & ad hoc Bald. addit glos. ordinariam *in §. nulla. in auth. de defen. ciui.* Item infert, † quod pacta, quæ fierent hodie 8 cum regibus Francorum & Angliæ, porrigerentur ad successores tanquam realia, si fierent nomine suę gentis. *l. conuentionum. ff. de pactis.* Secus si essent personalia; quia pactum personale non transit ad successorem. Idem tenet Barto. *in l. prohibere. § plane. in 3. notab. per illum text. ff. quod vi aut clam.* vbi tenet, quod concessio vel donatio facta à rege, quæ non tendit in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, præiudicat successori in regno. de hoc dicit esse casum *in c. abbate sane. de re iud. in 6. Idem tenet Bal. in cap. 1. de nat. feud.* vbi dicit, quod si imperator vel rex Francorum inuestiuerunt aliquem de feudo, quod nec ipse, nec successores in imperio vel regno possunt eum disuestire, [c] alleg. not. *in c. nouit. de iud.* & per hoc c dicit, quod imperator Federicus, qui primus fecit comitem Papiæ in certis castris & terris, quod nec ipse concessor, nec eius successor poterunt reuocare talem concessionem. Idem tenet Bal. *in d. c. 1. in primo notabili. de probat.* vbi notat per illum textum, quod si inter imperatorem & alium regem vel principem

ineantur aliqua pacta, nõ solum ipse, sed etiam successores eius tenentur illa pacta seruare. Et ex hoc
9 apparet, quod si vnus imperator concessit feuda, † successor non potest sine causa reuocare. & per illum tex. probatur secundum Bald. quod pacta inita inter imperatorem Federicum & ciuitates Lombardiæ, quæ continentur in pace Constantiæ, sunt obseruanda per alios imperatores, qui postea in imperio successerunt: nisi forte essent contra statum imperii: *vt notatur in authent. quomod. oport. episc. in princip. & argument. cap. veritatis. de dolo & contumacia.* Idem tenet Bald. *in cap. fin. circa finem. de re iudicat.* vbi dicit, quòd res, quæ pertinent ad regnum, rex potest donare, & obligat successorem. Idem in fortioribus terminis, quam sint nostri, tenet Bald. *in cons. 271. primæ partis, incipiente, Casus consilij est, dominus Ferrandus rex, &c.* vbi formaliter refert doctrinam Cyn. in eius lectura, quam dicit esse aureã *in d. l. digna vox.* Idem etiam notabiliter tenet Baldus *in consil. 159. tertiæ partis, incipiente, Super eo quod quæritur, vtrum virtute contractus.* Stat ergo ex prædictis vera & communis conclusio Legistarum & Canonistarum, quod contractus principis transit ad eius successorem, & prę-
iudicat eius successori, ac eũ obligat. Accedat, quod notabiliter tenet Oldrad. Lauden. *in cons. 94. incipiente, Eleganter circa negotium, de quo agitur. in fine.* vbi te-
10 net, quod † sicut contractus principis ligat eius successorem, *d. c. 1. de probat.* ita etiam successor tenetur stare gestis p ipsum in iudicio: quia in iudiciis quasi contrahere dicimur, *l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. l. defensor. ff. de tutel. & rat. distra.* Ad prædicta etiam bene facit, quod si rex concessit feudum alicui, certe eius successor tenetur id obseruare & attendere, quod antecessor fecit: secundum Bald. *in c. 1. in prin. in vltim. colum. qui feud. dar. poss. vbi ad hoc allegat ca. nouit. de iudiciis. Idem tenet Bald. in cap. 1. de natura feud. & in l. 1. circa princip. ff. de constit. princ. & in c. 1. in 1. notabili. per illum tex. de probat. And. de Isern. in cap. 1. in vlt. col. qui successores teneantur.* ¶ Prædicta fortius militant in casu præsenti, vbi illustrissimus Marchio modernus non
d est extraneus successor, d imo est filius & hæres. Vn-
11 de cum sit filius, pater & filius censentur † vna & eadem persona, *l. fina. C. de impuber. & aliis substitut. cum concordantiis ibi allegatis in gl.* Item pater & filius vna caro probantur; dicit textus *in c. contradicimus. §. hac authoritate. 35. q. 3.* & vox patris censetur esse vox filii, *§. ei vero. Institut. de inutil. stipulat. l. si seruus. & ibi gl. ff. de dam. infect.* & propterea in filium mortuo patre non dicitur noua acquisitio, sed continuatio, *l. in suis. ff. de liberis & posthumis.* nec cadit aditio sed immistio, *§. 1. Instit. de hære. qual. & diffe.* Item filii comitum & filii regum etiam viuo patre appellantur comites & reges: *vt est gl. notab. 24. q. 1. in c. fin. Bal. in d. l. in suis. And. de Isern. in cap. 1. in principio. de feud. march. dominus Abbas in cap. tanta. in 3. colum. qui filij sint legitim.* Et dicit Bal. *in cap. 1. in vltim. colum. in titul. an mutus vel aliter imperfectus.* quod suus hæres viuente patre dicitur feudatarius, *argum. l. si is qui duos. ff. de lib. leg.* & ideo post mortem patris non dicitur succedere, sed retinere: *per d. l. in suis. cum similibus.* Imo singularius tenet Bald. *in l. cum antiquioribus. in 7. colum. in versic. decimo sic. C. de iure*
12 *deliber.* quod in feudis † filius viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere: & sic continuatur in
e eum possessio sine alia inuestitura; e *vt notatur in ca. 1. de feud. cognit.* adeo quod filio viuo patre non ius, sed administrationis ius deficit, secundum eum. Item modernus Marchio non solum est filius, sed etiam est hæres domini genitoris sui: quia (vt in facto prę-supponitur) tenet & possidet multa bona etiam allodialia relicta in bonis & hæreditate prædicti domini sui genitoris, quæ teneri & possideri non possunt citra ius & nomẽ hæredis, *l. pro hærede. §. Papinianus. ad fin. ff. de acquir. hær.* ergo non potest venire contra factum † patris sui defuncti, cuius est hæres, *l. cum* 13
à matre. C. de rei vend. l. venditrici. C. de rebus alie. non alie. & l. 1. in princ. ff. de except. rei vendi. Item cum sit hæres, obligationes hæreditariæ ipso iure in eum transeũt actiue & passiue: vt in superioribus fuit dictum. ¶ Item ex alio capite prædicta adhuc fortius militãt in casu præsenti, vbi prędictæ cõuentiones feudales factæ fuerũt ad vtilitatem status marchionalis, non solum pro recuperatione dictorũ castrorum & locorum, verum etiam ne propter fauorem dictorum rebellium status marchionalis diminutionem pate-
retur: ergo conuentio facta † in vtilitatẽ status pro- 14
culdubio debet ligare successorem, *vt in cap. abbate sane. de re iudic. in 6. notatur in cap. intellecto. de iureiurand. per Bald. in d. cons. 159. tertiæ partis.* Nam & alias personæ, quæ simpliciter obligari non possunt, tamen obligantur, si contractus in eorum vtilitatem vertatur, *l. ciuitas ff. si cert. petat. cap. quod quibusdam. de fideiuss. authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccles. l. ei qui. ad finem. C. quod cum eo. & toto titulo. ff. de in rem verso.* ¶ Pro † eadem parte multum me mouet; quia 15
res eccleſiæ feudales alias prohibitæ alienari vel infeudari, tamẽ si earum recuperatio sit difficilis, possunt licite infeudari propter istam causam, vt recuperentur, *text. est formalis in c. 2. ad fin. de feud.* vbi prælatus eccleſiæ non valens per se recuperare feudum, potest concedere alteri in feudum, vt ipse recuperet. Et ponderetur, quod tex. ille loquitur in prẽlato eccleſiæ, qui magis prohibetur infeudare quam laicus, & qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, *capitul. vt super. de rebus eccles. non alien.* & tamen in casum difficilis recuperationis potest infeudare: ergo multo fortius in casu præsenti præfatus quondam dominus Marchio videns difficilẽ recuperationem dictorum castrorum & locorum, propter fauores quorundam magnatum licite, & iuste, & sancte fecit dictam conuentionem de infeudando dicta castra & loca præfato nobili, si eius industria & sagacitate recuperarẽtur, prout factum fuit: ergo talis conuentio tam iusta & licita debet etiam ligare successorem. *dicto capitulo secundo. ad finem. vbi optimus text. de feud.* ¶ Præterea, dicta conuentio infeudando illa castra, & loca recuperanda à manibus rebellium non dicitur tendere ad magnum præiudicium status marchionalis, cum ipsa loca non sint quid magnum respectu ipsius status marchionalis, & D. Marchio in inuestitura feudali sibi reseruet directum dominium: & sic in casu præsenti non dicitur adesse defectus causæ materialis. Vnde quæritur oportune Bart. *in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* nunquid rex possit concedere vel alienare bona regni? & concludit, quod si rex alienaret aliqua, quorum donatio cederet in magnã diminutionẽ f † iu- f
risdictionis regalis, quod non posset hoc facere, et- 16
iam si iuramento firmaret; *vt est casus in c. intellecto. de iureiuran.*

iureiurando Sed si donaret aliqua, quæ non ita diminuerent iurisdictionem suam: tunc valeret talis donatio facta à rege, & præiudicaret successori in regno. Ita dicit esse casum *in c. Abbate sane. de re iudi. in 6. Alibi tenet Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber.* quod Papa potest infeudare castra ecclesiæ benemeritis, sicut potest imperator: *vt in cap. 1. de nat. feud. Ioan. And. in capit. cum venisset. de iudic.* nisi essent valde pretiosa, vt magna ciuitas: quia tunc debet interuenire consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersale: *vt not. Archi. 10. quæst. 2. cap. cum redemptor. & cap. Abbatib. facit, quod notatur in l humanum. ff. de legibus.* Alibi tenet Baldus post Innoc. *in c. bona. el 2. in 7. col. de postula. prælat.* quod Papa cum bona conscientia potest donare castella ecclesiarum, quod dicit tenendū menti pro castro Pisano cuidam donato à Papa habente plenam notitiam qualitatis rei. Alibi tenet Bal *in l. si certarum. in princ. ff. de testa. milit.* quod licet imperator nō possit donare quotam imperii, puta tertiam, vel dimidiam, tamen bene potest donare aliquas res vel loca imperii. Alibi tenet idem Baldus *in cap. licet causam. in 5. col. de probat.* quod imperator non posset donare claues imperii; quia tenetur eas resignare successori: alias potest dici proditor: *vt notatur in l. fin. C. de acquir. possess. l. cum pater. § pater pluribus. ff. de leg at. 2.* Item non potest viscera imperii euiscerare, quia esset homicida suæ dignitatis, *l. cum fundum. §. si tutor. ff. de vsucapion. pro em t.* Item nec posset vnam baroniam concedere, quæ posset subuertere maiestatem imperii. Idem in Papa, & multo fortius in regibus: *vt in cap. intellecto. de iureiurando.* Alibi dicit Baldus *in c. fin. circa fin. de re iudic.* quod res, quæ pertinent ad regnū, rex potest donare, & obligat successorē, quod est intelligendum secundum eum, de rebus particularibus non reseruatis regiæ dignitati. Alibi Bal. *in d. c. intellecto. in 2. col.* dicit, quod iurisdictiones supremę sunt sacrum sacrorum, & ideo nō sunt in marsupio principis: nec potest princeps habere vrbem venalem. ¶ Alibi idem Bald. *in prælud. feud. circa 10. colum.* quærit, nunquid imperator vel rex possint alienare aliqua castra imperii vel regni? & nunquid princeps possit alienare ea, quæ sunt principatus? arguit ad partes, & in effectu videtur distinguere post antiquos, quod aut princeps vel imperator alienat expropriando, & penitus abdicando omne dominium, iurisdictionem, & dignitatem, & tunc nō potest; quia esset deformare principatum, *d. cap. intellecto.* Aut alienat retinendo directum dominium, vel saltem superioritatem & tunc valet alienatio, *c. 1. in princip. qui feud. dar. poss. c. 1. §. præterea. cum gl. de capitul. Corr. cap. 1. in princip. & §. 1. quis dicatur Dux vel Marchio. Alibi dom. Alexand. in l. filio quem pater. in princ. in vlt. col. ff. de lib. & posthum.* refert se consuluisse, quod imperator non potuerit donare castrum, seu ciuitatem cum pleno & omnimodo dominio directo, & vniuersali, & omnimoda iurisdictione, & nulla sibi facta reseruatione. Alibi consuluit dominus Alexan. *in consilio 1. quinti voluminis. in 7. col.* quod rex vel imperator potest aliquam particulam suæ iurisdictionis regni alteri concedere, quo ad vtile ius in feudū. Similiter tenet Angel. *in d. l. prohibere. §. sed si permiserit. in ver. plane.* quod rex possit donare terras regni, non abdicando à se omnem iurisdictionem & dominiū. Et ideo rex facit comites & barones, quibus concedit iurisdictiones & dominia locorum, secundum eum. ¶ Pro eadem parte etiam facit; quia talia castra & loca erant solita infeudari. g vnde etam g prælatus & personæ ecclesiasticæ, quæ non possunt res ecclesiæ infeudare, *cap. 1. in princip. qui feud. dar. poss. c. 1. verse. idem iuris. in tit. episcopum vel abbatem. c. 1. de clerico qui inuestituram fecit. & cap. 2. vbi Doctor. de feud.* eo quia iurant non alienare vel infeudare res ecclesiæ, inconsulto Papa, *cap. vt super de rebus ecclesiæ non alien.* tamen possunt infeudare res ecclesiæ † consuetas 17
infeudari: *vt in iuribus supra proxime allegatis. & est glos. 24. quæst. 1. cap. 2. in verb. in hæresim. gloss. & Doctor. in cap. 2. de feud. Angel. notabiliter in l. non est nouum. in prima colum. ff. de legi facit quod notat dominus Abbas in cap. per tuas. per illum text. de donat.* Item prædicta castra & loca non erant de mensa marchionali: eo quia res, in quibus D. Marchio habet directum dominium, sed alius vtile, vt sunt feuda, non possunt dici de mensa marchionali, & propterea si ad D. Marchionem reuertantur, permittitur eorum infeudatio, *prout est glossa ordinaria melior de iure in clement. 1. in verb. ad mensam. de excess. prælat. quæ allegat Innocent. ita notare in dicto cap. vt super. de rebus eccles. non alien. Idem tenet Baldus in cap. 1. in princ in 4. col qui feud. dar. poss. Andre. de Isern. in c 1. in princ. in tit. episcopum vel abbatem.* Item prædicta conuentio de infeudando fuit facta propter benemerita, quæ sequuta sunt, scilicet propter recuperationem dictorum locorum & castrorum à manibus rebellium: † quo casu etiam prælatus ecclesiæ 18
potest res ecclesiæ alienare gratia remunerandi seruitia. h *cap. relatum. & cap. cum in officiis. de testam. notant Bartolus & alij in l. iubemus nulli. in princip. post gloss. ibi. C. de sacrosanc. eccles. Bart. in l. iusta causa. per illum textum. ff. de manu. vindic. & notabiliter Ioannes Andreas in addition. Speculat. in titul. de rebus eccles. non alien. super rubrica.* Et dicit signanter Bartolus *in proœmio Digestorum, in vlt. col.* quod res alias prohibitæ alienari possunt tamen alienari ex causa remunerationis, i *per dictam l. iubemus nulli. in princ.* facit, quod vult idem Bart. *in l. ambitiosa. in 1. colum. ff. de decre. ab ord. fac.* Item prælatus ecclesiæ † potest alterare naturam feudi, vt remuneret 19
seruitia recipientis: & ideo si feudum ecclesiæ erat solitum concedi ad tempus tantum, vel in masculos tantum, potest prælatus alterare concedendo in longius tempus, aut in perpetuum, vel etiam in fœminas pro remuneratione meritorum, k *vt c. 1. §. 1. de le. Cor. & ca. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. secundum Iacob. de Beluis. & Nicol. de Neapol. in c. 1. in prin. & ibi Iacob. Aluarotus in penult. col. qui feud. dar. poss. Idem tenet dominus Cardinalis Florent. in c. ex parte. in 3. col. & in 3. q. de feud.* ¶ Tenendo istam partem, quam arbitror esse de iure verissimam, non obstant in contrarium deducta: quia licet ex prędictis remaneāt clare euacuata & resoluta: tamen vt veritas clarius elucescat, ad ea particulariter & in specie respondetur. ¶ Non obstat ergo, dum primo dicebatur, quod factum antecessoris non debeat ligare successorem: quia respondetur, † quod quicquid teneat Bal. *in d.* 20
tit. de pac. Const. in ver. successorum nostrorum. tamen vera & communis sententia scribentium, in vtraq; censura est, quod contractus principis liget & obliget eius successorem; prout tenent legistæ & canonistæ in locis superius relatis. Et ipsemet Baldus in omnibus aliis locis supr. accumulatis, semper idem tenuit.

& licet idem Bal. *in d.l.1.circa prin.ff.de const.prin.* videatur primo dicere, quod contractus principis non transeat in successorem, cum non habeat ab eo causam: tamen postea ibidem istud limitat esse† verum, 21 nisi princeps faciat ea, quæ sunt de natura vel consuetudine sui officii, sicut est in feudare, *arg. §. & hæc vero iubemus. in auth. vt nulli iudicũ. & §. illud. in auth. constitutio quæ de dignitatibus.* Et istud fortius procedit in casu præsenti, vbi ista conuentio de infeudando fuit facta, vt illa castra & loca recuperarentur à manibus rebellium habẽtium magnos fautores: & sic fuit facta ex causa remunerationis, vt in superioribus late & congruenter fuit dictum. ¶ Non obstat etiam, dum dicebatur, q̃ modernus Marchio non venit ad successionem vt hæres, nec hæreditario iure; quia 22 contrarium fuit superius demonstratum, †quod est filius, & quod veniat vt hæres: & dato etiam, quod non veniret vt hæres, tamen adhuc esset obligatus obseruare conuentionem feudalem antecessoris sui per multa fundamenta superius deducta. ¶ Non obstat successiue, dum dicebatur, quod talis conuentio tendat in non modicam diminutionem patrimonii 23 & iurisdictionis marchionalis, † quia contrariũ est verum in facto, quod talis alienatio nõ dicitur magna, habito respectu ad statum marchionalem. Item contrarium est etiam in iure, per multa superius oportune deducta. ¶ Non obstat vltimo dum dicebatur, quod in d. conuentione comprehenduntur regalia ipsorum locorum, quæ nec per contractum, nec alio modo potest princeps concedere in præiudicium successorum suorum: secundum Bald. *in d. tit. de pac. Constan. in verb. successorum nostrorum.* quia re- 24 spondetur, †quod Bal. loquitur de regalibus status: nam illa talia regalia status nullo modo possunt per principem concedi in præiudicium successorum: sed nos loquimur non in regalibus status, sed in regalibus particularibus certorum locorum, & illa bene possunt concedi in preiudicium successorum: l sicut videmus tota die principes l & reges concedere certa loca & castra in feudum cum suis regalibus particularibus illorum locorum. Pro ista limitatio- m ne m bene facit, quod tenet And. de Iser. *in rubric. quæ sint reg. in 3. col.* vbi tenet, quod si rex vel imperator donaret regalia de toto imperio vel regno, vel tanta parte, vt esset contra honorem coronæ, non valeret: alias sic, ex certa scientia, *d.ca. intellecto. de iureiur. & l. apud Iul. in fi. ff. de leg. 1. & notabiliter in auth. quomod. oport. episc. in princ.* Præterea † Bal. ibi loquitur, quan- 25 n do regalia principaliter & de per se concederentur: n secus quando in consequentia infeudationis, vt in casu præsenti: multa enim in cõsequentiam conceduntur, quæ principaliter non concederentur, *l. 1. in princip. ff. de authorit. tutor. l. quoties. C. de iudic. & l. tutor rerum. vbi tex. not. ff. de admin. tut.* Præterea feudum censetur esse quædam vniuersitas, non solum facti, sed etiam iuris: *vt late per Andre. de Isern. in ca. 1. in princ. in 5. col. quid sit inuestitura.* Sed cum vniuersitate quædam transeunt, quæ de per se particulariter non ve- o nirent, o *l. quædam. ff. de acquir. rerum domin. gl in c. querelam. in gl. magna. & ibidem D. Abb. de simonia. facit l. in modicis. ff. de contrahend. emption. & l. si mercedem. §. 1. ff. de action. empt.*

ADDITIO

a Impetium.] Ias. cons. 227. pro enucleanda. num. 63. supra lib. 2. vbi addo Roland. consil. 32. recolo. nu. 76. lib. 4. vbi hoc cons. citat.

b Obseruantiam.] Dixi supra cons. 1. n. 1 li 1. addo Menoch. hoc cons. citantem cons. 1. n 228.

c Deinuestire.] Iason d. cons. 1. num. 8. & 23. vbi addo. & vide quod dixi consilio 55. Illustrissimus. num. 30. vbi hoc consilium alleg.

d Et filius.] Iason supra consil. 217. immunitas. num. 15. lib. 2. vbi dixi.

e Inuestitura.] Scripsi cons. 87. consultus. col. 2. lib. 1. & cons. 182. vertitur quæstio. col. 6. supra lib. 2.

f Diminutionem.] Ias. d. cons. 1. n. 5. vbi addo.

g Infeudari.] Iason supra consilio 155. in causa. nu. 6. lib. 2. vbi dixi.

h Seruitia.] Iason supra consilio 222. de archiepiscopo. lib. 2. vbi addo.

i Remunerationis.] Ias. consil. 227. pro enucleanda. col. 8. vers. 8. facit supra lib. 2. vbi dixi.

k Meritorum.] Ias. qui hoc dicit multum notandum l. ex hoc iure. 9. effectu. de iust. & iure. l. si non sortem §. libertus. 7. effectu. de cond. ind. l. 2. num. 172. C. de iure emphyt. Tiraq. alios adducens. l. si vnquam. ver. donatione largitus. num. 28. C. de reuoc. donat.

l Principes.] Ita etiam respondet Ceph. consilio 154. in causa. num. 11. vbi hoc consilium citat. & consil. 155. sex in facto. num. 32.

m Limitatione.] Refert Ias. hic Ceph. d. cons. 155. n. 28.

n Concederentur.] Ceph. d. cons. 154. nu. 12. & d. cons. 155. num. 33. vbi huius cons. meminit.

o Non venirent.] Ceph. cons. 309. quæstio. nu. 28. & cons. 418. territorium. n. 58. vbi hoc cons. citat.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XI.

THEMA.

SPECTABILIS & generosus vir quondam do. Aluysius Fisciraga ciuis Laudensis, dum in humanis ageret, & esset solutus ex Lucretia de Perotis, similiter tunc soluta, & filia sua spirituali, quam de sacro fonte leuauerat, susceperit duos filios, Alexandrum, & Octauianum, quos per comitem Palatinum fecit legitimari. Dubitatur, an talis legitimatio valeat, præsertim ex eo, quod videtur comitem Palatinum non potuisse legitimare, stante tali impedimento cognationis spiritualis.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio filiorum susceptorum ex filia spirituali per comitem Palatinum quo ad temporalia, non valet. & num. 11.*

Imperator nec comes Palatinus non possunt se impedire de legitimatione filiorum natorum ex filia spirituali, sed ad Pontificem recurrendum est. & n. 11.

Filij nati ex nefariis vel incestis nuptiis non sunt naturales nominandi, nec à parentibus alendi, nec per Imperatorem legitimari possunt. & n ....

Imperator non potest legitimare natos ex nefario & incestuoso coitu. & n. 13 & 14.

Legitimatio redditur surreptitia, si illegitimitatis qualitas non exprimatur, sed contra. nu. 15.

4 *Legitimatione facta sine citatione agnatorum, qui alias fuissent ab inteſtato successuri, non valet ad præiudicium tertij. & n. 16. vbi contra.*

5 Filij

3 *Filij nati ex muliere de sacro fonte leuata dicuntur incestuosi.*

6 *Imperator & comes Palatinus qui in hoc habet imperiale priuilegium potest legitimare incestuosos quoad temporalia & Imperator potest legitimare filiam presbyteri.*

7 *Legitimatio ad hoc vt valeat non requiritur vt in legitimatione exprimatur qualitas illegitimitatis quando est vnicus defectus, sed sufficit de eo in genere facere mentionem.*

8 *Legitimatio. In legitimatione quæ fit viuo & instante patre non sunt citandi agnati etiam si filij sint incestuosi.*

9 *Clausula, non obstantibus quibuscunque legibus, cũ clausula etiam si de ijs deberet fieri specialis mentio, idem important ac si in specie ac singulariter derogaretur legibus vel iuribus obstantibus & nu. 13.*

10 *Legitimatio est fauorabilis & ampliandæ, cum sit principis donum.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

1 VIDERETVR prima consideratione concludendum talem legitimationē nullatenus † valere: quia cum dicta Lucretia esset filia spiritualis prædicti domini Aluysij; qui eã ex sacro fonte leuauerat, & consequenter adesset impedimentum spirituale, certe videretur, quod nec comes Palatinus, nec etiam imperator, vel alius princeps secularis, potuerint se de tali legitimatione impedire. Nam imperator vel comes Palatinus habens ab eo authoritatem, sicut non possunt dispensare super tali impedimento spirituali impeditiuo matrimonij, sic etiam per consequens non possunt etiam dispensare super consecutiuo ad matrimonium, & sic super legitimatione. *Ita probat tex. notabilis in cap. per venerabilem. in versicul fin. qui fil. sint legitimi.* Vbi dicit tex. quod Papa non potest legitimare aliquem, quando non potest super matrimonio dispensare lege diuina prohibente. Vnde in casu isto debeat talis legitimatio fieri per Papam, vel habentem potestatem ab eo; quia Papa posset super tali impedimento dispensare, cum non sit lege diuina, sed canonica inductum: *vt notatur in c. cum olim. de cleri. coniuga.* sicut Papa potest legitimare filios natos ex cõstituto in sacris: vt expresse decidit Host. in summa in titu. *qui fil. sint legi. §. fin. versi. nunquid ergo cum adulterino filio, quem refert & sequitur d. Alexand. in consilio 2. incipien. visis codicillis. in 6. colum. Idem tenet Paul. de Cast. in consil. 225. incip. videndum est primo de ipso Alderico in 3. colum.* ¶ Secundo facit; quia tales filij nati ex complexibus nefarijs vel incestis, & sic
2 multum damnabilibus, † non debẽt naturales nominari, nec à parentibus sunt alendi, nec per imperatorem possunt legitimari: *vt est tex. notabilis in §. fi. in auth. qui. mo. na. effi. sui.* talem enim sobolem non solum lex Mosaica & canonica, sed etiam seculares leges detestantur, & à legitimatione repellunt. *d. cap. per venerabilem. in versi. fi.* Et licet gl. *in d. §. fin. in ver. parcipium. in auth. qui. mo. na. effi. sui.* teneat, quod tales natos ex nefario aut incesto coitu posset princeps legitimare, & sic legitimos facere, si diceret, non obstante illa lege, tamen istud non fuit obseruatum in casu præsenti, vbi comes Palatinus in legitimatione non derogauit specialiter tali legi. ¶ Tertio, dicta legitimatio ex alio videtur reddi nulla; quia in tali legitimatione non fuit expressa species, seu qualitas illegitimitatis, scilicet ꝙ tales fuerint susceptus ex muliere leuata de sacro fonte, & consequẽter non est facta mentio de tali impedimento cognationis spiritualis, ergo videtur quod talis legitimatio reddatur † surreptitia, & sic non valeat, quia 3
impetrata per surreptionẽ tacita veritate. *l. sed si hac §. patronum. ff. de in ius vocan.* debent enim in legitimatione narrari & exprimi omnia quę verisimiliter haberent remouere comitem, aut eum reddere difficiliorem ad legitimandum. *c. postulasti & cap. super literis. de rescri. c. cum dilecta. de confir. vti vel inuti. c. 1. & 2. de fil. presby notatur in l. vniuersa. C. de preci. impera. offe.* Et ꝙ in legitimatione species illegitimitatis sit exprimenda, [a] tenet Petr. de Anch. *in cons. 418. incipien.* a
circa primum quæsitum fuit satis expediens. dom. Anton. de But. in d. cap. per venerabilem. in 25. columna in versicu. nunc descendo. Item dicit Bald. *in l. eam quam. in 9. colum. C. de fideicommiss.* quod quando ille legitimatur, esset plurimum odiosus: vt quia natus ex sacrilegio, vel ex monacha, tunc non sufficerent verba generalia, quæ tam odibiles non comprehendunt, *arg. l. Lucius. §. Titius Damam. ff. de lega 2. facit. c. 1. de fil. presby.* nec isto casu sufficeret clausula generalis, non obstantium. ¶ Quarto, ad idem facit: quia talis legitimatio fuit facta sine citatione agnatorum, qui alias † fuis- 4
sent ab intestato successuri, & sic de quorum præiudicio tractabatur, *contra regulam l. nam ita diuus. ff. de adop l. de vnoquoque. ff. de re iu di. c. 1. de cau. pos. & proprie.* nam etiam in legitimatione, quæ fit viuo patre per principem seu comitem Palatinum, debet fieri mẽtio de agnatis, alias ab intestato successuris: & si hoc non exprimatur comiti, non valet legitimatio ad præiudicium tertij. *Ita firmat Iac. de Belui. in §. & quoniam. in authen. qui. mo. na. effi. sui. D. Ant. de Butr. in d. cap. per venerabilem. in 27. colum. & ibidem. D. Abb. in 8. colum. in fi. & ibi. d. Anto. de But. refert idem sentire Ioann. And. in addi. Spec. in ti. de succes. ab intestato. §. 1. in addi. quæ incipit, sine culpa. Idem tenet Pau. de Cast. in consil 221. incipien. super eo solo. d. Alex. in consil. 25. incip. circa primum dubium quo petitur an per existentiam in 5. colum. & in consilio 66. incip. consideratis his quæ in themate narrantur. in 10. colum. domi. Franc. de Are. in cons. penul. incip. magnifici & excelsi domini. in pe. col. circa fin. & vlti.* ¶ Sed præmissis omnibus non refragantibus, contrariam sententiam arbitror de iure proculdubio præualere, ꝙ talis legitimatio, de qua in casu presenti, sit iuridica, & valida censenda ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebit in oppositum deducta non obstare. In primis moueor. Nam isti filij nati ex tali muliere de sacro fonte leuata, & sic vbi erat impedimentum † cognationis spiritualis, dicuntur esse 5
filij incestuosi. [b] *l. fin. in principio. ff. de ritu nupt. l. fi. ff. de condi. sine cau. §. ergo non omnes. insti. de nup. notatur in cap. nisi cum pridem. in §. personæ. post glo. ibi de renun.* sicut etiam filij nati ex sacerdote in sacris [c] constituto c
dicuntur esse incestuosi: *vt est gl. in l. 2. C. de epis. & cle. quã ibi sequntur Bal.* & dicit, quod fuit de hoc quæstio

BIBLIOTECA GRANADA

in facto; quia constitutio disponebat, quod de incestu non posset peti abolitio: reuocabatur in dubium, vtrum cum clerico in sacris constituto esset incestus. Refert fuisse determinatum secundum illam gloss. quod sic, sicut in moniali. Cum ergo isti filii essent incestuosi, per consequens potuerunt legitimari per istum comitem Palatinum, qui in priuilegio suo imperiali habet potestatem specialem legitimandi bastardos, manseres, spurios, & quolibet alio illegitimo coitu procreatos. Clarum est
6 autem, quod imperator & etiam comes † Palatinus potest legitimare incestuosos quo ad temporalia: *vt est text. in l. qui in prouincia. §. diuus. & ibi Barto. expresse ad hoc notat. ff. de ritu. nup. Bald. in l. & si contra ad fin. C. de nup. & in cap. innotuit. in pe. col. ad fi. de elec.* & ibidem subdit, quod *in d. §. diuus.* est etiam text. notabilis, quod tunc non requiritur clausula, *non obstante*, sed sufficit certa scientia principis legitimantis. Sic etiam imperator potest legitimare filiam presbyteri, licet videretur, quod iste casus non pertineret ad iudicium imperatoris. Ita expresse determinat Bald. *in d. l. & si contra. ad fin. in vlti. q. C. de nup. Idem tenet dom. Signorolus de Homodeis in consilio 24. incipien. domin. Guilelmus de Cadis de Placentia.* vbi tenet, quod etiam comes Palatinus potest legitimare filios existentes in
7 sacris ordinibus, vt ibi per eum. ¶ Secundo moueor; quia ad hoc vt valeat legitimatio, non est necesse, quod in legitimatione exprimatur qualitas illegitimitatis, quando est vnicus defectus, sed sufficit de eo in genere fieri mentionem: secundum Inno. Io. Andr. *& alios in c. fi. de fil. presby. Lud. Rom. in cons. 194. incipien. in proposita consultatione primo videndum occurrit, an dicta legitimatio in 1. & 2. col. Idem tenet naturaliter Bald. in c. naturales circa prin. in 2. q. si de feu. fue. controu. inter do. & agna.* Vbi notabiliter tenet, quod in legitimatione non sit necesse exprimi qualitatem illegitimi, sed sufficit si est spurius, quod exprimatur in genere spurietas, licet non exprimatur qualitas spurietatis: puta quia non dicatur, quod sit natus ex monacha, vel ex adulterio. Allegat ita notare Ioan. And. *in d. c. fin. de fil presby. in nouella. Idem tenet Bal. in c. super literis. in 3. col. de rescri.* Vbi dicit, sufficere exprimi qualitatē in genere, puta quod sit illegitime natus, licet non dicat ex monacha, vel monacho, sicut non oporteret dicere ex Berta & Sempronio, argu. *cle. 2. de procu. Idem notabiliter tenet Bald. in c. nisi cum pridem. in pe. col. de renun. & in l. si qua illustris. in 1. col. ad fi. C. ad Orficia. & in l. Paulus. in fi. ff. de sta. ho.* vbi dicit tenere legitimationem vel dispensationem super natalibus suppressa qualitate, per quam quis est spurius, nisi sit natus ex illustri: secundum Ioan. And. *in d. c. fi. in nouella.* quod est notatu dignum, secūdum eum. Alibi tenet notabiliter Bald. *in cap. dudum. 2. in 5. col. de elec.* quod cum omnes nati ex nostro corpore largo modo dicantur filij naturales, licet sint spurij: *vt notat Arch. 32. q. 2. c. liberi.* istud secundum eum est notandum ad legitimationes, quæ fiunt per comites palatinos, in quibus exprimitur naturalitas, & non eius qualitas, quod valeant & teneant: quia à quo remouetur quidditas, idest substantia, remouetur etiam qualitas, & omne accidens: *vt l. 2. ff. de vsufruct. secundum eum.* ¶ Tertio facit; quia quando pater in vita sua facit legitimari filium, † vt in casu prælenti,
8 tunc in tali legitimatione non sunt aliqui citandi.

d §. *si quis igitur. in authen. qui. mo. na. effi. sui.* eo quia talis legitimatio principaliter tangit patrem, qui potest disponere de bonis suis, quomodo vult: ita tenent Bart. & omnes indifferenter *in l. Gallus. §. & quid si tantum. in vltim. colu. ff. de libe. & posthu. Bald. in c. Albericus. de testi. D. Abbas in d. cap. per venerabilem in 9. colum.* Item pater in vita potest petere confirmationem status liberorum, & eorum legitimationem, nec tūc est opus citari agnatos, etiam si filij sint incestuosi, *tex. est in l. qui in prouincia. §. 1. cum gloss. ff. de ritu nup.* qui text. est ad hoc notabilis & solitarius: secundum Bal. qui ita notat *in ca. 1. in penult. col. de confir. vtil. vel inutil.* ¶ Quarto facit: quia in priuilegio imperiali concessō huic comiti Palatino adest clausula. videlicet, non obstantibus aliquibus legibus imperialibus, siue constitutionibus quibuscunque quibus omnibus per omnia derogamus, † etiam si de his iure vel 9
consuetudine deberet fieri mētio specialis. Illa verba, etiam si de his deberet fieri mētio specialis, sunt in proposito diligenter consideranda; quia idē important, ac si in specie & singulariter derogaretur legibus, vel iuribus obstantibus: e *vt est tex. notabilis* e
in l. omnes. in verb. specialiter ac nominatim. C. de præscript. 30. an. per quem tex. Bald. ibi circa prin. notat ibi esse tex. singularem & meliorem, qui sit in iure ad clausulam derogatoriam positam in rescriptis, vel in statutis: videlicet, non obstantibus legibus vel cōsuetudinibus in contrarium facientibus de quibus deberet fieri mentio specialis: quia intelligitur omnibus derogatum, perinde ac si specialiter & distincte essent enumeratæ, & dicit, quod multoties vidit talem clausulam apponi. Idem tenet notabiliter Bal. *in c. cum dilecta. in vlti. col. de rescri. Ang in l. diui §. §. licet ff. de iure codicil. Oldra. Lauden. in consi. 117. incipien. bonæ memoriæ Bonifacius. Ioan. And. in c. 1. de schismati. in 6. in nouella. D. Ant. de But. & D. Abb. in c. cum instantia. de censi. Ludo. Rom. in consil. 326. incipiente, Istæ sunt rationes. & in terminis nostris in priuilegio legitimationis tenet Bal. in consilio 119. quinta partis incipien. quidam vxoratus. in fine. & in simili Fede. de Senis notabiliter in consil. 47. incipien. habita super casu prædicto collatione conuenienti.* ¶ Quinto & vltimo facit: quia legitimatio est fauorabilis f & amplianda, † & sic defendenda, cum f
sit patris & principis donum. *authentic. item si quis.* 10
C. de natu. libe. secundum Bal. in l. seruus. C. de lega. & licet dispensatio dicatur esse odiosa. *c. 1. in fi. de fil. presby. in 6 gl. in c. ordinarij. in verb. dispensationes de offic. ordi. in 6.* tamen legitimatio est fauorabilis: *secundum Gemi. post Lapum in d. c. 1. §. 1. in pe. col. de fil. presbyt. in 6. Petr. de Ancha. in consil 418. incipien. Circa primum quæsitum fuit satis expediens.* ¶ Per ista quinque fundamenta remanent resoluta, quæ in contrarium allegabantur, tamen vt res clarior reddatur, ad ea in specie particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo primum dum dicebatur, quod cum dicta Lucretia esset filia spiritualis domini Aluysij, qui eam de sacro fonte leuauerat, & consequenter adesset impedimentum spirituale, quod nec comes Palatinus, nec imperator poterant se de tali legitimatione impedire: quia sicut non possunt dispensare super impedimēto spirituali impediente matrimonium, ita etiam non possunt dispensare super legitimatione, quæ est consecutiua ad matrimonium, *d. cap. per venerabilem in versicu. fin.* quia respondetur, † quod si prin- 11

ceps

ceps secularis vellet aliquē efficere vere legitimum tanquam natum ex matrimonio legitimo, & tunc qui non potest super ipso matrimonio dispensare, non potest etiam facere aliquem per illum modum esse vere legitimum. *Ita loquitur text. in d. c. per venerabilem. in versi. si.* Aut quærimus, quod quis efficiatur legitimus remouendo differentiam legitimitatis & illegitimitatis, & sic reducendo eum ad primæuum statum naturæ, & istud potest fieri per principes seculares. §. *si quis ergo. in verb. antiquæ ingenuitati. & in verb. ad ipsam deducentes naturam. in authen. qui. mo. natu. effi. sui.* Quia per istum modum non dispensatur super matrimonio, nec super aliquo impedimento ad matrimonium, & sic nihil dispensatur super iure spirituali. g Hinc est, quod imperator & comes Palatinus potest legitimare etiam incestuosos quo ad temporalia. Itē imperator & comes Palatinus potest legitimare filium sacerdotis in sacris constituti: prout supra deduxi in primo fundamento. ¶ Non obstat secundo, dū dicebatur, 12 quod imperator nō potest legitimare natos† ex nefario vel ex incestuoso coitu: *per text. in d. §. fin. in authen. quib. mo na. effi. sui.* quia respondetur secundum h quod ibi dicit gl. *in verb. participiū.* h quod imo etiam princeps secularis potest eos facere legitimos cum clausula, *non obstante illa lege.* Sed in casu nostro adest specialis derogatio, & clausula, *non obstantibus aliquibus legibus, etiam si de illis oporteat fieri mentionem specialem*, quæ clausula habet eundem effectum ac si specialiter & in indiuiduo esset ei derogatum: prout deduxi supra in quarto fundamento. Secundo respondeo ad text. d. §. fin. quod etiam sine clau- 13 sula, *non obstante*, sufficit certa scientia comitis† legitimantis, prout est in casu nostro: & clare patet ex inspectione ipsius legitimationis: *per text. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. per quem text. ita debet glossari text. & gloss. d. §. fina. in authen. qui. mo. natu. effic. sui.* secundum quod expresse dicit Bald. *in cap. innotuit. in pe. colum. in fi. de elec.* ¶ Non obstat tertio, dum dicebatur, quod in tali legitimatione non fuit expressa species, seu qualitas illegitimitatis, & consequenter non fuit expressum, quod tales filij essent nati ex muliere leuata de sacro fonte, & consequenter quod ibi esset impedimentum cognationis spiritualis: quia respondetur, quod imo vera & com- 14 munis† conclusio est, quod in legitimatione nō sit necesse exprimere qualitatem illegitimitatis, sed sufficit quod in genere ipsa illegitimitas exprimatur: prout deduxi supra in secundo fundamento. Secundo respondeo, vt res ista indubitanter & sine vllo scrupulo procedat, quod imo in ista legitimatione fuit expressa in specie & in indiuiduo prædicta qualitas illegitimitatis. Nam tempore, quo facta fuit ista legitimatio, do. Aluysius pater exposuit comiti Palatino, quod ex Lucretia de Perotis tunc soluta, & eius filia spirituali susceptt prædictos duos filios: & sic in ipso priuilegio specialiter fuit expressum impedimentum cognationis spiritualis, & sic res est in hoc sine vlla dubitatione. ¶ Non obstat quarto & vltimo dum dicebatur, quod in ista 15 legitimatione† agnati non fuerunt citati, & quod de eis debebat fieri mentio, etiam quando legitimatio fit viuo patre: quia respondetur, quod quando pater in vita sua facit legitimari filios etiā incestuosos, tunc in tali legitimatione non sunt aliqui citādi: vt dixi supra in tertio fundamento. Secundo respondetur, quod in ista legitimatione fuit expressum comiti Palatino legitimanti, quod d. Aluysius habebat tunc superstitem dominum Bon Ioannem de Fiscaraga eius fratrem, & sororem, ac nepotes, & germanos, qui alias ab intestato sibi successissent.

ADDITIO.

a Exprimenda.] Rui. cons. 103. visis nu. 16. lib. 3. Rolan. cons. 89. visa. num. 42. cum seqq. lib. 1. & cons. 96 decreueram. numer. 41. lib. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib 2. Cent 3. casu 203. nu. 3. vbi hoc cons. referunt. Sed quod sufficiat in genere qualitatem illegitimitatis exprimi vult Ias. infra eo cons. num. 7. & is vbi dicit veram & communem. Dec. cons. 55 & pro tenui. nu. 4. Menoch. qui hanc opinionem dicit dubiam cons. 19. Hæc magni. nu. 24. vers. non obstat. 5. & late trad. Dida Ias. cons. referens in epit. de sponsa. part. 1. 2. partis c. 8. §. 9. fere per totum & max. num. 4.

b Incestu osi.] Rolan. d. cons. 96. nu. 19. cum seqq.

c In sacris.] Ias. cons. 39. in præsenti nu. 15. infra eo. Rol. cons 61. multiplici nu. 46. lib. 1. secundum aliquos tamen filij nati ex constituto in sacris dicuntur non incestuosi, sed spurij vt per Rolan. alios citantem cons. 12. legitimationem nu. 42. vers. restat modo lib. 4. I. B.

d Citandi.] Dec. d. cons. 55. col. 4. cons. 85. & diligenter col. pen. in fine. & cons. 393. consului num. 5. vbi inquit doct. ita communiter tenere Paris. cons. 1. num. 117. lib. 2. Rolan. in rationibus dubitandi. d. cons. 61. num. 15. & d. cons. 89. num. 14. lib. 1. Tiraq. tract. res int. alios acta vers. hinc quoque fit. fol. 163. vbi infinitos citat sequentes Gabriel commun. opinion. lib. 2. de citatio. concl. 1. numer. 130. & seqq. vbi refert opiniones & Menoch. cons. 10 quod magnificus nume. 46. declarat. Ceph. cons. 23. feudum nu. 59. & 60. Io. Becius.

e Obstantibus.] Ias. cons. 227. pro enucleanda. nu. 50. super lib. 2. vbi dixi vltra ibi dicta vide quod scripsi cons. 55. illustrissimus. num. 24. & 26. huius cons. memini.

f Fauorabilis.] Dixi cons. 184. circa legitimationem in prin. supra lib. 2.

g Spirituali.] Refert Rolan. d. cons. 61. nu. 50. li. 1. d. cons. 96. num. 28. & d. cons 12. num. 63. vers. 3. respondetur.

h Participium.] Rola. d. cons. 61. n. 51. vbi hoc cons. adducit.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XII.

THEMA.

IN capitulis initis super reformatione Abbatiæ Pomposianæ inter reuerendissimum cardinalem Estensem commendatarium, & monachos sanctæ Iustinæ, deprehenditur quædam contrarietas, quæ difficultatem ingerit & controuersiā inter partes: super qua adeo copiose, subtiliter, & accurate scriptum fuit per tres eximios dominos consultores, vt quæ eorum diser- tissimis, & grauissimis consultationibus addenda occurrunt, paucioribus à me nunc veniant absoluenda. In primo capitulo assignationis bonorum dicitur, quod liuelli omnes Codegorij, commune Medijgauri, & commune Massanzaticæ assignantur præposituræ erigendæ, in quibus liuellis & cōmunibus sunt valles liuellatæ hominib. dicto-

dictorũ locorũ ab antiquo inuestitis, cum facultate reducendi dictas valles ad culturam sub certa annua solutione. Deinde in postremo capitulo dicitur, quod valles existentes in districtu Massanzaticæ, Medijgauri & Codegorij intra confines infrascriptos, videlicet intra aggeres Gaurij, & Renicellorum, & intra nemora dictæ præposituræ assignata reduci debeant ad culturam & postea diuidi inter ipsam abbatiã, & præposituram, assignando tertiam partẽ præposituræ, & residuum Abbatiæ. Vnde probabiliter dubitatur, an primum capitulum assignans omnes liuellos dictorũ locorum præposituræ, debeat intelligi & restringi ad liuellos aliorum bonorum, quam valliũ, propter vltimum capitulum: an vero ecõtra, vltimum capitulum loquẽs de vallibus ad culturam reducendis, & postea diuidendis, debeat intelligi & restringi de alijs vallibus, quæ non sunt liuellariæ.

SVMMARIA.

1 *Generi per speciem derogatur & non contra: & nu. 14.*
2 *Species inter plures illa derogat alteri, quæ est specialior nu. 14.*
3 *Vltima in contractibus seu conuentionibus derogant prioribus & nu. 15. 16.*
4 *Capitulum vltimum ita debet intelligi, vt aliquid operetur & ne sit frustratorium & nume. 26. & seqq. vbi decl.*
Verba capituli ita intelligi debent, vt aliquid operentur. vide ver. capitulum vlt.
5 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium quam sequens ad determinationem præcedentium & nu. seqq. & nu. 15.*
6 *Conditio adiecta in institutione intelligitur repetita in legato postea facto, secus si legatum præcedat.*
7 *Simulatio contractus sequentis melius probatur per contractum præcedentem quam è conuerso.*
8 *Capitula duo vel duo statuta contraria quando reperiuntur & vtrunque est speciale, attenditur illud quod est magis fauorabile & in quo reperitur euidentior vtilitas & benignior interpretatio.*
Statuta duo contraria si sint, & vtrunque speciale, attenditur quod est magis fauorabile, vide vers. capitula duo.
9 *Pars maior illa censetur, quæ est iustior & maiori ratione & æquitate nititur.*
10 *Species duæ quando sunt, illa dicitur specialior, in qua est maior ratio specialitatis.*
11 *Statuta contraria, si extent in eodem volumine, seruandum est illud quod est iustius & æquius.*
12 *Interpretatio ita fieri debet ne sequatur iniquitas & iniustitia euidens in præiudicium iuris tertii.*
13 *Statutum potius est interpretandum, vt nihil operetur quam quod quis indebite damnum patiatur.*
16 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur, limi. vt ibi & nu. 17. & 18.*
19 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
20 *Confirmatio Pontificis cum clausula ex certa scientia nunquam operatur nisi quando Pontifex fuit certificatus de iniuria quæ fiebat tertio ex tali confirmatione.*
21 *Confirmatio Papæ non extenditur, nisi ad iusta, & non censetur confirmare nisi illa capitula, quæ sunt iusta, non autem quæ tendunt ad iniuriam vel præiudicium tertij.*
22 *Confirmatio Papæ debet intelligi fuisse facta in casu alias habili & ad illum casum habilem referenda est.*
23 *Confirmationis natura est addere robur confirmato non autem ipsum extendere.*
24 *Confirmatio non extenditur quam actus confirmabilis.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

IN prędicta capitulorum contrarietate, videtur prima consideratione dicendum, quod vltimum capitulũ deroget; eo quia specifica expressio valliũ debet derogare generali expressioni liuellorum, cum generi per speciem derogetur, † & non econtra. *c. dudum. circa medium, & cap. quamuis tibi. de præben. in 6. & cap. 2. de offic. lega. & l. doli clausula. ff. de verb. obli. & l. vxorem §. Felicissimo. ff. de leg. 3. & l. cohæred. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupil. late Bart. in l. quæsitum. §. fi. ff. de fun. instru.* Et si diceretur, quod isti duo termini, scilicet liuelli & valles, in proposito nõ se habeant vt genus & species, sed potius vt separatæ & diuersæ species: adhuc dicitur, quod inter species † illa derogat alteri, quæ est specialior. Ita notabiliter tenet Bald. *in l. hac consultissima in 1. colum. C. qui testa. face. poss. allegat ad hoc Dy. in regu. generi.* Et quia qua ratione species derogat generi: eo quia est specialior, eadem pari ratione illa species, quæ reperitur specialior, & sic indiuidua, debet derogare alteri speciei: sed ista species vallium est magis specialis, quam illa liuellorum, quæ habet sub se non solũ valles, sed etiam alia bona, ergo ei debet derogare. ¶ Secundo ad idem facit; quia in contractibus, seu conuentionibus vltima derogant prioribus *l. pacta nouissima. C. de pac. l. 1. §. fin. ff. de stipu. ser. l. cum in plures §. Locator horrei ff. loca. l. clari. & ibi Bald. notat. C. de fideicommiss. & gloss. notabilis in l. quoties vtriusque. ff. de reg. iur.* ¶ Tertio ad idem facit, quia illud vltimum capitulum esset alias frustratorium, & inane, & nihil operaretur, quia non sunt aliæ valles in prædictis districtibus, & intra dictos confines, quam valles liuellarię dictorum hominum, & sic non potest aliter verificari, quam in dictis vallibus liuellariis: † ergo ita intelligendum est, vt aliquid operetur, & non sit frustratorium. *l. si quando. in princip. de leg. 1. cap. si Papa in princip. de priuil. in 6. Bal. notabiliter in rub. C. de contrahend. emp. in 9. q.* Item vbicunque de facili dispositio posset reddi frustratoria, vel elusoria, tunc etiam in materia pœnali fit extensio ad alium casum, etiam ad improprium: *vt est tex. notabi. in cap. si ciuitas. de senten. excommun. in 6. text. in l. 1. §. pecuniam. & lege sequenti. ff. de calum. gloss. in cap. quanquam. in gloss. fin. de vsur. in 6. d. Abb. in c. fin. ad fin. de præben. Item ad prædicta facit tex. notab. in l. qui concubinam. §. qui hortos. cum gloss. fin. ff. de leg. 3.* Vbi hæres tenetur soluere pro vsufructuario

1 2 3 4

ctuario tributa & onera reipublicæ, quando alias legatum tale esset inane, & nihil emolumenti afferret quem tex. ad hoc commendat Bar. *in l. his verbis. §. 1. ff. de leg. 3. & ad hoc reputat singularem* D Fra. *de Are. in l. huiusmodi. ff. de ver. obl.* ¶ Quarto adest declaratio Papæ in confirmatione dictorum capitulorum, vbi dicit, directum dominium, & quæcunq; alia iura omnium rerum & bonorum ad liuellum seu emphyteusim concessorũ hominibus Codegorij sint præposituræ exceptis duabus partibus vallium ad culturã reducendis, quæ dicto monasterio remanent, in quibus verbis Papa declarat per vltimũ capitulũ fuisse primo derogatum. ¶ Sed præmissis non obstãtibus cõtrariam sententiam arbitror de iure prẽualere, concurrens in opinionem excellentissimorum dominorum prius idem consulentiũ. Et sic teneo, quod potius primum capitulũ generale de omnibus liuellis dictorum locorum assignatis præposituræ restringat vltimum capitulum de vallibus dictorum locorum ad culturam reducendis & diuidendis, vt intelligatur de vallibus, quæ non sunt liuellariæ potius, quam econtra, eo quia præcedens clausula est
5 maioris† efficaciæ ad determinationem sequentiũ, quam econtra sequens ad determinationem præce-
a dentium. [a] Ita notat Bar. *in l quisquis per gl. ibi. ff. de leg 3. & in l. auia. in prin. ff. de condi. & demonst. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium. in 1. col. ff. de ed. n. Paul. de Cast. & Raph. Fulg. in l. 2. C. de lib. præte. Lud. Ro. in cons. 104. incip. pater reuerende. & in cons. 503. incip. diligenter inspectis. in 1. col. d. Alex. in cons. 426. incip. viso themate suprascripto D. Matheſilanus in notabili 151.* Pro ista regula bene facit, quod conditio adiecta in institutione intelligitur repetita in legato postea facto. *l. duos & l. auia. & ibi*
6 *Barto. ff. de condi. & demon.* † secus si legatum præcedat *l. filium. in princ. & ibi gl. & Bart. ff. quando dies leg. ced.* Ad idem bene facit, quod egregie tenet Iac. de Are. *in l.*
7 *4. §. si ab ignoto. ff. de manu.* quod per contractum † præcedentem melius probatur simulatio sequens contractus, quam econuerso. [b] & ita eum refert & sequitur Bald. *in rub. extra de pac. in pe. col. Alibi notat Bald. in l. quoties. 2. in fi. C. de fideicom.* quod antecedens nõ sapit naturam sequentis, sed bene contra, sequens ante-
8 cedentis. ¶ Secundo ad idem facit; quia † quando re-
c periuntur duo statuta contraria, [c] & vtrunq; est speciale, attenditur illud, quod est magis fauorabile, & in quo reperitur euidentior vtilitas, & benignior interpretatio. Ita singulariter tenet Bar. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. non obstantibus. in vlt. col. in prin. quem refert & sequitur Bal. in l. [illegible] in 3. q. ff de offi. consul. Bal. & Ang. in l. Titiæ textores in prin. & ibidem d. Alex. ff. de leg. 1. Io. de Imol. in l. Gallus §. ille casus. in vlti. col. ff. de libe. & posthu. Pau. de Ca. in l. non est nouum. ff de legi. Lud. Ro. in l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nun. d. Alex. in l. Nesennius. in princ. in vlti. col. ff. ad leg. fal. Pet. de Anch in commento c. canonum statuta. in 10. q. de consti facit text. in l. si Rufinus. in 2. dicto. C. de testa. mil. & tex. in c. 1. de iur. calum. quem ad hoc notat D. Franc. de Aret. in d. l. Titiæ textores. in fi. prin. Ad idem facit quod dicit gl. notabilis in c. in genesi. in ver. ad zelũ. de e-*
9 *lec.* quæ dicit, quod illa cẽsetur † esse maior pars, quæ est iustior, & maiori ratione & æquitate nititur. Alibi dicit notabiliter Bal. *in d. l. hac consultißima. in 1. col.*
10 *C. qui testa. face. pos.* quod quando sunt duæ species, † illa dicitur esse specialior, in qua est maior ratio spe-
d cialitatis. [d] Alibi tenet singulariter Bald. *in cap. cum o-lim. de consue.* quod si in eodem volumine statutorum reperiantur statuta diuersa vel contraria † seruandũ it est illud, quod est iustius & æquius, [e] & sequitur D. 6
Alex. *in cons. 543. incip. in præsenti causa.* Modo in proposito, in istis duobus capitulis specialibus & contrarijs, seruandum est primum, eo quia iustius & æquius, & habet benigniorem interpretationem, & habet maiorem rationem specialitatis, quam si vltimum intelligatur de vallibus etiam liuellarijs reducendis ad culturam, & postea diuidendis: cũ istud non possit fieri inuitis hominibus dictorum locorum liuellarijs, & habentibus facultatem per antiquas inuestituras reducendi dictas valles ad culturam sub certa annua pensione. Vnde si vltimũ capitulum derogaret primo, † sequeretur iniquitas & in 12
iustitia euidens in derogationem iurium tertij, contra *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pub. l. nec auus. cum gloss. C. de eman. lib. l. cum filius. ff. de testa. mili. l. impuberibus. ff. de admini tuto. cap. super eo. de offic. de leg. c. quamuis. de rescrip. in 6. c. 2. & ibi ad hoc notat D. Abb. de relig. do. glo. & Bal. in c. 1. §. si. quid sit inuestitura.* ¶ Pertio prædicta confirmantur per illud, quod in simili dicimus, quod statutum potius interpretandum est, vt nihil operetur, † & sic sit frustratorium quam 13
ℓ quis indebite damnũ patiatur: [f] *vt est gl. in l. §. in cõputatione. & ibidem Bar. circa fi. & alij doc. C. de iure delib. & in specie. D. Alexand. ibidem. Idem vult Bald. in l. terminato. in vlti. col. C. de fruct. & litium expen. facit text. in c. cum dilectus. & in cap. ad audientiam. de cle. non resi. & in ca. ex parte. vltimo. de verb. sig. & in dictis locis. D. Ant. de But. & Ioan. de Imol.* ad hoc ponderant illos tex. quod statutum debet potius intelligi, vt nihil operetur vltra ius commune, quam quod quis indebite damnum patiatur. ¶ Prædicta veriora firmiora apparebunt ex responsionibus dandis ad allegata in oppositum. ¶ Non obstat ergo, dum primo dicebatur, quod specifica expressio vallium derogat generali expressioni liuellorum, & quod in speciebus illa derogat alteri, quæ est specialior: quia respondetur istud esse verum, nisi adsit maior ratio specialitatis, † & maior fauor, ac maior æquitas in vna quã 14
in alia: prout est in casu præsenti, vt superius ostendi. & ita in specie limitat & declarat Bald. *in d. l. hac consultißima. in 1. colum. C. qui testa. face. poss. & tenent Bartol. & alij in locis supra adductis in 2. fundamento.* ¶ Non obstat, dum secundo dicebatur, quod vltima derogant prioribus: quia istud procedit, quãdo vltima expresse derogarẽt † prioribus, alias præ- 15
cedens capitulum est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam sit sequens ad determinationem præcedentium, prout notabiliter dixi supra in primo fundamẽto. ¶ Non obstat tertio dũ dicebatur, quod illud vltimum capitulum esset alias frustratorium, & nihil operaretur, nisi intelligatur de vallibus liuellariis, cũ non sint aliæ valles in prædictis districtibus, & intra dictos cõfines, in quibus possit verificari illud vltimum capitulũ, nisi in vallibus liuellarijs dictorum hominum: quia ad hoc multipliciter respondetur. ¶ Et primo, quod illud capitulum vltimũ potius est intelligendũ † vt nihil 15
operetur, quam quod illi homines liuellarij indebite damnum patiãtur: vt superius dixi in tertio fundamento. ¶ Secũdo notabiliter g respondetur, quod g sufficit, si detur aliquis effectus † operatiuus verbo, 17

licet

licet ille effectus per omnia non sequatur secundũ quod importat sonus verborum: *vt est gl. in cap. si duo in princ. in verb. insolidum. & ibi singulariter notat ad hoc Gemi. & ibidem gl. in verb. occupatis. & ibidem Gemi. in fi. ad hoc notat. de procur. in 6. & hoc modo dicit Gemi. notabiliter limitari regulã c. si Papa. in princ. de priu. in 6. cũ concordantiis superius allegatis.* Sed in casu præsenti in isto vltimo capitulo datur aliquis effectus operatiuus non solum verbo, sed etiam cum aliquo effectu, scilicet quo ad valles non liuellarias, & etiam quo ad quasdam alias valles, de quibus latius supra per celeberrimos dominos consultores, ergo istud debet sufficere. ¶ Tertio dicitur, quod prædicta regula
18 quæ habet, † quod verba debent intelligi, vt aliquid
h operentur, h limitatur singulariter *per Alb. de Rosa. in l. 1. in princip. in 6. col. ff. de offic. procur. Cæs.* vt procedat in vltimis voluntatibus, in quibus latior debet fieri interpretatio, & ita loquuntur iura superius adducta: sed in contractibus inter viuos est secus, quia restringuntur ad præcedentia: *per l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. leg.* Et est quędã incalcatio seu multiplicatio verborum, vt ibi. Istam limitationem refert & simpliciter sequitur do. Feli. Sandeus *in c. solita. in vlti. col. de maiorita. & obedient.* & profecto est mirabilis & signanda limitatio. ¶ Non obstat vltimo expressa declaratio Papæ: quia multipliciter respõ-
19 detur. Et primo, quod illa declaratio Papæ non est simplex & absoluta, sed est qualificata, videlicet, prout melius in instrumento desuper confecto cõ-
i tinetur. vnde limitata causa limitatum i producit effectum. *l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. age. & ibi notant Bal. Saly. Moderni. C. de transact.* Secundo & notabilius respondetur, quod confirmatio Papæ facta, etiam, quod est fortius, cum clausula, ex certa scientia, quæ non adest in præsenti rescripto apostolico, nunquã tamen operatur nisi quando Papa fuit certificatus
20 de iniuria, quæ fiebat alteri tertio † ex tali confirmatione: quoniam non præsumitur Papa velle tollere ius alterius. Ita signanter dicit Pau. de Cast. *in cons. 157 incip. quæstio ista vertitur. quem refert & simpliciter sequitur do. Alex. in consil. 605. incip. viso puncto & accurate pensato. in vltim. colum. quod est in 4. volum. consiliũ 119.*
k Sed in casu præsenti Papa non fuit certificatus k de iniuria, quæ fieret hominibus liuellariæ. Tertio respondetur, quod confirmatio Papæ non extenditur nisi ad iusta, nec censetur confirmare nisi illa
21 capitula, quæ sunt iusta, † non autem quæ tendunt ad præiudicium, vel iniuriam tertij, vt in casu præ-
l senti. Ita notant l Barto. & doct. *in l. 1. per glo. ibi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bald. in cap. in præsentia in 5. colum. de proba. & in l. cum oportet. in princip. C. de bonis quæ libe. & in l. 1. in 1. colum. ff. de consti. princip. & in c. 1. per quos fit inuestitura. & in l. 1. C. de monopolijs. & in l. 3. C. de preci. impe. offeren. Lud. Roma. in consil. 218. incipiente, præsens casus duplicem habet dubitationem. in 3. colum. domi. Alex. in cons. 58. incipiente, viso instrumento & titulo quæstionis in antepenultima col.* Sicut in cõfirmatione feudorum intelliguntur solum confirmata feuda quæ sunt legitima & iusta, & non alia: *vt est tex. in c. 1. & ibi Bald. per quos fiat inuestitura. Bald. in cap. ea quæ. de re iudi.* Præterea & quarto, confirmatio Papæ debet intel-
22 ligi fuisse facta in casu alias habili, † & ad illum casum habilem referenda est. Ita notabiliter dicit D. Abbas *in c. dubium. circa medium, de qua ibi per eum.* Præterea & quinto, natura cõfirmationis est addere ro-23
bur confirmato, † non autem ipsum extendere, m m
argu. *l. Aurelius. §. testamento. ff. de libe. leg. secundum Bal. in l. aduersus. in fi. C. si aduer. rem iudic. & notabiliter Bal. in c. 1. in princip. per quos fiat inuestitura. Pau. de Cast. in cons. 134. incipiente, notandum est, quod ista imperialis concessio. circa prin.* Item confirmatio non extenditur † vltra 24
quam actus confirmabilis: *per d. §. testamento secundum Bal. in l. nominationes. in fi. C. de app.*

ADDITIO.

a Precedentium.] Ias. supra cons. 217. Immunitas. c. fi. lib. 2. vbi add. refert Aymo respon. Pro genero, nu. 299.

b Econuerso.] Ias. cons. 18. Testator supra lib. 1. l. 3. §. filius familias col. 3. de lib. & posthu. l. fi ita sit scriptum. 1. not. co. tit. Cotta in memo. ver. contractus simulatio.

c Contraria.] Ias. l. si Rufinus. n. 11. C. de testa. mil. Dec. cons. 3. diligenter. nu. 6.

d Specialitatis.] Ias. d. cons. 18. Dec. cons. 147. & pro tenui num. 5.

e Et æquius.] Dec. d. l. si Rufinus. nume. 12. & d. cons. 3. sub nu. 7.

f Damnum patiatur.] Dixi supra cons. 50. pro nobilibus nu. 4. lib. 1. quibus addo eundem Ias. l. iustitia. col. vlt. ver. 3. & fortius de iust. & iure cons. vlt. nu. 23. super lib. 2. Ceph. cons. 104 pactum locationis. nu. 22. cons. 247. in occurrenti num. 46. & cons. 256. videbatur. nu. 19. Rola. cons. 80. dubium quidem n. 20. lib. 4. vbi alios citat.

g Notabiliter.] Refert Menoch. cons. 5. excitatur nu. 26.]

h Operentur.] Ita etiam declarat Ceph. d. cons. 104. nu. 25.

i Limitatur.] Ias. supra cons. 171. videretur num. 22. lib. 2. vbi addo.

k Certificatus.] Addo super cons. 213. In præmissa colu. vlt. lib. 2.

l Ita notant.] Idem Ias. l. more. nu. 38. de iur. omn. iud. cons. 122. viso processu. col. 3. vers. nec etiam obstat infra lib. 4. Alex. cons. 125. viso titulo. num. 4 lib. 2. Dec. cons. 17. viso puncto. num. 2. vers. 2. principal. ter cons. 72. viso puncto num. 5. vers. postremo cons. 286. In causa num. 3. & in rub. extra de confir. vti. vel inut. Rolan. cons. 29. quæritur nu. 32. lib. 2. Natta cons. 193. visis scripturis nu. 3.

m Extendere.] Soc. cons. 159. in præsenti colum pen. lib. 2. Natta d. cons. 193. nu. 4. & Ias. qui lim. d l. more nu. 41. 42.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XIII.

THEMA.

IN causa vertente inter magnificam dom. Margaritam Balugullum vxorẽ magnifici dom. Hectoris sacrati capitanei Mutinensis, & magnificos comites de Rangonibus occasione legati mille ducatorum eidem relicti in testamento magnifici quõdam comitis Iacobini Rangoni primi sui mariti, visis & diligenter consideratis dictis testium hinc inde productorũ, principalis difficultas consistit super eo quod duo testes testamentarij contradicere videntur ipsi testamento.

SVMMARIA.

1 *Testamentum in quo non sunt septem testes, qui in testamento requiruntur, vt quia aliqui dicant se non fuisse præsentes redditur falsum: sed contra nu. 7.*

2 *Testibus sacerdotibus plenior fides est adhibenda.*

3 Te-

3 *Testamentum reprobare volens, si producat aliquos nominatos ijsdem nominibus, quibus nominantur in eo descripti qui dicant se non interfuisse testamento, necesse est probare quod ij testes sint illimet, qui in testamento sunt descripti. Intellige vt ibi & numero sequenti.*

4 *Error aut variatio in cognomine non debet nocere quan constat de corpore.*

5 *Clausula codicillaris operatur, vt testamentum sustineatur iure codicillorum, si quinque testes adsint, Intell. vt ibi & nu. 23.*

6 *Testamentum non videtur reddi suspectum de falso quãdo coadiuuatur testimonio trium testium, quamuis duo ex testamentarijs contradicant.*

7 *Instrumentum redditur falsum per duos ex testibus adscriptis in instrumento contradicẽtibus & asserentibus se nõ interfuisse præsentes, nisi per alios testes pares, vel plures coadiuuetur, Imo etiam pauciores stantes pro testamento sunt pluribus præferendi.*

8 *Iudex ex aptitudine negotij & testimonij debet animum suum inclinare, vt testes pauciores numero præferantur etiam pluribus testibus deponentibus contra instrumentum: Imo etiam si essent pares numero adhuc ex aptitudine negotij & testimonij venirent præferendi.*

9 *Testibus concordantibus cum iure communi magis credendum est.*

10 *Probationes quando sunt hinc inde pares, ille debet obtinere qui habet aliquam præsumptionem vltra aduersarium.*

11 *Testes deponentes verisimiliora etiam pauciores sunt alijs præferendi non æque verisimilia deponentibus.*

12 *Testibus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus.*

13 *Probatio quælibet debet de necessitate concludere & non per posßibile & maxime in probatione infringente testamentum. Nam debet esse concludens & necessaria propter magnum & graue præiudicium quod ibi vertitur.*

14 *Testes contradicentes testamento debent directo testamento contradicere, & ita deponere, vt probatio necessario concludat.*

15 *Testamentum non præsumitur falsum, sed potius præsumitur temporis diuersitas.*

16 *Dictio* tunc, *denotat extremitatem temporis.*

17 *Testes deponentes super negatiua probanda debent talem negatiuam multum coarctare loco & tempore, alias non probant, Imo sunt suspecti de falso & de periurio.*

18 *Indefinita in dicto testis non æquipollet vniuersali.*

19 *Indefinita in materia odiosa non æquipollet vniuersali quando sit probatio ab homine.*

20 *Negatiua mera est improbabilis, ideo dictum testis super mere negatiua non valet.*

21 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad reprobandum instrumentum testamenti & nu. 24.*
Testes omni exceptione maiores qui dicantur nu. 21.

22 *Testis qui non habet tantum in bonis, quantum est causa super qua deponit non est idoneus.*

25 *Testamentum. In dubijs pro testamento est iudicandum.*

26 *Opinio vnius doctoris, quæ sit pro testamento seu vltima voluntate præualet & sequen. est in iudicando.*

27 *Opinioni vnius singularis Doct. vel minoris partis pro matrimonio statur & sequen. est contra comm. opin.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dicendum tale testamentum fuisse reprobatum per duos ex septem testibus testamentarijs descriptos in testamento, qui dicunt se non fuisse præsentes dicto testamento comitis Iacobini, nec fuisse rogatos, & non fuisse conditum testamentum in eorum præsentia, nec potuisse condi, quin vidissent: videlicet presbyter Ioannes quondam frater Albini de Venturinis, & presbyter Guielmus de la Campane: & tamen notarius rogatus de instrumento dicti testamenti eos in subscriptione adhibet pro testibus præsentibus & rogatis in dicto testamento. Vnde cum non remaneant septem testes qui requiruntur in testamento, per cõsequens tale instrumentum testamenti redditur † falsum: *vt est text. in l. cum tabulæ ff. de bo. pos. secundum tabulas. & in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa. ape.* Et ita concludunt Bart. & scribentes *in d. §. si quis neget. & in c. cum Ioannes. de fide instru.* Nam tale testamentum remanet solum cum quinque testibus, & tamen de necessitate requiruntur septem. l. hac consultissima. *& l. si vnus. C. de testa.* & hoc propter magnum periculum, ne falsitas in testamentis committatur. *l. si. C. de fideicom.* & sic non remanet numerus perfectus à iure requisitus, per consequens tale testamentum non solum videtur reddi nullum, sed etiã falsum. Et cum illi duo testes reprobatorij sint sacerdotes † per consequens eis plenior fides est ad- 2
hibenda: per illud quod dicit gl. notabilis *in c. monachus. in verb. quorum 77. dist.* quæ dicit, quod tantum valet dictum duorum clericorum quantum quatuor laicorum. [a] Sacerdotes enim dijs æquiparan- a
tur: *vt dicit text. in c. cum ex iniuncto. de hæred.* Prædicta fortius procedũt in casu præsenti, vbi dicta istorum duorum testium reprobantium testamentum, corroborantur per alios quatuor testes non descriptos in testamento. Nec obstat, si diceretur, quod in presbytero Ioanne reperitur variatio cognominis quia in testamento dicitur presbyter Ioannes quõdam frater Albertini de Venturinis, postea in processu examinationis testium dicitur presbyter Ioannes filius quondam fratris Albertini de Albrixiis. Vnde ista variatio cognominis arguit, ꝙ iste presbyter Ioãnes examinatus, qui cõtradicit testamẽto, non est ille, qui in testamento fuit adhibitus pro teste rogato, & consequenter quod eius dictũ non officiat testamento, prout singulariter decidit do. Cardinalis *in d. c cum Ioannes in 4. col.* Vbi in terminis nostris egregie decidit, quod si volẽs reprobare † instru 3
mentum testamenti producat aliquos testes nominatos, prout nominabantur descripti in eo, qui dicant se non interfuisse tali testamento, necessarium est probare, quod isti essent illi ijdem, [b] qui erant de- b
scripti in testamẽto; quia poterãt esse multi alij vocati eisdem nominibus: *vt est tex. no. in c. auditis de præscript.* Imo fortius oportet probare illos inductos vocari illis vocabulis, nec staretur assertioni partis, cum potuissent mutari nomina. quod & si non præ-

sumatur, non tamen quod sic vocentur, potest præsumi in facto tam arduo in præiudicium aduersarij in approbatione instrumenti, & maxime testamenti, quod fit cum multa maturatione. & refert se ita obtinuisse in quæstione difficillima. Sequit ibidem do. Abb. *in vl. col. Idem etiam sequitur & cõmendat D. Fely in c. c. auditis. in 18. col.* Vbi dicit, nunquam obliuiscaris de his verbis quia ad hoc potest responderi, illud esse verum, nisi duæ demonstrationes conuenirent præsenti, prout conueniunt: quia est presbyter Ioannes, & est filius quondã fratris Albertini. Vnde postea error aut variatio in cognomine non debet nocere, ex quo constat de corpore. *l. 1. fin. ff. de*
4 *do. præle. Bar. in l. demonstratio † falsa in prin. in 7. q. ff. de condi. & demon. facit tex. in l. quibus diebus. §. qui dotalem. ff. eo & in l. pe. §. pater. ff. de leg. 3.* Et ita in specie in terminis nostris in teste testamẽtario reprobãte ipsum testamentum, quod si ei conueniant duæ qualitates seu duæ demõstrationes, licet postea in cognomine sit variatũ, quod illud non debeat attendi, nec præiudicet, tenet Raph. Ful. *in cons. 79. incip. quidam nomine Britinus de Valentinis in 1. col.* ¶ Non obstat etiam si diceretur; quod in isto testamento adest clausula codicillaris, quod si non valet, vel non valebit iure te-
5 stamenti, † quod valeat iure codicillorum, & cum in codicillis quinque testes sufficiunt. *l. si. ad fi. C. de codi.* & hic quinque testes restant, per consequens debebit valere vt codicillus: & sic legatum mille ducatorum ex codicillo debebitur. Nam quando testamẽtum deficit ex defectu solennitatis numeri septem testium, si adsunt quinque testes, valet vt codicillus. *l. ex ea scriptura. §. 1. vbi gl. & doc. ff. de testa. l. conficiuntur. §. 1. & l. si. ff. de iure codi. late Bar. in l. 1. ff. eo.* Quia respondetur istud nõ posse procedere in casu præsenti, vbi instrumentum testamenti redditur suspectũ & falsum ex eo: quia duo testes in eo descripti negant se
c fuisse præsentes[c] aut rogatos. Vnde cum tale instrumentũ testamenti redarguatur de falso, per consequens non probat etiam clausulam codicillarem in eo contentã: quia si non valet testamentũ, non valent etiã clausulæ in eo appositæ, sicut etiã non valet tunc illa clausula, cassans & irritans, in eo apposita *l. qui liberis. §. testamento. ff. de bo. poss. secundum tab. secundum Bar. in l. si iure. in vlt. q. ff. de leg. 3. Bal. & Pa. de Ca. in l. sancimus. C. de testa. Ang. in l. sed si conditione. §. si ff. de hære. instit. Ang. de Are. in §. ex eo autem. Insti. qui. mo. testa. infir.* ¶ Nõ obstat etiam prædictis, si diceretur, quod in casu præsenti instrumentum testamenti coadiu-
6 uatur testimonio trium testiũ testamentariorũ, † & sic descriptorum in testamento, quo casu contradictio aliorum duorum testiũ non videtur, quod tollat vim instrumenti, quin prẽponderet: secundum Ang. & Io. de Imol. *in d. l. 1. §. si quis neget.* quia ad hoc potest dupliciter responderi. Primo, quod illa limitatio posset procedere quantum ad hoc, vt tale instrumentum testamenti non arguatur de falso: *iuxta l. optimam. C. de cõtrahen. & committ. stipu* sed non quãtum ad hoc, vt remaneat validum & probet: secundum d. Cardinalem *in d. c. cum Io.* Secundo potest responderi, quod illa limitatio procedit, quãdo testes coadiuuantes ipsum instrumentum essent maioris authoritatis, vel dignitatis: *per id quod habetur in l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. & in cap. in nostra. extra eodem. Ita militat ipsemet Ioannes de Imola, in d. §. si quis neget. in 5. colum.* Dicens hoc idem voluisse Ange. dicentem; quod iudex ex authoritate & dignitate testium, & ex aptitudine[d] negotij & testimonij posset animum d
suum hincinde inclinare per ea quę habentur in dicta *l. ob carmen. §. finali. & in l. Lucius. ff. de his qui notantur infa.* Sed in casu præsenti illi duo testes probatorij testamenti videntur præstare dignitate & authoritate, cum sint sacerdotes, quorum testimonium, vt dixi, prævalet dicto quatuor laicorum. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere ex infrascriptis fundamentis, ex quibus remanebunt clare euacuata in oppositum adducta. In primis bene facit; quia vera & communis conclusio est, quod quamuis per duos testes testamentarios descriptos in instrumento, & necessarios ad essentiam & validitatem instrumenti, si contradicunt ipsi instrumento, negando se fuisse præsentes aut rogatos, arguatur falsitas instrumenti *d. l. optimam.* tamen si dictum in-
7 strumentum † coadiuuatur per alios testes in eo descriptos, qui sint pares numero, vel etiam plures, certe tunc ista probatio coadiuuans præponderat reprobationi propter authoritatem notarij *l. cum precibus. C. de proba.* Ista est vera & communis conclusio legistarum & canonistarum, *ita tenet gloss. in §. item verborum. in gloss. magna. in verb. tota die. ad fin. instit. de inutil. stipu. Angel. in l. 2. §. diem autem in 2. colum. ante fin. ff. quemadmodum testa. aper. Ioan. de Imol. in d. §. si quis neget. in 5. colum. Hostien. in summa in titul. de fide instrum. §. quid si instrumentum. versic. quid si sunt alij testes. & in titul. de teste. §. quæ diuersitates. in versicul. dicas igitur. Spec. in titul. de instru. edit. §. restat. versicul. quid si vnus ex testibus. Bal. in l. in exercendis. in 3. colum. Et ibi Salyce. in penulti. colum. & Paul. de Cast. C. de fide instrumen. Albe. de Rosate in l. cum precibus in 4. col. in duobus locis. C. de proba. Pau. de Cast. in l. iubemus. C. eo. de probatio.* Ita etiam vult Bar. *in d. l. 1. §. si quis neget. in penulti. colum. in versi. quæro quid si duo. de testibus & in d. l. in exercendis.* Vbi formaliter tenet, quod per duos ex testibus adscriptis in instrumento contradicentibus & asserentibus se non interfuisse præsentes, redditur instrumentum falsum, nisi per alios testes approbetur. *d. l. optimam.* Sed in casu præsenti adsunt tres testes instrumentarij deponentes pro ipso testamento, qui etiam coadiuuantur per alios tres testes non instrumentarios: Ergo cum sint plures, eorum probatio debet præponderare & prẽualere testibus reprobatorijs, & sic ipsum testamentum firmum & validum remanere propter vim instrumenti. Imo fortius tenet notabiliter Io. de Imol. *in d. l. 1. §. si quis neget. in 5. col.* quod etiã si testes deponentes contra instrumentum testamenti essent plures numero, † & testes deponentes pro instru- 8
mento essent pauciores, tamen iudex ex aptitudine negotij & testimonij debet animum suum inclinare vt testes quãuis pauciores numero præferantur. Sed in casu nostro ex testibus instrumentarijs sunt tres, qui deponunt pro instrumento, & solum duo testes instrumentarij contrarium deponunt, ergo cũ sunt plures numero, ergo præferendi. Et quando etiam essent pares numero, tamen ex aptitudine negotij & testimonij adhuc veniunt præferendi ex multiplici capite. Primo: quia † magis credendum est 9
testibus, qui concordant, & se conformant cũ iure com-

communi.[e] *c.licet in verſicu.ex præmiſſis. & ibi do. Abbas in 3.col.de proba.d.Abb.in c.auditis.in 5.col.in princ.de præſcrip.& in c.in noſtra in 2. notabili poſt Innocen. ibi de teſti. domi. Anto. de Butr. in c. quid per nouale. in 4.q. de verborum ſigniſi. & in d. c. licet cauſam. in 18. colum. & ibidem Innocen.Petr.de Ancha.in c.1.per gloſſ.ſi. ibi de præſcript. in 6.& in conſilio 199.incipiente,tribus de cauſis. in vltim. column. & in conſilio 253. incipiente, in quæſtione presbyteri. ad ſi.& in conſilio 383.incipiente,iure ſtricto.domi. Franciſ. Aret. in conſilio 44.incipiente, in propoſita conſultatione, viſo articulo.ad ſi.* Sic quando probationes ſunt hinc-
10 inde pares,† ille debet obtinere. qui habet aliquam præſumptionem per ſe vltra aduerſarium, gloſſ. eſt *in l.ſi duo patroni.in princ.in verb.authoritatis. & ibi Bart. & alij ad hoc notant.ff.de iureiur.cum ſuis concordantiis ibidem ſignatis.* Sed teſtes deponentes pro teſtamento ſe conformant cum iure communi, cum ius commune præſumat teſtamentum valere, & eſſe ſolenne.*l.ſi poſt diuiſionem. & ibi gloſſ.2.in verb.poſſe,Et ibi Bart.in ſi.not.C.de iur.& fac.igno.Bartol. in l. 1. C. de iur. calum.* Item teſtes deponentes pro teſtamento veriſi-
11 miliora deponunt,† ex quo de iſto teſtamẽto rogatus eſt notarius, qui, prout deponunt etiam teſtes partis aduerſæ,eſt veridicus,legalis,&bonæ famę.Et idem dicunt de ipſis teſtibus teſtamẽtarijs pro ipſo teſtamento deponentibus.Sed magis creditur pau-
cis teſtibus veriſimiliora dicentibus,quam pluribus
f non æque veriſimilia dicentibus: f*ſecundum Bald. in l.teſtium.in penulti.col.C.de teſti. dom. Abbas in cap.cum oporteat. in vlti. col. de accuſ.* Nam veriſimilitudo in probationibus multum attenditur: ſecundum Bal. *in l.ſcripturæ in 2.col.& ibidem Salyc.C.de fide inſtru.* Item iſti tres teſtes deponentes pro teſtamento deponũt ſuper affirmatiua, illi vero duo teſtes reprobatorij negantes ſe fuiſſe præſentes teſtamento, & negantes teſtamentum fuiſſe conditum, deponunt ſuper negatiua: ſed ſic eſt, quod magis creditur duobus
12 teſtibus † affirmantibus quam mille negantibus g:
g *vt eſt gl in l.diem proferre. §.ſi plures.& ibi Bar.ff.de arbi. gl.in c.1.in gl. magna ante fin de reſcrip. in 6.* Et iſto caſu magis creditur duobus laicis affirmantibus, quam
h duobus clericis h negantibus: *per gl. notabilem in cap. clerici.81.diſtinct.* quam allegat Bald.*in l.data opera.in 13. col.C.qui accuſ. non poſ. Et illam gl. dicit Ludou. Roma. eſſe ſingularem,& eam à Bald.didiciſſe. Ita dicit Ludo. Rom in l.in illa.in vlti.colum. ff. de verborum oblig. & in l.2.§. 1.ff. ſi ex nox. cau. agatur.* ¶ Secundo pro eadem parte bene facit, quia licet quælibet probatio debeat de neceſſitate concludere.*l.non hoc.C.vnde legi.c.in præſentia.de proba.* Et ſic quælibet probatio debet cõcludere per neceſſe: & non per poſſibile:*vt not.Bald.in l.ad probationem. 2. C. de proba.* Tamen ſpecialiter in caſu
13 præſenti probatio infringens † teſtamentum debet
i eſſe bene concludens & neceſſaria: i propter magnũ & graue præiudicium quod ibi vertitur:ſecundum do.Abba.*in c.tertio loco de proba.* Vnde teſtes reprobatorij vt reprobent inſtrumentum teſtamenti,debent neceſſario & concludenter deponere cõtrarium eius,quod eſt ſcriptum in teſtamento, alias teſtamentum debet iuuari & tolerari.Ita dicit dom. Alexan. *in conſil. 398. incipiente, ponderatis verbis vltimi teſtamenti. in 6. colum. eſt in 3. volum. conſilio 33.* Sed iſti duo teſtes teſtamentarij non deponũt concludenter & neceſſario contra teſtamentum, nec contra illud, quod notarius in eo atteſtatur: patet: quia ambo ibi teſtes pariter deponunt, quod ſimul venerunt ad dictum comitem Iacobinum hora vigeſimaquarta circa Aue Maria de ſero, qui habebat linguam balbutientem,& implicitam. & ei dederũt ſacramentũ vltimæ vnctionis: qui poſt mediã horã mortuus eſt, & qui tunc non condidit aliquod teſtamentum, nec aliquis notarius fuit tunc rogatus, nec aliqui teſtes fuerunt tunc rogati in eorum præſentia,ſed alij teſtes teſtamentarij, qui deponũt pro teſtamento,atteſtãtur illud, quod notarius ſcripſit, quod comes Iacobinus ore proprio rogauit teſtes, &condidit teſtamentum,ergo fuit alio tempore,& alia hora, quam in illa hora vltima diei, quando illi duo teſtes attulerunt ſacramẽtum extremæ vnctionis:ad hoc ergo vt illi duo teſtes poſſent tale inſtrumẽtum teſtamenti infringere, neceſſarium fuiſſet, quod concludenter depoſuiſſent, quod etiam ante illud tempus delati ſacramenti vnctionis nullũ teſtamentum prius fuiſſet conditum,eis præſentibus. & rogatis. Vnde iſti duo teſtes concludenter & neceſſario non contradicunt ipſi inſtrumento teſtamenti;quia non dicunt, quod non fuerint præſentes alicui teſtamento per prius &antea condito,nec deponunt non potuiſſe condi tota illa die,quin ipſi vidiſſent &audiuiſſent,& ſic non negant ante illam horam vigeſimã quartam per prius & in antea non fuiſſe conditum teſtamentum,& ſe prius non fuiſſe præſentes & rogatos,prout requirebatur,quod cõcludenter deponerent † iuxta formam,quam tradit 14
tex.*in d.l.optimã in verb.tota ipſa die.& in §. itẽ verborum inſtitu.de inutil.ſtipul.& iuxta practicã quam tradit Bart. in d.l.1.§.ſi quis neget. in 3.col.& etiam circa fi. & Bart.& alij in l.2.ad fi.C.de bo.poſ.ſecundum tab.* Ideo ſuccedit illud,quod dicit tex.*in cap.cum Ioannes. in 2. col.in verſic. nec per teſtes. de fide inſtrumen.* qui dicit, nec per teſtes ad hoc à te inductos fuit de certo tempore facta fides.Et ideo non apparet, quod ſuper illo teſtamẽto deponant,quod conſtat per dictum inſtrumentum fuiſſe confectũ: ideo huiuſmodi probatio inefficax redditur ad intentionem contrariam elidendã. Ita ibi dicit text. & illud.*c.non habet ad illud compar in iure ſecundum Bald. ibi in 3. col.* Vnde potius præſumitur † 15
k diuerſitas temporis, k quam inſtrumentum teſta- k
menti falſum, *ita dicit Bal.in l.imperator.la.1.in 3.colum. ff. de ſtatu homi per gloſſ. in l. iuriſgentium. §. quod fere. in verb. approbetur, & ibi notant Bald. Ange. & moder.ff. de pac. Saly. in l.de tutela. C.de in integ. reſti. mi.* quia probatio falſi debet de neceſſitate concludere: l vt ibi- l
dem per eos,& per Bald. *in l.1. C.de ſac.ſan.eccle.* Item iſti duo teſtes deponunt per dictionem pluries per eos repetitam,tunc, quæ dictio eſt denotatiua † ex- 16
tremitatis temporis m.*l.4.§.1.ff.de condi.& demonſtra.* m
gloſ.& doc.in l.1.C.de codicil.& eſt tex.notabilis in l.pen.ff. de teſta.tute.glo.in cle.cum ei quem.de conceſ. præben.& in c.præterea.de appell. Et conſequenter deponũt,quod tunc ſcilicet illa hora 24.prope Aue Maria,quando detulerunt ſacramentum vltimæ vnctionis, comes Iacobinus non condidit teſtamentum,nec tunc aliquis notarius, nec ipſi, nec alij teſtes fuerunt tunc rogati. Et ſic non deponunt, an prius per totam illam diem fuerit conditum teſtamentum ipſis præſentibus & rogatis. Ergo eorum probatio cum non ſit neceſſaria & concludens contra ipſum teſtamẽ-

tum, per consequens illud non infringit, nec reddit falsum. ¶ Confirmantur prædicta; quia quando testes deponunt super negatiua probanda, vt in casu præsenti, vbi isti duo testes deponũt quod non fuerunt rogati ipsi tunc, nec alij testes, nec aliquis notarius, nec testamentum fuit tũc conditum per comitem Iacobinum, debent talem negatiuam multum coarctare loco & tempore† alias non probant. 17

n n *c. cum ecclesia sutrina. vers. nos igitur. de cau. poss. & propri. gloss. in l. 1. §. 1. & ibi Bartol. ff. de iti. actuque pri. & in l. Pantonius. §. rei per duellionis. ff. de acquiren. hæred. & in §. si vero absunt. in verb. vidisse. in authent. de hæred. & fal. Bal. in l. actor. in 1. & 2. col. C. de proba.* Imo alias sunt o suspecti de falso: o secundum Bal. *in cap. si quis per triginta in 1. colum. si de feudo fue. contro. inter do. & agna. Ang. in l. penulti. §. docere. ff. ne quis eum qui. & idem Ang. in l. Lucius. ad fi. ff. de inf. a. dom. Alex. in l. vnica. in princip. in 1. colum. post Bar. ibi ff. si quis ius dicenti non obtemp.* Item etiam sunt alias suspecti de periurio: *secundum Bald. in l. de die. §. pen. ff. qui satisd. cog.* ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod imo isti duo testes testamentarij concludenter & necessario probant, comitem Iacobinum nec tunc, nec antea tota illa die testamentum condidisse ipsis præsentibus & rogatis. Nam presbyter Ioannes de Venturinis deponit, quod comes Iacobinus non condidit testamentum in eius præsentia tunc neque alias, & quod semel tãtum tunc interfuit præsentiæ dicti comitis. Similiter presbyter Guilelmus de la Campana deponit, quod comes Iacobinus non condidit aliquod testamentum tunc, nec aliquis notarius, nec aliqui testes, nec ipse fuerunt tunc rogati. Deinde dicit, quod non interfuit præsentiæ dicti comitis in eius infirmitate, nisi ea vice, qua supra deposuit: Quia respondetur, quod inquantum presbyter Ioannes dicit, quod non condidit testamentum in eius præsentia tunc, neque alias. Illa dictio, *neque alias*, est indefinita. Vnde si ita indefinite intelligatur, vt comprehendat omnia tempora præcedentia & sequẽtia, certe iste testis deponit negatiuam non coarctatam loco & tempore, ergo nihil probat: *vt est text. in d. c. ecclesia sutrina. in vers. nos igitur.* Illa ergo dictio, *neque alias*, debet sano modo intelligi, scilicet postea. patet: quia ipsemet testis inferius subiungit, quod neque tunc eo tempore, quo deposuit, nec altera die sequenti condidit testamentum, cum pridie decessisset: ergo apparet, quod iste testis in illa dictione, *neque alias*, intellexit, scilicet postea, ergo non cõcludit de tempore antecedenti. ¶ Præterea & secundo dicitur, quod in dicto testis, indefinita non æquipollet vniuersali, p † cum debeat de necessitate con- p 18
cludere. *d. c. in præsentia. de proba. Ita notabiliter tenet Innoc. in cap. auditis. in gloss. in verb. exceptione. & ibi notat dom. Abbas in 4 colum. de præscrip. Petrus de Ancha. & Imol. in cap. quanto. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capitu. dom. Alexand. in consilio 110. incipiente, Visis acutissimis dubitationibus. & in consilio 210. incipiente, Viso & bene discusso processu. in 4. colum. & in consilio 250. incipiente, In causa & lite vertente inter dominos. in in penul. column. & in cons. 476. incipiente, Viso superiori themate in 3. colum. & in consil. 495. incipiente, Viso processu causæ vertentis inter do. Franciscum. ad fin.* ¶ Præterea
19 & tertio, indefinita non æquipollet vniuersali † in materia odiosa, quando fit probatio ab homine, *ita notat Gemi. in c. quamuis. el. 1. in §. 1. per illum tex. de præben. in 6.* Sed nos sumus in materia odiosa, scilicet falsitatis testamenti, & notarij de eo rogati, & de eorum reprobatione. ¶ Præterea & quarto, inquantum idem testis dicit, quod semel tantum tunc interfuit præsentiæ dicti comitis: deponendo per illam taxatiuam, *tantum*, vult excludere omne aliud tẽpus extra istud tempus positum, sed ista est mera negatiua, † ideoq; non probabilis. *l. actor. C. de proba.* Ideo non 20
valet eius dictum, & nihil operatur. ¶ Casus est *in d.* q
c. cum ecclesia sutrina. Ita formaliter dicit Bar. *in l. vnica in prin. in 3. col. ff. si quis ius di. non obtemp. & cum eo omnes alij ibi idem tenent, & idem Bar. in cons. suo incipiente, commune Lucignani. Bene facit tex. in l. 3. §. ex pluribus. & ibi ad hoc notat Are. ff. de acquiren. pos.* Similiter illud, quod dicit presbyter Guilelmus, quod non interfuit præsentiæ dicti comitis in eius infirmitate, nisi ea vice, qua supra deposuit, infringitur & annullatur ijsdem medijs & fundamentis quibus præcedens: quia ista negatiua est indefinita & non coarctata loco & tempore, & improbabilis, & sic nihil operatur. Item talis indefinita in dicto testis non æquipollet vniuersali, præsertim in ista materia odiosa, vt superius dictum est. Intelligitur ergo istud dictũ, quod non interfuit præsentiæ dicti comitis in eius infirmitate, nisi ea vice: verum est ad præstanda vel ministranda sacramenta ecclesiæ, patet; quia superius idem presbyter Guilelmus interrogatus de sacramento eucharistiæ an illud præstiterit comiti Iacobino, respondit quod non. Concluditur ergo ex prædictis omnibus, istos duos testes testamentarios deponẽtes contra testamentum non deponere concludenter & necessario prout requirebatur: & sic non probare concludenter, quod comes Iacobinus ante illam vigesimam quartam horam per totum illum diem non condiderit prius testamentum ipsis præsentibus & rogatis, & consequenter testamẽtum remanet validum. ¶ Tertio principaliter pro eadem parte facit; quia ad reprobandum instrumentum testamenti † re- 21
quiritur, quod testes reprobantes sint omni exceptione maiores: r *vt dicit tex. in d. l. optimam. C. de contrahen. & cõmi. stip. & in §. item verborum. insti. de inutil. stip. Bal. in c. tertio loco. in pe. col. de proba. Ioan. de Anania in consilio 97. incipiente, In causa ista quæ vertitur, vnde dicit Bal. in c. cum Ioannes ereuita. in vlt. col. de fide instru.* quod r
modicus defectus in hoc casu vitiat testes reprobatorios instrumenti; quia non sunt omni exceptione potiores. Similiter dicit Bald. *in d. l. optimam. per illum tex.* quod leuissima exceptio repellit tales testes reprobantes instrumentũ. Nec dicatur, quod Bar. *in d. l. 1. §. si quis neget. in vlt. col. ff. quemadmodum testa. aperian.* Intelligat istud procedere in testibus non instrumẽtarijs: quia Bart. non negat per hoc, quod etiã testes instrumentarij volentes ipsum instrumentũ impugnare, non debeant esse omni exceptione maiores, quia imo istud requiritũ, cũ agatur de magno & graui præiudicio, vt dictũ est: sed testes dicuntur omni exceptione maiores, quibus nulla exceptio, & sic nulla macula potest opponi: *vt est gl. in d. §. item verborũ & gl. in c. 1. de consang. & affi.* Sed cõtra istos duos presbyteros possunt plures exceptiones opponi, & præcipue paupertatis, † maxime quia presbyter Ioãnes in di- 22
cto suo attestatur, q habet in bonis cum fratre suo q
valorem librarũ tercentũ: & sic ipse presbyter Ioã-

nes

nes non dicitur habere in bonis nisi circa sexaginta ducatos: ergo cum deponat super causa istius legati ducatorum mille, iudex debet arbitrari eum non esse idoneum: cum non habeat tantum in bonis, ſ quantum est causa, super qua deponit: ſ *vt est gloss. solennis in §. si vero absunt. in verb. facultatem. in authen. de hære. & fal. quam sequitur & reputat singularem Ludo. Rom. in l. 2. in princ. ff. qui satisda. cog. do. Alex. in consilio 386. incipiente. Viso processu causæ inquisitionis, quod est in 3. volumine consilio 21.* Et ita etiam potest opponi contra presbyterum Guilelmum non habentem tantum in bonis, quantum est valor causæ, super qua deponit. Item in dicto presbyteri Ioannis est variatio super cognomine; quia in testamento appellatur de Venturinis, & quando producitur in testé appellatur de Albrisijs: Ergo ista variatio cognominis arguit, quod non est ille idem, qui fuit rogatus pro teste in testamento: quia poterant esse alij eiusdem cognominis. Item potuisset fieri mutatio cognominis, ideo videtur quod non probet in facto tam arduo in reprobatione instrumenti testamenti: prout in specie singulariter determinat D. Cardi. Floren. *in d.c. cum Ioannes in 3. col. & ibidem Abbas in vlti. secundum quod superius retuli.* Nec ad hoc obstat, quod in presbytero Ioanne reperiantur duæ demonstrationes veræ, quia est presbyter Ioannes & filius quondam fratris Albertini. Vnde tunc variatio in cognomine non debet nocere. *per d.l.1. §. fi. ff. de do. præleg. cum aliis superius adductis.* Quia respon-
23 detur, † quod prædicta iura loquuntur in materia fauorabili, scilicet in vltimis voluntatibus, in quib. fit benigna interpretatio. *l. in testamentis. ff. de reg. iur. c. cum dilecti. de dona.* nimirum si ibi error in cognomine non vitiat relictum, quando potest constare de corpore per alias demonstrationes. sed nos sumus in materia valde odiosa, vbi agitur de reprobando testamentum & notarium de falsitate. Vnde in isto facto arduo & in ista materia odiosa, ista variatio cognominis bene habet impedire talem impugnationem: *secundum do. Cardinalem & do. Abbatem in d. cap. cum Ioannes quos supra retuli.* ¶ Quarto facit; quia per testes etiam partis aduersæ fuit probata legalitas, & bona fama notarij, & aliorum testium instrumentariorum, qui pro ipso testamento deponunt, & sic fuit seruata practica, quam tradit Bar. *in*
24 *d.l.1. §. si quis neget. in vlti. col.* Ex aduerso autem † pro parte comitum non fuit articulatum, neq; probatum, quod illi duo testes reprobãtes istud testamẽtum sint optimæ opinionis, prout requirebatur, ergo non debent posse obtinere: t Ita signanter tenet Ang. *in l. 2. §. diem in 2. col. ff. quemadmo. testa. aper.* Vbi dicit esse diligenter notandum illud quod dicit Bartol. *in d. §. si quis neget.* in quantum adhibet cautelam quod aduocati debeant esse multum cauti, vt faciant fieri probationes de fidelitate testium deponentium contra testamentum. Nam per hoc dicit Ange. se dare generalem doctrinam, quod vbicunque optima opinio testium est causa inductiua probationis plenæ, quæ alias plena non esset, ibi est de optima opinione probandum & articulandum: alias nõ posset pars aduersa obtinere. refert & sequitur do. Alex. *in cons. 528. incipiente, Visis & ponderatis his quæ continentur in processu. in 7. colum. & est in 4. volu. cons. 43.* ¶ Quinto & vltimo facit; quia etiã in dubijs iudicãdum † est semper pro testamento. u *l. si pars. ff. de in-* 25
offic. testa. cap. fi. de re iudic. quia causa conseruationis u testamenti concernit publicam vtilitatem. *l. vel negare. ff. quemad. testa. aperi. & text. expressior de iure in l. Gallus. §. quid si is. in verb. vtilitate. ff. de lib. & posthum. secundum Bald.* ibi ita notantem illum tex. Item in dubiis opinionib. tenenda est in iudicando † illa opinio, quæ sustinet vltimam voluntatem defuncti: *secundum Rapha. Fulgo. in cons. 90. incipiente, In quæstione Ioannis in 2. colum. per text. & in d. cap. fin. in d.l. si pars. Imo fortius tenet do. Andr. Barba. in cons. 6. incipiente, Scriptum est præclare primo argum. in 2. colum.* quod opinio vnius solius doctoris, quæ sit pro testamento, seu vltima voluntate, prævalet, & sequenda est in iudicando contra communem opinionem. motus per simile de matrimonio, quod quando opinio vnius singularis doctoris, vel minoris partis est pro matrimonio, illi statur, & iudicandum est contra † com- 27
munem opinionem: *secundum Hostiensem & Io. And.* x
in c. 2 de cogna. spiri. & ibidem domi. Abbas, & in cap. fi. in 2. notabili, de re iudi. Io. de Imol. in l. 1. in 3. col. ff. solu. matrim. & in l. vbi ita donatur. in vlt. quæst. ff. de dona. cauſ. mort. Et quantum ad præsens propositum causa testamẽti & causa matrimonij æquiparantur, *dicto c. fi. de re iudi.*

ADDITIO

a Contr. consuluit Soc. sen. cons. 28. visis testam. lib. 3. laicorum.] Aymo cons. 267 Dominicus num. 2. & cons. 272. nobilis nu. 16. vers. 3. probatur vbi hoc cons. citat Menoch. de arb. iud. lib. 2 cent 1 casu 68. nu. 5. vbi & ipse huius cons. meminit. fa quod scribit idem Ias. cons. 61. consulturus colum. 2. supra lib. 1.

b Illi ijdem.] Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 105. num. 4.

c Fuisse præsentes.] Ias. cons. 124. dico quod 2. nu. 16. supra lib. 1. vbi addo.

d Aptitudine.] Vide Menoch. de arb. iud. d. casu 195. nu. 43.

e Communi.] Dixi supra cons. 163. in isto passu col. pen. li. 2. addo Port. com. op. lib. 2. concl. 19. vbi plures citat.

f Dicentibus.] Gabr. qui infinitos recensct comm. opin. lib. 1. de testi. concl. 4. num. 28. & seqq. addo Ceph. referentem Ias. cons. 424. Causa ista nu. 11.

g Negantibus.] Ias. rub. de iureiur. nu. 8. & l. vt vim nu. 6. de iust & iure. Gab. d concl. 4. nu. 1. vbi alios citat. Chassan. cons. 64. Viso processu nu. 25.

h Clericis.] Gabr. alios adducens d. concl. 4. nu. 41.

i Necessaria.] Menoch. hoc cons. referens d. casu. 105. nu. 2.

k Temporis.] Ias. cons. 153. difficultas nu. 16. super lib. 2. vbi addo.

l Concludere.] Ias. cons. 62. consulturus n. 2. li. 1. & d. cons. 153. nu. 22. & vtrobique addo.

m Temporis.] Vide Dec. l. Lecta. nu. 23. si certa. peta cons. 63. & pro tenui. nu. 2. cons. 89. puncto num. 3. cap. pastoralis nu. 3. de except. & cons. 227. In casu nu. 1. cons. 372. visis nume. 10. cons. 433. visa copia numer. 8. cons. 523. alias scripsi, ad finem. Cur. sen. cons. 25. quia inquit Bald. nu. 25, cons. 55. Super processu col. 2. vers. pondero enim. Soc. cons. 5. primo nu. 7. lib. 3. Rui. cons. 130. viso sub nu. 10. lib. 1. Paris. cons. 31. omissa num. 26. lib. 1. cons. 9. olim dominus. num. 21. cons. 92. 1. dubitatio. num. 9. lib. 3. cons. 143. quod terminus in prin. libro 4. Mandos. ad Roma. cons. 204. pro discutienda. lit. g. & vide quod ex hoc infert Dec. c. personas nu. 14. vers. ex quo infertur. de appella.

n Non probant.] Bertr. cons. 4. quicquid sit sub nu. 3. lib. 4. cons. 45. multa sunt nu 5. lib. 10. Dec. cons. 94. in casu in fi. cons. 233. viso. nu. 5. vers. & de meliori cons. 275. viso nu. 8. & cons. 534 procedendo. nu. 10. repet. cons 649. nu. 10. Cur. sen. de testi. concl. 27. Soc. iun. cons. 12. in occurrenti. num. 22. lib. 2. & dixi cons. 78. In causa num. 41.

o De falso.] Cur. sen. d. tract. de testi. concl. 24. Alex. cons. 65. habita nu. 4. lib. 1. cons 108. In causa num. 12 & cons. 136. In

causa nu.21.lib.2.Dec.conſ.173.viſo proceſſu nu.3.Rip.c.cum eccleſia ſutrina.nu.72.de cau.poſſ.& propr.l.in illa nu. 29. de ver.oblig.

p Vniuerſali.] Iaſ.l.2.nu.20. de lib. & poſth. Crot. tract. de teſti.7.par.nu.292.Cotn.conſ.103.c.1.nu.15.lib.1. Dec.l.contractus nu.20.de reg.iur.Feli.c.auditis.n 24.de præſcr. Marſ. ſing.171.audiuiſtis.Rip.c.cum M.Ferratienſis nu.11. de conſt. Cur.iun.conſ.17.licet per num.14. Gram.voto 26. exorta nu. 1. cum ſeqq. Tiraq. de retract. par. 1. §. 1 gloſſ. 13. numero 1. Menoch. qui hoc conſ. citat conſilio 73. quæ ſubtili nume-103.

q Operatur.] Iaſ.l.1.nu.12. ſi quis iuſdi.non obtempe. Dec. conſ.183.in controuerſia nu.1.verſ.Sed tamen.

r Maiores.] Iaſ.d.conſ.124.num.10.vbi dixi.addo Aymo.de antiq.temp.par.1.Sect.viſo de verbis.nu.11.fol.89.conſ.75.accuſatur nu.34.Beroi.conſ.45.In cauſa nu.18.lib.3 Boſſ.de falſ. nume.47.Dida.pract.q.c.20 num.6.& var.reſol.lib.2.cap.13. numero 11.Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.2.caſu 105.numero 33.

ſ Deponit.] Alex.refert & ſequitur Dec.conſ.105. & pro tenui num.5. & gl.d.§.ſi veto abſunt.ad hoc extollit valde Soc. reg.442 in 3. fal. in fi.hoc tamen dictum improbat. Iaſ. auth. præterea col.pen.C. vnde vir.& vx.l.Si conſtante.2.lect.num. 242.vbi etiam Rip.nu.32.33.idem Iaſ.ſol.matr.l.fideiuſſor.nu. 3.& 4.qui ſatiſd.cog.vbi dubitat.Dec.conſ.163.in cauſa in fin. Crot.tract.de teſti.4.par.numero 133.& vide eum qui ſcripſit addit.in Alex.conſ.237.perſpectis numero 4.libro 6. declarat Dec.d.auth. præterea numero 16. Imo relinquitur arbitrio iudicis quis dicatur pauper vt docet Menoch. tract. de arb. iud.lib.2.cent.1.caſu 65.nu.11 & ſeqq.

t Obtinere.] Iaſ.d.conſ.153.nu.30.vbi addo.

u Teſtamento addo.] D.conſ.124.n.4.& vide eundem conſ. 35.Viſo.nu.8.9.lib.3.Zanch.l.hæredes mei.§ cum ita 3.part.n. 61.vbi citat Iaſ.d.conſ.35.& alios plures.

x Opinionem.] Dixi ſupra conſ.26.omiſſis nume.4.lib.1.d. conſ.35.num.9.verſ.Sed hic eſt & conſ.178. In cauſa ad fi. ſupra lib.2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XIV.

THEMA.

NOBILIS quondam Antonius Trenauaſius de Carmagnola in teſtamento ſuo inter cætera tutores & curatores filiis ſuisconſtitutos liberauit & abſoluit à cõfectione inuentarij, iuramento, ſatiſdatione & adminiſtrationis ratione reddenda, ita & taliter quod poſſint libere & impune ſe ingerere in adminiſtratione. Quæritur, an dicti tutores & curatores teneantur congruã rationem villicationis & adminiſtrationis ſuę reddere, non obſtante dicta liberatione in teſtamento eis relicta, & quam rationem reddere teneantur.

SVMMARIA.

1 *Tutela eſt merum onus & grauamen, & ibi explicatur & nu.26.*

2 *Tutores ſi tenentur reddere rationem adminiſtrationis liberatio eis relicta in teſtamento paterno à reddenda ratione nihil operaretur & eſſet fruſtratoria. & numero 27.*

3 Dictio libere *multum operatur & inter cætera importat quod ſine vlla diminutione vel contradictione res effectum ſortiatur & ibi infertur ad quæſtionem de hoc uitio & nu.28.*

4 *Culpa qualibet etiam lata poteſt in teſtamẽto remitti quicquid aliter ſit in dolo, & nu.29.*

5 *Liberatio teſtamentaria facta tutoribus eos non liberat quin finita tutela teneantur congruam rationem reddere. Et remiſsio vel liberatio rationum reddendarum facta à teſtatore non ſe extendit ad reliqua exiſtentia penes tutores, nec ad ea quæ mala fide aut dolo adminiſtrant, & num.ſeqq.vbi aſſignantur nonnullæ rationes huius concluſ.*

6 *Dolus de futuro remitti non poteſt.*

7 *Dolus eſt crimen, & crimen non poteſt expreſſe remitti.*

8 *Legata fiunt in teſtamentis, ideoque non adaptantur perſonis odioſis.*
L.ſi quis rationes. verſ. Sed ſi quis. de liber. leg. quomodo procedat, nu.11.

9 *Liberatio quæ relinquitur in teſtamento procedit ex mera liberalitate teſtatoris, & ideo non debet eſſe captioſa filijs.*

10 *Liberatio à futura adminiſtratione, ſicut non poteſt directo remitti, ita etiam non poteſt per indirectum: & ibi clare explicatur.*
Minor etiam cum auctoritate curatoris & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori aſſerendo rationem adminiſtrationis ſibi fuiſſe redditam, & ita etiam iurauit, tamen per iſta non liberatur tutor à reddenda ratione adminiſtrationis, nu.12.

13 *Teſtator, ſi in teſtamento & in liberationis legato adiçiat verba illa,* confiteor mihi plene ſatisfactum: *nihil operatur confeſsio illa, niſi probetur.*
Tutor tenetur denuo facere computum, ſi conſtet priorem computationem fuiſſe malam & non plenam, non obſtante liberatione generali etiam iurata nu.13.

14 *Liberationis legatum factum tutori in teſtamento non operatur, vt tutor non teneatur edere libros rationum.*

15 *Rationem adminiſtrationis, qui tenetur reddere, tenetur ad quatuor, videlicet codices ſeu libros rationum edere, calculum ponere, reliqua reſtituere, & purgare moram ſolutione eius quod debetur.*

16 *Tutor qui tempore reddendæ rationis aliqua celat, vel ſupprimit, præſumitur habere animum deprædandi, & debet præſtare fidem integram & abſtinentiam ab omni lucro rerum pupillarium, & tenetur non ſolum de dolo, ſed etiam de lata & leui culpa & de negligentia & ad lucra quæ facere potuit & tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, licet non probentur percepti & numeris ſeqq.*

17 *Tutor tenetur pupillo ad intereſſe lucri ceſſantis.*

18 *Tutor qui non reſtituit reliqua dicitur eſſe in dolo.*

19 *Tutor tenetur conficere libros rationum tutelarium continentes ſigillatim & explicite debita & credita reditus & expenſas & reliqua negotia, non autem in genere vel in concreto ſufficit ponere expen.*

20 *Tutor qui tutela finita non exhibet libros rationum probe confectos eſt in dolo præſumpto quod ſordide adminiſtrauerit.*

21 *Tutor qui dicit, ſe non confeciſſe libros rationum pupillarium, conuincitur in dolo.*

22 *Tutor contra tutorem qui non confecit probe libros rationum pupillarium iuratur in litem.*

23 *Tutor dicitur in dolo vendendo bona immobilia minorum non ſubſiſtente cauſa & punitur extra ordinem.*

24 Tu-

24 *Tutoris facultates si sint auctæ, & minorum diminutæ, magna est præsumptio expoliationis contra tutores.*

25 *Tutor, si quid subtraxit, vel reliqua retinuit, proculdubio tenetur. Imo etiam tenetur, quando deteriorauit, vel male administrauit, quamuis ex hoc nihil adsit tutori.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

QVIA dicti quondam tutores finita eorum tutela non teneantur reddere rationem administrationis præteritæ, postquam eis liberatio est expresse in testamento paterno relicta, facit: quia tutela est merum † onus & grauamen: *Instit. de excu. tuto. in princip. & ibi gl. & gl. Instit. de tutelis in prin.* & est sine vllo commodo: patet, quia tutoribus de iure nullum salarium debetur, *l. à tutoribus. §. principalibus. ff. de administ. tut. Bart. in l. in eos. ff. de tutel. gloss. in l. 1. §. 1. & ibi Bartol. ff. mandati.* nec expensæ aut alimenta præstanda sunt tutori in bonis pupilli, secundum Nicola. de Neapol. insertum in lecturis Bart. *in l. athletæ. §. tutela. ff. de excusat. tuto.* Vnde cum tutela sit merum onus & grauamen, certe isti tutores non subiissent istud onus administrandæ tutelæ cum magno incommodo, & sine vlla vtilitate, casu quo fuissent reddituri aliquam rationem administrationis suæ: sed confisi sunt de liberatione, quam pater istorum filiorum in testamento fecit. Vnde non debent captari, neque decipi sub authoritate testamenti, *in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impe.* Item nemini officium suum debet esse damnosum, quia hoc esset iniquum: *vt inquit textus in l. sed si quis. ff. quemadmodum testam. aper. & tex. in cap. cum non deceat. in prin de elect. in 6.* Item si isti tutores tenerentur reddere rationem administrationis suæ, † certe liberatio eis relicta in testamẽto paterno à reddẽda ratione nihil operaretur, & esset frustratoria: contra leg. *si quando in princip. ff. de legat. 1. & cap. si Papa. in princ. de priuil. in 6.* ¶ Præterea pater in testamento non solum liberauit istos tutores à reddenda ratione administrationis, sed etiam subiunxit in testamento hæc verba. ita & taliter quod possint libere & impune se ingerere in administratione, quæ verba, libere & impune, † multum operantur, *c. cum episcopus. in verb. libere. de offic. ordi. in 6. gl. & Doct. in c. Romana. §. 1. in verb. libere. de censi. in 6. & in cap. cum plures. de offic. delega. in 6. & in cap. 2. de arbit. eo. lib. & in cle. 2. de iure patro. & in cle. dudum. de sepul. cum mille similibus. & tex. in c. de multa. in verb. libere conferat. & ibi notat do. Abbas. de præben.* Inter cætera ista dictio, libere, importat, quod sine vlla diminutione & contradictione res effectum sortiatur. *ita probat text. in cap. 1. in principio. in verb. libere. cum ibi not. per Io. And. de reg. iur. in 6.* per quod verbum dicit ibi Gemin. probari illud, de quo vidit alias dubitari, si nouitius per plures annos steterit in religione, nunquam tamẽ professionem fecerit, & velit ad seculum reuerti, quod non teneatur aliquas expensas monasterio soluere, cum tex. ibi permittat, quod libere possit exire. *facit tex. in cap. pen. in verb. libere. eod. vit. de regul. in antiquis.* Ita in proposito isti tutores liberati ab administratione in testamento paterno cum illis verbis, quod possint libere & impune se in administratione ingerere, intelligentur liberati ab omni molestia, sine vllius contradictione, aut vlla diminutione. Item licet dolus de futuro remitti in testamẽto nõ possit, † ne detur materia delinquendi, vt statim infra dicetur, tamen quælibet culpa etiam lata potest remitti: quia sic non inuitat ad delinquendum, *l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. & est tex. in l. contractus. ff. de reg. iu. gl. in l. 1. §. si conueniat. ff. depositi. Dyn. in regul. contractus. de reg. iur. in 6. Paul. de Cast. in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. do. Alex. in l. si mora in 1. colum. ff. solut. matrimo facit bene text. in proposito nostro in l. qui plures. ff. de administ. tut. & in l. si seruus vetitus. ff. de leg. 1.* Vnde si per culpam vel negligentiam tutorum fuerunt minores damnificati, & nihil ad ipsos tutores peruenerit, quod non teneantur minoribus propter liberationem eis à patre in testamento factam, per quam saltem ab omni culpa etiam lata intelliguntur esse liberati. § Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure præualere ex infrascriptis mediis, ex quibus in oppositum obiecta remanebunt resoluta: & sic quod dicta liberatio testamentaria non liberat tutores, † quin finita tutela teneantur congruam rationem reddere: *per textum notabilem l. quidam decedens ff. de administrat. tutor. & in l. si seruus vetitus. ff. de legat. primo. & in l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. legat.* Vnde remissio vel liberatio rationum reddendarum facta à testatore non se extendit ad reliqua existentia penes tutores, nec ad ea, quæ mala fide, aut dolo administrant: vt in iuribus prælegatis. *& l. si quis rationes & l. non solum. la 2. §. si hæres. ff. de liber. legat.* Ratio prædictæ conclusionis est multiplex. Vnam assignat textus *in dicta leg. quidam. decedens. in principio.* quia nemo potest ius publicum remittere huiusmodi cautionibus vel liberationibus, nec mutare formam antiquitus constitutam, quæ est, vt tutores teneantur de gestis dolo, vel mala fide, etiam si liberatio eis relinquatur. Secunda ratio est; † quia dolus de futuro remitti non potest, *l. si vnus. §. illud ff. de pactis.* eo quia inuitaret ad delinquendum contra l. *conuenire ff. de pact. dota.* Tertia † ratio est; quia dolus est crimen seu delictum: *vt est textus in l. prima §. nunc tractemus. in versicul. plane. ff. de tutel. & ratio. distra. & in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor. gloss. in l. 1. & ibi Bartol. ff. de fideiuss. tutor.* Sed delictum non potest etiam expresse remitti, *l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur.* multo minus tacite, *l. creditor §. Lucius. ff. mandati.* Quarta ratio est; quia † legata in testamentis fiunt propter benemerita, *l. nec adiecit. ff. pro soc* ideoq; nõ adaptantur ad personas odiosas, *l. Lucius Titius. §. Lucius Titius Damã. ff. de legat. 2.* Vnde cessant in his, in quibus dolus, aut mala fides legatarii intercesserit. Quinta ratio est; quia liberatio, quæ relinquitur in testamento, procedit ex mera liberalitate testatoris, † ideo non debet esse captiosa filiis suis, *l. cum Aquiliana. ff. transaction. l. 3. §. contrarium. ff. & contra iudic. tutel.* Quinimo & fortius, sicut liberatio à futura administratione † non potest directo remitti per rationes præallegatas, ita etiam non potest per indirectum remitti legãdo liberationem futuræ administrationis, hoc adiecto, quod si contingeret, quod à futuris administratoribus exigeretur ratio villicationis,

& propter hoc condemnarentur, ex nunc testator tantum legat de bonis suis propriis, quantum est illud, in quo fuerunt condemnati administratores ratione tutelæ, vel curæ administratæ, vel occasione reliquorum, vel ratione doli, adhuc non valet liberatio, nec tale legatum, ne per indirectum detur materia delinquẽdi & spoliandi miseros pupillos, contra dictam leg. *conuenire.* & ne per indirectum concedatur illud, quod directo concedi non potest: vt *in regula, cum quid vna via. de regulis iuris, in sexto.* & vt occurratur fraudibus tutorum, *l. in fundo. ff. de rei vendicat. cap. quanto. de diuortiis.* Item quia tale relictum videtur factum in pœnam non patientis se fraudari, ergo nihil valet. *l. vnica. ad fin. C. de his quæ pœn. no. ita notabiliter tenet Salyc. in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.* vbi refert se ita consuluisse in contingentia facti contra Dyn. & Rayner. qui contrarium tenent: *per text. in dicta l. quidam decedens. in versicu. damnum vero quodcunque. & per text. in dicta l. si quis rationes. in versicul. quod si quis. idem tenet Ioannes de Anan. in consil. 80. incipiente, Visis & intellectis his quæ in themate narrantur. Angel. in consilio 144. quod incipit, Reuocatur in dubium. & notabiliter Petr. de Anchar. in consilio 117. incipiente, Casus talis est, pater habens quinque filios. dominus Alexander in consilio 164. quinti volum. incipiente, Præsuppono primo circa consultationem præmissam. & bene facit text. in dicta l. quidam decedens. ibi, nec eo nomine ex causa fideicommissi quicquam consequi debebunt.* & ratio est, vt ibi subiicit textus; quia nemo ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus. ¶ Nec obstat ille textus *in versicul. damnum vero.* quia loquitur in damno, quod tutor pateretur ex eo, quia à suis negotiis distraheretur. Nam tale damnum bene potest relinqui à testatore tutori, quia illud non inuitat ad delinquendum. & ita illum textum intelligunt Iacob. de Aret. Petr. de Bellapertica, & Alber. de Rosa. ibi. ¶ Non obstat etiam dicta l. † *si quis rationes. in versicul. quod si quis.* quia loquitur in administratione de præterito, & sic in dolo de præterito: *vt patet ex text. ibi in verb. qui rationes gessit, & sic de præterito. Et ita intelligit illum textum Bartol. in l. Aurelio. §. Caius. in quarta quæstione. in fine. & in dicta l. quidam decedens. post gloss. ibi. & in l. actione. C. de transactionibus.* Et quod in administratione de p̃terito possit liberatio relinqui cessantibus rationibus suprascriptis, est etiam textus *in l. qui plures. ff. de administ. tut. & in l. Aurelius. §. Mœuia. & §. filias. ff. de liber. legat.* ¶ Stat ergo ex prædictis vera conclusio, quod liberatio relicta in testamento tutori pro futura administratione non releuat tutorẽ, siue relinquatur directo, siue etiam per indirectum, legando tantum de bonis testatoris, quantum tutor fuerit condemnatus. Imo fortius multum ample & notabiliter consuluit Pet. de Anchar. *in consilio 331. incipiente, Visis facti narratione & copiis testamentorum, &c.* quod si minor [a] † cum authoritate curatoris, & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori, asserendo rationem administrationis sibi fuisse redditam, & ita etiam iurauit, q̃ tamen per ista non liberatur tutor à reddenda ratione administrationis. Mouetur per plura, quę ibi copiose per eum videri possunt. Alibi decidit multum egregie Bart. *in dicta l. Aurelio. §. Caius. in vltima colum. post medium.* quod si testator in vltima voluntate in legato liberationis apponat illa verba, † confiteor mihi plenarie satisfactum. talia verba nihil operantur, nisi probentur: *vt l. 1. C. de falsa causa adiecta legato. & dicta l. Aurelius. §. finali. Alibi decidit notabiliter* [b] *Paul. de Cast. in cons. 308. incipiente, Aduertendum quod si de mala redditione computorum, &c.* quod tutor tenetur denuo facere computum, & sic rursus rationem reddere, si constet priorem computationem fuisse malam, & non plenam, non obstante liberatione generali etiam iurata. Mouetur per iura & rationes, quæ ibi per eum videri possunt. Quanto ergo fortius in casu præsenti isti tutores tenentur finita tutela reddere congruã rationem administrationis, non obstante illo simplici legato liberationis facto in testamento? ¶ Item est bene aduertendum ad propositum nostrum, quod legatum liberationis factum in testamento tutori † non facit, quin teneatur edere libros rationum, *text. est in l. fin. §. inter catera. & ibi Bar. ff. de libe. leg.* Et qui tenetur rationem administrationis gestæ reddere, tenetur ad quatuor, † videlicet codices seu libros rationum edere, calculum ponere, reliqua restituere, & purgare moram solutione eius quod debetur, [c] *l. cum seruus. ff. de condit. & demonstrat. & l. si pure. §. finali. & l. si pater. §. si Sticho. ff. de fideicommiss. libert. secundum Baldum in l. cum testamento. C. de testam. manu.* Item tutor, qui tempore reddendæ rationis † aliqua celat vel supprimit, præsumitur habere animum deprædandi, [d] *l. si pupilli. §. sed & si quis. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. de negotiis gestis.* Sic etiam tutor, qui conuertit pecunias pupillares in proprios vsus, dicitur esse prædo: [e] *secundum Angel. Imol. & Modern. in l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acquirend. possess. dom. Alexan. in l. ex stipulatione. eod. titu.* Item tutor fidem integram & abstinentiam ab omni lucro rerum pupillarium præstare debet, *argu. l. creditor. §. fin. ff. mandati.* Vnde non dicitur esse tutor, qui pupillum spoliat, *l. si fundum. §. si tutor. ff. pro empt.* nec bonæ fidei officio fungitur, sed furis animum dilapidando assumit, *d. l. si pupilli. §. sed & si quis.* Item tutor tenetur non solum de dolo, sed etiam de lata & leui culpa, & de negligentia, *l. quicquid. C. de arbit. tut.* Item tenetur etiam ad lucra, quæ facere potuit, *l. tutelæ. cum leg. sequenti. ff. locati.* Vnde [f] tutor tenetur ad interesse lucri cessantis † & sic in casu præsenti isti tutores tenentur ad lucra, quæ ipsis minorib. nunc cessant propter non continuatam negotiationem apothecæ pannorum, quæ per patrem eorum exercebatur, *l. tutor qui repertorium. §. si deponi. cum sequentibus. ff. de administrat. tutor. iuncto cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in d. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. & §. fi. & idem Bar. in l. diuus. ff. ad leg. Falcid. Bald. in l. 1. ad fin. C. de cond. indeb. & in l. finali. ad fin. C. de petit. hæred. Ludou. Roman. in consil. 139. incipiente, Pro propositæ quæstionis decisione præmittendum est. & in consilio 425. incipiente, Quo ad primum, in quo quæritur, quid veniat in redditione rationis. in versiculo 10.* Item tutor tenetur ad fructus & reditus, qui percipi potuerunt, dato quod non probentur percepti, *l. si fine. §. Modestinus. 2. & ibi Bartol. multum ad hoc notat. ff. de administrat. tutor.* Item isti tutores deprehenduntur esse in dolo multipliciter. Nam tutor, qui non restituit reliqua, † est in dolo, *l. si procuratorem. §. fin. & l. sequenti. ff. mandati.* Item cum tutores teneantur conficere libros administrationum † tutelarum, continentes sigillatim & explicite debita, &

11 12 13 14 15 16 17 18 19

ta, & credita, reditus & expensas, & reliqua negotia pupillorum, non autem in genere, vel in concreto sufficit summam poni, *l.1.§.officio.ff.de tutel.& rat. distrah. & ita notabiliter declarat Bartolus in consilio 150. incipiente, Cum prædicta examinarem. ad finem.* tales libros rationum pupillarium, finita tutela tenentur consignare ipsis minoribus: secundum Baldum & alios *in dicto §. officio.* Vnde tutores, qui finita tutela[h] non exhibent tales libros rationum ipsis minoribus, sunt in dolo præsumpto, quod † sordide administrauerint; *secundum Petr. de Anchar. in consilio 317. incipiente, In causa quæ vertitur inter Iacobum in 2. colum. facit bene text. in l. si ita fuerit. ff. de manu. testa.* qui dicit, in reliquis accipere debemus, vt & ipsa volumina rationum reddantur. *& text. in l. si statu libera. §. fin. ff. de statulib.* Alibi decidit Ang. *in consil. 285. incipi. Quoniam in facto assertum est mihi. in 2. colum.* quod tutores, qui dicunt, se non confeciſſe libros rationum † pupillarium, conuincuntur in dolo; quoniam nulla ratio gestionis vniuersalis multa varia & diuersa continentis, recte vel probe reddi aut videri potest, nisi per ostensionem librorum,[i] vt ibi per eum. Et propter istas causas tutores † tenentur minoribus ad interesse declarandum per iuramentum in litem. *d.l. tutor qui repertorium. & l. 1. & 2. C. de in litem iuran. quod est valde notabile secundum Bald. in dict. l. 1. §. officio.*

[k] Item tutores[k] dicuntur esse in dolo alienando bona immobilia minorum non subsistente causa, † etiam si testator eisdem vendendi licentiam generaliter concessisset: quia etiam isto casu vendendo absque causa dicuntur dolo facere, & pupillum spoliare. Ita notabiliter dicit Angel. *in consilio 175. incipiente, Viso statuto. ante finem. Allegat ad hoc notata in l. alio. ff. de alimen. & cib. legat.* Et isto casu tutores alienantes bona immobilia non subsistente causa, etiam puniuntur extra ordinem, *l. in eos. & ibi Bartolus. ff. de tutel.* Item quando facultates minorum sunt diminutæ, † & tutorum augmentatę, in casu prę senti, est magna præsumptio exspoliationis contra tutores: secundum Baldum *in l. cum oportet. in principio. in 5. colum. C. de bonis quæ liber. & in cap. 1. de contentione inter dom. & vasall.* Item quando dolus est commissus per tutores in male administrando, & deteriorādo res minorum, tunc si per hoc adest tutoribus, puta quia subtraxerunt, vel reliqua retinerent, † proculdubio tenentur, vt dictum est. Imo etiam quando deteriorarunt, vel male administrarunt, quamuis per hoc nihil adesset ipsis tutoribus, tamen adhuc tenentur: *per ea quæ ponit Bart. in d.l. Aurelio. §. Caius. in 4. q. ff. de lib. leg.* ¶ Tenendo istam partem, quæ est vera, quod isti tutores teneantur congruam rationem administrationis reddere, & restituere reliqua: item & alia, de quibus supra particulariter fuit dictum, non obstāt allegata in oppositum; quia breuiter respondetur, dum dicebatur quod tutela est onus, sine salario, & quod isti tutores non acceptassent tale onus, si fuissent reddituri rationem, & quod nō debuerunt decipi sub authoritate testatoris, & sub legato liberationis reddendæ rationis, & quod officium suū nemini debet esse damnosum: nam paucis dicitur, ꝙ quæ ab initio sunt voluntatis, † an acceptentur vel non, postquam fuerint acceptata, redigūtur ad necessitatem, & ad regulas iuris, *l. in commodata. §. sicut. ff. commoda. l. sicut. C. de act. & obli. c. licet. de voto.* ¶ Non obstat, dum dicebatur, quod si isti tutores tenentur reddere rationem administrationis, liberatio eis relicta in testamento patris nihil operaretur: quia respondetur, quod imo operabitur, † ne scrupulosa inquisitio contra eos fiat: *vt dicit text. in l. seruus vetitus. ff. de legat. 1. declarat Salyce. in l. cum necessitatem. ff. de fideicomm.* ¶ Non obstat etiam dictio, *libere*, posita in legato liberationis: quia respondetur, quod dictio, *libere*, † non excludit redditionem rationis administratæ tutelæ, secundum quod iura disponunt: *iuxta textum notabilem in capit. 1. de offic. ordin. in verb. liberam potestatem. iuncto verbo, secundum quod canones censeat. facit quod notat dominus Abbas in capitul. directa. per illum textum. de appellat. & quod notat Geminian. in capitu. 2. §. fin. de tempor. ordin. in 6.* vbi per illum tex. notat, quod quando alicui datur libera potestas exercēdi actum, intelligitur canonice, & sic secundum formam illi actui à iure traditam. ¶ Non obstat vltimum, quod quælibet culpa etiam lata de futuro potest remitti, quia non sic inuitat ad delinquēdum: quia respondetur, † quod in casu præsenti per testatorem non est facta remissio alicuius culpæ, sed solum simplex liberatio & absolutio à reddenda ratione administrationis, quæ nihil operatur, nisi quo ad inquisitionem scrupulosam: vt superius fuit oportune demonstratum.

ADDITIO.

a Quod si minor.] Item Ias. cons. 219. ista materia. col. 2. in fi. vers. alibi multum ample. supra lib. 2.

b Notabiliter.] Ias. d. cons. 219. col. 2. c. fin. vers. huic obiectioni. vbi addo.

c Debetur.] Idem cons. 4. D. Baptista. n. 7. supra eod.

d Deprehendi.] Ias. d. cons. 219. col. 2. vers. item isti tutores tenebantur.

e Esse prædo.] Dixi d. cons. 219. col. 1. in fin. vers. in præsenti consultatione.

f Vnde tutor.] Addo d. cons. 219. col. 1. in fine. vers. item isti tutores pro pecunia.

g Vel in concreto.] Dixi d. cons. 219. col 1. versic. item tales tutores.

h Finita tutela.] Scripsi d. cons. 219. col. 1. vers. item tales libros rationum.

i Ostensionem librorum.] Ias. d. cons. 219. col. 1. ca. fin. vers. vnde dicit Angel.

k Tutores.] Vide quod dicit Plotus tractat. de in litem iuran. §. 5. num. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XV.

SVMMARIA.

1 *Testes post didicita testificata possunt produci super capitulis ijsdem, vel directo contrariis in causa matrimoniali, idq; speciale esse videtur. intell. vt n. 2. vbi etiam ponitur ratio.*

3 *Sententia in causa matrimoniali, si foueat peccatum per partes non remißibile, nunquam transit in rem iudicatam.*

4 *Doctori illustri alleganti obseruantiam seu consuetudinem standum est in practica, seu in re iudicanda.*

SPECIALE prima fronte videtur esse in causa matrimoniali, vt post didicita testificata possint testes de nouo produci super eisdem, † vel directo contrariis capitulis: *per textum in cap. series. & in cap. ex tenore. & in ca. cum in tua. de testi. & in cap. sicut ex literis. & ibi. dom. Abbas in vlt. notabili. de sponsa.* 1

ſponſa. & ita dicit Bartol. in l. 1. §. nuntiatio. in vlt. colum. ff. de oper. no. nuntia. Et iſtam ſpecialem in cauſa matrimoniali probat melior text. quolibet alio de iure, *d. c. cum in tua. ſecundum Abbatem ibi. circa princip.* ¶ Pau-
a cis veritas eſt, [a] quod quando agitur de probanda conſanguinitate, vel alio impedimento, tunc poſt
2 didicita teſtificata poſſunt teſtes produci ſuper † capitulis directo contrariis. Ita loquuntur iura prælegata. & ita declarat gloſſ. ordinaria & notabilis *in c. conſtitutū. el 2. in gl. 2. de teſti.* quam Abb. ibi dicit eſſe bene & ſingulariter notandam, & quod eam tenent communiter Dd. Et ſic illud priuilegium non conceditur ſimpliciter cauſa matrimonii: ſed ſolum probationi impedimenti propter periculū animæ: ſecundum gl. ibi, & clarius Aret. ibidem. Ratio fun-
3 damentalis eſt; quia † in cauſa matrimoniali, quando ſententia foueret peccatum per partes non remiſſibile, tunc nunquam tranſit in rem iudicatam. *cap. lator. & cap. conſanguinei. de re iudic.* Si ergo ſententia non nocet, vbi fouetur peccatum per partes irremiſſibile, multo minus debet nocere publicatio teſtium. Item dicit Angel. *in §. quia vero. in 3. columna. ad fin. de teſtib. poſt Ioan. Andre. in dicto cap. ſeries.* quod quando teſtes depoſuerunt contra matrimonium ad eius ſeparationem, tunc bene fauore matrimonii, ne ſeparetur, eſt inductum, vt atteſtationib. publicatis poſſint teſtes produci: quia ſicut ſententia lata ſuper ſeparatione matrimonii nunquā tranſit in rem iudicatam, *vt in capitul. ſicut. de deſponſa. impuber. & in cap. ex literis. de conſanguinit. & affinit.* ita etiam non clauditur via examinandi teſtes ſuper matrimonio confirmando, etiam poſt didicita teſtificatā. Sed quando primi teſtes ſunt producti ad probandum matrimonium contractum, vt in caſu præſenti, & poſtea nulla allegatur conſanguinitas, nec aliud impedimentum, ſed agitur ſolum de probando contrarium. ſcilic. matrimonium non fuiſſe contractum, vt in iſtis capitulis, quæ volunt de nouo produci ex parte magnifici dom. Victoris Piſani, ſc. 20. & duobus ſequentibus, tunc poſt publicationem non poſſunt produci teſtes per eum, qui ſtat contra matrimonium, *d. cap. conſtitutis. 2. & ibi gloſſ. 2.* Ratio; quia tunc ceſſat periculum fomenti peccati. *Ita concludunt communiter Canoniſta in locis*
b *præallegatis. & in ſpecie* [b] *dom. Anton. de Butr. & do. Abbas poſt Hoſtienſ. & Ioan. Calder. in cap. iurauit. de proba. dom. Anton. de But. in repet. cap. fraternitatis. de teſti. in vlt. char. in verſicul. tertius caſus eſt. & dicit bonum verbum Specul. optimus practicus in titul. de teſte. §. ſatis vtiliter. in verſic. in cauſa autem matrimoniali.* quod licet Doctor. diſputent, an in cauſa matrimoniali publicatis atteſtationibus poſſint teſtes de nouo induci, *vt notatur 4. q. 3. in verſicul. ſi quis teſtibus. & in capitul. ſeries. & in cap. ex tenore. de teſtib. & in cap. iurauit. de probationibus.* tamen ſecundum eum ſeruamus, quod ſuper eiſdem capitulis non admittantur. Vnde Doctori illuſtri alle-
4 ganti obſeruantiam † ſeu cōſuetudinem ſtandum [c] c eſt in practica, ſeu in iudicando, ſecundum Bartol. *in repetit. l. de quibus. in quarta quæſt. princ. circa princ. ff. de legibus. Baldus in capitul. cum dilectus. in tertia colum. de conſuetud. dom. Lanfranc. de Oria. in repetitione cap. quoniam contra falſam. in penult. colum. de probat. Paulus de Caſtro in conſil. 141. incipiente, In cauſa præſenti. in 1. col. cum aliis ſuis concordantiis.*

ADDITIO.

a Veritas eſt.] Vide Gabr. alios citantem com. opin. lib. 1. de teſti. concl. 21. nu. 69.

b Dominus.] Gabr. d. concl. 21. n. 71. vbi hoc conſ. citat.

c Standum eſt.] Quod Doctori alleganti conſuetudinem ſtandum ſit, tenet Iaſ. l. de quibus. nu. 89. ff. de legi. conſil. 168. in iſto ſubtili. numero 18. ſupra lib. 2. Dec. l. 2 § mutui. 2. lect. in fin. ſi cert. pet. conſil. 420. quæritur. ad fin. conſil. 540. quæritur. numero 8 conſil. 559. in caſu, num. 6. conſil. 691. in facto. num. 12. & ſeq. & conſil. 694. pro reſolut. num. 3. Gozad. conſ. 591. facie. num. 18. Grat. conſil. 12. contra quamplures. nume. 58. & ſeq. lib. 1. & conſil. 3. caſus talis eſt. numero 52. lib. 2. Caccialup. tract. de aduoc. 4. quæſt. princ. numer. 3. & ſeqq. Natta conſil. 118. licet de iur. num. 4. Sebaſtia Medic. de legi. & ſtatu. part. 2. q. 14. nu. 3. Mich. Graſſ. commun. opin. lib. 1. q. 20. Cora. tract. de commun. opinio. libro 1. titul. 7. numer. 2. 3. & ſeq. Roland. conſil. 71. viſo proceſſu. numer. 21. conſil. 87. non inſiſtendo. nume. 12. lib. 1. Menoch. conſil. 1. num. 164. conſil. 92. habet. num. 54. Soc. iun. conſil. 31. vidimus. numero 1. libro 2. conſilio 60. magnificus. numero 9. & 10. eod. lib. & conſ. 1. nu. 37. & ſeqq. lib. 4 Viui. commun. opinion. libro 1. opin. 88. Doctori. & vide Ceph. conſil. 361. feudum. num. 25. & conſil. 389. inueſtitura. numero 15 Contr. tamen voluit Aret. conſil. 132. in cauſa. columna 2. Dec. ſibi contrarius conſil. 142. & pro tenui. numer. 5. conſil. 165. viſo tenore. numero 3. conſilio 472. teſtator. numero 16. & quod communis ſit contra Bartol. late trad. Curt. de conſuet. ſect. 8. num. 9. verſic. quinto quæro. & idem dicit Petr. Rauen. num. 227. Corn. conſil. 83. cap. 1. lib. 4. Curt. conſ. 78. Domina. colum. vlt. Bertr. conſil 120. viſa. lib. 3. Neuiz. conſil. 66. videtur. numer. 31. Gozad. conſil. 35. breuiter. num. 12. & opinionem Bart. reprobat. 15 qui ſcripſit in conſuet. Pariſ. § 56. tit 2. gloſſ. 1. numer. 10. & hæc opinio verior & magis communis cenſetur, vt per Caballi. tract. de euict. nu. 33. & 39. Hercul. tract. quis teneat. probat. negat. numero 30. cum ſeqq Ceph conſ. 299. magnificus. numer. 22. & vide Gabriel. commun. opin. lib. 2. de probat. concluſ. 4. vbi dicit magis communem. Sed pro concordia harum opi. vide quod dixi conſ. 67 in cauſa. ad fin. quibus addo Dilect. de arte teſtan. tit. de ſubſt. aut. 35. hæres. Gabr. d. concl. 4. nu. 3. Rolan. conſil. 57. quia omni iure. num. 27. conſ. 94. ſi iudicantes. nu. 22. conſ. 98. viſo proceſſu. numero 23. lib. 4 Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſu. 360. num. 94.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XVI.

THEMA.

DVBITATVR, an ſententia lata in fauorem ſpectabilis do. Dorotheæ per magnificos tunc Conſiliarios illuſt. dom. Marchionis Montiſferrati, de iure licuerit appellari per ſpectabilem do. Gabrielem de Aſinariis ciuem Aſtenſem: & an etiam alio remedio conſulatur, & an appellatio per eum interpoſita ſit deſerta, vel ne?

SVMMARIA.

1 *Appellare non licet à ſententia ſenatus marchionalis, ſed contra nu. 5.*

2 *Appellatio dicitur deſerta elapſis tribus menſibus ſtatutis à marchionali decreto inſtantia appellationum, & tres illi menſes non ſolum ſuccedunt loco anni, ſed etiam loco biennij præfixi à iure communi. & numero 15.*

Appellatio deſerta habetur pro non interpoſita, & quomodo probetur deſertio appellationis. nu. 3.

4 *Supplicare non licet aduerſus ſententiam ſenatus, quando fuit ab ea ſententia appellatum, & appellatio*

latio fuit deserta. & numero 5. vbi contra. & iterum num. 23.

5 *Senatores hodierni non habent eam auctoritatem, quam olim habebant Romani senatores.*

6 *Senatores Romani erant illustrissimi, sed senatores hodierni non item.*

7 *Marchiones sunt tantum spectabiles.*

8 *Senatores Marchionales Montisferrati nō sunt illustres.*

9 *Appellare licet à quacunq; sententia, nisi specialiter sit prohibitum. Regulæ standum est, donec doceatur de ista exceptione, & regulæ iuris sunt tenaciter obseruandæ, nisi in contrarium appareat casus specialis, n. 10. vbi exornatur.*

11 *Senatores grauiter peccant, qui procurant apud eorum principem, ne ab eorum sententiis appelletur.*

12 *Tempora appellationum limitata à statuto vel decreto non habent locum, quando appellatur ad principem, & causa appellationis est agitanda coram principe & eius consistorio.*

Appellationum tempora limitata à statuto vel decreto non habent locum, quando appellatur ad principem. vide ver. Tempora appellationum.

13 *Statutum disponens, quod non possit appellari nisi intra eandem diem, non habet locum, si appelletur ad principem.*

14 *Impedito conceditur secundum fatale, & sic secundus annus.*

15 *Glossæ non est credendum, vbi legem nullam allegat. Doctori cuicunque licet magno non debemus credere, nisi dictum suum probet per authenticam scripturam. num. 15.*

16 *Tempora statuta à statuto vel decreto in causa appellationum succedunt loco primi anni dati de iure communi ad prosequendam appellationem.*

Tempora statutaria breuiora & minuentia tempora legalia sapiunt eandem naturam, quam habebant tempora maiora iuris communis. nu. 16.

17 *Decretum Marchionale coarctans instantiā appellationis statutam à iure communi debet stricte intelligi.*

18 *Tempus appellationis nunquam currit, donec appellans est impeditus facto principis, qui est appellandus.*

Tempus appellationis prosequendæ nunquam currit, donec dubitatur, an à sententia possit appellari. nu. 19.

20 *Tempus opponendi exceptionem non labitur excipienti, donec iudex deliberat, an exceptio sit admittenda.*

Appellationem non esse desertam in dubio pronuntiandum est. nu. 21.

22 *Appellationi in dubio deferre debet iudex.*

23 *Appellare quando non licet à sententia lata propter excelsam iudicantis dignitatem, semper tamen licet supplicare.*

Supplicare semper licet principi intra biennium, quamuis à sententia lata nō liceat appellare propter excelsam iudicantis dignitatem. nu. 13.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dicendum, quod à sententia lata per magnificos cōsiliarios Marchionales non sit licitum appellare, cum à sententia senatus † appellari non possit, *l. 1. §. sciendum. ff. à quibus appellar. non licet. gloss. 16 quæst. 1. in cap. ecclesia.* præsertim cum talis sententia sit lata ab ipsis senatoribus, & non ab aliquo senatorum separatim: secundum Specul. *in titul. de appellatio. §. videndum restat. versicul. item quod dixi.* Præterea talis appellatio interposita per dominum Gabrielem dicitur esse deserta, præsertim considerato decreto Marchionali limitante in causis appellationum tempus quindecim dierum ad impetrandum iudicem seu commissarium super ipsa causa appellationis; † item limitante instantiam prosequendæ appellationis ad tres menses continuos. 2
Vnde in terminis dicti decreti marchionalis consuluit in specie Bald. *in consil. 20. primi volum. incip. Decreto illustris dom. Marchionis Montisferrati cauetur, &c.* quod elapsis dictis tribus mensibus indubitanter dicendum sit causam appellationis esse desertam. † 3
eo quia omnes termini appellationum decisiui sunt fatales: *vt legitur & notatur in l. arbitrio. §. penul. ff. de dolo.* Et cum in illo decreto non fiat aliqua mentio de reparatione appellationis, isti tres menses succedunt non solum loco anni, sed loco biennii præfixi de iure communi. Ita ibi singulariter tenet Baldus, etiam † appellatio deserta habetur pro non in- 4
terposita. *gloss. in l. 2. §. quod si ab arbitro. in verb. executioni. C. de tempor. appellat.* Desertio autem appellationis probatur ex inspectione actorum, in quibus apparet non fuisse processum in causa appellationis, secundum Baldum *in l. si contra. C. de apella.* Nec dicatur, quod à sententia senatorum Marchionalium, quamuis non sit licitum appellare, tamen licitum est supplicare, *l. si quis aduersus. & authent. quæ supplicatio. C. de precibus imper. offer. l. 1. C. de senten. præfect. prator. & l. præfecti. ff. de minoribus.* quia respondetur, quod quando appellatio est deserta, vt in casu præsenti, tunc si non licet postea appellare, ita etiam non est licitum supplicare, *l. 1. & quod ibi Bartol. C. nè lic. ter prouoc. l. fi & ibi gl. & scrib. C. vt lite pen.* ¶ Sed prę-
missis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure præualere, quod imo do. Gabrieli licuerit appellare à sententia senatorum Marchionalium, & quod etiam sibi licitum fuit supplicare, & quod eius appellatio nequaquā est deserta. Et quod licitum sit appellare [a] à sentētia senatorū Marchio- a
nalium patet, † quia senatores hodierni non habent 5
illam authoritatem, quam olim habebant, *vt est gl. in l. non ambigitur. ff. de leg. Bene facit text. in l. finali. §. finali. ff. de senat.* Patet, quia senatoribus Romanis olim multa licebant, quæ non licent hodiernis, *l. 1. §. de quare. ff. de postula. l. quominus. ff de stu. l. quod principis. ff. de damno infect.* Et quod istud sit clarum & expeditum in senatoribus Marchionalibus patet; quia senatores Romani, à quibus non licebat appellare, 6
† erant illustres: *vt est textus in d. l. fin. § fin. ff. de senat. l. fin. C. de consul. lib. 12. Specul. & Ioan. Andre. in titul. de iurisdict. omn. iudic.* Sed Marchiones sunt solum spectabiles: † *vt est textus in l. si quando. C. de appellat. &* 7
in l. raptores. C. de raptu virgin. & in §. finali. in authent. de appellat. & ita tenet Spec. in d. tit. de iurisdict. omni. iudic. Bald. in c. cum accessissent. in 4. col. de constit. & in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect prator. Si ergo Marchiones sunt solum
spectabiles, † ergo minus erunt illustres eorum se- 8
natores: quia propter quod vnumquodque non est tale, & illud multo minus. *authent. multo magis. C. de*

facto-

sacrosanct. eccles. cap. cum in cunctis. & ibi gloss. de election. gloss. in clement. vnica. in principio. de reliquis & veneratione Sanctorum. Bald in c. 1. in fine. per illum tex. qui succeff. tenean. Vnde cum senatores marchionales moderni non sint illustres, prout erant apud priscos illi Romani senatores, ergo ab eorum sententia de iure licitum erit appellare. Bene facit text. *in l. à proconsulibus & comitib. C. de appell.* ¶ Præterea regula generalis est,
9 quod à quacunque sententia potest appellari, † nisi
b specialiter prohibeatur, [b] *l. & in maiorib. & l. litigatoribus. C. de appell. & cap. super eo. 2. eod. titul.* & quælibet
c appellatio regulariter censetur esse permissa, [c] nisi reperiatur specialiter prohibita: *vt est gloss. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. in gloss. fina. ad finem.* quam ibi notant Baldus & Angel. & eam reputat valde notabilem Bald. *in cap. pastoralis. in principio. in 3. colum. de appellat. & est similis gloss. in §. audient. in authentic. de iudic.*
d Vnde standum est regulæ, [d] donec doceatur † de ista
10 exceptione, *l. suus quoque. versicul. puto. ff. de hæred. instit. l. ab ea parte. ff. de probat. cap. ad decimas. de rest. spol. in 6. cap. venerabilibus. §. potest quoque. de sentent. excommun. in 6.* Alibi dicit Bald. *in l. si tutor. in fine. C. de seruo pig. dat. manu.* quod regulę iuris sunt tenaciter obseruandæ, nisi in contrarium appareat casus specialis. Item pro regula semper est pronuntiandũ, nisi contrarium expresse probetur: secundum Bald. *in cap. 1. in 3. colum. de alien. iudic. mu. cauf. fac.* qui dicit, ita eleganter notari per gloss. *in l. qui restituere. ff. de rei vendi.* Item regulæ debemus inhærere tanquã firmamento, secundum Bald. *in consil. 327. primæ partis, incipiente, Pridie enim consului. circa fin. Alibi dicit notabiliter Bartolus in l. quoties. ff. si quis caution.* quod non dicitur esse dubium, de quo est regula iuris, licet sint aliqui casus exceptuati, nisi de illis casibus specialibus doceatur. Alibi dicit egregie gloss. *super rubric. de regulis iur. in sexto. ante finem.* quod potior est causa eius, pro quo facit regula, cum aduersarius habeat necesse ostendere rationem fallentiæ. Præterea grauiter pec-
11 cant senatores, qui † procurant apud eorum principem, vt ab eorum sententiis appellari non possit, secundum Andre. de Isernia etiam in fortioribus terminis *in capit. imperialem. §. præterea si inter. in 12. columna. de prohibit. feud. alien. per Federicum.* Item appellatio per dominum Gabrielem interposita nullo modo potest censeri esse deserta; quia tempora appellationũ limitata à statuto, vel decreto mar-
12 chionali, † non habent locum, quando appellatur ad principem, & sic quando causa appellationis est examinanda coram principe, vel eius consistorio: *authentic. sed lis. & in corpore vnde sumitur. C. de tempor. appellat. capitul. ex insinuatione. de appellat.* Bene facit, quod notabiliter decidit Baldus *in capit. venientes. in penult. colum. de iureiurand.* Vbi decidit, quod si statu-
13 tum disponat, † quod non possit appellari nisi infra eandem diem, certe istud statutum non intelligitur, si appelletur ad principem; quia ius commune, quod ad principis potestatem pertinet, semper videtur exceptum: *vt notatur in c. ad nostram. eod. tit. de iureiuran.* & ideo poterit ad principem appellari infra decem dies: sed ad iudicem appellationis illius terræ non poterit appellari, nisi prout statutum dictat. Præterea impedito conceditur secundum fata-
14 le, † & sic secundus annus, *auth. ei qui. & auth. item si appellatione. C. de tempor. appell. c. 1. §. in causis. & ibi Bal. de pac. Constant.* Nec est verum illud, quod dicit Bald. *in prælleg. cons. 20. primi volu.* quod cum istud decretum marchionale non faciat aliquam mentionem de reparatione appellationis, quod illi tres menses † succedunt non solum loco anni, sed etiam loco biennii prafixorum de iure communi. Nam primo Bald. ad hoc nihil allegat, [e] vnde etiam gloss. non est credendum, quando aliquam legem nõ allegat, secundum Bald. *in l. respublica. C. ex quibus causis maior.* Item cuicunque Doctori licet magno non debemus credere, nisi dictum suum probet per authenticam scripturam, [f] *c. ego solus. 9. distinct. Ita notat Archidia. in cap. nolite. per illum text. 11 quæst. 3.* Præterea, illud tempus trium mensium limitatum instantię appellationum per decretũ marchionale succedit solum loco primi anni statuti à iure communi ad prosequendam appellationem, † non autem succedit loco secundi fa-
16 talis, & sic biennii concessi per ius commune, per illud, quod notat Baldus *in l. in contractibus. in principio. in primo notabili. C. de non numerat. pecun. per illum textum. in verb. biennium pro quinquennio.* vbi notat per illum textum, quod tempora statutaria breuiora & minuentia tempora legalia sapiunt eandem naturam, quam habebant tempora maiora iuris communis: & ita etiam dicit Baldus *in c. si quis per triginta. in vltima colum. si de feudo fuerit controuersia inter do. & agnatos.* Vnde trimestre tempus per decretum Marchionale ad prosequendam causam appellationis subrogatum loco anni statuti à iure communi sapit illius naturam, nec vltra egreditur, vt etiam secundum annum, & sic secundum fatale iuris communis complectatur. Item cum istud decretũ marchionale deroget iuri cõmuni, quo ad abbreuiandum instantiam † prosequendæ appellationis, debet
17 postea restringi, ne vlterius corrigat ius commune quo ad secundum fatale, de quo ipsum decretũ nullam mentionem facit: *iuxta gloss. in l. finali. §. in computatione. C. de iure deliberandi. & in l. 2. C. de noxa.* ¶ Impedimenta autem domini Gabrielis, quibus non potuit appellationem prosequi, sunt aperta & manifesta. ¶ Inprimis ætas minor illustris Marchionis Montisferrati præsentis, ad quem tanquam ad superiorem consilii marchionalis appellatio venit deuoluenda. Vnde si impedimentum eueniat propter principem, ad quem fuerit appellandũ, habebit appellans non solum biennium, sed etiam si per mille annos impediretur ex facto principis, † nunquam
18 currit appellanti tempus; secundum Abbatem *in c. ex ratione. in 2. columna per illum textum cum gloss. de appellat.* ¶ Præterea, illustris domin. Constantinus tunc gubernator patriæ Montisferrati erat suspectus domino Gabrieli ex multis, prout deductũ fuit in processu. Vnde non erat, coram quo dominus Gabriel appellationem posset secure prosequi; quia quando caput est suspectum, totum consilium etiam suspectum redditur, [g] secundum Baldum *in l. 1. in 2. colum. C. si rector prouinc. ponunt Canonist. in cap. 1. super gl. 2. de iud.* ¶ Præterea ex parte dom. Gabrielis fuit tempore congruo & modo debito appellatum à sententia lata per dictos consiliarios ad excellentiam marchionalem, quam appellationem d. consiliarii noluerunt admittere; à qua non admissione fuit iterũ appellatum ad prælibatam excellentiam, & semper fuit data repulsa, & per dominum Gabrielem factæ

sunt debitæ protestationes. Vnde donec fuit dubitatum, an à tali sententia Consiliariorum Marchionalium potuerit appellari, vel non, nunquam currit
19 tempus † appellationis prosequendæ: [h] *vt est tex. notabilis in l. si cum ipse. & quæ ibidem notabiliter decidit Baldus. ff. de excu. tutor. & text. in l. finali. C. de adulter. & in l. quinquennium. ff. eod. & in cap. ex ratione. de appellation. facit quod decidit dom. Abbas in capit. penult. in 5. columna. de iudic. & in cap. 2. ad finem. de eo qui mittitur in possessionem. per Ioan. And. in addition. Spec. in tit. de dilationibus. §. primo. versicul. sed pone. & in titul. de delegato. §. restat. versicul. quid si statuta. in vlt. quæst.* Sic etiam donec iu-
h
dex deliberat, an admittenda sit exceptio, vel non,
20 † interim non labitur tempus, quin postea possit probari; *vt est gloss. notabilis in capitul. cupientes. §. quod si per viginti. in verb. videbitur. de elect. in 6.* ¶ Præterea, in
21 dubiis pronuntiandum est, quod appellatio † non
i sit deserta, [i] prout in terminis decidit Paul. de Cast. *in l. 1. ff. si quis caut.* vbi refert se consuluisse de facto per illum textum, dum esset dubium, an appellatio esset deserta, vel non, & essent rationes pro & contra, quod iudex in dubio debet pronuntiare, quod non sit deserta. idem tenent Ludouic. Roma. & dom. Alexand. ibi. Similiter quando dubitatur de legitimitate causæ appellandi, iudex à quo debet
22 in dubio deferre appellationi; † *vt est gloss. in capitul. vt debitus. in verb. ex rationabili causa. & ibi Abbas in 8. columna. de appellation. Ioannes Andreas in capitul. si à iudice. eodem titul. in sexto.* Item, quando dubium est, an possit appellari, vel ne, iudex in dubio debet admit-
k
tere appellationem, & ei deferre: [k] *vt l. sciendum. ff. de appell. recip. Specul. in titul. de appellationibus. §. nunc dicamus. versic. 1. canon. in dicto cap. vt debitus. Bald. in l. de statu. ff. de testament. & in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & in cap. pastoralis. §. præterea. in 2. columna. de offic. delegat. dominus Cardinal. Florent. in clement. 1. in 5. colum. de dolo & contumacia. Archidiacon. in cap. cordi. & in ca. si à iudice. de appellat. in 6.* Item quando à sententia lata propter excelsam sententiantis dignitatem non li-
23 cet appellare, † semper tamen licet supplicare ad
l principē: [l] & talis supplicatio principi potest quandocunque infra biennium offerri. & hoc est clarum & indubitatum, *vt est text. in l. 1. C. de sent. præfect. præt. gloss. Bartol. & Doctor. in authent. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offer. gloss. & Doctor. in capitul. ex literis. de*
24 *in integrum restitu.* Adeo † quod in omni materia legis, vel rescripti, vel instrumenti, vbi non licet appellare, semper tamen licitum est supplicare. ita notat dominus Abbas *in dicto capitul. ex literis. in secundi colum. de in integrum restitut. per gloss. ibi, in verb. supplicauit. in princip. quam ad hoc reputat singularem.* Et si
m
per statutum esset remota [m] appellatio, non tamen esset precluſa via supplicationis, secundum Baldum *in l. final. §. fina. in fine. & ibidem Salycet. C. de tempor. appellat.* Vnde licet à sententia regis non possit appellari, *l. 1. in princip. ff. à quibus appell. non licet.* tamen bene potest supplicari: secundum Bald. *in l. 1. §. fin. ad fin. ff. de offic. præfect. prætor.*

ADDITIO.

a Appellare.] Quod possit appellari à sententia Senatus constituti ab inferioribus principibus ad ipsum principem, vult Brun. consil. 200. cap. 1. colum. 1. & consil. seq. quod est consil. hoc Ias. & vult Natta consil. 608. pro decisione. in fin. Sed contrarium vult Curtius iun. consil. 17. licet per celeberrimos. num. 10. & 11. vbi dicit hoc esse de iure. & quod ita obseruat generalis consuetudo. & alios citat Roland. consilio 94. præsupposita. numero primo. lib. 1 & falsum esse quod inquit Ias. affirmat Menoch. tractat. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 68. num. 34.

b Prohibeatur.] Iason supra consilio 187. cap. primo. num. 12. lib. 2.

c Permissa.] Dixi d. consil. 187. nu. 12.

d Standum est regulæ.] Ias. l. post dotem. nu. 87. 2. lect. sol. matrim. & l. si creditores num. 17. l. cætera. num. 4. de legat. 1. Menoch. consil. 72. rem hanc. nu 3. consil. 76. respondendum. num. 20. consil. 88. cum motiuis. num. 51. consil. 90. primæ. num. 98. & consil. 98. duæ. num. 13. & de dicto Bald. cap. 1. de alien. iud. mutan. caus. fact. dixi consil. 89 proponitur. nu. 8. & Bal. consil. 327. meminit Ias. l. à diuo Pio. nu. 7. de re iudi. & de dicto Bar. l. quoties. ff. si quis caut. Ias. l. 1. n. 4. in prin. C. de testament. & l. dedi §. idem erit. sub num. 4. de cond. caus. data. Dec. l. fœminæ. sub nu 108. de reg. iur. & cap sicut. sub n. 3. de probat. cum aliis per me adductis consil. 39. si per responsum. n. 9. consil 93 quamuis. nu. 12. & latius exornatur consil. 101. in proposita. nu. 41.

e Non allegat.] Neuiz consil. 2. viso testamento. num. 13. 14. Marsc. consil. 136. consului. n. 4. cum 2. seqq. vbi de Doctoribus & gl. nihil allegantib. Rolan. consil. 45 visa inquisitione. n. 37. li. 1. consil. 1. n. 187 lib. 2. Ceph. consil. 64. mense Aprilis. n. 14. & consil. 177. hæres. nu. 23.

f Scripturam.] Idem Iason consilio 125. Bartholomæus. lit. d. lib. 1. vbi addo Ancharan. quæst. 34. quidam possessionem. num 6. 1 part. vbi alleg. Ias consil. 89. in præsenti. num. 22. infra eodem.

g Redditur.] Dec. consil. 151. maximi. nu. 15. vers. modo sic. & nu. 20. vers. ad hoc. Aym. tract. de antiq. temp. part. 1. sec. 4. limitatur nu 80. vbi hoc consil. citat. Rip. c. 1. n. 41. & vbi Beroi. nu. 123 de iudic. Port. consil. 91. inter illustrissimos. nu. 19. & 20. Menoch. consi. 94. qui famæ. num. 11. vbi præter alios assignat rationem.

h Prosequendæ.] Vide Ias. & ibi addita consil. 10. circa primum. 1. dub. supra lib. 1.

i Deserta.] Ias. consil. 175. in causa. col. 2. vers. 3. pro eadem. supra lib. 2. vbi dixi. addo Grat. consil. 163. requisitus. n. 12. li. 2. Cepha. consil. 317 magnifici. nu. 48.

k Deferre.] Ias. d. loco. vbi addo. & Grat. d. consil. n. 11.

l Principem.] Vide Rol. qui hoc & alia consil. citat d. consil. 94. n. 2. Natta consil. 614. duæ sunt. n. 3. Rimin. iun. consil. 13. superioribus sub nu. 65.

m Esset remota.] Marsc. sing 647. remota appellatione: quia hæc sunt diuersa remedia, & nunquam censetur excluſa supplicatio, licet sit excluſa appellatio per statutum. Dec. l. final. num. 50 & seq. C. de edict. diui Adri. tollen. & consil. 533. iudicas. num. 2 vbi dicit communem. Ruin. consil. 157. de tribus num. 15. & seq. libro 3. Natta omnino consil 172. in causa. num. 9. & seq.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XVII.

THEMA.

DOMINVS Ioannes de Scarampis de anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimonono, die 9. Iulii fuit inueſtitus ab excellentia Marchionali de dimidia parte loci & caſtri Catii, & pro alia medietate fuerunt inueſtiti Antoninus & Bartholomæus fratres & patrueles d. Ioannis pro ſe, & ipſorum & cuiuslibet eorū hęredibus & ſucceſſorib. quibuſcunq; maſculis, de domo ſiue parentela, ex omni ſtipite nobiliū de Scarampis. deinde idē Ioannes etiam acquiſiuit quaſdā partes caſtri & loci

Bubii vltra partes sibi à patre obuentas. Iste Ioannes decessit relictis p̃ se dominis Ambrosio & Petro eius filiis legitimis & naturalibus, ac hæredibus, qui etiã acquisiuerũt quasdã alias partes d. loci Bubii, decessit D. Petrus, relicto Francisco filio & hærede vniuersali. Postea decessit dom. Ambrosius nullis relictis masculis, sed relictis Nicolao & Aluysio nepotibus ex domina Ioanna filia. Orta contentione inter dictum Franciscum ex parte vna, & dictos Nicolaum & Aluysium ex parte altera, respectu bonorum feudalium, tandem deuenerunt ad transactionem reciprocam & iuratã, quod prædictus Franciscus, & successiue eius filii legitimi & naturales masculi tantum habeant omnia bona feudalia Carii & Bubii, quæ fuerant præfati quondam do. Ambrosii; sed decedente dicto Francisco sine filiis legitimis masculis à se & ex legitimo matrimonio procreatis, prædicta bona feudalia reuertantur ad dictos Nicolaum & Aluysium, quæ ex tunc dictus Franciscus constituebat in dicto casu tenere & possidere nomine dictorum Aluysii & Nicolai. Prædictam transactionem & omnia & singula in ea contenta illustrissimus Marchio Montisferrati cum interuentu magnifici Consilii secum gubernantis cõfirmauit, approbauit, & ratificauit, cum clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. Nouissime mortuus est Franciscus, nullis relictis filiis masculis, condito testamento, in quo in omnibus bonis suis tam feudalibus, quam allodialibus hæredem suum vniuersalem instituit proximiorem in gradu, siue masculum siue fœminam de cõsortitu Carii prouenientem, vnum vel plures, in eodem gradu succedendo de dicto consortitu prouenientes, æqualibus partibus. Oritur itaque contentio inter Lucam & Thomenum fratres & filios dicti quondam Bartholomæi fratris patruelis dicti Ioañis parte vna, & dictos Nicolaum & Aluysium nepotes domini Ambrosii ex filia ab eo hæredes institutos parte altera super dictis feudis Carii & Bubii.

SVMMARIA.

1 *Inuestituræ tenor. In feudis semper est recurrendum ad tenorem inuestituræ, quia iam contractus ostendit, & derogat omni naturæ feudorum. vt n. 4. & 9.*
Feudum. In feudis semper ad tenorem inuestituræ est recurrendum. vide ver. inuestituræ tenor.
2 *Fœminæ in feudis regulariter non succedunt, idem est in nepotibus masculis descendentibus ex fœminis.*
3 *Nepotes ex filia fœmina non debent esse melioris conditionis, quam sit ipsa filia.*
5 *Feudum. A natura feudi seu substantia feudorum recedit per pacta & conuentiones.*
6 *Pacta quæcunque etiam extranea, & quæ regulariter non insunt naturæ feudi, admittuntur in feudu.*
Feudum. In feudis admittuntur quæcunque pacta etiam extranea. vide ver. pacta quæcunque.
7 *Feudum receptum pro se & hæredibus, & successoribus quibuscunque masculis, transit etiam ad filios masculos ex fœmina.*
8 *Feudum ad proximiores pertinet, & ad eos, qui sunt de linea illius, qui feudum acquisiuit.*
10 *Feudum porrigitur etiam ad extraneos hæredes, & sic ad personas penitus inhabiles, & alienas à feudi successione, propter illam dictionem vniuersalem, quibuscunque, appositam in inuestitura.*
Feudum acquisitum pro se & eorum hæredibus & successoribus non transit ad alios agnatos, qui non sunt hæredes acquirentis. nu. 11.
12 *Dominus directus feudi potest consentire, quod feuda transeant ad descendentes ex fœmina.*
13 *Pactum de vniuersali successione in futurum acquirendum non tenet, valet tamen conuentio super certis bonis, puta feudalibus tantum.*
14 *Laudum arbitri disponens pro altero ex compromittentibus moriente sine filiis, quod omnia bona perueniant ad alium, reseruata sibi facultate testandi solum de sexaginta libris, & sic de certa parua pecunia quantitate, valet.*
15 *Pactum inter plures factum, quod vno eorum decedente sine liberis, superstites vel eorum liberi habeant certas res de bonis prædefuncti, non est à iure improbatum, quia non est vniuersalis successio de omnibus bonis, sed de certis rebus tantum, & hoc maxime procedit, quando pacta & transactiones fuerunt iurata & reciprocæ. vt num 16.*
17 *Dispositio, quæ simpliciter facta non valeret, si fiat reciproce valet & tenet.*

DVBIVM facere videntur tenores dictarum inuestiturarum, quæ cantant pro hæredibus & successoribus masculis, & consequenter videntur excludere filias fœminas, & descendentes ab eis. Planum est autem, quod † in feudis 1 semper est recurrendum ad tenorem inuestituræ; quia vim contractus ostendit. [a] *capitulo primo in vers.* a *propter tenorem inuestituræ. de duobus fratribus à capitan. inuestit. & cap. si cui. de quibusdam capitulis extraordinar. in verb. sermonem tamen inuestituræ, nec non vim verborum & sensum contrahentium intuentes. Bald. in præludiis feudorum. in vltim. charta. & in l. vnica. §. sed & si quis. 2. C. de Latin liberta. tollen. & in l quoties. in secunda colum. C. de suis & leg.* Item forma inuestituræ feudalis est præcisa, à cuius tenore non est recedendum: secundum Baldum *in capitul. 1 §. denique. in 1. columna. quæ fuit prima causa benef. amitt.* ¶ Præterea, vltra dictas inuestituras feudales etiam de iure communi fœminæ in feudis † regulariter non succedunt, [b] nec pater po- 2 test in testamento aliter disponere. *capitul. 1. in principio. & §. filia. de succes. feud capit. 1. §. quinetiam. in titul.* b *episcopum vel abbatem. gloss. Bald. & Doct. in cap. 1. §. 1. qui feud. dar. poss. Bald. notabiliter in l. fin. C. de suis & legitimis.* Et sicut fœminæ non succedunt in feudis, similiter etiam nepotes masculi descendentes ex fœmina non

c na non possunt in feudis succedere: c *capitu. 1. in principio. de grad. succes. in feud. c. 1. §. hoc autem notandum. qui*
3 *feud. dar. poss.* Cum nepotes ex filia † fœmina non debeant esse melioris conditionis, quam sit ipsa filia, *l. si viua matre. C. de bon. matern. l. Publius. §. fin. ff. de condition. & demonstration.* Item fœmina non est agens aptum operari transmissionem feudorum in descendentes ex ea, quamuis masculos, propter medium ipsius fœminæ impeditiuum feudi: *secundum Baldum in d. l. fina. in 1. columna. C. de suis & legitimis.* Vnde sicut ipsa domin. Ioan. non potest aspirare ad prædicta feuda, ita etiam filii sui non debent ad ea posse admitti. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure præualere, quod dicti Nicolaus & Aluysius ad dicta feuda Carii & Bubii veniant admittendi. Et moueor ex tenore dictarum inuestiturarum feudalium, ad quem semper est recurrendum, vt dictum est, quia tenor in-
4 uestituræ derogat omni naturæ † feudorum; *vt est textus in dicto cap. 1. de duobus fratribus à capit. inuestitis. quem Baldus ibi ad hoc notat & reputat egregium, & tenendum menti.* Item tenor inuestituræ feudalis est potentior omni natura tacita feudorum. Et talis tenor inuestituræ non est restringendus, sed indefinite interpretandus, sicut verba sonant. ita dicit Baldus *in consilio 119 primi voluminis, incipiente, Considerandum est, quod quando emphyteusis, &c. per textum solennem in dicto cap. 1. de duobus fratribus à capit. inuestit.*
5 Item à natura † seu subsistentia feudorum per pacta seu conuentiones in inuestitura contentas recedit: secundum Bal. *in cap. 1. in 1. colum. de feud.* non habente propriam naturam feudi. Petrus de Ancha. *in*
d *cons. 170. incipiente, Casus talis est, quidam dominus Ricobi-nus.* Item in feudis admittuntur d † quæcunque pa-
6 cta etiam extranea, & quæ regulariter non insunt naturæ feudi, secundum Oldra. Laud. *in cons. 234. incipien. Factum tale est, quidam miles, &c. vt in iuribus per eum allegatis.* ¶ Modo aduertendum est, quod dictus Ioannes de Scarampis acquisiuit medietatem Carii, & quasdam partes Bubii pro se & hæredibus,
7 † & successoribus quibuscunque masculis de domo siue parentela ex omni stipite de Scarampis. Vnde cum Nicolaus & Aluysius sint masculi, & de domo siue parentela de Scarampis, non solum respectu matris, sed etiam respectu patris; quia sunt filii domini Aluysii de Scarampis; ergo ad dicta feuda virtute inuestituræ feudalis admitti debent. Item etiam debent excludere dictos Lucam & Thomenum; *per textum valde notabilem, in quo facio magnum*
e *fundamentum, in capitul. 1. ad finem.* e *de natura succes. feud.* vbi est text. quod illi soli, qui sunt ex eadem li-
8 nea illius, † qui feudum acquisiuit, ad feudum admittuntur; & istud est quod dicitur feudum ad proximiores pertinere. isti enim dicuntur proximiores respectu aliarum linearum. Item fratres patrueles, & qui ex eis descendunt, dicuntur esse de alia linea remotiori. ita ibidem dicit text. circa medium. & ibidem declarat & exemplificat And. de Isern. Vnde in proposito Nicolaus & Aluysius sunt de eadem linea descendenti Ioannis acquisitoris istorum feudorum, per consequens sunt ei proximiores, & sic ad ipsos solos debet istud feudum pertinere. Nam Lucas & Thomenus, qui descendunt ex Bartholomæo fratre patruele Ioannis dicuntur de alia linea; ergo donec supersunt isti de eadem linea Ioannis, excluduntur omnes aliæ lineæ, & consequenter Lucas & Thomenus: vt ibidem est tex. notabilis, qui præsentem casum in terminis decidit. & text. *in cap. 1. an ille qui interfe. frat. domini sui. Bald. in c. si vasallus. 1. in fin. si de feud. fue. controuer. inter dom. & agnā. Oldrad. Laud. in consil. 178. incipiente, Factum tale est, quidam nobilis. ad finem. Anton. de But. in consil. 47. incipiente, Præmittendum.* ¶ Et si diceretur, quod text. *in d. cap. 1. ad finem. de natura succes. feud.* & ea, quæ dicta sunt; procederent, si Nicolaus & Aluysius essent nepotes Ioannis ex filio masculo, tunc quia essent de eadem linea, bene censerentur proximiores, & sic excluderent descendentes ex fratre patruele Ioannis: sed cum Nicolaus & Aluysius sint pronepotes ex filia fœmina domina Ioanna: ergo sicut ipsa fœmina excluditur ab istis feudis, tam ex forma inuestiturarum feudalium, quam etiam de iure communi, vt superius fuit dictum, ergo similiter excludi debent ab istis feudis isti pronepotes, quamuis masculi, cum ex fœmina descendant, quæ est medium impeditiuum feudi, vt superius dixi. Respondetur, 9
quod istud procederet, † nisi tenor inuestituræ derogaret huic naturæ feudorum, vt facit in proposito nostro; quia est potetior tenor inuestituræ omni natura feudorum, vt supra proxime fuit deductum; sed inuestitura Ioannis cantat pro heredibus & successoribus quibuscunque masculis. Vnde ponderanda est illa dictio vniuersalis, *quibuscunque successoribus*, quæ alterat naturam feudi, & facit, vt etiam descendentes ex fœmina, dummodo sint masculi, ad ista feuda admittatur. Quia per illam dictionem 10
vniuersalem, *quibuscunque*, † appositam in inuestitu- f
ra, feudum porrigitur etiam ad extraneos hęredes, f
& sic ad personas penitus inhabiles & alienas à feudi successione; *capitul. 1. de feudo non habente propriam natur. feud. per quem text. ita notabiliter decidit Bal. in l. 1. ff. de rer. diuis. in 34. & 45. & 48. quæstion. & in c. imperialem. in princip. in 6. colum. de prohib. feud. alien. 1. per Federicum. & in cap. in præsentia. in 8. colum. ad fin. de probat. dom. Alexand. in l. si patroni. in princip. in penultim. colum. ff. ad Trebell. facit text. in capit. penult. si de feud fuer. controuers. inter do. & ag.* Vnde cum in casu præsenti mortuus sit nouissime Franciscus, & consequenter non supersint alii masculi de linea Ioannis, nisi isti duo Nicolaus & Aluysius, qui sunt masculi, & de parentela de Scarampis, & de linea propria descendenti Ioannis, ergo licet descendant ex fœmina, tamen admitti debent propter illum terminum vniuersalem, quibuscunque successoribus, appositum in inuestitura, per quem admittūtur etiam penitus extranei: ergo fortius admitti debent isti masculi, licet descendant ex fœmina, cum sint de stirpe de Scarampis, & descendentes de linea propria Ioannis acquisitoris, & sic ei sanguine valde cōiuncti: ergo longe plus iuris habent, quam extranei. ¶ Item ex alio capite excludūntur Lucas & Thomenus à prædictis feudis acquisitis pro se & eorum hæredibus & successoribus, cum ipsi non sint hęredes dictorum acquirentium. Nam ff
feudum taliter † acquisitum pro se & eorum hæredibus, & successoribus, non transit ad alios agnatos, qui non sunt hæredes ipsius acquirentis, g *secundum* g
Iacobum de Beluiso in capitul. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis. Andre. de Isern. in capitul. primo. §. hoc quoque. de succ.

feu. & in cap. 1. an agnatus vel filius. Bar. in l vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper libert. dominus Alexander in consil. 375. incipient. Ponderatis his quæ in themate narrantur. in 4. col. quod est consilium decimum tertij volumin. Et eo fortius, cum illa verba, *pro se & hæredibus suis*, apposita in inuestitura feudali, intelligantur de descendentib. ipsius acquirentis feudum, *c. 1. §. & sic clientulus. de alie. feud. c. fi. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & c. 1. de duob. fra. à ca. inuest. Bal. in l. 1. in 45. q. ff. de re. di.* Sed Lucas & Thomenus non sunt hæredes dictorum acquirentium, nec eorum descendentes, immo nec proximiores. ¶ Item ex alio capite Nicolaus & Aluysius etiam ad prædicta feuda admitti debent vigore transactionũ reciprocarum & iuratarum super dictis feudis initarum inter ipsos & Franciscum, cum consensu & approbatione illustriſſimi do. Marchionis Montisferrati, ex quo Franciscus decessit sine filiis masculis legitimis ex se & legitimo matrimonio descendentibus: quo casu Nicolaus & Aluysius ad dicta feuda admitti debent secundũ tenorem dictæ transactionis. Planum est autem, quod directus dominus feu-
12 di † potest consentire, quod feuda transeant ad descendentes ex fœmina, *c. 1. quemadmodum feud. ad fin. pertineat. cap. 1. de feud. fœmin. capit. 1. §. hoc autem notandum. qui feud. dar. poss. & cap. 1 in principio. de natur. succes. feud.* Et prout alias plenius sum prosequutus consulendo pro dicto Francisco, tales transactiones de iure valent & tenent, quamuis etiam non essent iuratæ; eo quia communis & vera conclusio est, quod licet cõuentio de vniuersali successione in futurum acquirenda non teneat, tanquam infringat liberam testandi facultatem, & consequenter censeatur contra bonos mores, *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. l. cum donationis. C. de transactionib. l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. pactum quod dotali. C. de collatio.* quia non est licitum libertatem de supremis iudiciis constringere: *vt dicit textus in l. cum duobus. §. idem re-*
13 *spondi. ff. pro socio.* † Tamen conuentio seu transactio super certis bonis, puta super feudalibus tantum, vt in proposito, non est improbata à iure: eo quia in illis non consistit vniuersalis successio, & quia non aufert liberam testandi factionem, cum de aliis bo-
h nis allodialibus libere possit testari, h *l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. creditor. leg. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donation. l. 1. C. vt action. ab hæred. ita tenent Bart. & alij Doct. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in l. fin. C. de pact. Petrus de Anchar. & Imol. in rubric. extra de testam. dom. Alexand. in consil. 29. quinti volum. incipiente, Perspectis consideratisque omnibus, quæ in themate isto narrantur. in quarto dubio. Et ita in specie & in terminis, quod tales conuentiones valeant, tenet Paul. de Castro in consil. 146. incipiente, super secundo puncto. circa princ. idem tenet Ang. in cons. 5. incipiente, Andreas Ianis de Vulteris. do. Alexan. in consil. 59. quinti voluminis, incipiente, Viso themate prædicto super primo dubio, &c. in princ.* vbi tenet,
14 quod valet laudum † arbitri disponens, quod altero ex compromittentibus moriente sine filiis, omnia bona perueniant ad alium, reseruata sibi facultate
i testandi i solum de sexaginta libris, & sic de certa parua quantitate pecuniæ. Bene facit, quod decidit Bartolus *in consil. 72. incipiente, Ex facto proponitur, quod nobiles viri.* ¶ Accedat etiam ad prædictorum confirmationem illud, quod alibi tenent Doctor. quod si plures inter se paciscuntur, quod vno eorum decedente sine liberis, superstites vel eorum liberi habeant certas res de bonis † illius prædefuncti, ista 15
conuentio non est à iure improbata, eo quia nõ est vniuersalis de omnibus bonis, sed de certis rebus k k
tantum: item quia prouenit ex præsenti contractu collato post illius mortem: *iuxta l. vnicam. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. ita late consuluit Oldrad. Laud. in consil. 139. incipiente, Ad habendam aliqualem notitiam. Ioannes Andre. in addition. Specul. in titul. de instru. edi. §. porro in vlt. colum. in versicu. fuit etiam alia quæstio. Alberic. de Rosa. & Salyc. in l. fin. C. de pact. Angel. in l. hæreditarium. ff. de bonis author. iud. poss. & in l. sancimus. C. de dona. Imol. & Ludouic. Roman. in l. Attilius Regulus. ff. de dona. do. Alexan. late in consilio 225. incipiente, Visa facti narratione. in 3. columna. ad finem. & duabus sequentibus, quod est in secundo volum. consil. 82. & in consil. 393. incip. Ponderatis verbis instrumenti. in 2. & in vlt. col. quod est in 3. volum. cons. 28.* ¶ Item aduertendum est, quod præfati Doct. qui tenent talem cõuentionem valere, loquuntur, quando talis conuentio fuit simpliciter facta: multo ergo fortius in casu præsenti valebunt istæ transactiones iuratæ, † cum iuramentum addat robur & maiorem 16
firmitatem, *capitul. quamuis. de pact. in 6. capitul. cum contingat. de iureiurando. capitul. licet mulieres. eodem titulo. in 6. authent. sacramenta puberum. cum similibus. C. si aduersus transaction.* Item istæ transactiones fuerunt reciprocæ inter Franciscum & dictos Nicolaum & Aluysium: ergo multo fortius debent valere: quia cum sint reciprocæ & vicissitudinariæ, non dicuntur inducere grauamen, nec onus, nec votũ captandæ mortis, *l. 1. & l. fina. C. de pact. l. de fideicommisso. C. de transact.* Vnde videmus, quod † dispositio, quæ sim- 17
pliciter facta non valeret, si fiat reciproce, bene valet & tenet, 1 *l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de donation. inter virum & vxorem. l. si pater. & ibi Cyn. Bald. Salycet. & Paul. de Castro ad hoc notant. C. de inofficios. testament. & ibi alias legendo multa ad propositum cumulaui.* Istæ ergo transactiones iuratæ & reciprocæ, quæ sunt validæ, vt prædixi, operantur in proposito duos effectus. Primus est, quantum ad testamentum Francisci respectu feudalium, vt si in aliquo præiudicaret Nicolao & Aluysio, quod tamen nullatenus creditur, vt ex prædictis apparet, certe non valeret quantum ad eorum præiudicium: per prædicta. Secundus effectus est respectu illustriſſimi Marchionis Montisferrati, qui si fortassis prætenderet aliquod ius in prædictis feudis, quod tamen etiam non creditur, vt ex supra deductis euidenter apparet, tamen dictæ tranlactiones Marchionalem excellentiam haberent excludere propter eius consensum, cõfirmationem & approbationem simul cum magnifico suo consilio secum gubernante, præstitum dictis transactionibus, vt in iuribus superius allegatis.

ADDITIO.

a Ostendit.] De istis vide Iasonem consilio 136. in præsenti. infra lib. 4.

b Succedunt.] Dixi cons. 87. consultus. nu. 2. supra lib. 1.

c Succedere.] Scripsi d. cons. 87. n. 2.

d Admittuntur.] Iason in prælud. feud. n. 98. & hoc consil. est repetitum inter consil. Bruni, cons. 9. dom. Ioan. dixi cons. 88. cum feudum. num. 17. cons. 101. in proposita. num. 19. 20. & in emphyteusi & feudo. Rolan. cons. 96. viso instrumento. nu. 46. 47. lib. 1.

e Cap. 1. ad fin.] Refert Menoch. cons. 104. proposita. n. 57. Natta cons. 22. conclusio. n. 1. vbi & ipse huius cons. meminit, licet impressorum errore allegetur, cons. 16.

f Hæredes.]

f Hæredes.] Ias. cons. 89. in præsenti consultatione. n. 14. infra eod. & cons. 125. punctus. col. vlt. lib. 4. vbi addo.
g Acquirentis.] Ias. cons. 57. in causa mona. n. 1. sup. lib. 1. vbi dixi. addo eundem consilio 56. viso & diligenter. colum. 1. infra eodem.
h Testari.] Dixi consilio 211. præsens consultatio. num. 10. supra lib. 2.
i Testandi.] Ias. d. cons. 211. n. 11. vers. stat ergo.
k Certis rebus.] Ias. d. cons. 211. n 21. vers. accedat. vbi addo.
l Et tenet.] Scripsi d. cons. 211. n. 15.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XVIII.

THEMA.

NOBILIS vir Thomas de Ritiis ciuis Vicentin. tres habens filios, Euangelistã, & Bapistam in potestate retentos sibi hęredes vniuersales instituit æquis portionibus, tertium vero filium Nicolaum à se emancipatum in certis bonis hæredem instituit; & si alter ipsorum Euangelistæ & Baptistæ decederet sine filiis legitimis & naturalibus quandocunq;, superuiuentem substituit vulgariter, pupillariter, & p fideicõmissum. Et si ambo decederent sine filiis masculis legitimis & naturalibus, voluit & ordinauit, quod filiæ fœminæ dotarentur iuxta vires patrimonii & hæreditatis, & tũc substituit Nicolaum filium suum emancipatum, & filios dicti Nicolai, & filios filiorum, & descendentes in infinitum. Successiue infra dies decem postea subsequutos idem testator condidit codicillos, in quibus ita formaliter disposuit. Circa substitutionem factam in dicto suo testamento Euangelistæ & Baptistæ fratribus & filiis ac hæredibus institutis, continentem, quod si alter decederet sine filiis masculis legitimis & naturalibus quandocunque, superuiuentem substituit; & si ambo sine filiis masculis legitimis & naturalibus decederent, tunc substituit Nicolaum antedictum. Voluit dictus codicillator, disposuit & ordinauit, quod altero ipsorum Euangelistæ, Nicolai, & Baptistæ, vel duobus, decedente, vel decedentibus quandocunque sine filiis masculis legitimis & naturalibus, alios duos fratres superuiuentes, vel alterum superuiuentem succedere per fideicommissum; quia ipsius codicillatoris intentio est & voluntas, vt eueniente casu antedicto, & altero ipsorum trium fratrum decedente sine filiis masculis, vt supra, quod alii duo succedant, & sint hæredes æquales, & æquis portionibus; & duobus decedentibus, vt supra, superuiuens succedat & sit hæres in totum. Successiue euenit, quod Euangelista & Baptista decesserũt sine filiis masculis, relicto post se Nicolao tertio fratre, qui vigore prædictarum vltimarum voluntatum admissus fuit ad portionem aliorum fratrum prædecedentium sine filiis, & consequenter in totum obtinuit paternam hæreditatem. Idem Nicolaus, dum viueret, aliqua ex dictis bonis fraternarum portionum alienauit, & postmodum decessit, relictis filiis masculis. Idcirco contingit dubitari, nunquid filii masculi Nicolai possint virtute fideicommissi facti in testamento auito Thomæ vendicare dicta bona alienata per Nicolaum eorum patrem.

SVMMARIA.

1 *Filij, qui non sunt expresse nec etiam tacite substituti, sed solum positi in conditione, & sic solum reseruatum est ius succedendi ab intestato non videntur posse reuocare bona per eorum patrem alienata, sed contra num....*
2 *Vltima voluntas derogat præcedenti, intellig. vt numero 3. & 4.*
3 *Codicilli. Per codicillos factos post testamentum non censetur recessum à dispositis in testamẽto, nisi quantitas expressum est. & nu. 4. & 5.*
4 *Mutatio voluntatis non præsumitur. & nu. 5.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

IN præsenti consultatione dubitationem facere videntur codicilli, in quibus filii Nicolai non sunt expresse nec etiam tacite substituti, sed † solum positi in conditione, & sic solum est inter eos reseruatum ius legitimarum hæreditatum. Et sic ius succedendi ab intestato, & consequenter non videntur posse reuocare bona per eorum patrem alienata, *vt est gl. magis communiter approbata in l. Lucius. in vlt. charta. & ibi clarius Bart. ff. de hære. instit. & gl. in l. si quis ita hæres instituatur si legitimis. circa fin. ff. eod. de hæred. instit. Bar. in l. si cum dotem. in principio. in vltim. colum. ff. solut. matrimon. & in l. sed & si sic. ff. de legat. 3. & sequuntur Doct. communiter, vt in locis tritis & vulgaribus traditur. Bene facit text. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & tex. in l. potest. cum l. seq. ff. de vulg. & pup.* & ibi Bald. ad hoc notat, dicens ibi videri casum expressum pro ista opinione. *ad idem text. in l. generaliter. in prin. in verb. paterno fructu. inducendo vt ibi per Aret. in 3. notabil. C. de instit. & substit. & tex. in l. ex facto etiam. ff. de hæred. instit.* Et tales codicilli cum sint postremo loco facti, videntur prævalere, cum † vltima voluntas deroget præcedenti. *§. posteriore. Institu. quibus modis testam. infir. l. 3. §. fin. ff. de adi. leg. l. hac consultissima. §. si quis autem. & l. sancimus. C. de testam. capitu. cum Martha. de celebr. missa. & gloss. notabilis in cap. 1. de constitut. in 6.*
¶Sed hoc non obstante contrarium in casu presenti arbitror de iure prævalere, propter verba clara &

aperta testatoris, quibus in testamento Euangelistæ & Baptistæ hæredibus vniuersalibus institutis, ambobus decedentibus sine filiis masculis, substituit Nicolaum filium suum emancipatum, & filios dicti Nicolai, & filios filiorum, & descendentes in infinitum. Et sic filii Nicolai in testamẽto sunt dispositiue substituti, & non positi in conditione: Ergo cum euenerit casus fideicommissariæ eorũ substitutionis in testamento expresse factæ, debẽt posse bona per eorum patrem alienata vigore fideicommissi euenientis reuocare, *l.2.§.fina. & auth.res quæ.C.commun. de lega.* ¶ Nec refragatur, quod postea in codicillis testator non fecit mentionem de filiis Nicolai
3 dispositiue, sed conditionaliter: † quia respondetur, aduertendum esse, quod testator in codicillis non immutauit in aliquo substitutionem, quam fecerat de filiis dicti Nicolai, & filiorum filiis, & descendentibus in infinitum, Euangelistæ & Baptistę, ambobus prædecedentibus sine filiis, sed solum immutauit illud caput substitutionis circa Euangelistam & Baptistam, vbi alteri ipsorum prædecedenti superuiuẽtem in totum substituit, excluso Nicolao tertio filio; quem Nicolaũ tunc substituit, quando ambo vniuersaliter instituti decederẽt sine filiis masculis. In codicillis enim fecit substitutionem æqualem inter ipsos tres filios, ꝙ altero ipsorum trium, vel duobus decedente vel decedentib. quandocunque sine filiis masculis, alii duo fratres superuiuẽtes, vel alter ex tribus superuiuens per fideicommissum essent substituti. Et sic Nicolaũ quoad substitutionem fecit in codicillis esse æqualem aliis duob. fratribus: Ergo cum caput substitutionis sit solum immutatum quoad ipsos tres fratres filios testatoris, substitutio expresse facta de filiis Nicolai, & filiorum filiis, & descendentibus in infinitum, firma remanebit; per tritam regulam, quæ habet, quod illud quod per testatorem non immutatur, quare stare prohibetur? *l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. §. finali. C. de appellat. & capitul. constitutio. ad fin de election. in 6.* Præsumitur enim testatorem durare in eadem vo-
a luntate, [a] † quo ad filios Nicolai, & filiorum filios &
4 descendentes, *l. eum qui. & l. cum tacitum. ff. de probation. l. cum hic status. in princip. & §. 1. in fin. ff. de donat. inter virum & vxorem. capitul. maiores. & ibi notat dom. Abbas de baptismo. cap cum Martha. de celeb. miss. capitu. licet. & ibi Gemin. in 3. notabili. de procur. in 6. facit quod notabiliter decidit Bart. in l. Caio. in princip. per illum text. ff. de alim. leg.* ¶ Verum quia sermones circa vniuersalia sunt faciliores, sed circa particularia sunt veriores, vt inquit Philosophus *in 2. Ethicorum.* Ideo pro hac parte magis in specie adduco text. notabilem *in l. a-*
b *lumnæ §. qui filias.* [b] *ad fin. ff. de adim. lega.* vbi testator in
5 † testamento prius disposuerat vno modo circa diuisionem bonorum suorum, postea in codicillis aliam diuisionem fecit. Dicit ibi ICtus ad fin. quod propter tales codicillos non videtur recessisse à tota prima voluntate testamenti, sed ab his tantum rebus, quas in codicillis reformasset. Ita in proposito testator in codicillis solum reformauit substitutionem respectu trium filiorum, ergo non dicitur recessisse à substitutione, quam fecit de filiis Nicolai, & filiorum filiis, & descendentibus. Ad idem facit, quod singulariter decidit Paulus de Castr. *in l. peto. in princ. ff. de lega. 2. in quæstione, quam dicit se habuisse de facto.* Quidam testator plura reliquit vni, & eiꝰ
dem substituit pupillariter filio suo pupillo, postea inferius, quod pro omni eo, quod sibi reliquerat, volebat eum esse contentum certa re vel quantitate, quod per hoc non censeatur reuocasse substitutionem pupillarem: per text. quem ad hoc reputat singularem *in l. Paulo Callimacho.* [c] *§. 1 ff. de leg. 2.* Et di- c
cit se reperisse Oldrad. Laud. hoc determinantem, cum quidam testator filiam in legitima instituisset, & quædam alia vlterius eidem reliquisset, & pupillariter filio suo masculo substituisset, & deinde mandasset, quod non nuberet nisi mercatori. & si contra faceret, ademit, quicquid ei reliquit vltra legitimã; quærebatur, si talis filia contra fecerat, an possit fratri succedere ex pupillari substitutione? & determinat quod sic; quia talis substitutio non censetur adempta, sed solum alia legata, *per l. ex facto. §. fi. ff. de vul. & pup. Et licet Paul. de Cast. non referat in specie, ita consuluit Oldr. Laud. in consilio 16. incipiente, Thema tale est, Titius habens vnam filiam. in secundo dubio.* ita in proposito, substitutio facta de filiis Nicolai, & filiorum filiis, & descendentibus, nõ censetur in codicillis reuocata, ex quo de ea non est facta expressa reuocatio, sed solum fuit facta immutatio quoad substitutionem ipsorum trium filiorum testatoris. ¶ Concludo ergo, quod cum ex testamento Thomę testatoris filii Nicolai sint per fideicommissum substituti Baptistæ & Euangelistæ, quando ambo decederẽt sine filiis, & iste casus euenerit, quia ambo decesserunt sine filiis masculis: ergo post mortem Nicolai eius filii iure fideicommissariꝰ substitutionis admittuntur: & si talia eorum bona fuerint per Nicolaum eorum patrẽ in vita alienata, possint per ipsos reuocari & vendicari, *d. l. fin. §. fin. & authent. res quæ. C. commun. de lega.* Et sic concurro in sententiam eximii Iuris vtriusque Doctoris & maioris mei honorandi domini Antonii Franciſci de Doctoribus Patauini, qui idem egregie & accurate, sed aliis fundamentis, consuluit.

ADDITIO.

a Voluntate.] Ias. cons. 232. super testamento. n. 7. cons. vlt. num. 21. supra lib. 2. Roland. consil. 77. præsupposita. nu. 32. lib. 1. Ceph. consil. 40. magnifica. num. 23. consil. 43. monasterium. num. 6. Natta consil. 176. memini. nu. 5. consil. 483. præclare. num. 14. Rimin. iun. consil. 9. onus non leue. num. 30. & seq. & consil. 44. cum alias. nu. 73. & non solum in continenti non præsumitur ab ea vellere. l. nam ad ea. de cond. & demon. sed nec etiam ex interuallo, c. maiores. de baptis. Ceph. cons. 4. illustris. nu 51. & hoc etiam si voluntas esset iniusta. Zuch. l. posthumo. C. de bon. pos. contra tab. Ceph. cons. 272. in facto. n. 90. cum seqq. & de prædictis Roland. cons. 31. migrauit. n. 7. cum seq. lib. 4.

b §. qui filios.] Videatur Aret. cons. 21. si diligenter. 1. dubio. Natta cons. 527. memini. n. 6. & Rol. cons. 31. nu. 23. lib. 4. vbi tamen Ias. non meminit.

c Paulo Callimacho.] Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. 5. part. num. 44. ad Trebell. vbi allegat hoc consil. & 132. in fin. supra lib. 1.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XIX.

SVMMARIA.

1 *Decimæ debentur ecclesiæ parochiali, in qua diuina audiuntur, & percipiuntur sacramenta. & nu. 23.*

2 *Transactio inter alios facta aliis non præiudicat. & numero 24.*

3 Trans-

3 Transactio personalis transigentium personas non egredietur.

4 Ecclesiæ rectores, si eorum ecclesiæ sint læsæ ex transactionibus à se initis, possunt petere restitutionem in integrum aduersus eas & nu. 24.

5 Decimarum ius est quid spirituale & super spiritualibus non potest per laicos transigi: & nu. 13. & 14. & numero 25.

Transactio facta à laicis super spiritualibus non valet nu. 5. & 13 & seq.

6 Decimæ sunt de iure diuino, & sunt tributa quæ Deus sibi reseruauit in signum vniuersalis dominij, & in illis voluit honorari & sunt cibus in domo domini. vnde Papa non potest contra ius diuinum dispensare. & num. 26.

Pontifex non potest contra ius diuinum dispensare nec confirmare transactiones initas à laicis super decimis nu. 6. & nu. 26.

7 Clausula, supplentes omnes & singulos defectus appositain confirmatione apostolica, solum operatur quoad defectus iuris non autem supplet alios defectus præiudiciales.

8 Pontifex per confirmationem non intelligitur derogare iuri tertij, & si concedit fieri aliquam ecclesiam, intelligitur sine alterius ecclesiæ iniuria, & nunquam intelligitur velle præiudicare etiamsi de modico præiudicio tractetur & nu. 27.

9 Priuilegium valde noxium alteri ecclesiæ non valet, nisi mentionem faciat de enormi læsione.

10 Confirmatio pontificis etiam facta cum clausula ex certa scientia, nunquam operatur effectum, nisi quando Papa fuit certificatus de damno quod inferebat alteri ex confirmatione.

11 Pontifex si confirmaret & expresse diceret etiam cũ præiudicio tertij, intelligeretur de paruo & non de magno præiudicio tertij.

12 Prescriptio non currit in quantitate decimæ tanquam re spirituali & nu. 28.

13 Transactio facta super decimis etiam à laicis & confirmata à Pontifice ex certa scientia & cum clausula, supplentes omnes & singulos defectus, valet & numero 14.

Confirmatio censetur facta ex certa scientia Pontificis quando tenor transactionis confirmatæ inseritur in rescripto Papæ confirmatorio num. 13.

14 Transactio super decimis & sic super iure spirituali authoritate superioris inita valet.

15 Pontifex potest super decimis statuere & disponere sicut sibi placet, dummodo non in totum vniuersaliter tollat.

16 Pontifex habet plenitudinem potestatis in spiritualibus & in beneficialibus, & potest remittere quicquid debetur ecclesiæ: & in spiritualibus est omnia & super omnia & habet pro ratione voluntatem & ad libitum potest priuare prælatum beneficio, & de eo, quod nihil potest aliquid facere.

17 Pontifex si quam transactionem vel actum confirmauit, non est amplius licitum alicui de eis iudicare.

18 Transactio videtur ratificata per eos, qui mortale transactionis aliquid exegerunt per longum tempus.

19 Ratificatio non tantum fit verbis sed etiam factis: & fortiora sunt facta ad declarandum voluntatem.

20 Liberatio. liberatorius titulus etiam in lucro non odioso præsumitur, ex patientia longi temporis.

21 Contractus factus per rectorem antecessorem, transit ad successores non solum quoad eius substantiam, sed etiam cum qualitatibus eius.

22 Ecclesia dicitur contrahere quando rector rite contrahit.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

IN causa decimali vertente inter capitulum ecclesiæ collegiatæ sanctorum Petri & Pauli de Carmagnola ex parte vna, & commune & homines dicti oppidi ex parte altera, videretur prima consideratione dicendum, quod præfatum capitulum super decimis petitis habeat fundatã intentionem de iure communi; quia decimæ debentur † ecclesiæ parochiali, in qua diuina audiuntur, † & percipiuntur sacramenta. *16. quæstio 1. capit. quæstio 13. quæstio 1. ca. ecclesias. §. in diœcesi. & ibi gloss. in summa capitu. cum contingat. vbi gloss & doc. capitu ad apostolicæ de decimis. capit. ex transmissa. de præscrip. capit. ad decimas & ibi Gemi. notat, de restitu. spolia. in 6. capitul. si de terra & ibi notat dom. Abbas. de priuileg. late Ioann. And. in addi. Specul. in titulo de decimis. in principio in addit. magna.* Decimæ enim sunt de iure parochiali. *capit. fin. de paro capitu. quoniam. de decimis. Abbas in cap. cum contingat in vltim. colum. eodem tit.* Ergo qui habent parochiam debent etiam decimas habere. ¶ Nec obstat quædam transactio super dictis decimis inita inter tunc rectores trium parochialium ecclesiarum existentium extra mænia oppidi Carmagnolæ, & homines dictæ terræ; quia talis transactio non habet præiudicare prædictæ ecclesiæ collegiatæ sanctorum Petri & Pauli, cui authoritate Apostolica illæ tres ecclesiæ parochiales fuerunt vnitæ & incorporatæ: quia transactio inter † alios facta alijs non præiudicat. † 2 *capitu. cum super. in fin. & ca. penultim. de re iudi. c. inter dilectos. ad fin. de donat. l. sæpe in princi. cum similibus. ff. de re iud.* Et ita per istam rationem dicit tex. *in c. veniens circa fin. de transact. in verbo.* ne pacta inter alios acta alijs obesse patiamur. Vnde talis transactio censetur † esse personalis *cap nisi essent. circa fin. de præben.* † 3 vnde personas transigentium non egreditur. *l. quia tale ff. solu. matrim.* & obligat personas transigentium & non ecclesias, & sic talis transactio valebit pro vita rectorum transigentium, & in eorum præiudiciũ & non in præiudicium præsentis capituli & ecclesiæ collegiatę; *vt est tex. in d. cap. veniens. & in cap. de cætera. in fi. de transa. glo. in ca. ex multiplici de decī. & ibidem notat Abbas in 2. notabili per illum tex.* Imo etiam rectores ipsi, qui talem transactionem fecerũt, † si eorum ecclesiæ sint læsæ, possunt petere restitutionem in integrum: † 4 *vt est gloss. notabilis in d. cap. veniens in glo. pe.* & ibidem Abbas eam multum ad hoc notat. Item cum ius decimarum sit quid spirituale, † † 5 *vt est text. in cap. literas. & ibi Abbas in primo notabili de iuramento calum. glo. in c. fin. in glo. fin. ad fin. & ibidem domin. Abbas de rerum permuta.* Certe super spiritualibus non potest per laicos transigi, *1. q. 2. c. quam pio. c. cum pridem & c. pactiones. de pact. c. præterea de transact. gl. in c. statuimus eod. tit. Bene facit, quod tenet gl. valde notabilis in d. c. fi. in gl. fi. de rerum permutatio.* quæ dicit per illã decreta-

cretalem solui quæstionem, quæ multum occurrit de facto. Nam quandoque aliqui volunt certas possessiones tradere quoad proprietatem & vlumfructum ecclesijs, quibus tenẽtur soluere decimas possessionum suarum, vt sic aliæ possessiones libere remaneant ab exactione decimarum; certe hoc fieri non potest, ita ibi notabiliter tenet glo. ¶ Nec habet obstare confirmatio Papæ facta de dicta transactio-
6 ne; quia decimæ sunt de iure † diuino. *cap. parochianos. & cap. tua. 1. & c. tua nobis. & cap. in aliquibus. de deci.* Nam decimæ sunt tributa, quæ Deus omnipotens sibi reseruauit in signũ vniuersalis dominij, & in illis voluit honorari. *d. c. tua nobis. & in capitu. cum non sit in homine de deci.* Item decimæ sunt cibus in domo domini *17. q. 1. in capit. reuertimini.* Vnde Papa non potest contra ius diuinum dispensare; *vt est text. in capit. literas. de restitu. spolia. & quinta distinctione, in principio. & 8. distinct. cap. quæ contra mores. & text. solennis. 25. q. 1. in ca. sunt quidam.* Vbi text. solenniter dicit, quod Papa tenetur ius diuinum defendere vsque ad animam & sanguinem. ¶ Non obstat etiam clausula, supplentes omnes & singulos defectus, apposita in dicta confirmatione apostolica: quia ta-
7 lis clausula solum operatur quoad defectus iuris, † non autẽ supplet alios defectus præiudiciales; prout notabiliter declarat Speculator *in titulo de legat. §. nunc ostendendum. in versiculo 18. quem refert & sequitur do. Abbas in capi. 1. in 1. colum. & ibi Ant. de But. & Ioan. de Imo. de transact. dominus Abbas in capitu. illa cotidiana. per illum textum, & ibi Antonius de But. de electiõ. Idem dom. Abbas in c. inter dilectos. in 6. colum. de fide instru. Ioan. de Imol. in l. quidam consulebant. in 9. colum. ff. de re iudic.* Præterea Papa per talem confirmationem non in-
a telligitur derogare iuri tertij, a † & consequenter iu-
8 ri præsentis capituli, & ecclesiæ collegiatæ; *cap. super eod. de offi. de lega. cap. audita. de restitu. spolia. capitu. 2. de religio. domi. cap. quamuis. de rescrip. in 6.* Sicut quando Papa concedit fieri aliquam ecclesiam, intelligitur sine alterius ecclesiæ iniuria; *vt notat Bartol. in l. 2. § si quis à principe. per illum text. ff. ne quid in loco publico.* Item Papa nunquam intelligitur velle præiudicare iuri alterius ecclesiæ, etiam si de modico præiudicio
b alterius tractetur; *vt est gloss. singularis* b *in cap. cum olim. in verb. præiudicium. de consuetud. quam Gemi. ibi multum*
c *ad hoc notat.* Item priuilegium c Papæ valde nociuum
9 alteri ecclesiæ non valet, † nisi faciat mentionem de hac enormi læsione; secundum Abbatem *in cap. pen. de cleri. non residen.* qui dicit, quod per hoc poteris infringere multa priuilegia quæ quotidie emanant
d à Romana curia. Item confirmatio d Papæ etiam fa-
10 cta cum clausula, † ex certa scientia, nunquam operatur effectum, nisi quando Papa fuit certificatus de damno, quod inferebatur alteri ex tali cõfirmatione; quoniam Papa non præsumitur vnquam velle tollere ius alterius. ita signanter dicit Pau. de Cast. *in consil 157. incipiente, Quæstio ista vertitur. quem refert & sequitur dominus Alex. in cons. 605. incipiente, Viso puncto & accurate pensato in vltima colum. quod est in 3. volumine consilio 119.* Præterea, etiam si Papa confirmaret & ex-
11 presse diceret etiam cum præiudicio tertij, † adhuc intelligeretur de paruo & non de magno præiudi-
e cio e tertij: *vt est gloss. notabilis in l. sed cum hærede. in glo. fi. ff. ad Trebellia. facit, quod dicit gl. in l. seruitutes. §. publico in verbo. incommodo. ff. de serui. Notat dom. Cardina. in cap. mandatum. in 7. notabili, de rescrip. Bene facit, quod dicit Bald. in l. 1. in 2. colum. in fin. ff. de constit. principum.* Vbi dicit, quod si Papa, vel princeps excederet iustitiam partis, nunquam præsumitur velle excedere nisi in modico.

¶ Item prædicti homines Carmagnolæ super dictis decimis petitis non possunt se tueri ex solutione plurium annorum præcedentium limitate facta de certa quantitate, & sic non possunt se tueri ex præscriptione alicuius temporis; † cum decimæ sint 12
quid spirituale, & sic non possunt per laicos possideri. *16. quæstione septima, capitu. decimas. & per consequens nec præscribi. capit. causam quæ. de præscript. cap. ad decimas. de restitu. spolia. in 6. gloss. & Ioan. And in cap. 1. de censi. Bartol. in l. comperit. per illum tex. C. de rescrip. 30. annorum.* Item in quantitate decimæ non currit præscriptio; *vt est tex. iuncta gloss. 16 q. 7. in cap. quicunque. & in cap. 1. de decimis, in 6.* Nam cum decima integra sit de iure diuino, vt dictum est supra, contra ius diuinum non currit prescriptio, nec valet aliqua consuetudo: *vt in cap. fin. de consuetu.* ¶ Ista sunt in effectu principaliora & vrgentiora fundamenta, quæ adduci posse videãtur in fauorem dicti capituli ecclesiæ collegiatæ Carmagnolæ. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror proculdubio de iure prævalere ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta quæcunque superius in oppositum adducta. In primis adest compositio seu transactio iurata & inita inter rectores trium ecclesiarum prochialium existentium extra mænia Carmagnolæ, & homines ipsius terræ, quod per homines dicti oppidi pro decimis singulis annis soluerentur ducati trigintaocto ipsis rectoribus, dum viuerent, & post eorum mortem capitulo ecclesiæ collegiatæ sanctorum Petri & Pauli ipsius oppidi, cui dictæ tres parochiales ecclesiæ authoritate apostolica fuerunt vnitæ, & talis transactio fuit per Papam de dicta vnione certioratum expresse confirmata, † 31
cum clausula, supplentes omnes & singulos defectus; & in tali confirmatione Papa inseruit tenorem transactionis. Vnde quando tenor transactionis confirmatæ inseritur in rescripto Papæ confirmatorio, tunc confirmatio censetur facta ex certa scientia Papæ: † *vt est textus in capitu. penultim. & ibi* f
Anton. de Butr. & dominus Abbas ad hoc notat, de confirmatione vtili vel inutili. Vnde transactio super decimis per laicos facta & confirmata authoritate Papæ proculdubio valet, & est realis & perpetua, & ligat quoscunque successores; *vt est text. in capitul. statuimus. & in capi. veniens. de transactio. & in hoc omnes concordant. & ita expresse tenet gloss. in dicto capitu. statuimus. in gloss. fin.* quæ dicit, quod super decimis non posset fieri compositio cum laicis, vt minus soluant nisi Papa authoritatem præstaret. g *capitu. penultim.* g
de confirma. vtil. vel inutil. Ad idem textus in capitul. ex multiplici. & ibi gloss. penultim. de deci. Idem tenent Hostien. Ioannes Andr. & Anton. de Butr. in dicto capitu. statuimus. Et ibidem latius dominus Abbas, qui in isto passu, an possit fieri transactio, vel compositio, cum laicis super decimis prædialibus, plene distinguit: & quantum ad propositum nostrum concludit, quod si fiat transactio super decimis futuris in perpetuum, & tunc etiam si ius decimale ec-

clesiæ

clesiæ esset clarum, potest fieri compositio cum authoritate Papæ; sed citra eius authoritatem non posset fieri; quia nemo citra Papam potest eximere laicum à solutione decimarum. *c. à nobis. de deci. ita etiam tenet idem d. Abb. in cap. cum homines. de deci. Idem tenet d. Card. Flo. in cle. dispendiosam. in 19. q. de iudicijs.* Vbi quærit, an possit fieri compositio cum laicis de aliquo certo dando ecclesiæ pro decimis futuris, quod sit minus debito; & concludit quod in decimis prædialibus non valet talis compositio, nisi interueniat authoritas Papæ; & ita dicit seruare curiam Romanam. Et sic cum authoritate Papæ proculdubio talis compositio valet & tenet. ita etiã tenet Albe. de Rosate in dictionario suo in verb. decima, primo *in vlti. colum.* Vbi dicit, quod compositio, seu transactio facta inter personam ecclesiasticam, & laicos super decima de consensu superio-
14 ris valet, & tenet. ¶ Pro ista communi † conclusione est etiam bonus tex. *in cap. pe. de confirma. vti. vel inutil. per quem text. no. ibi Ant. de But. in 1. notabili.* quod valet compositio super decimis, & sic super iure spirituali authoritate superioris inita. Ad hoc etiam allegat *c. nisi essent. de præben. & c. cum inter. R. de elec. Idem tenet Ant. de But. in c. fi. in fi de rerum permu.* vbi dicit quod compositiones, quæ fiunt super decimis futuris, sunt illicitæ: *per gl. ibi tenendam menti,* nisi à Papa approbarentur, *secundum eum.* Item in conuentione super quantitate decimarum diminuenda necessaria est papalis confirmatio ex certa scientia. *ita notabiliter dicit Ioan. And. in cap. pe. de confirma. vtil. vel inutil.* adeo quod nullus citra Papam posset confirmare talem compositionem super quantitate decimarum diminuenda; secundum Abba. ibi qui reputat hoc esse bene notandum. ¶ Confirmantur prædicta, quia Papa potest super decimis statuere & disponere, ficut sibi placet, dummodo non in totum vni-
15 uersaliter tollat. *c. 1. 2. & 3. de transla. episcoporum. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. ita expresse tenet Hosti. in summa sua in tit. de decimis. in §. & vtrum præscribi possit. in vers. sed oppono inferior. Inn. super Rub. de decimis, dom. Anton. de But. in c. parochianos. in 4. col. eo tit.* Item Papa in spiri-
16 tualibus habet plenitudinem † potestatis; h *c. significasti. de elec. c. ad honorem. de authoritate & vsu pallij. notat do. Abbas in cap. cum in veteri. in primo notabili. de elec.* sicut etiam habet plenitudinem potestatis in beneficialibus, & in rebus ecclesiasticis; *vt est tex. in c. 2. in prin. de præben. in 6. & in cle. 1. ad fi. vt lite pendente do. Ant. de But. in c. constitutus. de relig.* Vnde Papa potest remittere, quod debetur ecclesijs; quia quicquid debetur ecclesijs debetur ipsi Papæ; *secundum Bal. in cap. quanto in 3. col. de iureiurand.* Item Papa in spiritualibus est omnia, & super omnia; secundum Bal. *in l. Barba. ad fi. ff. de offi. præto.* post sanctũ Bernardũ ibi per eum allegatum. Item Papa in beneficialibus & rebus ecclesiasticis habet pro ratione voluntatem, & sic ad
i libitum potest priuare prælatum beneficio. i *ita notat Gemi. in c. si gratiose. per gloss. ibi de rescrip. in 6.* Cum ergo Papa habeat supremam & pleniſſimam potestatem in spiritualibus & rebus ecclesiasticis, fortius potest confirmare compositionem, vel transactionem super illis factam, argumento *l. videamus. §. pe. ff. de in litem iuran.* Item Papa de eo quod nihil est, potest facere aliquid. *ita dicit gloss. in cap. proposuit. in verb. inuestiuit. de concess. præben. & gloss. in cap. aqua. in gloss. fin. de consecra. eccle. vel altaris.* Fortius potuit talem transactionem inuiolabiliter confirmare: quia qui potest quod est plus, debet posse quod est minus. *l. nec in ea. §. 1. ff. de adulteriis. l. in suis. ff. de lib. & posthum. & in reg. qui potest quod est plus.* Præterea, ex quo Papa confirmauit ex certa scientia istam transactionem decimarum, † non est amplius licitum 17
alicui de ipsa, vel super ipsa iudicare: *c. 1. & 2. de confir. vtili vel inutil. cap. cum venissent. de iudi. gl. notabilis in c. 2. in gl. 1. ne sede vacante. do. Abb. notabiliter in c. de cætero. in vlt. col. de re iudi.* ¶ Prædicta clarius & fortius procedunt in casu præsenti; quia si valet transactio facta cum laicis super decimis futuris, per quam fit earum diminutio, interueniente authoritate, & confirmatione Papæ, vt in iuribus supra allegatis: quanto fortius in casu nostro debet valere ista trãsactio iurata & confirmata per Papam ex certa scientia, per quam non fit diminutio decimarum, imo fit augmentum; quia vbi prius tales decimæ erant incertæ aut minoris quantitatis, per istã transactionem sunt redactę ad certam & ad maiorem summã. ¶ Ad idem pro hac parte pro communi & hominibus Carmagnolæ contra capitulum ecclesię ibidem collegiatæ bene facit; quia dictum capitulum seu canonici ratificauerunt prædictam transactionem, † recipiendo vigore dictæ trãsactionis summã tri- 18
ginta octo ducatorum annorum limitatam in dicta transactione pro decimis. Et ita per multos annos vltra decennium expresse receperũt virtute dictæ transactionis, ergo eam ratificarunt & approbarunt, & per consequens sibi præiudicarunt, *c. ex parte. & c. cum canonicis. de censi. cap. continebatur de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap. facit tex. in l. si filius. C. de peti. hære. & in l. qui in aliena. in princi. in vers. sed & si non adierit. ff. de acquiren. hæredit. Ad idem bene facit textus in c. contingit. circa finem, de trãsact.* Vnde illud quod non tantum semel placuit, imo toties & tot continuatis annis, amplius displicere non debet, *vt in regula, quod semel placuit. de reg. iuris. in 6.* ¶ Confirmantur prædicta; quia ratificatio non tantum fit verbis, † sed et- 19
iam factis: k *vt inquit iurisconsultus in l. Paulus respondit.* k
non tantum verbis ratum habere posse. *ff. rem ratam habe.* facta enim fortiora sunt ad declarandum voluntatem quam verba, quæ sæpe proferuntur contra intentionem proferentis, l *vt in c. dilecti. de appell.* l
& in c. æstimant 11. quæstione 3. secundum dominum Abbatem in consil. 223. incipiente, Illud de iure quæritur, vtrum visa remissione. in pe. col. in princip. facit tex. in l. de quibus ante finem. ff. de leg. bonus textus in l. si tamen. §. ei qui ff. de ædil. edict. & tex. in c. dilecti. de appell. glo. in l. recusari. ff. de acq. hæred. ¶ Confirmantur etiam prædicta ex doctrina Bart. *in l. cum de in rem verso. in pe. col. a. fi. ff. de vsur.* vbi concludit, quod ex patientia longi temporis præsumitur titulus m liberationis, † etiã in lucro nõ m
odioso, per *l. libertus. §. 1. ff. de alimen. & ciba. leg.* Ad idẽ 20
pro communi & hominibus Carmagnolæ contra dictũ capitulũ ecclesiæ collegiatæ facit, quia ex quo dicta transactio decimalis confirmata per Papam propter eius summam authoritatem proculdubio censetur valida, per consequens debet ligare istos canonicos successores dictorum rectorũ, & consequenter eorum capitulum. *c. dilecti de foro compet. per quem tex. not. ibi d. Abb. in 2. notabili,* & † contractus fa- 21
ctus per errorem anteceſſorũ tranſit ad ſucceſſores,

non

non solum quo ad eius substantiam, sed etiam cum qualitatib. suis, & sic respectu renunciationis priuilegij. Item quando rector ecclesiæ rite contrahit,
22 ipsa ecclesia † dicitur contrahere. vnde cum ecclesia nunquam moriatur. *12.q.2.c.liberti.2.cap.1.§.1. de alie. feud. facit c. si gratiose de rescri. in 6.* per consequens talis contractus obligat quemcunque successorem ad eius obseruantiam; vt notabiliter declarat Bald. *in c. 1. qui succes. tene. facit tex. in c.1. de solutio. & in c. præsenti. § porro. & ibi gloss. de offi. ord. in 6. & tex. in l. prouidendum. C. de decurio. lib.10.* ¶ Per ista fundamenta clare remanent euacuata quæcunque superius in oppositum adducebantur pro dicto capitulo. Sed vt res clarior reddatur, ad ea in specie particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo, dum dicebatur, quod præfatum capitulum habet fundatam intentionem de iure communi, quod ei debeantur decimæ petitæ; quia respondetur verum esse, quod eidem debeãtur de-
23 cimæ, † sed non simpliciter, sed limitate secundum transactionem super eis factam; & confirmatã authorit. apostolica. ¶ Nec obstat, quod circa ipsam trãsactionem dicebatur, quod cum fuerit facta per rectores illarũ trium ecclesiarum existentium extra oppidum Carmagnolæ, quod nõ debet præiudicare præsenti capitulo ecclesiæ collegiatæ, & sic debet
24 censeri personalis † & valere solum pro vita transigentium, & quod etiam ipsi rectores possent petere restitutionem in integrum; quia ad prędicta omnia vno verbo respondetur, quod militarent, nisi talis transactio fuisset expresse confirmata per Papam in specie certioratum de vnione dictarum ecclesiarum; quo casu propter confirmationem Apostolicæ sedis, illa transactio decimalis redditur valida, & realis, & perpetua; & sic ligat præsens capitulum, vt in superioribus deduxi. ¶ Non obstat etiam, dum dicebatur, quod ius decimarum est quid spirituale, ergo non potest super spiritualib. per laicos transi-
25 gi; quia respondetur, † verum esse, quando transactio fieret per laicos simpliciter sine auth. superioris, sed quando fit cum auth. & expressa confirmatione Papæ tunc bene valet & tenet; vt supra late fuit comprobatum. ¶ Non obstat illud, quod vult gloss. notabilis *in d.c.fin. in glo. fin. de rerum permut. in 6.* quia illam gloss. ibi expresse limitat Anton. de Butr. in fin. nisi talis compositio per Papam approbaretur. ¶ Non obstat, dum dicebatur, quod decimæ sunt
26 de iure diuino, † ergo Papa non potest super eis dispensare: quia an primum sit verum, late disputat Hosti. *in summa. de deci. in §. & vtrum præscribi possit. quasi per totum. Inn. super Rubrica, de deci. Magis communiter concluditur secundum Theologos, & secundum Hostien. & Ioan. And. in locis præallegatis.* quod præceptum diuinum de decima soluenda licet censeatur esse præceptum morale respectu substantiæ: vt soluatur in recognitionem vniuersalis dominij, tamen respectu quotæ censetur cerimoniale. Vnde præcepta cerimonialia affirmatiua veteris legis non obligant in lege noua, nisi quatenus sint per ecclesiam approbata; *vt notatur in c.fin. de consue. & 6. distinctione in summa. & ita etiam tenet Ioan. de Imol. in c. 2. in vltim. col. de transact.* Ideo Papa potest super decimis disponere, sicut placet, dummodo non in totum tollat; vt superius dixi. ¶ Non obstat etiam, dum dicebatur, quod Papa per suam confirmationem non intelligitur derogare iuri capituli, etiam si de capitulo faceret mentionem, nisi fuisset certificatus de damno capituli; quia respondetur † quod Papa fuit cer- 27
tificatus de vnione, & consequenter de iure futuro capituli. Et in confirmatione inseruit tenorem transactionis, ergo expresse voluit, & sic ex certa scientia, quod præiudicaret etiam ipsi capitulo; vt in superioribus deduxi. ¶ Non obstat vltimo, dum dicebatur, quod homines Carmagnolæ non possunt super decimis se tueri præscriptione alicuius temporis, cum super decimis, quæ sunt spirituales, non currat præscriptio laicorum; quia ad hoc dupliciter respondetur. Primo, quod licet laici non
28 possint præscribere ipsum ius decimæ, † vt in iuribus incontrarium allegatis, tamen super quantitate vel quotitate partis decimarum bene currit laicis præscriptio. ita tenent Hostien. Ioan. And. Anton. de Butr. & communiter alij *in d. c. statuimus. de transact. qui ita intelligunt tex. in c. in aliquibus. de deci.* Secundo respondetur, quod homines Carmagnolæ super istis decimis petitis non se fundant in præscriptione alicuius temporis, sed in transactione confirmata per Papam, & in ratificatione facta per præsens capitulum ex receptione tot annorum vltra decennium expresse facta; iuxta limitationem transactionis, vt superius fuit opportune demonstratum.

ADDITIO.

a Iuri tertij.] Idem Ias. cons. 24. In causa nume. 21. infra eod. lib.

b Sing.] Ias. d. cons. 24. dicto nu. 21. ver. Item prædicta procedunt.

c Priuilegium.] Ias. d. cons. 24. d. nu. 21. ver. vnde dicit alibi egregie.

d Confirmatio.] Idem tradit Ias. vbi dixi cons. 213. in præmissa ad fi. supra lib. 2.

e Præiudicio.] Ias. l. quominus. nu. 79. de fiumi. vide tamen Dec. cap. quæ in ecclesiarum. n. 26. ver. quartus casus extra de constitu.

f Scientia Papæ.] Roma. cons. 327. istæ sunt sub nu. 7. cons. 336. circa propositam sub n. 2. Abb. cons. 62. Illud de iure, sub nu. 4. vers. ad secundum quod actus lib. 1. Alex. cons. 1. n. 35. lib. 5. Deci. c. potrecta col. vlt. versic. & ista conclusio de confirm. vti. Paris. cons. 3. singula nu. 43. lib. 4. Gabr. comm. opi. lib. 6. de clau. conclusione 1. nu. 65.

g Præstaret.] Bertr. cons. 14. viso processu in fi. lib. 1. Rebuff. tract. de decim. q. 13. nu. 26. & 29.

h Potestatis.] Idem Ias. vbi latius de auct. Papæ cons. 145. circa primam. nu. 7. supra lib. 2. vbi addo.

i Beneficio.] Ias. l. quoties num. 13. versi. nota tamen contra hoc. C. de rei vendi. l. Barbarius nu. 43. versicul. confirmo per id quod de offi. proconsul. & leg. l. fin. nu. 17. versic. tamen hæc vltim. de pact. Sed contrariam tenet Ias. d. cons. 145. sub num. 4 versic. Imo fortius & tenentes vtranque allegat Gabri. commun. opin. lib. 3. de iure quæsi. non tol. concl. 1. nume. 9. & 10. concordat opiniones post illas recitatas Aymo tract. de antiq. temp. part. 1. nu. 33. 34 cum seqq. & nu. 37. vbi omnino videndum.

k Factis.] Dec. l. semper qui non prohibet. nu 8. de reg. iur. cons. 58. & pro tenui. nu. 2. cons. 297. non patitur numero 2. & 3. vbi similia adducit cons. 316. in casu. numero 6. consilio 449. visis duobus nu. 34. 35. consi. 486. visis & consideratis numero 12. consilio 585. iuridicam. num. 3. & 6. cons. 586. in causa quæ Mantuæ. nu. 13. & cons. 618. in casu num. 2. Paris. 77. subscripsi nu. 34. lib. 1. Soc. iun. cons. 97. viso puncto. num. 29. lib 2. cons. 139. in controuersia & 146. in causa vbique nu. 13. lib. 3. Natta cons. 45. requisitus nu. 10. & vide cumulata per Aymo cons. 237. frater col. 1. & cons. 276. Subtilius nu. 6.

l Proferentis.] Idem Ias. supra cons. 3. In causa n. 19. hoc lib. vbi addo.

'm Titulus.] Vide Gabr. commu. opin. libro 1. de præsump. conclus. 1. nu. 17.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XX.

SVMMARIA.

1 *Initium & origo causarum imprimis spectandum est.*
2 *Inconuenienti vno dato plura sequuntur.*
3 *Dispositio actualis pecuniæ tantum operatur q. antum ipsa solutio.*
Animalia sua capta à iudice pro debito licet propria auctoritate auferre, facto reali depositio de summa debita nu. 3. & 4.
4 *Æquum suum auferens de manu ducentis non punitur criminaliter.*
5 *Causa etiam iniusta excusat à dolo & à pœna: & nu. 14.*
6 *Executio in dubio præsumitur facta modo licito & opportuno.*
7 *Procuratoris facti apud acta contra certum aduersarium reuocatio vel inhibitio debet similiter apparere apud acta, alias non valet.*
8 *Licentia. De reuocatione licentiæ concessæ, debet apparere in actis, sicut in actis apparet de concessione.*
9 *Credulus quis facile esse non debet in ijs, quæ ad suum præiudicium pertinent, nisi reddatur certus instrumento vel testamento.*
10 *Causa vbi semel deducta est in senatum, nullus ordinarius potest amplius se intromittere, & nu. 11. vbi decl.*
12 *Actus quando potest expediri sine iudice, si fiat per iudicem & minus solenniter, per hoc non vitiatur actus.*
13 *Actus non vitiatur, si id quod interuenire non debet de necessitate minus apte adhibeatur.*
14 *Causa quælibet etiam iniusta excusat à dolo & à pœna delicti, imo omnis credulitas licet fatua excusat à pœna doli, & etiam propter temeritatem excusatur à dolo.*
15 *Statuta pœnalia semper intelliguntur habere clausulam in se, si delicta dolo fuerint commissa.*
16 *Carceratio facta pro debito pecuniario paruo non facta excussione bonorum est ipso iure nulla.*
17 *Captura facta ante legitimam liquidationem creduti est ipso iure nulla.*
18 *Carceratum non iuste eximens non punitur.*
19 *Sanguinem suum redimere vnicuique licet.*
20 *Officiali iniuste & de facto exequenti, licitum est de facto resistere.*
21 *Carcer est inuentus ad continendos homines & non ad macerandos & puniendos.*
22 *Iudicis iussu factum non videtur dolo factum.*
23 *Vnionem vicinorum & armatorum facere licet propter magnas oppressiones & illicitas exactiones arcendas.*
24 *Statutum puniens vnionem intelligitur de vnione coadunata ad aliquod flagitium, vel illicitum committen.*
25 *Crimen. In criminibus in dubio sequi debet absolutio, & in dubio iudex eligere debet mitiorem pœnam.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRo liberatione & absolutione domini Georgij Benzoni à criminib. quæ ei & socijs impinguntur, multa & varia abunde & accurate deducta fuerunt per eximios eius aduocatos. Ego substantialia attingens, quæ scripturus sum paucioribus absoluam. In primis ergo istarum causarum criminalium initium [a] † spectandum est; iuxta *l. 3. §. scio. in verb. initio in specto. ff. de mi. & l. quod ait lex. §. 1. & ibi Bar. ff. de adul. & l. olam possidere. in prin. & ibi glo. ff. de acqui. poss.* Per Potestatem vel daciarium terræ Cugnoli pro dacio imbotaturæ dicti loci fuit facta protestatio domino Georgio de libris quadringentis duabus cum dimidia, quæ summa longe nimis excessiua euidentissimam iniquitatem continere videbatur, cum tota communitas, & omnes homines dictæ terræ vna cum domino Georgio non sint soliti soluere vltra ducentas libras, nec de dicto dacio vltra percipitur. Similis protestatio ex eadem causa facta fuit magistro Zanino pro libris quindecim solito soluere solidos viginti tantum, ob eã causam dictus Potestas fecit incarcerari Zaninum nulla prius facta reali excussione. Deinde per dom. Capitaneum iustitiæ vel eius familiam & nuncium facta fuit quædam executio contra dom. Georgium, & eius vigore factum depositum de libris quingentis. Successiue postea per plures maxime balistarios illustris domi. Ioan. Iac. de Triuultio captæ fuerunt à dom. Georgio bestiæ quinquaginta, vel circa. ¶ Ex istis primis inconuenientibus plura subsequuta † sunt, quia dato vno inconuenienti plura sequuntur, *vt dicit tex. in §. cogitatio. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. & in l. ratas. & ibi Bart. C. de rescin. vend.* Tria ergo principalia crimina contra dominũ Georgium & socios obijciuntur, videlicet ablatio bestiarum suarum seu iumentorum, excarceratio Zanini cum fractione carceris, item vnio personarum quæ tria singulariter & de per se expediam. ¶ Circa primum crimen de ablatione iumentorum suorum, videtur domi. Georgium esse in casu absolutionis, cum depositum actuale fecerit, & depositio actualis pecuniæ tantum operatur, † quantum ipsa solutio. [b] *l. creditor. & ibi Bartol. no. C. de pigno. l. 1. & ibi Bartol. no. C. qui potiores in pigno. habeantur.* Ergo sibi postea fuit licitum suas bestias auferre, & tanto magis cum tale depositum bis fecerit coram diuersis officialibus, & sic depositum fuit geminatum. Et quod dom. Georgio licitum fuerit propria author. dictas suas bestias auferre. decidit notabiliter Bart. *in l. si alius. §. bellissime. per gl. ibi. ff. quod vi aut clam.* Vbi dicit se putare, [c] quod si aliquis p vim arriperet animalia tua, quæ facilius pereũt, quod tua authoritate ea recuperare posses, quamuis in alijs rebus non ita permitteretur, quæ non sic de facili pereunt. Idem sequitur ibidem Angel. Cum ergo dictæ bestiæ per dictos balistarios fuerint per vim ablatæ, licitum fuit domin. Georgio eas propria authoritate recuperare; & tanto magis facto prius depositio pro quacunque summa prætensi debiti. ¶ *Ad idem pro dom. Georgio facit, quod decidit Ang. in l. 2. §. hac actione. per illum text. ff. vi bono rapt.* Vbi not. quod auferentes roncinum seu equum suum † de manu ducentis, non tenentur criminaliter; quia illa pœna non infertur nisi aduersus dolosos. Carent autem dolo, qui putauerunt sibi licere propria authoritate auferre rem suam de manu ducentis eam. Et licet ista causa sit iniusta, † tamẽ excusat à dolo, & ab eius pœna. *Ligitur. in prin. ff. de lib. cau. l. plagij. & ibi glo. C. ad legem*

a x

b

c

3

4

5

legem Flauiam de plagiarijs, vt ibidem latius per eũ. ¶ Tertio, licet dom. Georgius potuerit dictas suas bestias per vim balistariorum ablatas propria authoritate recuperare, tamen curialius volens se gerere, licentiam obtinuit à domino locumtenẽte illustris regij gubernatoris Papiæ. vnde qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere; vt inquit iurisconsultus *in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur.* ¶ Cõtra istam licentiam tria obijciuntur. ¶ Primo, quod licentia continebat, quod executio fieret cum familia locumtenentis, & facta fuit sine, & sic forma & qualitate non seruatis. Respondetur, quod imo fuit
6 facta cum familia oportuna. Et in dubio ita † debet præsumi facta, scilicet modo licito & opportuno. *l. matrem. C. de proba l. eum actum. ff. de neg. gest. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. per gloss ibi. ff. de ope. no. nun. & in l. libellorum. in prin. in 5. col. ff. de accu. Bald. in l. fin. C. an seruus ex suo facto. & in l. precib. in 6. col. C. de impube. & alijs substitu. dom. Abb. in c. auditis. de præscri. & in cap. per tuas. per illum text. de condi. appos.* ¶ Secundo obijcitur de inhibitione facta per quoddam scriptum, ne dicta licentia vteretur. Respondetur quod de tali scripto non constat. Item de tali reuocatione dictæ
7 †licentiæ, seu eius inhibitione nihil apparet in actis sicut apparet in actis de ipsa licentia. Vnde dicit notabiliter & ad propositum Barto. *in l. vnica, per illum tex. C. de satisdando. in 1. colum circa fin.* quod quãdo aliquis est factus † procurator contra certum
8 aduersarium apud acta, debet eius reuocatio vel inhibitio similiter apparere apud acta; alias reuocatio non nocet. Ita dicit esse casum notabilem *in illa l. vnica. in verb. itaque.* Secundo dicitur, quod non debuit credi illi simplici scripto non habenti subscriptionem notarij *l. 1. ad fin. in princ. ff. de eo. per quem factum* † *erit*, dum tex. dicit imputandum esse ei, qui
9 credulus fuit; & per illum text. dicit ibi notabiliter Bar. ad fin. prin. quod si nuncias mihi aliquid, quod faciam, vel quod dem, quod ad præiudicium meum non teneor credere, nisi me reddas certum instru-
d mento, vel testibus, [d] *vt l. si quis inficiatus ff. depositi. & l. quod te. ff. si cer. peta.* Alibi dicit notabiliter Petr. de Anchar. *in cons. 361. incipiente*, pro declaratione trium quæsitorum &c. quod si intimatio non est facta sub scriptura authen. nec est lectus tenor scripturæ authenticæ, non dicitur inducta notitia seu scientia.
e e ¶ Tertio obijcitur contra dictam licentiam, quod fuit impetrata Papiæ, postquam dicta causa fuerat Mediolani deducta in senatu regio, & cõmissa magnificis dominis Francisco Bernardi, vicecomiti, & Ioan. Franc. Marliano, vt partes componerent, alias referrent in senatu. Vnde ex quo semel causa fuit
10 deducta in senatu † regio, nullus ordinarius potest amplius se de ea intromittere. Ita singulariter tenet
f f Archid. *34. quæstio 11. §. is ita. quem refert & sequitur Bal. reputans not. dignum in l. si vt proponis. 1. in pen. colum. C. quomodo & quando iudex.* Respondetur, quod lo-
11 quuntur † quantum ad cognitionem & decisio. causæ principalis, non autem quo ad executionem eius, quod d. Georg. poterat facere propria authoritate, vt recuperare bestias ablatas facto iam depositio, & vbi periculum erat in mora, & grauamen quod successiuum quotidie infertur, vt excarcera-
g tio Zanini; *per illud quod decidit Bald. in l. 2. in 2. quæst. g C. de episc. audien. & in l. 1. ad fi. C. sent. rescin. non pos.* Præterea, ista causa & eius processus prius pendebant Papiæ coram ordinario, antequam audiretur senatus, qui aliter non inhibuit ordinario, coram quo prius causa pendebat. Præterea aduertendum est, quod ex quo d. Georg. facto solenni depositio poterat prædictas bestias suas propria authoritate auferre, vt in superioribus fuit comprobatum, succedit regula, quod quando actus potest expediri sine iudice, † si fiat per iudicem, & minus solenni- 12
ter, per hoc non vitiatur h actus; *vt est gl. notabilis & h reputata singularis in §. multis. in verb. in transitu. instit. de liber. quam gl. sequitur, & de ea facit festum Bal. in l. consentaneum. in 5. col. quomodo & quando iudex. & in l. 2. in 3. col. C. de iure emphy. & in c. 1. §. si quis vero. de pace iuramento fir. & per illam gl. decidit ad propositum nostrum Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. & leg. in 6. col. in ver. sed dubitatur, si possum ingredi &c.* quod si ego propria authoritate possum ingredi possessionem ex pacto, & iudex concedit mihi licentiã non citato possessore, quod talis licentia valet & tenet. Nam quando aliquid non requiritur de necessitate
† si illud interueniat, & inepte, non vitiat actum *l. v-* 13
nica. in prin. C. de rei vxor. actio. gl. in l. vinum. in gl. magna. ad fi. ff. si cer. pet. & gl. in l. qui testamento. §. qui per contrariam. ff. de testa. ¶ Vltra prædicta considerandum est etiam diligenter, quod do. Geor. habuit ex prædictas veras & iuridicas causas faciendi ea quæ fecit in recuperando iumenta sua, & dictæ causæ saltem proculdubio præstant iustam causam credulitatis, & impræsentiarum agitur de absolutione dom. Georgij, & non de validitate actitatorum. Vnde succedit trita & vulgata regula, quod † quælibet causa 14
etiam iniusta excusat à dolo, i & à pœna delicti. *Ligi-* i
tur. §. potest. in verb. iustis vel non iustis rationib. ductus ff. de libera. cau. gl. in l. plagij criminis. C. ad l. Flauiam de plagiar. gl. in l. 1. in fi. cum simlib. ff. de abigeis. Imo omnis credulitas, licet fatua, excusat à pœna doli. Ita notabiliter dicit Angel. *in l. 1. ad fin. princ. ff. de eo per quem factum erit.* Imo etiam propter temeritatem quis excusatur à dolo, *secundum Ang. in d. l. plagij criminis accusatio.* Sed sic est, quod statuta pœnalia semper
† intelliguntur habere clausulam in se, si delicta 15
dolo fuerint commissa. *Ita egregie notat Bald. in l. fin. per gl. ibi. ff. quod quisque iuris. bene facit text. in l. cum autem. §. excipitur. 1. in ver. capitalem ff. de ædili edicto. & quod vult Bar. in l. 1. in princ. in 3. col. ff. ad Turpilianum.* ¶ Circa secundum crimen de excarceratione Zanini cum fractura carceris aduertendum est, quod dicta incarceratio fuit euidenter iniusta. patet, quia fuit facta pro debito pecuniario paruo, non facta prius excussione bonorum, † ergo fuit ipso iure nulla. 16
l. 3. §. tutores. & ibi glo. & Barto. notant. ff. de suspec. tuto. Bartol. & Angel. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. Barto!. & Bald. in l. 1. C. quibo. cede. pos. Bartol. in l. Labeo. ff. ad l. Iuliam pecula. cum alijs suis concordantijs. Si enim primo discutiuntur bona mobilia antequam perueniatur ad immobilia, & primo immobilia antequam perueniatur ad nomina debitorum, k *vt l. à diuo Pio. §. in venditione ff. de re iudi.* mul- k
to magis omnia ista debent prius discuti, antequam perueniatur ad capturam personæ, *secundum Bartol. in d. §. tutores.* Item dicta † captura fuit facta ante 17
legitimam liquidationem crediti, ergo nihil valuit. *l. 1. & ibi Bal. C. de exec. rei iudic.* Vnde eximens † non 18
iusta

Ì iuste[1] carceratum non punitur. *l. 1. §. Ofitius. in verb. non deliquit. & ibi Bald. ff. ne quis eum qui. dom. Alexand. & moderni in l. sed eximendi. § item si quis. ff. eod.* Et tã-
to fortius filius potuit eximere patrem indebite carceratum; senem, & infirmum; quia etiam si esset iuste carceratus, mitius deberet puniri filius eximens
19 patrem; † quia licitum est sanguinem suum redimere. *l. 1. ff. de bonis eorum qui mortem sib. consciue. secundum Andr. de Iser. in c. 1. §. receptorib. in 2. colum. de pace iura. firman.* ¶ Præterea officiali[m] iniuste & de fa-
20 cto exequenti licitum † est de facto resistere. *l prohibitum. & ibi Bartol ad hoc not. C. de iure fisci. lib. 10. l. defensionis facultas. eo. tit.* sicut quando officialis pignorat vltra modum, etiam ei potest tunc de facto resisti; *secundum Bartol in l. contra. C. de exacto. & executo. l. duodecimo.* ¶ Præterea, dictus Zaninus sexagenarius tenebatur in carceribus in cippo, & ferris, & subtus tegulas, vel tectum, & tempore hyemali, ex quo grauiter fuit infirmatus, & sic cõtra dispositionem iuris; quia carcer est inuentus ad continendos
21 homines, † & non ad macerandos, nec puniendos; vt inquit iurisconsultus *in l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis.* ergo iudici aperte procedenti contra legem licitum fuit priuatis resistere, & procedere de facto; *vt iurib. prædallegatis; & no. Cy. in regula, quod quis mandato. de reg. iur. in 6. refert & sequitur dom. Alexand. in consilio 144. secundi voluminis incipiente, post redditum primum consilium. in 2. colum.* ¶ Præterea propter tot iniquitates & oppressiones, quæ fiebant Zanino incarcerato, concessa fuit licentia per ordinarium Papiæ, vt de carceribus eximeretur: Ergo quod fit iussu iudicis, non potest † dici dolo factum, & sic non
22 meretur pœnam. *l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. cum aliis sup. ibi allegatis.* ¶ Circa tertium crimen, ꝙ obiicitur de vnione, respondetur, quod attentis illicitis exactionibus & magnis oppressionibus quę inferebantur per Potestatem Cugnolli licitum fuit ad
23 resistendum conuocare amicos, vicinos, † socios; n n *vt notat Bartol. in l. prohibitum. in tertio notabili, per illum textum. Cod. de iure fisci. l. b. 10. & est textus notabilis in c. dilecto. & ibi gl'os. de sent. excommu. in 6. glos. singularis in c. ex literis. & ibi dom. Abbas in duobus locis de offic. deleg. Bald. in c. fi. in vlt. colum. de re iudi. Bene facit, quod notat Bart. in l. deuotum. in fine, per illum text. C. de metatis. libr. 12.* Vbi notat esse textum expressum, quod si aliquis vult me expellere de possessione mea, ꝙ amici mei, & etiam vicini mei, & etiam peregrini possunt impune percutere volentem me ex-
o pellere, o vt me non expellat. quod est valde notabile, secundum Bar. idem tenet Bal. *in l. vt vim. in sexta quæsti. ff. de iustit. & iur.* ¶ Secundo pro absolutione huius imputatæ vnionis bene facit, quod notabiliter decidit And. de Isernia *in c. 1. §. conuenticulas de pace iuramento firmanda.* Vbi egregie tenet, quod si aliquis rationabiliter timet oppressionem inimici sui, & coadunat consanguineos & amicos, qui iurant simul esse ad propulsandam iniuriam, si fieret sibi ab aliquo, quod istud est licitum, vt ibi notabiliter per eum. ¶ Præterea & tertio, statutum puniens vnionẽ
24 intelligitur de vnione coadunata † ad aliquod flagitium, vel illicitum committendum; *per id quod dicit Baldus in l. prima. §. huius studij. in penultima colum. ff. de iusti. & iur.* Sicut etiam conspiratio, vel coniuratio dicitur plurium personarum ad aliquid illicitum faciendum colligatio; *per notata per Gemin'a. in capitu. constituimem. de senten. excommunicatio. in 6.* Sed ista cessant in casu præsenti, vt ex superius deductis apparet. ¶ Per ista concluditur, dñm Georgium Benzonũ & eius socios imputatos esse liberandos & absoluendos à dictis tribus criminibus eis imputatis, scilicet ablationis iumentorum suorum, ex carcerationis Zanini cũ fractura carceris, & vnione personarũ; & eo magis, cum in criminibus in dubiis † se- 25
qui debeat absolutio *l. in interpretatione. & l. si præses. ff. de pœnis. cap. estote misericordes. & ibi notat Abbas de regu. iuris.* Sic etiam iudex in dubio in criminibus debet eligere minorẽ pœnam; *glos. in cap. de causis. de offic. delega. & in capit. sicut dignum. de homicid. & in regu. in pœnis. & in capit. hoc ipsum. 33. quæstione secunda. & in capitu. sicut. de Iudæis. facit capit. postulast. eodem titulo.*

ADDITIO.

a Initium.] Marsil. vnica num. 134. C. de raptu virg. & in pract. crimi. §. quoniam num. 91. & §. vlterius num. 1. & 6.

b Solutio.] Affli. decis. 259. fuit decisum in princip.

c Se putare.] Ias. l. miles. §. qui iudicati de re iudi. Dec. l. qui iurisdictioni num. 12. de iur. omn. iud. l. non est singulis de regulis iur. Ripa. l. naturaliter. §. nihil cõmune nu. 75 de acquir. possess. & tract. pest. tit. de prœser. remed. cõtra pestem. nu. 289. Cepol. de seru. tign. in iun. 7. q. & consil. 59. omissa col. penult. Menoch. de recupe. possessio. remed. 1. num. 282. & remed. 9. num. 191. vbi Ias. & alios plures citat.

d Testibus.] Idem supra consil. 159. circa primam. colum. pen. versic. ista conclusio. libr. 2.

e Scientia.] Ias. d. consil. 159. colum. vltim. versi. 4. & multum vbi addo.

f Sing. tenet. pro regula.] Vide addita supra consil. 9. arbitror in princip hoc libro.

g Bald. in l. 2. in 2. q.] quem refert Marsi. in pract. crim. § ordine successiuo nu. 5. & seq. latius in §. attingam nu. 19. Dec. c. ex parte nu. 3. de appel. Maran. tract. de ord. iud. par. 6 num. 205. addo Ias. l. error. nu. 18. versi. hinc est G. de iur. & fact. igno. vbi quod licet à captura vel à præcepto capiendo non sit appellatum intra 10. dies, tamen quia donec reus tenetur in carceribus continuo dicitur grauari, & potest semper appellare etiam post decem dies. allegat tract. d. l. 2.

h Non vitiatur.] Ias. supra consil. 3. fine alio fastu. num. 24. libr. 1. vbi dixi.

i A dolo.] Idẽ Ias. consil. 84. omissa nu 13. consil. 111. spectabili. sup. lib. 1. & consil. 153. difficultas num. 11. lib. 2. vbi addo.

k Nomina debitorum.] Ias. l. à diuo pio. §. in venditione 1. not. de re iud. Aret. §. fin. nu. 4 instit. de act. Dec. consil. 669. viso col. 2. Maran. tract. iud. par. vlt. num. 9. fol. 204. limit. Ias. §. eum quoq; num. 9 instit. de actio.

l Non iuste.] Ias. l. 1. in princ. nu. 4. ff. nequis eum qui in ius posset. tit. de capt. nu. 7. & tit. de carcere nu. 15. addo Mar. Soc. tract. citat. 34. art. nu. 22. versi. 12. excusatur. Ioan. de Ami. consil. 27. super inquisitione nu. 29. & cõsil. 86. in inquisitione numero 7. Clar. in pract. crim. § fi. q. 19. versi. quid si ille. pulchre Marsi. l. 1. in prin. nu. 16. ff. de quæstio. & in l. 1. nu 80. 81. ff. ad l. Corn. de Sicar.

m Officiali.] Ias. consil. 86. in causa nu. 15. infra eo. Bald. l. 1. in repe. q. 12. C. vnde vi. l. vt vim. 7. q. de iusti. & iure. Dec. cons. 251. maximi nu. 6. omnino. c. si quando num. 2. de offi. deleg. Marsi. l. 1 num. 15. ff. de quæstio. l. 1. in princ. num. 71. vsq; ad nu. 86 vbi simil. adducit ad l. Corn. de Sica. & in pract. crimin. §. diligenter nu. 51. cum seq. & vide quod pulchre not. Soc. l. pleriq; num. 4. ff. de in ius vocan.

n Socios.] Dec. consil. 469. visa inquisitione num. 2.

o Expellere.] Ias. d. consil. 86. nu. 4. versi. ad idem text. l. deuotum l. 1. §. vltim. num. 5. de no. op. nunc. & l. vt vim col. 6. de iustit. & iure. refert & sequitur hoc dictum pro sing. Cors. in sing. verb. defensio, incip. aliquis vult expellere cum aliis vt per Menoch. de recup. possess. remed. 1. num. 339. & consil. 28. est grauis num. 12. versi. 3. moueor.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXI.

SVMMARIA.

1 *Interdicto recuperãdæ agens probare debet duo ad obtinendam victoriam, decl. vt num. seqq.*
2 *Agendi vel petendi modus attendi debet.*
3 *Remedium nullum possessorium datur contra tit. possidentem.*
4 *Antiquior possessio præferri debet, cum præsumatur iustior, & posterior præsumatur vitiosa. decla. vt numero 5.*
Interdictum. Actor non expresse capitulans nec probãs in interdicto possessorio reum possidere clam respectu suæ antiquioris possessionis debet succumbere num. 6.
7 *Possessione ipso iure & facto priuato per decretum, nõ potest competere interdictum recuperandæ.*
8 *Agens interdicto recuperandæ habet necesse probare, quod possideret tempore litis contestatæ vel eo tempore quo lis debuisset contestari.*
9 *Spoliatio non cadit in possessione adepta auctoritate iudiciali & per consequens nec restitutio, nec interdictum recuperandæ.*
Interdictum recuperandæ non competit spoliato iudiciali auctoritate num. 9.
10 *Confessio erronea in 1. supplicatione potest reuocari in 2. quando is, qui confessus est tractat de damno euitãdo, probando rem aliter se habere. intelli. vt num. 11. & alijs seqq.*
11 *Feudum est concessio gratuita, alias si esset quæsitum pecunia non esset feudum.*
12 *Confessio acceptata à parte non potest amplius reuocari.*
13 *Error præsumi videtur probato rem aliter se habere.*
14 *Error in facto proprio non præsumitur etiam allegando rem aliter se habere.*
15 *Ablatiui absoluti important conditionem, & num. 18.*
16 *Possessio ex contractu conditionali ante impletam conditionem non potest dici translata. decl. vt numero 17. & 18.*
18 *Verba vbi sunt clara & aperta, ibi non cadit interpretatio.*
20 *Conditio implenda post emolumentum acquisitum dicitur modalis & non conditionalis.*
Sentẽtia declaratoria requiritur antequam possit intentari executio pœnæ, quãdo pœna imponitur à lege ipso iure. num. 21. & num. seqq. vbi declaratur. l. eius delatorem. de iure fisci. quomodo procedat numero 22.
23 *Executio etiam facta sine aliqua declaratione valet & tenet.*
24 *Decretum remouens processum censetur & sentẽtiam remouere.*
25 *Possessio inducta per decretum dicitur ciuilissima, nec ex ea competit interdictum recuperandæ.*
Interdictum recuperandæ non datur ex possessione ciuilis. competenti ex decreto num 25.
26 *Pœnam non meretur, qui lege permittente rediit.*
27 *Dispositum à lege qualificate debet cum sua qualitate adimpleri.*
Qualitas à lege requisita debet verificari, vt dispositio locum habeat num. 27.
28 *Restitutio principis vel eius indulgẽtia aut remissio non aufert ius alteri quæsitum nec bona alijs concessa.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ ſuffragio inuocatis.

QVATVOR principales obiectiones ſubtiliter motiuãdo deducuntur cõtra dom. Bernard. Triuultium, quibus cum opportune fuerit reſponſum, & abunde ſatisfactum per eximios eius aduocatos, breuior mihi ad dicendũ materia ſuffragatur, & quæ additurus ſum, paucioribus à me veniunt abſoluenda. ¶ Primum obiectum eſt, quod dom. Baro obtinere debeat, cum egerit interdicto recuperandæ, & probauerit de eius poſſeſſione, vel quaſi, & de ſpoliatione dom. Bernard. quæ duo ſufficiunt ad obtinendã victoriam † in interdicto recuperandæ; *iuxta notata per gloſſ. & Doc. in c. cõſultationibus de offi. deleg. & in c. licet cauſam. de prob.* 1
Ad iſtud multipliciter reſpondetur. ¶ Primo, quod dom. Baro non intentauit remedium interdicti recuperandæ, ſed retinendæ, ſupplicando ſe vel alium moleſtari. Nam modus agendi, vel petendi † attendi debet; *vt eſt gloſſ. multum notabilis 3. quæſt. 6. in c. hoc quippe. quam in multis locis notat & reputat valde ſingularem Bald. in l. cum Papinia. in penult. colum. Cod. de ſentent. & in c. 1. de except. & in l. 1. in penult. colum. C. qui accu. non poſſ. & in l. nec quicquam. § vbi decretum. in antepenul. colum. ff. de offic. proconſul & lega. & alibi ſæpe.* 2
¶ Secundo reſpondetur, quod dom. Bernardinus poſſidet locum vallis Brippiæ & Datiori titulo conceſſionis regiæ, ſed nullum remedium poſſeſſorium datur † contra titulo poſſidentem. *l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publicia.* niſi talis res eſſet vitioſa, [a] vt violenta, vel furtiua. Ita tenet Bartolus *in l. a rem quæ nobis. in prima colum. ad finem. & ibidem Angel. & Imol. ff. de acquirend. poſſeſſio. Bartol. in l. fin. §. ſed cum in ſecunda. Cod. de furtis. do. Alexand. in conſilio 118. ſecundæ partis, incipiente, in cauſa & lite vertente inter Antonium cum multis cõcordantiis ibidem per eum allegatu; & vltra eum idem tenet Angel. in l. ſi coloni C. de agricol. & cenſi. libr. 11. Ioannes Fabri in § ſed iſta in 7. col. m. inſtitut. de actio.* 3
¶ Nec obſtat, quod antiquior fuerit poſſeſſio dom. Baronis, ergo præferri debet, † cum illa iuſtior præſumatur. d. cap. licet cauſam. & poſterior præſumatur vitioſa; ſecundum Bald. *in l. non ignorabit. poſt medium. C. ad exhibendum. & in l. ordinarij in 5. colum. C. de rei vendi. & in l. ſi ſuper longi. in vltim. colum. C. de præſcript. longi tempo. & in l. ſi de proprietate. ad fin. C. ſi à non competen. iudi. dom. Abb. in d. capitu. licet cauſam.* Quia reſpondetur, quod iſtud procederet, quando dom. Bernardinus non probaſſet de titulo, † prout fecit in caſu præſenti; quia tunc 5
debet obtinere nõ obſtante antiquiori poſſeſſione. *d. §. ſi duobus.* Item vbi non appareret de iuſtitia poſſeſſionis dom. Bernardini, tunc ſua poſterior præſumeretur vitioſa; ſed hic probatur de iuſtitia & titulo; *vt dicit Bald. in d. l. ſi ſuper longi.* Præterea cum do. Baro actor non expreſſe capitulauerit, † nec probauerit reum poſſidere clam reſpectu ſuæ antiquioris poſſeſſionis, debet ſuccumbere; [b] *vt ſingulariter voluit Bart. in l. 1. ſi de eo. §. fin. in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. & ibi Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. & moderni. Idem tenet Bartol. in l. 1. §. interdictum. ff. vti poſſideti. Sequitur & cõmendat* 6 b

mandat dom. Alexand. in d. consil. 118. secundi voluminis. & in consil. 81. tertiæ partis, incipiente, lecto & discusso laborioso processu. in 6. colum. ad fin. & sequenti. & in consilio 88. 5. volum. quod incipit, quoniam omne datum optimum. in 3. colum. & in consil. o sequenti, quod incipit. Excellentissimi iurisconsulti. in 2. colum. ad fin. & in consil. 130 eiusdem 5. volum. quod incipit, visa facti narratione. ad fin. Bene facit text. in l. si ancillam. ad fi. principij ff. pro suo. ¶ Tertio respondetur, quod dom. Baro non potest dici fuisse in possessione dictæ plebis Brippiæ propter eius rebellionē, cum vigore decreti ducalis
7 ipso iure & facto priuatus sit possessione; † & sic decretum ipso iure afficit possessionem, vt non possit
c competere interdictum recuperandæ; [c] *secundum Ioann. de Imol. in cle. 1. in fin. de causa possessio. & proprie. facit text. in capitul. accepta. de restitut. spolia. & tex. in cap. ad decimæ. eodem titu. in 6. & quod in simili*
d *dicunt gloss. de excommunicato* [d] *& hæretico,* [e] quie bus non competit interdictum recuperandæ, quia ius eorum personam afficit; *vt est gloss. in capitu. quo iure. 8. distin. & gloss. in §. 1. & 14. quæstio 1. & in capit. dilectus filius Abbas de rescript.* Idem etiam dicamus in rebelli, iuncta dispositione decreti præallegati.

¶ Quarto respondetur, quod agens interdicto recuperādæ habet necesse probare, ꝙ possideret tem-
8 pore litis contestatę † [f] vel eo tempore quo lis de-
f buisset contestari. §. *hodie. institu. de interdic. gloss. in l. text. in gloss. magna. ff quod metus causa. & gloss. in cap. licet causam. de probat. Bart. in l. 1. §. fina. ff. vti possideat. & in l. 1. C. eod. Bal. in quæstio. per eum dispu tata, quæ incipit, accusatus de re turbatiua. in 14. & 23. colum.* Sed dom. Baro tempore litis contestatæ, seu tempore porrectæ supplicationis, non possidebat dictam vallem Brippiæ, cum eius possessionem transtulisset in magnificum dom. Anton. Mariam Pallauicinum, prout in eius supplicatione confitetur, & *dicetur infra in 2. & 3. obiecto:* Ergo non potest dici quod sibi competat interdictum recuperandæ. ¶ Quinto respondetur, quod domi. Bernardinus Triuultius adeptus
g est possessionem dictæ vallis per literas [g] magistrorum regalium intratarum, & sic authoritate iudi-
9 ciali †: ergo non cadit spoliatio, & consequenter nec restitutio, nec interdictū recuperandæ; quia iudex non dicitur spoliare. *l. 3 ff. quod metus caus. & iuste possidet. l. iuste possidet. ff. de acquirenda possessio. Ita tenet gloss. notabilis in capitul. præsentium. in gloss. 2. 7. quæstio. 1. gloss. in capit. In nomine domini. 23 distinc. Baldus in l. obseruare. §. proficisci. in 23 quæstio. ff. de offic. proconsul. & lega. Angel. in l. si quis ad se fundum. Cod. ad l. Iul. de vi. dom. Abbas in capitu. dilectus filius Abbas. de rescripti.* ¶ Secundum obiectum est, quod licet domi. Baro in sua prima supplicatione dixerit, magnificum dom. Anton. Mariam Pallauicinum fuisse in possessione dictæ vallis Brippiæ, & illi supplicatio-
10 ni † contra eum sit standum. *l. cum pridem. Cod. de libera. causa.* tamen cum illa confessio fuerit erronea, & dom. Baro tractet de damno euitando, probando rem aliter se habere, potuit illam confessio-
h nem reuocare, [h] prout reuocauit in secunda supplicatione; *secundum Baro in l. non fatetur. ff. de confessi. & in l. sed & si me putem. in princip. per illum text. cum gloss. ff. de condi. indebit. ponunt doct. in l. cum falsa. C. de iuris & facti ignoran.* ¶ Respondetur, quod imo dom. Baro non tractat de damno euitando, ex quo dictam vallē habuit in feudum, vt ex eius priuilegio apparet; † & feudum est concessio gratuita. tt
capit. 1. ad fin. de feud. da. in vicem legis commissoria. alias si non esset gratuitum sed acquisitum pecunia, & sic titulo oneroso, non diceretur proprie feudum, [i] sed i
emphyteusis, vel contractus innominatus; *secundum Bald. in l. liberti. in vltim. colum. Cod. de operis libertor. & in l. qui se patrē. in 10. colum. in verficu. & si as. Cod. vnde liberi. & in l. si quam. per illum text. Cod. de operis liberto. & in titulo de pace Constan. in verb. libellarium. ad fin. & in addit. Specul. in titulo de locato. in 3. colum. in versic. feudum. & in capitu. si cautio. ad fin. de fide instrument. & in capit. fin. in 1. colum. de causa possessio. & proprietat.* ¶ Secundo respondetur, quod ex quo talis confessio fuit acceptata [k] ab aduocato fiscali, † k
& ab ipso domino Bernardino, non potest amplius i 2
reuocari; quia ex tali acceptatione fuit acquisitum ius parti. *l. fina. ff. de pac. secundum Bald. in l Gallus. §. quidam recte in 2. colum. ff de liber. & posthum. Ludo. Roma. in l. 1. § si quis simpliciter. ff. de verborum obligat. dominus Alexand. in consilio 99. quod incipit, fere omnis vis istius consultationis. & in consilio 92. quinti voluminis, quod incipit, viso & opportune discusso processu. in vltima columna.* ¶ Tertio respondetur, quod domi. Baro non probauit rem † aliter se habere, quo pro- 13
bato videretur præsumi error; [l] *vt est gloss. notabilis* l
in l. de ætate. §. finali. ff. de interrogato. actio. & in l. non fatetur. ff. de confessi. notant Bartol. & docto. in l. si post diuisionem. per illum textum. Cod. de iur. & fac. ignoran. Imo ex instrumento permutationis factæ per eum cum magnifico domino Anton. Maria clare apparet translatam fuisse possessionem in illum, vt dicitur infra in 3. obiecto. Ergo confessio non potest dici erronea, nec quod res aliter se habeat.
¶ Præterea & quarto, [m] cum talis assertus error sit m
in facto proprio domin. Baronis, & consequenter censeatur lata culpa. *l. quanquam. ff. ad Velleia. capit. ab excommunicato. vbi gloss. & docto. de rescriptis.* † cer- 14
te ibi non præsumitur error, etiam allegando rem aliter se habere. *vt est gloss. in l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. & gloss. in l. si res obligata. in principio. ff. de legatis. 1. Bart. in d. l. error. ad fin. & ibidem Bal. in penultima colum. & Salyce. in 4. quæst. Bald. in d. l. si post diuisionem.*
¶ Tertium obiectum est, ꝙ permutatio dictæ vallis Brippiæ facta per dom. Baronem cū magnifico do. Anton. Maria fuit conditionalis; quia in instrumē- 15
to permutationis dicitur, † ipso domino Antonio
Maria dante & assignante, &c. & ablatiui absoluti important conditionem. *l. à testatore ff. de cond. & demonstr.* Ergo ex contractu conditionali ante impletam conditionem non potuit dici translata † pos- 16
sessio. §. *ex conditionali. institut. de verborum obligat.* quia quæ sunt in conditione, non dicuntur esse in dispositione. *l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omissa causa testa.* Ad hoc clare respondetur, quod imo ex contractu conditionali etiam pendē- 17
te conditione transfertur † possessio interueniente
traditione, vel quasi; prout in terminis tenet dominus Abbas in capitu. olim. *1. in 2. colum. in 4. oppositione. de resti. spolia.* Secundo respondetur, quod cum verba instrumenti circa translationem possessionis 18
sint clara & aperta, † interpretatio nusquam debet
tantum valere, vt melior sensu existat; *vt inquit text. in l. 3. ad finem. Cod. de liberis prate.* ¶ Nec obstant di-

19 & ti ablatiui absoluti importantes conditionem; † quia talis conditio apponitur solum respectu translationis dominij. Nam in dicto instrumento formaliter dicitur, quæ permutatio ex nunc fit & intelligitur facta cum translatione dominij ipso dño Antonio Maria dante & assignante rem. Ponderentur illa verba, quæ permutatio fit cum translatione dominij, & sic ibi cõditio apponitur respectu translationis dominij, & non respectu possessionis; ergo limitata causa debet limitatum effectum producere. *l. in agris. ff. de acquirendo rerum do. l. age. C. de transac.* ¶ Prẽterea & tertio, vt subtiliter & bene dicebat eximius domi. aduocatus domi Bernardini, si diligenter inspiciantur verba dicti instrumẽti permutationis, apparet domi. Baronem transtulisse non solum possessionem, sed etiam dominium in domi. Antonium Mariam, & conditio importata per ablatiuos absolutos venit adimplenda post emolumentũ iam
20 † acquisitum; Ergo in effectu dicitur modalis, & non conditionalis; *secundum Bartol. in l. cum tale. §. 1. per illum textum. ff. de cond. & demonstratio. Bald. in l. & si post tres. in 6. colum. ff. si quis cautioni. dom. Alexan. in l. cum mota. in 3. colum. ad fin C. de transac.* ¶ Quartum obiectum est circa rebellionem dom. Baronis cum iuerit in Germaniam ad hostes regiæ maiestatis, & vigore decretorum ducalium ipso iure à tempore delicti commissi bona censentur per cameram regiam apprehensa, & incorporata. dicitur in primis motiuando, quod etiam quando pœna impo-
21 nitur à lege ipso iure, tamen antequam † possit intentari executio pœnę requiritur sententia declaratoria. [n] *cap. cum secundum. & ibi doct. de hæred. in 6. l. eius qui delatorem, & ibi Bartol ff. de iure fisci.* ¶ Ad hoc respondetur, quod decretum ducale editum de anno 1446. habet verba adeo clara & aperta, quod omnem talem dubitationem remouent. In eo enim sic formaliter cauetur, quod à die commissi delicti ipso iure & facto bona delinquentis sint incorporata, etiam si actualiter non fuerint apprehensa, nec possit opponi, quod non appareat de apprehensione vel incorporatione, nec de processu, vel quod nullus processus sit factus; ergo cum decretum dicat ipso iure & facto, ergo sine ministerio iudicis, & sic
o absque alia [o] sententia declaratoria; *secundum Bald. in l. 1. in 1. colum. Cod. de secundis nupt. Bart. in l. 1 ff. de infamibus.* Vnde dicit ad propositum Bald. *in l. 1. in 4. col. in fine. C. ne ex delictu defunct. in verficu. sed dubita-*
22 *tur eo casu, &c.* quod d. l. eius qui delatorem. † procedit, quando facta confessio stabat in suis finibus, secus si transit in cõdemnationem iudicis, vel legis, aut statuti; vt in casu præsenti. Secundo respõdetur, quod etiam si executio sit facta sine aliqua declara-
23 tione, † tamen valet & tenet; P vt notat Innocent. *in*
p *cap. ex ratione. de appellat. quem refert & sequitur Bald. reputans eius dictum tenendum menti in c. 1. de feudo sine culpa non amittendo.* Tertio respondetur, quod de-
24 cretum remouet processum, † ergo & sententiam
q quæ similiter dicitur de processu; q *secundum dominum Abbatem in capit. quoniam contra falsam. in pe. notabil. de probatio.* ¶ Prætera & quarto respondetur, quod ex quo decretum remouet processum, disponendo, quod non possit opponi, nullum processum fuisse factum: ergo fortius remouet sentẽtiam, quæ non potest proferri sine processu. *l. prolatam. Cod. de sentenc.* ¶ Secundo motiuando dicitur, quod possessio inducta per decretum † dicitur ciuilissima, [r] se- 25
cundum Bald *in l. raptores. C. de episcop. & cleri.* nec r
inducit remedium interdicti recuperandæ; [s] secun- s
dum Bald. *in authen. defuncto. in 3. quæstione. C. ad Tertullian. quem sequitur dominus Alexan. in l. in fun. ff. de liberis & posthum.* Vbi dicit, quod ita communiter tenent antiqui & moderni doc. Bal. *in l. 1 ad finem. C. de appellatio. Ioann. Fab. in §. sui. instit. de hæredum quali. & d. dom. Alexand. in consil. 37. inci. in causa mota per Angelum Simonis. in 3. colum. & in consil. 225. incipien. visa facti narratione. in 7. col.* ¶ Ad hoc respondetur, hic esse æquiuocationem. Nam dom. Bernardinus vigore dicti decreti non intentat, nec vult intentare aliquod interdictum recuperandæ, cum ipse sit reus conuentus, & sic in vera & actuali possessione, & sic eius respectu dictæ authoritates nihil faciunt. Sed quæstio vertitur respectu domini Baronis, qui negatur fuisse in possessione tempore porrectæ supplicationis, duplici ex capite. Primo, quia possessionem expresse transtulit in alium virtute instrumenti permutationis, vt superius fuit dictum. Secundo; quia propter rebellionem ipso iure & facto priuatus est possessione vigore dicti decreti ducalis, ita quod sibi nullatenus potest dici competere interdictum recuperandæ, & decretum loquitur in pinguioribus terminis, & sub verbis magis expressis, quam decisiones Bald. supra relatæ. ¶ Vltimo circa istam rebellionẽ motiuando dicitur, q do. Baroni non potest ex eo imputari, quod ad hostes regios transiuerit, cũ factæ fuerũt proclamationes nomine regiæ maiestatis, q absentes possent infra certum tempus impune redire, & ipse in termino præfixo reuersus sit; vnde non debet pœnam mereri. *l. sancimus. Cod. de pœnis.* † 26
quum lege permittente redierit. *l. Gracchus. Cod. de adulter.* ne dicatur sub authoritate legis decipi. *l. 1. in fine. Cod. de his qui veniam ætatis impetra.* ¶ Respondetur, quod licet dominus Baro reuersus sit in tempore præfixo, non tamen postea post eius reuersionem adimpleuit qualitates requisitas in ipsis proclamationibus, ergo ex eis se iuuare non potest: quia quando aliquid disponitur à lege qualificate, † de- 27
bet illud cum sua qualitate adimpleri. [t] *l. 1. §. ait prætor. & ibi Bartol. notat. ff. ne quid in flumin. publi. l. Fulcinius. §. cum hoc. & ibi gloss. & Bartol. notat. ff. de quibus causis in possession. eatur. l. penultim. §. do. ere. & ibi Paulus Castrens. ff. ne quis eum qui.* Nam secundum formam dictarum proclamationum absentes debebant comparere coram magistris regiis, & coram eis suas defensiones deducere & probare, quare non sint pro rebellibus reputandi: sed ista non adimpleuit dom. Baro, ergo non sufficit eum infra tempus limitatum rediisse, & simpliciter venisse. Præterea & secundo, literæ remissionum vel indulgentiarum delicti non extenduntur ad bona prius in alios alienata, vt in casu præsenti, quia restitutio principis, vel eius indulgentia, † aut remissio 28
non aufert ius alteri quæsitum, nec bona aliis concessa: [u] *vt est textu. in c. quamuis. & ibi gloss. magna, de* u
rescript. in 6. Bartol. in l. fina. in 3. colum. & ibidem Bald. & alij. Cod. de sentenc. pas. Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in penultima col ff. de libe. & posth. domi. Abbas in capit. 1. in 1. notabili per illum text. de parochiis. Bene facit, quod vult gloss. notabilis in c. ex parte. in verb. minor.

ad fi-

ad fi. de restit. spolia. Ista fortius militant in casu præsenti, vbi non sunt gratiæ, vel indulgentiæ remissiuæ delicti, sed solum quædam regiæ proclamationes dantes solam facultatem veniendi, & suas excusationes faciendi.

ADDITIO.

a Vitiosa.] Sequitur Alex. consil. 89 excellentissimi. num. 7. lib. 5. Brun. consil. 19. dicendum videtur. colum vlt. consil. 21. circa motiuum. colum. 2. in fine. Ruin. consil. 49. Si probatum. num. 11. lib. 4. & Bar. opin. dicit veriorem. Rip. l. rem quæ nobis. num. 27. ff. de acqui. poss. & communem Paris. consil. 1. num. 166. lib. 1. Rub. consil. 4. Series. num. 6. vers. 4. Suadetur & per totum & consil. 167. præsens. num. 9. Gozad. consil. 28. videtur. num. 36. Soc. iun. sibi contr consil. 47. viso prædicto. num. 25. & consil. 48. visis, in fine lib. 2. Natta consil. 188. vidi spectatissimi in fine. Cæph. consil. 100. processus. num. 22. & alios nō paucos huius sententiæ citant præcitati doct. & Menoch. tract. de recuper. poss. remed. 15. numero 89. vers. contrariam itaque cum multis. num. seqq. & consil. 2. magni ponderis. num. 172. quem post hæc scripta vtrobique vidi. Contrariam tamē opinionem communem dicit Dec. consil. 57. & pro tenui. num. 3. & 5. & consil. 252. agitur colum. 3. Ias. sibi parum constans cons. 172. sequendo col. 1. infra lib. 4. Rip. c. sæpe. num. 28. de rest. spol. Maran. tractat. de ord. iud. 4. par. 7. princip. dist. num. 58 Roland. consil. 72. In causa. num. 7. & 18. lib. 2. & consil. 6. visis. num. 40. lib. 3. vbi infinitos citat. Plot. qui dicit sæpe secundum hanc opin. iudicasse & magis veram & communem tractat. de in lit. iur. §. 3. numero 5. & dixi alias consil. 75. remedium. numero quarto, & distinguit Osas. decis. 93. Anno domini. numero 4. & 6.

b Succumbere.] Ias. supra consil. 6. spectatissime. num. 4. lib. 1. vbi dixi ad dom. Rolan. consil. 72. In causa num 18. lib. 2. Menoch. tract. de recup. poss. remed. 1. num. 144. & remed. 15. nu. 402. vbi hoc cons. citant & scripsi d. consil. 75. num. 5.

c Interdictum.] Et in eo qui commisit crimen læsæ maiestatis Gabr. com. opin. lib. 5. de rest. spol. concl. 1. num. 190.

d Excommunicatio.] Dec. consil. 200. In causa. nu. 2. Rip. l. naturaliter. §. nihil cōmune. num. 86. de acq. poss. Menoch. tract. de recup. poss. remed. 1. num. 322. cum aliis vt per Gabr. commu. opin. lib. 5. de rest. spol. concl. 1. num. 54.

e Hæretico.] Rip. d. §. nihil commune. num. 88. Menoch. d. remed. 1. nu. 308. cū seqq. Gabr. d. concl. 1. nu. 66. & nu. 185.

f Contestatæ.] Dixi d. consil. 6. vers. vel & 4.

g Iudiciali.] Addo supra consil. 158. 1. considerat. num. 3. & lib. 2. & cons. 9. facti. num. 2. super eo.

h Reuocare.] Gabr. commu. op. lib. 1. confess. concl. 4 numero 19.

i Feudum.] Ias. supra. consil. 63. vidi motiua col. 2. vers. 2. respondeo lib. 1.

k Acceptata.] Idem Ias. l. error. nu. 3. C. de iur. & fact. igno. l. quicquid astringendæ. sub num. 11. de verb. ob. & cons. 3. Inter clarissimos. num. 13. supra eo. Dec. l. 1. num. 8. C. de error. calc. Mars. qui illud dicit singul. 315 acceptatio. Cotta in memo. vers. confessio potest reuocari. vers. Sed hæc omnia declarantur. vbi hoc dicit sing. & illustre dictum. Rebuff. super cōcord. sub tit. de reg. accept. ante finem vers. Item non sufficit. late Tiraqu. de vtroque retr. tit. 2. §. 1. gloss. 5. numero 16. Gabr. com. op. lib. 1. de confess. conclu. 4. num. 18. vbi consil. adducit.

l Error.] Refert Gabr. d. conclus. 4. num. 21.

m Præsumitur.] Gabriel. d. concl. 4. num. 23.

n Declaratoria.] Videatur Gabr. commu. opin. lib. 7. de crimin. concl. 11. num. 4. vbi alios citat.

o Absque alia.] Tiraq. l. si vnquam. ver. reuertatur nu. 398. C. de reuo. dona. Gabr. comm. opin. lib. 7. de crim. conclu. 12. num. 12.

p Et tenet.] Rui. consil. 181. pro clara. num. 9. vers. præterea etiam. lib. 1. & cons. 2. 1. quæritur. num. 12. vers. præterea in casibus. libr. 5. Gabr. d. conclu. 11. numero 7.

q De processu.] Refert & sequitur Ias. Gabr. d. conclu. 12. num. 15.

r Ciuilissima.] Tiraq. tract. le mort saisit le vif. in præfat. declar. 7. num. 3. vbi hoc cons. refert.

s Recuperandæ.] Zuchar. l. fin. nu. 107. C. de edic. di. Hadr. Gabr. com. opin. lib. 5. de acq. poss. concl. 7. num. 1. Contr. tenet. Ias. cons. 85. quando habemus. col. 1. infra eo. & consil. 146. præsuppositio. col. 2. lib. 4. & vide Tiraq. qui allegat tenentes vtranque opinionem. d. tract. le mort. par. 6. decl. 4. num. 2. & 4. Menoch. de recup. poss. rem. 1. num. 351. vbi citat. Ias. consil. 85. lib. 3.

t Adimpleri.] Vide addita supra. consil. 9 venerabilis. num. 16. lib. 1. & consil. 4. Baptista. num. 8. supra eo. lib.

u Concessa.] Dixi supra cons. vlt. num. 5. lib. 1. Addo Viui. com. opin. lib. 1 opin. 244. Bannitus vbi hoc cons. citat. Natta in consil. 211. Reuerende pater. num. 12. Menoch. consil. 103. non est. num. 25. vbi hoc consil. & alia adducit.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXII.

SVMMARIA.

1 *Legitimationem petere sine alterius requisitione possunt spurij, quādo pater in testamēto expresse disposuit se velle eos legitimari.*

Filij spurij quos pater expresse dixit in testamento velle legitimari possunt legitimationem petere sine alterius requisitione. Vide ver. Legitimatio.

2 *Comes Palatinus potest legitimare spurios etiam post aditam hæreditatem per consanguineos, quando pater præordinasset quod tales filij legitimarentur, secus quando nihil disposuisset pro filijs in testamento, quia tunc in præiudicium eorum, quibus ius iam est quæsitum non posset comes legitimare illis irrequisitis, imo requiritur eorum consensus.*

Legitimare potest comes Palatinus spurios etiam post aditam hæreditatem à consanguineis, quando pater in testamento ordinauit quod tales filij legitimētur, vide ver. Comes.

3 *Dominium acquisitum alicui tolli nō potest etiam per principem, nisi ex iusta causa.*

4 *Legitimatio non potest retrotrahi in præiudicium iuris quæsiti alteri.*

5 *Actus medius impedit fictionem trahi retro, quia obuiatur coniunctioni extremorum.*

Fictionem retrotrahi impedit actus medius, quia obuiatur extremorum coniunctioni, ver. actus.

6 *Testatorem velle non sufficit nisi etiam disponat. num. 6. & 7.*

7 *Voluntas testatoris semper est attendenda, intellige si voluntas testatoris transiuit ad dispositionem, alias non sufficit quod testator velit nisi expresse disponat.*

Omissum à testatore in scriptura & in prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso. num. 7.

8 *Legitimatio nō inducitur ex eo, quod pater dicat, volo filios meos legitimari, quia cum verbum (volo) nō dependeat à sola voluntate proferentis nō inducitur ad dispositionem.*

9 *Voluntas hominis, quæ non deducitur ad dispositionem censetur abortiua.*

10 *Pater non videtur disposuisse quod filij spurij legitimentur ex eo, q̄ supplicauerit principi, & licentiam obtinuerit legitimandi ipsos spurios, quia hoc fuit potius quædam præparatio quam dispositio.*

11 *Testes qui interfuerunt, at non conclusioni actus non probant.*

Tractatus præambuli non arguunt dispositionem, neq; conclusionem voluntatis. num. 10. 11. & 12.

12 *Tractatus. Multa tractantur quæ non perficiuntur.*

IN quæstione vertente inter dominam Daridam Maymondam ex parte vna, & fidelem de Suni & eius fratres legitimatos ex parte altera, strictim & cō-

pendioſe procedens, attingam ſubſtantialia, prætermiſſis non neceſſariis, & in his inſiſtam, in quibus principalis difficultas verſatur. Preſupponitur in facto, quod domino Galeoto de Sunio morte repentina vita functo, domina Darida proximior ab inteſtato eius hæreditatē adiuit, & eorum poſſeſſionem apprehendit. Deinde poſt modicum & breue tēporis ſpaciū Petrus & Vſana filij ſpurij dñi Galeoti legitimati fuerunt per comitem Palatinum, eo in legitimatione expreſſo, quod patri ſuccederent, etiam ſi hæreditas per proximiores fuiſſet adita: Similiter poſt aliquod tēpus Fidelis alius ſpurius per eundem comitem fuit pariformiter legitimatus. ¶ Planū eſt autēm, ℭ ſi pater in teſtamēto expreſſe diſpoſuiſſet, ℭ voluiſſet tales filios legitimari, quod tunc tales fi-
1 lij ſine alteri[b] requiſitione † poſſent iſtam legitima-
a tionem petere: [a] *vt in authen. item ſi quis. C. de natu. liberis lib. & in §. ſi vero ſolū modo. In authen. qui. mo. natu. effici. legi. & in §. ſi vero ſi qui ſolum. authen. qui. mo. natu. effi. ſui. & ita tenet Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in vlt. col. & ibidem Bald. Ang. & alij. ff. de lib. & poſth. Ang. in conſil. 017. incipiente, comes Brandiſius. in vlt. colum.* Item
2 quando † pater præordinaſſet, quod tales filij legitimarentur, tunc comes Palatinus poteſt tales ſpurios legitimare, etiam poſt aditam hæreditatem per conſanguineos: *ſecundum Bal. in l. reſcripta. in 3. q. C. de precibus imperatori offeren.* Sed quando pater nihil pro filiis in teſtamento diſpoſuiſſet, tunc in præiudicium eorum, quibus ius iam eſt quæſitum, non poſſet comes legitimare illis irrequiſitis. Imo plus, tūc requiritur eorum conſenſus: *vt l. pe. ff. de natali. reſtitut.* Ita expreſſe tenet Bar. *in d. §. & quid ſi tantum. in vlt. col. & ibidem alij ſequuntur.* Vnde cum in caſu præſenti fuerit adita hęreditas ab inteſtato d. Galeoti per ipſam do. Daridam proximiorem, & eius bona fuerūt apprehenſa, & conſequenter acquiſiuerit dominium. *l. cum hæredes. in princ. ff. de acquiren. poſ.* ℭ dominium cum ſit de iuregentium. *l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia &*
3 *iure*, non poteſt tolli † etiam per principem, niſi ex cauſa: *vt notant gloſ. & doct. in l. ſi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſt.* Et cōſequenter videtur de iure concludendum comitem Palatinum non potuiſſe iſtos ſpurios legitimare in præiudicium dominæ Daridę poſt aditam hęreditatem, & apprehenſa bona hæreditaria: [b] *ſecundū Bald.*
b *in c. domino guerrar. in princ. in pen. col. in titul. hic finitur lex Corradi. & in l. 2. ad fi. Cod. de iuris & facti igno. & in l. 1. ad fin. C. de iur. aureorum anulo. & in l. deo nobis. ad fin. Cod. de epiſco. & cleri. & in l. reſcripta. circa fi. C. de precibus imperatori offeren. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. de teſt. & in l. cum hæredes. in princip. ff. de acquiren. poſ. & in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibidem alij moderni.* Legitimatio enim non poteſt trahi retro poſt ius prius alteri quæ-
4 ſitum † in præiudicium illius: *vt eſt text. notabilis in authen. qui. mo. natu. effi. legi. ibi. & ſuos de cetero. & ibi, & hoc facto exinde filios frui tali ſolatio. & text. in §. illud. ad fi. in authen. quibus mo. natu. effi. ſui ibi, quo facto ex hoc filios frui. & gloſſella ibi dicit ex hoc, ſcilicet tempore. Et ita illum text. in d. §. liceat. ad hoc ibi ponderat & notat Angel. in §. ſi quis ergo. Ita etiam tenet Bald. in addi. Specul. in titulo de ſucceſſio. ab inteſta. ad fi. allegat notata in c. eam te. de reſcript. in 6. traditur per Bart. & alios in d. §. & quid ſi tantum.* ¶ Bene facit; quia actus me-

dius [c] impedit fictionem † trahi retro. *vt eſt gloſſ. notabilis in l. ſi indebitum. §. 1. ff. rem ratam haberi. quam* § *Bart. ibi multum notat. Idem tenet Bartol. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. ff. de adulteriis. & in l. quoties. ad fi. ff. de noua. & in l. poſtquam in princip. ff. vt legæ 0. nomi. cauea.* Actus enim medius obuiat coniunctioni extremorum: *vt per plura iura probat loca. And. in regu. ſine culpa. in Mercurialibus. in 6. colum. Bald. in l. fina. C. ad Macedonianum. do. Alexan. in l. Pomponius. §. quæſitum. ff. de acquiren. poſſ. Bene facit text. in c. ſi pro te. & in c. quamuis de reſcript. in 6. & in l. ſi pater filium. & ibi gloſ. & Bar. ff. de adoptio.* ¶ Punctus ergo principalis, in quo conſiſtit vis & ſubſtantia præſentis controuerſiæ ad hoc ſolum reducitur: an do. Galeotus pater expreſſe diſpoſuerit iſtos ſpurios legitimari. Nam tunc comes Palatinus poſſet legitimare etiam poſt aditam hæreditatem, vt dictum eſt ſupra. Et quidem conſtat, quod iſtud in teſtamento non diſpoſuit, prout loquuntur text. *ſupra allegati. & Bar. & alij in d. §. & quid ſi tantum.* cum dominus Galeotus inteſtatus deceſſerit nullo condito teſtamento. Imo fortius etiam iſtud non diſpoſuit inter viuos. Nam quamuis pars aduerſa conata fuerit per teſtes probare, iſtam fuiſſe voluntatem patris; tamen non ſufficit probare patrem ſimpliciter voluiſſe, ſed requiritur probare de
voluntate diſpoſitiua, quod pater ita diſpoſuerit, † 6
ſaltem inter viuos, argumento *c. 1. in verb. licet voluntatem præſtandi habuerit. de eo qui mittit. in poſſeſſio.* Nam etiam in vltimis volūtatibus, in quibus voluntas teſtatoris habetur pro lege. §. *diſponat. in authen. de nup.* non ſufficit, quod teſtator velit, niſi etiam diſponat: & ſic requiritur, quod voluntas teſtatoris tranſeat ad diſpoſitionem: [d] vt *eſt text. notabilis melior de iure* d
in l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtit. quem text. Bal. ibi ad hoc notat. Vbi licet teſtator voluerit hæreditatem ad filium pertinere; tamen quia hoc non diſpoſuit, non poteſt agi ex teſtamento. refert & ſequitur dominus Alexand. reputans bene notandum *in l. 3. in fin. C. de lite. præte.* & ita per illum notabilem text. limitantur omnia iura, quæ dicunt † voluntatē te- 7
ſtatoris ſemper eſſe attendendam. *l. in conditionibus primum locum obtinet. in princip. ff. de condit. & demonſtra. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & l. cum quæſtio. ad fi. Cod. de lega. & d. l. 3. Cod. de liber. præte. cum ſimilibus.* Nam illa iura procedunt, ſi voluntas teſtatoris tranſiuit ad diſpoſitionem, alias non ſufficit, quod teſtator velit niſi expreſſe diſponat. Alibi dicit Bald. *in l. cum proponebatur. in 2. oppo. ff. de lega. 2.* quod illud, quod omittitur à teſtatore in ſcriptura, & in prolatione verborum diſpoſitiua, habetur pro omiſſo. Alibi notat ad propoſitum noſtrum Ang. *in §. ſi quis ergo non habens. per illum text. in authen. quib. mo. natu. effi. legi.* quod licet pater dicat, † volo filios 8
meos legitimari: vel dicat, intentionis meæ eſt filios legitimare:: non tamen per hoc efficiuntur legitimi. Et ratio eſt, quia ex quo legitimatio talis nō poteſt fieri per ipſum patrem ſolum, ſed requiritur, ℭ fiat per principem, vel per comitem Palatinum, ergo tunc verbum, volo, cum non dependeat à ſola voluntate proferentis, non inducit diſpoſitionem: *vt per Bartol. & alios in l. 1. in 2. colum. C. de ſummatrini. & in l. ſeruus electione. in prin. ff. de legat. 1.* ¶ Confirmantur prædicta; quia voluntas hominis, quæ non 9
deducitur ad diſpoſitionē † cēſetur abortiua: [e] ſicut e

in posthumo, qui licet sit in vtero conceptus, si tamen non sit perfecte natus, dicitur abortiuus. *l. si. C. de posthu. hæred. instit. secundum Bal. in l. 1. in 2. quæst. Cod. qui admitti. & in consilio suo sub smaragdi, posito post rubricam. Cod. si quis aliquem testari prohib. in 13. colum.* Vnde cum in proposito do. Galeotus nõ disposuerit expresse, neque in vltima voluntate, nec etiam inter viuos, quod isti spurij legitimarentur, & consequenter cum non appareat de eius voluntate dispositiua, quæ requiritur, ergo comes Palatinus nõ potuit eos legitimare in præiudicium dominæ Daridæ post aditam hæreditatem, & bona apprehensa: vt ex superioribus clare apparet. Et licet do. Galeotus supplicauerit principi, & rescriptum impetra-
10 uerit, † & sic obtinuerit licentiam faciendi legitimari filios suos spurios per comitem Palatinum, quod alias erat prohibitum vigore decreti ducalis prohibẽtis comites Palatinos legitimare sine licẽtia principis: tamen ista supplicatio & impetratio rescripti fuit præparatio & habilitatio ad legitimationem, nõ autem fuit dispositio, nec expressio volũtatis dispositiuæ. Videtur enim magis se paratse quam feciſſe: vt in simili dicit textus in *l. si is qui. ff. de testa.* Item isti fuerunt tractatus præambuli, qui non arguunt dispositionem, neque conclusionem voluntatis: per ea quæ dicit Bald. *in l. contractus. in 2. col. ad finem. C. de fide instrum.* Vnde dicit gl. notabilis *in l. eleganter. in princ. in verb. puto. ff de condi. ind. bi. quam reputat ad hoc notabilem Bald. in c. fi. in vlt. colum. de iureiur.* quod
11 testes, qui interfuerunt tractatui, † & non concluf sioni actus, non probant. f Item non sufficit probare tractatus & præambula; quia multa tractantur,
g quæ non veniunt ad conclusionem, g † nec ad finа-
12 lem effectum. *l. si ex causa. §. nunc videndum. in fi. ff. de minori. & ca. dudum. de rebus ecclesiæ non alie. in 6. secũdum Bald. notabiliter in l. multum interest. in 2. col. Co. si quis alteri vel sibi. & in l. si quis cum aliter in antepen. col. ff. de verb. obl. do. Alex. in consilio 148. quinti voluminis incip. in causa appellationis interpositæ. in 3. col. facit, quod notat do. Abb. in c. dudum. in vlt. notabiliter per illum. text. de conuersione coniugatorum.*

ADDITIO.

a Petere.] Ias. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 24. nu. 134. verſ. ſequitur 2. principalis. de lib. & poſthum. Dilect. de arte teſt. titul. 1. caut. vlt. in fi. Ceph. qui Ias. refert. conſ. 410. cõſultatio. num. 42.

b Hæreditaria.] Rui. conſ. 72. quamuis. num. 13. lib. Ceph. conſil. hoc referens conſil. 285. proponitur. num. 18. cum ſeqq.

c Medius.] Ias. d. §. & quid ſi tantum. num. 120. verſ. confirmo notabilius conſil. 192. exorta eſt. num. 21. ſupra li. 2. l. ſi is qui pro emptore. nu. 340. ff. de vſucapio. & l. Pomponius. §. quæſitum. nu. 2. & 4. de acqui. poſſ. cum aliis per Tiraq. tract. le mort. par. 5. decl. 3. num. 45. & ſeqq.

d Diſpoſitionem.] Dixi. conſ. 41. num. 7 verſ. pro iſta ſupra lib. 1. addo Ceph. referentem Ias. conſ. 59. ſtatuto Papiæ. numero 21.

e Abortiua.] Addo ſupra conſil. 239. iſtud dub. col. pen. verſ. confirmatur. lib. 2. Zanch. l. hæredes mei. § cum ita 3. parte ſub num. 69. ad Treb. vbi hoc conſil. citant.

f Non probant.] Ias. conſ. 8. pro Iſta. num. 26. infra co. cõſ. 24. In cauſa nu. 23. infra eo. Natta conſ. 357. Mitor quod ſub num. 1. Tiraq. tract. de retr. par 2. ad finem. nu. 23. vbi citat Ias. d. conſil. 24. & alios non paucos.

g Concluſionem.] Ias. l. Titia. §. idem reſpondi 1. ſub num. 4. c. ſi de ver. ob. d. conſ. 24. num. 23. Alex. conſ. 13. ex his. nu. 18. conſ. 17. viſo. num 2. conſil. 27. viſis nu. 3. lib. 1. Dec. c. decernimus. num. 6. de iudic. cum bonæ in fi. probat. l. non omnis. ſub num. 2. l. ſi ego ſub num. 3. ſi cer. pet. conſil. 11. & pro tenui. num. 1. conſ. 133. Viſo proceſſu. num. 4. verſ. 6 teſtis. cõſil. 150. Caſus. num. 5. & conſ. 315. ſuperioribus. nu. 8. Rip. l. 1. ſub num. 2. ad Trebel. Menoch. tractat. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſu. 470. num. 7. vbi hæc conſ. Ias. citantur. Rimin. iun. conſil. 52. proponuntur. num. 15. & 16. Natta conſ. 31. non videbatur. num. 12.

FRANC. BEC.

CONSILIVM XXIII.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio nominatim facta, primo hæredi, cũ ratione, quia velit rem remanere in cognatione sua, censetur esse realis & includit omnes descendẽtes. & nu. seqq.*
2 *Ratio prohibitionis finalis ampliat prohibitionem.*
3 *Ratio adiuncta facit vt recedatur à propria significatione verborum antecedentium.*
4 *Dictio (omnino) tanquam præcisa cõprehendit oẽm casum & importat a si dicatur, sine vlla distinctione personarum vel casuum.*
5 *Res expresse à testatore prohibita alienari, non potest alienari pro restitutione dotis receptæ per hæredem post mortem testatoris.*
Prohibitum expresse per testatorem alienari, non potest alienari pro restitutione dotis receptæ per hæredem post mortem testatoris, vide ver. res prohibita.
6 *Prohibitio alienationis facta à testatore expresse fortius operatur quam tacita.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

CTo dubia superius annotata benẽ & iuridice fuerunt expedita per clarissimum iuris vtriusque doctorem D. Andream de Basignana olim acutissimum discipulum meum, & nunc fratrem honorandum. Ego in eius sententiam concurrens approbo per eum cõclusa in dictis octo dubiis. Etiam legendo authen. *res quæ. C. cõmunia de lega. & filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1.* plura per eum tacta firmaui Sed ne illotis, *vt aiunt*, manibus & dubiis indiscussis ad confirmationẽ accessisse videar, hęc pauca addere contentus sum, attingens solum ea quæ plus dubitationis habere videntur. ¶ Circa secundũ dubium, an prohibitio alienationis facta per testatorem cõprehendat non solum Thomam, sed etiam eius filium legitimatum, & suum hæredẽ: placet cõclusio domini consultoris; quia etiam quando prohibitio esset facta nominatim primo hæredi, & testator adiicit rationem; † quia velit rem remanere in
1 cognatione sua, vt in casu præsenti, tunc attendi debet ratio quæ est generalior, & quæ declarat dictum. *l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* vt sic ꝓhibitio cẽseatur esse realis, & includat oẽs descendẽtes. Ita notabiliter a tenet Bar. *in l. pater. §. sundũ. ff. de leg. 3.* quia a ratio ꝓhibitionis, † q̃ est generalis, facit ꝙ amplietur 2 prohibitio & cẽseatur realis præter verborũ significatũ; vt idem tenet Dynus & Raynerius de Forliuio ibi: prout ibidẽ refert & sequitur Florianus. *Idem tenet Ludov. Rom. in cõsil. 457. & Paul. de Cast. in cõsil. 234. superius allegati per dominũ consultorem.* Nam attenta

causa prohibitionis testatoris, prohibitio potius dicitur esse realis quam personalis: & sic perinde habetur, ac si verba essent in rem concepta; cum potius attendatur ratio & causa prohibendi quam verborum contex. *d. §. dulcissimis. & l. si is qui animo. vbi gloss. ff. de acquir. poss. & l. nomen. §. fin. ff. de leg. 3.* Item ratio adiuncta facit recedi à proprio significatu verborum antecedentium: secundum Bald. *in l. si seruus*
3 *legatus. §. qui quinque. ff. de leg 1.* Item ratio † subiecta ampliat dictum præcedens: *secundum Bald. & alios in l. suum. C. de iure deliber.* ¶ Circa quartum dubium, de alienatione palatij facta in executione iudicati pro debito ipsorum hæredũ, quamuis videatur alienatio necessaria, quod tamen non valeat, & non noceat conuentibus legatariis, mihi etiam placet conclusio domini consultoris, attenta ratione prohibitionis apposita per testatorem. Item attẽto, q; alia bona supererant, & quod alienator est mortuus. Item propter enixàm volũtatem testatoris expressam per illa verba geminata, *quouis iure*, & *quouis modo*: vt accurate prosequitur dom. consultor. & vltra illa verba geminata per eum ponderata pondero
4 etiam illam dictionem præcisam, *& omnino*, † de cuius significatione est, vt omnem casum comprehen-
b dat [b] *vt est gloss. in l. si cum exceptione. §. quatenus. in verb. omnino. & ibi Bart. in 4. col. not at. ff. quod metus cau. & gloss. in l. græce. §. illud. ff. de fideiussoribus. facit text. in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condit. indebi.* Item dictio, *omnino*, importat, ac si dicatur, *sine vlla distinctione personarum, vel casuum*: secundum Bar. *in extrauag. qui sint rebelles. in verb. nulli. gloss. in l. in naue Saufeli. in verb. neque omnino. ff. locati.* Vnde tot dictiones enixę & geminatæ ostendunt ita fuisse præcisam voluntatem testatoris *l. balista. ff. ad Trebel.* ¶ Circa quintum dubium, quod airale prohibitum expresse per testa-
5 torem alienari, non potuerit alienari † pro restitutione dotis receptę per hęredem post mortem testa-
c toris, prout tenet Ang. [c] *in authenti. de restitut. & ea quæ parit. in vlt. col.* per illum textum, cuius opinionem legendo sequutus sum *in authenti. res quæ. C. cõmunia de lega.* prout etiam retulit dom. consultor. Ista opinio multo fortius procedit in casu præsenti, vbi testator expresse prohibuit alienationẽ istius airalis: & Ang. solum loquitur in rebus simpliciter subiectis fideicommisso, per quod inducitur tacita prohibitio alienationis. Sed fortior est expressa prohi-
6 bitio † testatoris quam tacita, quia expressa prohibitio testatoris reddit alienationem ipso iure nullã, & alienantem tanquam indignum repellit à reuocatione rei alienatæ. Sed vtraque cessat in prohibitione tacita: *vt est gloss. notabilis in l. cum pater. §. libertis. in gloss. 1. & ibi Bartol. ff. de lega. 2. notatur in l. seruo legato. in princ. ff. de leg. 1. notatur in l. seruo legato. in princ. ff de leg. 1.* Prædicta adhuc clarius procedunt in casu præsenti, cum in facto præsupponatur, quod extarent alia bona sufficientia ad restitutionem prædictæ dotis, vt supra tangitur per D. consultorem: ad cuius dicta in reliquis dubiis me remitto, & cum cuius conclusionibus transeo; quia esse de iure veras arbitror.

ADDITIO.

a Notabiliter.] Ias. cons. 96. iste est valde. nu. 8. infra. lib. 4.
b Comprehendat.] Addo supra consil. 4. Nicolaus. num. 9. libro primo.
c Tenet Ang.] Contr. tenet Ias. 157. aggrediorin princ. supra. lib. 2. vbi dixi. & Natta cons. 61. circa propositum.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXIV.

SVMMARIA.

1 *Feudum finita linea, si de nouo concedatur duobus fratribus assumit naturam paterni feudi & num. 2.*
2 *Feudum paternum & antiquum, licet successores de nouo inuestiantur non efficitur nouum sed remanet antiquum & num. 25.*
3 *Feudum quando est acquisitum de communibus bonis, tunc in transuersalibus vnus succedit alteri & num. 26.*
4 *Tempus cuius initij memoria nõ est in contr. habet vim priuilegij: & num. 28.*
5 *Præscriptione tanti temporis, cuius origo memoriam hominum excedit, acquiruntur etiam sui natura nõ præscriptibilia.*
6 *Verba enuntiatiua etiam incidẽter prolata plene probant in antiquis. & nu. 30. vbi declarat.*
7 *Feudum nouum cõcessum iure feudi nobilis paterni assumit qualitates paterni feudi, & in eo succedunt transuersales, sicut in feudo paterno & num. 33.*
Feudum paternum finita linea debet renouari collaterali, alias fieret ei iniuria & posset appellari ex cõmuni opin. num. 8. & num. 34. & seqq.
8 *Emphyteusi finita ob lineam finitam debent collaterales reinuestiri & renouari in feudo, alias fieret sibi iniuria & possunt appellare ad superiorem vt cogat renouationem & num. 34. vbi contr. asseritur num. seqq. vbi decl.*
Transuersales non succedunt ad innicem in feudo nouo seu nouiter acquisito, nisi illud expressim dictũ fuerit in inuestitura, & ibi assignatur ratio.
Feudum nouum non transit ad transuersales, vide ver. transuersales.
10 *De natura contractus nõ est vt alter alteri paciscatur.*
11 *Ius accrescendi nõ habet locum in feudo nouo inter collaterales, nisi esset feudum acquisitũ ab Imperatore.*
12 *Ius accrescendi locum non habet post emolumẽtum alteri quæsitum.*
13 *Feudũ non dicitur esse nouum quod de nouo cõceditur, dummodo tamen quando 93 fuerit concessum & numero 28.*
14 *Feudum aliud in dubio fuisse non præsumitur.*
15 *Feudum paternum dicitur quod fuit illius parentis, qui fuit genitor communis agnationis, & quod dicatur feudum antiquum.*
16 *Feudum dicitur esse nouum quando in renouatione inuestiturę antiquæ additur noua forma seu aliqua noua qualitas seu clausula & num. 18.*
17 *Feudum in dubio non præsumitur esse paternum.*
20 *Renouatio nulla esse potest non entis & num. 27.*
21 *Princeps nunquam intelligitur aliquid concedere cum præiudicio tertij, nisi illud expresse dicatur, & ideo quando princeps aliquid concedit vel cõfirmat, semper intelligetur saluo iure tertij, & hoc procedit etiam si princeps cõcedat motu proprio, & etiã, quando tractaretur de modico præiudicio alterius tertij: & multa ibi appposite inseruntur.*
22 *Rescriptum vitiatur per surreptionem.*
Surreptio vitiat rescriptum, & surreptio committitur

non

non ſolum quando tacetur cauſa finalis, quæ ſi fuiſſet expreſſa, pontifex non conceſſiſſet, ſed etiam quãdo tacetur cauſa, quæ ſi fuiſſet expreſſa, pontifex nõ ita facile conceſſiſſet. num. 22.

23 *Tractatus. Multi tractantur quæ non perficiuntur. Teſtes qui interfuerunt tractatui & non concluſioni contractus, non probant num. 23.*

24 *Feudum cõcedere aliud, & aliud permittere de infeudando.*

29 *Scripturæ ratione contrarietatis ſe inuicem confundunt.*

30 *Verba enunciatiua prolata incidẽter non probãt, ſi poſtea de enũciato principaliter in iudicio diſceptetur.*

31 *Præſcriptio cum mala fide non procedit.*

32 *Antiqua dicuntur inſtrumenta ſecundum communem opinionem quando lapſum eſt tempus centum annorum.*

33 *Expreſſio eius quod tacite ineſt nihil operatur.*

39 *Iura ſic habeant intelligi ne videantur verbis impoſita ſed rebus.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

IN cauſa feudi vertẽte inter abbatem & monachos ſancti Petri de Mutina dominos directos caſtri ſancti Cæſarij & poſſeſſionũ ibidem exiſtentium ex parte vna, & comitem Albertinũ de Boſchetis vaſallũ dicti monaſterij ex parte altera, ſuper quarta parte feudali dicti caſtri, & bonorum comitis Ludouici de Boſchetis, ſine filiis maſculis defuncti, videtur prima conſideratione concludendum, dictum comitem Albertinum de iure cenſeri potiorem ex infraſcriptis mediis. ¶ Primo: quia feudum conceſſum de dicto caſtro & prędiis quatuor fratribus filiis domini Albertini primi de anno 1466. cenſetur factum in executionem emphyteuſis conceſſæ comiti Albertino auo paterno præſentis de anno 1404. Ergo iſta ratione debet cẽſeri an-
1 tiquum: quia † ſi abbas feudum paternum finita linea de nouo concedat duobus fratribus aſſumit naturam feudi paterni, adeo quod in eo inter trãſuerſales erit locus iuri accreſcendi: *ſecundum Bart. & doc. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obli.* Item quando feu-
2 dum eſt paternũ, vel antiquum, † licet ſucceſſores de nouo inueſtiantur, tamen remanet antiquum, & ſic per nouam inueſtituram feudum antiquum vel paternum non ideo efficitur nouum. *text. eſt in cap. 7. vbi Bald. & alij notant de vaſal. decrep. etat. & text. in c. 1. & ibi Iacobus Aluarotus no. an agna. vel filius & text. in c. 1. de eo qui finem fecit agn. Bald. in cap. 1. in 1. colum. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis. Bald. in l. quoties. in 2. colum. Cod. de ſuis & legi. gloſ. 25. quæſtione 2. in c. quæcunque in verb. nouum. Bald. in l. 1. in 15. quæſt. de rerum diuiſi. Andr. de Iſern. in cap. 1. in 6. colum. de natura ſucceſſio. feudi. facit, quod vult gloſſ. & Bartol. in l. quod dicitur. 1. ff. de impenſis in rebus dotali. factis.* ¶ Secundo facit; quia quando feudum eſt acquiſitum de communi-
3 bus † bonis, tunc in trãſuerſalibus vnus ſuccedit alteri. *cap. 1. de beneficio fra.* Ergo eodem modo debet dici in caſu præſenti, quum iſtud caſtrum quod erat deſtructum, reædificatum fuerit per nobiles de Boſchetis, & prædia inculta per eoſdem reducta ad culturam: prout enunciant inſtrumenta inter ipſas partes facta, quæ inter eaſdem probant. *l. optimam. Cod. de contrahen. & committen. ſtip. §. idem verborum. inſti. de inutil. ſtip.* ¶ Tertio facit; quia nobiles de Boſchetis poſſederunt dictum caſtrum & bona tãto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium prout dicitur in inſtrumento tranſactionis celebrato inter ipſas partes de anno 1448. Vnde dato quod non haberent titulum, tamen acquiſiuerunt † dominium: quia curſus tanti temporis habet 4
vim priuilegij. [a] *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua cotid. & eſti. l. 2. §. idem Labeo ait, ſi in agro. ff. de aqua pluu. arcen.* nec tunc eſt neceſſe oſtendere titulum: *vt eſt text. notabilis in l. ſi quis diuturno. in princip. ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Item per præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non ſit in contrarium, † poſſunt 5
præſcribi etiam ea quæ alias ſui natura ſunt impræſcriptibilia. *cap. 1. in fi. de præſcript. in 6.* Vnde etiam iura reſeruata imperatori vel Papę in ſignum ſpecialis priuilegij poſſunt præſcribi tãto tempore, de cuius initio non eſt memoria. *d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. ſecundum Abbatem in cap. cum nobis. in 1. colum. ad fin. de præſcript. poſt Bart. in l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publica.* Ergo ſequitur, ꝙ nobiles de Boſchetis tuti ſunt præſcriptione, & quod infeudatio vltima tanquam de re propria facta non valuit. *l. ſi rem aliquam. ff. de acquirend. poſſ.* Quod autem poſſederint tanto tempore, cuius initij memoria non ſit in contrarium, probant verba enunciatiua prolata inter ipſas partes in dicto inſtrumento tranſactionis celebrato an. 1448. Vnde in antiquis † verba enunciatiua & 6
etiam incidẽter prolata plene probant [b] ſecundum b
dom. Anton. de But. *in cap. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſtat. in cl. ſi ſummus Pontifex. per illum text. de ſent. excom. dom. Alexan. in conſil. 74. quarti volum. incip. viſis & ponderatis narratis in themate. in 3. colum.* Bene facit, quod volunt Bald. Salyc. & moderni *in l. cum aliqua Cod. de iure deliberandi. D. Abb. in c. ſuper eo. in 2. notabili, de parochiis.* Et iſtud inſtrumentum cum ſit vltra 52. annos dicitur eſſe de antiquo, cum etiam elapſis 40. annis dicatur de antiquo: *ſecundum Dom. Anton. de But. in c. venientes. 1. de teſtis. & in c. quid per nouale de verb. ſig. Gemi. in cap. 1. de reſcrip. in 6. dom. Alex. in conſil. 147. primi voluminis, incipiente, videretur inſpectis. in 9. colum. & in conſil. 186. ſecundi vol. incipiente, in cauſa & lite vertente inter reuerendiſſimum. in 3. col. & in conſil. 70. tertij volum. incip. in cauſa vertente inter d. Balthaſarẽ.* ¶ Quarto facit quia renouatio inueſtiturę feudalis facta comiti Ludouico, de cuius quarta parte cõtenditur, dicitur iure feudi nobilis paterni: ſ. ſic eſt, ꝙ in feudo paterno tranſuerſales ſuccedũt. *c. 1. §. ita vero. de grad. ſucced. in feud.* vnde feudũ conceſſum iure feudi paterni vel antiqui, licet ſit nouum feudum, † tñ aſſumit qualitates feudi paterni, argu- 7
men. *l. quicunq; de fectum. C. de omni agro deſerto. lib. 11. ſecundum Bald. in c. 1. de alienatione feud. pater. & in cap. 1. §. hoc quoque. ad fin. de ſucceſſione feudi. & in capit. 1. an agnatus vel filius. & in præludiis feudorum, in penult. charta. Iacob. Aluarotus in cap. 1. de vaſallo decrepi. ætat.* ¶ Quinto facit; quia licet per mortem comitis Ludouici finita eſſet eius linea quo ad ſuam quartam

par-

partem feudi, tamen comes Albertinus collateralis, qui est frater patruelis debet reinuestiri & renouari
8 in feudo,† alias fieret sibi iniuria,& posset appellare
c ad superiorem, vt cogat renouationem [c] *fieri. l. 1. §. permittitur. vbi gloss. & Bart. ff. de aqua coti. & æstiua. l. 1. in fine. & ibi Bart. ff. de priuilegiis creditor. Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligat. gloss. in capit. bonæ memoriæ. & ibi dominus Cardin. Floren. de postulatione prælato. Bald. in addit. Specul. in titu. de locato. 11. colum. & in capitu. in præsentia. in 9. colum. de probat. dominus Anton. de But. in capit. 1. de locato. Ioann. de Imo. in cap. ex parte. in 7. colum. de feudo. Ludouic. Roma. in repetitione rubrica. ff. de arbitris. in 19. colum. & in l. 2. in princ. ff. solut. matr. late dominus Alexand. in consil. 80. incipiente, viso & opportune animaduerso. in 8. colum. & tribus sequentibus.* Vbi dicit, istam esse communem opinionem, à qua non videtur quouis modo in iudicando recedendum, *secundum eum.* & dicit dominus Alex. *in d. l. si mihi & Titio. in penultimo colum. ff. de verborum obliga.* quod istam opinionē vidit sępius in practica seruari, & quod habet magnam æquitatem. Ista renouatio multo fortius & cum maiori æquitate debet fieri in casu præsenti, cum nobiles de Boschetis dictum castrum destructum reædificauerint; & bona & prædia inculta ad culturam reduxerint; vt superius dixi. ¶ Ista sunt in effectu & in substantia principaliora & substantialiora fundamenta, quę in fauorem comitis Albertini adduci posse videantur. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam partē arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorē, quod quarta pars feudalis comitis Ludouici defuncti sine filiis masculis sit deuoluta ad directum dominum, & sic ad monasterium sancti Petri de Mutina ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt pro maiori parte resoluta esse, & sublata quæcunque ad oppositum deducta. ¶ In primis enim considero, quod istud feudum castri sancti Cæsarij & prædiorum est feudum nouum, & nullo modo potest dici nec considerari antiquum; & in hoc consistit tota
9 vis & substantia præsentis controuersiæ. Sed † planum est & expeditum quod in feudo nouo seu nouiter acquisito transuersales non succedunt adinuicem, nisi istud expressim dictum fuerit in inuestitu-
d ra, [d] *cap. 1. §. fin. de succes. feudi. cap. 2. §. cum vero Corradus. qui feudum dare poss. cap. 1. de beneficio fratrū. cap. 1. de fratr. de nouo benefic. inuestituis. cap. 1. ad fin. de duobus fratri. à ca. inuestit. & c. 2. de feudo marchiæ.* Et in hoc iura abundant, & res est expedita & clara. Rationem huius regulæ assignat notabiliter Angel. *in cons. 110. quod incipit, sanctissima & illustrissima regina. in 5. colum.* Vbi dicit, quod feudum non vadit per saltum, idest de fratre in fratrem, quia frater non generat fratrem; quia omnis vigor feudorum incipit à stipite, & duo fratres de nouo inuestiti de feudo non habent stipitem superiorem, vnde vnus nō influit in alterum triplici ratione. Prima, propter defectum nominis, quia non est paternum, nec antiquum. Secunda ex formæ feudalis inspectione. Tertia, ex mente concedentis considerandā; *vt ibidē plenius per eum.* Vltra Ang. est etiam alia quarta ratio; quia vnusquisque sibi & hæredibus & successoribus suis prospexisse videtur: *vt in d. capit. 1. de duobus frat. à capit. inuestit.* non autem frater fratri, vel alij transuersali prospexisse videtur, maxime cum de naturā contractus † sit, quod quis alteri non paciscatur. *cap. 1. §. si autem vnus. qui feudum dare poss. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum oblig. secundum Bald. in consilio 249. secundæ partis, incipiente, verba inuestituræ sic dicunt. & Bald. in l. quoties. in 2. colum. C. de fide & legit.* Hinc † est, quod in 11
feudo nouo non habet locum ius accrescendi [e] inter e
collaterales per iura prælegata. *& ita tenent gloss. & domi. Abbas in capit. ex parte. de feudo. Bald. in cap. quam ecclesiarum. in 13. colum. de constitutio. doctores præsertim moderni in d. l si mihi & Titio.* nisi esset feudum acquisitum ab imperatore: per legem primam. *Cod. fi. sol. imperia. lib. lib. 10. secundum Bald. in l. vnica. §. in primo. Cod. de cadu. tollen. & in capitu. 1. de frat. de nouo benefic. inuestit. & in cap. 1. de duo. frat. à capi. inuesti. Angel. in l. vnica. Cod. quando non petentium partes.* quāuis etiam in hoc vltimo contrarium tenuerint Cynus etiam in hoc vltimo contrarium tenuerint Cyn. *in d. l. vnica. Andreas de Isernia & dominus Marti. Laud. in d. c. 1. de duobus fratribus. de nouo bene. inuestit.* quod vltimum, cum non expediat, aliter non discutio.
¶ Sed redeundo ad propositum, confirmantur prædicta, quod in feudo nouo nō habeat locum ius accrescendi. Nam post emolumentum alteri acquisitum † non habet locum ius accrescendi. *l. 1. circa fi.* 12
ff. de vsufruct. accrescendo. l. aquam. §. fin. ff. quemadmodum seruitus amitta. l. si minor. ff. de acquirend. hared. Bartol. in d. l. si mihi & Titio. Nam ex acquisitorum resolutione nunquam habet locum ius accrescendi in dominio directo, vel vtili: secundum Azonem in summa, de assignandis libertis. quem refert & sequitur Bald. *in authen. si quas ruinas. in vlt. colum. Cod. de sacrosanct. eccles.* Hinc est, quod in feudis post portionem acquisitam non proprie dicitur habere locum ius accrescendi, sed ius inuestituræ primi parētis: *vt est text. notabilis in cap. 1. in verb. per inuestituram fratru. de feudo marchiæ.* quem Bald. ibi notat. & reputat ad hoc esse mirabilem: Ergo cum comes Albertinus non admittatur ad istam quartam partem vigore inuestituræ feudalis, quę de eo nullā mentionem facit, nec inter collaterales possit in isto feudo habere locum ius accrescendi, ergo ex omni capite remanet excluſus: & sic illa quarta pars deuoluitur ad dominum directum, & sic ad monasterium sancti Petri Mutinensis. Punctus ergo substantialis cōsistit in ostendendo, quod istud est vere feudum nouum, & nullatenus potest dici, nec censeri feudum antiquum. Hoc enim ostenso & liquidato, res remanebit clare expedita in fauorem monasterij contra comitem Albertinum. ¶ Quod autem istud sit vere feudum nouum, ostenditur euidenter. Nam nunquam in rerum natura istud feudum fuit cōcessum nobilibus de Boschetis, nec vnquam in eo fuit facta alia inuestituta feudalis, nisi solum quando istud castrum sancti Cæsarij cū eius prædiis fuit concessum in feudum quatuor fratribus de Boschetis de anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. Vnde dicit glossa notabilis 25. quæstione 2. *in cap. quæ ung. in verb. nouum*, quod † feudum non di- 13
citur esse nouum, quod de nouo conceditur, dum tamen quandoque fuerit concessum. *capit. ex parte. de feudū.* Ergo quando nullum vnquam aliud feudum præcessit, vt in casu præsenti, certe istud quod nunc conceditur, dicitur esse nouum, & in dubio non præsumitur fuisse † aliud feudum. *cap. 1. de con-* 14

170-

trouer. inter masculum & fœminam de beneficio. Baldus in capit. 2. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. & in cap. 1. in vlti. colum. principij. de controuer. inuestitu. & in l. libertas. ff. de statu hominum. & in c. significauit. de rescriptis. & in c. 1. in 7. col. ad finem. de iudicijs. Ioan. Andr. & alij in c. nimis. de iureiurando. & in c. fina. de iudiciis. & in additio. Specula. in titulo. dominus Cardin. Floren. & Ioan. de Imol. in clemen. 1. in verfic. porro. de iureiuran. Solum ergo in rerum natura in nobiles de Boschetis fuit concessum istud feudum de dicto anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto: videlicet in comites Albertum, Maynaldum, Nicolaum, & Carolum fratres de Boschetis pro quatuor partib. & sic vnumquemq; pro quarta parte, pro se, & eorum filiis, & descendentibus legitimis & naturalibus masculis tantum. Cum ergo mortuus fuerit comes Raynaldus relicto comite Ludouico eius filio legitimo & naturali: & deinde mortuus fuerit comes Ludouicus nullis relictis filiis masculis, certe eius quarta pars feudalis non potest dici, nec censeri feudum antiquum, respectu comitis Albertini, qui est agnatus transuersalis: & sic comes Albertinus non descendit ab ipso comite Raynaldo. Illud enim dicitur esse feudum † paternum, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor communis agnationis: [f] *vt est text. in c. 1. §. ii vero. de gradib. succedentium in feud. & ibi Bal. ad hoc notat illum text. & dicit melius ibi probari quam alibi in iure.* Requiritur ergo ad hoc vt feudū vocetur paternum, quod acquirens fuerit parens communis agnationis: *vt ibi. & cap. 1. in verfic. paternum. de natura successionis feudi. gloss. in c. 1. verb. inuestire. vbi doct. de successione feud.* Ista ergo quarta pars feudi acquisita per comitem Raynaldum, qui non fuit parens communis agnationis, & si non fuit parens comitis Albertini, quo ad eum nō potest dici feudum paternum, & multo minus potest dici antiquum: cum paternū dicatur, quod fuit acquisitum à patre meo, vel ab alio meo ascendente vsq; ad quartum gradum, & sic ab auo, proauo, abauo, & atauo: abinde vero supra proprie dicitur feudum antiquum: *vt est text. in capit. 1. §. hoc quoque & ibi Bald. & docto. in praludiis feudorum, in 3. & 5. diuisione. & Bald. in authen. defuncto. C. ad Tertullianum.* ¶ Item dicit Bald. *in l. 1. ff. de rerum diuisio. in 1. col. in 4. quastio.* quod feudum dicitur esse nouum, † quod non prouenit à linea, vel successione progenitorum: antiquum autem, quod à successione progenitorum succedit, & deriuatur in suos successores: vt ibidem per eum, & Oldra. Laud. *in consilio. 178. incipiente, factum tale est quidam nobilis.* Item in dubio feudum † non præsumitur esse paternum: vt notabiliter dicit Bald. post Iacob. de Beluiso *in capitulo primo, si de feu. fue. controuer. inter dom. & agnatos.* nisi fuisset possessum centum annis ab vna linea collaterali: tunc enim præsumeretur non esse nouum quo ad aliam lineam ratione antiquitatis tam longissimi temporis, quando de eius origine aliter non apparet, quod reputat Bald. esse valde notabile, *Bene facit text. in cap. 1. §. 1. de inuestitura in maritum facta.* Istud ergo feudum quartæ partis comitis Raynaldi bene dicitur esse feudum paternum respectu comitis Ludouici, eius filij & aliorum ex se descendentium, si quos habuisset: sed respectu comitis Alberti & aliorum transuersalium, qui non descendūt ab eo, dicitur esse feudum nouum, & nō paternum. Idem ergo feudum iudicatur esse paternum quo ad filios & descendentes acquirentis, & nouum respectu collateralium, prout etiam declarat dominus Franciscus de Aretio *in consilio penult. incipiente, magnifici & excelsi domini. circa principium.* ¶ Nec dicatur, quod istud feudum possit iudicari esse antiquum habito respectu ad primam concessionem factam de anno 1404. comiti Albertino primo, qui fuit pater dictorum quatuor fratrum, & auus paternus istius comitis Albertini, & sic infeudatio facta de anno millesimo 466. dictis fratribus de Boschedebet censeri quędam renouatio habens † naturam feudi paterni seu antiqui: *prout voluit Bartol. in l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. glos. Bar. & alij in l. quod dicitur. 1. ff. de verborum obligatio. Dominus Alex. in consilio 30. primi voluminis, incipiente, quoniam omne datum optimum in 3. col. ad fin.* Nam istud procederet, quando prima concessio facta primo comiti Albertino antiquiori fuisset feudalis, sed illa fuit concessio in emphyteusim omnino diuersa & separata à feudo, vt per Bartol. *in l. vt iurisiurandi, §. si libert. ff. de operis libertorum.* ¶ Præterea & fortius, etiam si prima cōcessio facta comiti Albertino seniori fuisset feudalis, quo casu renouatio veteris feudi non est nouum feudum, istud procedit, nisi in renouatione addatur † noua forma: quia tunc propter illam nouam formam adhuc diceretur esse nouum feudum: [g] *l. ius cile. ff. de iustitia & iure. Ita notabiliter dicit Bald. in capit. 1. §. insuper. in fi. de prohibita feu. alie. per Friderī. & in l. quotics. in 2. colum. C. de suis & legiti. & in cap. 1. an agnatus vel filius. & in cap. 1. de vasallo decrepita ætatis. & in cap. 1. §. hoc quoque. de consuetudine recti feudi. dominus Alexand. in d. l. si mihi & Titio. in 9. colum. ff. de verbo. obligatio.* Vbi dicit, quod quando in renouatione feudi esset adiecta aliqua noua qualitas, seu aliqua clausula, seu noua forma, quod tunc censeretur esse noua concessio, & nouum feudum. Et dicit multum ad propositum nostrum Bald. *in cōsilio 249. secundæ partis, incipiente, verba inuestituræ sic dicunt, &c.* quod propter nouum tenorem inuestituræ videtur recessum à natura antiqui feudi, & feudum nouum dicitur esse constitutum. *l. pacta nouissima. Cod. de pactis. l. cum in plures. §. lege dicta. ff. locati. l. Valerianus. ff. de prætoris stipulatio. & argumen. c. tres erant agnati. de eo qui finem fecit agnatio.* Et dato quod ibi illi filij potuissent succedere in locū progenitorum suorum: tamen quia consenserunt, quod inuestitura fieret singulis pro se & hæredibus suis masculis, tale pactum inducit nouum contractum, & sic nouum feudum, argu. *l. ab emptione. ff. de pactis.* Ita ibidem formaliter tenet Bald. & quidem ad propositum nostrum. Modo in proposito, dato quod prima concessio anni millesimi. 404. quæ fuit emphyteutica, fuisset feudalis, certe cum postea in inuestitura feudali vere facta de anno 1466. fuerit addita diuersa qualitas, & diuersa forma, adhuc diceretur nouum feudum. Nam secundum primam concessionē emphyteuticam comes Albertinus & successores tenebantur soluere omni anno pro canone emphyteutico duos florenos auri camerę Apostolicæ, vel eius collectoribus, & sic talis cōcessio emphyteutica erat sedis Apostolicæ, & constituebat sedem Apostolicam dominam directam sub illo annuo canone

none duorum ducatorum. Concessio autem feudalis vere fuit facta dictis quatuor fratribus & filiis comitis Albertini senioris de anno 1468. sub præstatione certæ quantitatis pecuniarum, & cum præstatione vnius candeloti ceræ in festo sancti Petri, & vnius calicis argentei tempore renouationis: & ista infeudatio præsupponit monasterium sancti Petri Mutinẽsis esse directum dominũ: & sic in isto feudo est longe diuersa forma, & diuersa qualitas à prima cõcessione, ergo omni respectu dicitur esse feudum nouum. Ista fortius adhuc procedunt in casu præsenti, vbi illa prima concessio emphyteutica fuit ipso iure nulla, vt statim infra dicetur: & non entis
20 nulla potest esse renouatio, † *argum. l. remittit. ff. de iureiur. & l. decem. ff. de verbor. obligat. & cap. ad dissoluendum. de despon. impu.* Concluditur ergo ex prædictis omnibus, quod solum reperitur vnum feudum, & vna concessio feudalis facta in dictos quatuor fratres de Boschetis, de dicto anno 1466. Et illud feudũ vere & realiter dicitur esse nouum respectu comitis Albertini, qui est collateralis, & sic agnatus transuersalis respectu quartæ partis feudalis comitis Ludouici defuncti sine filiis masculis: & sic quo ad illam partẽ de iure remanet omnino exclusus, & illa est deuoluta monasterio sancti Petri Mutinensis. ¶ Restat nunc vt videamus, an comes Albertinus, qui iure feudi proculdubio est exclusus ab illa quarta parte feudali comitis Ludouici sine filiis defuncti, concessa de dicto anno 1466. cum eius respectu sit feudum nouum, vt supra luculenter fuit demonstratum, possit alia via, & alio iure, ad dictam quartam partem aspirare: & sic an eam possit de iure consequi vigore concessionis emphyteuticæ factæ comiti Albertino seniori eius auo paterno, de anno 1404. per legatum Bononiensem, & per eundem postea creatum Papam confirmatæ. Et in hoc paucis venit concludendum quod non; eo quia fuit expresse cessata in inuestitura feudali postea concessa prædictis fratribus de Boschetis, & sic etiam patri comitis Albertini, contra cuius factum venire non potest, cum sit eius filius & hæres. *l. cum à matre. vbi glos. C. de re vend.* & tanto minus, cum dicta inuestitura feudalis fuerit renouata in personam ipsius comitis Albertini de anno 1496. Item & fortius dicta concessio emphyteutica est penitus nulla, cum nullam penitus contineat mẽtionem, quod dictum castrum sancti Cæsarij cum territorio & prædiis esset monasterij sancti Petri Mutinensis habentis causam à monasterio sancti Benedicti diœcesis Mantuanæ, & q illustrissima comitissa Matilda donauerit locũ & p ędia dicti castri monasterio ibidem constructo, quod postea deuolutum est ad monasterium sancti Petri Mutinensis, & quę donatio fuit postea per imperatorem Lotharium, & per Romanos Pontifices confirmata. ¶ Vnde Papa vel princeps nunquam intelliguntur aliquid cõcedere cum præiudicio ter-
21 tij, nisi illud expresse dicent: & sic nunquam intelli-
h guntur derogare iuri tertij, h nec velle, quod illud, quod concedunt, valeat in præiudicium tertij. *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. l. nec auus. Cod. de emancipa. libero l. cum filius. ff. de testamen. mili. l. impuberibus. ff. de administratio. tuto. cap. super eo. de offi. delega. & cap. 2. de religio. domi. & capit. quamuis. de rescript. in 6.* Vnde si Papa, vel princeps aliquid concedit vel confirmat, semper intelligitur saluo iure tertij: *secundum Baldum in l. 1. in 1. colum. & in fin. in 2. colum. ff. de constitutionibus princip. & in tit. de pace Constant. in verb. possideant.* Et ista procedunt, etiam si Papa, vel princeps concedat motu p-prio, quia adhuc non videtur velle præiudicare tertio: *secundum Hostien. D. Anton. Imol. & D. Abba. in cap. causam 2. de testi. do. Abb. in cap. 1. in 10 colum. de iudic. Bald. in cap. ad aures. de rescrip. facit gl. f. in le. si Romanus. in verbo, validam. de prælec.* Item prædicta procedunt etiam, quando tractaretur de modico præiudicio alterius tertij: quia adhuc Papa non intelligitur illi paruo præiudicio derogasse: *vt tenet glos. singularis in cap. cum olim in verb. præiudicium. de consuetudine. quam Gemi. ibi multum ad hoc notat.* Minus ergo præiudicabit in casu præsenti, vbi tractatur de maximo præiudicio ecclesiæ sancti Petri. Vnde dicit alibi egregie dominus Abbas *in cap. penult. de clericis non residen.* quod priuilegium valde nociuum alicui ecclesiæ non valet, nisi Papa faciat mentionem de hac enormi læsione. Et per hoc dicit, quod poteris infringere multa priuilegia, quæ emanant cotidie à Romana curia, quod reputat semper tenendũ menti. Alibi dicit multum signanter, & ad propositum nostrum Paulus de Cast. *in consilio 157. incipiente, quæstio ista vertitur*, quod confirmatio Papæ i vel prin- i
cipis facta cum clausula, *ex certa scientia*, numquam operatur, nisi quando princeps fuit certificatus de iniuria quæ fiebat alteri ex tali confirmatione: quoniam non præsumitur princeps velle tollere ius alterius. Refert & sequitur dominus Alexand. *in consilio 119. quarti volum. incipiente, visis puncto & accurate pensato. in vlt. col.* ¶ Præterea in dicta concessione emphyteutica est expressa causa, qua mouetur ad concedendum, eo quia in dicto monasterio à 30. annis citra nullus fuit, nec est, per aliquem superiorem electus, vel institutus prior, seu abbas, & quod propter diuturnam vacationem ipsius monasterij possessiones eius monasterij erant incultæ, & penitus derelictæ. Vnde propter istam causam expressam apparet, quod Papa non concessisset, si sciuisset dicta bona spectare ad monasterium sancti Petri Mutinensis, vbi eligitur Abbas, & viget disciplina monachalis, & quotidie in diuinis Deo deseruiret: subreptio ergo viciat rescriptum, † non solum quando 22
tacetur causa finalis, quæ si fuisset expressa, Papa nõ concessisset, sed etiam quando tacetur causa, quæ si fuisset expressa, Papa tamen concessisset, sed non ita de leui & facili, k text. est reputatus singularis *in cap.* k
postulasti. in verb. de leui. & ibi Abbas multum notat, de rescrip. & text. in capit. ex literis. & ibi Abbas ad hoc notat. de eo. & consuma. & tex. in cap. si proponẽte. in verb. licet minus competens. de rescrip. & in cap. si motu proprio. in verb. modicum. de præben. dominus Abbas in capit. cæterum in 1. notabile. & in c. super literis. in 5. colum. de rescript. & in capit. constitutus. in 1. colum. de religio. domi. & in cap. præterea, de iure patronatus. Accedat, quod dicit text. notabilis in capit. super eo. de cohabita. clerico. & muli. vbi Papa dicit, porro si literas à nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant, volumus sibi non prodesse. ¶ Restat vltimo, vt videamus, an comes Albertinus possit se fundare ex quodam alio instrumento apertæ transactionis celebrato cum comite Albertino seniori de anno 1445 & in hoc etiam

iam paucis relinquitur concludendum quod non: eo quia illa non fuit transactio perfecta, sed potius quidam tractatus de transigendo. Multa autem tractantur inter partes, quæ postea non veniunt ad
23 conclusionem, † nec ad finalem effectum. *l. si ex l causa. §. nunc videndum. in fin. ff. de minor. & capit. dudum. de rebus eccles. non alienan. in 6.* Vnde non sufficit probare tractatus & præambula, nisi etiam probetur conclusio ipsius contractus: *secundum Bald. notabiliter in l. multum interest. in 2. colum. Cod. si quis alteri vel sibi. & in l. cum allegas. in 2. colum. Cod. de vsur.* Bene facit, quod notabiliter dicit dominus Abbas *in cap. dudum. in vltimo notabili per illum text. de coniug. coniug.* Alibi dicit glos. notabilis *in l. elegantet in prin. in ver. puto. ff. de condi. indeb.* quam ad hoc reputat notabilē Bald. *in ca. fin. in vltim. colum. de iureiuran.* quod testes,
m qui interfuerunt tractatui, & non conclusioni contractus, nihil probant. [m] Vnde sola conclusio dicitur esse contractus. *L. si voluntate. Cod. de rescind. vend.* & ibi Bald. ad hoc multum notat, & dicit non esse in iure meliorem textum illo.

¶ Præterea & fortius, dato sed non concesso, & sic sine præiudicio veri, quod illa fuisset transactio perfecta, & non tractatus de transigendo, tamen illa fuit solum transactio de infeudando, ergo non fuit infeudatio, nec feudum: quia aliud est infeu-
n dare, aliud promittere de infeudando [n] † quia con-
24 tractus non dicitur esse factus ex promissione faciendi: *vt est gl. notabilis in l. in bona fidei. & ibi Albericus de Rosa. & Paulus de Castro notant & inducunt ad pulchras decisiones. ff. de eo quod certo loco. & glos. in l. Titius. in glos. fin. de pign. actio. Bald. in l. fina. §. emptor. Cod. communia de legatis. Ange. in l. 1. Co. de pac. pigno Geminianus in cap. si quis iusto. §. fin. per gloss. final. ibi, de electione. in 6. late dominus Franciscus de Aretio in consilio 27. incipiente, diligenter animadversis. in primo dubio. Bene facit, quod notat Barto in l. si pupillus, in princip. & ibidem moderni ff. ad legem falcidiam.*

¶ Præterea illa asserta transactio fuit cōditionalis, & non fuit impleta per comitem Albertinum seniorem, & per eius mortem non habuit effectum. Item fuit expresse annullata, & cassata in instrumento feudi facto de anno 1466. & sic multiplici ex capite nullius effectus & nullius valoris ostenditur.

¶ Concluditur ergo ex prædictis omnibus, comitem Albertinum ex omni capite, & quocunque se vertat remanere excluſum ab ista quarta parte feudali comitis Ludouici sine filiis masculis prædefuncti. ¶ Et licet ex fundamentis superius factis in fauorem monasterii Mutinensis remaneant pro magna parte euacuata & sublata fundamenta superius in oppositum adducta, tamen vt veritas clarius elucescat, ad illa in specie particulariter respondetur.

¶ Non obstat ergo, dum primo loco dicebatur, quod feudum concessum de anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto debeat censeri
25 antiquum, † eo quia censeatur factum in executione emphyteusis concesse comiti Albertino seniori: quia respondetur quod illud procederet, quando illa prima concessio fuisset feudalis. & istis terminis loquuntur iura superius allegata. Sed cum illa fuerit concessio emphyteutica, ex ea non potest sequi quod istud feudum reddatur antiquum, vt in superioribus demonstraui. Ibi etiam fortius tenui. & est ipsa veritas, quod etiam si prima concessio fuisset feudalis, tamen ex quo infeudatio anni millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti fuit facta sub diuersa qualitate & diuersa forma, adhuc diceretur esse noua, & nouum feudum, vt superius satis fuit dictum. ¶ Non obstat, dum secundo dicebatur, quod ex quo castrum sancti Cesarij destructum fuit reædificatum per nobiles de Boschetis, & prædia inculta ad culturam redacta, hoc respectu transuersales debent succedere, sicut quando feudum
est acquisitum de communibus bonis. *cap. 1. de bene-* 26
ficio fratris. quia respondetur, quod tempore illius reædificationis non erat feudum, sed sine titulo nobiles de Boschetis dictum locum, & dicta prædia occupauerant: vnde castrum per eos reædificatum cedit solo. *leg. adeo. §. cum in suo. ff. de acquirendo rerum dominio. le. 2. C. de rei vendica. facit, quod decidit Baldus in leg. 1. in 8. quæstione. ff. de rerum diuisio.* Et sic cum tempore illius reædificationis non esset feudum, non potest dici quod habeat locum textus *in dicto cap. 1. de beneficio fratris.* qui loquitur in feudo acquisito de communibus bonis, quia non entis nullæ sunt † qualitates [o]. *l. eius qui in prouincia. in versicu-* 27
lo, post aditam. ff. si certum petatur. capit. 1. vt eccles. sanctica o
beneficia glos. in leg. si arbiter. in glo. magna ad finem. ff. de probatio. ¶ Tertio non obstat, dum dicebatur, quod nobiles de Boschetis possederunt dictum castrum & bona tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, & p hoc etiam sine titulo acquisiuerunt dominium, & tuti sunt præscriptione, & sic infeudatio vltima tanquam de re propria facta non valet: quia respondetur, quod non constat, quod possederint tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium. † Nam licet hoc e- 28
nunciatiue dicatur in instrumento transactionis celebrato de anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo: tamen in alio instrumento assertæ emphyteusis anni millesimi quadringentesimi quarti. & in alio instrumento assertæ transactionis millesimi quadringentisimi quadragesimi quinti solum dicitur de multo & multo tempore, non autem de tam infinito: & sic tales scriptu-
ræ ratione † cuiusdam contrarietatis se ipsas con- 29
fundunt. *l. scripturæ. C. de fide instrumentorum. capit. imputari. extra. eodem. & cap. 1. & ibi Abbas not. de natis ex liber. ven.*

¶ Præterea ex quo non agitur principaliter in illo instrumento transactionis de illa præscriptione tanti temporis, certe illud ibi incidenter enunciatum non probatur, † si postea illud principaliter 30
in iudicio disceptetur. ¶ Ita notat domi. Anto. de ¶
But. *in cap. illud. de præsumpti. in 3. notabili. per illum textum vbi dicit ita limitari. leg. optimam. C. de contraben. & committen. stipu. ad hoc etiam allegat cap. si Papa. cum glo. de priuilegiis in 6. & cap. cum olim. de censibus. Idem tenet dom. Anto. de But. in cap. fin. in antepe. column. de succes. ab intesta. Ange. in leg. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pactis. dom. Alexand. consilio 136. incip. Viso & examinato processu. in 12. colum. ad fin. & sequenti. & in consilio 343. incipiente, super causa & lite. in 2. column. & in consilio 132. quinti voluminis incipiente, perlectis & ponderatis. in 9. colum. Bene facit, quod decidit Bald. in leg. ad probationem*

in vltima columna in verſiculo quæro ſi inſtrumentum dicit. Cod. locati. ¶ Præterea mala fides iſtorum de
31 Boſchetis habet obſtare dictæ † aſſertæ præſcriptioni: *iuxta capit. poſſeſſor malæfidei. de reg. iur. in ſexto. & capit. fin. de præſcrip.* præſertim cum bona monachorum ex eorum priuilegiis non poſſint præſcribi minori tempore centum annorum, ſicut in aut. *quas actiones. Cod. de ſacroſan. eccle.* & infeudatio vltima fuit ſcienter facta per dictos quatuor fratres facientes expreſſam mentionem de dictis aſſertis eorum iuribus, vt apparet ex clauſulis in ea expreſſis: ergo eis etiam præiudicaret *d. lex. ſi rem aliquam. ff. de acqui. poſ.* Item non eſt verum, quod inſtrumentum aſſertæ tranſactionis celebratum de anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo dicatur eſſe de antiquo propter lapſum quadraginta vel quinquaginta annorũ, vt ſic dicatur plene probare, etiam incidenter enunciatum: quia vera & communis opinio eſt, ad hoc vt inſtru-
32 mentum dicatur eſſe de antiquo, † requiritur quod
¶ ſit elapſum tempus centum annorum. ¶ *Ita tenent dominus Abbas, & Ioannes de Imola in dicto capitulo veniens, de teſti. & Ioannes de Imola in lege ſecunda, §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. Et ita etiam late firmat dominus Alexand. qui atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. & quod ita communiter tenetur in conſilio ducenteſimo nonageſimo ſeptimo ſecundi voluminis, incipiente, Viſo ſummario in 5. columna ſecunda, & in conſilio octuageſimo tertio tertij voluminis, incipiente, Viſo themate ſupraſcripto & his quæ copioſe in tertia columna ad finem, & in conſilio duodecimo quarti voluminis, incipiente, Viſo proceſſu iuxta probabilem conſuetudinem, ad finem, & in conſilio ſeptuageſimo quarto quarti voluminis, incipiente, Viſis & ponderatis in themate in ſecunda & in quarta columna, in duobus locis, cum concordantiis allegatis per dominum Alexand. in dictis locis, facit, quod notat Bartolus in l. ſiquidem, ad finem, C. ſoluto matrimonio.* ¶ Quarto non obſtat dum dicebatur, quod renouatio inueſtituræ facta comiti Ludouico dicitur iure feudi nobilis paterni, & quod in feudo paterno tranſuerſales ſuccedunt: quia reſpondetur, quod tale feudum reſpectu comitis Ludouici vere eſt paternum, quia acquiſitum à comite Raynaldo eius pa-
33 tre, & ſic ibi exprimitur illud, quod tacite inerat, † & ſic talis expreſſio nihil debet operari. *leg. non recte. Cod. de fideiuſſoribus. leg. tertia. ff. de lega. primo.* Sed non poteſt dici paternum reſpectu comitis Ludouici, qui eſt agnatus tranſuerſalis, & ſic non deſcendit ab ipſo comite Raynaldo, vt in ſuperioribus fuit opportune dictum.

¶ Poſtremo non obſtat, dum dicebatur quod licet per mortem comitis Ludouici eſſet finita eius linea quo ad ſuam quartam partem feudi: tamen comes Albertinus frater patruelis debet reinueſtiri, & ſibi debet fieri renouatio illius quartæ feudalis, alias fieret iniuria, propter quam poſſit ad ſuperiorem appellare: quia ad hoc multipliciter re-
34 ſpondetur.

¶ Et primo, quod Ioannes de Imola *in capit. pe. de poſtu. præla. & in d. leg. ſi mihi & Titio. tenet contrarium. Et ſecundum dominum Alexand.* ibi opinio Bartol. in puncto iuris non videtur bene iure probari. Et inquantum ſubdit Bartol. quod tunc poſſit appellari de iure canonico ad ſuperiorem, reprobat Bal. *in rubrica extra de appel. in ſecunda columna.* Sed non recedendo ab opinione Bartol. communiter approbata, quia conſulendo & iudicando non eſt recedendum à communibus ſententiis: ſecundum Bartolum & alios *in leg. fin. C. de pœna iudicis qui male iudica.*

Reſpondeo aliter, quod prædicta concluſio Barto. & Docto. procedit, quando eccleſia vellet tale feudum per generationem finitum alteri infeudare, † tunc bene fieret iniuria proximiori, § ¶
niſi potius ei infeudaretur quam alteri. r Sed in ca- r
ſu præſenti monaſterium ſancti Petri Mutinenſis non intendit infeudare alteri illam quartam partem feudi ad ſe deuolutam, ſed intendit pro ſe retinere. Tertio reſpondetur, quod talis renouatio debuit peti infra annum: † alias per lapſum anni 36
comes Albertinus remanet excluſus: ſ *vt eſt text.* ſ *reputatus ſingularis in capi. Titius filios. ſi de feudo fuerit controuerſia inter domi. & agnatos. per quem text. ita tenet Ludoui. Roma. in leg. prætor. §. fin. ff. de oper. no. nuncia. & in repetitione rubricæ. ff. de arbitris. in 19. columna & in conſilio ſeptuageſimo incipiente, viſis themate & quæſtionibus. facit text. in capit. primo. §. fin. ſi de inueſtituræ inter dominum & vaſal. lis oriatur. & in capi. primo. §. porro. qualiter olim feudum poterat aliena.* Quarto reſpondetur, quod dicta concluſio Bartol. & magis
communis non habet locum in feudo eccleſiæ t † t
prout eſt in caſu præſenti: *per textum in cap. ex parte. de feudis. in verbo libere*, quod importat idem, quod ſine aliquo impedimento & contradictione: *vt per glo. in clemen. dudum. de ſepul. & in capit. primo de ſupplenda negligentia prælato. in ſexto cum aliis ſuis concordantiis.* Et ita firmat Ludouicus Romanus *in conſilio 215. & in conſilio ſeptuageſimo quem refert & ſequitur dominus Alexand. in d. leg. ſi mihi & Titio. in penultima columna.* vbi dicit pro hoc facere; quia pro con-
cluſione Bartol. non allegantur niſi iura ciuilia, quæ niſi ſint expreſſe à canone approbata, non ſunt contra eccleſiam obſeruanda. *cap. eccleſia ſancta Maria. de conſtitutioni. firmant docto. in cap. fin. de ſolutionibus.* Quinto & notabilius reſpondetur, † 38
quod concluſio Bartol. & docto. proprie loquuntur in deſcendentib. lineæ finitæ, qui bene poſſunt petere talem renouationem: u ſed comes Alber- u
tinus non eſt de deſcendentibus illius lineæ finitæ, & ſic comitis Raynaldi, vel comitis Ludouici, ſed eſt de tranſuerſalibus, in quibus non procedit dicta doctrina, nec debet fieri talis renouatio. Et iſtud oſtendo viua ratione. Nam iura, quæ dicunt, quod ſi moriatur frater & poſtea filius fratris, & ſic eius linea extinguitur, quod tunc alius frater, vel deſcendens ab eo non debet inueſtiri, ſed feudum deuoluitur ad dominum, ſeu ad eccleſiam *capit. primo. §. cum vero Corradus. qui feud. dare poſſunt. & capit. primo. §. fin. de ſucceſ. feud. cum multis aliis iuribus concordantibus ſupra allegatis.* certe omnia iſta iura eſſent impoſita verbis & non rebus, & ſic ſeruirent nobis de vento, ſi tranſuerſalis poſſet petere renouationem inueſtituræ, & per viam iniuriæ poſſet adire ſuperiorem, qui cogeret ad inueſtiendum. Planum eſt autem, † quod iura ſic debent intelligi, vt non ſint im- 39
poſita

posita verbis sed rebus. *l. 2 in fi. C communia de lega. & leg fin. C. de vsur. & c. commissa. §. 1. de electione, in 6. vnde dicit Bald. in rubrica. ff. de rerum diuisione. circa finem,* x quod mens legum est non disputare verbaliter, x sed determinare realiter, & cum effectu.

ADDITIO.

a Priuilegij.] Ias. con. 208. videretur & consi. 209. vera vt arbitror. supra li. 2.

b Plene probant.] Ias. con. 34. ad motiua n. 16. li. 1. vbi addo & con. 65. visis infra eo.

c Renunciationem.] Dec con. 131 reuocatur n. 2 quem refert Marc. sing. 419. licet in re Ruin. cons. 12. circa casum. nu. 18. li. 1. Boer. decis. 107. & videtur in hac Gozad cons. 86. videtur prima n. 23. Ripa tract. de peste tit. de remed. præserua. ad curan. pestem sub n. 260. Tiraq. de utroq; retr pat. 1 in præfat. n. 41. & seq. & alios adducit is qui addit. scripsit in Alex. con. 80. viso & opportune sub n. 11. li. 1. & Clar. § emphyteusis q. 43. Sed hic occurrit in prin. & in §. feudum. q. 87. quæro addo Beroi. con 67. In causa. n. 50. & seq. li. 1 & Soc. iun. con. 9. resolutio. li. 3. Gabr. commu. opin. li. 3. de iure emphy conclu. 1. in prin. Viui. commu. opin. lib. 1. op. 96. emphyteusi in prin. vbi communem asserit Ferran. Gargiar. patro. Bonon. 44. veriot videtur.

d Vestitura.] Ias. cō 152. super feudo. n. 1. con. 180. cōmune n. 16. supra li. 1 con. 117. In causa. 2 dubio & con. 130. In præsenti in prin. infra li. 4. Clar. §. feudū. q. 79 vers. sed quæro vbi communem testatur. Rolan. con. 60. ponderatis. n. 1 li. 1. Bologni. con. 1. n. 4.

e Accreseendi.] Paris. con. 16 si castrum n. 2. li 4 Clar. § feudum. q. 77. vers. 2. principaliter. & alios citat Port. consi. 19. In proposita. n. 65.

f Agnationis.] Ias. d. con. 180. n. 15. li. 2. vbi addo.

g Feudum.] Ias. con. 96. dominus n. 6 supra li. 1. Affl. decis. 112. inter dominam n. 5. & decis. 248. fuit diu. n. 8 Ruin. cons. 1 n. 17. 18. lib. 1. Zas. tract. feu. par. 3. n. 8. sequitur est Sing. dicit Natta consi. 615. in controuersia nu. 2. licet hoc dictum dicat falsum Ias. consilio 7. pro Reuerendissimo. numero 29. supra eo.

h Iuri tertij.] Et hæc omnia fere reassumit Ias. supra con. 19. In causa decimali. n. 8. cum 3 seqq. hoc li.

i Confirmatio Papæ.] Ias. supra cō. 213. In præmissa ad fi. li. 2. vbi dixi.

k Et facili.] Ias. consi. 233. ca. 1. nu. 35. versi. 10. supra li. 2. vbi addo.

l Effectum.] Dixi consi. in quæstione circa finem supra eo.

m Nihil probant.] Ias. d. con. 22. ad finem vbi scripß

n Infeudando.] Sic aliud est vendere & aliud promissio de vendendo. Ias. consi. 117. In quæstione. num. 2. supra lib. 1. vbi dixi.

o Qualitates.] Dixi con. 86. In causa. n. 17 infra eo.

p Disceptetur.] Ias. supra con. 81 factum hic se habet. col. 1. in fi. vers. 4. moueor li. 1. vbi scripsi quibus addo eundem. con. 36. In causa n. 11. infra eo. con. 102. In casu. col. 2 post med. infra li. 4. l ius gentiū §. quod fere. col. 2. de pact. & auth. si quis in aliquo. col. vlt C. de ed end Dec. con 36. & pro tenui n. 6. c. per tuas n. 7. & c. cum causam. nu. 8. de proba. Aymo tract. de antiq. temp. par. 1. sect. propositum nostrum num. 54. Vide tamen Dec. con. 130. In inclita nu. 5. & 6. declarat Affl. decis. 83. In causa. nu. 2. & Paris. con. 82. aduertendum n. 75. lib. 1. vbi & ipse declarat aliis modis.

q Annorum.] Dixi d. con. 81 n. 10. addo Viu. commu. opin. li. 2. op. 144. Instrumenta.

r Quam alteri.] Rip. l 1 nu. 9. de priui. cred Gozad. cons. 36. prima facie. col. pen. vers. 3. Gabr alios adducens. d. concl. 1. n. 14 addo Cur. Sen. con. 74. super controuersia sub n. 10 & dixi con. 101 In proposita, ad fi & est communis teste Petro de Benimten. decis. 19. dubitatum fuit vbi asserit ita fuisse decisum in Rota Bononiensi. refert Viu. commu opin. li. 1 op. 96. emphyteosi. versi. & sententia istorum. Clar. d §. emphyteusis. q. 43. in fine. vbi dicit hanc opin. sibi æquiorem videri.

s Remanet excluſus.] Ias. l. petens sub n. 10. de pact. l. 2. nu. 23. C. de iure emph. Gozad d. con. 39 col. vlt. versi. Item & 6. con. 71. in causa col. 1 versi. 2. respondeo & col. vlt. versi. 2 respondeo. Rip d l. 1. n 17. cum aliis vt patet per Gabr. d. concl. 1. n. 16. vers. quinimo etiamsi.

t In feudo ecclesiæ.] Alex. con. 83. In causa & lite col. 2 li. 7. Gozad. d. consi. 39 colu. penult & seq. Sed contr. est verius & magis communiter tenere. Dec con 131. reuocatur col. pen. & con. 328. In casu. col. vlt. Ruin. consi. 12. circa casum ad fin. & con. 161. præmittendum n. 30. li. 1. Gabr. d. concl. 1. n. 13. vers. Contrarium magis est. Clar. d. § emphyteusis. q. 43. vers. Sed quæro. nunquid. vbi & ipse communem asserit.

u Renouationem.] Gozad. d. con. 39. Soc. iun. d. con. 9. nu. 20. Contr. tamen ast verius vt patet ex iis, quæ Gabr. adducit d. concl. 1. nu. 16. versi. contr. & hæc opinio etiam magis probatur Claro. d. quæst. 43. vers. & hæc quidem. & de præmissis limitationibus vide Mandos. ad Roma. con. 22. pro propositæ, vlt. add.

x Verbaliter.] Ias. supra consi. 199. In præsenti col. 1. li. 2 vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXV.

SVMMARIA.

1 *Immunitatis priuilegium simpliciter concessum de iure communi trahitur etiam ad futura prædia.*
2 *Vincula duo fortius operantur.*
3 *Solutio oneris. Per solutionem oneris immunitati renunciatum non videtur, nisi etiam sit elapsum tempus 30. annorum.*
4 *Onera subiens in vno, non præiudicat sibi in aliis.*
5 *Solutio. per solutionem oneris præiudicat quis sibi in eo quod solutum est & non in aliis.*
6 *Immunitas seu exemptio à muneribus publicis præscribitur 40. annis etiam à sciente se teneri.*
7 *Successor singularis ex titu. oneroso empt. potest vti accessione temporis sui authoris: & n. seq. vbi decl.*
9 *Possidens intelligitur possidere vigore tituli præcedentis quod decl. vt ibi.*
10 *Præscribens non debet censeri voluisse se astringere titulo qui non est necessarius.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

QVAESTIO vertitur inter dominum Hugonem Luxiardum parte vna, & communitatem Bardi ex parte altera: an ipse dominus Hugo conseruari debeat immunis seu exemptus ab oneribus per dictum communem imponendis respectu proprietatum per eum acquisitarum ab hæredibus quondam Bertucij Maruffi. Visis duobus consiliis in fauorem dictæ communitatis, & vno consilio in fauorem domini Hugonis, & omnibus æquo libramine ponderatis & discussis, condescendo in partem domini Hugonis, quod à dictis proprietatib. per eum acquisitis conseruandus sit exemptus: & hoc vigore immunitatis concessæ antecessoribus suis per magnificum quondam comitem Manfredum de Laudo seniorem de anno 1424. confirmato per magnificum & excellsum comitem Manfredum primi filium de anno 1448. in quibus priuilegiis conceditur immunitas & exemptio dictis antecessoribus de Luxiardis, & eorum descendentibus à quibuscunque oneribus tam realibus quam personalibus, pro bonis præsentibus & futuris. Et sic dicta immunitas fuit expresse concessa, etiam pro bonis postea in futurum acquirendis. & istud etiam videtur procedere de iure com-

re communi, quia priuilegium immunitatis simpliciter † concessum trahitur etiam ad futura prædia [a] *cap. quia circa. de priuil. cle. 1. in fin. de censibus. Cynus. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. quem refert & sequitur Bar. in leg. damni infecti. §. si is qui ædes. ad fin. ff. de damno infec. ita etiam tenet Bartol. in consil. 59. incipiente commune Spoleti. in vlti. colum. facit text. in cap. pe. & in cap. ex parte. de decimis. inducendo prout inducit Ioa. de Imol. in d. §. si is qui. Refert & sequitur dom. Alexand. in consil. 177. secundi volu. incipiente, in occurrenti casu in 3. col.* Et sic dominus Hugo quo ad prædia postea acquisita tutus est duplici iure scilicet iure communi, & iure expressi priuilegij: quæ duo iura simul iuncta fortius † debent operari, [b] & efficaciorem effectum consequi. *authen. itaque. C. communia de succes. & in authen. de consangui. & vteri. fratri. in prin. & capit. 1. cum glo. de treuga & pace.* ¶Nec obstat illud quod dicitur per alterum ex d. consultoribus, quod dom. Hugo præiudicauit exemptioni suæ soluendo onera pro plerisque per eum acquisitis: *iuxta doctrinam Ang. in le. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellandum sit. quam refert & sequitur dominus Alexand. in consi. 101. primi voluminis, incipiente, visis instrumentis exemptionum. in pe. colum.* Quia respondetur, quod per solutionem oneris non videtur renũciatum immunitati, nisi etiam sit elapsum tempus 30. annorum. [c] *l. 2. cum glos. C. de his qui sponte munera susce. lib. 10. c. accedentibus. & cap. si de terra priuilegiu. Cyn. in l. voluntarie. C. de excusa. tuto. dom. Alexand. in consili. 192. 2. voluminis incipiente, ex themate præmisso. in vlti. columna secunda in consilio 33. quinti voluminis, incipiente, ponderatis his quæ continentur in priuilegio. in 1. & 2. colum.* Vbi in terminis decidit, quod quando quis habet priuilegium generale, ne teneatur soluere munera publica, & postea sponte acceptauit vnum, † non præiudicat sibi in aliis, nec etiam in illo, si denuo vocetur ad illud *d. leg. voluntarie. cum multis aliis ibidem per eum allegatis.* ¶Præterea per solutionem oneris sibi præiudicat in eo, quod solutum est, † & non in aliis [d] *leg. 2. in prin. & ibi glos. & Bartol. ff. de priuilegiis vetera. leg. 1. & ibi glos. C. de his qui sponte munera susce. lib. 10. Barto. in l. 2. §. fi. ff. de decurionibus. dominus Abbas in c. cum acceßissent. de constitut. dominus Alexand. in præallegato consilio 33. quinti volu. in 1. columna.*

¶Concluditur ergo ex prædictis, domi. Hugonem conseruandum esse immunem & exemptum, etiam quo ad prædia empta ab hæredibus quondam Bertucij vigore prædictarum immunitatum suarum. Nec communitas Bardi potest iuridice de hoc conqueri, ex quo etiam Bertrucius author suus similiter semper fuit præseruatus immunis pro dictis prædiis, etiam vltra spatium 36. annorum. Et similiter dictus domi. Hugo in istis bonis emptis remansit etiam ipse exemptus circa nouem vel decem annos, & sic quatenus expediat, potest do. Hugo etiam tueri se exemptum præscriptione 40. annorum, † & vltra. Clarum est enim, ꝙ immunitas seu exemptio à muneribus publicis præscribitur 40. annis: [e] *vt leg. fin. §. hoc etiam adiiciendo. C. de fundis patrimonialibus. lib. 11. Bar. in consil. 59. incipiente, commune Spoleti. in vlt. column. Bald. in consilio 27. 2. partis incipiente, quæstio. vertentes inter commune & homines. D. Alexand. in consilio 30. quinti volu. incipiente, põderatis narratis in themate. in 5. dubio.* & dicit Bal. fortius *in con. proxime præallegato*, quod immunitas potest dictis 40. annis præscribi, etiam à sciente se teneri. Imo adhuc fortius tenet domi. Andreas Barba. *inter consilia dom. Alexand. in consilio vlti. quarti voluminis, incipiente, clementissimi dei patris. in sexta columna.* quod etiam talis exemptio præscribatur viginti annis: per multa iura ibi per eum allegata. Vnde dom. Hugo iungendo tempora sua decem annorum cum temporibus authoris sui, quæ sunt vltra triginta sex annos, dicitur præscripsisse talem immunitatem vltra quadraginta sex annos. Planum est autem, quod domi. Hugo est singularis successor, † & titu. oneroso emptionis: *iuxta leg. apud Celsum. §. si quis autem. & §. authoris. ff. de exceptione dol.* & sic potest vti accessione temporis authoris sui. *leg. dolia. §. primo. ff. de contrahen. emp. leg. Pomponius. §. cum quis. & §. præterea. & §. si liber homo. & §. pe. & fin. ff. de acquir. pos. & leg. super longi. C. de præscrip. long. temp.* ¶Nec ad hoc obstat illud, quod dicebatur per aliũ acutissimum & præstantissimum d. consultorem, quod immunitas concessa dicto Bertucio est personalis & limitata pro dicto Bertucio & eius filiis & hæredibus, & sic non potest transire ad domi. Hugonem, qui non est eius filius, nec hæres: *iuxta tradita per docto. in leg. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. & in leg. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. per Bar. in leg. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de operis liberto.*

Quia respondetur, † quod istud procederet, quando dominus Hugo vellet vti titulo authoris sui, sed in casu præsenti vult solum vti accessione temporis authoris sui, sed non eius titu. Nam titulo non habet necesse vti, cum in præscriptione tanti temporis, scilicet viginti annorum & vltra, non requiratur titulus: *& est glo. in leg. fin. ff. quemadmodum seruitus amit. doc. maxime Paulus de Castro in leg. 1. C. de seruitu. & aqua. facit text. in leg. si quis emptionis titu. in princ. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.* imo etiam si sciret se teneri, posset adhuc præscribere immunitatem 40. annis. secundum Baldum in præallegato consilio 257. secundæ partis. Et si diceretur, quod dominus Hugo non potest vti accessione temporis authoris sui quin etiam vtatur eius titulo cum debeat vti accessione temporis cum qualitatibus suis: *vt dicit text. in d. leg. Pomponius. §. cum quis.* sed Bertucius eiusque filij possederunt vigore eorum tituli limitati pro filiis & hæredibus † cum possidens intelligatur possidere vigore tituli præcedentis. *le. quædam mulier. & ibi glos. fin. ff. de rei vendi. & leg. secunda & ibi Bartol. C. de acquiren. pos. Bartol. in leg. cum solus. in vlti. colum. ff. de vsuca.*

Respondetur, quod illa iura non faciunt ad propositum nostrum, quia aduertendum est, quod Bertucius & eius filij possederunt dictam immunitatem vltra triginta sex annos, & in possessione tam longissimi temporis non requiritur titulus, vt superius dixi. Vnde posito, quod iura præallegata dicerent, quod possidens præsumatur possidere vigore tituli præcedentis, procederent vbi requireretur titulus: sed cum in possessione tam longissimi temporis 36. annorum non requiritur titulus, vt dictum est, ergo non debent censeri voluisse ex tali titulo p̃scribere. Nã p̃scribẽs non dẽt p̃sumi se adstrinxisse † ad titulũ, qui est necessarius, & qui non releuat, *arg. le. aliquando. §. fin. ff. ad.* Velleianum.

& l.

& l.cum tale.§.rescriptum.ff. de condi. & demonstra. Si ergo author domini Hugonis non censetur ex tali titulo sic limitato, sed simpliciter voluisse præscribere, ergo fortius dominus Hugo potest vti accessione temporis authoris sui absque illo titulo, sine quo etiam author suus potuit præscribere.

ADDITIO.

a Futura prædia] Iaſ.l.qui filiabus.4 not.de le.1.con.170: quod prædicti.ad fin.ſuper li.2. Bal.con.112.de generali n. 3. & 4.li.2.Gui.Pap.deciſ.489.quæritur num.2.& 3.Brun.tract. de augm.9.concl.prin.Ruin.conſi. 217.videndum eſt n.17.li. 1 Beroi.conſilio 173.In cauſa nobilium num. 27. lib. 1.Pariſ. conſi.68.quæritur num.7.& ſeqq.1.Natta con.86.repetitus, nume. 13.conſi.160.In cauſa quæ agitur nume.23.conſ.328. præſuppoſito nume.3.vbi hoc conſilium citat.& conſil.340. ad ſubuertendum numer.3.Menoch. Iaſ. referens conſil.70. ſine controuerſia nume. 2. & Oſaſ.deciſ.136. In controuerſia numero primo vbi & ipſe huius conſilii meminit: & nouiſſime Rimin.iun.conſilio 223. Albarini nume. 28. & ſeq. vbi declarat.

b Operari.] Idem ſupra conſ.192.exorta eſt nu. 17 li.2.

c Annorum] Dec.conſi 495.In cauſa domini,n.4.in prin. Rui.con 53 ſuper eo ad fi.li.4.Natta inter con.Sylua con.59. ſuper quæſtione nu.14.& inter ſua con.447.u.16.cum ſeqq. Oſaſ.deciſ.91.ſupereſt.nu.22 & vide Gabr.commu.opin.lib. 6.de iur.immu.concl.1 n.6.vbi hoc con.allegat.

d In aliis.] Alex.con 33 ponderatis col.1 li.5.vbi alios plures adducit. Dec.c.cum acceſſiſſent n.17.verſ.5.Abb concludit de conſt.conſ.72.viſo puncto nu. 4.Gozad.con 23.1.facie nu.10. Natta con.77.valde lætatus nu.15.fa.quod dicit Rota tit.de loca deciſ.2.ex præmiſſis.alias 233.

e Annis.] Idem.Iaſ.conſ.101.Immunitas.col. vlt.infra li.4. Corn.con.142.videtur.n.12.li.3.Cur.iun.con. 60.caſus n.16. Rip.reſpon.lib.1.c.14.n.23.nunc eſt reſp 26.plura quæſita & li.2.de reſcr.c.4.nu.7.Gram. deciſ.100 In cauſa n. 25.Aymo con.3.ſpectabilis column.4.verſ.6.dico. declarat Balb.tract. præſcr.2 par.5.par.prin. quæſt.

Titulus.] Aymo tract.de antiq.temp.4.par.Sect.abſolutis n.48.vbi ampliat.

Præcedentis.] Et hac ratione vtitur Corn. conſi. 23.viſo puncto n.1.con.64.viſis ſcripturis n.9.con.301.c.1.n.5.& con. 318 in hac. nu 38. verſ.non obſtat allegatio li.1.cum aliis per me adductis con.9.reuocatur n.6.&ſeqq.declarat.Rom.cõſ. 91.viſis col.2. verſ his tamen. quem refert & ſequitur Cagn.l. n.173.C.de pact.int.empt.in hac eadem cauſa conſuluit.Rui. con.171.viſis conſiliis li.4.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXVI.

SVMMARIA.

1 *Debitor per ſuperiorem ſoluere coactus etiam iniuſte & in iniuriam creditoris liberatur & periculum eſt creditoris ſecundum commu.opin.quod intell.vt hic nu. 2.9. 12. & 13.*

Soluens virtute præceptorum ſibi factorum per ſuperiorem liberatur,& periculum eſt creditoris.Vide ver. debitor.

Literæ probant contra ipſum ſcribentem.

4 *Donatio in dubio non præſumitur, ſed potius præſumitur ſtultitia.*

5 *Solutio ſimulata & fraudulenta eſt ipſo iure nulla.*

6 *Simulatio & fraus ex nimia liberalitate præſumitur, & probantur fraus & ſimulatio per coniecturas.*

7 *Simulatio probatur ex eo,quod vnus ſoluit & in inſtrumento eſt nomen alterius appoſitum.*

8 *Simulata ſolutio dicitur colorata ſeu depicta quæ extrinſecus apparet aliquid ſed intrinſecus non habet ſubſtantiam:& ſimulatio appellatur imago.*

9 *Debitor debet erga debitorem ſuum bonam fidem & legalitatem obſeruare & nonnihil pro eo pati antequã ſoluat,vt paßio ſit fides, & teſtimonium debet agere quicquid honeſte poteſt pro creditore ſuo; ſalute ſua ſalua.*

10 *Aſſertioni facta in ſupplicatione ſtandum eſt cõtra ſupplicantem.*

11 *Pactum in contractum venditionis expreſſe factum quod venditor non teneatur de euictione nec etiam ad reſtitutionem pretij non valet.*

12 *Minæ principis & coactiones affectatæ non inducunt iuſtum metum. Coactio affectata non inducit iuſtum metum.nu. 12.*

13 *Culpa præcedens caſum facit vt quis teneatur de caſu fortuito præſertim quando ea culpa eſt ad caſum ordinata.*

14 *Depoſitum habet executionem paratam & in eo max. obſeruanda eſt bona fides nec cõtra illud poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ & 15.*

15 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi contra inſtrumentum depoſiti: idem eſt in exceptione compenſationis de debito liquido.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

IN fauorem domini Ioannis Bernardini Marchioni depoſitarij librarum octo millium, ſexcẽtarum erga magnificam quondam dominam Hermelinam de Graſſis, & nunc hoſpitale magnum Placentiæ eius hæredem, fuit accurate & eleganter conſultum per quoſdam clariſſimos iuris vtriuſque doctores, quod liberatus ſit ab illa obligatione depoſiti, nec amplius ad eius ſolutionem compelli poſſit per rectores dicti hoſpitalis, eo quia coactus fuit per literas ducales,& præcepta pœnalia magiſtrorum extraordinariorum, vt dictam quantitatem pecuniarum penes ſe depoſitam exburſaret ducali cameræ nomine comitum Roueſchalæ. Vndè ſuccedit theorica Bart. & aliorum ſcribentium communiter approbata *in leg. creditor. ff.de ſolutio.* quod quando debitor fuit per ſuperiorem coactus ẽt iniuſte ſoluere, † & iſtud factum fuit † ad iniuriam creditoris, prout contigit in caſu præſenti, tunc periculum eſt ipſius creditoris, & ab eo debitor liberatur:*per l.Paulo Callimacho. §.fi.ff.de lega. 3. & l.liber.§.Lucius.ff.de au.lega.* Sed ſic eſt in propoſito,quod princeps coegit dictum depoſitarium ad ſoluendum dictas libras octies mille ſexcentas non aliquo reſpectu ipſius depoſitarij, cum quo ducalis camera nihil habebat agere, ſed ſolum reſpectu dominæ Hermelinæ; quia dictæ pecuniæ fuerant depoſitæ pro parte pretij venditionis caſtri poſſeſſionum Roueſchalæ, quam ipſa domina Hermelina fecerat dictis comitibus Roueſchala, cui princeps alienandi licentiam conceſſerat. Sed ea ſine heberis defuncta princeps ex ſententia magiſtrorum extraordinariorũ dictam venditionem annullauit, a & dictum depoſitum iuſſit ipſis comitibus reſtitui, vt patet ex pluribus ducalibus literis ſuper hoc emanatis. & cum illa doctrina Barto.tenent Ange.

Ioann.de Imol.Paul.de Cast. & alij in d.leg.creditor. Bald. in consilio 128. secundi voluminis, incipiente, factum tale propter.& in leg.falsus.in pe.column.C.de furtis.Bartol.in tractatu de tyran.in 7.quæstio.Ioan.de Imol. in cap.ex literis.ad fin de pignori. Petrus de Ancha.in consilio 63. incipiente,in causa quæ vertitur inter Philippum.in vlt. column. Paul.de Cast.in consilio 288.incipiente visis his quæ superius narrantur in puncto.in antepe. column. vsque ad finem. do. Alexand.in consilio 103.secundi voluminis.quod incipit,visis scriptis mihi transmissis in 5. column.ad fin.& sequenti.& in terminis ad præsentem casum Raphael Comensis in consi. 185.incipiente,Ser. Laurentius.

Et dicit bene ad propositum Ioan. de Imol. *in d. leg. creditor. ad fi.* quod si præcesserunt ordinamenta pœnalia, quod quicunque fuerit debitor talis debeat soluisse infra tantum tempus sub tali pœna, dicitur satis apparere, quod fuit coactus soluere in iniuriam creditoris. *argu. leg. 1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non da.* prout dicit sentire Barto. ibi. cautela est secundum eum, quod debitor non soluat nisi præcedente tali mandato pœnali. & sic dicit se pluries de facto practicasse, & ita formaliter contigit in casu præsenti. Ad prædicta bene facit tex.notabilis *in leg.qui autem.§.apud Labeonem.ff.de his quæ in frau.credito. & tex. in leg.si stipulatus sum mihi & Titio.§.si lancem.ff.de solu.& bonus tex in leg. fraudem.§. qui pro alio. ff. de iure fisci.* Ad idem bene facit, quod debitor soluens tertio authoritate iudicis plenissimam à creditore consequitur liberationem: *vt est glo.notabilis in leg. ait prætor. §.permittitur.& ibidem est tex.ff.de minoribus.* Ista sunt in effectu & in substantia potissima fundamenta consulentium in fauorem domini Ioan.Bernardini contra hospitale Placentinum. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror proculdubio de iure præ-
2 ualere,quod dictus depositarius nullatenus † sit liberatus ab obligatione dicti depositi, & consequenter de iure possit compelli per rectores hospitalis ad eius solutionem;eo quia iste depositarius re vera nihil de suo soluit camerę ducali,prout pręsupponunt prædicti domini consultores,qui in facto errant,eum error facti etiam sapientissimos fallat:*vt inquit tex.in le.2.ff de iur.& fac.ignoran.* Et consequēter nihil facit ad præsens propositum doctrina Bar.& aliorum *in d.le.creditor.cum concordantiis superius deductis, in qua doctrina prædicti consultores capitale faciunt,& se præcipue fundant.* ¶ Quod autem iste depositarius nihil de suo soluerit ducali cameræ,& consequenter in nihilo fit liberatus à dicto hospitali,sed exbursationem librarum octo millium sexcentarum fecerit de pecunia ipsorum comitum de Roueschala, ostenditur clare & euidenter ad oculum &intellectum. Nam præsupponitur in facto, quod comites de Roueschala vendiderunt ipsi domino Ioan. Bernardino tot de possessionibus Roueschalæ ℔ pretio librarū octo millium sexcentarum soluendarum infra terminum sex annorum proxime secutorum:&propter talem venditionem dictorum bonorum fecit dictum depositum de dictis octo millibus & sexcentis libris. Ista patent ex instrumento venditionis superinde confecto,& ex literis propriis ipsius depositarij responsiuis prin-
3 cipi, & insertis in instrumento venditionis factæ per principem, quæ literæ † probant contra ipsum scribentem.*leg.Publia. §.fin.ff.depositi.Bartol. in leg.nudaratio.ad finem ff. de dona. canonistæ in capit. secundo de fide instru.* successiue idem depositarius die vndecima Ianuarij millesimo 491. coram codē notario & eisdemmet testibus in vno eodemque instrumento celebrato Mediolani sub die prædicta, quando magistri extraordinarij fecerunt ex mandato principis venditionem Roueschalæ & possessionum dictis comitib. exbursauit dictas libras octies mille sexcentas ipsis magistris nomine dictorum comitum in manibus ducalis thesaurarij generalis: & simul & semel incontinenti in eodem instrumento idem depositarius liberat ipsos comites de Roueschala à bonis sibi per eos venditis pro dicta quantitate librarum octies mille sexcentarum. ¶ Modo est aduertendum, quod depositarius, qui dictum depositum fecerat propter dicta bona per eum empta, si re vera exbursasset dictam summam de suis proprriis pecuniis, non liberasset statim ipsos comites à bonis sibi venditis, quia istud fuisset iactare suū,quod in dubio non præsumitur.*le. cum de indebito. in princi. ff.de proba.*in dubio.n. debet potius 4
præsumi stultitia quam donatio † vel iactatio. se- b
cundum Bal.*in l.generaliter,* b *in 4.oppositione.C.de non numera. pecu.* Ergo euidenter resultat,quod depositarius exbursationem octo millium sexcentarum librarum,quam fecit ducali cameræ, non fecit de sua pecunia, sed de denariis proprijs ipsorū comitum, & propterea eos statim liberauit à bonis sibi venditis, quod nullatenus feciisset, si soluisset de suis proprijs pecuniis: Ergo cum nihil soluerit de suo ducali cameræ, per consequens non est liberatus à deposito erga hospitale: & sic non sumus in doctrina Bart.& scribentium in *d.l.creditor.* Ista ergo soultio octo millium sexcentarum librarum fuit simulata,† & fraudulenta, facta ad decipiendum 5
& circumueniendum hospitale.*leg.dubium. C. de repudiis.* Itē fuit facta colore quæsito:iuxta *le. vir vxori. §.fin.cum glo.ff.ad Velleianum.* per consequens est ipso iure nulla,& sic non liberat depositarium.*le. imaginaria.ff.de reg.iur.l.qui sub imagine.C.de distractio.pigno. l.emptor.ff.de aqua pluuia arcen.& leg.nuda.ff.de contrahen.emptio.declarat Bartol.in l.post contractum.in 3.colu. ff.de dona.*

Simulatio autem aperte ostenditur ex parte depositarij:quia exbursare totum pretium bonorum sibi per comites Roueschalę venditorum & statim remittere venditionem,& liberatores à bonis venditis,euidentissime ostendit,quod depositarius nō exbursauit dictam summam de propriis pecuniis, sed de pecunia comitum Roueschalæ. Ex nimia enim liberalitate c † simulatio & fraus præsumitur.*l.* c
omnes §.Lucius.ff.de his quæ in fraudem creditorum.secun- 6
dum Baldum in leg.eam quam.in decima columna.C.de fideicom. Simulatio autem & fraus probantur per coniecturas: *vt dicit textus notabilis in cap 2.de renunciatio.in 7.Bald.in le. emptione.C.plus valere quod agitur.* Facit lex, dolum.C. de dolo. Item ex quo comites Roueschalæ vere soluerunt dictam summam octo millium sexcentarum librarū ducali cameræ de suis propriis pecuniis,vt dictū est,† & ipsius depositarij 7
nomen est appositum in instrumento, certe simulatio probatur secundum Bal. *in l.multum interest,in 1.col. ad finem, per illum text.C.si quis alteri vel sibi facit*

tex.

tex. in l. fina. & quod ibi notat Bal. C. de pigno. & quod dicit gloss. in l. vxor marito. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quæ notat ex illo tex. contra vxores, quæ fraudulenter nomen suum tantum in instrumentis apponi faciunt, & non mariti. & glos. *in l. si filij, C. de donatio. inter virum & vxorem.* Ista ergo simulata † solutio dicitur colorata seu depicta, quæ extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus nõ habet substan-
d tiam [d]. Ita pulchre notat Bald. *in l. Ab Anastasio, in 4. notabili. C. manda.* Simulatio enim appellatur imago, quæ habet superficiem veri, sed non medullam: & ideo simulatio collusio appellatur, secundum Bal. *in l. ei qui, C. de distra. pigno.* Item actus simulatus est tanquam corpus sine spiritu, quia consensus est remotus ab isto actu, secundum Bald. *in l. 1. C. plus valere quod agitur.* ¶ Accedat ad prædictorum confirmationem illud, quod pulchre scribit in proposito Bal. *in l. falsus, in vltima col. C. de furtis.* quem consultores partis aduersæ pro se adducunt: sed obstat fortiter contra eos. Nam in terminis nostris in debitore, qui asserit se fuisse coactum per superiorem soluere, ad hoc vt per talem solutionẽ sic coactam possit dici liberatus à creditore, dicit ibi formaliter Bald. *in summa,* debitor talis debet erga cre-
9 ditorem suũ † bonam fidem & legalitatem obseruare, & nonnihil pro ea pati, antequam soluat vt passio sit fides & testimonium: & debet agere quicquid honeste potest pro suo creditore, salute sua
e salua. [e] *l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. l. hoc demum. ff. de operis liberto.* Et hæc omnia iudex habet considerare, & æquo suæ mentis oculo ponderare. *ita dicit ibi Bal. in proposito nostro.* iste depositarius non obseruauit bonam fidem & legalitatẽ erga hospitale Placentinum creditorem suum, vt patet ex collusione, quam fecit cum comitibus Roueschalæ aduersariis ipsius hospitalis, & ex simulatione exbursationis dictæ summæ octo millium sexcentarum librarum, quæ non erat de suis pecuniis, sed de pecuniis ipsorum comitum, & tamen nomen suum in instrumento fraudulenter accommodauit: ergo bonus iudex recto mentis suæ oculo perpendet de ista simulata solutione, quæ nullatenus habet ipsum depositarium liberare ab hospitali Placentino, cum re vera de suo nihil soluerit. ¶ Vltra prædicta est etiam aduertendum, quod literę principis & præceptum pœnale magistrorũ transmissæ ipsi depositario, quarum vigore depositarius asserit se coacte soluisse, fuerunt omnes concessæ ad supplicationem & instantiam ipsorum comitum de Roueschala, cum quibus ipse depositarius colludebat. Istud patet ex supplicatione ipsorum co-
10 mitum, & ex literis ipsius principis † & standum est assertioni factæ in ipsa supplicatione. *l. cum precum, C. de liberali causa, l. 2. C. de institutio. & substi gl. in c. 1. de confessis, in 6.* Item tales literæ fuerunt concessæ per principem, cuius nihil intererat, quod pecuniæ depositæ soluerentur ipsis comitibus, postquam ipse princeps iam habuerat, quod intendebat, scilicet castrum & possessiones Roueschalæ: comites ergo Roueschalæ erant illi, qui procurabant, & solicitabant tales literas: eo quia domina Hermelina, quæ licentiam in scriptis à principe obtinuerat vendendi castrum & possessiones Roueschalæ, perceperat ab eisdem comitibus pretiũ decem & septem millium librarum computato dicto deposito librarũ octo millium sexcentarum facto penes d. Ioannem Bernardinum: & in instrumento venditionis expresse conuenerat, quod nolebat teneri de aliqua euictione, nec ad pretii restitutionem, nec ad aliquid aliud, nisi pro facto suo & antecessorum suorum. Cõstat autem valere tale pactum expresse factum in contractu venditionis † quod venditor 11
non teneatur de euictione, nec etiam ad restitutionem pretii. [f] *l. emptorem, §. fi. cum gl. secundum verum* f
intellectum, & ibi Bar. & alij omnes, ff. de act. empt. gl. in l. non dubitatur, & ibi Bald. & alij. C. eod. tenent doct. in l. emptionibus, ff. de pactis. In perniciem ergo & damnũ dn. Hermelinæ, & cõsequenter hospitalis eius hæredis dicti comites de Roueschala dictas literas à principe procurarunt, & cum magna instantia obtinuerunt: Ergo non possunt allegare coactionem principis, nec ipsi, nec depositarius, qui est particeps & conscius fraudis, & qui cũ eis colludebat. *l. sed & si pupillus, §. proinde, ff. de institoria.* Minæ enim principis & coactiones † affectatæ [g] non inducunt 12
iustum metũ. *l. & qui data, ff. ex quibus causis maio. l. 3.* g
§. subuenitur. ff. ad Syllanianum. l. 2. §. fin. & ibi Bart. ff. si quis cautio. l. vniuersi. & ibi Bart. not. C de legatio. lib. 10. l. Spadonem. §. fin. ff. de excusa. tu. §. tria onera, insti. eo. Et in terminis, quod minæ principis affectatæ nõ inducant iustum metum, dicit Bal. in suo diuino cõsilio schismatis posito post rubricam. *C. si quis aliquẽ testari prohib. in 6. col.* Vnde licet alias coactio superioris, præsertim iniusta numeretur inter casus fortuitos, [h] secundum Bar. *in l. receptione, circa medium,* h
ff. de fideiussor. & in l. si per imprudentiam, ff. de cuictio. Bald. in l. falsus, in penult. col. C. de furtis. & in l. pignus, C. de pigno. actio. tamen quando fuit affectata & procurata, vt in casu præsenti non habet releuare comites, qui eam procurarunt, nec etiam depositarium conscium & colludentem. *d. l. sed & si pupillus, §. proinde.* ¶ Præterea, ex quo ista coactio principis eorum culpa processit, † vt dictum est, certe culpa 13
præcedens facit eos teneri ẽt de casu fortuito. *l. si vt certo. §. sed interdum, & ibi Bar. ff. commodati, c. 1. extra. eo. de commoda. Bart. in l. qui furtum, ff. de condi. fur.* præsertim quando talis culpa est ordinata [i] ad illum ca- i
sum. *l. si vehenda. §. idem iuris 2. ff. ad l Rhodi. de iactu.* ¶ Concludo ergo ex prædictis omnibus, do. Ioannem Bernardinum Marchionum depositarium librarum octies mille sexcentarum nullatenus esse liberatum ab obligatione depositi propter illam coloratam & simulatam solutionem factam ducali cameræ, non de suis, sed de pecuniis comitum Roueschalæ in executionem ducalium literarum procuratarum & solicitatarum per ipsos comites cum depositario colludentes, & consequenter cõcluditur, dictum depositarium esse iuris remediis adstringendum & compellendum ad soluendum dictas libras octies mille sexcentas penes eum depositas, prædicto hospitali Placentino: & consequenter ad agnoscendum fidem datam, quæ præcipue in deposito venit obseruanda. *l. 1. in prin. §. 1. ff. depositi,* cum instrumẽtum † depositi de iure com- 14
muni habeat executionẽ paratam, [k] cũ illico & ce- k
lerrime, & modis omnib. depositarius reddere cõpellatur: *vt est tex. reputatus singularis in l. penult. & ibi Bart. Ang. & Paul. de Cast. ad hos notant. C. depositi, domi.*

Alex. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudi. & in l. fin. in 1. col. C. de edicto diui Adria. tol. Nec contra instrumen-
15 tum depositi potest † opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. *l. in contractibus. §. sed quoniam, C. de non numerata pecu.* nec exceptio compensationis etiam de debito liquido. *d. l. penult. cum gloss. & ibi Barto. & Bald. C. depositi, l. fi. C. de compensa. Bart. & alij in l. si alienam, ff. solut. matrim.* & tanto magis cum talis restitutio depositi fieri debeat hospitali magno Placé-
16 tino † quod cum sit fundatum authoritate episcopi, proculdubio censetur venerabilis, & religiosus,
l & pius locus. l *18. q. 2. cap. quidam, cum gl. c. de xenodochiis, & c. ad hæc, vbi est tex. de religiosis domi. & in cle. 2. eodem tit. & tex. in §. fin. in authen. de eccleſiasticis titulis, Specul. in tit. de instru. editione, §. nunc vero aliqua, in vers. & scias. Bald. in l. orphanotrophos, in fi. C. de episcopis & clericis. & in authen. similiter, C. ad l. Falcid.* Vnde etiam in dubiis iudicandũ est in fauorem piæ causæ. *l. sunt personæ, ff. de religiosis & sump. funerum, cap. fi. de re iudic.*

ADDITIO.

a Annullauit.] Videatur Tiraq. de vtroq; retr. par. 2 §. 4. gl. 6. n 35. & Gabr. commu op. lib. 3. de solutio. concl. 11. n. 5. 14. 15. & 16. & pro veritate huius materiæ vide Affl. decis. 10. Rex Alphonsus. Barb. cons. 27. vbi Christus, num. 6. 7. lib. 3 & vide in materia Ruin. 147. visis lib. 1.

b Generaliter.] Idem Iason l. si donaturus, 2. not. de cond. cau. data l. cum quid, sub nu 19. c. fin. l. rogasti, §. si tibi, n. 5. in prin. si cert. pet. Dec. l. cuius per errorem, sub nu. 3. de reg. iur. Aymo cons. 142. Claudius nu. 26.

c Liberalitate.] Vide omnino quæ dixi consilio 52. cum simulatio, nu. 54.

d Substantiam.] Dixi d. consi. 52. nu. 37. cum seqq.

e Salute sua salua.] Dec. consil. 407. visis & diligenter, nu. 2. vers. 2. ratio.

f Restitutionem pretii.] Socin. tract. fallen. reg. 437. venditor. 1. Marsi. sing. 656. venditor, nu. 2. Tiraq. qui plures citat, de retr. consang. §. 12. glos. 1. num. 14. Gall. Parif in consue. Paris. titu. 1. 8. gloss. num. 41. Dida. variar. resolut. lib. 3. capit. 17. in prin. nu. 2.

g Affectatæ.] Gabr. d. loco, nu. 26. vide dicta per Barb. consil. 56. ego vehementer, nu. 1. & quæ dicit Dec. c. meminimus, vers. in glo. fin. de appella. & quod scribit Maran. tract. iud 6. part. princ. num. 42. Marsi. l. 1. §. cum quis latrones, num. 6. & seq. de quæstio. & quod dixi ego consilio 69. proponitur, n. 8.

h Fortuitos.] Refert Aymo cons. 233. in proposito, nu. 2.

i Est ordinata.] Dec. c. 1. 2. lect. in 9. not. de iudi. & l. 1. n. 68. in vlt. lect. G. qui adm. Paris. consi. 47. Intentio, num. 95. lib. 1. Aymo cons. 8. Aymo leyrandi, nu. 89. consi. 65. In contractu, nu. 5. & consil. 247. Antonius, nu. 6. col. vlt. vers. 6. respondeo. alias quando non fuit ad casum ordinata secus est. glo. c. quia diuersitatem, verb. suspensus, de concess. Paris. consi. 32. ad resolutionem, nu. 32. libr. 2. Rolan. consil. 82. prima facie, nu. 53. libr. 1. & consilio 30. statuto. num. 29. lib. 3. Natta consilio 595. ex duobus, numero 26. vide tamen Osas. decis. 104. viso processu, num. 5.

k Paratam.] Ias. l. 2. §. 1. sub nu. 5. in prin. si cer. peta. l. 2. nu. 17. de iureiur. & l. 1. sub nu. 4. vers. hinc est. C. de eden. Rolan. qui alios citat consil. 17. In causa vertente, num. 1. libr. 1. Alba. consil. 3. pro declaratione, nu. 12 & Rolan. consil. 47. per Magnificum, nu. 21. lib. 4.

l Et pius locus.] Vide eundem Ias. consilio 214. In causa in prin. supra lib. 2. vbi addo.

CONSILIVM XXVII.

SVMMARIA.

1 *Custodes carcerum debent bene & diligenter custodire carceratos, ita vt debitor carceratus non aufugiat in damnum creditoris: alias tenentur repræsentare debitorem vel soluere. & idem est in quocunque, qui fuit in causa, vt debitor carceratus fugiat à carceribus, vt nu. 2.*

2 *Causam præbens fugæ debitoris carcerati, tenetur debitum principale soluere creditori simul cum omni interesse.*

3 *Carceratus qui aufugit de carceribus præsumitur aufugisse culpa custodis.*

4 *Carceratus si non cum diligentia, sed cum magna negligentia custodiatur, arguitur lata culpa & dolus, &c. nu. 7.*

6 *Nuncius non potest aliquem personaliter capere, nisi licentiam ostendat per publicam scripturam.*

7 *Culpa præsumitur ex breuitate temporis, & ex eo quod carceratus aufugit meridie arrepto fune de puteo castri.*

8 *Mandatum vltimum attenditur.*

9 *Pater pro filio tanquam fideiussor tenetur in officiis publicis.*

CVSTODES carcerum debent bene & diligenter incarceratos custodire, ita quod debitor incarceratus † non 1 aufugiat in damnum creditoris. *l. ad commentarienſem. C. de custodia reo.* Alias ipsi custodes tenentur repræsentare debitorem vel soluere. *l. eum pro quo. ff. de in ius vocan.* ita a formaliter a dicit Bal. *in consil. 177. secundæ partis, incip. In ista captura. Bene facit tex. in l 3. C. de exac. tribu. lib. 10.* vbi est tex. quod qui est causa, quod debitor † alicuius fugiat 2 ex carcere, tenetur creditori soluere debitũ principale, & etiam omne interesse, secundum Ioan. de Anania *in consil. 55. incip. Quia dubia, ad fin. Bal. in cap. 1. in 5. col. de offic. delega. & in cap. dilectis, in 7. col. ad fin. & sequenti, de appel. Salyc. in l. in bonæ fidei, in 10 col. C. de rebus credi.* Item quando incarceratus aufugit de carceribus, † præsumitur aufugisse culpa custodis b se- 3 b
cundum Bar. *in l. si quis ex argentariis, §. pen. ff. de eden-*
do. & expressius do. Franc. de Are. in consil. 38. incip. Consultißime domine collateralis, in princ. vbi etiam ad hoc allegat tex. in l. fi. circa medium, & ibi gloss in verb. probandum, ff. de custodia reorum, ex text. in l. duus, in fi. de offic. præsidis. Bene facit gl. notabilis, in l. cum ita, §. species, ff. de leg. 2. iste ergo castellanus arcis sancti Antonini Placentini habet præsumptionem iuris cõtra se, quod eius culpa aufugerit Ioan. Antonius incarceratus pro debito fiscali ad instantiam fideiussoris sui, vltra præsumptionem iuris, quæ arguit culpam castellani custodis dicti incarcerati. Concurrunt etiam multæ aliæ præsumptiones, quæ fortius ostendunt eius culpam. Nam iste incarceratus tenebat claues portelli, & poterat suo arbitrio exire de ipsa arce, ergo non custodiebatur cũ diligentia, † prout 4
fieri debebat, imo cum magna negligentia quæ arguit latissimam culpam & dolum. *l. magna negligentia, ff. de reg. iur.* Item castellanus non fecit poni in compedibus seu in vinculis dictum incarceratum, prout facere debebat iuxta denunciam sibi, vel eius filio factam, per vnum de familia domini Referendarii, iudicis præsentis causæ, cum ad arbitrium iudicis incarceratus sit custodiendus. c *l. 1. ff. de cu-* c
stodia reorum. ¶ Nec ad hoc obstat illud, quod motiuando dicitur, quod non debuit credi nuncio de tali commissione † nisi in scriptis appareat: quia di- 5
co, quod imo debuit credi soli nuncio d Referen- d
darii

darii sine literis, ex quo erat de familia Referendarii. & erat intra territorium. ita expresse tenet Bart. *in extrauaganti. ad reprimendum, in verb. per nuncium, vbi ad hoc allegat §. eos, in auth. de collatoribus.* Bene verum est, quod nuncius non potest personaliter † aliquem capere nisi licentiam ostendat per publicam scripturam, quia illud est grauius. *ita loquitur Bal. in l. consentaneum, in 2. colum. C. quomodo & quando iudex. & in c. cum parati, in 2. col. de appel. per tex. in l. neminem, C. de exhiben. reis.* Item castellanus, vel eius filius paulo ante fugam recusauit ipsum incarceratum tradere familiæ d. Referendarii, habentis de hoc scripturam authenticam, & publicam, & sic fuit in culpa : & cum paulo post aufugerit, præsumitur etiam factum culpa custodis, † quæ ex breuitate temporis colligitur. *l. si ventri. §. fina. & quod ibi Barto. ff. de priuilegiis credito. c. officij, & ibi gloss. de elect.* Item iste incarceratus aufugit de dicto castro e media die, arrepto fune [e] putei castri, per quem se dimisit ex mœnibus: Ergo per talē fugam factam media die, & per arreptionem funis existentis ad puteum arcis, arguitur manifesta negligentia, & sic manifesta culpa ipsorum custodum : *vt dicit tex. in d. l. diuus, in fine, ff. de offic. præsidis. & in l. si vendita, ff. de periculo & commo. rei vendi.* Item quando incarceratus se præcipitauit de mœnibus, vel, quod fortius est, quando se dimisit per funem, custos dicitur esse in culpa : *vt text. in l. fin. circa medium, in verb. vel se præcipitauerit, ff. de custo. reo.* ¶ Ex istis omnibus concluditur ex multiplici capite, dictum castellanum fuisse in euidenti culpa, vltra præsumptionem iuris, quæ est contra eum, quod incarceratus qui aufugit, dicatur eius culpa aufugisse, & consequenter, quod ipse teneatur ad solutionē crediti. ¶ Nec obstant ea, quæ motiuando adducuntur, & primo dum dicitur, quod dominus Referendarius, de cuius licentia do. Io. Antonius fuit detentus, cōmiserat castellano quod cū permitteret ire per arcem, & quod ita faciendo nō fuit in dolo vel culpa: quia carceratus debet custodiri secūdum arbitrium iudicis. *l. 1. & ibi Bar. ff. de custodia reo.* Item quod fideiussores dederat, ergo non erat in vinculis detinendus. *l. diuus, 1. ff. de custodia reorum.* quia dicitur, quod primo non apparet de tali commissione D. Referendarii. secundo quod idem do. Referendarius postea iussit eum in vinculis poni, vt superius fuit dictum. vnde vltimum mandatum † derogat primo. *l. pacta nouissima, [f] C. de pac. c. cæterum, & c. ex tenore, de rescrip.* & dicti fideiussores dati per incarceratum non erant dati super fuga, quod non fugeret, prout loquitur *d. l. diuus, prima, & ibi expresse Bartol.* Sed erant fideiussores de sorte principali, ad quorum instantiam fuerat incarceratus. ¶ Non obstat etiam inquantum motiuando adducitur quædam excusatio castellani; quia prædicta, quæ obiiciuntur, tendunt contra filium castellani relictum in arce custodem, & non contra ipsum castellanum. vnde pater non debet pro filio teneri; *toto titu. C. ne filius pro patre.* quia dicitur, quod imo in officiis publicis † pater pro filio [g] tanquam fideiussor tenetur : *vt est text. in l. 2. ff. ad municipales. facit tex. in l. 1. C. de filiusfam. & quem. admo. pater pro his tenea. lib. 10. & l. filius familias, ff. de administra. rerum ad ciui. perti. & l. filios, C. de decurionibus, lib. 10.* Et tanto fortius in casu præsenti, vbi castellanus relinquebat filium in arce custodem loco sui, & eius vices gerentem : ergo pro eius facto tenetur : *l. ad commentariensem, C. de custodia reorum, d. l. fin. ff. eod.*

ADDITIO.

a Formaliter.] Et Bald. & Iaſ. hic refert Menoch. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. casu 302. nu. 2.

b Culpa custodis.] Alcia. tract. præsumpt. reg 3. præsump. 15. nu. 5. Soc. iun. consi. 81. visis nu. 5. lib. 4. vbi refert Iaſ. cum aliis per me relatis consi. 44. ex facto, nu. 15. vbi etiam hoc consil. cito. addo Lancel. Conra. lib. 1. de prætore, c. 9. §. 3. nu. 23. & Rimin. iun. consi. 135. cum dominus, nu. 7. vbi tamen in rationibus dubitandi huius consi. meminit.

c Custodiendus.] Refert Menoch. d. tract. de arbit. iud. l. 2. cent. 3. casu 303. nu. 2. Boer. decis. 217. & videtur nu. 10.

d Soli nuncio.] Quando publico nuncio credendum sit vel non, clarissime Menoch. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 212. per totum.

e Arrepto fune.] Retuli in simili. d. consi. 44. nu. 19. vide tamen Boer. d. decis. 217. sub nu. 10.

f Pacta nouissima.] Vbi Iaſ. nume. 3. ampliat procedere in pactis, vltimis voluntatibus, rescriptis & aliis similibus, vt per eum ibi : quibus adde dicta per Dec. d. l. pacta nouissima, num. 3. & 4.

g Pater pro filio.] Sequitur Boer. d. decis. 217. num. 11. in fine, refert & sequitur Menoch. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 345. num. 8. & 9.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Actio de dote competens mulieri vel eius singulari successori extinguitur confusione per aditionem hæreditatis mariti : sed contra nu. 6.*

2 *Creditor quotiescunq; succedit debitori suo actio contra eum competens confunditur ratione contrarietatis, quæ actio & passio non possunt stare in eodem subiecto.*

3 *Paria sunt non facere inuentarium, vel facere, sed non legitime, & intra tempus limitatum.*

4 *Formam obseruare non dicitur, qui non obseruat tempora à iure constituta.*

5 *Mulier quæ per ignorantiam iuris non fecit inuentarium vel minus solenniter fecit, non excusatur.*
Iuris ignorantia regulariter non excusat mulieres, num. 5.
Iuris error non excusat mulierem in iis, quæ inducta sunt pro forma actus vel ad iuris rigorem conseruandum, nu. 5.

6 *Mulier hæres instituta cum prohibitione expressa alienandi immobilia videtur esse tanquam vsufructuaria & potest consequi in bonis mariti creditum suæ dotis ēt si inuentarium non confecerit, nec potest dici creditum suum confusum per aditionem hæreditatis.*

7 *Mulier hæres instituta grauata per fideicommissum restituere hæredibus mariti, tunc adeundo, etiam sine inuentario creditum dotis suæ non dicitur in effectu esse confusum.*

8 *Actio de dote non est confusa per aditionem, quando mulier intra annum vel duos annos post mortem mariti secundum formam statuti fieri curauit solemne inuentarium.*

9 *Creditor si adiuit hæreditatem debitoris sui cū beneficio inuentarij, potest per officiū iudicis implorare separationem bonorum hæreditariorum quæ sufficiant pro suo credito de quibus possit libere disponere.*

10 Statu-

10 *Statutum seruandum est in loco in quo viget.*
Statuti determinationem vbi habemus, non debemus vlterius inuestigare, nu. 10.
Statutorum verbis inhærere debent iudices, nec aliter ea interpretari quam statuta loquantur, nu. 10.
11 *Statuti forma debet ad vnguem obseruari.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

QVÆRITVR, an actio de dote competens mulieri, & sic eius donatario singulari successori in bonis quondam mariti sui, sit extincta confusione per aditionem hæreditatis dicti mariti. Videretur prima consideratione dicen-
1 dum quod sic: quia † quotiescunque creditor succedit debitori suo, actio contra eũ competens con-
2 funditur ratione † contrarietatis: quia actio & pas-
a sio non possunt simul stare in eodem subiecto. [a] *l. debitori. C. de pactis. l. Vranius, de fideiusso. & l. Stichum, §. aditio, ff. de solu.* Nam dicta mulier hæres instituta à marito non fecit inuentarium infra tempus sex mensium taxatum à iure. *l. fina. & §. sin autem dubius & §. sin autem aliquis. C. de iure deliberan.* Vnde paria
3 sunt non facere inuentarium, † vel facere, sed non legitime, & infra tempus limitatum. *l. quoties. ff. qui satisdare cogan. l. 2. ff. de autho. tu. cap. constitutis, de procura. & cap. Nicolao. de appel.* Nam qui non obseruat tempora constituta à iure, non dicitur obseruare
4 eius formam † authen. quæ supplicatio [b] *in vers. sub*
b *hac forma. & ibi Bald. & Salyc. ad hoc notant. C. de precibus impe. offe. Bald. in l. obseruare, § fin. in 3. q ff. de offi. proconsulis & leg. & in l. liberti, in 5. col. C. de ope. liber. & in auth. qui semel, in 4. col. C. quomodo & quando iudex. & in l. omnes populi, in vlt. col. ff. de iustitia & iure. & in l. ordo, circa medium, C. de execu. rei iudi. facit tex. in l. scire oportet, §. consequens, ff. de excu. tu.* ¶ Nec dicatur mulierem istam esse excusandam propter fragilitatẽ sexus, & sic imbecillitatem. *l. imperialis, in princip. C. de nup.* cum mulier habeat infirmum & inualidum consilium. *l. cuius bonis, post medium ff. de cu. furio.*
5 Quia respondetur † quod ignorantia iuris regulariter non excusat mulieres. *l. fina. C. de iur. & facti ignorantia. l. iuris ignorantiam, C. qui admitti.* Præterea in his, quæ sunt inducta pro forma actus, vel ad rigo-
c rem iuris conseruandum, [c] error iuris non excusat mulierem, etiam quando non potuit consulere peritiorem, secundum Bald. & alios *in d. l. iuris ignorantiam, ad fin. C. qui admitti. Bart. in l. 1. § nunciatio, ff. de ope. noui nuncia. cum suis infinitis concordantiis traditis in dictis locis. & est gloss. notabilis in l. ambiguitates, C. de testa.* & in terminis nostris quod non excusetur mulier, quæ per ignorantiam iuris non fecit inuentarium: vel minus solenniter fecit, tenet Bal. *in l. fina. in princi. in 3. q. C. de iure delibe. Bartol in consi. incipiente, Maritus fecit hæredem vxorem.* ¶ Sed præmissis nõ obstantibus, contrarium arbitror esse de iure verius,
6 quod imo creditum dictæ dotis sit saluum, † & peti possit in bonis dicti mariti per donatariũ ipsius mulieris, eo quia ista mulier effectu censetur relicta solum vsufructuaria: cum haberet solum ius vtendi & fruendi, salua rerum substantia. *l. 1. ff. de vsufruct. & insti. eo. in princip* patet, quia de bonis immobilibus mariti nihil poterat disponere, nec inter viuos, nec in vltima voluntate: & erat expresse prohibita alienare: quia testator disposuit, quod post mortem vxoris integre, & sine diminutione aliqua deueniant in eius hæredes substitutos ipsi mulieri, ergo non potest dici, quod per aditionem hæreditatis factam ab ipsa muliere, etiam sine vllo inuentario, sit extincta actio de dote, cum hic non cadat actio & passio in eodem subiecto. *d. l. Vranius.* & sic non cadat contrarietas, ex quo mulier in effectu est solum vsufructuaria. ¶ Secundo, ex quo ista mulier hæres instituta, grauata est per fideicõmissum restituere hæredibus mariti † tunc adeun- 7
do etiam sine inuentario, creditum dotis suæ non dicitur in effectu esse confusum. [d] *l. cum hæredes, l.* d
postulante, l. cum hæreditas ex fideicommis. & l. ita tamen. §. si ex Trebelliano ff. ad Trebellianum, l. si is qui hæreditatem, ff. de condi. indebi. l. 2. §. cum quis ff. de hæreditate vel actio. vendi. Ludou. Roma. in consi. 276 incipiente, Visis dubiis propositi thematis, in 1. col. & latius Paul. de Castro in consi. 164. incipiente, Visa facti narratione satis longa, in 1. & 2. col. vbi decidit, quod dos venit detrahenda de fideicommisso, quoniam in fideicõmisso vniuersali non veniunt bona propria grauati. *l. coheredi §. cum filiæ, in vers. nec fideicommisso. ff. de vulga. & pupilla.* ¶ Nec obstat secundum eum, quod actio de dote est confusa per aditionem hæreditatis non confecto inuentario. *l. si. §. in imputatione, à contrario sensu, C. de iure deliberandi.* quia dicit, q̃ istud erat etiam de iure veteri ante illam *l. fina.* quia creditor succedit debitori. *l. debiti, C. de pactis.* Et tamen poterat deducere debitum aduersus fideicommissum vniuersale. *l. debitor, ff. ad Trebellia.* & etiam aduersus legatarios particulares. *l. si vniuersa, C. de legatis.* sed non aduersus creditores hæreditarios: quia illis tenebatur vltra vires hæreditatis. *l si bonis, C. de iure delib. l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio.* hodie vero si non est confectum inuentarium, quamuis teneatur creditoribus & legatariis etiam vltra vires hæreditarias. *§. si vero non fecerit, in authen. de hæredit. & falcidia.* tamen secus est in fideicommissario vniuersali [e] et- e
iam hodie non confecto inuentario: quia in illo non venit nisi ipsa hæreditas, & sic non nocet omissio inuentarii, quominus proprium debitum, licet videatur confusum, deducere possit, sicut iure veteri poterat. *d. l. debitor.* & subdit Paul. de Castr. quod ista sunt adeo clara, quod palpantur manibus, & sunt ipsa veritas; vt ibi latius per eum. ¶ Tertio & adhuc planius facit; quia ista mulier infra vnum, vel duos annuos post mortem mariti fieri fecit solemne inuentarium; † ergo per eius aditio- 8
nem non est confusa actio de dote. *d. l. fi. §. si vero & ipse, in verb.* non confundantur; eo quia confectio inuentarii constituit hæredem in eo statu & gradu, in quo esset, si hæreditatem non adiuisset, quo ad damnum euitandum. *d. l. fin §. & si præfatam, & §. in computatione, cum gl.* Nam confectio inuentarii facit censeri hæreditatem iacentem, [f] *vt pulchre di-* f
cit Bald. in d. § in computatione, in 1. oppositione, & in l. debitori, circa principium, C. de pac. ¶ Confirmantur prædicta per illud, quod signanter in practica tenet Bal. *in d. l. debitori, in 2. col.* quod si creditor adiuit hæredita-

9 reditatem debitoris sui, quod beneficio inuẽtarii † g potest per officium iudicis implorare g separationem tot bonorum hæreditariorũ, quot capit creditum suum de quibus possit libere disponere. Sequitur & commendat Paulus de Castro ibi dicens, quod est menti tenendum, & quod non recolit alibi legisse. & idem Paul. de Castr. *in l. quoniam in prioribus, ad fin. per illum tex. C. de inoffic. testamen.* sequitur etiam dominus Alexand. *in dict. l. debitori.* dicens, ꝙ ita alias fecit obseruari in practica, & quod idem vult Baldus *in d. §. in computatione, in vers. icu. venio ad oppositiones.* ¶ Nec obstat, quod dictum est supra, quod ista mulier non fecit fieri dictum inuentarium infra tempus sex mensium limitatum à iure; quia respondetur, quod per statutum Placentinum est in hoc derogatum iuri communi, & specialiter circa solennitatem temporis. Vnde statu-
10 tum † in loco, in quo viget, seruandum est. *le. omnes populi. ff. de iustitia & iure. §. ius autem ciuile. institu. de iure natu. gen. & ciui.* & vbi habemus determinationem statuti, non debemus vlterius inuestigare ra-
h tionem, h secundum Bald. *in le. Gallus. §. si eius. in 2. col. ff. de liber. & posthu.* Item assessores debent inhærere verbis statutorum. *l. 1. §. si is qui nauem. ff. de excercitoria.* Nec aliter debent interpretari, quam statuta loquantur, secundum Bald. *in capitu. significante. in 2. column. ad fin. de appella. alibi dicit Bald. in l. fin. C. de arbitris.* quod vbi statutum loquitur, serua statutum.
11 Nam forma statuti debet ad vnguem † obseruari, secundum Bald. *in leg. cessante. in vltima columna. C. quomodo & quando iudex.* Item per statutum Placentinum potuit tolli tempus conficiendi inuentarij
i limitatum i à iure; iuxta gloss. *in le. præscriptione. C. de iuris & fact. ignor. Ange. Imol. & moderni in le. secunda. ff. de re iudi.*

ADDITIO.

a Subiecto.] Iaso. supra cons. 148. Aggrediot. n. 30. lib. 2. vbi dixi. quibus addo Menoch. referentem Iaso. consilio 89. non leuis, nu. 45.

b Supplicatio.] Ias. infra consi. 53. circa primum, numero 1. lib. 2. vbi addo.

c Conseruandum.] Natta consilio 575. subtiliter, num. 23. cum aliis, vt per Rolan. qui etiam huius consi. meminit tract. de confect. inuent. par. 2. quæst. 8. num. 3. vbi addo Menoch. consil. 35. cum hæc, num. 24. vbi & ipse hoc consil. refert, id quod facit etiam Phan. de inuenta. hæred. par. 2. num. 20. 21. inquiens, æquius sibi videri mulieri succurrere cum ad peritiores consulendos confugere sibi non licuit: facit quod de rustico dicit Tiraquellus tracta. de pen. temper. cau. 11. numero decimooctauo.

d Confusum.] Dec. l. debitori, nu. 3. C. de pact. Soc. consi. 44. non parui, num. 1. lib. 3. cum aliis, vt per Mandos. ad Roma. consil. 276. visis dubiis, num. 2. lit. c. addo Nattam consilio 255. præsupponitur, num. 7. & Roland. alios allegantem consilio 65. circa casum lib. 2. & tract. de confect. inuent. sect. pone hæres, num. 9. folio 291. qui vtrobique hoc consi. citat. Menoch. consilio 81. causa hæc, num. 12. vbi sequitur Castr. & huius consi. meminit.

e Vniuersali.] Phan. tract. de inuenta. hæred. par. 7. numero 41. vbi Iaso. & aliorum consil. citat. Zanch. l. hæredes mei, §. cum ita, secunda parte, numero 64. vbi sequitur & alios plures allegat.

f Iacentem.] Chassan. consi. 22. consuetudine, nu. 9. versic. Item ex doctrina Rolan. hoc consi. referentis, d. tract. de confect. inuenta. 10. vtil. nu. 3. fol. 131. & sect. nunquid hæres, n. 27. fol. 152. vbi alios adducit.

g Implorare.] Ruin. consil. 57. de tribus principaliter, in fine lib. 2. Paris. consi. 69. viso testamento, nu. 43. lib. 2. Roland. d. 10. vtil. nu. 6.

h Rationem.] Ias. supra consilio 188. quia multa, nu. 13. lib. 2. vbi addo.

i Limitatum.] Refert Roland. tracta. de confect. inuent. ad fin. q. hæredis omittentis face. inuent. fol. 61.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXIX.

THEMA.

DOMINVS Nicolinus de Vayrolis Cremonensis in suo testamento sibi hæredes vniuersales instituit Petrũ Georgium, & Philippum eius ablaticos, ex quondam Ioañe eius filio legitimo & naturali prædefuncto; & si vnus vel duo ex dictis testatoris ablaticis & hæredibus vt supra, decederet, seu decederent absq; liberis masculis ex se legitime descendentibus, alius seu alii superuiuens seu superuiuentes, succedat seu succedant tali præmortuo seu præmortuis. Et eo casu aduenient, ipse testator iure institutionis talem superuiuentem, seu superuiuentes tali præmortuo, seu præmortuis instituit & substituit in bonis & hæreditate prædicta. Mortuo dicto testatore primo loco postea decessit Petrus sine filiis & filiabus. Deinde decessit Philippus relictis post se filiis masculis. Postremo mortuus est Georgius intestatus, relictis post se duabus filiabus, quæ ab intestato dicti Georgii patris hæredes fuerunt. Modo filii dicti Philippi prætẽdunt ad se spectare bona dicti quondam domini Nicolini iure fideicommissi superius relati, exclusis filiabus Georgii, quæ ex aduerso prætendunt nullum fideicommissum spectare filiis dicti Philippi. Quæritur in prædictis quid iuris.

SVMMARIA.

1 *Testatoris mens in substitutione fideicommissaria magis attendi debet quam eius verba.*

2 *Familiarum honestas conseruatur per diuitias, quæ per inopiam perit.*

3 *Testatoris prouisio facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quo testator idem verisimiliter prouidisset, si de eo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus. Sed vide num. 7. & sequentib. vbi declaratur & maxime num. 14.*

4 *Testatoris dispositio expresse concepta in vna persona extenditur etiam ad aliam personam omissam, si ex euidentibus coniecturis apparere potest quod testator idem prouidisset, si de ea cogitasset. Sed contra nu. 7. & seqq.*

5 *Substitutio fideicommissaria. In substitutione fideicommissaria filius fratris prædefuncti admittitur, sicut admissus fuisset ipse frater substitutus: & hoc ex coniecturata defuncti voluntate, sed contra nu. 7. & seqq.*

6 Testa-

6 Testator potest facere vt fideicommissum conditionale transmittatur ad filios substituti, quamuis fideicommissarius decesserit ante euentum conditionis appositæ in fideicommisso.

7 Substitutio fideicommissaria efficitur quasi caduca ex quo substitutus mortuus est ante eum cui facta erat substitutio.

8 Substitutio fideicommissaria non transmittitur ad hæredes.

9 Fideicommissi conditionalis ius non transmittitur etiam ad filios substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem.

10 Testator relinquens aliquid nepoti, & adijciens conditionem, quod si decederet sine liberis, reuerteretur ad hæredem vniuersalem, si interim hæres vniuersalis decedat, restitutio amplius non debetur.

11 Substitutio fideicommissaria facta in particulares personas nunquam extenditur ad aliam personam, etiam in qua concurrat verisimilis coniectura voluntatis testatoris.

12 Substitutio facta in vnum casum licet regulariter trahatur ad alium casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim in substitutione vulgari, nunquam tamen fit extensio de persona ad personam, etiamsi in illa alia persona militaret eadem ratio agnationis & præsumpta mens testatoris, & etiamsi testator idem verisimiliter statuisset in alia persona, si de ea fuisset interrogatus.
Extensio in substitutionibus quamuis fiat de casu ad casum, ex præsumpta testatoris mente, nunquam tamen fit extensio de persona ad personam, nu 12.

13 Testator si in testamento dederi tutorem filiis suis, non censetur dedisse tutorem ei filio quem ignorabat, & idem est si instituisset filios suos in genere: quia institutio non trahetur ad filium quem ignorabat.

14 Substitutio facta in vnum casum extenditur ad alium quando ille alius casus respicit personam illius, cui est facta substitutio, secus si respiceret personam substituti, & ideo si est substitutus ille qui nascetur post mortem testatoris, non potest intelligi substitutus ille qui nascitur in vita.

15 Omissum a testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso.

16 Testatorem velle non sufficit nisi disponat.

17 Testator non præsumitur velle, nisi quod exprimit in testamento.

18 Beneficio scripturæ testamentariæ alicuius vti non possunt in ea non nominati.
Instrumenti beneficio vti non possunt in eo non nominati, nu. 18. vbi hoc exornatur.

19 Scriptura quod non dicit, nec nos dicere debemus.

20 Substituto decedente pendente conditione eius filij non admittuntur quando sunt omnino omissi a testatore, tunc enim habentur pro omissis, secus quando ex aliquibus indiciis vel coniecturis apparet testatorem idem sensisse de nepotibus.

21 Testator potest facere vt legatum conditionale transmittatur.

22 Testator si substituat superuiuentem vel superuiuentes, filij eorum non veniunt nec ex substitutione, nec ex transmissione, quia vltimo morienti nulla facta fuit substitutio.
Substitutio. In substitutione facta de superuiuente vel superuiuentibus filij eorum non veniunt, minus reniunt ex transmissione, quia vltimo morienti nulla facta est substitutio, nu. 22.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR in præsenti dubio prima animaduersione cõcludendum, filios masculos Philippi prædefuncti debere admitti ex prædicta substitutione fideicommissaria, exclusis filiabus Georgii; eo quia in substitutione fideicõmissaria, de qua in præsens quæritur, magis attendere † debemus mentem testatoris q̃ eius verba. *l. Publius, §. fin. & l. in conditionibus primum locum obtinet. in princip ff. de condi. & demonstra. & l. hæredes mei, §. cũ ita, ff. ad Trebellia. & l. cum proponeretur, ff. de lega. 2. & l. cum virum. C. de fideicommis. l. 3. C. de lib. præte.* Sed testator fecit istam substitutionem fideicommissariam fauore agnationis & lineæ masculinæ, vt eius bona cõseruarentur in agnatione & familia, & sic vt agnationis suæ salua esset dignitas; *vt inquit tex. in l. 1. §. sed & si seruus, ff. de ventre inspi.* Nam per diuitias familiarum conseruatur † honestas, quæ per inopiam perit. *§. sancimus, in authen. de testi. l. 1. ff. de custo reo.* & hoc patet euidẽter; quia testator filiam suam propriam & alias eius ablaticas excluſit ab ista substitutione fideicommissaria, ergo ex ista præsumpta & coniecturata mente testatoris, quæ in fideicommissis venit attendenda, debemus dicere, quod filii masculi Philippi prædefuncti excludere debeant iure prædicti fideicommissi filias fœminas Georgii vltimo loco vita functi. ¶ Secundo facit; quia prouisio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, † aut de eo fuisset interrogatus; [b] *vt est in textu in l. Titius, §. Lucius. vbi Bart. & alij notant. ff. de lib. & posthum. & tex. in l. fi. secundum intellectum Bart. & magis communem. C. de posthu. hæred. institu. facit tex. in l. fin. C. de institu. & substitu sub condi. fac. Adidem etiam facit tex. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac.* Sed in casu præsenti testator, qui substituit superuiuentem ex ablaticis, vel superuiuentes, verisimiliter etiam substituisset filios masculos ablaticorum ad exclusionem fœminarum, si de eis fuisset interrogatus. ¶ Tertio pro ista parte & pro confirmatione prædictorum optime facit illud, quod egregie determinat Ange. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. in 2. colum. ad fin. ff. de libe. & posthum.* Vbi tenet, quod sicut dispositio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, vt dictũ est supra in proximo fundamẽto, eodem modo dicit Ange. quod dispositio testatoris † expresse concepta in vna persona, extenditur etiam ad aliam personam omissam, si ex euidentib. coniecturis apparere potest, quod testator idẽ prouidisset, si de ea cogitasset, allegat ad hoc tex. *in d. l. Titius, § Lucius ff. de libe. & posthum. & in dicta l. fina. C. de posthum hæred. institu.* & ita videtur contingere in casu præsenti. Ista doctrina Ange. videtur prima fronte multum stringere pro ista parte. ¶ Quarto optime

optime facere videtur illud; quod prope ad terminos nostros decidit Bald. *in l.vnica, in vltima columna. C. de his qui ante aper. tab.* Vbi videtur decidere, quod
5 in substitutione fideicõmissaria filius fratris † prædefuncti admittatur, sicut admissus fuisset ipse frater, qui erat substitutus; & hoc ex coniecturata voluntate testatoris, qui idem statuisset in nepote, sicut in fratre expresse substituto, si de hoc casu cogitasset, vt iuribus prædictis. ¶ Confirmatur; quia testator potest facere, quod fideicommissum
6 conditionale transmittatur † ad filios substituti, quamuis fideicommissarius decesserit ante euentum conditionis appositæ in fideicommisso, *secundum Bald. in l. si pater, in 4. quæstione, C. de instit. & substitu. & in l. vnica, in 2. notabili. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. & in capitu. Cumana. in 6. colum. de elect.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod filii masculi quondam Philippi non possent admitti ex substitutione fideicommissaria facta in testamento domini Nicolini eorum proaui, sed quod filiæ Georgii eidem ab intestato succedere debeant, etiam in bonis dicti quondam domini Nicolini, ex fundamentis infra deducendis, ex quibus apparebit allegata in oppositum non obstare. ¶ Moueor in primis; quia illa substitutio fideicommissaria est effecta quasi caduca, ex quo Philippus substitutus
7 mortuus est ante Georgium; † & similiter alii ablatici testatoris specialiter substituti prius mortui sunt ante eum. *l. vnica. §. & cum triplici. C. de cadu. tol.*
8 Item trita est regula, † quod substitutio fideicommissaria non transmittitur ad hæredes. *l. si ex pluribus, in fin. ff. de suis & legitim. l. toties in fine. ff. de acquirenda hæreditate. l. sed si plures, in principio. ff. de vulga. & pupilla.* Item ius fideicommissi conditionalis non
9 transmittitur etiam ad † filios substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditio-
c nem, c *prout est tex. in l. vnica. § fin autem sub conditione. & ibi Bald. & moderni ad hoc notant. C. de cadu. toll & est glo. ordinaria & approbata in l. vnica, & ibi Bartol. & alij. C. de his qui ante aper. tabu. & gloss. in l. hæredes mei, §. cum ita, in verb. susceperisset, ff. ad Trebellia. reprobata gloss. in l. is cui sub conditione, §. fina. ff. de actio. & obligatio. & ita etiam tenet Baldus in l. si auus, in 3. colum. C de liber. præter. & in l. vnica, in secundo notabili. C. vt act. ab hæredi. & contra hæred. & in capit. primo, qui succes. tene. Bald. & Imol. in l. cum ex filio, ad fin. principij, ff. de vulgari & pupilla. dominus Antonius de Butr. in capitu. Raynaldus, in 1. colum. ad finem, de testam.* Et quod pendentia conditionis in fideicommisso vniuersali impediat etiam in filio proprio testatoris transmissionem ad eius descendentes, *facit tex. in l. si cui legetur. §. 1. & ibi Bald. & Floria. ad hoc notant. ff. de lega. 1.* Confirmantur *prædicta per tex notabilem in l. causa 2. §. Pomponius, ff. de minor.* per quem notatibi Bald. singulariter, quod
10 si testator relinquit aliquid nepoti, † & adiecit cõditionem; quod si decederet sine liberis, reuerteretur ad hæredem vniuersalem; quod si interim hæres vniuersalis decedat, quod amplius restitutio non debeatur, refert & sequitur dominus Alexand. *in l. Gallus, §. etiam si parente, ff. de liber. & posthumis. & in l. qui liberis, §. hæc verba, in 2. colum. per illum tex. ff. de vulgari & pupil. vbi reputat hoc esse bene notandum, & plenius idem dominus Alexand. in l. fin. C. de leg.*

¶ Secundo facit; quia in substitutione fideicommissaria, de qua in præsens quærit, cum sit onus fideicommissi & grauamen: *l. cohæredi, §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupillari.* si sit facta in particulares personas, † vt est in casu nostro in ablaticos testatoris su- 11
peruiuentes; nunquam extenditur ad aliam personam, etiam in qua concurrat verisimilis coniectura voluntatis testatoris; *vt est tex. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellia. & in l. commodissime. ff. de liberis & posthumis. facit bene tex. in l. si pater filium. ff. de vulgari & pupillari.* per quem text. notant ibi Ioannes de Imo. dominus Alexand. & alii moderni, quod substitutio facta in vnum casum non comprehendit alium, in quo induceretur diuersitas personæ substitutæ, d vt est in casu præsenti; & istud fortifica- d
tur latius in fundamento sequenti. ¶ Tertio & fortius p ista parte stringit; quia licet in materia substitutionum tradatur regula generalis, quod substitutio facta in vnum casum trahatur † ad alium 12
casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim in substitutione vulgari. *l. fina. & ibi Barto. & a'ij notant, C. de instit. & substitu. l. fina. & ibi Barto. & alij notant. C. de posthumis hæredi. instit. l. Gallus. §. & quid si tantum cum gloss. & ibi Bart. & alij notant. ff. de liberis & posthum. Barto in l. 1. in princip. ff. de vulgari & pupillari. in 3. quæstione 2. quæstionis principalis, cum multis concordantiis quæ ibi tradi solent.* Tamen in substitutionibus nunquam fit extensio de persona ad personam, dato quod in illa alia persona militaret eadem ratio agnationis, & præsumpta mens testatoris. Item etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia persona, si de ea fuisset interrogatus, licet ista concurrant, tamen non fit extensio de persona ad personam. Ista conclusio probatur per tex. notabilem. *in l. si quis ita, §. penult. ff. de testamen. tute.* vbi est tex. notabilis, quod in materia fauorabili, & sic large interpretanda, si testator in testamento dederit tutores filiis suis, † nõ dicitur dedisse tutorem illi filio, 13
quem ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta charitate & mente patris, si pater de tali filio fuisset interrogatus verisimiliter & proculdubio idẽ statuisset. Et per illum textum tenet ad propositũ nostrum gloss. ordinaria *in l. Titius, in princip. ff. de liberis & posthu.* quod si testator instituit filios suos in genere, illa institutio trahitur ad filium, quem testator ignorabat se habere; & tamen præsumpta mẽs testatoris & identitas rationis est, quod si sciuisset illum alium filium se habere, ex naturali charitate eum fuisset instituturus; & ita nedũ verisimiliter, imo proculdubio respondisset, si fuisset interrogatus: *vt l. 3. C. de inoffic. test. am. Et illam glo. in d. l. Titius, in principio, approbant & sequuntur Dyn. Oldra. Laud. Alber. de Rosa, Nico de Neapoli. Ange. & Rapha. Com. ibi, Cyn. in l. si pater. C. de hæred. instituẽ. Cyn. Dyn. Bartol. & Alberic. de Rosat. in d. l. si quis ita, per illum text. & ita dicunt fuisse determinatum vltra montes.* & ista opinio gloss. & doctorum propter eorum authoritatem in practica seruaretur; secundum dominum Alexandrum *in dicta lege Titius, in principio*, quamuis Imola & aliqui pauci moderni ibi teneant oppositum. Et ita per iura prælegata in specie in materia substitutionũ ponit suprascriptam doctrinam excellentissimus inter modernos dominus Franciscus de

Areti. *in d.l.Gallus. §. & quid si tantum.in 5.col.* vbi formaliter dicit, quod licet dispositio testatoris facta in vno casu trahatur ad alium ex præsumpta mente disponentis, vt supra fuit dictum, tamen secundum eum secus est, quando extensio haberet fieri
e de persona ad personam; [e] *per d.l.si quis ita, §. penult. & per gloss. in d.l. Titius, in principio, vt ibi notabiliter per eum. Et ibi respondet ad l. Lucius, §. Titius, ff. de liberis & posthumis, & l.fi. C. de posthum.hæredib.instit. quas leges allegaui supra ad oppositum in 2.fundamento partis aduersæ.* Nam dicit notabiliter, quod licet secundum iuris dispositionem natus & nasciturus dicantur diuersæ personæ, tamen secundum veritatem non sunt diuersę, sed potius diuersi casus in eadem persona. ¶ Confirmantur præmissa per illud quod dixi supra in fundamento præcedenti. ¶ Et per hæc remanent sublata tria fundamenta, quæ adduxi pro parte contraria, & præsertim illud, quod tenet Ange. *in d.l. Gallus, §. & quid si tantum, quem retuli supra in 3.fundamento partis contrariæ.* ¶ Quarto pro eadem parte facit, quod licet in materia substitutionum tradatur regula generalis, quod substitutio
14 facta in vnum † casum extendatur ad alium, vt dictum fuit supra in præcedenti fundamento, tamen illa regula procedit, quando ille alius casus respicit personam illius, cui est facta substitutio, secus est autem, si ille alius casus respiceret personam ipsius substituti. Vnde si est substitutus ille, qui nascetur post mortem testatoris, non potest intelligi substi-
f tutus ille, qui nascitur in vita. [f] *l.commodissime, ff. de liber. & posthum. Istam doctrinam tradit ad literam Bart. in d.l. Gallus, in princip. in 3.colum. ff. de liber. & posthum.* & ibidem alii scribentes sequuntur. Idem etiam tenet dominus Alexan. *in l.1. in principio, in 6. colum ff. de vulga. & pupilla.* sed in casu nostro tractatur de extensione respectu ablaticorum substitutorum, vt etiam extendatur ad eorum filios, & ista talis extensio non permittitur, igitur, &c. ¶ Quinto facit; quia filii Philippi cum sint omissi à proauo testatore in illa substitutione fideicommissaria, ergo iste
15 casus omissus habetur † pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis. *l.si extraneus, ff. de condi.ob cau. l.si cum dotem, in principio. ff. soluto matrimo. l. commodissime. ff. de libe. & posthumis. capitu. susceptum, de rescript. in 6.* Sed de iure communi filiæ succedunt ab intestato eorum patri. *in authentic. de hæred. ab intesta. in princip.* Illud enim, quod omittitur à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua, habetur pro omisso, secundum Bald. *in l. cum proponebatur, in 2. oppositione. ff. de legatis secundo.* Item ex
16 voluntate testatoris agi non potest, † nisi quando transiuit ad dispositionem. Vnde non sufficit te-
g statorem velle, nisi disponat. [g] *l.quidam cum filium. & ibi Baldus in 3 notabili ad hoc notat. ff. de hæred. instit. dominus Alexand. in l.3. ad fin. C. de liber. præte.* Item non credimus testatorem velle, nisi illud, quod expri-
17 mit in testamento, † secundum Bald. *in l. voluntatis, ad fin. C. de fideicommis. & in l. vnica, §. vbi autem, C. de cadu. tollen. per tex. ibi, in versicu. sin autem ad deficientis, vbi notat Bald.* quod illud, quod quis non loquitur, non præsumitur velle. Item filii Philippi non possunt vti beneficio scripturæ testamentariæ testamenti dicti quondam domini Nicolini, cum non
18 sint † in ea nominati. *l.si bina, ff. de inuest. rupt.* & ibi Bald. & Angel. ad hoc notant, & dicunt quod illa practica vtuntur aduocati, dicentes; tu non es descriptus in instrumento, nec instrumentum de te loquitur, aut de te cantat, ideo ex eo te non potes iuuare; prout etiam notat Bald. *in l.ad probationem, t. per illum tex. C. de proba.* vbi notat Bald. quod ille qui non nominatur in instrumento, non iuuatur ipso instrumento; & hoc secundum eum, quod aduocati sæpe dicunt, instrumentum non loquitur de test. Idem etiam notat Bald. *in l. fin. per illum tex. C. de fal. cau. adiect. lega.* vbi notat, quod nihil aliud inquiri debet, nisi quod in instrumento scriptū est. Item illud quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus, cū scriptura suos † limites habeat. *l fideiuf-* 19
sores magistratuum. §. Aurelius, ff. de fideiussorib secundum Bal. in capit. Rodulphus, in 3.col. de rescrip. Alibi dicit Bald. in capitu. venerabilem, in 6. colum. de elect. quod illud, quod non cantat instrumentum, nec ego cantabo more Venetorum. Item in verbis & in herbis consistit virtus, secundum Hostien *in summa sua in titu. de constitut. §. quoniam constitutio, versicul. quid si Papa.* ¶ Sexto pro ista parte optime facit, quod in terminis decidit Bald. *in l.vnica, in vltima colum. C. de his qui ante apert. tabu.* quem prius allegaueram ad oppositum supra in quarto fundamento partis contrariæ; Vbi formaliter decidit in fideicommisso conditionali, de quo † nunc quæritur, quod si substitutus 20
decedat pendente cōditione fideicommissi, quod eius filii non admittuntur, quando sunt omnino omissi à testatore, vt in casu præsenti; tunc enim habentur pro omissis. *l. commodissime. ff. de liberis & posthumis.* secus quando ex aliquibus indiciis vel
coniecturis [h] apparet, quod testator idem sensis- h
set de nepotibus, puta quia eos saltem conditionaliter in testamento nominasset; argumen. *l. Lucius, ff. de hæred. instit.* ita ibidem dicit Bald. sed dominus Nicolinus testator in nulla parte testamenti sui aliquam penitus mentionem fecit de istis filiis Philippi. Præterea illud procederet, quando testator feciffet mentionem de ablaticis & eorum hæredibus, cum possit facere, † quod legatum conditio- 21
nale transmittatur, [i] secundum Bald. *in l.si pater, in* i
4. quæstio. C. de instit. & substitut. & in l.vnica, in 2. notabili. C. vt ac. ab hæred. & contra hæred. quod minime fuit in casu præsenti, cum de hæredibus ablaticorum in dicto testamento domini Nicolini verbum nullum reperiatur. ¶ Septimo & vltimo pro ista parte adduco in terminis decisionem Bal. [k] *in consi.* k
435. 4. partis, incipiente, Punctus super quo consilium petitur exhiberi, circa finem. Vbi formaliter testator substituit superuiuentē vel superuiuentes, † prout & 22
in casu nostro decidit, q eorum filii non veniant nec ex substitutione, nec ex transmissione, eo quia vltimo morienti nulla fuit facta substitutio, vnde vltimo moriens est liber à causa substitutionis; *vt l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebellia.* Nec ista substitutio conditionalis transmittitur; quia sicut directa substitutio conditionalis non recipit transmissionem. *l.si ex pluribus. ff. de suis & legi. ita nec fideicommissaria, dict. §. cum ita, & l.si in personam, C. de fideicommis. & l.vnica, §. fin autem sub conditione. & § pro secundo. C. de caduc. tollen. notat. gloss. in l.vnica. & ibi docto. C. de his qui ante aper. tabu.* & præsertim vbi testator dicit, *substituo superuiuentes.* Nam ordinem

morien-

moriendi considerat, & ex natura verborum appareret vltimo morienti neminem fuisse substitutum. ita ibi formaliter dicit Bald. & iste est præcise casus noster ibi ad vnguem per Bald. decisus.

ADDITIO.

a Honestas.] Ias. consi. 142. mihi quoque col. 1. infra lib. 4. vbi addo.

b Interrogatus.] Ias. consil. 148. aggredior, num. 13. libro 2. vbi dixi.

c Conditionem.] Idem Ias. consi. 80. iste casus, supra lib. 1. & cons. 233. c rea primum, col 1. & vtrob q: addo lib 2.

d Substitutæ.] Ias. consi. 220. nodosa est, verficu 2. facit supra lib. 2.

e Ad personam.] Dixi supra cons. 228 in isto themate lib. 2. Zanch. l. hæredes mei, §. cum ita, 4 par. nu. 129. ad Trebellia. vbi citat Ias. d. consi 228. & consi seq & alios plures.

f Nascitur in vita.] Scripsi d. consi. 220 col. 2. versi 3. pro eadem addo Zanch. referentem hæc consil. 50. hæredes, § cum ita, 34. par. n. 129. vers. & prædicta ad Treb. & vers. nec obstat.

g Nisi disponat.] Ias. consi. 41. dominus, num. 16. supra lib. 1. vbi dixi.

h Coniecturis.] Idem Ias. consil. 233. c. 1. col. 1. versi. sed istis supra lib. 2. vbi dixi.

i Transmittatur.] Ias. d. consil. 233. col. 1. versi. similiter illa verba vbi addo.

k Decisionem Bald.] Zanch. refert. l. hæredes mei. § cum ita. 4. par. nu. 139. ad Trebellia.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXX.

THEMA.

TEstator Ioanni Laurentio eius filio hæredi vniuersali instituto, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, substituit Gabrielem ipsius testatoris fratrem, Ioan. Bartholomęum eiusdem testatoris nepotem ex altero fratre prædefuncto, æquis portionibus. Post mortē testatoris decessit dictus Gabriel relicto post se Ioanne Benedicto eius filio & hærede, qui iam natus erat tempore conditi testamenti per primum testatorem. successiue decessit dictus Ioan. Laurentius absq; filiis legitimis & naturalibus instituto hærede vniuersali dicto Ioan. Bartholomęo. Quęritur, an Ioannes Benedictus admitti debeat ad portionem, in qua fuit substitutus Gabriel eius pater, vigore transmissionis ex præsumpta voluntate primi testatoris, cum sit eius nepos, & in eodem gradu, sicut est Ioannes Bartholomæus.

SVMMARIA.

1 *Testatoris mens in substitutione fideicommissaria magis attendi debet quam eius verba.*

2 *Testatoris prouisio facta in vnum casum porrigitur ad alium in quem testator verisimiliter idem prouidisset si de eo cogitasset aut interrogatus fuisset.*

3 *Filius fratris admitti debet in substitutione fideicommissaria, sicut admissus fuisset ipse frater qui erat substitutus ex coniecturata voluntate testatoris, qui idem statuisset in nepote quod in fratre expresse substituto, si de hoc casu cogitasset.*

4 *Testator potest facere vt fideicommissum conditionale transmittatur, quamuis fideicommissarius decesserit ante euentum conditionis.*

5 *Substitutio fideicommissaria videtur effecta caduca, si substitutus pendente conditione mortuus est ante eum cui facta substitutio est.*

6 *Fideicommissi conditionalis ius non transmittitur ad filium substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem.*

7 *Substitutio non transmittitur ad hæredes.*

8 *Substitutio fideicommissaria facta in vna persona nunquam extenditur ad aliam personam, etiam in quā concurrat verisimilis cōiectura voluntatis testatoris.*

9 *Casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis.*

Omissum à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso, nu. 9.

10 *Testatorem velle non sufficit, nisi disponat: & non potest agi ex voluntate testatoris, nisi quando transit in dispositionem.*

11 *Beneficio scripturæ primi testamenti vti non potest qui non est nominatus in ea, vbi hoc exornatur.*

Scripturæ testamenti beneficio vti non potest qui in ea non est nominatus. vide verbo beneficio.

12 *Substituto decedente pendente conditione fideicommissi, eius filius non admittitur quando est omnino omissus à testatore, tunc enim habetur pro omisso, secus quando ex aliquibus indiciis vel coniecturis apparet quod testator idem sensisset de nepotibus.*

13 *Testator potest facere, vt legatum conditionale transmittatur.*

14 *Substitutio facta in vnum casum quamuis trahatur ad alium casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim in substitutione vulgari, nunquam tamen fit extensiō de persona ad personam, etiamsi in illa alia persona militaret præsumpta mens testatoris, & testator verisimiliter idem statuisset in illa alia persona si de ea fuisset interrogatus.*

15 *Filius fratris præmortui substituti non venit nec ex substitutione, nec ex transmissione ad fideicommissum.*

16 *Statutum potest minuere legitimam, licet non possit in totum tolli.*

17 *Legatum factum filiæ cum nuberet, censetur relictum pro dote.*

18 *Statutum disponens quod mulier dotata non succedat patri, & pater simpliciter relinquat filiæ in testamento centum licet non dixerit pro dote, tamen intelligitur pro dote.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN præsenti a consultatione videretur prima cōsideratione dicendum, quod dominus Ioan. Benedictus admitti debeat ex ista substitutione fideicommissaria, sicut Ioan. Bartholomæus; cum ambo sint nepotes primi testatoris, & in eodē gradu, & ambo nati in vita ipsius testatoris;

a

cum in substitutione fideicommissaria magis at-
1 tendere † debeamus mentem testatoris, quam eius
verba. *l. Publius. §. fin. & l. in conditionibus primum locum obtinet, in principio ff. de condit. & demonstratio. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. l. cum proponeretur. ff. de legatis 2. l. cum virum, C. de fideicommiss. l. 3. C. de libe. prate.* ¶ Secundo: quia prouisio testatoris facta in vnum
2 casum † porrigitur ad alium, in quem testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus: *vt est tex. in l. Titius, §. Lucius, vbi Barto. & alij notant. ff. de liberis & posthumis. & in l. fin. C. de posthu. hæred. institu. & in l. fina. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. Ange. in l. si Gallus, §. & quid si tantum, in 2. col ff. de liberis & posthumis facit text. cum gloss. in l. tale pactum, §. fina ff. de pactis.* Sed testator, qui substituit filio proprio decedenti sine liberis masculis, Ioannem Bartholomeum nepotem ex fratre præmortuo, verisimiliter etiam substituisset Ioannem Benedictũ nepotem ex Gabriele fratre eiusdem testatoris, si cogitasset eum præmoriturum ante Ioannem Laurentium filium testatoris, ex quo ambo erant nepotes in eodem gradu, & in eadem linea. & de eadem agnatione. ¶ Tertio optime facit, quod in terminis decidit Bald. *in l. vnica, in vlt.*
3 *colum. C. de his qui ante aper. tab.* † Vbi videtur decidere, quod in substitutione fideicõmissaria filius fratris admittatur sicut admissus fuisset ipse frater, qui erat substitutus ex coniecturata voluntate testatoris, qui idem statuisset in nepote, sicut in fratre expresse substituto, si de hoc casu cogitasset, vt iuribus præallegatis. ¶ Quarto facit, quia testator
4 potest facere, quod fideicommissum † conditionale transmittatur, quamuis fideicõmissarius decesserit ante euentum conditionis, secundum Bal. *in l. si pater, in 4. quæstio. C. de institu. & substitu. & in l. vnica, in 2. notabi. C. vt actio. ab hæredi. & contra hæredes. & in capit. Cumana. in 6. colum. de electio.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod Ioannes Benedictus filius Gabrielis prædefuncti ante Ioan. Laurentium, cui facta est substitutio, non debeat de iure admitti, ex quo talis substitutio
5 est effecta † quasi caduca, ex quo Gabriel substitutus pendente conditione mortuus est ante Ioannem Laurentium, cui facta fuit substitutio. *l. vnica. §. & cum triplici. C. de cadu. tol.* & ius fideicommissi conditionalis non
6 transmittatur etiam ad filium substituti, † si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem; *per regulam d. l. vnica, in §. si autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. & est gloss. notabilis in l. hæredes mei, §. cum ita, in verb. suscepissent ff. ad Trebellia. & gloss. & Barto. & alij in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu.* vbi etiam descendentes testatoris non transmittunt fideicommissum conditionale, si moriantur pendente conditione; *prout etiam tenet Baldus in l. si in personam. C. de fideicommiss. & in l. si auus, in 3. colum. C. de liberis prate. & in capitulo 1. qui successo. teneãn. & in l. vnica, in 2. notabili. C. vt actio. ab hæred. & contra hæredes. Baldus & Imola in l. cum ex filio, ad fin. princip ff. de vulgari & pupilla. dominus Antonius de Butr. in capitu. Raynaldus in prima columna ad fin. de testamen. & est text. in d. l. vnica, §. fin autem sub conditione. & ibi Baldus & moderni ad hoc notant. C. de cadu. tol.* & quod pendentia conditionis in fideicommisso vniuersali impediat etiam in filio testatoris transmissionẽ ad descẽdentes, facit tex. *in l. si cui legetur, §. 1. & ibi Bal. & Flor. ad hoc notant. ff. de legat. 1.* Quanto minus istud procedet in casu præsenti in linea transuersali defuncti, & sic in Gabriele, qui erat frater testatoris. Item substitutio † non transmittitur ad hæredes. *l. si ex* 7
pluribus, in fin. ff. de suis & legitimis. l. toties, in fine. ff. de acquirenda hæreditate. l. sed si plures, in principio. ff. de vulga. & pupillar. ¶ Secundo facit, quia in substitutione fideicommissaria, quæ est onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupilla.* si sit facta in vna persona, † nunquam extenditur ad aliam, et- 8
iam in qua concurrat verisimilis cõiectura voluntatis testatoris; *vt est tex. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebelli. & in l. commodissime. ff. de liberis & posthumis. facit bene tex. in l. si pater filium, & ibi Ioan. de Imol. & moderni ad hoc notant. ff. de vulgar. & pupil. & ibi dominus Alexan. in 1. notabili.* Confirmatur per ea quæ infra plenius dicã in quinto & vltimo fundamento. ¶ Tertio facit, quia Ioannes Baptista fuit omis- 9
sus à testatore in substitutione, † ergo iste casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis. *l. si extraneus, ff. de condi. ob can. l. si cum dotem, in princip. ff. soluto matrimo. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. capitu. susceptum, de rescripti. in 6.* Illud enim quod omittitur à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso, secundum Bald. *in l. cum proponebatur, in 2. oppositione. ff. de legatis secundo.* Item ex voluntate testatoris agi non potest, † nisi quando transiuit ad 10
dispositionem. Vnde non sufficit testatorem velle, nisi disponat. *l. quidam cum filium, & ibi Bal. in 3. notabili, ad hoc notat. ff. de hæred. institu. dominus Alexand. in l. 3. ad fin. C. de liberis præteritis.* Item non credimus testatorem velle, nisi illud, quod exprimit in testamento, secundum Bald. *in l. voluntatis. ad fin. C. de fideicommiss. & in l. vnica. §. vbi autem, C. de cadu. tollen.* Item Ioannes Baptista nõ potest vti beneficio scripturæ primi testamenti, † cum non sit in eo nomi- 11
natus. *l. si binæ, ff. de iniu. rupto.* & ibi Bald. & Ange. ad hoc notant, & dicunt, quod illa practica vtuntur aduocati, qui dicunt, *tu non es descriptus in instrumento, nec instrumentum de te loquitur, aut de te cantat, igitur ex eo te non potes iuuare*; prout etiam notat Bald. *in l. ad probationem 1. per illum textum. C. de probatio. & in l. fina. per illum tex. C. de fal. cau. adiec. lega. & in capit. Rodulphus, in 3. colum. de rescript. & in capit. venerabilem, in 6. col. de elect. facit text. in l. fideiussores magistratuum, §. Aurelius. ff. de fideiuss.* ¶ Quarto facit, quod in terminis decidit Bald. *in d. l. vnica, in vlt. colum. C. de his qui ante aper. tabu.* Vbi formaliter decidit in fideicommisso conditionali, si substitutus decedat † pendente 12
conditione fideicommissi, quod eius filius non admittitur, quando est omnino omissus à testatore, vt in casu præsenti, tunc enim habetur pro omisso. *l. commodissime, ff. de liberis & posthumis.* Secus quando ex aliquibus indiciis vel coniecturis apparet, quod testator idem sensisset de nepotibus, puta quia eos saltem conditionaliter in testamento nominasset, argumento *l. Lucius, ff. de hæred. institu.* ita ibidem dicit Baldus, sed testator in nulla parte testamenti aliquam penitus mentionem fecit de isto Ioanne Benedicto nepote suo. Item istud esset, quando testator feciſſet mentionem de fratre & hæredibus

eius,

13 eius, cum possit facere, † quod legatum conditionale transmittatur, *secundum Bald. in l. si pater, in 4. quæstio C. de institu. & substitu. & in l. vnica, in 2. notabili. C. de ac. ab hæred. & contra hæred. quod minime fuit in casu præsenti.* ¶ Quinto pro ista parte bene facit; quia licet in substitutionibus aliquando fiat extensio de vno casu ad alium casum, † præsertim in substitutione vulgari. *l. fina. & ibi Bartolus & alij notant. C. de institu. & substitu. & l. fin. & ibi Bart. & alij notant. C. de posthumis hæred. instituend. l. Gallus, §. & quid si tantum. cum gloss. & ibi Bartol. & alij notant. ff. de liberis & posthumis. Bartolus in l. 1. in principio. ff. de vulgar. & pupillar. in 3. quæstio. 2. quæst. principalis, cum concordantijs*, quæ ibi tradi solent. tamen nunquam fit extensio de persona ad personam, per iura quæ adduxi supra in secundo fundamento, dato quod in illa alia persona militaret præsumpta mens testatoris. Item dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia persona, si de ea fuisset interrogatus. ita in specie dicit dominus Franciscus de Aretio excellentissimus inter modernos, *in dicta l. Gallus, §. & quid si tantum, in 5. columna per tex. optimum & valde notabilem in l. si quis ita, §. penultimo, ff. de testamentaria tu. & per gloss. in l. Titius, in principio, ff. de liberis & posthum. & ibi respondet ad l. fin. C. de posthum. hæredi. instituend. & l. Lucius, § Titius, ff. de liber. & posthum. quas supra ad oppositum allegaui*, quod licet secundum iuris dispositionem natus & nasciturus dicantur diuersæ personæ, tamen secundum veritatem nõ sunt diuersæ, sed potius diuersi casus in eadem persona. ¶ Sexto pro ista parte, quod filius fratris præmortui substituti
15 non veniat, † nec ex substitutione, nec ex transmissione, decidit Baldus *in consilio 435. quartæ partis, incipiente, Punctus super quo consilium petitur exhiberi.* ¶ Per ista sex fundamenta remanent sublata, quæ in contrarium adducebantur. ¶ Quantum vero ad Catharinam filiam testatoris maritatam & dotatam per dictum Ioannem Laurentium eius fratrem, dicitur planum esse, quod petere non potest supplementum legitimæ, ex quo statutum Astense expresse illud tollit; & clarum est, quod statutum
16 potest diminuere legitimam, † licet non in totum
b tollere, [b] secundum Bartolum *in l. Titio centum, §. Titio genero. ff. de condit. & demonstra. cum multis concor. vulgo ad hoc solitis allegari.* Item planum est, quod legatum ducentorũ florenorum relictum Catharinæ in testamento patris sui dicitur esse relictum pro dote, ex quo fuit expresse relictum cum nuberet, per verba prædicta multoties in testamento repetita; *vt probatur in l. vxori. §. testamento quo. ff. de legatis tertio. facit l. sancimus. C. de nupt. & l. quod pupillæ, ff. quando di. lega. ced.* Ad idem bene facit tex. *in l. quod autem, ff. de iure do.* per quem textum notat ibi Bar-
17 tolus, quod si statutum disponat, † quod mulier dotata non succedat patri, vt in casu nostro, & pater simpliciter relinquat filiæ in testamento centum, licet non dixerit pro dote, tamen intelligi-
c tur pro dote, [c] quod est bene notabile secundum eum. *facit bene textus in l. tali. §. primo, & ibi gloss. ff. de iure dot.* & istud est clarum in casu præsenti, vbi pater in testamento non reliquit simpliciter illos ducentos florenos Catharinæ filiæ, sed expresse dixit per verba pluries repetita, cum nuberet, & sic ob causam dotis.

ADDITIO.

a In præsenti.] Ad hoc consil. vide Ias. & ibi addita consil. præcedenti per totum. vbi tẽ assumit omnia fere hic scripta.

b Tollere.] Sed quod possit in totum tolli volunt citati in addi. ad Alcia. tract. præsump reg. 1 præsump. 8. vbi distinguit. Dec. l. iura sanguinis, nu. 8. & seq. de reg. iur. vbi etiam est additum consil 523. visis his, num. 5. vbi ait communem. Natta consi. 201. egregius, nu. 8. vbi dicit communem saltem subsistente causa. Sed quod non possit in totum tolli Ias. auth. nouissima. C. de inofficios. testamen. & mag s communem & æquiorem dicit Anch. iun. q. si pater vtrique filiarum, numero 7 part. 2. Dec. consi. 106 & pro tenui, numero 4. vbi communem testatur Mazol. consi. 19. consultatio. numero 41. vbi ait, quod legitima potest minui in tempore & in te, licet non in totum tolli Barba. consilio 67. prima consideratione, numero 10. libro 3.

c Intelligitur pro dote.] Vide Ias. rub. solut. matrimo. numero 14. Castr. l. Titio centum. §. Titio genero, colum. 4. de condi. & demonstra. Cremen sing. 3. statuto cauetur. cum simil. vt per Deci. auth. ex testamento, numero 9. C. de collat. Aretin. §. fuerat, numero 34. institut. de actio. vbi dicit singulariss imum Brun. tract. de statu exel fœmi 6. artic. princip 7. quæstione, columna vltima. & tract. de constitut verbo dos, versicu. stante statuto. Tiraquel. de vtroque retract. parte 2. in fine, num. 40.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXI.

THEMA.

NObilis dominus Ioannes de Cathena Astensis in suo testamẽto Iacobum eius filium legitimũ & naturalem sibi hæredem vniuersalem instituit, & si cõtingeret eum decedere in pupillari ætate, voluit quod domina Aneta eius vxor, & mater dicti Iacobi esset domina & vsufructuaria omnium bonorum ipsius testatoris; & post ipsius dominæ Anetę decessum substituit quosdam nobiles de Cathena. Postmodum in codicillis ordinauit, quod domus paterna, & certæ res, & possessiones iacentes in finibus Astę nullo vnquam tempore vendi aut alienari possent, sed semper remaneant in domo, & in illos de parentela nobilium de Cathena. Successiue Iacobus post annos pubertatis decessit ab intestato superstite dicta eius matre. Vnde quæritur, an prædicta nobilis Aneta de iure successerit Iacobo eius filio in bonis alienari prohibitis, & an dicta Aneta postea in eius testamẽto potuerit instituere Manuelem eius fratrem, & nepotes ex altero fratre sibi ab intestato successuros, qui non sunt de familia primi testatoris.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum censetur iniunctum restituendum familiæ per verba prohibitionis alienationis extra familiam. & nu. 14. vbi declaratur.*

2 *Alienare prohibitus extra familiam non potest tacite ab intestato relinquere legitimis hæredibus alias ab intestato successuris, qui non essent ex familia testatoris, & nu. 15. vbi declaratur.*

3 *Alienandi prohibitio refert an sit specialis an generalis secundum Bart. & nu. 16.*

4 *Dispositio generalis tantum debet operari quo ad contenta sub genere quantum specialis quo ad speciem. & nu. 17. vbi declaratur.*

5 *Intellectus ad l. cum pater. §. cum inter. de legatis 2. & num. 18.*

6 *Alienatio in filium proprium non censetur interdicta per generalem prohibitionem alienandi extra familiam.*

7 *Ratio prohibitionis generalis ampliat & declarat prohibitionem, & nu. 8.*

8 *Testator qui prohibuit bona alienari extra familiam, si fuisset in specie de hoc interrogatus an vellet illa bona per eum prohibita alienari, posse ab intestato deuenire ad matrem filij, & postea ad fratres & nepotes ipsius matris, qui erant penitus extranei, verisimiliter respondisset quod non: ergo debet haberi pro dispositio, & nu. 20.*

9 *Prohibitus alienare non intelligitur prohibitus alienare titulo vniuersali hereditario ex testamento vel ab intestato in successurum sibi ab intestato.*

Alienatio necessaria quæ fit per mortem, non venit in prohibitione alienationis, nu. 9.

10 *Prohibitio alienandi extra familiam intelligitur quando prohibitus vellet alienare in extraneos vel per actum inter viuos, vel per actum testandi: secus quando relinquit ab intestato ei qui est sibi legitimus hæres, eidem ab intestato successurus: quia talis legitimus hæres in illa generali prohibitione non comprehenditur etiam si non sit de familia testatoris. & procedit conclusio etiam si testator ideo prohibeat alienationem, quia velit bona semper aut perpetuo in agnatione permanere. & nu. seq.*

11 *Opinio communis. à communi opinione non est recedendum in consulendo aut iudicando.*

12 *Prohibitum ad tempus post tempus censetur permissum.*

13 *Prohibitio alienandi extra familiam censetur odiosa & ideo non extenditur ad nepotes seu de vna persona ad aliam etiam vbi videtur esse maior ratio.*

15 *Gloss. l. si ita quis, §. ea lege, verb. interest, de verborum obligatio. declaratur.*

16 *Testator censetur cogitare id quod lex disponit, & eius voluntatem debemus interpretari, vt sit conformis legi in successione ab intestato.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

IN præsenti consultatione videretur prima consideratione dicendum, quod dicta domus & alia prædia expresse alienari prohibita, vt semper remaneant in nobiles de Cathena, non potuerunt de iure ab intestato deuenire ad dominam Anetam legitimam hæredem Iacobi filii puberis prædefuncti, & consequenter quod nec ipsa potuerit in testamento ea relinquere fratri & nepotibus ex alio fratre; eo quia per il-
1 la verba prohibitionis *alienationis extra † familiam* censetur iniunctum fideicommissum restituendi familiæ, & sic priores intelliguntur per fideicommissum grauati restituere sequentibus, qui sint de familia. *l. cum pater, §. libertis, & l. peto. §. fratre. & §. prædium. iuncta gloss. 1. 2. & fin ff. de legatis secundo, & l. codicillis, §. instituto. ff. eodem & ibi gloss. in verb. filius meis. quam Ioannes de Imola ibi dicit esse meliorem aliqua alia. idem Bartolus & communiter moderni in l. qui Roma, §. cohæredes, ff. de verborum obligationib. Cynus, Salycetus, & Paulus de Castro, in l. quoties, la 1. C. de fideicommiss.* Et consequenter cum euenerit fideicommissum; quia dicta domus & dicta prædia alienantur in extraneas personas, quæ non sunt ex nobilibus de Cathena, ergo alii proximiores de dicta familia de Cathena possunt talem alienationem rescindere. *l. fina. §. penultimo, C. communia, de legatis secundo.* ¶ Secundo pro eadem parte bene facit; quia quando testator prohibuit alienari extra familiam † suam, 2
tunc non potest tacite ab intestato relinqui legitimis hæredibus, alias ab intestato successuris, qui non essent de familia ipsius testatoris, *ita tenet gloss. in l. si ita quis, §. ea lege, in gloss. fina. in verb. interest, circa principium. ff. de verbor. obliga. Petr. Bald. & Ioan. de Imo. in dicta l. peto, §. fratre, reprobata gloss. ibi. ff. de legatis secundo. Idem late tenuit Raph. Fulgos. in consilio 117. incipiente, Ioan. quondam de Rapundis, in secunda columna ad finem, & princip. sequentis. Monetur per tex. in l. codicillis. §. matre. ff. de legatis secundo.* Vbi legitima hæreditas vxoris prohibitæ alienare nõ peruenit ad fratrem, alias sibi ab intestato successurum. ¶ Nec obstat solutio Barto. & communiter scribentium, quod ibi frater † erat specialiter prohibitus succedere, 3
quo casu vbi adest specialis prohibitio, tunc etiam legitimus ab intestato non succedit. Secus quando adesset generalis prohibitio, quia illa legitimum hæredem non comprehendit; *vt est gloss. in l. pater. §. Lucius Agrippa. & ibi Bartolus & alij sequuntur. ff. de legatis tertio.* quia ista solutio, seu differentia est contra regulam volentem † tantum operari ge- 4
neralem prohibitionem; quantum ad consequentia sub genere, quantum specialem quo ad speciem. *l. si duobus, ff. de administra. tuto. l. omnes. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum. notatur in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio. & in l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquirend. hæredita.* inde sicut in dicto §. matre, non succedat frater ab intestato in bonis sororis; quia testator specialiter prohibuerat dicta bona relinqui, idem videtur dicendum in casu nostro in generali prohibitione, vt extra familiam nobilium de Cathena illi alias ab intestato successuri non admittantur. ¶ Secundo ad idem dicit facere tex. *in dict. l. peto. §. prædium, in fin. ff. de legatis secundo.* Vbi dicitur, hæredem extraneum, qui non sit de familia, non posse retinere rem prohibitam alienari extra familiam; nec ibi distinguitur, an esset hæres legitimus illius de familia moriẽtis nec ne. ¶ Tertio dicit videri hoc expressum † *in l. cum* 5
pater. §. cum inter. ff. de lega. 2. secundum intellectum gloss. qui dicit filium libertæ idcirco partem matris retenturum, quia censetur de familia libertorum testatoris, nõ ergo quia esset legitimus hæres matris, & licet Barto. ibi reprobet istum intellectum gloss. tamen maior est authoritas gloss. quam Bart. præsertim quia ratio reprobationis non stringit, dum Bar. dicit quod illo modo ille tex. nõ haberet dubitatio-

tationem, quia imo magna erat dubitatio, an filius libertæ, qui sit ingenuus, dicatur esse de familia libertorum. Præterea si illa fuisset mens Iurisconsulti ibi, quod filius libertæ ideo succederet; quia erat legitimus hæres matris, satis fuisset dicere hæredem legitimum libertæ. & subdit Raph. Fulg. quod ista pars videtur magis rationi & voluntati disponentis consentanea, & mentibus legum, & verborum propria significatione, & glo. authoritate suffulta; ideo præligenda videtur. Istam eandem opinionem sequitur etiam Raph. Co. *in d. l. cum pater. §. cum inter.* Et tenendo istam partem posset etiam aliter responderi ad tex. *in d. l. cum pater. §. cum inter*, quod ibi loquitur in filio proprio ipsius prohibiti.

6 Vnde generali prohibitione † alienandi extra familiam, non intelligitur interdicta alienatio in filium proprium. *ita tenet Bald. in d. §. cum inter. vbi ita intelligit illum tex. & Salyc. in Lea lege in 12. col. C. de cond. ob cau.* ¶ Tertio principaliter facit, quia testator voluit fauere agnationi, vt bona remanerent semper in familia. Vnde ratio prohibitionis, cum sit generalis, †ampliat & declarat prohibitionem. *l. regula §. si quis in fin. ff. de iur. & fac. igno. notat gl. in l. si is qui animo ff. de acquir. posses. & expresse Barto. in l. pater. §. fundum. & ibidem Dyn. Rayn. de Forliuio & Floria. ff. de leg. 3.*

7 Sed cum testator in prohibitione assignet rationem generalem; quia vult dicta bona semper remanere inter nobiles de Cathena, istud autem non esset possibile, quod semper remanerent in familia eorum de Cathena, si possent alienari in alios per successionem intestati, imo dicta prohibitio alienandi raro haberet locum; quia raro contingeret non adesse successorem ab intestato, igitur &c. ¶ Quarto facit; quia si testator, qui prohibuit dicta bona alienari extra familiam de Cathena; eo quia vult, quod semper remaneant in nobiles de Cathe-

8 na, fuisset in specie interrogatus, † an vellet posse ab intestato deuenire ad vxorem, & sic matrem filii, & postea ad fratres vxoris, qui sunt sibi penitus extranei, verisimiliter respondisset quod non; ergo illud debet haberi pro dispositio. *l. Titius. §. Lucius. & ibi Paul. de Castro. & moderni ad hoc notant. ff. de libe. & posthum. & l. fina. secundum intellectum Bart. Bald. & communem. C. de posthum. hæred. instit. gloss. in le. tale pactum. §. fin. ff. de pact. facit tex. notabilis in l. cum ex pluribus. in princip. in verb. quod verisimile videtur. & ibi Bald. notat. ff. de solut.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam opinionem arbitror de iure præuale-

9 re, quod prohibitus † alienare non intelligitur prohibitus alienare titulo vniuersali hæreditario ex testamento, vel ab intestato in successurum sibi ab intestato. *l. 1. ff. de fundo dota. & l. quædam. ff. de aquirend. rerum do.* Et sic legitimus hæres non comprehenditur in generali prohibitione alienandi; quia talis alienatio est necessaria, cum fiat per mortem, ex quo homo non potest perpetuo viuere. Vnde in prohibitione alienationis non venit talis

a alienatio necessaria, [a] quæ fit per mortem. *le. diuus. ff. de petit. hæred. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & l. fin. Co. de litigio.* ¶ Secundo pro ista parte optime facit; quia prohibitio alienandi extra familiam intelligi-

10 tur, quando prohibitus † vellet alienare in extraneos, vel per actum inter viuos, vel per actum testandi, secus quando relinquit ab intestato ei, qui est sibi legitimus hæres eidem ab intestato successurus: quia talis legitimus hæres in illa generali prohibitione non comprehenditur, dato quod non sit de illa familia testatoris; [b] *vt est text. in d. leg. cum pater. §. cum inter. & ibi Barto. in fin. & Pau. de Cast. in lectura Bononiensi. ff. de legat. 2. gloss. ordinaria in leg. peto. §. fratre. & ibi Bartol. in 1. column. ad fin. eodem titu. Bartol. in leg. si ita quis. §. ea lege. & ibi Ange. Imo. & Paul. de Castro. ff. de verborum obliga. & ibi Paul. de Cast. in vltim. columna reputat casum dicti §. cum inter. esse ad hoc singularem. idem tenet Bald. in leg. ea lege. in 3. quæ. & ibidem Ange. in vltim. columna. C. de condi. ob. cau. Ange. in consilio septimo incipiente, Ex dicto themate plura dubia possent oriri. circa medium. dom. Alexand. in leg. qui Romæ. §. coheredes. in 4. columna. ff. de verborum obliga. & ista est communis opinio secundum Rapha. Co. in d. leg. cum pater. §. cum inter. in fin. & dominus Alexand. in consilio 56. primi volum. quod incipit, Consideratis verbis testamenti. in penultima columna & seq. & in consilio 59. tertij voluminis incipiente, Attentis verbis testamenti prædicti domini Vinceguerræ. Ludo. Roma. in consilio 457. incipiente, Circa propositam consultationem de tribus dubitari contingit. in vltima colum. item Ioannem de Imola in d. le. peto. §. fratre. quamuis sequatur contrariam sententiam, vt supra retuli, tamen dicit, quod ista opinio gloss. & Bartol. seruaretur in practica.* Vnde à communi opinione non est consulendo † aut iudicando recedendum; *secundum* 11 *Bartol. & alios in leg. fin. C. de pœna iudi. qui. ma. iu. notabiliter Geminia. in capit. primo in penultima columna de postul. præla. in 6. facit text. in leg. prima in verb. & sane crebrior. & ibi Bald. notat. ff. de offic. quæsto.* Item suprascripta communis conclusio procedit, etiam si testator ideo prohibuit alienationem; eo quia voluit dicta bona semper aut perpetuo in agnatione permanere; secundum scribentes in locis prælegatis, & in specie Ludo. *in dicto consilio 457. domi. Alexand. in dicto consilio 59. tertii voluminis. Pau. de Castr. in consilio 442. vltimæ impressionis, incipiente, Si iste masculus.* ¶ Tertio facit; quia dominus Ioannes testator satis aperte permisit Iacobo filio suo legitimo & naturali hæredi vniuersali, quod posset effectus pubes relinquere omnia bona tacite matri sibi ab intestato successuræ, ex quo sibi solum substituit certos nobiles de Cathena casu quo contingeret eum decedere in pupillari ætate. Vnde si decederet effectus pubes, prout casus euenit, nullam ei penitus substitutionem fecit, & sic nullam interdictionem alienandi, quæ excludat ab intestato legitimum eius hæredem. Vnde prohibitum ad tempus, intelligi

12 tur † post illud tempus esse permissum. [c] *l. imperator. ff. de postu. & bonus text. in proposito in leg. pater. §. sciendum. ff. de lega. 3.* ¶ Quarto confirmantur prædicta; quia ista prohibitio alienandi extra familiam censetur † esse odiosa. patet, quia si testator prohibet 13 filium suum alienare, non extenditur ad nepotes, [d] seu de vna persona ad aliam, etiam vbi videtur esse maior ratio, & hoc propter odium ipsius prohibitionis. *§. nos igitur. & ibi notatur in authent. de restitutione fideicommiss. Bartol. & alii in leg. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1. & in leg. Lucius. §. Sempronia. ff. de leg. 3. & expresse dominus Alexander in consilio 59. tertii voluminis incipiente, Attentis verbis testamenti prædicti domi. Vinceguerræ. in penul. col. ad fin.* Ergo in proposito nostro ista prohibitio alienandi extra familiã de Cathena facta in

codicillis, cum sit odiosa, & consequenter stricte intelligenda, intelligetur, quando Iacob. voluisset alienare in personam omnino extraneam inter viuos, vel in vltima voluntate: Secus est ergo in casu præsenti, vbi effectus pubes & mortuus ab intestato tacite reliquit omnia bona matri suæ ab intestato legitimæ hæredi & cæteris proximiorib. ¶ Præmissa veriora apparebunt ex responsionib. dandis ad allegata in oppositum. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod per verba prohibitiua a-
14 lienationis extra familiam censeatur † iiunctum fideicommissum restituendi familiæ; quia ad hoc respondet in specie do. Alex *in l. qui Romæ. §. cohæredes. in 4. col. ff. de ver. obl.* Nam secundum eum si quæratur, an per verba testatoris prohibentia alienari extra familiam censeantur tales prohibiti esse gravati per fideicommissum restituere superstitib. de familia, debet distingui, quod aut quærimus, an per talia verba inducatur fideicommissum familiæ, eo casu, quo contingeret alienari in extraneos, qui non essent alias ab intestato successuri per actum inter viuos, vel etiam per actum vltimæ voluntatis, & certe dicendum est quod sic: *per tex. & gl. in l. peto. §. prædium. & in l. codicillis. §. instituto. ff. de l. 2. cum alijs quæ allegata sunt superius pro parte contraria.* Aut quærimus an per talia verba inducatur fideicommissum casu, quo prohibitus non alienat expresse, sed decedit relicto sibi successore, qui non sit de agnatione, seu familia testatoris: vt quia sit cognatus, & sic per lineam fœmininam coniunctis; *iuxta l. familiæ. ff. de verb. sign.* & tunc dicta bona prohibita alienari non debebunt restitui per fideicommissum per istum legitimum hæredem venientem ab intestato illis de familia testatoris, qui essent in gradu remotiores illi prohibito ab intestato decedenti: *vt l. cum pater. §. cum inter. secundum verum intellectum Bartol. ibi. ff. de leg. 2. gloss. in d. l peto. §. fratre. in gl. 1. Bar. in l. si ita quis. §. ea l ff. de verb. ob.* ¶ Non obstat secundo, dum adducebatur *gloss. in d. l. si ita quis. §. ea l. in gl. fin.* quæ videtur velle, quod prohibi-
15 tus alienare † extra familiam non possit relinquere ab intestato legitimo hæredi, qui non sit de familia: quia illa glo. procedit quando prohibitio alienandi esset facta in certam & determinatam personam: *iuxta l. codicillis. § matre. ff. de leg. 2. Ita eam expresse intelligit Ang. in illa l. si ita quis. §. ea l. & idem Ang. in l. ea l. in vlt. col. C. de cond. ob. can.* ¶ Non obstat successiue authoritas Pet. & Bal. *in d. l. peto. §. fratre.* quia per
16 hoc non est recedendum † à communi opin. quæ in iudicando sequenda est, *ita dicit d. Alex. in cons. 56. primi vol. incipiente. Consideratis verbis testamenti. in pen. col. ad fi. & seq.* ¶ Non quoque obstant fundamenta Raph. Fulg. *in prælegato cons. 117. dum primo mouetur: per tex. in d. l. codicillis. §. matre. iuncta regula quæ habet,* quod tantum debet operari generalis prohibitio
17 contenta † sub genere, quantum specialis quoad speciem: [c] *per l. si duo. ff. de adm. tut. cum aliis superius adductis:* quia respondetur, quod prædicta regula dictæ *l. si duo. vt ibi declarat Bart.* procedit quantum ad comprehensionem seu inclusionem, non autem procedit quo ad alia, vt patet in proposito nostro, vbi specialis prohibitio alienandi in certam & determinatam personam magis impedit & annullat, quam prohibitio generalis. facit, quod vult Bart. *in l. 1. per illum tex. C. quæ res pign. ob. pos.* Sic etiam nō obstat *d l. peto. §. prædium.* quia ibi ille extraneus non erat de succedentib. ab intestato ipsi prohibito morienti. similiter etiam non facit *d. le. cum pater. §. cum inter. volendo tenere intellectum gl. ibi,* quia filius libertæ cum sit ingenuus. *§. 1. instit. de inge.* non potest dici de familia libertorum. *d. leg. familiæ. ff. de verb. signi.* Dato etiam quod propter ingratitudinem redigeretur in seruitutē: *vt ibi dicit gl. per tex. in l. fi. C. de li. & eo li. dicit etiam Paul. de Cast. in d. §. cum inter in lectura Bononiensi.* quod licet ille §. loquatur in filio libertæ, idem esset in quolibet alio, qui sibi succederet ab intestato. *per gl. notabilem in l. pater filium. §. Iul. Agrippa ff de le. 3. quæ melius & notabilius declarat d. §. cum inter. quam ibi.* Nec est verū quod pars contraria sit magis amica rationi & voluntati disponentis, & sic consentanea legibus & sit suffulta authoritate glo. imo contrarium est verius, vt patet ex fundamentis superius adductis, in quibus apparet communem opi scribentiū esse in contrarium, & talem fuisse voluntatem testatoris, prout etiam inferius statim dicam. Similiter etiam non obstat authoritas Raph. Com. *in d. §. cum inter.* † quia ipsemet Rapha. Com. *ibi ad fin.* ex- 18
presse attestatur communem sententiam docto-
rum esse in oppositum, à qua secundum eum difficile esset recedere. ¶ Non obstat dum tertio principaliter dicebatur, quod ratio prohibitionis generalis ampliet prohibitionē; & quia alias raro haberet locum dicta prohibitio: quia respondetur, quod
dicta prohibitio, † & ratio alienandi militent, quā- 19
do prohibitus alienare alienaret in personam omnino extraneam, per actum inter viuos, vel in vltima voluntate, tunc prohibito testatoris de non alienando, & eius effectus procederet; & istis casibus proximiores de agnatione iure fideicommissi admitterentur. Secus quando bona ab intestato tacite relinquuntur legitimo hæredi, qui sit proximior aliis de dicta agnatione, quamuis ille legitimus hæres non sit de illa familia, vt superius optime fuit demonstratum. ¶ Non obstat vltimo dum dicebatur, quod si testator fuisset in specie de hoc interrogatus an vellet illa bona per eum prohibita alienari, posse ab intestato deuenire ad matrem filij, & postea ad fratres & nepotes ipsius matris, qui erant penitus extranei, quod verisimiliter respondisset quod non: quia dicitur, quod istud fundamentum non † est verum: vt patet ex his quæ dixi 20
supra in tertio fundamento. Nam testator censetur
cogitare id, quod lex disponit, [f] *secundum Bal. in l. precib. in 13. col. C. de impub. & aliis substi. per tex. in l si duo. ff. de acqui. hære. faciunt notata per Bar. & alios in le. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. & in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. Bald. in l. 1. in 2. col. C. de sac. sanc. eccle. & in c. 1. in 1. col. de iura. calum.* itē dicit notabiliter Bal. *in auth. item hæreditas. ad fi. C. de bonis quæ lib.* quod debemus interpretari voluntatem testatoris, vt conformetur legi in successione ab intestato. & ita etiam dicit Petrus de Anchara. *in cons. 119. incip. Pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate, circa finem.*

ADDITIO.

a Alienatio necessaria.] Dixi cons. 120. domina nu. 5. supra li. 1. quibus addo Cur. Sen. con. 27. magnificus. num. 15. & seq. cons. 63. antiquissima nu. 20. Paris. cons. 98. circa præsentem. nu. 79.

nu.79.li.1.& Rol.con.21.extat statutum nu.14.lib.1.& quod alienatione prohibita intelligatur solum de alienatione voluntaria non autem necessaria trad. Ceph. similia adducens. cons.59.statuto.n.31.cum 14.seqq.

b Familia testatoris.] Ias.d con.120.n 5.vbi late dixi.

c Permissum.] Ias con.153.difficultas.n.3.supra li.2.

d Nepotes.] Idem Ias.infra li.4.con.96.iste est versi.3.facit vbi addo.

e Quo ad speciem.] Pro regula vide Dec.cons.159.visis his n.3.con.345.visis his.nu.2.versi.sed tamen. Cur.iun.con.49. habita diligenti.n.15.Symon.de præt.con.137.fideicommissum.n.105.Rolan.con.62.factum.nu 37.li.2.quam regulam declara vt per Iaso.hic.

f Disponit.] Ias.supra li.1.con.84.omissa.n.2.& con.63.circa primum.col.antepenultim.c.fi.infra eodem.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXII.

SVMMARIA.

1 *Confessio ex causa dotis facta constante matrimonio cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis non tenet, cum sit facta inter personas prohibitas donare constante matrimonio.*

2 *Opinio. à communi opinio. non est recedendum in iudicando nec consulendo, & qui recedit à communi sententia præsumitur iudicare per imperitiam.*

PLACET admodum consultatio clarissimi domini consultoris mature, grauiter, & accurate absoluta, cum multa iurium & authoritatum copia circa principalem dubitationem de confessione facta ex causa dotis constante matrimonio cum renunciatione exceptionis non numeratę dotis. Placet mihi illa sententia, quam com-
1 plectitur, quod talis confessio non valet,[a] cum præ-
a sumatur animo donandi facta, maxime stante dicta renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, cum sit facta inter personas prohibitas donare constante matrimonio, & consequenter censeatur facta in fraudem legis. *le.qui testamentum. ff. de proba. Bartol.in leg.si forte.per illum text. ff. de castren. pecu. & in leg.si dona. vbi plenius moder. C. de coll. & ista est communis opi.vt attestatur Ange.de Are.in §.fuerat. in 10. col. instit.de act.do.Alex.in cons.45.primi vol.incip. Habita super his, de quib.dubitari contingit.in 3. colu. & in cons.142. quinti vol. quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter Ange.Hebr.in 2.& 3.col.* vbi dicit hanc opi.esse veram, & magis communem, & quod legendo & consulendo semper solitus est eam sequi, & ego consulendo communibus sententiis adhæreo, à quibus
2 in iudicando etiam non est recedendum: † *vt per Bar.& alios in leg.fi.C.de pœ.iud.qui ma.iu.facit l.1.in ver. & sane crebrior.ff.de offi quæsto.* Et propterea præsumitur per imperitiam iudicare ille, qui recedit à communi sententia. *ita dicit do.Alex.in cons.237.incip. Visis processib.circa lites.in 2.col.circa fi.* Vnde cum ista communi sententia teneo, quicquid teneat gl. & minus bene, *in l.1.C.de do.cau.non nume.* Et sic transeo in omnibus cum prædicto primo domino consultore. In vno tamen, quod tangitur, an dicta confessio, & consequenter d.don.facta constante matri.ex causa dotis, quæ est nulla, prohibeatur cõfirmari mor-
b te mariti donantis[b] propter defectum insinuationis: quamuis alias don.ex causa dotis non egeat insinuatione: *iuxta l.fi.C.de iure dotium. & l.fi. C. de don. ante nup.* eo quia fuit fact. à marito constante matr. & consequenter à persona prohibita, in qua non videantur prædicta iura procedere, prout tenuerunt moderni Senenses *in l.1.in 24. col.ff. sol mat.* vbi dicunt hanc esse nouam eorum considerationẽ nõ positam ab aliis. Non fuit mihi tempus super hoc bene cogitandi, prout desiderabam, propter nimiam festinationem requirentis, & propter quotidianas publicarum lectionum occupationes. Vnde quia ista scripta deferentur ad manus magnifici & præstantissimi domini iudicare debentis, cuius grauissimum acutissimum iudicium plurimi semper feci, reseruo mihi super hoc tempus plenius cogitandi, in aliis omnibus transeo cum prædicto domino consultore cuius iuridicis responsis acquiesco.

ADDITIO.

a Non valeat.] Alex.consi.165.dubitatur.nu. 9.lib.6 Grat. con.36.viso processu. nu. 4. & seqq. lib.1.& alios plures citat Rolan.arguendo con.93.viso instru.n.1.2.& li.1.& con.74.q. n.1 li.vbi dicit magis communem.quam pariter communem asserit Mandos.ad Ro.con.44.ex supra natrato.3.addi.Natta con.147.nobilis.nu.4.Menochi.cons.81.causa hæc.n.14.& Villalob.com.opin.lib.3.ver. confessio de dote recepta.licet contrarium sentiant Rom.con.445.consultatio.nu.7.Alex. l.si divortio de verb.oblig & Areti.con.86.diligenter colum: vltima.

b Mariti donantis.] Sali.l donationes. 1.post.n.5.C de dona.inter vir.& vxo.tenet in nihilo confirmati, quia est defectus in re & in persona, in re quia non fuit insinuata, in persona quia inter coniuges non valet donatio. refert & sequitur Par.cons.82.si non apparet.nu.20.lib.1.Menoch.d.con.81. nu.17.sed de Sali.dicto dubitat.Ias.l.1.§.sed & si mihi.n.7.de verb.oblig.post Aret.con.17.ponderatus col.3.& videtur dubitatione Ruin.con.44.viso.nu.21.ver.nec obstat lib 2.magis communiter reprobatur vt dicit Bello.consi.4.diligenter sub n.11.& hæc etiam opin.est æquior secundum clarissi.§.donat. q.17.versi.sed hic incidenter.& Roland.d.con 93.n.37.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXIII.

THEMA.

IOANNES Matthæus Reginaldus & Martinus contraxerunt inter se societatem triẽnio duraturam de summa nonaginta millium librarum, pro conducendo vnam apothecam mercantiæ in curia principis munitam pannis aureis, sericeis, lineis, laneis, & omnib.aliis mercantiis, quæ vtiles videbuntur societati: eo acto, quod singulæ schedulæ, obligationes, & quittantiæ fierent sub nomine dicti Ioann. Eadem die tres alij principales authores huius societatis, & qui fuerant antea socij aliquotum ex ipsis quatuor in simili negotiatione, facta diuisione antiquæ societatis, posuerunt in ista societate istorum quatuor summam viginti millium librarum, vt patet per schedulã tenoris infrascripti. Nos Ioannes Matthæus, Martinus, & Reginaldus confitemur, quod Ioannes Franciscus &

ciscus & Iacobinus dimiserunt in nostra societate hodie contracta summam viginti millium librarum pro accipiendo in diuisione eiusdem societatis talem vtilitatẽ, quam placuerit Deo mandare, siue in debitis, siue in mercãtiis, siue in pecunia numerata, prout reperietur in ipsa societate tempore diuisionis. Et promittimus dictis Ioanni Francisco & Iacobo tenere bonum & legale computum de omnibus lucris, quæ contingere poterunt, & de eisdem satisfacere in diuisione dictæ societatis ad solidum & libram pro rata pecuniarum per eos positarum in dicta societate. Finita dicta societate Ioannes vnus ex quatuor primis sociis, sub cuius nomine singulæ schedulæ obligationes, & quittantiæ fiebant, petit diuisionem fieri, tam inter ipsos quatuor quam etiam inter tres prædictos, & quod quilibet accipiat partem sibi contingentem pro rata suarum pecuniarum, tam in debitis, quam in creditis, & quod quilibet ipsorum satisfaciat pro rata sua creditoribus dictæ societatis. ¶ Modo suprascripti tres videntes, quod dicta societas habet multos creditores, qui instant p dicta satisfactione eis facienda, licet habeat multo plures debitores quam creditores, tamen non sunt de facili exigibiles, idcirco recusant acceptare dictam diuisionem, & dicunt se non teneri ad satisfaciendum creditoribus dictæ societatis, nisi inquantũ se extendunt pecuniæ per eos positæ in ipsa societate, & quod cogi non possunt ad exponendum de nouo alias pecunias, quia nunquam fuit eorum intentio obligari vltra summam per eos positam in dicta societate. Quæritur, nunquid dicti tres teneantur ad contributionem cum aliis quatuor sociis pro rata pecuniarum per eos positarum in dicta societate, vt satisfiat creditoribus ipsius societatis.

SVMMARIA.

1 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem & n. 21.*

2 *Societas limitata pro summa pecuniarum in societate positarum & in lucru pro rata ipsarum pecuniarum intelligitur etiam respectu damnorum limitata & nume. 23.*
Limitata causa limitatum producit effectum. nu. 2. & nume. 23.

3 *Societas præsumitur limitate contracta secundum voluntatem & vsum & non vltra.*

4 *Societas non præsumitur contracta quando de ea non apparet sed potius pecunia censetur deposita ad hostium lucrum & numero 24. & nume. seq. & numero 28.*

5 *Societas duplex tantum reperitur, conuentionalis scilicet & incidens & quæ dicatur conuentionalis & quæ incidens & n. 27.*

6 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione valet & nu. 27.*

7 *Societas non contrahitur solare sed solum consensu. & nu. 29.*

8 *Socius non tenetur de debitis contractis post finitum tempus societatis, nisi denuo consentiat. & numero 30.*

9 *Actus dubius non debet censeri vsurarius. & numero seq.*

10 *Vsura est si quis mutuo lucrum percipiat.*

11 *Socius si ponat pecuniam ad negociãdum hoc pacto quod capitale sit saluum facit contractum illicitum & vsurarium.*

12 *Societas præsumitur contracta ex qualitate personarum & negociorum.*

13 *Contractus qui participat magis de societate quam de mutuo vel depositovel de quolibet alio contractu, debet iudicari contractus societatis.*

14 *Actuum ex vicinitate quod vni actui inest creditur alij inesse.*

15 *Socij tenentur pro sua rata satisfacere creditoribus societatis.*

16 *Actio vtilis pro socio datur inter eos qui non contrahunt societatem ad vberiorem quæstum. est tamen inter eos aliqualis societas & in ea veniunt omnia, quæ venirent in directa actione.*

17 *Socij qui in societate pacti sunt super lucris, intelliguntur velle vt eadem pars seruetur in damnis. & nume. seq.*

18 *Lucri portio in societate regulat & demonstrat portionem damni.*

19 *Societas censetur quedam fraternitas.*

20 *Commodum qui sentit, debet & damnum sentire secundum regulam naturæ.*

22 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*

25 *Depositum non dicitur quando pecunia datur ad negociandum, cum non sit depositum reuocabile ad nutum depositarij.*

26 *Depositum in dubio non præsumitur sed societas.*

28 *Contractus species cognoscitur non ex verbis sed ex natura rei.*

29 *Socij censentur qui rem simul emunt, sicut & qui condicunt aliquid in communi.*

30 *Societas finito tempore censetur tacito consensu partium refirmata.*

VIso themate superius annotato, & super eo habita diligenti consideratione, videretur prima frõte dicendum, quod prædicti tres teneantur ad contribuendum pro satisfaciendo creditoribus vltra summam viginti millium librarum in ipsa societate positarum, cum eorum intentio fuerit nõ obligari vltra dictam summã: etiam actus agentium non debent operari † vltra eorum intentionem. *leg. non omnis. in princ. ff. si cer. pet. leg. obligationum substantia. in prin. ff de act. & obli.* ¶ Secundo: quia posito quod per istos tres esset tacite contracta societas † cum illis quatuor, tamen fuit limita-

limitata pro summa pecuniarum per eos in societate positarum. patet: quia in lucris facta est expressa limitatio pro rata pecuniarum ad solidum & libram: ergo similiter intelligitur in damnis, & sic in debitis ipsius societatis, quia limitata causa limitatum producit effectum *leg. in agris ff. de acqui. rerum do. leg. age. Cod. de transa.* sicut etiam limitata potentia causæ efficientis limitatum producit effectum; *vt notant Bald. Imol & moderni in leg. sed si plures. §. in arrogato. per illum textum. ff. de vulg. & pup.* & hoc
3 maxime procedit in societate, quæ præsumitur limitate contracta secundum voluntatem & vsum, & non vltra *leg. prima. §. si quis hoc interdicto. vbi glo & notabiliter Bartol. ff. de iti. actuque pri. Bartol. in leg. Titium aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tu. & in leg. cum duobus. §. si inter fratres. ff. pro so.* alias *incipit. §. Papi.* ¶ Tertio: quia inter istos tres & alios quatuor primos so-
4 cios non reperitur contracta aliqua societas, † nec de societate verbum vllum, & sic non debet censeri aliqua societas, sed potius pecunia deposita ad honestum lucrum: *per text. in cap. per vestras. de don inter vir. & vxo.* maxime cum in casu præsenti non fuerit actum de certa quantitate pecuniæ pro lucro recipienda, quo casu esset vsura, & non valeret conuentio; *prout tenet d. Card. Flo. in cap. nauiganti. in 4. quæst. de vsur.* Sed actum est de accipiendo in diuisione societatis talem vtilitatem, quam placuerit Deo mandare. ¶ Quarto confirmatur, quod in casu præsenti per illos tres non sit contracta aliqua societas. Nam in iure duplex tantum reperitur
5 societas, scilicet conuentionalis, † quando duo vel plures contrahunt inter se expressam societatem: *vt toto ti. ff. & C. pro soc. & ista non contingit in isto casu cum istis tribus.* Quædam est societas incidens, quando res efficiuntur communes inter plures absque eorum conuentione. prout contingit in hæreditate pluribus delata, *vel in re pluribus legata, vel donata. leg. vt sit pro soc. act. cum duabus ll. seq. ff. pro soc. & leg. secunda. ff. commu. diui.* Vnde arguendo à sufficienti
6 partium enumeratione, quod argumentum † est validum in iure. *leg. patre furioso. & ibi Bartol. & alij notant. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. le. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & obliga. cap. cum dilectus. & ibi domi. Abbas ad hoc notat. de iure patro.* Cum in iure non reperiatur nisi duplex societas. scilicet, conuentionalis, & incidens: & in casu præsenti neutra earum interuenerit: ergo non potest dici hic esse contractam aliquam societatem. ¶ Quinto facit quia so-
7 cietas non contrahitur sola re, † sed solo consensu. *leg. vt sit pro socio actio. ff. pro soc. glo. in leg. quarta in prin. ff. eo. Bartol. in leg Titium aut Mæuium. §. altero. in penultima columna. ff. de admi. tut. facit text. in leg. si margaritam. ff. pro socio. in verb. si animo contrahendæ societatis id actum sit.*

Ergo cum per istos tres non sit contracta aliqua societas cum illis quatuor primis socijs, certe actio personalis competens creditoribus societatis, solum potest intentari contra quatuor primos socios, & non contra istos tres, qui nullam societatem contraxerunt. *arg. le fi. §. fi. ff. de contrah. empt. & leg. prima. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. facit lex. æris alieni. C. de dona. & leg. fin. Cod. de hære. act.* ¶ Sexto facit, quia posito, quod per illos tres esset contracta societas cum quatuor primis, tamen ex quo illa societas debebat solum triennio durare, finito illo tempore finita erat societas: ergo posito quod dicti tres tenerentur satisfacere creditoribus societatis pro rata suarum pecuniarum in societate positarum, non tamen tenentur de debitis contractis post finitum tempus societatis, † nisi 8
denuo consensissent. *leg. plene. ff. pro socio. glo. in §. solnitur. instit. eo.*

¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure veriorem, quod dicti tres teneantur contribuere pro rata suarum pecuniarum in societate positarum, vt satisfiat creditoribus societatis. Nam præsuppono pro constanti, quod inter istos tres & alios quatuor superius nominatos sit contracta societas: *prout tenet glo. notabilis & ordinaria 14. quæstio. 3. in cap. plerique in verb. negotiatoribus.* vbi glo. notabiliter tenet, quod si aliquis dedit pecuniam suam negotiatori, vt inde emat merces, & det sibi partem lucri, quod illud sit licitum, si inter eos per illa verba contracta est societas. secus si esset inter eos contractus mutui, & sic periculum spectaret ad recipientem, tunc esset vsura. Sed sic est, quod in dubio debet præsumi contractus licitus, & sic societas, non autem mutuum. & sic contractus vsurarius: *per regulam leg. merito. ff. pro soc. & leg. moueor. Cod. de ser. expor.*

Et quod actus dubius † non debeat censeri 9
vsurarius, [a] tenet Bald. *in leg. rogasti. §. si tibi. ad fin.* a
ff. si cert. pet. & idem Bald. in rubri. extra de offi. iudi. in octaua columna per leg. si ea pactione. cum ibi notatis. Cod. de vsur. domi. Alexand. in consilio 220. secundi voluminis incipiente, Super titu. quæstionis transmissæ. in secunda col.

Nam cum isti tres debeant habere lucrum seu vtilitatem, quam placuerit Deo mandare, pro rata pecuniarum suarum, certe si esset mutuum, di- 10
ceretur † contractus vsurarius; quia lex euangelica dicit, mutuum dantes, nihil inde sperantes. *capi. consuluit cap. super eod. & cap. fin. de vsur. 14. quæst. 3. c. 3. facit. lex. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. & leg. stip. ista. §. alteri. ff. de verb. obligatione. & leg. cum allegas. Cod. de vsuris.*

Vnde in dubio capiendo præsumptionem exclusiuam delicti, ista debet in dubio iudicari societas, quæ est licita, & non contractus mutui; quia esset tunc contractus vsurarius. & illam glo. *in d. ca. plerique.* multum notat & sequitur dominus Abbas *in cap. per vestras. de dona. inter virum & vxor. & in cap. fin. in secunda columna de vsur. & in consilio septuagesimo octauo primi voluminis, quod incipit. Quidam Franciscus. & in consilio 114. secundi voluminis incipiente, In quæstione mouenda inter Antonium. in secunda columna.* & in istis locis etiam concludit dominus Abbas: quod si esset mutuum, esset contractus vsurarius. *idem tenet Bald in leg. prima in nona quæstione. C. pro socio.* Vbi quærit, quid de his, qui mutuant † pecuniam ad ne- 11
gotiandum hoc pacto, quod capitale sit saluum, & si lucrum interueniat, diuidatur inter eos? Respondet quod iste [b] contractus sapit vsurariam b
prauitatem, ideo quicquid percipit de lucro, extenuat sortem. non est enim hæc societas, neque ex forma contractus, neque ex natura. ex forma non; quia est contractus mutui: ex natura non; quia est contra naturam societatis quod

vnum

vnum capitale saluum sit,& aliud capitale fractum. *l.Lucius. ff. commo. & istam decisionem Bald. refert & sequitur Ludo.Rom. in consilio 238. incipiente, Pro habenda substantia veritatis. idem tenet Laur. de Rodulfis in repe. cap.consuluit.in 18.quæst.de vsur.Pau.de Ca.in consilio 332. incipiente,Viso instrumento.* ¶ Secundo,quod inter di-
12 ctos tres sit contracta societas facit: quia † ex qualitate personarum& negotiorum præsumitur contracta societas.*gl. est notab. in l si margarit. ff. de socio.* sed isti tres sunt soliti exercere similes societates in simili negotatione, vt supra p̄supponitur in facto. & q̄ p̄sumatur societas, facit, q̄ notabiliter tenet Bald.*in leg si pascenda. C.de pact.& in leg 1.in 4. quæstione.Cod.pro so.& quod tenet Bartol.in leg.si vnus, in prin.ff. pro so.* ¶ Tertio bene facit,quia iste contractus ma-
13 gis participiat † de societate quam de mutuo, vt proxime dixi,vel quam de deposito,vt infra dicam, vel alio quolibet contractu, ergo iudicari debet quod sit societas:per ea quæ notabiliter tradit *Bart. in leg.Aristo.in princip.ff.de don.& in leg.si in emptione.in prin. ff. de contrahen. empt. cano. in cap. ad quæstiones. de re.permu domi.Alexand.in leg.2.in princip.in 3.colum.ff.si cer.pet.* Ergo cum ex istis mediis appareat quod per istos tres sit contracta societas cum aliis quatuor, ergo tenentur contribuere pro rata pecuniarum per eos in societate positarum,vt satisfiat creditoribus societatis.¶Quarto facit:quia eadem die,qua contracta fuit societas inter quatuor primos, isti tres posuerunt in dicta societate dictam summam viginti millium librarum: vnde ex breuitate tem-
14 poris præsumuntur ipsam societatem † subintrasse,*argum.leg.si ventri.§.in bonis.ff.de priuile.credi.& cap. officii cum glo.de elect.* Nam ex vicinitate actuum il-
c lud,quod vni actui inest, alij creditur inesse.c *l. patris & filij.ff. de vulg. & pupil. le.Titia.§. idem respondit. ff.de verbo.oblig leg.si quis ex argentariis. §. si mutui ff.de eden. ita notabiliter tenet Ang. in consilio 145. incipiente. Gener à socero confessus fuit.in 3.columna.Ludo. Roman.in consilio 445.incipiente, Consultatio præsens tres habet nodosas dubitationes. in secunda columna.* ¶ Quinto facit: quia isti tres censeri debent subastociati aliis quatuor sociis, ergo adinuicem tenentur actione pro
15 socio ad damna, & sic ad solutionem æris alieni, † & per consequens ad satisfaciendum pro eorum rata creditoribus societatis.text *est in leg. qui admittitur.cum quatuor leg.seq.ff.pro socio.do.Petr.de Vbaldis de Perusio in tractatu suo societatis.in 10.quæstio.*¶ Sexto facit:quia dato etiam,sine veri præiudicio, quod per istos tres non esset contracta vera & propria societas,tamen saltem tenentur † vtili actione pro socio
16 satisfacere creditoribus societatis.*per text.in leg.perceptione.ff.de his qui dele.vel effu. iuncta leg. omne æs alienum.ff pro so.& per illam leg.perceptione.decidit notabiliter Spec.in titu de iudi. in §. generalia. in ver. hoc etiam not.* quod vtilis actio pro socio quandoque locum habet inter scholares, & inter aliquos in eod. cœnaculo simul habitantes, qui non contrahunt societatem ad vberiorem quæstum;est tamen aliqualis societas inter eos, & ideo habet locum vtilis actio pro socio,*per d. leg. perceptione.* per quam legem dicit, quod dominus Azo determinauit quæstionem, quæ quandoque inter scholares contingit, quando vnus eorum non vult communicare pro duodena, vel facere illud, quod debet. Istam decisionem Spec. refert & notabiliter sequitur domi. Abb. Pan.*in cap.inter dilectos.ad fin.de fi. instr. Alberi. de Rosa.in rub.C.pro soc.do.Petr. de Vbal. de Peru.in tractatu suo societatis in 14. part.* Et in ista vtili actione pro socio veniunt omnia ea,quæ venirent in directa:quia vtilis & directa non differunt effectu *leg.pe.ff.de negest.* & consequenter veniet, quod satisfiat creditoribus societatis pro rata. *d. leg. omne æs alienum. ff. pro so.* ¶ Septimo est aduertendum, quod isti tres, qui egerunt, quod in diuisione societatis acciperent talem vtilitatem, quam placuerit Deo mandare pro rata pecuniarum in dicta societate positarum ad solidum & libram,& de damno nihil dixerunt, tamen iuris dispositione intelliguntur † et- 17
iam obligari pro rata dictarum pecuniarum ad damna societati contingentia. tex.*est in §. illud.insti. pro so.* vbi dicit text. quod si solum sit expressa pars de lucro, quod eadem pars seruari debet & in damno. Salyc. *in auth. ad hæc. in 14. quæst. ad fin. C de vsur.* 18
portio enim lucri regulat † & demonstrat portionem damni.*leg.verum.§.fin.ff.de re.dub. leg. 1. C. de iti pub.& alias substitu.* alias fuisset societas leonina, quæ nihil valeret: *vt dicit text.in le. si non fuerint.§. Aristo.ff. pro so.glo. & doc. in leg.1. C. eo. Societas enim censetur esse* 19
*quædam fraternitas:*d *vt dicit text.in leg.verum. in princi.* d
ff.pro soc. Vnde sicut inter fratres debent seruari æqualitas lucri & damni.*leg.vt liberis. C. de colla. & leg. fin C.commu.vtri.iud.ita inter socios.d.leg.si non fuerunt. § fin.Bene facit, quod vult Bald. in illa leg.1.in 9 quæst.pro soc.* Vbi tenet, quod text.*in cap.per vestras. de don. inter virum & vxor.* quamuis faciat solum mentionem de honesto lucro, tamen debet intelligi, quando pecunia datur ad partem lucri,& etiam damni:quia tunc contractus est licitus.Refert & sequitur dom. Alexand.*in consi. 80. tertii vol.incipiente, Circa primum dubium quo quæritur,an dictus datarius.in prima columna.* Cum ergo isti tres debeant habere lucrum, seu vtilitatem pro rata pecuniarum in societate positarum, per consequens etiam debent sentire omne damnum pro eadem rata pecuniarum. Nam regula naturæ est, vt qui sentit lucrum & commodum debeat etiam † sentire onus & damnum: e *vt in reg.* 20
qui sentit.de reg.iur.in 6.& leg.secundum naturam. ff. eo. e
Per consequens ergo debent teneri ad satisfaciendum æri alieno, & sic creditoribus societatis, pro rata pecuniarum,per eos in d.societate, positarum. ¶Prædicta veriora apparebunt respondendo his, quæ in oppositum adducebantur, quæ licet sublata videantur ex fundamentis proxime adducta, tamen vt veritas magis elucescat, ad ea particulariter respondebitur. ¶ Non obstat ergo,dum dicebatur, quod intentio illorum trium nunquam fuit obligari vltra summam viginti millium librarum in d. societate positarum, & quod actus agentium non 21
debeat † operari vltra eorum intentionem. *d.le.non omnis.in prin.& d.leg.obligationum substantia:* quia respondetur, quod illa regula debet intelligi, prout eam declarat Bald. *in leg.si absentis.in secunda oppo. C. si cert.pet.* vbi dicit, quod actus agentium non operatur vltra intentionem, verum est primitiuam, f vel secundariam. Vnde licet ibi non fuerit de intentione primitiua procuratoris, fuit tamen de secundaria. Nam poterant isti tres cogitare,experti talem societatem, quæ versatur in curia f

princi-

principis, ꝙ ſicut poterant multa & maxima lucra prouenire, ita etiam maxima damna, & plurima debita quibus ſatisfieri pro rata oportebat: vt in ſuperioribus fuit dictum. Vnde plerunque accidit vt extra id quod agitur, obligatio tacita naſcatur, vt inquit iureconſultus in *leg. ſi is qui. § fin. ad fin. ff. commo.* ¶ Præterea, quod iſta fuerit voluntas & intentio iſtorum trium non obligari ſe vltra ſummam
22 pecuniarum per eos in ſocietate poſitarum, iſtud non fuit per eos expreſſum nec declaratum. Vnde propoſitum in mente retentum nihil operatur. *leg. ſi repetendi. Cod. de condi. ob cau. cap. 1. de eo qui mihi pos. in verb. licet voluntatem habuerit. & ibi glo. & ibidem Abbas ad hoc notant.* Nam voluntas clauſa in mente nihil operatur in actibus hominum, & eſt ſicut poſt-
g humus in vtero, g qui ſi non naſcitur, nihil eſt. *leg. fin. C. de poſthu. hære. inſtit. ita notabiliter dicit Bald. in leg. 1. in 2 quæſt. C. qui admit.* ¶ Non obſtat dum ſecundo dicebatur, quod ꝙ iſtos tres fuit limitata illa tacita ſocietas pro ſumma pecuniarum in dicta ſocietate
23 † poſitarum. patet; quia in lucris eſt facta expreſſa limitatio pro rata ipſarum pecuniarum ad ſolidum & libram, ergo ſimiliter debet eſſe in damnis; quia admitto hoc eſſe verum, & dico quod quemadmodum in lucris, etiam ſi maxima fuiſſet quantitas, debebantur eis pro rata pecuniarum ſuarum, ergo ſimiliter debet eſſe in damnis, vt ad debita ſocietatis, quantacunque ſint, debeant contribuere pro rata pecuniarum ſuarum. *d. leg. omne æs alienum. ff. pro ſocio.* ¶ Tertio non obſtat, dum dicebatur, quod inter iſtos tres non reperitur contracta aliqua ſocietas, nec de ſocietate verbum vllum, & ſic non debet cenſeri aliqua ſocietas, ſed potius depoſitum, quod pecunia ſit depoſita ad honeſtum luerum: *per text. in capit. per veſtras. de don. inter vir. & vxor.* quia reſpondetur, quod in caſu præſenti nullatenus poteſt cenſeri eſſe depoſitum: quia ex quo
24 denarij merces non fuerunt † conſignatæ in depoſitum ſigillatæ tanquam ſpecies, vt illimet denarij & illæmet merces redderentur, imo exerceri debebant in dicta negotiatione, ergo non poteſt cenſeri depoſitum, cum exceſſerit terminos depoſiti. *leg. Lucius. 1. & leg. die ſponſaliorum. §. 1. ff. depoſiti. ita determinat dom. Alexand. etiam in terminis fortioribus in conſilio 80 tertiæ partis, quod incipit, Circa primum dubium, quo quæritur, an dictus datarius. in prima columna ad fin. & prin. ſeq.* Vbi ſingulariter tenet in terminis multo fortioribus, quod etiam ſi in inſtrumento promiſit reſtituere ducatos ducentos ex cauſa depoſiti, tamen ex quo nõ apparet, ꝙ fuerunt dati ſigillati tanquam ſpecies, & illimet reddantur, ſed vt de eis poſſit negotiari, cum dominium talis pecuniæ fuerit translatum in depoſitarium, propterea talis contractus excedit terminos depoſiti: vt prædixi. Præterea etiam quando pecunia datur expreſſe ob cauſam depoſiti, tamen ex quo datur negotianda,
25 † & ſic non eſt reuocab lis ad nutum ipſius depoſitarij, certe tunc non eſt cauſa depoſiti, h *d. leg. Luc. & leg. die ſponſaliorum. ff. depoſiti. & leg. in naue Saupheli. ff. locati. Ita ad literam dicit Ludo. Roma. in conſilio 238. incipiente, Pro habenda ſubſtantia veritatis. in 1. columna.* Nam alias dies appoſitus in depoſito reſtituendo non differt ſolutionem, quin deponens poſſit ante talem diem depoſitum repetere. *le. 1. §. penult. ff. depoſiti.* cum interim depoſitarius non poſſit aliquam vtilitatem habere. *l. 4. C. depoſiti.* quod ſecus eſt in caſu præſenti; ergo apparet, quod eſt depoſitum. Et tanto fortius iſta procedent in cauſa præſenti, vbi non eſt expreſſa cauſa depoſiti; & in dubio † nõ 26
præſumitur depoſitum, ſed ſocietas: *vt eſt gl. ordina. & notabilis in l. 1. C. pro ſocio.* Præterea depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datur. Iſta eſt definitio depoſiti oſtendens ſubſtantiam & quidditatem rei, quam tradit iuriſconſultus *in le. prima. in princ. ff. depoſiti.* Sed in caſu noſtro ſumma viginti millium librarum non fuit tradita per iſtos tres cuſtodienda, ſed negotianda, ergo non fuit depoſitum: nec tex. *in d. cap. per veſtras.* exprimit quod ibi fuerit depoſitum. ¶ Quarto non obſtat, dum dicebatur, ar- 27
guẽdo à ſufficienti partium † enumeratione, quod iſta non dicitur ſocietas conuentionalis, nec etiam incidens, quæ duæ ſpecies ſocietatis in iure tantum reperiuntur. Ergo nullo modo poteſt dici ſocietas: quia reſpondetur, quod imo eſt ſocietas: quia reſpondetur, quod imo eſt ſocietas conuentionalis re ipſa tacite contracta, vt patet ex fundamentis ſuperius deductis, & infra ſtatim dicetur. ¶ Nec obſtat, quod de ſocietate inter iſtos tres nullum verbum ſit expreſſum: quia reſpondetur, quod ſpecies contractus agnoſcitur † non ex verbis, ſed ex 28
natura ſui: *vt l. ſi vno in princ ff. loca. not at gl. in l. 1. § 1. ff. de ſuperficie. & plenius Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos ff. de publica. facit text. in capit. in ciuitate. in verb. ex forma. cum glo. & ibi domin. Abbas de vſur. & in capit. ad noſtram. de empt. & vendi. & in capit. illo vos. de pigno. & melior text. in propoſito 14. quæſt. 3. in c. plerique.* ¶ Quinto non obſtat, dum dicebatur, quod ſocietas non contrahitur ſola re, ſed ſolo conſenſu: quia reſpondetur, quod imo ſocietas non ſolum poteſt contrahi expreſſo conſenſu, † ſed etiam tacito re ipſa, pro- 29
ut fuit in caſu præſenti, *d. l. 4. in princ. in verb. & re & verbis. declarat Pau. de Caſt. in rubri. C. pro ſoc. & iſtud clare patet.* Nam ementes rem ſimul dicuntur in ea re eſſe ſocij; *vt eſt tex. in l. 2. & ibi Bar. ad hoc multum notat. ff. commu. diui. & tex. in l. cum proponas. & ibi Bart. & Bald. not ant. C. pro ſocio.* Similiter conducentes aliquid in communi ſicut ementes intelliguntur tacite re ipſa contrahere ſocietatem, ſecundum Bald. *in leg. 1. in 11. quæſt. C. pro ſocio.* ¶ Sexto & vltimo non obſtat, quod dicta ſocietas erat finita per lapſum trienn'j, ergo dicti tres non debent teneri ſatisfacere creditoribus ſocietatis pro debitis poſtea contractis poſt finitum tempus ſocietatis: quia reſpõdetur, quod † ſocietas intelligitur tacito conſenſu 30
refirmata, ſi ſocij eam proſequuntur. *l. ſi mancipiũ. §. ſi impubes. & §. eius ergo ff. de inſti. Bald. notabiliter in le.* i
mandatum. in 3. oppoſitione. C. mandati. quem ſequitur do. Alex. in conſ. 132. quinti volu. incipiente, Perlectis & ponderatis in 2. & in 5. columna. præſertim cum ſocietas lapſo tempore ipſo iure non finiatur, ſed bene ſocij finito tempore poſſunt renunciare ſocietati. k *l. actione.* k
§. item qui ſocietatem in tempus. ff. pro ſocio. & declarat notabiliter do. Petr. de Vbal. in tractatu ſocietatis in 5 quæſtione tertiæ partis principalis.

ADDITIO.

a Vſuratius.] Idem ſupra con. 92. facti præſentis. n. 6. lib. 1. vbi addo.

b Respondet quod iste.] Ias.consi.174.spectabilis.2. dubio supra li.2.vbi dixi.
c Creditor inesse.] Idem l.lecta sub.n.14.si cer.pe.Chassan. con.39.pro decisione.n.75.con.64.quidam minor.n.55.Ripa. l.si q.34.C.de reuo.donat.& Mandos.ad Roma. consi.445. consultatio n.4.omninoGabriel.com.opi.li.1. de præsumpt. conclus.13.in prin.
d Fraternitas.] Ias.l.sunt qui in id.de re iudi.& in l.apertissimi,sub nu.9.versi.7.C. de iudi.
e Onus & damnum.] Dixi con.71.ordinatio.nume.8.infra eod.lib.
f Primitiuam.] Iaso.leg. non omnis,in prin.si cer.pet.l.3.in prin.colu.5.versi. sed ad hoc responde dupliciter. ff.de acqui. posses.Aymo.refert Ias.hic con.304.in diuisione. n. 4.
g Posthumus in vtero.] Dixi cons.vlt.n.18.supra li.2 Rolã. con.43.negari non potest.n.22.li.4.vbi hoc con.citat.
h Causa depositi.] Dec.cõ.116.in causa col.1 ver.aut ex causa depositi.le.certi condictio in 4.not.si cert.pet.Mandos.ad Roma.con.238.pro habenda. n.3.
i Refirmata.] Idem Ias.supra consi.3.in causa.nu.6.hoc lib. Barb.con.31.idem mihi nu.2.post med.li.1.& con.10.illud referam.sub n.18.li.4 & vide Dec.cons.548. visa consultatione. n.2.facit Aym.cons 73.dicendum sub n.13.versi.optime facit. & trac.de antiq.temp.4.par.sect.materia ista nu.106.vbi citat Ias.d.con.3.distinguit aliquot casus Meno.cons.121.& si cum nu.71.72.& seqq.
k Renunciare societati.[] Declarat Menoch.d.con.121.nu. 70.versi.non obstat auctoritas Ias.vbi dicit Petr.de Vbal. quẽ Ias.pro sua opinione citauit contrarium scripsisse.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia ad hoc vt ex expressione erroris iuris reddatur nulla: requiritur, vt error sit expressus, ita vt oculo corporali legi possit & inspici, & non sufficit quod ex mente vel per interpretationem reducatur ad erroneum intellectum iuris.*
Error iuris quando dicatur in sententia expressus. n.1.
2 *Tempus incertum non constituit debitorem in mora.*
Interpellatione hominis ad hoc vt debitor constituatur in mora opus est, quando quis promittit soluere ad omnem requisitionem seu voluntatem creditoris. n. 2. & nu.4.
3 *Sententia debet sustineri quantum est possibile.*
4 *Permissum ad tempus post tempus censetur prohibitum.*
5 *Mora.in mora non dicitur qui habuit iustam excusationis causam.*
6 *Mora dicitur dolus.*
7 *Causa qualibet etiam iniusta excusat à dolo.*

IN causa nobilium de monte Astensi vidi,quę subtiliter& multum copiose adducta fuerunt per egregios dominos aduocatos eorum,qui ita plene & diffuse duos principales articulos præsentis controuersiæ discusserunt, vt nihil amplius inquiri aut addi posse videatur. Mouit me multum eorum authoritas,multum etiam me mouerunt eorum fundamenta & rationes,tamen nullo modo auderem ita cõsulere seu iudicare;eo quia licet in primo articulo videretur posse teneri, quod non fuerit opus alia interpellatione hominis, tamẽ non auderem consulere, quod sententia in contrarium lata possit dici nulla ; eo quia sit lata contra errorem iuris, quia non persuadeo mihi quod iste sit error iuris manifestus, qui reddat sententiam ipso iure nullam:[a] *de quo loquitur tex.in l.2.C. quãdo prouo.nõ est necess.& in l.1.§.1.ff.qua sen.sine appella. resc.* Quia adhoc vt ex expressione erroris iuris sententia reddatur ipso iure nulla,† requiritur ꝙ error 1
sit expressus, ita ꝙ oculo corporali legi possit & inspici,& non sufficit ꝙ ex mente vel per interpretationem reducatur ad erroneum intellectum iuris; *vt tradunt canonistæ in c.P.& G.de offi.delega.& in c.ab excommunicato.de rescrip & in ca. 1.& in c.sicut de re iudi. moderni in l.cum prolatis.ff.eo.* Sed profecto iste non est expressus error iuris, sententiare quod in casu isto requirebatur interpellatio hominis ad constituendum in mora, stantibus verbis instrumenti, prout stant. ¶ Nam licet ex decisionibus doctorum *in l.cũ stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbo. oblig.* cum aliis copiose adductis per dominos aduocatos posset inferri ad decisionem præsentis casus,tamen per hoc non sequitur, ꝙ sententia contineat expressum errorem iuris. Nam licet illæ decisiones conferant,& aliquid videantur facere ad præsentem quæstionẽ inducendo in argumentum , tamen non est ius expressum istud decidens.Nam illæ decisiones loquũtur,quando in instrumento præcedit tempus certũ & limitatum, & postea subiicitur incertitudo posita in arbitrio creditoris : tunc tempus certum præcedens bene constituit in mora absque alia interpellatione hominis. Sed iste non est casus noster,in quo non præcessit tempus determinatũ & certum, imo tempus fuit incertum,videlicet quando creditor requireret, sed tempus incertum non † consti 2
tuit in mora;*vt tenet Bar.in l.ita stipulatus.in pen. charta.ff.de verb.obli.* Vnde si promitto tibi soluere ad omnem requisitionem, seu voluntatem creditoris, tunc est opus interpellatione hominis, vt debitor constituatur in mora.*le.si decem cum petiero.ff.de verb. obli.Bal.in l.Celsus.in prin.ff.de arbi.* Nec in isto casu in indiuiduo reperio, ꝙ ius expresse disponat cõtrariũ, ita vt sententia dicatur cõtinere expressum errorẽ iuris.Imo per istã viã põt optime defendi & saluari sententia,& sentẽtia debet saluari † quantũ est 3
possibile.*c.in his.de verb.sign.glo.in l.& puto.§.1.ff.famil. ercis.* Ita ꝙ non possum mihi persuadere, ꝙ ista sentẽtia contineat expressum errorẽ iuris, ita ꝙ possit dici nulla. ¶ Nec obstat,si dicatur, ꝙ vsus istius pecunię mutuatę fuit expresse limitatus ad vnũ annũ, & ad mediũ mẽsem Augusti,ergo elapso anno Andreas nõ potuit amplius ista pecunia vti , ergo post annũ,post quẽ prohibetur vsus pecuniæ, per cõsequẽs debitor dicitur in mora;quia respondetur, ꝙ istud ꝓcederet, quãdo vsus pecuniæ fuisset limitatus ad annũ simpliciter,ita quod nõ fuisset vltra ꝓcessum. Nã tũc ꝓmissum ad tẽpus cẽseretur † post 4
tẽpus prohibitũ.[b] *l.statuliberũ.§.Stichũ.ff. de lega.2.l. pater filiũ.§.fundũ.ff.de lega.3.l.si ita quis.& ibi Bald.& moderni notãt.ff.de vulga.& pupilla.* Sed in casu nostro partes vltra processerunt in instrumento, videlicet quod elapso anno debitor ad omnem requisitionẽ creditoris teneretur restituere;ergo post lapsum anni vsus pecuniæ non censetur simpliciter prohibitus,sed ita demum si creditor interpellauerit : ergo ad interdicendum vsum requirebatur interpellatio creditoris, ergo multo fortius ad constituendum debitorem in mora fuit necessaria interpellatio ipsius creditoris.Ex quo enim elapso anno creditor nõ interpellauit debitorem,vt restitueret pecuniam , prout expresse dicebat instrumentum, debitor

debitor verisimiliter potuit credere, quod posset vlteriori tempore vti: ergo non potest dici in mora,† ex quo habuit iustam causam excusationis *leg. quod te. cum materia. ff. si cer. pet.* prælertim cum in mora dicatur † dolus. *leg. dolus. ff. mandati. leg. non potest dolo carere. ff. de reg. iuris. Bald. & moderni in l. si mora. ff. solut. matr.* & quælibet causa etiam † iniusta excusat à dolo.[c] *l. 4. §. 1. cum vulg. ff. de libe. cau. glo. in leg. plagij criminis. C. ad legem Flaui. de plagia. notabiliter Ange. & moderni in leg. prima in principio. ff. de eo per quem fac. erit.*

¶ Laus Deo & gloriosissimæ virgini Mariæ.

¶ Iason Maynus iurisconsultus manu propria scripsit.

ADDITIO.

a Ipso iure nullam.] Vide eundem con. 79. in fi. supra lib. 1. vbi declarat. & quod hic tradit idem Iaſ. l. cum prolatis n. 10. versi. & aduerte. ff. de re iudi. l. 2 n. 10 C. de errore calcu. & le. qui Romæ. §. duo fratres nu. 51. de verb. oblig. Vant. tract. de nulli. rub. de nulli. sent. ex defectu proces. fol. 243. numero 122. declarat idem Iaſo. consilio 79. motiua subtiliter. in fin. supra lib. 1.

b Prohibitum.] Idem Iaſ. consi. 153. difficultas n. 3. supra li. 2. vbi addo. & de testatore concedente ad tempus & econtrario. Zanch leg. hæredes mei. §. cum ita. 4. par. nu. 11. ad Treb. vbi refert. Iaſ. consilio 159. columna. 1. lib. 2. & consilio 75. in fra. eo.

c Excusat à dolo.] Iaſ. consi. 111. spectabili. l. b. 1. & d. consi. 153 n. 11. & vtrobique addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXV.

THEMA.

MAGNIFICVS & generosus miles d. Bertrandus de Lenis ex condominis de Florensacho de anno domini 1370. condidit testamentum, & dictus testator non habebat nisi vnicum filium nomine Philippum, quẽ hæredem vniuersalẽ instituit, & ex dicto Philippo habebat quatuor nepotes, videlicet Bertrãdũ primogenitũ, quem primo loco substituit Philippo præmorienti, & Philippũ secundo genitũ, quẽ secũdo loco substituit dicto Bertrãdo præmorienti sine filijs masculis ex legitimo matrimonio procreatis, & Ioannem tertium genitum quem similiter substituit, & Eustachium quarto genitum natum post testamentum, de quo testator non fecit expressam mentionem in specie, sed bene in genere, dicendo, & sic de omnibus filiis ex Philippo filio meo & nepotibus meis nascirũris. Deinde omnibus nepotibus prædictis, & eorum masculis decedentibus sine prole masculina substituit nobilem Bertrandum de Lenis nepotem ex fratre prædefuncto, & post eum Guidonem similiter nepotem ex eodem fratre. Postmodum subiunxit aliam substitutionem per ista verba, quod si contingeret me Bertrandũ testatorẽ, & filios meos, & per consequẽs nepotes & pnepotes meos natos ex filiis masculis descẽdentib. & nascituris, & deinde dictos Bertrandum & Guidonem nepotes ex fratre præmortuo, & filios suos ex filiis suis descendentibus & nascituris, & filios filiorum mei testatoris, & prolem masculinam ex eis descendentem decedere, tunc instituo & substituo filias, vnam vel plures, ex legitimo matrimonio procreatas. Successiue post mortem dicti testatoris, & Philippi vnigeniti successiẽ Bertrandus nepos primogenitus, & primo loco substitutus, qui etiam decessit intestatus, relictis ex se altero Philippo primogenito, & altero Eustachio secundogenito, & duabus filiabus. Et dictus Eustachius secundus post mortem eorum patris remisit omnia iura sua dicto Philippo fratri suo. Item iste Philippus tertius decessit intestatus in conflictu guerræ de Tartacio relicta vnica filia domina Ioanna de Lenis. Ista domi. Ioanna inter cæteros liberos habuit dominum Iacobum de Crusolio, quem hæredem vniuersalem reliquit. Et quia dictus Philippus vltimus decessit sine liberis masculis, Eustachius de Lenis quartus nepos testatoris, prætendit omnia eius bona, quæ fuerunt primi testatoris, debere sibi restitui per dominum Iacobum de Crusolio vigore prædictæ substitutionis fideicommissariæ. Quæritur in prædictis quid iuris?

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum nominatim iniunctum pronepoti, qui solũ est positus in conditione & non in dispositione valet & tenet, quia iniungendo onus fideicommissi videtur tacite eum instituere. Sed contra nume. 10. ex communi.*

2 *Substitutio fideicommissaria facta nepotibus vel prõnepotibus quibus nihil fuit relictum sustinetur, si illi sint positi in cõditione & simul sunt grauati, quia in necessarium antecedens videtur eis relictum: sed contra, n. 19 vbi declaratur.*

3 *Vincula duo fortius & potentius operantur vno. declarat vt nu. 19.*

4 *Testator qui vult consequens videtur voluisse omne necessarium antecedens ad illud, & ideo si instituat seruum hæredem, intelligitur in necessarium antecedens ei relinquere libertatem. & hac conclusiõ procedit etiam in materia odiosa vt n. 5. quã declaratur vt nu. 17. & 18.*

6 *Inducta ad diminutionem operantur augmentum,*

quando alias non posent operari diminutionem, nisi prius induceretur augmentum.

7 *Testator relinquens prædium libertis suis & grauans eum, qui vltimus morietur restituere totum prædium alteri, per hoc grauamen videtur eum substituisse in omnibus partibus præcedentium & ibi assignatur ratio: & n. 20. declaratur.*

8 *Opinio. opiniones dd. vbi in aliquo articulo sunt variæ in dubio illa est amplectenda qua testamentum defendit.*

9 *Opinio singularis vnius doctoris quæ est pro matrimonio præfertur communi opinioni & eodem modo præfertur, quæ stat pro testamento.*

11 *Opinio communis est sequenda in consulendo & iudicando, & præsumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret singulari opinioni relicta communi sententia, & propter singularem opinionem alicuius doctoris non est à communi opinione in iudicando recedendum.*

12 *Opinio illa est melior & sequenda quæ meliore nititur ratione.*

13 *Grauare non possum quem non honoro: vbi declaratur secundum Aretin. Sed reiicitur declaratio.*

14 *Testator grauans in re hæreditaria tota hæredem non per hoc videtur illam rem hæredi prælegare.*

15 *Inducta ad diminutionem non debent operari contrarium effectum.*

16 *Nepos vel pronepos conceptus & natus post aui mortem non dicitur eius nepos vel pronepos in substitutionibus.*

18 *Glos. leg. alio glo. 1. in fin de alim. l. quomodo intelligenda.*

Conditio. In conditione posita non censentur esse in dispositione.

21 *L. Titia Seio. §. Seia libertis. de l. secundo declaratur.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIso testamento superius relato, & gradibus substitutionum in eo contentis. ac diligẽter consideratis verbis ipsius testamenti, prout monet tex. *in §. nos igitur. in auth. de restit. fideicom.* Principalis difficultas præsentis casus, prætermissis leuibus, reducitur ad illam arduam, & valde difficilem quęstionem: nunquid testator potuerit per fideicommissum substituere dicto Philippo vltimo pronepoti suo, non instituto, nec vocato ex dispositione testatoris, sed solum nominato per verba conditionalia facientia mentionem de pronepotibus. In qua difficultate videretur prima
1 consideratione dicendum, quod † fideicommissum nominatim iniunctum huic pronepoti, qui solum est positus in conditione, & non in dispositione, valeat & teneat; eo quia iniungendo sibi onus fideicommissi videtur eum tacite instituere. & ita determinat Bar. post Iac. de Beluiso *in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. in vlt. charta in ver. quæro vlterius, quid si testator.* quia ex quo testator filios filiorum, & sic nepotes grauauit onere fideicommissi, videtur eis in necessa- farium antecedens reliquisse: *per leg. denique.* [a] *§. interdum. ff. de peculio leg. & per glo. in leg. alio. in fi. 1. glo. ff. de alim. & ciba. le. & per text. secundum eum optime facientem in l. si ita stipul. in prin. ff de oper. libe.* ¶ Nec obstat, quod testator huic pronepoti posito in conditione, nihil ex testamento reliquit, sed ab intestato eorum patri successerit. *l. Luc. & ibi gl. not. ff. de hæred. insti.* ergo non potuit grauari fideicommiss. *l. sed & si sic. §. 1. ff. de leg. 3.* quia respondet Bar. *quod d. l. Luc. cum ibi notatis* procedit, quando filiis filiorum vel pronepotibus nullum grauamen fideicommissi est impositum, alias secus, per prædicta. Istam opin. Bar. sequitur do. Franc. de Aretio *in d. l. centu. eand. sequitur Bar. in tractatu substitutionum. in 1. col. vlt. char. Idem tenent Bal. & Saly. in l. precib. in pe. col. C. de impub. & aliis substitu.* eo quia † grauamen fideic. est scri
2 ptum in rem, & ideo afficit rem ad quemcunque vadat hæreditas: & quia primi filii videntur esse grauati de restituendo post omnes, cum pro tali fideic. bona hæreditaria sint obligata, *arg auth. contra rogatus. C. ad Treb. Istam opi Bar. etiam tenet Ange. de Are. in §. fin. in pen. col. insti. de pupill. substit. Pet. de Ancha. in repetitione c. si pater. in 12. notabi. de testa in 6. Paul. de Castr. in consi. 38. incipiente, dubitationem facit. & idem Paul. de Castro. in l. ab eod. C. de fideicommis.* dicens quod communiter vidit teneri istam opinionem Barto. Idem tenet dominus Alexand. *in consilio 64. quinti volum. incipien. difficultas dubitationis præmissæ.* Istam opinionem Barto. nouissime consulendo sequuti sunt plerique doctores noui Perusini, quos refert & sequitur dominus Petrus Philippus Corneus de Perusio *in lege, ab eod. C. de fideicommis.* moti noua, vt dicunt, consideratione. Nam ex quo testator posuit filios filiorum in conditione, tacite cogitauit hæreditatem ad eos debere deuenire: *vt dicit tex. in d. l. Lucius. in fin. de verbic. prudens consilium patris.* Vnde postea adiiciendo grauamen fideicommissi, ex ista noua tacita voluntate debet induci fideicommissum, quasi ex duplici tacita voluntate. Vnde licet ex eo solo, quod pronepotes posuerit in conditionem, non inducatur validitas fideicommissi, tamen ista duo simul iuncta & simul considerata sufficiunt, vt fideicommissum pronepoti iniunctum valeat: quia duo † vincula simul 3
iuncta fortius & potentius operantur. *auth. itaque. & in corpore vnde sumitur C. communia de succes. leg. cum in adoptiuis. in princip. & ibi Bald. in secunda columna nota. C. de adop. & capit. 1. cum gloss. de treug. & pa. Et istam rationem proprie voluit Bartol. in d. leg. centurio. dum respondet ad gloss. d. leg. Lucius.*

¶ Pro ista opinione Bartol. vltra tria eius fundamẽta facit trita regula, quæ habet, quod testator qui vult consequens, † intelligitur voluisse omne 4
necessarium antecedens ad illud. *leg. ad rem mobilem. & leg. ad legatum. cum vulga. ff. de procuratorib. & leg. illud. ff. de acquirend. hæredi.* Vnde testator iniungendo nominatim fideicommissum pronepoti, cum istud non possit facere, nisi eum instituat hęredem, videtur velle necessarium antecedens, quod sit hæres. Hinc est, quod si testator instituat seruum hæredem, intelligitur in necessarium antecedens ei relinquere libertatem: *vt institu. de hæred. institu. in princip. & leg. penultima & leg. fi. C. de necess. seruis hared. instit.* Confirmatur & fortius, quia etiam in materia omnino odiosa, † qui vult consequẽs vult om- 5
ne

ne necessarium antecedens ad illud. Quanto magis ergo istud procedit in vltimis voluntatibus, in quibus fit lata & benigna interpretatio? *le. in testamentis. ff. de regulis iur. c. cum dilecti. de donat.* Quod autem in omnino odiosis qui vult consequens intelligatur
b etiam velle omne necessarium antecedens, b patet. Nam dispensationes, quia sunt contra ius, sunt valde odiosæ, & restringendæ. *capitu. 1. & fin. de filiis presbyt. in 6.* & tamen si Papa dispensat cum illegitimo, vt possit habere episcopatum, intelligitur in necessarium antecedens etiam dispensare, quod etiam possit presbyterari: quia sine sacerdotio non potest esse episcopus. *capitu. ex literis. de excess. præla. Ita tenet Petr. de Ancha. in cle. vnica. in 15. colum. in 5 oppo. de concess. præben. do. Abb. in c. ex parte 3. de decimis.* ¶ Secũdo
6 pro ista parte facit: quia † inducta ad grauamẽ, & sic ad diminutionem operantur augmentum, quãdo alias non possent operari diminutionem, & sic grauamen, nisi prius induceretur augmentum. *Ita est text. in leg. denique. §. interdum. ff. de pecu. lega. & text. in l. Proculus. ff. de vsufruct. & declarat notabiliter Bartol. in leg. cum tale. §. fin. ff. de condi. & demonst.* Tertio pro ista opinione Barto. bene facit text. *in terminis in leg.*
c *Titia Seio. §. Seia libertis.* c *ff. de l. 2. quem tex. allegat glos. in l. vel singulis. & ibi declarat Barto. ff. de vulga. & pupilla.*
7 *vbi est text.* Quod si testator † relinquat prædium libertis suis, & grauat eum, qui vltimus morietur, restituere totum prædium alteri, certe per hoc grauamen videtur eum substituisse in omnibus partibus præcedentium. Et ratio est: quia ille vltimus non posset restituere totum prædium, nisi esset tacite substitutus in partibus aliorum præcedentium. & illum text. allegat vbiq; Bal. pro ista parte Bartol. ¶ Quarto facit: quia vbi in aliquo articulo sunt variæ opiniones doctorum, in dubio tenenda est illa
8 opinio † quæ defendit testamentum d & vltimam
d voluntatem testatoris; *vt leg. si pars. ff. de inoffi. testa. & c. final. de re iudica.* Eo quia causa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem *l. vel negare. ff. quemadmodum test. ap. & text. expressior de iure in leg. Gallus. §. quid si is. in verb. vtilitate. & ibi Bald. & alij ad hoc not ant. ff. de libe. & posthum. imo fortius tenuit egregie domi. And. Barb. in consilio 6. incipiente, scriptum est præclare primo regum & c. in 2. colum.* quod opinio vnius solius excelsi doctoris, quæ sit pro testamento,
9 seu vltima voluntate, † prævalet, & sequenda est contra communem opinionem, motus per simile de matrimonio, quia quantum ad præsens propositum causa matrimonij & causa testamenti æquiparantur. *d. c. fi. de re iudi.* Sed sic est, quod singularis
e opinio vnius doctoris, quæ est pro matrimonio, e præfertur communi opinio. Ita singulariter tenet Hosti. *in cap. 2. & ibidem Ioan. And. & dom. Abb. de cognaspiri. & dom. Abbas in d. cap. fin. in 2. notabili de re iudi. Ioann. de Imo. in l. 1. in 3. colum. ff. solut. matr. & in l. vbi ita donatur. in vltim quæst ff. de dona. cau. mor.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam opinionem arbitror proculdubio de iure prevalere, quæ est communis & vera, & quam semper legendo tenui, & secundum quam pluries consului, quod imo substitutio fideicommissaria iuncta pronepoti non
* instituto à testatore, † sed solum posito in condi-
10 tione, vt in casu præsenti, nihil valeat, nec teneat. Et istam opinionem tenuit ipsemet Bartol. *in consil. quod incipit, Andreas condidit testamentum.* vbi tenet, quod quando substitutio fideicommissaria est facta filiis filiorum non aliter institutis, quod talis f
substitutio est inualida. f Eandem opinionẽ late tenet Alberi. de Rosa. *in repetitione rubricæ. ff. de vulg. & pupilla. in tol. 123. in materia compendiosæ substitutionis. in versicu. sed quia testatores sæpe vtuntur aliis verbis & formis &c.* Vbi refert ad longum, quod ista quæstio alias fuit de facto in ciuitate Cesenæ, & quod Iacobus de Belui. consuluit tale fideicommissum valere; sed Richardus Malumbriæ & Raynerius de Fortiliuio consuluerunt contrarium, & refert eorum rationes, & eorum opinionem tenet. Idem tenet Bal. *in l. ab eo. C. de fideicom. & in le. sed & si sic. §. i. per illum text. ff. de leg. 3. & in consi. 386. quintæ partis, incipiente, ad euidentiam puncti infrascripti. Item tenet Pet. de Anch. in consi. 136. incipiente, principaliter ponderandum est ad fin.* Vbi dicit, quod propter nouum dictum Bartol. *in d. l. centurio.* non est tutum recedere à communi opinione: ex quo idem Bartol. dubitauit & reliquit indecisum *in d. l. sed & si sic.* vbi etiam dicit, quod ita qdã magni doctores consuluerunt. Eandẽ opinionem tenet Ioan. de Imol. *in d. le. centurio. in pe. char. & plenius in cap. Ray. in materia compendiosæ substitutionis. & in cap cum tibi. in 10. column. & sequenti de testa. Raph. Co. in l. Luc. ff. de hære. inst. Item tenet dom. Alexand. in d. le. centurio. in 61. col. & duabus sequentib.* & ibi dicit, quod recolit se bis ita contra Bartol. consuluisse. & re-
petio, quod dom. Alexan. septem vicibus contra Bartol. consuluit, *scilicet in consi. 105. primi vol. incipiente, ponderatis verbis testamenti. & in consi. 66. secundi vol. incipiente, viso testamento. in pe. & vlti. colum. & plenius in consi. 184. eiusdem secundi vol. incipiente, viso titu quæstionis. in 12. col. & seq. & in cons. 218. eiusdem secundi. incipiente, viso testamento, codicillis & themate.* vbi dicit, quod opin. Bartol. est in hoc communiter damnata, & in schoiis, & palatiis. *& in consi. 24 tertij vol. quod incipit, attentis his quæ in themate narrantur. & latius in con. 55. quarti vol. quod incip. perspectis his quæ in themate narrantur. in 8. colum. & tribus sequentibus.* Vnde cum ista sit communis opi. consulendo & iudicando, † nullatenus ii
est ab ea recedendum: g secundum Bar. & alios in *l.* g
fi. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit. Can. in c. ne innitatis. de consti. & Gemi. notabiliter in cap. 1. in pe. col. de postu. præl. Item præsumitur per imperitiam iudicare ille, qui inhæret singulari opinioni relicta communi sententia: *secundum dom. Alexan. in consil. 95 secundi vol. incipiente, visis processibus circa lites versas. in 2. col. ad fin.* Item propter phantasiam Bartol. non est recedendum à communi sententia: *secundum Bald. & Paulum de Cast. in l. fin. C. de insti. & substi.* Quia propter singularem opinionem alicuius doctoris non est à communi opinione in iudicando recedendum: *secundum Bald. in l. 1. in fi. ff. de sena.* Imo vbi diuersæ sunt opiniones doctorum, sequenda est illa opinio, quæ plurium testimonio comprobatur. *2. versic. & sane crebrior apud veteres opinio est, & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de offi. quæsto. & l. diui fratres. in verb. plurium iurisauthorum. ff. de iure patro. & capit. nouimus. in verb opinio à pluribus approbata & ibi dom. Anto. & dom. Abbas ad hoc notant. de verb. signi. & text. in cap. de induciis. ibi, in quo plurimi concordant. 3. quæstio. 3. glos. de pœniten. distin. 1. c. fin.* ¶ Vltra authoritates prædictas, quæ ostendunt illã esse communem opinionem, comprobatur etiam

iuribus & rationibus. Vnde dicit text. *in cap. 1 20. dist.* quo quisque magis ratione nititur, eo maioris authoritatis eius verba esse videntur. Item illa dicitur
12 esse melior † opinio, & seruanda, quæ meliori nititur ratione h. *capi. capellanus. & ibi Bald. ad hoc no. de feriis.* Ideo pro ista communi opinione facit vrgens ratio, per quam funditus subuertitur opinio Bart. contraria, & eneruantur fundamenta partis diuersæ. Quia si verum esset fundamentum Bartol. quod per istud solum quod testator grauauit pronepotes onere fideicommissi, intelligeretur eis reliquisse hæreditatem, eo quia grauando censeatur relinquere, & sic qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens: certe nunquam haberet locum regula, quem non honoro grauare nõ pos-
13 sum: † quam regulam tradit text. *in l. ab eo. Co. de fideicomm. & in l. plane. 2. §. fin. cum l. seq. & in l. ciuitatibus. §. fin. & l. non amplius. in princ. ff. de lega. 1. & in l. sed & si sic. §. 1. ff. de leg. 3.* Tamen ad istud fundamentum respondet solus Aret. *in dict. l. centurio.* & pro certo multum subtiliter. Nam dicit, quod aliquando quis grauatur de re vel quantitate, quæ non est in patrimonio testatoris, & tunc proprie procedit regula *d. l. ab eo. cum concordantiis superius allegatis.* Aliquãdo & secundo testator grauat aliquem de dando aliquid quod est in hæreditate, vel patrimonio testatoris, & tunc procedit opinio Barto. & in istis terminis procedit tex. *in d. l. denique. §. interdum. ff. de pecul. leg.* super qua se fundat Bartol. & tunc non habet locum regula d. l. ab eo. Sed ista solutio nimis restringit regulam & iura prælegata. Item confunditur per tex. infra in proximo fundamento allegandum. ¶ Secundo pro ista opinione contra Bartol. facit tex. *in l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicom. liber.* vbi est text. quod si vnus hæres grauа-
14 tur † in re hæreditaria, non per hoc videtur illa res sibi prælegata, sed debet à cohæredibus emere illorum partem: Ergo non est verum, quod testator grauãdo videatur prælegare. & ponderandum est, quod ibi est tex. de directo contra solutionem Aretin. in fundamento præcedenti. ¶ Tertio quod testator adiiciendo onus & grauamen non per hoc videatur tacite relinquere, facit trita ratio, quia inducta ad grauamen, & sic ad diminutionem, non
15 debent operari contrarium effectum. *l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. & l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. cum tale. §. fin. ff de condi. & demon.* quia ordinata ad vnum finem ad alium trahi non debent. *cap. ad nostram. de appell. cap. 1. & ibi Gemi. ad hoc notat. de iureiur. in 6.*

¶ Quarto pro ista parte, quod testator adiiciendo onus, non per hoc videatur tacite relinquere, *est bonus text. qui multum stringit in l. hæreditas ad Statium. & ibi Bald. & Raph. Comen. ad hoc notat contra decisionem Bart. ff. de hæred. instit. Et illum text. etiam ad hoc allegant Imol. do. Alexand. & alii moderni in d. le. centurio.* ¶ Quinto ad idem facit tex. *in l. si duobus. §. 1. & ibi Aret. ad hoc notat. ff. de lega. 1.* vbi est text. quod propter grauamen relictum ab aliquo non propterea grauatus videtur esse institutus. ¶ Sexto ad terminos nostros benefacit, quia iste Philippus vltimus pronepos domini Bertrandi testatoris fuit conceptus & natus post mortem ipsius proaui testatoris, & per consequens est illi extraneus. *l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cogna.* Nam pronepos conceptus † & 16
natus i post mortem proaui nihil ei attinet. *de. si quis* i
filio exhæredato. in prin. & ibi Bartol. ad hoc notat ff. de iust. rup. glos. in §. plane. insti. de hære. quæ ab in testa. Vnde in substitutionib. ille, qui est conceptus post mortem aui, non dicitur eius nepos: secundum Bald. *in consilio 398. tertij volum. quod incipit, punctus talis est, Antonius. bene facit text. in d. leg. si quis filio exhæredato. in verb. neque vt nepotem.* Ergo cum iste Philippus vltimus fuerit conceptus, & natus post mortem proaui testatoris, & per consequens sit illi extraneus, & nihil ei attineat, vt dictum est, ergo cum per proauũ testatorem nihil ei fuerit in testamento relictum, certe nõ potuit grauari isto onere fideicõmissi; qa substitutio fideicommissaria est onus & grauamen. *leg. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. leg. quoniam in prioribus. & leg. ex tribus. & vtrobique notatur. C. de inoffi. testa.* Et licet hæreditas secundi Bertrandi, qui fuit primus nepos testatoris, & pater huius Philippi tertij & vltimi ad eum ab intestato peruenerit, & sic à casu, tamen istud contingit ex iudicio neque ex dispositione proaui testatoris: ergo per hoc ipse pronepos grauari non potuit onere fideicommissi. *leg. sed si sic. §. 1. & l. fin in princip. ff. de lega. 3.* ¶ Septimo ad terminos nostros facit, quia dato, sed non concesso. & sine vllo præiudicio veritatis, quod iste tertius Philippus pronepos testatoris potuisset grauari onere fideicommissi, & quod substitutio fideicommissaria in eius persona valeret, adhuc non esset admittendus Eustachius quartus nepos testatoris; quia eius substitutioni non esset locus, nisi quando Bertrandus primus nepos testatoris decederet sine vllis filiis masculis ex legitimo matrimonio procreatis. sed dictus Bertrandus primus nepos vltra dictum Philippum tertium reliquit alium filium masculum, scilicet Eustachium secundum, qui remisit omnia iura sua dicto Philippo fratri suo, ergo donec supersit iste Eustachius secundus, vel aliquis filius masculus, aut nepos, vel alius descendens masculus ab eo, non potest esse locus substitutioni fideicommissariæ in persona Eustachij quarti nepotis dicti testatoris: & sic interim potest Philippus tertius, & sic etiam eius hæres dicere, quod ad te attinet, liberas ædes habeo. *leg. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendi.*

¶ Per ista septem fundamenta apparet, quod substitutio fideicommissaria iuncta Philippo tertio, & pronepoti testatoris ab eo non honorato, nec instituto, nihil valet, nec tenet: & consequenter quod per eam Eustachius quartus nepos testatoris admitti non potest, & tanto minus existente superstite alio Eustachio fratre dicti Philippi, aut aliquo masculo ab eo descẽdẽte. Et licet per ista septem fundamenta remaneant sublata ea, quæ superius in oppositum adducebantur; tamen vt veritas clarius eluceat, ad ea in specie particulariter respondetur.

¶ Non obstat ergo in primis tex. *in l. denique. §. interdum. ff. de pecu. l.* de quo tex. Bart. semper fecit magnum capitale: quia omissa solutione Ioa. de Imo. & moder. *in d. leg. centurio. & in aliis locis. prælegatis*, respondetur melius & clarius † quod ideo testator 17
ibi grauãdo seruum, cui reliquit libertatem, vt daret centum hæredibus testatoris de peculio, videtur

sibi

sibi peculium reliquisse, eo quia grauando eum isto modo, vt aliquid de peculio daret hæredibus, certe videtur voluisse, quod hæredes non habeant aliquid vltra de ipso peculio, merito habebit seruus reliquum peculii. Vnde secus esset, si talis seruus fuisset grauatus dare aliquid de peculio alteri tertio, & non ipsi hæredi, quia tunc per hoc non videretur ipsi seruo legatum peculium. *l.3.§.fin.iuncta gloss.in verb.dare, ff.de condictio.ob cau.* Et isto modo ille tex. retorquetur, vt faciat pro communi opinione contra Bartol. ¶ Secundo non obstat illud, quod vult gloss. *in l.alio. in gloss.1.in fin. ff.de alimen.lega. quia respondent Ioan.de Imol. & moderni in d.l.centurio & in locis præallegatis, & bene*, quod illa glos. loqui-
18 tur, quando grauatus † est exequutor datus in testamento, tunc tale grauamen valet, cum censeatur relictum ab ipso hærede, ex quo exequutor est solum nudus minister. sicut videmus in simili quando grauatur tutor de aliquo dando, quia in effectu censetur relictum ab ipso filio pupillo. *l.peto. §. fratre, ff.de legatis secundo, facit regula, l.si seruus, §.qui margaritam, ff.de legatis primo, & ita est clare de mente Bart. in d.l.alio. iuxta princip.post gloss. ibi & eiusdem Bartol. in l.si Titio.ff.de legatis secundo, & in l.firmio.§.1. ff.quando dies vsusfructus lega. cedit.* ¶ Tertio non obstat text. *in l.si ita stipulatio.in prin.ff.de oper. liber.* quia ille text. *secundum Ioan. de Imol.& moder. in d.l. centurio.* potest retorqueri, & bene contra Bartol. arguendo à speciali. ibi enim ponitur casus specialis, in quo contra communes regulas, illud quod erat positum & expressum in vim conditionis, inducit dispositionem puram, eo quia illud quod erat in dispositione, non poterat peti quondam iure singulari & speciali, tanquam esset appositum gratia onerandæ libertatis. *l.1.§.quæ onerandæ, ff.quarum re.actio non datur.* arguendo ergo à speciali excepto illo casu stat regula generalis, quod ea quæ sunt in conditione,
19 non † sunt in dispositione. *l.si quis sub conditione dandorum decem.ff.si quis omissa cau. testa. & l.ex facto etiam, ff.de hæred.instit.* Et quod *in d.l.si ita stipulatio.* sit casus specialis, dicunt etiam Salyc.& Rapha. Fulg. *in l.si pacto quo pœnam.C.de pact. Bald.in l.acceptam.in 6. quæst.C.de vsur.* ¶ Quarto non obstat argumentum, quo vtuntur aliqui noui doctores Perusini, & sequitur dominus Petr. Philippus Corneus de Perusio *in l. ab eo. C. de fideicom.* quod licet illud solum, quod nepotes vel pronepotes sint positi in conditione, non sufficiat vt possint per testatorem grauari onere fideicommissi, nec etiam illud solum sufficiat, quod sint grauati: tamen ista duo simul iuncta operantur validitatem substitutionis fideicommissariæ: quia duo vincula fortius operantur quam vnum. Quia respondetur notabiliter, quod sicut duo imperfecta simul iuncta non inducunt dispositionem, quando sunt taliter imperfecta,
k quod de per se nihil operantur. [k] *l.1.cum glo. C.qui mune.tutel. & declarat in specie notabiliter Bald. in l.si quis ex argentariis, §.1. ff.de edendo. refert & sequitur do. Alexand. in consilio 13. primi voluminis, incipiente, ex his quæ in themate narrata sunt, in vltim. colum. & in consil. 11.quarti volum.quod incipit, sentio in dubium reuocari. & in consil.150 quinti volu.quod incipit, in causa & lite vertente inter dom. Lucretiam, in vlt. col.* Sed in casu nostro vnumquodq; istorũ de per se nihil operatur, igitur, &c. Nam solum grauamen nihil operatur: *per regulam l.ab eo.C.de fideicom. cum concordantiis suprà traditis in primo fundamento.* Item quod nepotes vel pronepotes sint etiam positi in conditione, nihil etiam operatur, nisi quod testator cogitauit eos ab intestato successuros. *d.l.Lucius, in fi. cum gloss.ff.de hære.instit.* Sed istud etiam nullius est effectus, quia dato quod non essent positi in conditione, omnino ab intestato successissent eorum patri: Ergo etiam cum ista duo separata de per se nihil operentur, ergo etiam simul iuncta nõ habebunt effectum nec validitatem. ¶ Quinto non obstat, dum dicebatur, quod inducta ad grauamen, & sic ad diminutionem operantur augmentum, quando alias non possent operari diminutionem: *per tex. d.l.denique. §.interdum, ff.de pecul.lega. in quo se fundat Bartol. in d.l. centurio. & per l.Proculus, ff.de vsufruct.quia ad illum tex. respondi supra prima responsione ad fundamenta partis aduersæ.* ¶ Sexto non obstat, dum dicebatur, quod qui vult consequens, vult omne suum necessarium antecedens † etiam in materia odiosa: quia ad istud 20
respondetur secundum Baldum *in l.fin. in 16.oppositione.C.de hære.instit.* vbi formaliter dicit quod regula *l.illud, cum similibus, ff.de acquiren.hæredit.* non habet locum. [l] *in d.l.ab eo.* quia ibi sub onere non includi- [l]
tur honor, quia sic valeret & fideicommissum, quod est falsum, & de directo contra illum textum. ¶ Non obstat vltimo textus *in d.l.Titia Seio, §.Seia libertis.* [m] *ff.de legatis secundo*, quia ad illum textum re- [m]
spondet dupliciter Baldus *in d.l.ab eo. C.de fideicommiss.* † vt ibi per eum videri poterit. Aliter & tertio 21
modo respondent Ioan.de Imol.& dominus Alex. *in d.l.centurio, & in aliis locis præallegatis*: prout etiam ibi per eos videri poterit. Sed vltra eos aliter & quarto respondetur, quod in d.§.Seia libertis, illud ibi contingit propter duo copulatiue, & sic ibi non prouenit ex simplici grauamine, scilicet quia testator iniunxit onus vltimo morienti. Item etiam iniunxit, quod totum prædium restitueret: vnde alter alter istorum nõ sufficeret: prout declarat Paul. de Castro, *in l. si pater impuberes, & ibidem moder. ff.de vulga.& pupil. Ponunt Bart.& doct.in l. vel singulis, in eo. titu.& dixit alias legendo in l.penult. C.de impub. & aliis substitu.* ¶ Per ista remanet defensata vera & communis sententia scribentium, quod substitutio fideicommissaria iuncta nepotibus vel pronepotibus positis solum in conditione, & non expresse honoratis, vt in casu presenti, nihil valet, nec tenet. Et secundum istam communem opinionem, vt prædixi, iam antea pluries consului.

ADDITIO.

a Per l.denique.] Respondet Ias. infra. eodem consil. num. 17. cum seq.

b Necessarium antecedens.] Declarat Ias. infra eod. consil. num 20.

c §. Seia libertis.] Respondet vt per Ias. infra eodem consil. num. 21.

d Testamentum.] Ias. cons. 13. In causa nu. 25. 26. supra eo.

e Matrimonio.] Dixi consi. 26. omissis nu. 4. super lib. 1. & d. consi. 13. nu. 27.

f Est inualida.] Addo supra consil. 89. Aggtedior in princ. lib. 1. & vltra ibi dicta vide Dilect. de arte testan. tit. 5. caut. 19. substitu. vbi dicit communem. & magis communem Zanch. l. hæredes mei, §. cum ita, 6. part. numero 24. ad Trebel. vbi refert.

g Recedendum.] Ias.d.consi.26.num.6.& consi.1. num.17. supra eod.
h Nititur ratione.] Idem Ias.consi.40.absolui n.21. infr. eo.
i Conceptus & natus.] In materia vide Ias. consi.266. viso testamento,col.1. supra lib.2.
k Nihil operantur.] Ias.l.admonendi, sub nume.257. vers. Istam conclusionē notabiliter de iureiu. Mars.consi.18. protector n.12.consi.20,digneris, nu.50. consi.51. licet nedum plene,nu.6.l.vnius.§.testes & l.de minore.§.plurimum,de quæstio. Aymo.consi.281. In hac causa.col.5.versicu. similiter non possunt coniungi. & Gabr. alios adducens com.opin. libr.de probat.conclus.1.nu.31.
l Non habet locum.] Idem Ias.repetit l.centurio, sub nu. 58.de vulg.vbi videatur.
m §. Scia libertis.] Vide eundem supra consi.33. puto in casu,nu.3.& 4.lib.1. vbi dixi.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Confessio facta etiam per verba enunciatiua, si sit iurata,inducit plenam probationem. Sed contra num. 4.& ...& seq.*
2 *Iuramentum facit actum valere omni meliori modo quo potest.*
3 *Confessio facta etiam in absentia partis plene probat quando adest iuramentum,quod supplet absentiam partis.& nu.9.vbi contra.*
Iuramentum supplet partis absentiam. nu.3. Sed contra nu.12.
4 *Iuramentum præstitum inter aliquas personas, non prodest aliis, etiam quorum interest, etiamsi sint personæ multum coniunctæ, & propterea iuramentum matris non proficiet partui postea edito, quamuis ipsius partus etiam principaliter interfit, & sit persona coniuncta matri.*
5 *Hereditatem paternam,si aliquis diuisit cum fratrib. licet postea vt posset matrimoniū contrahere cū puella iurauerit se non fuisse filium illius cuius hæreditatem diuiserat, tamen fratres quorum principaliter interest, non possunt se fundare super tali iuramento, nec illius vigore per condictionem indebiti vel sine causa petere quod per diuisionem habuerat.*
6 *Confessio iurata sicut non præiudicat si in ea contineretur aliquid quod esset in damnum & præiudicium ita non debet prodesse.*
7 *Sententia & iuramentum equiparantur.*
8 *Confessio iurata facta in instrumento non prodest iis, qui in instrumento non sunt nominati.*
Nominatus. non nominatus in instrumento non debet vti eius beneficio,nu.8.
10 *Confessio absente parte facta ei non prodest.*
11 *Verba enūciatiua prolata inter alias personas non probāt plene,si principaliter agatur inter alias personas.*
12 *Iuramentum non potest efficere vt plura specialia diuersa simul concurrant.*
Rescripta & priuilegia non valent si contineant duo specialia,nu.12.
13 *Lege quod non cauetur in practica iudicando non seruatur.*
14 *Iuramentum. In iuramentis lux veritatis & non somnium fictionis inspicitur.*
15 *Actor quando non probat clare & concludenter intentionem suam debet succumbere.*
16 *Probatio non concludens non est probatio, & nedum non releuat, sed etiam non facit rem esse dubiam de iure vel de facto, & nunquam concludit per possibile, sed debet concludere per necesse.*
17 *Probatio vbicunq; necessario non concludit, semper interpretatur contra probantem.*
18 *Res permutata secundo loco quando peruenit non directo nec immediate ex re testatoris, sed per circulum: non succedit in locum rei hæreditariæ.*
19 *Testatoris permissio de permutando intelligitur de prima permutatione.*
20 *Pactum initum inter fratres quod dos de communi patrimonio constituatur filiabus intelligitur de prima dotatione tantum,& non vlteriori.*
21 *Licentia intrandi clausuram monialium alicui concessa intelligitur de prima vice tantum.*
22 *Licentia concessa per summum Pontificem de concedendo in emphyteusin perpetuam certas res ecclesiæ immobiles intelligitur de prima concessione emphyteutica tantum & non de vlteriori.*
23 *Molendinū destructum conducens cū pacto reaptandi & reficiēdi intelligitur de prima reaptatione tantū.*
24 *Testator in testamento relinquens fratribus minoribus in festo S. Francisci vnam pitantiam licet generaliter & indefinite sit locutus, tamen intelligitur semel & de prima tantum.*

Redemptoris crucifixi,& gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN causa mota per nobiles dominos Galeam & Alexandrum fratres de Meliis contra egregium adolescentem Cornelium de Meliis, filium quondam & hæredem spectati doctoris & militis domini Ioannis Franciſci, vidi motiua & replicationes subtiliter & accurate traditas per clarissimum præsentis controuersiæ consultorem, nec non fundamenta, & responsiones dominorum aduocatorum prædicti Cornelii: ita omnia diligēter discussa sunt & copiose examinata, vt nullus additioni locus relictus esse videatur. Ego paucis insistam circa duo, quæ mihi videntur potissima,& principaliora in præsenti lite. ¶Primū erit nunquid confessio iurata facta per dom. Ioan. Francis. in instrumento permutationis celebratæ cum do.Gabriele de Meliis, in qua confitetur cum iuramento bona per eum permutata esse iuris hæreditatis do. Balthasaris de Meliis, profit dictis actoribus quo ad plene probandum eorū intentionem, & quidem prima consideratione videretur dicendum quod sic, prout etiam opportune deducitur per circumspectū d. consultorē, quia quamuis talis confessio fuerit facta per verba enunciatiua, † tamen cum fuerit iurata, videtur plenam pro- 1
bationem inducere *per auth.quod obtinet.C.de proba.* Et quia iuramentum facit valere † confessionē eo 2
meliori modo quo potest. *l.cum pater,§.filiis matrem. ff.de leg.2. c.quanto, in versic.si vero.& ibi notat do.Abbas in 5.notabili, & cap.ex rescripto,cum gloss.fin.de iureiur. & cap.ex literis 2.& capit. sicut ex literis,de sponsa.& ita in specie tenet Ange. in l.ex his verbis, in lectura perusina. C.de testa.mili. Bartol.in l.ex hac scriptura, in 3. colum.ff. de na.* Item licet talis confessio fuerit facta in absentia dominorum Galeazi & Alexandri, tamen cum iuramen-

iuramentum suppleat absentiam partis, † etiam tunc plene probaret: *secundum Bald. in rubri. C. res inter alios acta Bartol. in l. cum quis decedens. §. codicillis, in duobus locis. ff. de lega. 3.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrarium proculdubio arbitror, quod imo talis confessio iurata facta in dicto instrumẽto permutationis, in quo isti actores non sunt nominati, quod eis nullatenus prosit quo ad plene probandum eorum intentionem: eo quia regula est, quod iuramentum præstitum inter aliquos non prodest
4 aliis, † etiam quorũ interest, dato etiam quod sint personæ multum coniunctæ: *prout est tex. in l. 3. versic. penult. ff. de iureiuran.* vbi dicit tex. quod iusiurandum alteri neque prodest, neque nocet. & per hoc infert tex. quod iuramentum matris non proficiet partui postea edito, quamuis partus etiam principaliter intersit, & sit persona coniuncta matri. *Ad idem text. in l. nam & postea. §. fin. & l. seq. & l. sed & si possessori. §. fin. eod. tit. de iureiuran. & tex. in cap. sicut. & in cap. intellecto. extra de iureiuran.* ¶ Confirmatur optime per illud, quod singulariter decidit supremæ authoritatis Ioan. And. *in addi. Specul. in tita. de obliga. & solu. §. fin. in versi. sed & indebitum. in addi. quæ*
a *incipit, ordine quo supra.* a vbi singulariter decidit, quod si aliquis diuisit hæreditatem paternam cum
5 fratribus, &† postea vt possit matrimonium contrahere cum puella, iurauit se non fuisse filium illius, cuius hæreditatem diuiserat: certe fratres, quorum interest & principaliter, non possunt se iuuare ex tali iuramento, nec potuerunt vigore talis iuramenti petere per condictionem indebiti, vel sine causa, quicquid per diuisionem cum illis factam habuerat. Quia licet standum sit proprio iuramento contra se. *l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran.* nec liceat venire contra suum iuramẽtum quia sic allegaret periurium suum, & consequenter suam turpitudinem, contra *l. si quis maior. C. de transact. & l. 1. C. si aduer. vendi. & l. 1. C. si minor se maio. dixe. & l. si creditor, C. de seruo pig. da. manu.* & licet iuramentum habeat authoritatem rei iudicatæ, *l. 2. ff. de iureiuran.* tamen dicti fratres non possunt se iuuare ex tali iuramento: per regulam quæ habet, rem inter alios actam aliis non prodesse, vel nocere. *C. res inter alios acta. per totum. & cap. pen. de re iud. facit etiam d. l. 3. §. pen. & l. nam & postea. & in fin. & l. sed & si possessori. §. fin.* Item facit; quia hic non iurauit in causa cohæredum, vel pro vel contra illos. *facit l. si duo. ff. de admi. tuto. & l. vlti. ff. de interrog. actio.* ita ibi formaliter determinat Ioan. And. quem constat esse luminare magnũ, prout eum appellat Petrus de Ancha. in proœmio sexti, & ei omniũ consensu principatus fuit datus secundum do. Cardi. Flo. *in proœmio clemen. in prin.* ¶ Ad idem bene facit vera & naturalis ratio, quia si in tali confessione iurata contineretur aliquid, quod esset in damnum & præiudicium ipsorum actorum, certe talis con-
6 fessio iurata eis non præiudicasset; † vt est tex. *in c. quamuis, in fi. de pac. in 6. & in d. cap. sicut, & in capit. intellectu. de iureiuran.* Ergo eodem modo non debet
b eis prodesse; b quia contrariorum eadem debet esse disciplina. *l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, l. & si contra. ff. de vulga. & pupil. cap. frequens, §. fin. ad fin. & ibi Gemin. ad hoc notat. de restit. spo. in 6. Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig.* Regula enim naturæ est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. *l. secundum naturam. ff. de regu. iur. cle. 1. in princ. de censi. & regul. qui sentit, de reg. iur. in 6.* Item contrariorũ non solum eadem est disciplina, sed etiam eadem est potentia. *l. ab emptione, & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de pac.* Hinc est quod si pater fecerit immensam donationem, & iurauerit non venire contra: tamen filius eius hæres poterit contrauenire: *l. Titia, §. imperator. & ibi Bartol. ff. de lega. 2. Bald. in l. 1. C. de inoffi. dona. Petrus de Ancha. & Imola in cap. fin. in penult. colum. de dona. facit tex. in l. hac edictali, in prin. in verb. nulla circumscriptione. & ibi Bald. C. de secund. nupt.* ¶ Confirmantur etiam prædicta, quia iuramentum † & sententia æquiparantur. c *l. 2. & l. 7*
sed & si possessori, §. fin. ff. de iureiuran. Sed sententia in- c
ter alios lata aliis non prodest, neque *l. sæpe, in prin. ff. de re iudi.* ergo neque iuramentum ad idem, quod talis confessio iurata non prosit dictis actoribus, qui non sunt nominati in dicto † instrumẽto per- 8
mutationis, *facit tex. in l. si bene. ff. de iniusto rupto.* per quem notant ibi Bald. & Ange. quod non potest vti beneficio scripturæ, qui non est in ea nominatus. Et ideo ista practica secundum eos vtuntur aduocati contra petentes exequutionem instrumentorum. Nam dicunt, *tu non es in instrumento descriptus, nec nominatus, vnde instrumentum te non iuuat.* facit tex. *in l. ad probationem, 1. C. de probatio.* per quem notat ibi Bald. quod qui non nominatur in instrumento, non iuuatur instrumento. Et hoc est, quod aduocati sæpe dicunt secundum eum: Instrumentum non loquitur de te. Item cum instrumentum non cantet de te, nec ego cantabo, more Venetorum: secundum Baldum *in cap. venerabilem, in 6. colum. de elect.* ¶ Præterea & fortius, vltra prædicta, quod talis confessio iurata non prosit istis actoribus, nec releuet eorum intentionem, probatur e-
uidenter. Nam talis confessio fuit facta per verba 9
enunciatiua incidenter prolata, & quæ non erant necessaria ad validitatem illius actus, scilicet illius permutationis, ergo nihil penitus probat. *l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu.* ¶ Item & secundo, talia verba enunciatiua fuerunt prolata inter alias personas, scilicet inter dominum Io. Fran. & dominum Gabri. ergo nihil debẽt prodesse istis actoribus non nominatis in instrumento, vt supra plene conclusum fuit. ¶ Tertio talis confessio fuit 10
facta in absentia istorum actorum, ergo nihil eis debet prodesse: *per regulam l. certum. §. si quis absente, ff. de confes. l. fin. ff. de interro. actio. ca. si cautio. vbi doct. de fide instru. & cap. fin. de confes.* ¶ Quarto, cum super illis verbis enunciatiue & incidenter prolatis in dicto instrumento permutationis nunc principaliter d agatur inter alias personas non nomina- d
tas in ipso instrumento, † ergo proculdubio fidem 11
plenam facere non debent: *prout notat dominus Anto. de But. in cap. illud, in 3. notabili per illum text. de præsumpt. & in cap. fin. in antepenult. colum. de succes. ab intesta. Angel. in l. iurisgentium, §. quod fere. ff. de pact. do. Matesilanus in notabili 80. dominus Alexand. in consil. 136. incipiente, viso & examinato processu, in 12. colum. in fin. & seq. & in consilio 343. incipiente, super causa & lite, in 2. colum. & in consil. 132. quinti volum. quod incipit, perlectis & consideratis in 9. colum.* Bene facit, quod decidit *Bald. in l. ad probationem, in vlt. colum. in versic. quære, si*

instrumen-

instrumentum dicit C. locati. Nec dicatur, quod prædicta limitentur propter iuramentum, quod interuenit in præsenti confessione; quia pro certo istud reputo absurdum, quod iuramentum faciat
12 quatuor specialia † diuersa simul concurrere: contra regulam *l. 1. in fi. cum gloss. C. de do. promis. Vnde dicit Bal. in l. 1. ad fin. C. quando liceat ab emp. dis. quod dicta l. 1. C. de do. promis.* est argumentum, quod rescripta &
e priuilegia non valeant, si cõtineant duo e specialia. & dicit quod illa lex ita sæpe allegatur in curia regis. Et si quis vellet hoc affirmare, quod propter iuramentum quatuor specialia, quæ sunt inter se diuersa, simul admittantur, vt concurrere possint, vellem quod mihi probaret lege vel ratione. Vnde
13 illud, quod lege non cauetur, † in practica in iudicando non seruatur: *secundum Bal. in c. nihil, in vlt. col. de elect.* Item paria sunt aliquid fieri sine lege, & cõtra legem: secundum Bald. *in cap. in genesi. in vlt. col. de electione.* In iuramentis ergo lux veritatis & non so-
14 mnium fictionis inspicitur: † vt egregie & vere inquit Bald. *in consi. 2. tertiæ partis, incipiente, factum tale est, quidam Ioannes in fi.* ¶ Præterea saltem non potest in æternum negari, quin ex prædictis reddatur valde dubium, an talis confessio iurata plene probet intentionem istorum agentium, qui non sunt nominati in illo instrumento permutationis. Vnde
15 probatio † ambigua non releuat probantem; quia quando actor non probat clare & concludenter intentionem suam, debet succumbere. *l. non hoc, cum vulgarib. C. vnde legiti. l. penult. §. docere, & ibi Bartol. notat. ff. ne quis eum qui, capit. fin. de succes. ab intest. cap. fin. de causa pos. & proprie. & cap. recepimus, & ibi notat Abbas, de priuileg.* Nam probatio non concluf dens non est probatio. f *l. matrem, & ibi Bald. ad hoc notat. C. de proba.* Imo probatio non concludens ne-
16 dum non releuat, † sed etiam non facit rem esse dubiam de iure, vel de facto: vt notabiliter tenet Bald. *in l. 2. in vlt. colum. C. de bo. pos. secundum tabu.* probatio enim nunquam concludit per possibile, sed debet concludere per necesse. ita notabiliter dicit Bald. *in l. ad probationem. 2. C. de proba.* Hinc est, quod
17 vbicunque probatio necessario non † concludit, semper interpretatur contra probantem. *glo. est notabilis in d. cap in præsentia, de probatio quam pro singulari ad hoc notat Bald. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hære. instit. Idem tenet Bartol. in l. inter stipulantem, § 1. in vlt. col. ff. de verb. oblig. & in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi.* Item ex alio adhuc redditur incertior & obscurior dicta confessio, vt adhuc minus releuet istos actores, cum dicta bona permutata, quorum occasione contenditur, potuerint esse de bonis quondam domini Io. Philippi de Meliis, qui eius codicillis iniunxit onus fideicommissi domino Balthasari, qui decessit sine liberis masculis, attento quod probatum est, dictum dominum Ioan. Philippum tenuisse & possedisse vnam magnam possessionem, & plures & diuersas petias terrarum in loco Robechi, & Monesteroli, & locis circumstantibus: prout seriosius per d. aduocatos prædicti Cornelii explicatur. vnde ex istis aperte concluditur dictum Cornelium esse absoluendum à petitis. ¶ Secundo principaliter ex alio capite apparet prætatos actores inepte & sine actione egisse, ex quo dominus Ioannes Franciscus bona, quæ dicuntur legata & subiecta fideicommisso, primo permutauit cum domino Gabriele de Meliis, & postea rem permutatam habitam à domino Gabriele secundo loco permutauit cum domino Ioan. Andrea de Maynardis, & isti actores iure fideicõmissi agunt contra Cornelium ad bona habita ex secunda permutatione: & tamen, prout etiam dicunt domini aduocati, & bene, etiam in vniuersalibus quando res permutata nõ prouenit directo † & immediate ex 18
re testatoris, sed per circulum, vt in casu isto, tunc res secundo loco per circulum permutata nõ succedit in locum rei hæreditariæ, nec ad eam potest agi iure fideicommissi: prout est doctrina Bar. cum qua alii ibi transeunt, *in l. imperator, §. fin. ff. de lega. 2.* ¶ Nec ad hoc obstat solutio, quod talis permutatio sit permissa ex expressa dispositione testatoris expresse permittentis bona legata posse permutari cum aliis bonis immobilibus æquiualentibus. propter quam dispositionem res secũdo loco permutatæ intelliguntur subrogatæ in locum rerum relictarum. Nam ex quo testator indefinite & generaliter permisit permutationem, intelligitur nedum de prima permutatione directa, sed etiam de pluribus, & sic etiam de ea, quæ fit per circulum. Ista responsio non potest procedere; quia imo permissio testatoris de † permutando, debet intelligi so- 19
lum de prima permutatione, g & non de aliis: *per g regulam l. boues, § hoc sermone ff. de verbor. signif. & l. dotis promissio, in vers. si. ff. de pact. dota.* Per quæ iura colligitur regula generalis, quod in omni materia sermo simpliciter prolatus intelligitur semper de primo. Istam regulam tradunt Bartol. Bald. & Imol. *in l. cum pater, §. pater certam. per illum tex. ff. de legatis 2. gloss. in l. eum qui calendis, ff. de verbor. obligatio. Ioan. And. in regu. fine culpa. in 5. colum. in mercurialibus, facit text. solennis in l. si socius pro filia. in princip. ff. pro socio.* quem Rapha. Fulgo. ibi in quinto notabili reputat ad hoc singularem, quod pactum initum inter fratres, quod dos de communi patrimonio h con- h
stituatur filiabus, intelligitur de prima dotatione tantum, & non de vlteriori, & idem ante eum per textum præallegatum notat Baldus *in l. fina. in secunda columna, C. de dotis promis.* Ad idem est tex. formalis *in cap. non potest, §. 1. & in cap. mandato. & in capit. si clericus, in princ. de præben. in 6. per quæ iura decidit Alberic. de Rosate in secunda parte statutorum, in quæstione 182. incipiente, per dominum fratrem Vbertum, &c. circa finem.* quod si alicui concedatur licentia intrandi clausuram i monialium, intelligitur † de prima vi- i
ce tantum. Ad idem benefacit, quod decidit do- 21
minus Alexander *in consilio 81. tertij voluminis, incipiente, lecto & discusso laborioso processu, in 5. columna.* quod licentia concessa † per summum Pontificem 22
de concedendo in emphyteusin perpetuam certas res ecclesiæ immobiles, intelligitur de prima concessione emphyteutica k tantum, & non de vl k
teriori. Ad idem facit, quod decidit Bald. *in l. licet. in quarta quæstione, C. locati.* quod si aliquis conduxit molendinum destructum cum pacto reaptandi & 23
reficiẽdi, intelligitur † de prima reaptatione l tan- l
tum. Ad idem est quod decidit Bartolus m *in l. cum* m
quidam, ff. de annuis legatis. & in l. eum qui calendis. ff. de verborum obligationibus. Vbi decidit, quod si testator in testamento reliquit fratribus minoribus

in festo

24 in festo sancti † Francisci vnam pitantiam, licet generaliter & indefinite sit testator loquutus, tamen intelligitur semel & de prima tantum.

ADDITIO.

a Ordine.] Respondet Aymo tract. de antiq. temp. part. 1. sect. propositum, nu. 44. 45.

b Prodesse.] Debile fundamentum secundum Aymo. dict. tract. & sectione. nu. 38.

c Æquiparantur.] Idem Ias. consi 109. circa primum, nu. 18. supra lib 1.

d Principaliter.] Idem supra consi 81. In hoc puncto. col. 1. in prin. l. 1. & consil. 24. In caus. num. 29. supra eo. & vtrobique dixi.

e Specialia.] Ias. consi. 233. circa primum col 7. vers. 9. facit supra lib. 2. vbi addo.

f Non est probatio.] Dixi late consi. 81. videtur colum 2. infra eod.

g Permutatione.] Refert Ias. Tiraquel. l. boues. §. hoc sermone, nu. 126.

h Dotatione.] Idem Ias. l. diuortio. §. quod in anno. nu. 13. solut. matri. l. duobus. §. si ei qui, nu. 15. de iureiur. l. inter stipulantem, §. sacram, colum. 7. vers. Tu aduerte, de verb. obliga. Cotta in memo. ver. executores testamenti, versicu. & potest confirmari. Tiraquel. d. §. hoc sermone, in prin. num. 10. vbi hoc consil. refert. & Grat. consil. 53. ex themate, numero 27. & seq. lib. 1.

i Clausuram.] Ias. d. §. quod in anno, nu. 14. & d. §. si ei qui, nu. 4. Gabr. com. opin. l. 6. de legi. conclus. 2. nu. 13. Cotta in memo. versic. rescriptum impetratum. & Tiraq. d. §. hoc sermone, nu. 73.

k Emphyteutica.] Ias. d. l. duobus, §. si ei qui, numero 16. ff. de iureiur.

l Reaptatione.] Idem Ias. d. §. quod in anno, nu. 22. & d. §. si ei qui, nu 11. Cotta d. vers. rescriptum impetratum, versicu. benefacit quod notabiliter. Tiraq d. §. hoc sermone, nu. 100. & Gabr. d. concl. 2 nu 16.

m Decidit Bartol.] Ias. d. §. si ei qui, nu. 7. Tiraquel. d. §. hoc sermone, nu 88.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXVII.

THEMA.

IN quæstione Ferrariæ vertente inter Ambrosium spurium natũ ex quondam Cassandra muliere impudica instituta hærede vniuersali ex parte vna, & Andream nepotem testatoris ex parte altera, super testamento & hæreditate quondam Antonii de Blanchis Mutinẽsis illud substantialiter & in effectu quæritur: an testator possit instituere hęredem vniuersalem mulierem impudicam, & vitæ inhonestæ, quam longo tempore in eius contubernio tenuit?

SVMMARIA.

1 *Mulier impudica & inhonestæ vitæ non potest hæres instituí. Sed contra nu. 2. & nu. 6. vbi declaratur. Dictio* nec, *est implicatiua, nu. 1.*

3 *Testator potest in testamento suo relinquere publicæ meretrici sibi coniunctæ omnia bona sua.*

4 *Meretrix & quælibet mulier impudica habet testamenti factionem actiuam & passiuam.*

5 *Edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum, vt omnes censeantur admissi ad testificandum, qui non reperiuntur expresse prohibiti, idem est in edicto de testamentis.*

Testis quilibet esse potest, qui non reperitur prohibitus, quia edictum de testibus est prohibitorium. Sic etiam hæres instituí quilibet potest, qui non est prohibitus, quia edictum de testamentis est prohibitorium, nu. 5.

Hæres quilibet instituí potest, qui non reperitur expresse prohibitus, quia edictum de testamentis & de hæredibus instituendis est prohibitorium certarum personarum, nu. 5.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN quæstione præmissa, placet mihi admodum consultatio, quam pro parte affirmatiua subtiliter & accurate absoluit celeberrimus & eximius do. consultor, qui præsentem dubitationem adeo bene & iuridice cum opportuna iurium & rationum copia enucleauit, vt quæ ad confirmationem occurrunt paucioribus à me veniant expedienda. In ista ergo quæstione de muliere impudica & inhonestæ vitæ videretur prima consideratione pro parte negatiua, quod † nõ possit hæres instituí, *videtur facere tex. in l. miles ita. § 1. ff. de testa. mili. in ver. nec ex testamento militis aliquid capere potest, in illa dictione,* nec, *quæ est implicatiua, l. sacra loca, §. penul. cum glos. ff. de re. diui. & l nec auus, cum glo. C. de emancip. liber. & l. nec nos, cum glos. C. de cap. & postlimi. reuer.* Et sic videtur implicare, quod mulier, in qua potest cadere turpis suspicio, nec ex testamento militis, nec etiam alterius cuiuslibet possit aliquid capere. ¶ Confirmatur; quia qua ratione mulier impudica prohibetur in effectu capere ex testamento militis, in cuius fuit contubernio, scil. propter turpem suspicionem, eadem ratione debet effectualiter prohiberi capere ex testamẽto alterius, qui similiter mouebitur ad eam instituendam ex turpi causa, & inhonesta suspicione. ¶ Sed istis non obstantibus contrariam opinionem cum præfato eximio domino consultore arbitror de iure præualere, quod imo talis mulier impudica & inhonestæ vitæ possit instituí † hæres vniuersalis ab homine priuato, qui eam in cõtubernio tenuit: per iura clara & aperta, quæ etiam dominus cõsultor oportune adduxit, *per l. affectionis, & l. donationes in concubinam, in princ. ff. de donatio. & l. qui concubinam, in princip. & l. item legato, §. parui, ff. de lega. 3. quæ iura ita in specie determinant glos. Barto. Bald. & alij in d. l. miles ita. §. 1. ff. de testa. mili.* vbi concludunt, quod licet miles, in quo requiritur maior honestas, non possit in effectu relinquere mulieri de qua sit turpis suspicio, vel quæ sit eius concubina, [a] *per illum text. & l. mulierum. ff. de his quibus vt indignis. & l. secundam. C. de donatio. inter virum & vxorem.* tamen priuatus bene potest relinquere concubinæ, vel alii mulieri, in qua est turpis suspicio: per iura prælegata. Similiter coniunctus potest in testamento † suo relinquere publicæ meretrici sibi coniunctæ [b] omnia bona sua: *vt est text. in §. 1. in verb. à quodam cognato, in authen. quibus modis natura. effici. legiti. & ibi Angel. ad hoc notat. & dicit esse textum expressum de hoc.*

¶ Confir-

¶ Confirmantur prædicta; quia meretrix & quæli-
4 bet mulier impudica habet † testamenti factionem
c actiuam: *secundum Bald. in l. 1. C. de condi. ob turpem cau. & Bald. in cap. cum decorem. de vita & honesta. cleric.* Ergo fortius debet habere testamenti factionem passiuam, & sic debet posse hæres instituí. §. *testamenti autem factionem, institu. de hære. qualita. & differen.* Ad
5 idem bene facit: quia † certæ sunt personæ prohibitæ hæredes instituí enumeratæ per glo. magistram *in §. legari. institu. de leg.* inter quas non est enumerata mulier impudica, vel inhonestæ vitæ. Ergo cum non sit prohibita hæres instituí, per cõsequens intelligitur admissa ad institutionem hæreditatis. *l. si seruum, §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate.* ¶ Confirmatur optime: quia sicut edictum de testibus est prohibitorium certarum per-
6 sonarum, vt omnes † censeantur admissi ad testificandum, qui non reperiuntur expresse prohibiti. *l. 1. §. 1. ff. de testi. glo. in l. quoniam multi, in gloss. fin. C. de hæret.* similiter edictum de testa. est prohibitorium certarum personarum, quæ prohibentur facere testamentum, quas enumerat gloss. & Bart. *in l. si quæramus, ff. de testa.* Vnde omnes aliæ personæ, quæ reperiuntur prohibitæ testari, censentur habere testamenti factionem actiuam, eodem modo edictum de hæredibus instituendis est prohibitorium certarum personarum, quæ prohibentur in testamentis hæredes instituí, quas enumerat gloss. magistra. *in d. §. lega.* Vnde omnes alii, qui non sunt ꝓhibiti hęredes instituí censentur habere testamenti factionem passiuam. Vnde cum meretrices publicæ, & mulieres impudicæ, ac concubinæ, non reperiantur expresse prohibitæ, quin possint hæredes instituí per eos, in quorum contubernio perstiterunt, per consequens censentur esse permissæ. Sic etiam edictum de sponsalibus & matrimoniis, dicitur esse prohibitorium certarum personarum, & sic qui non reperiuntur prohibiti contrahere matrimonium, censentur esse permissi: *vt est textus in cap. cum apud, de sponsa.* Tenendo istam partem non obstat tex. allegatus in contrarium *in d. l. miles ita. §. 1. in verb. nec ex testamento militis aliquid capere potest.* in illa implicatiua, nec implicante, quod nec ex testamento alterius mulier turpis suspicionis possit capere: quia respondetur, prout ibidem notabiliter respondet Raphael Com. aduertendum esse, quod quædam sunt mulieres, in quibus coitus iu-
7 re ciuili non est prohibitus, vt sunt † concubinæ, quæ permittuntur iure communi, & sunt meretrices prostitutæ, & aliæ mulieres impudicæ, in quibus potest cadere turpis suspicio: & in istis licitum est regulariter, quod ab omnibus priuatis hæredes instituantur, & quod in eis relinquantur in vltima voluntate, & etiam inter viuos donetur. *d. l. affectionis. & l. donationes in concubinam, in prin. cum aliis superius allegatis. & l. 3. § sed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cau.* fallit in militibus, quibus istud reperitur expresse prohibitum. *d. l. miles ita. §. mulier. & l. mulierem, ff. de his quibus vt indig. & l. 2. C. de donatio. inter virum & vxorem.* Eo quia maior honestas requiritur in milite quam in pagano: secundum Baldum & Angelum *in dicta l. miles ita. §. 1.* item alia ratione ne milites à talibus impudicis mulieribus passim exspolientur eorum bonis. Vnde fauore publico eis interdicitur, ne talibus quęstuosis meretricibus vel inhonestæ vitæ, in quibus turpis suspicio possit cadere, possint inter viuos donare, aut post mortem relinquere. Quædam sunt mulieres impudicę, quas cognoscendo quis cõmitteret adulterium, vel stuprum, & sic etiam ex parte mulieris versaretur turpitudo, & istæ nec ex testamento pagani, nec ex testamento militis possent aliquid cum affectu capere: & ita procedit tex. *in d. l. miles ita tales ita. §. 1. & ita notabiliter declarat Raph. Co. Idem etiam voluit Bal. in consi. 407. 5. part. incip. ad euidentiam præmitto, quod concubinatus, &c.* Vbi dicit, quod vbi cadit amplexus fornicarius, adulterinus vel incestuosus, non loquuntur leges permittentes donationes fieri, vel in testamentis relinqui propter turpitudinem actu permanentem; & quia tales amplexus adulterini, vel incestuosi per leges prohibentur, ergo secus in istis mulieribus impudicis, quarum coitus non est à iure ciuili interdictus. ¶ Non obstat secundo, cum dicebatur, quod qua ratione mulier impudica prohibetur aliquid capere ex testamento militis, scilicet propter suspicionem turpem. *d. l. miles ita. §. 1.* eadem ratione turpis suspicionis debet prohiberi capere ex testamento cuiuslibet alterius priuati: quia ex proxime dictis apparet duplicem esse rationem diuersitatis inter milites & alios priuatos. Prima, quia in militibus maior honestas requiritur: *secundum Bald. & Ang. ibi.* Secunda, quia fauore publico per leges specialiter militibus interdicitur, ne mulieribus impudicis possint relinquere, ne per eas suis bonis expolientur: secus est in priuatis, vt in iuribus superius allegatis.

ADDITIO.

a Turpis suspicio.] Rip. l. miles, nu. 10. & 11. de re iud. Natta consi. 559. Difficultatem nu. 4. & Rolan. consil. 92. si donatio, nume. 1. libr. 1. vbi extendit etiam ad militem cœlestis militiæ.

b Coniunctæ] Natta d consil. 559. nu. 7. Iaſ. d. l. miles, nu. 16. vbi dicit se consuluisse in ciuitate Ferrariæ in quodam testatore Murinensi vt patet.

c Actiuam.] Iaſ. d. l. miles. nu. 17. Aymo. consi. 103. deferens iuramentum, nu. 25. vbi hoc consil citat. Natta consi. 560. à me quæsitum, nu. 4. & seq. vide tamen Dilect. de arte testan. tit. 1. caut. 72. meretrix vbi dat remedium vt meretrix testamentum facere non possit, Iaſ. l. 1. §. sed quod meretrici, num. 2. de cond. ob turpem causam.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus ante omnia non est restituendus, imo prius debet de proprietate cognosci quando imminet probabile dubiũ futuri scandali ex restitutione faciẽda.*
2 *Spoliatus ante omnia non est restituendus quando postea causa proprietatis non remaneret salua, vt quia ageretur de restitutione cuiusdam fortissimi castri.*
3 *Exceptio spolij obstat agenti possessorio, quando factum fuit pactũ spoliatori de nõ agendo remedio possessorio.*
4 *Spoliatus potest tacite sibi præiudicare ne ante omnia restituatur ex sola patiẽtia, si patiatur aduersarium intentare ius proprietatis, ergo multo magis expresse.*
5 *Renunciatio per metum facta viribus caret, aut saltem venit rescindenda. Intellige, vt nu. 6.*
6 *Decretum iudicis tollit omnem metus præsumptionem.*
7 *Decretũ & præsentia iudicis ad tollendam suspicionem*

tantum

tantum operatur, quantum præsentia cõsanguineorum & amicorum.

8 *Metum non est verisimile illatum in loco iustitiæ.*

9 *Spoliatus non est secundum regulam ante omnia restituendus vbi agitur de vi compulsiua.*

10 *Spoliatus à iudice vel auctoritate iudicis nõ est ante omnia restituendus.*

11 *Causa iusta præsumitur in principe, & eius voluntas habetur pro iusta causa, & sufficit quæcunq; occasio. Princeps præsumitur moueri ex iusta causa & voluntas eius habetur pro causa & sufficit quæuis occasio. nu. 11. & seq. vbi quod sufficit principẽ putare, quod causa subsit & ex opinione sua statuat.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN causa & lite vertente coram magnifico ac præstantissimo Delphinali parlamento super castro & territorio Sarreuallis in remedio possessorio recuperandæ possessionis, quod asseritur intentatum per nobiles dominos Blasium & consortes de Axereto contra magnificum & potentem militem domi. Ioannem Spinolam: quæritur, an dicti de Axereto, qui se prætendunt fuisse violenter spoliatos dicto castro, sint prius & ante omnia ad possessionem dicti castri restituendi: an vero simul admittenda sit quæstio proprietatis, cum dominus Ioannes prætendat habere optimum ius, & optimos titulos in petitorio, quos per publica instrumenta ostendere paratus est, in dicto castro Sarreuallis, quod asseritur fuisse magnificorum de Spinolis de Lucullo Ianuensium antiquissimis vsq; retro temporibus, quorum initij memoria existit.

¶ Ego in præsenti controuersia strictim & compendiose procedam, breuitati, quantum fieri poterit, inseruiens: quia hæc consultatio mea dirigitur ad eximios & celebratissimos doctores Delphinalis senatus, qui ex paucis multa ac prope infinita colligent & cognoscent. Omissa igitur vlteriori allegatione ad partes, concluſiue dicitur, præfatos nobiles de Axereto asserentes se violenter spoliatos prædicto castro Sarreuallis, non prius ad possessionem restituendos, quam cognitum sit de proprietate dicti domini Ioannis possessoris, & consequenter de defectu proprietatis illorum de Axereto, ex infrascriptis fundamentis. ¶ Primo quia quando imminet probabile dubium futuri scandali ex restitutione facienda, tunc spoliatus ante omnia non est restituendus, † imo pri⁹ debet de proprietate cognosci: [a] *vt est gloss. 2. quæst. 1. in cap. in primis. in gloss. 1. & gloss. 3. quæ. 1. in summa. & gl. in cap. ad petitionẽ. in verb. restituendus. de accusat. Spec. in titu. de peti. & poss. §. 1. in 9. fallen.* Et propterea tenet do. Anto. de But. *in cap. parte. in vlt. colum. de restit. spol.* quod in interdicto recuperandæ possessionis admittitur exceptio dominij, vel proprietatis, quæ alias non admitteretur, vbi probabiliter dubitatur de futuro scandalo. Refert & sequitur d. Alexand. *in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in 4. char. in 5. fallen. ff. de acquir. poss.* Sed in casu præsenti imminet non solum probabile dubium futuri scandali, imo certum & quasi indubitatum, ex eo quod castrũ Sarreuallis est fortissimum, & inaccessibile, & fortilicium validissimum, & inexpugnabile, situm in altissimo monte, ad quem vix auibus volantibus præstatur accessus, & non solum natura loci, in quo situm est, inapprehensibile redditur, verum etiam est munitionibus, tormentis, & machinis ita corroboratum, vt multæ cædes & maximæ strages sint inde sequuturæ, si de eo per vim occupando tentabitur: præsertim attentis & consideratis discordiis & partialitatibus quæ multum vigent in illa patria Ianuensi, necnon odiis inteſtinis; ac simultatibus continuis inter illos ciues, vt est notorium in toto orbe. Et sic cum apertum, nedum probabile scandalum immineat, ergo dicti de Axereto, qui se asserunt per vim spoliatos, quando etiam veritas ita se haberet, non tamen prius sunt restituendi, nisi prius cognoscatur, quis iustius induat arma, & quis potiora iura habeat in dicto castro.

¶ Secundo ad idem bene facit, quia spoliatus ante omnia non est restituendus, quãdo postea causa proprietatis non remaneret salua, [b] vt quia ageretur de restitutione cuiusdam fortissimi castri, † seu fortilitij munitissimi, vt est in casu præsenti: quia si talis restitutio fieret, non posset postea illo qui restituit agente ad proprietatem, recuperari. *Ita notatur in capit. literas. de restit. spol. Et ita expresse & formaliter determinat notabiliter Paul. de Castr. in l. 2. ad fin. Cod. de edic. di. Adri. tol. & idem Paul. de Cast. in l. si de 6. in vlt. colum. ff. de iudi. Refert & sequitur d. Alexan. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 16. colum. ff. de acqui. poss.*

¶ Nec obstat, si diceretur, quod ex quo ambæ istæ partes litigantes sunt sub regimine Christianissimi Francorum regis adeo potentissimi, quod de facili posset recuperare à tali restituto ad possessionem, quo casu non videtur habere locum prædicta decisio Paul. de Cast. per illud, quod in simili determinant Guilelmus de Cugno. Ang. & Paul. de Cast. *in l. 2. in princ. ff. qui satisdare cog.* Vbi tenent, quod nobiles habentes arces munitissimas, non censentur idonei fideiussores, propter maximam difficultatem conueniendi, nisi sint sub tali regimine principis vel regis ita potẽtis, qui possit de facili eos expugnare. Nam aduertendum est, quod præfati doctores cũ magno mysterio loquuntur, quando ambæ partes sunt cõstitutæ sub tali rege, qui posset tales arces de facili expugnare, sed in casu nostro quamuis omnes isti litigatores sint sub eodem rege Christianissimo, qui est potentissimus, tamen etiam ipse rex non posset de facili dictam arcem Sarreuallis expugnare, prout dicti doctores loquuntur imo cũ magna & maxima difficultate, & cum maximo exercitu, [c] cum, vt dictum est, dictum castrum sit mõtuosum, munitissimum, inaccessibile, & inexpugnabile, prout oculata fide videri potest: *iuxta l. si irruptione. ff. fini. regun.* Et sic non esset postea facile pro recuperatione dicti castri obtinere à rege tam magnum exercitum ad instãtiam priuati. Ea enim quæ à solo principe, vel à solo rege fieri possunt, sunt adeo difficilia, quod de iure censentur impossibilia. *l. apud Iulianum. §. constat. & ibi Bartol. & alij notant. ff. de legat. 1. l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum obliga.* Præterea, posito etiam quod regia maiestas istud fortissimum castrum ad suas regias manus reciperet:

tamen multa postea accidere possent, vt eius recuperatio difficillima redderetur. *l. naturalem. §. illud quæsitum. in fi. ff. de acquirend. rerum dominio. §. illud quæsitum. instit. de re. diui.* puta si mors regis succederet. Nam ad prouisionem etiam aduersa fortuna debet esse in consideratione. *l. generaliter. §. si libero homini. ff. de fideicomm ß. liber.* ¶ Tertio facit, quia isti de Axereto expresse renunciarunt huic iudicio possessorio, quod nunc intentant. Vnde d. Franchus & domini Opininus & Blasius eius filij, vt patet ex duobus publicis instrumentis rogatis in loco Stazani non subiecto præfato domino Ioanni Spinolæ, interuenientibus authoritate & decreto iudicis loci, & talis renunciatio fuit facta in absentia dicti D. Ioannis, sed in præsentia notarij publici stipulantis nomine omnium quorum interest, & talis promissio de non agendo amplius aliquo remedio possessorio ad dictum castrum Sarreuallis fuit facta primo per do. Franchum de Axereto expressa causa; quia volebat exonerare conscientiam suam, ac filiorum, & descendentium suorum, eo quia dictum castrum Sarreuallis cum eius territorio ac omnibus iuribus & pertinentiis suis re vera erat nobilium de Spinolis. Et talis renunciatio fuit postea ratificata & cõfirmata per dictos eius filios Opicinũ & Blasium. Vnde quando factum fuit pactum spoliatori de nõ agendo remedio possessorio: certe obstat talis exce-
3 ptio ei postea agẽti possessorio: † prout tenet gloss.
d notabilis [d] *in cap. ex insinuatione. de procur. Inno. in c. super hoc. de renunc. & est bonus text. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pact.* Et ita expresse determinat. *D. Abbas Panor. post. d. Anto. de But. in c. solicitæ. in vlti. colum. de restitut. spol.* Vnde remittentibus actiones suas non est amplius
e regressus dandus. [e] Ita dicit text. *in l. quæritur. §. si vẽditor. ff. de adil. edic. & tex. 7. q. 1. in c. quam periculosum.* ¶ Confirmantur prædicta: quia si spoliatus potest
4 sibi tacite præiudicare, † ne ante omnia restituatur ex sola patientia, si patiatur aduersarium intentare ius proprietatis. *c. 1. de restit. spol.* fortius ergo debet sibi præiudicare, quando expresse renunciat iudicio possessorio recuperandæ ¶ Nec obstat, si diceretur quòd talis renũciatio domini Franchi fuit facta per metum; quia eius filij adhuc erãt incarcerati in manibus domini Ioannis Spinolæ, qui (vt asserunt isti de Axereto) minabatur eos suspendere: & consequenter cum fuerit factum ex iustissimo metu filiorum. *l. isti quidem. §. fi. ff. quod met. cau. & l. hæres meus.*
5 *§. fi. ff. de condi. & demon.* certe talis renunciatio, † aut viribus caret, aut saltẽ venit rescindenda: *vt in c. Abbas. & ibi gl. quod met. cau. & c. verum. de iureiur. & ita in specie videtur determinare. D. Fran. de Arè. in consil. 14. incipiente, viso & diligẽter considerato themate. in 13. col. & duabus sequentibus*: quia respondetur, quod de dicta incarceratione filiorũ do. Franchi nõ est legitime probatum. Præterea, posito sine veri præiudicio, & ita esset sufficienter probatũ, certe ex quo postea dicti filij in libertate constituti dictam renunciationem factam à patre ratificarunt, & approbarunt in loco Stazani præsente iudice, & decretum interpo-
6 nente, † tunc cessare videtur omnis præsumptio allegati metus. Nam decretũ iudicis operatur, vt quis
f non possit conqueri de dolo, vel metu. [f] *l. non est verisimile. in princ. & ibi notat Bar. ff. quod met. cau. & idẽ Bartol. in l. 1. Cod. de prædi. curiali libro 11. Paul. de Castr. & moder. in l. transactionem. C. de transact.* Et dicunt Bal. Salyc. & do. Alexan. *in l. pacta nouissima. C. de pac.* quod præsumitur omnis dolus & omnis metus abesse, vbi reperitur quod iudex decretum suum interposuit. Item ad hoc vt cesset omnis suspicio doli & metus tantum facti † præsentia g & decretum iudicis, 7
quãtum præsentia consanguineorum vel amicorũ: g
secundum Bart. in l. frater. in vlt. char. in 3. q. ff. de condi. indebi. quẽrefert & sequitur Io. de Imol. in l. 1. §. fuit quæsitum. in 3. col. ff. ad Trebel. do. Alex. in d. l. transactionem. ad fin. C. de transact. Item non est verisimile † quẽ pa- 8
ti violentiam, aut metum in loco iustitiæ: [h] secundũ h
Inno. *in cap. 2. circa fi. de accu. iudi. mu. cau. fac. per tex. in d. l. non est verisimile. in princ.* Præterea posito, sine præiudicio veri, quod per istos de Axereto esset probatus iste prætensus metus in consentiendo vel ratificando, certe ista esset vis compulsiua in qua non habet locum regula *l. si quis ad se fundum. Cod. ad l. Iuliam. de vi.* quod spoliatus ante omnia sit restituendus. Imo si coactus per metum, & sic per vim compulsiuam agat possessorio recuperandæ, potest sibi
opponi exceptio dominij [i] secundum Bald. *in d. l.* i
naturaliter. §. nihil commune. quem refert & sequitur idem Io. de Imol. & d. Alexand. in 15. col. in 3. fallentia. & fuit decisa Bart. in l. pe. per illam text. ff. de condi. ob turpem cau. Idem voluit Bart. in l. 2. Cod. quod met. cau. Bald. in l. 3. C. eo. tit. ¶ Quarto facit; quia D. Ioannes Spinola, vt probabitur, intrauit & recuperauit castrum Sarreuallis de licentia & iussu illustrissimi tunc ducis Mediolani, seu generalis administratoris ducatus, quo casu non potest domino Ioanni imputari de violentia, saltem quominus admittatur quæstio proprietatis: quia etiam † spoliatus à iudice, [k] vel au- 10
thoritate iudicis nõ est ante omnia ad possessionem k
restituendus: *vt est gloss. notab. 8. quæst. 1. in c. præsentium. in gloss. fi. 2. gloss. 3. quæst. 1. in summa & gloss. in c. in nomine domini. in verb. in audientia 22. d. Innoc. Bald. in l. obseruare. § profi isci. in 23. quæst. ff. de offi. proconsul. & lega. Ang. post Innocen. in d. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam de vi. do. Abbas Panor. in c. dilectus filius abbas. de rescript.* Fortius ergo in casu præsenti, vbi recuperatio & apprehensio dicti castri fuit facta de licentia & 1
iussu principis, [l] quo casu isti de Axereto, qui asserunt se spoliatos, nullatenus debebunt prius restitui ad possessionem dicti castri, nisi primum cognita causa proprietatis. verum quia illæ glos. requirunt, quod iudex fecerit talem spoliationem iusta causa, ideo aduertendum est, quod in principe præsumitur iusta causa, † & voluntas principis habetur pro iusta 12
causa: [m] *vt est gl. & Bar. in l. relegat. ff. de pœnis. Cyn. &* m
Bald. in l. in l. rescripta. in 3. quæstione. C. si contra ius vel vtil. publ. dom. Anto. de But. & Ioan. de Imol. in c. cum inter. de renunci. dom. Anto. de Butr. in c. constitutus. de relig. dom. do. Abbas & alij in c. quæ in ecclesiarum. de cõstitut. & in c. cum olim. in 8. col. de re iudic. Imo, ad iustificandum placitum principis sufficit quæcunq; occasio: [n] secundum Bald. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in* n
penult. col. vt lite non contesta. qui refert ita facere illustriss. dom. marchionem Montisferrati nobilibus Valmachæ, quos tenet extra castrum causa per eum adinuenta: vt ibidem per eum. Item vbicunque reperitur inferioribus concessum, quod possint causa cognita aliquid facere, in principe satis est, † quod 13
putet causam subsistere, & ex opinione sua statuat,

seu

seu mandet: sed in inferiore debet de causa liquere vocatis his, quorum interest. *l. legatum. ff. de administratio. re. ad ii utatem pertinen. Ita formaliter tenet Bal. in l si testamentum. & ibidem Paulus de Castr. Cod. de testamen. Idem Bald. in l. rescripta. in 3. q C. si contra ius vel vtil. publi. refert & sequitur dom. Alex. in consil. 94. primi volum. incipiente. consideratis his, quæ in themate narrantur. in penult. col facit text. notabilis in c. cum nostris. in verficulo, nos vero. de concess. præben.* ¶ Per ista omnia concluditur, istos nobiles de Axereto, qui se asserũt spoliatos, non esse restituendos ad possessionem castri Sarreuallis, nisi prius cognita quęstione proprietatis: & saltem prædicta debent in rege inducere sufficientem causam, vt per rescriptum suum mandet d. Ioannem in isto iudicio possessorio audiri super quæstione proprietatis.

ADDITIO.

a Proprietate cognosci.] Iaſ. l. 2. num. 4. C. de ed. di. Adr. toll. Rip. l. naturaliter. §. nihil commune. num 76. Rub. num. 150 Zaſ. nu. 62. de acq. poſſ. Gozad. conſil. 10. In hac cauſa. num. 9. & nu. 42. aliis vt per Gabr. com. op. lib. 5. de reſt. ſpol. concl. 1. nu. 148. & Menoch. de recup. poſſ. rem. 1. nu. 290. vbi & ipſe alios adducit.

b Remaneret ſaliua.] Idem. Iaſ. conſ. 60. quæſt. nu. 12. ſuper. lib. 1. vbi dixi addo. Menoch. d. remed. 1. num. 280. Boer. deciſ. 238. & videtur quod ſit col. pen. vbi hoc conſ. citat.

c Exercitu.] Gabr. d. conſ. 1. num. 139 vbi hoc conſ. refert. & Menoch. conſ. 2 Magni ponderis. num. 213.

d Glo. notabilis.] Alex. conſ. 93. In cauſa. num 5. lib. 5. Pariſ. conſ. 1. nu. 151. lib. 1. cum aliis vt per Gabr. d. concl. 1. nu. 119. & Menoch. d. remed. 1. num. 252.

e Regreſſus dandus.] Iaſ. conſ 152. ſuper feudo. nu. 11. ſupra lib. 2. conſ. 41. omiſſis. nu. 12. infra eo. & conſ. 164. In præſenti. col. vlt. infra lib. 4. cum aliis per me adductis conſ. 34. in quæſtione. nu. 12. & conſ. 106. videretur. num. 18.

f Dolo vel metu.] Vide eundem conſ. 227. pro enucleanda ſupra lib. 2. vbi dixi.

g Facit præſentia] Idem Iaſ. l. pacta nouiſſima. nu. 9. C. de pact. c. 1. col. 3. nu. 9. q feu. da. poſſ. Dec. c. quoniam cõtra. nu. 42. de probat. l. ſinguiaria. nu. 12. & ſeq. ſi cer. peta. cõſ. 272. viſo proceſſu. nu. 9 & conſ. 536. In cauſa. nu. 5. omnia Gram. cõſ. crim. 40. In cauſa. num. 25. Gabr. com. op. lib. 2. de ſent. concl. 5. num. 8. & ſeq. Gerar. qui lim. ſing. 57. qualiter.

h Loco iuſtitiæ.] Iaſ. d. conſ. 227. lib. 2. vbi addo.

i Exceptio dominij.] Ripa d. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 74. ff. de acq. poſſ. cum aliis vt per Gabr. com. op. lib. 5. de reſtit. ſpolia. concl 1. num. 130. addo Menoch. Iaſ. hic & alios adducentem tract. de recup. poſſ. remed 1. nu. 102. cum ſequen. & aſſignat rationem & conſ. 2. magni ponderis. num. 219. & ſeq.

k Spoliatus à iudice.] Iaſ. ſupra conſil. 158. prima conſideratione. nu 3. lib. 2. vbi dixi. & de ſpoliato auctoritate iudicis vide Gab. d. concl. 1. num. 116. vbi huius conſ. meminit.

l Iuſſu principis.] Pariſ. conſ. 99. Adriano. nu. 17. lib. 4. Aymo. conſ. 5. Tria ſunt. nu. 7. cũ aliis vt per Gabr. d. concl. 1. nu. 188. & vide Menoch. nõnullos caſus diſtinguentẽ. d. tract. de recuper. poſſ. remed. 8. nu. 50. cum ſeqq. vſq; ad num. 74.

m Pro iuſta cauſa.] Iaſ. d. conſ. 227. num. 48.

n Quæcunq; occaſio.] Idem. Iaſ. conſ 227. num. 48.

FRANC. BEC.

CONSILIVM XXXIX.

THEMA.

IOANNES Vayrolus de Odis ciuis Laudenſis donauit inter viuos quædam bona immobilia domino Aluyſio Viſtarnio pręceptori ſeu militi Hieroſolymit. habẽti duos filios ſpurios Lancelotum & Ioann. Franciſcũ, cum pacto & conditione, quod ſi contingat ipſum domin. Aluyſium decedere relictis poſt ſe dictis Lanceloto & Ioanne Franciſco, vel eorum altero, tunc ipſe Ioannes donator vult & intẽdit, quod dictus dominus Aluyſius reſtituat bona prædicta dictis Lanceloto & Ioanni Franciſco, vel ſuperuiuenti ex eis: & eo caſu voluit, & vult, quod bona ipſa donata peruẽniant & peruenire debeant in ipſos Lancelotum & Ioan. Franciſcum, & eum ex eis, qui ſuperuiueret: & ſi alter eorum decederet ſine liberis legitimis & naturalibus, ꝙ dicta bona perueniant, & puenire debeant in illum ex dictis fratribus, qui ſuperuiuẽret, & in filios defuncti in ſtirpes, & non in capita. Et quod ipſa bona ſint & eſſe intelligantur acquiſita eis Lanceloto & Ioann. Franciſco, & eorũ filiis ipſo iure in ſtirpes, & non in capita. Et ſi dicti Lancelotus & Ioannes Franciſcus ambo decederẽt ante mortem dom. Aluyſij, tunc & eo caſu dicta bona perueniant & peruenire debeant in dictos filios dicti Lanceloti & Ioannis Frãciſci in ſtirpes & non in capita. Sed ſi continget dictos Lancelotum & Ioan. Franciſcũ decedere nullo relicto filio, prius etiam defuncto dicto domino Aluyſio, voluit & vult ipſe Ioannes donator, quod bona prædicta perueniant & peruenire debeant in hoſpitale charitatis: ꝙ aliter & alio modo ipſe Ioãnes huiuſmodi donationem facturus non fuiſſet. Iſta ſunt formalia verba dictæ donationis. Cõtigit, quod deceſſit primo dictus Ioan. Frãciſcus in pupillari ætate, & ſic nullis relictis filiis. Deinde deceſſit præfatus D. Aluyſius donatari[9] relicto poſt ſe dicto Lanceloto eius filio, in quem perueneruntdicta bona donata, & eis longo tempore vſq; ad eius mortem gauiſus fuit. Poſtremo deceſſit dictus Lancelotus relicto Aluyſio minore ſpurio nato ex ipſo Lãceloto coniugato & muliere ſoluta. Sed Lancelotus ante eius mortem legitimari fecit ipſum Aluyſium minorem eius filium ſpurium per comitem Palatinum habẽtem amplum priuilegium imperiale, & amplam poteſtatem legitimãdi cum clauſula, citatis & non citatis quorum intereſt, & cum clauſula, quod legitimatus ſuccedat perinde, ac ſi eſſet de legitimo matrimonio procreatus: & deinde ipſum Aluyſium ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit. Quæritur, cui de iure ſpectare debeant prædicta bona donata vigore ſupraſcriptæ

donationis stantibus prædictis: an ipsi Aluysio minori legitimato, an vero hospitali charitatis?

SVMMARIA.

1 *Hospitale substitutum de iure præfertur etiam legitimato ab Imperatore & num. 21. vbi contra.*
Legitimatus etiam ab Imperatore non excludit ecclesiam substitutam sub conditione deficientium liberorum propter dignitatem ecclesiæ. numero 1. & num. 21.
2 *Anima rebus cunctis est præferenda & num. 25.*
3 *Clausula vna declaratur per aliam, & numero 4. & 27.*
4 *Testator si in aliqua parte testamenti fecit mentionem de filio simpliciter, & in eadem dispositione de filio masculo, videtur semper intellexisse de masculo & num. 27.*
5 *Spurius non excludit substitutum & num. 28.*
6 *Legitimatus excludit substitutum ex magis communi; quam intellige vt ibi, & vide etiam num. 29. & seqq. vbi declaratur.*
7 *Legitimatus ita demum excludit substitutum quando legitimatio facta fuit citato substituto. & numero 30.*
8 *Hospitalia sunt pia loca & aequiparantur ecclesiis.*
9 *Legitimatio. In legitimatione filij naturalis facta in vita patris nulla requiritur citatio eorum, quorum interest.*
Geminatio denotat enixam voluntatem donantis. numero 9.
10 *Donatio facta ab extranea persona filio alterius spurio & incestuoso valet.*
Spurio alterius filio nihil impedit quin persona extranea possit relinquere in testamento vel dare quocunque titulo inter viuos. num. 10.
11 *Filiorum appellatione simpliciter veniunt etiam naturales & spurij.*
Spurij veniunt appellatione filiorum simpliciter. numero 11.
12 *Vniuersalis negatiua adeo omnia excludit, vt etiam actum pium censeatur excludere.*
13 *Testator quando voluit distinguere & separare sexum masculinum à fœminino expresse dixit, filius masculus, & ideo vbi postea simpliciter dixit filios, intellexit non solum de filiis masculis, sed etiam de fœminis.*
14 *Clausula quando habet propriam & specialem determinationem, alia clausula in fine vel in principio apposita non refertur ad illam, nec illa ad alias refertur.*
15 *Filij nati ex milite Hierosolymitano in sacris constituto non solum sunt spurij, sed etiam incestuosi.*
16 *Emphyteusis ab ecclesia concessa filio naturali tantum & eius filius transibit ad filium eiusdem naturalem, quia inspicitur origo & initium cuiuscunque entis.*
17 *Radix semper est inspicienda.*
18 *Lex, generaliter. §. cum autem. vers. & si quis naturales C. de inst. & substit. declaratur.*
Naturales non admittuntur ad excludendum substitutum nec faciunt deficere conditionem fideicommissi. num. 18.
19 *Legitimatus substitutum excludit ex communi opinione.*
20 *Legitimatus in nullo differt à legitimo, & dicitur verè legitimus & non per fictionem.*
22 *Doctori cuicunque, etiam magno, credere non debemus nisi dictum eius probet per authenticam scripturam.*
23 *Lege quod non cauetur in practica non habetur.*
24 *Dignitas substituti non est attendenda in substitutionibus, sed testatoris, quod tamen intellige vt ibi.*
Testatoris dignitas non etiam substituti attendenda est in substitutionibus. vide verbo dignitas.
26 *Hospitalibus & pauperibus quam uis fauendum sit in dubio, non tamen ob id licitum est deuiare à tramite iuris.*
27 *Opinio communis à pluribus approbata sequenda est.*
31 *Imperator in quæsitis non potest præiudicare ecclesiæ, secus in quærendis.*
32 *Substitutus nō est citandus in legitimatione filij naturalis vel spurij, quando tempore legitimationis non habet spem certam vel proximam, sed remotam & pendentem à futuro euentu.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN præsenti consultatione videretur prima consideratione dicendum, ꝙ dictum hospitale de iure prę̃ferri debeat, per illud, quod in terminis decidit singulariter Bald. *in ca. in præsentia. in 13. col. in fi. de prob.* Vbi decidit, quod quando † substituta est ecclesia sub conditione deficientium liberorum, non putat, quod naturalis filius excludat ecclesiam, propter dignitatem ecclesiæ, [a] etiam si iste esset legitimatus ab imperatore. Sequitur ibidem D. Felinus *in septima colum. in prima fallentia*, dicens quod alibi non legit. Et ita videtur tenendū, ex quo talis substitutio facta ecclesiæ seu hospitali censetur facta fauore animæ donantis, quæ † est præferenda cunctis rebus. *l. sancimus. Cod. de sacro sanct. eccles. cap. cum infirmus. de pœ. & remis. cap. Matthæus. in fin. de simonia. & 12. quæst. 1. cap. præcipimus. in princip.* Et quando etiam illa decisio Bald. esset alias de in re dubia, tamen in dubiis opinionibus in iudicando & consulendo sequenda est illa opinio, quæ est pro pia causa. *l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fu. ca. fi. de re iudic.* ¶ Secundo facit: quia in dicta donatione dicitur, quod si alter eorum decederet sine liberis legitimis & naturalibus, quod bona peruenirent in superuiuentem. ex quo ergo donator semel fecit mēționē de filiis legitimis & naturalibus, videtur semper de talibus intellexisse † cum vna clausula declaretur per aliam. *l. vtrum & ibi Bartol. Bald. & Angel. ad hōc notant. ff. de petit. har. l. quemadmodum. §. hac verba. & ibi Bal. notat. ff. ad l. Aquil. facit l. qui filiatus. in princip. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Confirmatur per illud, quod in simili signanter decidit D. Abbas in consilio 37. incipien. videtur primo quod sic. in vltim. colum.* Vbi determinat in bono simili, quod si testator in aliqua parte testamenti fecit mentionem de filio simpliciter: tamen ex quo in eadem dispositione fecit mentionem de filio masculo, † videtur semper intellexisse de masculo, [b] cum verba dubia capiant

a 1

2

3

4 b

piant intellectum & interpretationem à præcedentibus & sequentibus, vt in iuribus prælegatis. Ita in proposito, ex quo donator in donatione semel expressit de filiis legitimis & naturalibus, certe vbi postea fecit mentionē de filiis simpliciter, videtur semper intellexisse de legitimis & naturalib⁹. Tertio facit: quia iste Aluysius minor est filius spurius, cum sit natus ex patre coniugato, & muliere soluta: *vt est gloss. in cap. nisi cum pridem. de renuncia. Bart. in l. fina. circa principium. ff. de his, quibus vt indig. & est text. in l. 3. C. solut. matrimo.* Sed ita est, quod spurius non ex-
5 cludit substitutum: † *vt in authen. ex complexu. C. de incestu nupt. & §. fin i. in authenti. quibus mod. natu. effici sui.* eo quia spurij non sunt filij nominandi. Ita tenet Bartol. & ibidem alij sequuntur *in l. ex facto. §.*
c *si quis rogatus:* c *circa medium. ff. ad Trebellia. cano. in præsentia. de proba.* Confirmatur: quia etiam retenta magis communi sententia, quæ habet, quod le-
6 gitimatus excludat † substitutum: prout traditur *in l. generaliter. §. cum autem. Cod. de institut. & substitut. cum multis concordantiis* quæ ibi tradi solent: & late prosequitur dominus Alexand. *in consil. 2. quod incipit, Visis codicillis.* ista communis conclusio procedit, quando talis filius legitimatus esset naturalis, puta quia natus est ex concubina, tunc si legitimatur, habet ambas qualitates, quia est naturalis & legitimus. & iste bene excludit substitutum: secus si esset spurius vel incestuosus: quia tunc nō esset naturalis. *32. quæstione 4. in c. liberi. gloss. in d. c. nisi cum pridem.* tunc si legitimatur non excluderet substitutū: quia dato quod sit legitimus, tamen non est naturalis: & in substitutione dicitur de vtroque videlicet si
d specie determinat d singulariter dom. Anto. Rosel. *in tractatu legitimationu, in lib. 1. col. 13.* ¶ Quarto fa-
7 cit quia legitimatus ita demum excludit † substitutum, quando legitimatio facta fuit citato substitu-
e to: e *vt est de mēte Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in vltima col. ff. de libe. & posthu.* Et ita tenet Petrus de Anchara. *in consil. 426. incipiente. circa primum quæsitum fuisset satis expediens. dom. Alexan. in consil 66. incipiente, Consideratis his, quæ in themate narrantur. in 5. col. & sequenti, & in consil. 94. incipiente, Consideratis. Cardinal. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem. in 26. col. qui filij sint legitimi.* Sed in legitimatione isti⁹ Aluysij minoris non fuit citatum hospitale charitatis expresse substitutum: ergo talis legitimatio non debet præiudicare ipsi hospitali substituto. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod Imperator in priuilegio legitimandi concessit potestatem huic comiti Palatino: vt possit legitimare citatis & non citatis illis, quorum interest: ergo potuit legitimare non citato ipso hospitali substituto: quia posset dici, quod istud priuilegium imperatoris non extenditur in præiudicium ecclesiarum, nec locorum quæ sunt pia, vt sunt hospita-
8 lia, quæ cēsentur pia loca, † & æquiparantur ecclesiis: *vt est text. in c. ad hæc. & in c. de xenodochiis. de relig. dom. & 18. quæstione. 2. c. quidam. cum gloss. 2. text. in clemen. 2. de relig. domi. & in §. fina. in authent. de eccles. titu.* attento quod etiam lex ciuilis non extendi-
f tur f ad ecclesias, nec ad pia loca. *cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. & c. tua. 1. de deci. & c. quod clericis. de foro competen.* Sicut etiam dicimus de statutis laicorum, quod nisi faciant expressam mentionem de clericis, tunc eos nō includunt. Et si faciunt mētionem expressam, tunc non possunt: secundū Bald. *in c. cum venissent. in 4. colum. de eo qui mit. in pos. cau. rei servā. Geminia. in c. Romana. §. porro. per illum textum. de senten. excommunicatio. in 6. & in c. fi. de immuni. eccles. in 6.* ¶ Non obstat etiam, si diceretur, quod Lancelotus pater istius Aluysij minoris fecit eum in vita sua † legitimari, quo casu non sunt alij citandi: 9
secundum Bar. & alios in dicta *l. Gallus. §. & quid si tantum. in vltima col. Bald. in l. fi. C. quibus res iudi. non no. & in princ. C. circa. 5. col. & in l. prima, in penult. col. C. de inoffi. dona. Ioan. Andr. in add. Specu. in titulo de succes. ab intesta. §. 1. in vltima col. in verſic. item scias. Ioan. Andr. & alij in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. vbi dom. Abbas in 11. col. & idem do. Abb. in cap. cum olim. de re iudic.* quia posset responderi, quod istud procederet quando cōtenderetur de bonis istius patris, qui fecit legitimari, quia tunc pater potest disponere de bonis suis quomodo vult. *l. cum adoptio. ff. de adop. secundum Bart. in d. §. & quid si tantum. in vlt. col.* Sed bona, de quibus in præsens contenditur, non fuerunt Lāceloti, qui fecit Aluysium minorem filium suum legitimari: sed fuerūt Ioannis Vayroli, qui fecit donationem de dictis bonis, & substitutionem: ergō nihil facit, quod pater fecerit legitimari filium in vita, quin requireretur citatio hospitalis substituti in legitimando quo ad bona alterius quam ipsius patris legitimantis. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod Aluysius minor, qui erat spurius, & fuit legitimatus viuo patre debeat de iure præferri hospitali charitatis in bonis immobilibus donatis per dictum Ioannem Vayrolum, ex infrascriptis fundamentis. ex quibus apparebunt resoluta quæ in contrarium opponebantur. ¶ In primis moueor: quia non solū filij spurij Do. Aluisij senioris fuerunt in donatione expresse vocati ad ista bona immobilia donata, sed etiam filij filiorum, & cōsequenter iste Aluysius iunior: istud expresse dicitur in pluribus locis ipsius donationis, ibi, & in filios defuncti. & ibi dum dicit, & quod ipsa bona sint & intelligantur acquisita ipsis Lanceloto & Ioan. Francisco & eorum filiis ipso iure. & deinde dum subdit, quod si dicti Lancelotus & Ioan. Franciscus ambo decederēt ante mortem dicti D. Aluisij, tunc & eo casu dicta bona perueniant in filios dicti Lanceloti & Io. Frāciſci. & sic filij filiorum, vt dixi, non sunt positi in conditione, nec conditionaliter prolati, sed dispositiue & pure. Et illa dispositio pura fuit pluries repetita in donatione, vt prædixi. Et sic talis repetitio, & geminatio denotat enixam voluntatem donantis. *l. balista. ff. ad Trebell. gloss. in c. requisisti. in verb. decens est. de testa.* & sic Aluysius minor dispositiue & pure fuit vocatus ad prędicta bona donata. Et per hoc tolluntur plura ex superius in contrarium adductis quæ loquuntur in filiis positis in conditione, & solum conditionaliter prolatis: *prout etiam ponderat d. Alexand. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. in 1. colum. ad fin.* Item ista fuerūt donata per personam penitus extraneam, & nihil attinentem dō. Aluysio seniori de Vidarino, nec descendentibus ab eo, & per consequens potuit donare filio alterius spurio & incestuoso, † & ei re- 10
linquere, vel donare quocunque titulo inter viuos. Ita tenet glos. solennis s ordinaria & approbata *in §. g*

fin. in gloss. in verb. participium. in authent. quibus mo. na. effi. sur. quam gloss. sequitur Bartol. in l. si is, qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. & l. quod conditionis. ff. de dona. cau. mor. & in l. 1. in princ. circa princ. ff. de iure fisci. & in d. l. Gallus. §. quid si is. circa medium. Bald. in l. eam quam. in vltim. colum. Cod. de fideicom. vbi reputat dictam gloss. esse singularem. Ergo cum iste Aluysius minor fuerit disposituе vocatus ad ista bona donata ante hospitale charitatis per extraneum, qui potest donare nedum filio spurio, sed etiam incestuoso, ergo videtur res esse plana & aperta in fauorem ipsius Aluisij: Ergo nulla interpretatio vsquam tantum debet valere, vt melior claro sensu existat: prout dicit text. *in l. 3. ad fin. Cod. de l. b. prater.* Et si diceretur, verum esse, quod filij filiorum sunt dispositiue vocati ad dicta bona donata, & non conditionaliter prolati, quando tales filij fuissent legitimi & naturales, sed Aluysius minor erat spurius: quia dicitur, quod ex quo simpliciter sunt vocati per dictionem, *filios*,
11 simpliciter & absolute prolatam, illa dictio, † *filios*, intelligitur de filiis naturalibus tantum, vel spuriis. *d. l. ex facto. §. si quis rogatus.* & probabo statim in specie ex sequentibus fundamentis: & præsertim cum dicatur *nullo relicto filio*, illa vniuersalis negatiua, *nul-*
12 *lo*, † debet verificari in quolibet filio etiam naturali vel spurio. *l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. facit, vulgata l. à procuratore. C. mandati. & l. Iulianus. in princ. ff. de lega. 3. & text. in c. si Romanorum. 19. distin. & in c. solita. de maio & obedien.* & istud est in tantum verum, quod quando lex vniuersaliter negatiue loquitur, tunc adeo omnia excludit, quod etiam actum pium intelligitur excludere, *text. est valde notabilis in l. obligari. in princip. in versic. ex hoc autem. ff. de autho. tuto.* ¶ Secundo principaliter, quod donans; qui toties dispositiue vocauit filios filiorum, intellexerit etiam de naturalibus vel spuriis, apparet expresse: quia quãdo donator voluit, quod essent legitimi & naturales, expressit in vno casu, scilicet quando alter duorum d. Aluisij senioris decederet, tunc expressit sine liberis legitimis & naturalibus, quod tunc bona peruenirent ad alium superuiuentem, scilicet Lãcelotum, vel Ioan. Franciscum; quia tunc noluit, quod si esset solum naturalis, vel spurius, quod excluderet superuiuentem: Ergo extra istum casum, cũ postea semper vocauerit filios filiorũ simpliciter, quod intellexit, etiam si essent naturales vel spurij istud probo ex eo, quod in simili tenet Pet. de Ancha. *in consil. 219. incipiente, pro clariori decisione dubij, de quo supra in them ite &c. ad fi.* vbi in simili decidit, quod quando
13 testator voluit distinguere † & separare sexum masculinum à fœminino, expresse dixit *filius masculus.* vnde vbi postea simpliciter dixit, *filios*, intellexit nõ
h solum de filiis masculis, h sed etiam de fœminis. Ita etiam tenet Ioan. de Ana. *in consilio 22. incipiente, ad probandum. &* D. *Franciscus Curtius in consilio 63. incip. antiquissima & nobilissima familia. in 11 columna, & sequenti. & in 14. columna ante fi & sequenti. & in 16. column.* Confirmo, quia quando vna clausula ha-
14 bet propriam & specialem † determinationem, tũc alia clausula in fine, vel in principio appositа non
i refertur ad illam, nec illa ad alias refertur: i *vt est tex. notabilis in capit. cum dilecti. & ibi dominus Cardinalis, & Ioan. de Imol. in secunda colum. ad hoc notant, de donat. Bald. in l. 1. Cod. de legiti. hære. facit quod notat Bartol. in l. fin. ff. de rebus dubiis.* ¶ Tertio prædicta cõfirmantur; quia donator expresse donauit dicta bona immobilia Lanceloto & Ioanni Francisco filiis domini Aluisij senioris. Et cum dictus Do. Aluysius esset præceptor, seu miles Hierosolymitanus in sacris cõstitutus, per consequens eius filij erant non solum spurij, † sed etiam incestuosi: k secundum gloss. 15
in l. 2. & ibi notabiliter Bal. Cod. de epis. & cleric. Et non k
est dubium, quod non reperiuntur aliqui filij spurij magis odiosi quam sunt incestuosi: secundũ Bald. *in c. in præsentia. in 13. col. in fi. de prob.* Cum ergo donator expresse & dispositiue vocauerit filios spurios & incestuosos D. Aluisij senioris, ergo etiam inferius cõsetur intellexisse etiam de filiis hliorũ spuriis, ex quo ipse donans non erat in aliqua dignitate cõstitutus. *d. l. ex facto. §. si quis rogatus. & ibi Bart. in distinctione sua. ff. ad Trebel. canonistæ in d. c. in præsentia. & idẽ do. Abbas in 4. colum. & seq. de proba.* ¶ Quarto prædicta optime confirmantur ex eo, quod multum ad propositum decidit singulariter & egregie Bald. *in c. quæ in ecclesiarum. in pen. col. de constit.* vbi in ecclesia, & sic in fortiorib. terminis decidit in simili, q̃ si ecclesia ab ipso initio cõcessit emphyteusim naturali tantũ, † & 16
eius filiis, quod filius eius naturalis l similiter erit l
emphyteuta, eo quia inspicitur initium & origo cuiuscunque entis, tanquam radix futuri: *vt in cap. 1. §. ex eadem. de lege Conradi.* semper enim radix est † in- 17
spicienda. *l. qui id quod. ff. de dona.* quia quicquid sequitur inde deciditur, & omne quod deciditur aliquo, sapit naturam illius. Item quia à principio tituli posterior formatur euentus. *l. 1. Cod. de impo. lucra. descript. libro decimo.* & in habentibus symbolum facilis est transitus. *l. in rem. §. item quacunque. ff. de rei vend.* tanquam descendat coniectura primæ qualitatis: secundum Bald. ibi. Cum ergo in proposito donans expresse vocauerit filios spurios & incestuosos dom. Aluisij, ergo similiter filius filiorum, qui sit spurius, intelligitur vocatus. ¶. Nec obstat, si in contrarium adduceretur text. *in l. generaliter. §. cũ autem. in versic. & si quis naturales. Cod. de instit. & substit.* vbi est text. quod si testator † instituerit filium 18
naturalem tantum, quo casu videtur non abhorrere talem sobolem, tñ filij naturales illius naturalis non admittũtur ad excludendũ substitutum, nec faciunt deficere conditionem fideicommissi: quia respõdetur, q̃ ille text. loquitur quãdo patermet instituerat filium suum naturalem: sed quæstio Bald. loquitur, quando ecclesia, quæ est penitus extranea, dederat in emphyteusim naturali tantũ, quæ nõ prohibetur concedere quocunque titulo filio spurio vel incestuoso alterius: *vt est gloss. expressa in prælegato. §. fin. in authen. quibus mo. na. effi. sur. cum concordantiis. quas dedi supra in primo fundamento huius partis.* Et sic non ita restringitur, prout quando patermet concedit filio naturali tantum, vt est in casu *dicti §. cum autem.* Sed in casu nostro donator penitus & omnino extraneus expresse vocauit filios spurios & incestuosos alterius: ergo idem intellexit in vlterioribus, & sic in filiis filiorum, quod etiam spurij & incestuosi admitterentur ad illa bona donata. Secũdo respondetur quod tex. *in d. §. cum autem.* procedit, q̃ conditio liberorum subintelligitur à lege, tunc solum iusta soboles procedens ex filio naturali instituto facit cessare conditionem fideicõmissi: sed nos

lo-

loquimur, quando donator expresse vocauit filios filiorum, quo casu etiam naturales faciunt deficere conditionem hospitalis substituti. *d. l. ex facto. §. si quis rogatus. & ibi antiqui & Angel. Imol. Rapha. Com. & communiter moderni. glos. Bald. Salycet. Angel. & Paul. de Castr. in d. §. cum autem.* quia expressa dispositio testatoris pl° operatur, quam præsumpta vel subintellecta à lege. vnde expressa pupillaris excludit matrē, sed non subintellecta à lege: *vt l. precipimus. vbi glos. & docto. Cod. de impub. & l. fina. Cod. de institut. & substit.* ¶ Quinto facit; quia si Aluysius minor etiam spurius excludit hospitale charitatis, vt in superioribus fuit conclusum, multo magis debet excludere, cum fuerit legitimatus ad instātiam patris, & viuo patre, per comitem Palatinum habentem amplam potestatem legitimandi cum clausula, citatis & non citatis, quorum interest, & cum clausula, quod legitimatus succedat perinde, ac si esset de legitimo matrimonio procreatus. Nam communis conclusio scri-
19 bentium est, quod legitimatus † excludat substitu-
m tum: [m] prout traditur *in d. l. generaliter, §. cum autem. C. de institut. & substitut. per glos & scribentes in d. l. ex facto. § si quis rogatus. & ibi Ioan. de Imol. attestatur hanc esse communem sententiam. similiter Paul. de Castr. in cō-silio 221 incipiente, super puncto isto plura subtiliter. in 1. colum. dicit, quod ita omnes tenent, & late prosequitur dom. Alexand. & plenius quam alibi in consilio 2. quod in-*
20 *cipit, visis codicillis.* Nam legitimati in nullo † diffe-
n runt à legitimis: [n] *vt est text. in §. si quis igitur filios legitimos. in authen. quibus mo. natu. effi. sui. & in §. licet igitur. in verb. nihil à legitimis filiis differentes. & in §. relt. qui authen. quib. mo. natu. ffi. legi.* Item legitimatus dicitur esse vere legitimus, & non per fictionem: secūdum Bartol. *in l. si is qui pro emptore. in 20. col. in versi. item quæritur. circa prædicta. ff. de vsucap. Bald. in l. nuper. C de natura. l be.* ¶ Prædicta veriora apparebunt respondendo iis, quæ supra in oppositum adducebantur: quæ licet remaneant sublata ex quinq; fundamentis superius factis, tamen vt veritas magis eluceſcat, ad ea particulariter respondetur. Et in pri-
21 mis ad decisionem † Bald. *in d. c. in præsentia. in 13. col.* respondetur, quod Bald. ibi nihīl allegat, & sic non probat iure illam suam decisionem: ergo erubescimus cum aliquid sine lege dicimus: *vulgata l. illam. Cod. de illa. & §. consideremus. in authent. de triente & semisse.* Et propterea notat Archidia. *in cap. nolite. 11.*
22 *quæstione 3.* quod cuicunque doctori, licet † magno, non debemus credere nisi dictum suum probetur
o per authenti. scripturam, [o] *vt ibi. & 9. distinctio. cap. ego solus.* Item etiam glos. non est credendum, quan-
p do aliquam legem non allegat: [p] secundum Baldūmet *in l. respublica. C. ex quibus cau. maio.* Item quod in
23 l. non cauetur, † in practica non habetur: secūdum Baldummet *in cap. nihil. in vlti. col. de elect.* Item paria sunt aliquid fieri sine lege, & contra legem: secundum Bald *in cap. in Genesi. in vltima columna, de elect. & Bald. ibi in d. c. in præsentia.* solum fundatur propter dignitatem ecclesiæ substitutæ. Sed ista ratio non est vera: quia non debet attendi dignitas substi-
24 tuti, sed solum debet attendi dignitas † testatoris, & etiam rogati: *prout dicit glos. & ibidem Angel. & dominus Alexand. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. & gloss. & Salycet. in d. l. generaliter. §. cum autem.* nisi essemus in dispositione ipsius ecclesiæ, vel in cōtractu in ipsius ipsam ecclesiam celebrato, tunc bene attenderetur dignitas ipsius ecclesiæ: *per illud, quod decidit Bald. in dicta l. generaliter. § cum autem. Et ita in specie illam decisionem Bald. reprehendit aureus doctor domin. Alexand. in dicta l. ex facto. §. si quis rogatus. in sexta colum. & in 6. fallentia:* licet dicat, quod illud dictum Baldi non reperiat improbatum ab aliquo, nec etiam approbatum. & contra Bald. etiam adducit illud, quod tenet Baldusmet post Richardum Malumb. *in l. cum acutissimi. Cod. de fideicomm.* ß. vbi voluit, quod si desce-
dente sit substituta ecclesia, subintelligatur illa conditio, si decesserit sine liberis: & illi habeant ecclesiam excludere, quoniam magis attendi debet ratio naturalis quam fictio *l. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis. & sequuntur Paul. de Castr. in dicta l. cum acutissimi. circa finem. & Rapha. Comens. in l. cum auus. ff. de conditio. & demonstratio.* ¶ Confirmo per illud, quod dicit idem Bald. *in l. precibus in tertia colum. in fi. in versicu. circa tertium de qualitate substituti.* Vbi dicit, quod nulla lex facit differentiam in qualitate substituti. Præterea illa decisio Bald. dato etiam, sed non concesso, quod esset vera, non facit ad propositum nostrum: quia Bald. ibi expresse loquitur, quando filij sunt solum positi in conditione & sic quando ecclesia est substituta sub conditione deficientium filiorum: sed nos loquimur, quando filij domini Aluisij senioris, & filij filiorum fuerunt dispositiue & pure vocati ad dicta bona donata: ꝑ-
ut etiam considerat dominus Alexand. *in d. §. si quis rogatus. in prima colum. in fine. & dixi supra in primo fundamento.* Præterea Bald. ibi loquitur, quando filij vocantur à lege, sed quæstio nostra est, quando sunt expresse vocati per ipsum donatorem, prout dixi supra in quarto fundamento. ¶ Nec obstat dum dicebatur, quod talis substitutio facta hospitali censetur facta fauore animæ donantis quæ præferenda est cunctis rebus: quia respōdetur, † quod ex 25
quo donator expresse prætulit filios domini Aloui-sij senioris, & filios filiorum ipsi hospitali: ergo apparet: donatorem non habuisse considerationem ipsius hospitalis, nec eius animæ, nisi in casum, quo deficerent filij filiorum domini Aluisij: vt clare patet ex tenore ipsius donationis, per quam apparet ꝙ donator contrariam mētem habuit ad prælationem animæ. ¶ Nō obstat etiam, dum dicebatur, quod in dubiis opinionibus sequenda sit illa, quæ fauet piæ causæ: quia respondetur, quod non sumus in dubiis, vt patet ex fundamētis superi° adductis, præsertim cum verba donationis sint clara, prout deduxi supra in primo fundamento & sequentibus. Vnde li-
cet in dubio fauendum sit pauperibus & † hospita- 26
libus. *cap. super prudentia. 14. quæstione 2. cap. fina. de reiud.* non tamē propter hoc licitum est deuiare à tramite iuris: *vt est textus in cap. ex tenore. de foro competenti. secundum Ioann. de Ana. in consilio 68. incipiente, viso statuto.* ¶ Non obstat secundum fundamentum, & decisio dom. Abbatis *in dicto consilio 37.* Quia respondetur, quod tale fundamentum non est verum, & illa decisio dom. Abb. similiter non est vera per ea, quæ dixi & allegaui supra in secundo fundamento istius partis, vbi retuli quamplures in specie oppositū tenentes, † quibus potius est stā- 27
dum: *per text. in l. 1. in versicu. & sane crebrior. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de offi. quæst. & text. in l. diui fratres. circa*

medium, in verb. plurium iuris authorum. ff. de iurepatronat. & text. in c. nouimus. ibi, opinio à pluribus approbata. & ibi dominus Antonius de Butrio & dominus Abbas hoc notant, de verborum significatio. & text. in c. de inducijs. ibi, in quo plurimi concordant 2. quæstione 3. & glos. de pœniten. distinctione 1. c. fin. ¶ Tertio non obstat,
28 quod spurius non excludit substitutum: † *secundum Bartolum in dicta l. ex facte. §. si quis rogatus.* quia respondeo, quod imo in casu nostro etiam spurius, imo etiã incestuosus excludit hospitale, attenta conditione donantis, & qp donans expresse vocauit spurios & incestuosos, prout supra deduxi in tertio & quarto fundamento. ¶ Præterea & secundo dicitur, & bene, quod Bartolus in dicto §. *si quis rogatus.* loquitur in patre vel auo spurij substituente, sed nos loquimur in penitus extraneo, qui potest relinquere non solum spurio, sed etiam incestuoso: prout dixi supra in primo fundamento, & tenet dominus Alexander in dicto §. *si quis rogatus. in prima colum. ad finem.* ¶ Præterea & tertio, spurius saltem legitima-
29 tus excludit substitutum: † prout tenet Angelus in sua disputatione quæ incipit, Nobilis quidam genere. in secundo dubio. & in specie refert & sequitur dominus Alexand. *in consilio suo secundo, quod incipit, visis codicillu. in penulti. char. dum respondet vndecimo fundamento. ibi potest clare videri.* Præterea, vt notabiliter dicit Bald. *in l. manumissiones. in 2. oppositione. ff. de iusti. & iur.* nullus est adeo spurius, quin ei insit legitimitas naturalis, & cum legitimatur est legitimus, non factus, sed natus, id est non de nouo factus sed detectus. & sic imperator legitimando remouet nubeculam, quæ dicebatur spurietas: secundum Bald. ibi. ¶ Nec obstat illud, quod tenebat D. Anton. Rosellus in dicto tractatu legitimationis: quia respondetur, quod non est verum, per ea quæ proxime dicta sunt. Secundo, posito quod sit verum, non facit ad præsens propositum: quia hic substitutio non fuit facta sub vtraque qualitate, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, nisi in vno casu tantum, quando alter filiorum, scilicet Lanceloti vel Io. Francisci prædecederet. Extra istum casum filij filiorum semper fuerunt simpliciter & dispositiue vocati, non autem positi in conditione. ¶ Quarto nõ obstat, quod legitimatio ita demum excludit substitutum, quando legitimatio fa-
30 cta † fuit citato substituto: sed hic in legitimatione Aluysij minoris non fuit citatum hospitale charitatis expresse substitutum: quia respondetur, hoc esse verũ, nisi in priuilegio imperatorio adesset expressa
q clausula, citatis & non citatis, q quorum interest, vt in casu nostro: secũdum dominum Cardinalem Alexandrinum *in c. per venerabilem. §. 1. in 28. char. qui filij sint legi.* ¶ Nec obstat, dum dicebatur, talis clausula imperatoris non extenditur in præiudicium ecclesiarum, nec hospitalium, sicut etiam non extenderetur lex ciuilis, vt in iuribus supra allegatis: quia
31 respõdeo, hoc esse verum in iam quæsitis, † secus est in acquirendis: *prout notabiliter tenet Bald. in rub. de constitutio. in 2. col. Bartol. in l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & bono. & notabiliter Bald. in c. quæ in ecclesiarum. in 3. colum. in fin. de constitut.* Præterea, non videtur in
32 tali legitimatione hospitale debuisse citari, † quum eo tempore non haberet spẽ certam, vel proximam, sed remotam & pendentem à futuro effectu quum tempore factę legitimationis Lancelotus pater esset tunc iuuenis, & vxoratus de proximo, ita quod verisimiliter poterat suscipere filios legitimos & naturales: prout expresse determinat r Bald. *in l. fin. C. qui. t bus res iudi. non no. & do. Alexan. in præall. gat. consilio 2. circa octauam col.*

ADDITIO.

a Dignitatem ecclesiæ.] Ista ratio non est vera & illam reprehendit Alexan. vt dicit Ias. infra eo. cons. numero 21. cum seqq.

b De masculo.] Nec fundamẽtum nec decisio Abb. est vera vt per Ias. infra eo. cons. nu. 13. & rursus. num. 28.

c Si quis rogatus.] Bart. loquitur in patre vel auo spurij substituente. secundum. Ias. infra eo. cons. num. 28. & 29.

d Determinat.] Nõ facit ad propositum vt inquit Ias. infra eo. consil. num. 29. vers. nec obstat illud.

e Citato substituto.] Declarat Ias. infra eo. cons. nu. 30. hoc verum esse nisi in priuilegio imperatoris adesset clausula citatis & non citatis quorum interest.

f Extenditur.] Hoc est verũ in iam quæsitis: secus est in acquirendis vt trad. Ias. infra eo. cons. num. 31.

g Glos. solemnis Sapia.] In addit. ad Abb. c. cum haberet ad fi. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. Affli. c. 1. §. personam numero 7. per quos fiat inuesti. Fr. Marc. decis. 258. quæritur an hæres. nu. 2. par. 2. & illam glos. sequuntur communiter doct. vt dicit Io. Garro. l. 1. in textu. num. 37. in fi. C. de secun. nupt. Clar. §. testamentum. quæst. 31. vers. regulariter quidem.

h Filiis masculis.] Ias. supra cons. 240. spectabilis num. 45. lib. 2. vbi addo.

i Ad alias refertur.] Idem supra consil. 173. filiæ quondam vers. 4. moueor. lib. 2. vbi dixi.

k Incestuosi.] Vide eundem consil. 11. videretur. nu. 5. supra eo. vbi addo.

l Naturalis.] Vide tamen quod Dec. scribit c. in præsentia. nu. 47. vers. prædicta conclusio. de probat. & Ripa. l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 66. ff. ad Trebel. Ias. l. generaliter. §. cum autem. nu. 11. C. de inst. & substit.

m Substitutum.] Idem Ias. l. 2. nu. 243. C. de iure emph. Alex. cõs. 94. cõsideratis. ad fi. vbi dicit ita iudicatum. lib. 1. Dec. qui asserit communem. cons. 258. In casu. consil. 366. pro declarat. vtrobique. nu. 4. cons. 399. conclusionẽ. nu. 6. Rimin. Sen. cons. 28. visa facti. nu. 15. Affl. decis. 386. In causa petitionis. nu. 2. 3. Paris. cons. 1. nu. 64 & seq. lib. 1. vbi nonnulla cumulat pro hac communi opin. Sylua. qui magis communem testatur. cons. 45 prætermisso. numer. 24. Tiraq. l. si vnquam. ver. susceperit liberos. num. 63. C. de reuo. donat. Menoch. cons. 20. quod magnificus. nu. 32. Cotta in memor. ver. legitimatus excludit substitutũ. Rolan. cons. 67. Dominus Iacobus. nu. 16. lib. 3. vbi communem testatur. Et omnes vno ore hoc admittere trad. nouiss. Sfortia Oddo tract. de subst. cõpend. par. 6. in fine, an legitimati. Cõtrariam tamen opinionem tenet Dec. consil. 284. viso puncto. num. 12. vbi dicit priorem opin. non esse veram. & l. generaliter. num. 22. C. de instit. & subst. & sequuntur plures citati per Paris. cons. 12. Transactio. nu. 144. lib. 2. limita concluf. affirmatiuam nonnullis modis vt per Rolan. d. consil. 67. & Ceph. consil. 117. Rest. num. 21. cum seqq.

n Legitimis.] Ias. supra consil. 202. In præsenti. col. 2. lib. 2. vbi dixi.

o Scriptutam.] Idem consil. 125. Bartholomæus supra lib. 1. vbi addo.

p Non allegat.] Ias. cons. 16. videretur. num. 15. supra eo. vbi additum. dixi consil. 27. quæstio proposita. num. 11. vbi hoc cons. adduxi.

q Non citatis.] Ias. consil. 40. absolui. num. 12. & seq. infra eo. Port. consil. 105. quia inter. nu. 34. Rolan. consil. 61. multiplici. num. 30. lib. 1. vbi hoc cons. citant. Menoch. consil. 19. hæc magni num. 11. & vide Gabr. com. opin. lib. 1. de citatio. concluf. 1. num. 141.

r Determinat.] Alex. l. Gallus. §. & quid si tantum vers. & circa 4. quæstionem de lib. & posthu.

FRANC. BEGIVS.

CON-

CONSILIVM XL.

SVMMARIA.

1 *Dispensatio differt à legitimatione, & dispensatio dicitur odiosa, & ideo stricte intelligenda & num. 3. vbi declaratur.*

2 *Dispensatio. In dispensatione quæ fit etiam viuente patre requiritur citatio eorum, quorũ interest. & numero 12. vbi contra & num. seqq.*

Legitimatio filij fieri non potest quando tempore tam natiuitatis quam legitimationis non poterat adesse veritas matrimonij inter parentes num. 2. & numero 10.

3 *Dispensatio in genere sumpta tunc dicitur, quando Papa vel etiam inferior contra ius dispensat.*

4 *Legitimatus indistincte succedit agnatis & cognatis.*

5 *Legitimatus quoad bona paterna & non quoad bona restitutioni subiecta, succedit excluso substituto etiam quoad illa bona restitutioni subiecta.*

6 *Legitimatus excludit substitutum, & procedit non solum in eo qui est legitimatus simpliciter, sed etiam in eo qui est legitimatus quoad quid.*

7 *Verba illa* (in omnibus & per omnia) *denotant omnimodam perfectionem legitimationis.*

8 *Legitimatus ad omnes & singulos honores, dignitates & ad singulos actus legitimos & ad omnia, ac si esset ex legitimo matrimonio natus, excludit substitutũ etiam quando testator vel donator esset nobilis vel in dignitate constitutus.*

9 *Legitimatio est fauorabilis & extendenda ac late interpretanda, cum sit patris & principum donum.*

11 *Argumentum de legitimatione ad arrogationem valet.*

Legitimatio est similis arrogationi & est fauorabilior quam arrogatio. num. 11.

13 *Citatio substituti non requiritur quãdo pater facit legit. mari filium suum in vita sua.*

14 *Verba generalia quæ solũ possunt verificari in vna specie censentur specialia.*

15 *Verba ita intelligi debẽt ne frustra adiecta videantur, sed aliquid operentur.*

16 *Verba* (possunt & debent) *simul iuncta important necessitatem.*

17 *Legitimatio quæ non est facta cum expressione causæ legitimæ videtur inualida: intelligo vt num. 18. & aliis seqq.*

18 *Legitimatio. In legitimat. causa defectus filiorum est probabilis siue agatur de naturali siue etiam de spurio legitimando.*

19 *Legitimatio quando fit viuente patre de eius voluntate non requiritur expressio causæ.*

20 *Assertioni comitis Palatini in legitimat. dicẽtis se eam facere cum plena & plenissima causæ cognitione legitimationem fecisse: standum est eius assertioni num. 20.*

21 *Opinio illa in iudicando seruanda est, quæ meliori & subtiliori nititur ratione.*

22 *Opinio communis contra communem opinionem licet iudicare, si illa iure non probatur.*

23 *Glos. l. Lucius de hared. inst. limitatur.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

ABSOLVI alias consultationem in fauorem Alouysij Vistarini iunioris, q̃ attentis verbis donationis, de quibus ibi, ex duplici capite tãquam spurius, & fortius, tanquam legitimatus, de iure hospitali veniat præferendus. Relegi denuo ac reuidi ipsam consultationem, & mihi visa est iuri & iustitiæ consona: ideo eius defensionem iure optimo suscepi, tum quia mea, tum etiam quia iuridica. Quædam in oppositum lato folio adducuntur, quibus copiose & accurate fuit responsum per egregium dominum aduocatum Alouisij: & quia eius responsiones mihi visæ sunt optime quadrare, & bene ac sapienter obiecta diluere, sentio me respondendi onere subleuatum, ac magna ex parte exoneratum. Ideo quæ dicturus sum, paucioribus absoluam, non repetens fundamẽta, quæ in primo consilio feci, sed ad ibidẽ dicta me remittens. ¶ Contra legitimationem tria principaliter adduci videntur. Primo, quod non sit proprie legitimatio, sed dispensatio. Secundo, quod hospitale substitutum nõ fuit citatum, nec de eo in legitimatione habita mentio. Tertio, quod talis legitimatio non est facta cum expressione alicuius causæ legitimæ. ¶ Aggredior primã obiectionem, quod ista nõ sit proprie legitimatio sed dispẽsatio: quia licet possit dici, quod Aluysius sit integrè legitimatus quo ad statum suæ personæ, non tamen videtur integre legitimatus quo ad successionem omnium bonorum, tam paternorum quam aliorum agnatorum, vt ex discursu & lectura legitimationis apparet, in qua videtur solum dispensatus & habilitatus quo ad bona patris tantum, & sic limitate: ergo cum sit dispensatio † dicitur odiosa, & per consequens restringenda. *c. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6.* & sic non debet porrigere vires nisi ad expressa: *secundum Paul. de Cast. in l. sed si hac. §. patronum autem ff. de in ius voc. canen stæ in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. vbi Cardinalis Alexandrinus in quinto euidentiali. Felinus Sandeus in c. postulasti, in 11. colum. de rescript.* Et consequenter talis dispensatio non porrigitur ad bona fideicommisso subiecta, ex ista obiectione infertur, quod quamuis in legitimatione, quam facit fieri pater in vita, non requiratur alicuius citatio, *secundum Bartol. & docto. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum.* tamen in dispensatione, quæ fit etiam viuente patre, requiritur citatio † eorum quorum interest, cum talis dispensatio sit odiosa, alias eis non citatis non præiudicaret: secundum Pet. de Anchar. *in consilio 242. incipiente, ex tenore priuilegij apostolici. in 2. colum. ad fin. & sequenti. & in consilio 428. incipiente, circa primum quæsitum fuit satis expediens. sequuntur & multum commendant moderni Senenses in d. §. & quid si tantum. ad fin.* Vbi dicunt ita vidisse pluries consultum, & ita ipsos pluries consuluisse, quod dicunt esse signandum & notandum: quia multi non aduertunt, secũdum eos Ad idem adducitur: quia ex quo tam tempore natiuitatis quam tempore legitimationis pater erat matrimonio copulatus, & sic non poterat adesse ve-

se veritas matrimonij, nec etiam imago fingi potest argum. *l. 1. circa prin. Cod. de latina libertate tol. Paul. de Castr. in consil. 221. incipiente, super puncto isto plura subtiliter. in 4. colum. ad fin. vbi allegat canonistas ita tenere in d. c. per venerabilem.* Et quod ita reperit fuisse cõsultum per collegium Bononiense in quæstione valde ardua, in qua etiam Bal. & dom. Pe. eius frater consuluerunt in ciuitate Perusij. ¶ Ad istam obiectionem, in qua videntur aduersantes facere magnum capitale, plane respondetur, quod imo in casu præsenti, est proprie & vere legitimatio, non autem dispensatio. Pro cuius intelligentia sciendum
3 est, quod dispensatio in genere sumpta dicitur, † quando Papa, vel etiam inferior contra ius dispensat. *1. quæst one 7. c. requiritur. versicu. nisi rigor. & ibi gl.* magistra definit, quod dispensatio est iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi. *11 quæst. 1. §. ex his.* & ista dispẽsatio non potest fieri nisi ex magna causa: vt ibi dicit gl. alias est dissipatio & non dispensatio: *secundum Innocentium & canonistas in ca cũ ad monasterium, de statu monachorum.* Et ista quia est contra ius dicitur odiosa, & consequenter restringenda, *& de ea loquitur proprie text. in d. c. fi. de filiis presbytero. in 6. & in c. non potest. de præbend. in 6.* quædam est in specie dispensatio, quæ fit illegitime natis, quando habilitantur ad certos actus tantum, vel quando limitate habilitantur quo ad quid, puta vt legitimatus non succedat patri, nisi in eo quod patri placuerit relinquere. Ista est proprie dispensatio & non legitimatio, quia fa-
a cta est non simpliciter, sed quo ad quædam, [a] & quo ad quædam non secundum Paul. de Castr. & dominum Alexand. *in l. pactum dotali. C. de collat.* vel quando esset facta ad certos articulos, vel ad certos actus tantum: secundum Pau. de Cast. *in præallegato consil. 221. incipiente, super puncto isto plura subtiliter.* Sed in casu præsenti Aluysius non fuit legitimatus, vt limitate succederet quo ad quædam bona patris, & quo ad quædam non, sed fuit legitimatus quo ad omnia bona patris, vt in omnibus bonis paternis succederet, super quibus principaliter agebatur prouideri, & non fuit legitimatus limitate vt succederet in bonis patris tãtum: sed simpliciter fuit dictum, ad successionem patris & bonorum, ac iurium suorum. De successione autem aliorum agnatorum quando nihil in legitimatione fuisset dictum, illud relinqueretur dispositioni iuris cõmunis secundum q̃ legi-
b timatus [b] indistincte succedit agnatis † & cognatis,
4 *text. est rotundus in §. quapropter ambis. in authen. quibus mo. natu. efficiantur sui. per quem text. ita tenet Mar. Lau. in q. per eum disputata, quæ incipit, Augerius. in 20. col. Io. And. in additionibus Specu. in titu. de succeß. ab intesta. §. 1. versi. ex facto. & §. fi. in penult. colum. Ang. in in §. filium vero. per illum text. in authen. quib. mod. natur. effi. sui. Bald. in l. communium. C. de natu. lib. & in l cum in adoptiuis. C. de adoptionibus. dom. Anton. de But. in d. c. per venerabilem. post medium, in versic. quia supra visum est, an legitimatus, do. Abb. in consil. 87. incipiente, In quæstione, qua vertitur inter Iulianum. in 2. colum. ad fi. Pau. de Cast. in consil. 225. incipiente, Super primo dubio. in 4. colum.* ¶ Secundo & notabiliter dicitur, quod legiti-
5 matus quo ad bona † paterna, & non quo ad bona restitutioni subiecta, tamen succedit excluso substituto etiam quod ad illa restitutioni subiecta, secundum Pet. de Ancha. *in consil. 225. quod incipit, Videtur prima facie dicendum. in 1. col. in versi. postremo.* ¶ Tertio dicitur, quod communis conclusio scribẽtium, quæ habet, quod legitimatus excludit substitutum, procedit non solum in eo, qui est legitimatus simpliciter, † sed etiam in eo, qui est legitimatus quo ad 6
quid, quo casu dicitur dispensatio. nam adhuc talis dispensatus excludit substitutum. ita notabiliter & egregie tenet Paul. de Castr. *in præallegato consil. 221.* ¶ Quarto dicitur, quod imo Aluysius est quo ad omnia legitimatus, & non limitate, vt patet ex verbis legitimationis, ibi, ad omnes & singulas successiones. Item dum dicitur, reducendo & redintegrando in omnibus & per omnia, perinde ac si esset de legitimo matrimonio procreatus. Illa enim verba, in omnibus † & per omnia, denotãt omnimodam per- 7
fectionẽ legitimationis, & sic quo ad omnium successionem. *iuxta l. 2. §. fuit ioſue. in verb. per omnia & in omnibus. ff. de iur. cod c. quem text. reputat singulariẽ & non reperiri alibi Ang. ibi. & in l. in negotiis. ff. de reg. iu. sed est alius text. in c. grandi. circa med. um. de supplenda negligentia prælatorum. in 6. & in clemẽtina. exiui. in vlt. char. in §. circa equoꝝ. de verbo. sign. f.* Item ibi dicitur, q̃ legitimatur ad oẽs & singulos [c] honores, dignita- c
tes, † & ad singulos actus legitimos, & ad omnia, ac 8
si esset ex legitimo matrimonio natus, per quæ verba taliter legitimatus excluderet substitutum, etiam quando testator, vel donator esset nobilis, vel in dignate constitutus: secundum do. Alex. *in cor. s. 2. primi vol. incipiente, Visis cod. cillis. in 20. col. in responsione 11. argumẽti.* ¶ Per ista omnia apparet in casu præsenti esse legitimationem veram, & propriam & sic fauorabilem: & extendendam, † large interpretandã, 9
& ampliandam, cũ sit patris & principis donũ, [d] *au-* d
then. item si quis. C. de natur. lib secundum Bal. in l. seruus. C. de lega. Geminianus. in c. 1. in §. 1. in penult. col. de filiis presbyteris. in 6. Pet. de Ancha. in consil. 428. incipiente, Circa primum quæsitum fuit satis expediens. circa principium. & in consil. 242. quod incipit, Ex tenore priuilegij apostoli. in princ. & notabiliter Paul. de Castr. in l. sed & si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. & in præallegato cõsil. 221. in 4. col. ad fi. & sequenti. Non autem est habitatio limitata ad certos actus tantum, & sic non est dispensatio; quia illa bene est odiosa, & sic stricte interpretanda & restringenda. *d. c. 1. & fi. de filiis presbytero. in 6. & c. non potest. de præbend. in 6. & declarant Doctores in locis præallegatis.* ¶ Non obstat etiam, dum obiiciebatur, quod Aluysius est natus ex talibus, inter quos nõ poterat esse matrimonium, neque tempore conceptionis neque tempore legitimationis, quum vtroque tempore pater esset coniugatus. Ergo cum non posset adesse veritas matrimonij, † ergo 10
nec imago fingi potest, *arg. l. 1. in prin. C. de lat. lib. tol.* quia respondetur, quod in genere potuerit esse matrimonium ante, vel post illa tempora, [e] ad hoc vt e
Aluysius potuerit legitimari. §. *sed & illud. insti. de adopt.* arguendo de arrogatione ad legitimationẽ, [f] q̃ f
argumentũ † est validũ: vt est gl. *in l. 1. §. fi. in verb. parentib ff. ad municip. Bar. in l. Gallus. §. nunc. de lege. in pen. quæst. ff. de lib. & posthu.* Nã legitimatio similis est arrogationi. *Iubemus. C. de natu. libe. secundum Bald. in l. 1. in vlt. col. C. de in. aur. annu.* imo legitimatio est fauorabilior quam arrogatio, *secundum Bald. in l. neq; absens. circa fi. ff. de adopt.* & est esse legitimum quam adoptiuum:

ptiuum: *vt notat Bald. in l. si te parẽs. C. de suis & legi.* ¶ Nec obstat illud quod Paul de Castr. *in præallegato consil. 221. in 4. col. ad fin.* refert fuisse consultum per collegium Bononiense, scilicet de nato ex illis, inter quos non poterat esse matrimonium lege diuina prohibente: vbi non est proprie legitimatio, nec restitutio natalium, sed dispensatio: quia in casu nostro nõ erat prohibitio matrimonij per legem diuinam, sed impedimentum accidẽtale, quod non prohibet matrimonium potuisse esse in genere ante, vel post illud tempus, & consequenter non impedit legitimationem. ¶ Stat ergo ex prædictis vera conclusio, quam ego pro indubitata teneo, quod in casu præsenti sit propria legitimatio non autem dispensatio. Et per hoc tollitur illud, quod dicebatur per aduersantes, quod in dispensatione, etiam quæ fit viuente patre, † requiratur citatio venientium ab intestato, alias dispensatio eis non præiudicat, *secundum modernos Senenses in d. §. & quid si tantum in fi. post Pet. de Anchar. superius allegatum.* Istud enim cessat, ex quo hic est vera legitimatio, & non dispensatio. Præterea, illa limitatio videtur esse contra omnium rationem; quia legitimatio est maioris præiudicij, cum in totum sit exclusiua venientium ab intestato, quam sit dispensatio, quæ est limitatiua, & solum præiudicat quo ad quid, & non in totum: ergo in legitimatione quæ est maioris præiudicij, cautius deberet procedi: per regulam *c. vbi periculum. de reg. iur. in 6.* Si ergo in legitimatione, quæ est longe magis præiudicialis, quando fit viuente patre, non requiritur alicuius citatio, *secundum Bar. & scribentes in d. l. Gallus. §. & quid si tantum.* ergo multo minus debet requiri citatio in dispensatione, quæ fit viuente patre, cum illa sit minoris præiudicij, & sic talis limitatio non videtur esse rationabilis. Circa secundam principalem obiectionem, quod hospitale substituturum non fuit citatum, nec de eo in legitimatione habita est mentio, dupliciter respõdi in alio meo consilio. Primo, quod in priuilegio imperatorio legitimationis adest expressa clausula, citatis & non citatis his quorum interest. Secundo, quod tempore legitimationis hospitale habebat solum spem dubiam, & nõ considerabilem. Nec prædictis solutionibus video aliquid obiici, quod multum vrgeat. Tertio & notabiliter dicitur, quod † quando pater fecit legitimari filium suum in vita sua, tunc non requiritur citatio substituti, secundum do. Alex. *in præallegato consil. 2. primi volu. in 6. ad fi. & principio sequentu.* Quarto & notabiliter respondetur, quod imo in dicta legitimatione facta est sufficienter mẽtio de hospitali in illis verbis, licet bona tua Lanceloti peruenire possent & deberẽt in alium seu alios. quæ verba nõ possunt verificari, nisi in illa specie substituti, & in bonis subiectis fideicommisso, ergo idem important, ac si de substituto facta fuisset expressa mentio, quia verba generalia, quę solum † possunt verificari in vna specie censentur specialia. *l. si optio. ff. de opti. leg. l. si domino. & ibi Bar. & alij ad hoc not ff. de leg. 1. c. exparte. el. 1. & ibi glos. fi. & do. Abbas ad hoc not at. de officio delegati. do. Francis. de Aret. in l. 2. §. & harum. in pen. col. ff. de verb. obliga. facit text. in l. 2. ff. de libe. & posthu. & in §. nominatim. instit. de exhære. lib.* Quod autem dicta verba non possint intelligi, nisi de substitutis, patet: quia si intelligerentur de successuris ab intestatõ, prout aduersarij dicunt, certe essent penitus frustratoria, † & nihil importarent: *contra l. si quãdo in prin. ff. de lega. 1. & c. si Papa. in prin. de priu. leg. in 6.* quia etiam quod talia verba non apponãtur, semper per legitimationem derogatur successuris ab intestato. *l. conficiuntur. in princ. ff. de testa. codi. & l. ab exheredati. in prin. ff. de lega. 1.* Vt ergo talia verba nõ reddantur superflua & inepta, necessario referẽda sunt ad substitutum. Item ponderentur verba, possent & deberent. Nam ista verba simul iuncta important † necessitatem. [k] *c. 1. in verb. possumus & debemus. vt eccle. sia. beneficia. facit. l. prætor in princ. ff. de eden. cle. 2. cum gloss. in verb. debent. de statu monachorum. do. Alexand in consil. pen. secundi vol. quod incipit, Visis verbis dicti testamenti. ad fi.* Ergo non conueniunt venientibus ab intestato, qui necessario non sunt successuri, sed solum possunt ab intestato venire. *dicta l. conficiuntur. in princip.* ergo talia verba, quæ sunt necessitatis, necessario intelliguntur de substituto. ¶ Circa tertiam principalem obiectionem, quod legitimatio non est facta cum expressione causæ legitimæ † & sic videtur inualida *d. capit. per venerabilem. in verb. causis inspectu. & ibi dom. Abbas & alij ad hoc notant, cum suis concordantiis*, præsertim cum sit facta à comite Palatino. vnde dicit dom. Antonius Rosellus *in tractatu suo legitimationis in secundo libro sub rubrica, de causa materiali vel subreptitia. in versicu. Sed hic dubitatur, an in legitimatione debeat inseri causa.* quod comites Palatini non possunt legitimare sine iusta & laudabili causa: ex quo dicit posse destrui multas legitimationes: tripliciter respondetur. Primo, quod imo ista legitimatio fuit facta expressa causa legitima; eo quia dom. Lancelotus Vistarinus erat infirmus, & carebat legitima sobole, & frater suus erat præmortuus sine filiis. Ista causa carentiæ filiorum est probabilis, [l] vt legitimatio fiat filij, † siue spurij, siue naturalis. §. *si quis ergo non habens filios. in authen. quibus mod. natu. effi. legi. & §. illud. in authen. quibus mod. natu. effi. sui. Bartol. & alij in l. ex facto. in princip. in 3. colum ff de vulg. & pupil.* Secundo notabiliter respondetur, quod quando legitimatio fit viuente [m] patre de eius voluntate, † non requiritur expressio alicuius causæ: secundum domi. Alexand. *in consil. penult. quinti volum. incipiente, Perspectis verbis d. priuilegij. in vlt. colum.* Tertio respondetur, quod comes in legitimatione asserit, se eam facere cum plena & plenissima causæ & facti cognitione, & ex certa scientia, & de imperialis potestatis plenitudine † cuius assertioni standum est. [n] *c. in præsentia. de renunciatio. capitu. cum inter. & c. sicut. de re iudi. & l. 2. C. de offic. ciui. iu. dom. Alexand. in præallegato consil. 2. primi volum. in col. penult. Alber. de Rosa. & Paul. de Castr. in l. actus. ad fin. C. de feriis & Bald. notabiliter in rubr. extra de offic. deleg. in penultima colum.* ¶ Circa decisionem Bald. *in capit. in præsentia. in 13. colum. de probatio.* nunc aliter non insistam; quia opportune tetigi in primo meo consilio, vbi dixi, quod Bald. nulla lege, & nullo iure mouetur, & quod illam decisionem in specie reprehẽdit doctor veritatis dom. Alexand. *in l. ex facto. § si quis rogatus. in 6. fallentia. ff. ad Trebellia.* motus bona ratione, quam in dicto meo consilio retuli & confirmaui, & postea ostendi duplici consideratione, quod illa decisio Bald. non facit contra casum præsentem.

Nec

Nec me mouet illud, quod per alios adducitur, q̃ Felinus ibi perfunctorie transeat cum illa decisione Bald. & Philippus Decius ibidem: quia dico, quod 21 illa opinio dicitur esse melior, † & in iudicando ser- o uãda, quę meliori & subtiliori nititur ratione. ° *capi. capillanu. & ibi Bald. ad hoc notat, de feriis. item dicit text. 20. distinctio. capitu. 1.* quo quisque magis ratione nititur, eo maioris authoritatis eius verba es- 22 se videntur. Item, quod est fortius, † possumus iudicare contra communem opinionem, si illa iure non probatur, *secundum dominum Anton. de But. & dominum Abba. in capit. tua nos. in 2. colum. de vsuris. Andreas Barbatius in consil. 10. secundi volum. incipiente, Præclare scribitur apud psalmistam. in vltim. colum. & ita est in illa decisione Bald. qua iure non probatur, vt dixi in primo meo consil.* ¶ Circa aliam ponderationem, quam feci in meo consilio, quod dictio, *filios*, pluries dispositiue repetita in donatione facta per personam penit[a] extraneam comprehendat etiam spurios ad exclusionem hospitalis substituti, adducuntur quædam absurda, quæ per hoc viderentur resultare, præsertim quod deterioris conditionis essent filij legitimi 23 & naturales, qui solum sunt positi in conditione, † & sic non impedirent alienationem bonorum, *iuxta gloss. communiter approbatam in l. Lucius. & ibi Bart. ff. de hared. instit.* quam spurij dispositiue vocati: & ex hoc corollarie inferuntur quædam alia, quæ videntur absurda: quia respondet vno verbo, quod filij legitimi & naturales in dicta donatione, non solum sunt positi in conditione, imo sunt dispositiue vocati in quarta clausula, quæ videtur per donatorem apposita ad remouendum talia, quæ videntur inconuenientia, ibi, & quod ipsa bona sint & esse intelligantur acquisita eis Lanceloto, & Ioanni Frãciscо, & eorum filiis ipso iure in stirpes & non in capita. & idem dicitur in clausula sequenti, quæ clausulæ cum dispositiue admittant filios spurios, vt firmaui in primo meo consilio, ergo multo magis legitimos & naturales. *authen. multo magis. Cod. de sacrosanct. eccles.* Præterea glos. *in dicta l. Lucius.* limitatur, nisi testator, vel donator in defectum filiorum, qui sunt positi in conditione, prouidisset de vlterio- p ri substitutione, p vt in casu præsenti: secundum Petrum de Anchar. *in consil. 73. incipiente, Contra Philippum. & sequi videtur dominus Alexand. in consil. 64. quinti volum. quod incipit, Difficultas dubitationis præmissæ. in vltima colum.*

ADDITIO.

a Quo ad quædam.] Refert Dida. in epit. de sponsa. par. 1. secundæ par. capit. 8. §. 8. in prin.

b Legitimatus.] Refert Roland. consilio 61. multiplici. numero 52. lib. 1.

c Ad omnes & singulos.] Roland. cõsil. 67. dominus. num. 39. lib. 3. & consil. 26. stante capit. num. 8. & 9. lib. 4. vbi Iaso. refert.

d Patris & principis donum.] Idem Ias. consil. 184. circa legitimationem in princip. supra lib. 2. vbi dixi.

e Illa tempora.] Ias. refert Roland. consil. 12. legitimationem. numer. 63. verficul. 2. responderi potest, in fin. lib. 4. Sed Iason. reprobat Osas. decis. 119. tertius principalis numero 18.

f Legitimationem.] De hoc vide Ias. d. consil. 184. colum. 2. vbi dixi. addo Roland. referentem d. consil. 61. num. 51. lib. 1. & de dicto Bald. l. neque absens. meminit Roland. consil. 96. decreueram. num. 30. lib. 3. vbi etiam refert Bald. l. si te patens. C. de suis & legitim. de quo vide eundem Ias. l. Gallus. §. nunc de lege, colum. vlt. de liber. & posthu. l. adoptiuum: quam legit. cum §. vltim. l. 2. de in ius vocan. & in rub. de liber. & posthum. colum. 2. verficul. confirmo. & per Tiraquel. l. si vnquam, verb. donatione largitus. numero 286. C. de reuo. donat.

g Non citatis.] Ias. consil. præced. colum. vlt. versic. 4. non obstat vbi addo.

h Substituti.] Contrarium tenet Gabr. com. opin. lib. 2. de citatio. conclus. 1. num. 138.

i In vna specie.] Dixi supra consil. 15. in præsenti numero 2. libr. 1.

k Necessitatem.] Idem Ias. l. Gallus. in princ. num. 27. de lib. & posthum. & de verbo debet Ias. l. qui iurisdictioni. nu. 8. de iurisd. omn. iud. & late Tiraquel. de vtroq; retr. titu. 1. §. 1. gloss. 15.

l Prohibitis.] Idem Iaso. consil. 127. dubitatur col. 5. cap. fin. infra libro 4. Gozadi. consil. 48. in causa Florentina. num. 12. versic. 3. consil. 85. videtur prima. num. 18. versicu. 10. Roland. consil. 29. videtur. 1. facie. numer. 17. versic. 2. respondeo & arguendo consil. 89. visa legitimatione. num. 17. lib. 1. cum aliis vt per Menoch. d. consil. 19. num. 21.

m Viuente patre.] Ias. d. consil. 127. num. 6. in fin. Gozad. d. consil. 48. num. 12. & Menoch. d. consil. 19. num. 22.

n Standum est.] Gozad. consil. 6. prima facie. num. 83. versic. ad decimum quartum. Roland. d. consil. 89. num. 18. Parisi. consil. 1. numero 109. lib. 2. & vide Aymo vbi hoc consi. citat. tract. de antiq. temp. 2. par. in princip. num. 9. fol. 241. Menoch. d. consil. 19. numero 20. versicu. non obstat secundum.

o Nititur ratione.] Idem Ias. consil. 16. omissis. supra lib. 1. consil. 35. viso testamento. num. 12. supra eod. Curt. iun. consil. 63. præsupponitur. num. 18. consil. 160. præsupponitur. nu. 11. Cagnol. l. 2. vers. quod ad magistratus. num. 241. & seq. ff. de orig. iur. Natta consil. 358. contra fratres. num. 10. Grat. consil. 2. rursus in causa. num. 56. libr. 1. consil. 77. duo principaliter. num. 16. & consil. 160. cum nudius tertius. num. 17. libr. 2.

p Substitutione.] Ias. consil. 232. super testamento. supra libro 2. vbi dixi.

FRANC. BEC.

CONSILIVM XLI.

THEMA.

IN duabus apodissis dominus Corradus de Auria p̃misit vẽdere magnifico domino Ioanni Ludouico de Flischo infra duos menses castrum suum Lodani cum prædiis, domibus, ædificiis, & iurisdictione eo modo, quo venduntur & consignantur domus in Ianua, pretio ducatorum decẽ millium; cum pacto expresso, quod antequam domi. Corradus faciat consignationem dicti castri & iurisdictionis; quod dominus Ioannes Ludouicus debeat prius deponere in manibus domini Augustini Lomelini libratũ quindecim millia Ianuę. Et dicta conuentio fuit roborata iuramento ambarum partium, cũ appositione pœnæ ducatorum duorum millium quingentorum casu, quo domin. Corradus dictam venditionem non faciat: & prout plenius in dictis apodissis cõtinetur. Quæritur stãtibus multis in fauorem dom. Corradi deductis, quæ in facti narratione seriosius explicantur, an dominus Corradus excuse-

tur

tur à pœna supradicta, & an ei licuerit dictum castrum alteri de domo Auria vendere.

SVMMARIA.

1 *Fides non est obseruanda non obseruanti fidem cõtractus etiam vbi interuenit iuramentum, & qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*
2 *Contractus si non sit obseruatus etiam in minimo capitulo obstat agenti exceptio in principali.*
3 *Persona æque idoneæ præstatione videtur quis satisfecisse conuentioni & impleuisse pro parte sua & nu. 4. vbi declaratur & nu. 5.*
4 *Depositarij electi ab vtraquè parte personam mutare non potest vna pars contra voluntatem alterius & formam iuramenti.*
5 *Iuramentum debet impleri in forma specifica & non sufficit illud implere in effectu nec per æquipollens ex cõmuni opinione, quia iuramentum seruandum est in forma specifica.*
6 *Venditio debet haberi pro facta & impleta quando stat per emptorem quominus fiat.*
7 *Vendere qui promisit alicui fundum sub pœna si eum sibi postea vendidit, sed non tradidit non incidit in pœnam.*
8 *Impeditus per vim tradere rem quam vendidit excusatur à pœna.*
9 *Difficultas excusat à pœna & periurio saltem ope exceptionis.*
10 *Interesse affectionis consideratur in re quæ fuit maiorum.*
11 *Stipulari potest quis tertio & illi acquirere, quando stipulantis interest.*
12 *Remittentibus iura sua non amplius regressus datur.*
13 *Stipulari vt quis possit alteri requiritur, vt eius pecuniariter interfit, & non sufficit interesse affectionis: quod limitatur vt nu. seq.*
14 *Interesse affectionis in contractibus bonæ fidei facit vt ei detur actio cui alias non daretur.*
15 *Interesse resultans ratione amicitiæ sufficit vt quis possit alteri stipulari.*
Stipulatio facta alteri sustinetur ratione interesse resultantis ex amicitia. nu. 15.
16 *Interesse affectionis & consanguinitatis licet non sufficeret ad hoc vt quis posset alteri stipulari, tamen secus esset, quando etiam simul concurreret interesse pecuniarium.*
Stipulatio alteri facta sustinetur quando cum interesse affectionis concurrit interesse etiam pecuniarium numero 16.
17 *Interest nostra non habere vicinum grauem & potentem.*
18 *Promissio facta alteri quantum ad liberationem saltem prodest absenti quo ad exceptionem doli vel vtilis pacti.*
19 *Causa quælibet etiam prohibita excusat à pœna, quinimo qualibet causa etiam iniusta & temeraria excusat à dolo & à pœna doli: imo omnis credulitas quamuis fatua excusat à pœna doli.*
20 *Bona fides potest causari non solum ex iustis rationibus sed etiam ex iniustis & temerarijs.*
21 *Emptor secundus, cui prius possessio fuit tradita præfertur primo emptori.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

OMissis non necessarijs substantialia attingendo, dico præfatum domin. Corradum non incidisse in dictam pœnam ducatorum duorum millium quingentorum; eo quia in dictis apodissis est pactum expressum, quod antequam dom. Corradus faciat consignationem dicti castri & iurisdictionis, quod d. Ioannes Ludouicus debeat prius deponere dimidiam dicti pretij decem millium ducatorum in domi. Augustinum Lomelinum. Et istud pactum fuit iuramento roboratum cum appositione pœnæ suprascriptæ, ergo dom. Ioan. Ludouicus, qui istud pactum non adimpleuit, quod prius adimplere tenebatur, † repelli 1 debet ab agẽdo. *l. si quis maior. C. de transact. l. qui fidem. ff. eod.* Ergo excusatur domi. Corradus, si ei non adimplenti pactum, quod prius adimplere tenebatur, postea venditionem promissam non fecit: quia non obseruanti fidem contractus, non est fides obseruanda. *l. cum proponas 2. C. de pac. & in regu. frustra. de regul. iur. in 6.* etiam vbi iuramentum interuenit, *vt est tex. in capitu. peruenit. 2. de iureiuraud.* Item non adimplenti contractum pro parte sua, non est etiam adimplendum pro parte aduersa. [a] *l. Iulianus §. offerri ff. à de actio. emp. l. quæro. §. inter locatorem. ff locati. l. ex placito C. de re. permu.* Nam qui differt facere, quod debet, non potest petere illud, quod ei promissum est. *ita notat Bal. in authe. dos data. per illum text. C de don at. ante nup. facit text. in l. si non fuerit. & ibi gloss idem notat. ff. de de iureiurand.* Item qui non facit quod debet, non recipit quod oportet: Ista enim est natura pœnarũ, siue legalium, siue conuentionaliũ, quod nisi actor penitus probet ex sua parte debitũ implementum contractus fuisse sequutũ, à pœnæ petitione repellitur: quia liquida debet esse causa, vt pœna petatur vt iuribus prę allegatis, & quia in pœnis liquidissima debet esse probatio. *l. in testamento 1. ff. de condit. & demonstra. Ita formaliter dicit Bald. in capi. 1. in vltim. colu. qualiter dominus à proprie. priue. in vsibus feudo.* Item etiam propter vnum minimum capitulum contractus † non obseruatum, [b] obstat agenti exceptio in 2
principali: & per hoc etiam impeditur commissio b
pœnæ ipso iure. *Ita egregie notat Bald. in l. pacta conuenta. in 2. notabili. ff. de contrahend. empt. quam legem legit Bald. in l. iurisgentium. post §. adeo. ff. de pact.* Sicut venditor etiam pro vno minimo nummo pretij sibi non soluto potest totam rem venditam retinere *secundum Bald. in l. fin. C. commodati.* ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod domi. Ioannes Ludouicus, posito quod dictas libras quindecies mille Ianuæ non deposuerit penes domi. Augustinum Lomelinum, prout expresse conuentum & iuratum fuit inter ipsas partes, tamen ex quo dictam summam deposuit penes aliam personam idoneam, † dicitur satisfecisse conuentioni, & impleuisse 3
pro parte sua, ex quo domin. Corradus non potest in hoc prætendere aliquod interesse: *per text. notabilem in l. qui autem. §. sed & si quis certam. ff. de constitu. pecu.* Vbi est text. notabilis, quod qui constituit

certam personam pro se fideiussuram, potest aliam
c personam non minus idoneam fideiubentē c præstare; *& ibi glo. notat ex illo tex. de præstatione similis personæ & equaliter idoneæ*, quia respondetur, quod domin. Ioannes Ludouicus non potuit mutare personam depositarij iam electi ab vtraque parte contra
4 voluntatem venditoris, † & contra formam iuramenti; prout de primo est text. notabilis *in l. si mandato meo. §. 1. in verb. aut si nolit creditor mutare. ff. mandati. quem text. ad hoc multum notant Bald. Salyce. & alij moder. in l. si pater. C. de colla.* Præsertim cum dom. Ioannes Ludouicus sit potentissimus & maximæ authoritatis in ciuitate Ianuæ; & propterea dominus Corradus noluit confidere de alio depositario quā domino Augustino Lomelino, per ambas partes electo; *iuxta gloss. & Bartol in l. 2. in princip. cum suis concordantijs. ff. qui satisd. cog.* Nā & res in hominem potentem translata, cum ab eo sit difficilis recuperatio saltem de facto, habetur perinde, ac si esset perempta; secundum Bald. notabiliter *in l. fin. a l. fin. ff. de nego. gest.* ¶ Nec obstant prællegata. *l. qui autem. §. sed & si quis certam. cum gloss. ff. de constitu. pecu.* quia loquitur, quando persona, quæ debebat fideiubere, nolebat & recusabat fideiubere, vel erat prius mortua, & constituens non fuit in aliqua mora, tunc ex æquitate toleratur, vt possit aliam personam non minus idoneam fideiubentem præstare. Sed ista cessant in casu præsenti, igitur &c. ¶ Præterea, dom.
5 Ioannes † Ludouicus iurauit, & consequenter dictum pactum de deponendo dimidiam pretij in dictum Augustinum Lomelinum iuramento corroborauit, ergo debuit iuramentum implere in forma specifica, nec sufficit adimplere in æquipollenti, aut in effectu. *cap. ad nostram 1.* & ibi dom. Abbas, & Ioannes de Imo. ad hoc notant, de iureiurand. & ibidem domin. Feli. in vltim. colum. circa medium attestatur istam esse communem opinionem, quod iuramentum sit adimplendum in forma specifica, nec sufficiat illud adimplere in effectu. *facit bene tex. in l. qui per salutem. ff. de iureiuran. l. & text. in c. debitores. de iureiurand. & in capit. commissum. de spons.* Et quod vult gloss. reputata singularis *in l. si pecuniam. in princ. in gloss. parua in verb. necesse habeas. ff. de condi. ob caus.* quæ singulariter vult, quod vbi in obligatione facti interponitur iuramentum, compellitur præcise iurans ad factum, vbi alias soluendo interesse liberaretur. d *l. stipulationes non diuiduntur. in princip. in vers. Celsus. ff. de verborum obliga. & l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iud.* Eo quia iuramentum debet seruari in forma specifica. & illa gloss. est ad hoc singularis; *secundum Bald. in capitul. quæ in ecclesiarum. in 12. colum. in princip. de constitu.* sed soleo allegare concordantem glo. *in l. in eadem in gloss. fin. ff. ex quibus cau. maio. & prædictam gloss. sequitur Bald. in dicta l. si pecuniam. in princi. & in l. 1. in penultim. colum. C. de senten. quæ pro eo quod inter. & in proœmio feudorum in 7. columna & in l. sed & hæ. §. præter ff. de procura. & in capitul. ex rescripto per illum tex. de iureiurand. Late canon præsertim dom. Abbas post o. Anton. de But. & Io. de Imo. in cap. veniens in pen. & vlt. col. de iureiurand. & in capitu. per tuas de arbi. facit bene text. in capitu. querelam & ibi dom. Anto. de But. & Ioann. de Ana ad hoc notant, ne præla. vices suas.* Et per hoc fundamentum alio & secundo modo respondetur, non obstare text. in dicto *§. sed & si quis certam.* quia ille text. non loquitur, quando in promissione dandi certum fideiussorem interuenit iuramentum, prout in casu præsenti, quod iuramentum est præcise implēdum in forma specifica, nec sufficit; quod adimpleatur per æquipollens, aut in effectu, vt dictum est supra. Item prædictus dominus Ioannes Ludouicus non adimpleuit etiam quædam alia per eum promissa causa & occasione istius contractus, de quibus apparet in processu. ¶ Secundo principaliter ex alio dicitur, dominum Corradum non incidisse in suprascriptam pœnam ducatorum duorum millium quingentorum; eo quia præsupponitur in facto, quod do. Corradus infra tempus conuentum scilicet duorum mensium obtulit in præsentia domi. Ioannis Ludouici facere venditionem conuentam in præsentia duorum notariorū conductorum pro faciendo instrumentum dictæ venditionis, sed do. Ioan. Ludouicus recusauit, asserens dictos notarios esse sibi suspectos. cum tamen fuisset expresse conuentū in secunda apodissa, quod do. Corradus posset secum conducere vnum notarium ad conficiendum dictum instrumentum in forma valida: vnde cum steterit per do. Ioan. Ludouicum, † vendi- 6
tio debet haberi pro facta & pro impleta *l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam. ff. de contrahend. emp. l. veteres in fin. ff. de itine. actuque priua. facit regula l. iure ciuili. ff. de condi. & demonst.* Imo, quod plus est, dominus Corradus infra tempus dictorum duorum mensium in apodissis conuentum, fecit venditionem in ampla forma ad dictamen sapientis, notario stipulanti nomine dom. Ioann. Ludouici, & sic adimpleuit illud, ad quod tenebatur: Ergo non potest dici incidisse in pœnam conuentam. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod do. Corradus infra tempus limitatum non tradidit dictum castrum cum iurisdictione præfato domino Ioanni Ludouico, nec fecit consignationem, prout facere tenebatur; quia respondetur dupliciter. Primo, quod qui promisit vendere alicui fundum sub pœna, si eum sibi postea vendidit, † sed non tradidit, non incidit pœnam. e ita 7
in terminis determinat Bald. *in l. fin. in penult. quæstio. e C. de pact. inter emptor. & vendit. & eum sequitur Aretin. in consilio 28. incipiente, Diligenter animaduersis his quæ in puncto vtriusque consultoris deducuntur in 1. colum.* Secundo & planius respondetur, quod domi. Corradus fuerat spoliatus dicto castro, & pendebat iudicium cōtra spoliatorem, ergo excusatur † à pœ- 8
na, si non tradidit, cum tradere non potuerit, *vt est text. clarus in l. si ea res. in princip. ff. de actio. empt.* Vbi formaliter dicit tex. quod si ea res, quā emptori præstare debebam, per vim mihi adempta fuerit quamuis eā custodire debuerim, tamen propius est vt nihil amplius quam actiones persequendæ eius præstari à me emptori oporteat; quia custodia aduersus vim parum proficit. *ita dicit ibi formaliter text.* Præterea etiam difficultas † excusat à pœna, & à periu- 9
rio, saltem ope exceptionis. *l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhodi. de iactu. l. 2. in princip. ff. si quis caut. cap. breui. de iureiurand. secundum Barto. & alios in l. continuus. §. illud. ad fin. ff. de verborum obligat. & in l. quod te. ff. si certum peta. dom. Abbas in capitu. Gemma, in penulti. colum. de sponsa.*

¶ Tertio principaliter ex alio capite defenditur do. Corradus, vt non incideret in pœnā prædictam

& quod

& quod ei licuerit dictum castrum cum prædijs & iurisdictione alteri de Auria vendere. Nam præsupponitur in facto, quod nonnullis de Auria ægreferentibus, quod prædictum castrum Lodani antiquissimum in familia de Auria exiret eorum agnationem do. Io. Ludouicus promisit non molestare prędictum do. Corradum pro dicta pœna conuenta, & quod posset dictum castrũ vendere ipsis de Auria dummodo soluerentur sibi ducati ducenti. Certe ista conuentio habuit prodesse domino Corrado, licet absenti; eo quia intererat stipulantem retinere
10 illud castrum in eorum familia, † quod in illa antiquissimum fuerat, *argumen. l. si in emptione. ff. de minor. & l. lex quæ tutores. C. de administr. tuto. & l. libertus qui soluendo. ff. de bon. liber.* Vnde quando interest stipulãtis, potest alteri tertio † stipulari, [f] & illi acquirere.
f *l. stipulatio ista §. alteri. & §. si stipuler. ff. de verborum obliga. & §. alteri. institu. de inuti. stipul.* Ex quo ergo dom. Ioann. Ludouicus remisit pœnam conuentam domino Corrado licet absenti, & conuenit, quod dominus Corradus posset vendere dictum castrum
12 alijs de Auria, certe succedit regula, † quod remittentibus actiones suas non est amplius regressus
g dandus; g *vt dicit text. in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædili. edic. & tex. 7. q. 1. in capit. quam periculosum.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod ad hoc vt quis possit alteri
13 stipulari, requiritur quod † eius interfit pecuniariter, & quod non sufficit interesse affectionis, vel cõsanguinitatis: *vt est gloss. notabilis in l. fideiussoris, & ibi Bar. & alij ad hoc notant. ff. de pact. & est text. in l. 3. §. & si forte. ff. iudicatum solui. & in l. quod dictum & ibi Ange. & Rapha. Fulgo. ad hoc notant. ff. de pac. idem tenet Bart. in d. l. stipulatio ista. §. alteri. & in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatio. & in l. vnica. in 8. colum. C. de senten. quæ pro eo quod interest*, quia ad hoc quadrupliciter respõdetur. Primo, quod prædicta non habent locum
14 in contractibus bonæ † fidei, vt est in casu præsenti in contractu venditionis, quia in contractibus
h bonæ fidei interesse affectionis [h] facit, quod ei detur actio, cui alias non daretur: *vt est text. notabilis in lege cum seruus extero. ff. mandati. gloss. & Bartol. in dicta l. fideiussoris. ff. de pact. Bartol. & Ballus in dicta l. cum seruus. & Bartol. in d. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. in 8. column. in 2. quæstione principali. facit text. in l. seruus ea l. §. 1. ff. de ser. expor.* Et per ista iura refert do. Bald. nouellus in tractatu de dote, *in 4. parte principali, & in 4. quæstione*, se iam consuluisse in quæstione de facto in quodam patre mulieris, qui promisit dotem pro filia cuidam patruo recipienti pro quodam nepote suo, & in contractu matrimonii & dotis promissæ fuit conuentum, quod dictus patruus manuteneret illum suum nepotem in studio Perusino expensis suis proprijs ipsius patrui, donec dictus nepos idemque sponsus perueniret ad perfectionem studij, & ad gradum doctoratus. Mortuo dicto patruo quærebatur, quomodo consuleretur tali sponso, vt posset expensis hæreditatis dicti sui patrui manu tenere se in studio Perusino, ex quo talis nepos non fuit præsens suprascriptis pactis, & sic videbatur, quod non posset agere ex stipulatione facta per alterum; *per dictam l. stipulatio ista. §. alteri.* nec etiam videbatur, quod dictus socer posset agere ex dicta stipulatione, cũ sua interesset pecuniariter, per iura superius allegata. Nihilominus dicit se consuluisse contrarium, quod dictus sponsus posset agere contra hæredes dicti patrui ad obseruantiam suprascriptæ promissionis: quia nõ potest negari, quin adesset interesse affectionis in socero stipulante circa promissionem dotis per eum constitutæ: quo casu in contractibus bonæ fidei habetur consideratio talis interesse affectionis quãdo aliter non posset agi; *per text. notabilem in dicta l. cum seruus extero. & per gloss. notabilem in dicta l. affectionis* ¶ Vel aliter & secũdo posset dici, quod imo sufficiat interesse † resultans ratione amicitiæ, vt quis 15
posset alteri stipulari: [i] prout videtur tenere gloss. i *in l. si vnus. §. 1. in verb. videmus. & ibi Ange. Pau. de Cast. & expressius dom. Alexand. ad hoc notant. ff. de pact.* ¶ Vel aliter & tertio & notabilius respondetur, quod etiam posito pro vero, quod solum interesse affectionis & consanguinitatis nõ sufficeret ad hoc, vt quis posset alteri stipulari, tamen secus esse, quando † et- 16
iam simul concurreret interesse pecuniariũ, [k] vt in k
casu nostro; secundum gloss. & Bartol. *in dicta l. fideiussoris. dominus Alexand. in dicta l. stipulatio ista. §. fina. super versiculo cætem.* Sed in casu nostro concurrit non solum interesse affectionis, sed etiam interesse pecuniariũ propter patrialitates, & factiones, quæ vigent in ciuitate Ianuæ. Vnde multum interest illorum de Auria, ne illi de Fliſco, qui sunt aduersæ factionis, acquirant castra in eorum regione. Interest enim illorum, ne grauis & molestus in regione illorum † acquirat; *vt dicit tex. in l. fina. C. de agri. & mancip. fisc. libro 11.* Item interest non habere tã potẽtem 17
vicinum, præsertim qui sit diuersæ factionis. *l. quod sepe. §. fina. cum glo. ff. de contrahen. emp. l. si cui fundus. ff. de leg. 2. facit text. in l. fina. C. de pact. inter empto. & vendito.* qui dicit multum interesse, ne ei vicinus, quem nollet, aggregetur, & ibi gloss. valde notabiliter dicit, quod istud est interesse pecuniarium, quia potest pecuniariter interesse non solum propter illum, qui emit, sed etiam propter frequentiam aliorum inimicorum, qui eius causa ad dictum locum venirent: & propter hoc posset ex tali stipulatione agi. ¶ Præterea & quarto respondetur, quod quantum ad liberationem promissio facta alteri saltem 18
prodest absenti quo † ad exceptionem doli, vel vtilis pacti. *l. rescriptum. § fina. ff. de pact. secundum Barto. in l. non solum. § si liberationis verba. ad fin. ff. de liber. legat.* ¶ Quarto prædicta bene confirmantur, quod suprascriptæ causæ rationabiles & iuridicæ debeant excusare dominum Corradum à dicta pœna conuenta duorum millium & quingentorũ ducatorum cum etiam quælibet causa probabilis † excuset àpœ- 19
na; secundum Io. And. *in capit. 1. de elect. in 6. in nouella. Bald. in authen. generaliter. in 4. columna C. de episcop. & cleri. & in capitulo, si inter partes, de lege Corradi. & in additionibus Specu. in titulo, de arbi. in 7. columna in versiculo ex forma statuti. vbi pro hoc allegat gloss. in l. ab executore. C. quorum appellat. non recip. & Ludouicus Roman. in repetitione rubricæ. ff. de arbi. in penultim. colum.* quinimo quælibet causa etiam iniusta & temeraria excusat à dolo, & à pœna doli; [l] *vt est text. in l. 4. §. potest. ff. de li-* l
berali causa. glo. in l. plagij criminis. & ibi pulchre & notabiliter Angel. C. ad l. Fla. de plagi. gloss. in l. 1. in fine. ff. de abigeis. Imo omnis credulitas, quamuis fatua, excusat
[m] à pœna doli, ita notabiliter tenet Ange. *in lege 1. ad* m
finem principii. ff. de eo per quem fac. erit. Imo fortius

bona fides potest causari non solum ex iustis ratio-
20 nibus, † sed etiam ex iniustis & temerarijs.[n] ita si-
n gnanter notat Bald. *in l.1.in fin.per gloss.ibi.C.vbi cau.sta.* quod reputat tenendum menti. ¶ Per ista omnia concluditur, dictum dominum Corradum nulla-tenus incidisse in supradictam pœnam conuentionalem. Item quod eidem domino Corrado licuit de dicto castro disponere pro libito voluntatis, vendendo postea alteri de domo Auria, & quod ille se-
21 cundus est præferēdus † cui possessio fuit prius tradita; per regulam *l.quoties.C.de rei vendi.& l.siue autem §.si duobus ff.de publici notat gl.in regu. qui prior. in princ. de regulis iuris in 6.*

ADDITIO.

a Aduersa.] Vide eundem cons. 208. videretur colu 2. supra lib. 2. vbi addo.

b Obseruatum.] Ias. d cons. 208. col. 2. vers. præterea ex alio vbi dixi.

c Fideiubentem.] Et vide quod not. Dec. l. fi § vlt. nu. 8. & seq. si certum peta. facit nota. verbum Iaso. l. 3. §. ex contrario nu. 70. de acquirenda posses. & faciunt multa similia per Marc. l. 1. §. cum quidam. in fine num. 5. ff. de quæstio & in rub. de fideiusso. quæstio 30. vide tamen Purpur. l. 2. § mutui nu. 101. si cert. petatur.

d Liberaretur.] Iaso. supra cons. 9. venerabilis. nu. 19. libr. 1. vbi dixi. addo G. P. Decis. 627. in obligationibus. Deci. l. si conuenerit. nume. 4. de iur. om. iudi. Bertr. consilio 123. viso processu nu 3. & consi 82. inter pacta num. 1. lib. 4. Cagn. l. si quis maior num 98. C. de transact. Aymo consilio 6. plura videnda num. 84. limitat dupliciter Petr. l. 1. numero 202. de iureiurand.

e Non incidit in pœnam.] Aretin. cons. 6. viso nu. 5. Deci. l. cum fundus § seruum tuum. 1. not. si certum petat. cons. 502. ex duobus col 2. vers. secus est in eo cum aliis vt per Tiraq. de vtro. retro. tit. 1. §. 1. gl. 2. nu 43.

f Stipulari.] Tiraquel. in præfat. de vtr. tetro. nu. 40. Rimin. iun. cons. 5. Agunt. nume. 101. vbi hoc cons citant. addo Gabr. alios citantem com. opin. lib. 3. de verb. oblig. conclus. 1. numero 56.

g Regressus.] Ias. cons. 38. In causa numero 3. supra eo. vbi addo.

h Affectionis.] Idem Ias. l. & hæredi. §. in his nu. 5. ff. de pact. refert Gabr. comm. opinio lib. 3. de verborum obligatio. conclus. 1. nu. 12.

i Stipulari.] In contrarium facit quod scribit Ias. l. 1. nu. 8. ff. de in lit. iuran. dicto §. in his n. 6. & Gabr. dicta conclus. prima num. 11.

k Pecuniarium.] Idem l. stipulatio ista. §. alteri n. 12. de verborum obligatio.

l Pœna doli.] Ias. cons. 84. omissa nu. 10. lib. 1. vbi dixi. adde eundem cons. 171. videretur ad fi. cons. 174. spectabilis. nu. 23. cons. 179. concurro nu. 2. lib. 2. Gabr. com. op. lib. 7. de crimi. conclus. 8. nu. 1.

m Excusat.] Iaso. consi. 153. difficultas nume. 11. lib. 2. cons. 46. pro fisco nume. 21. cons. 64. c. 1. numero 17. infra eodem l. si quis maior. C. de transactio. & l. si quis id quod numero 35. de iur. om. iudic. Gabriel dict. conclus 8. numero 14.

n Temeratiis.] Idem cons 72. in causa numero 10. supra lib. 1. vbi dixi addo eundem dict. consi. 153. numero 12. dicto cons. 46. numero 22. & dicta l. si quis id quod Gabriel. d. concl. 8. num. 33.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLII.

THEMA.

STATVTO excelsæ ciuitatis Mediolani cauetur, quod ascendens non possit descendentes ex linea masculina meliorare per viam alicuius dispositionis, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, quin in stirpes sint æquales. Idem sit in descendentibus ex linea fœminina, si ascendens masculum vel masculos ex linea masculina non reliquerit. Circa secundā partem huius statuti euenit casus, quod ascendens habens plures filios masculos, & duas filias fœminas in eius vita, vnam ex filiabus traditam nuptui reperitur melioraſſe magis quam alteram in nuptam, habentem tamen legitimam. Quæritur, an isto casu locus sit dicto statuto.

SVMMARIA.

1 *Statutum Mediolani quod ascendens non possit descendentes ex linea masculina per viam alicuius dispositionis meliorare, super duplici ratione fundatur.*
2 *Æqualitas est seruanda inter liberos & descendentes.*
3 *Affectio par esse debet in ascendente erga descendentes.*
4 *Ratio eadem vbi est, eadem quoque esse debet dispositio, & num. 13.*
5 *Statuti dispositio locum habere debet etiam in casu non disposito, quando si interrogati fuissent statuentes idem in eo casu statuissent. & nu. 15. vbi declaratur.*
6 *Statuti dispositio non debet conuenire cui non conueniunt verba statuti.*
7 *Statutum Mediolani de non meliorandis descendentibus est exorbitans à iure communi & censetur odiosum, ideo restringendum, & debet intelligi vt minus lædat ius commune quam sit possibile.*
8 *Casus omissus à statuto debet relinqui dispositioni iuris cōmunis: & si statuto caueatur quod filia dotata à patre non succedat, si contingat quod aliquis decedat relicta posthuma quando dotare non potuit, fratres eam dotando non excludunt.*
9 *Conditio apposita per statutum importat causam finalem & ideo nunquam dicitur continere leuem solennitatem, imo oportet vt conditio existat & formaliter impleatur.*
10 *Argumentum à contrario sensu ex natura verborum limitatorum necessarium est, & tunc habet locum in statutis.*
11 *Statuti verba ita interpretanda vt aliquid operentur.*
12 *Argumentum à contrario sensu licitum est sumere etiam in statutis ad correctionem iuris communis, quando statutum in sensu directo nihil operaretur & sic redderetur elusorium.*
14 *Extensio non debet fieri etiam ex identitate rationis contra alias regulas iuris, etiam in casu, qui valde æquitate innitatur.*
15 *Glo. l. tāle pactum. §. fi. de pact. limitatur multis modis.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRIMA consideratione videretur dicēdum, quod esse debeat locus dicto † statuto: eo quia talis dispositio sta- 1
tutaria videtur fundata in duplici ratione. ¶ Prima ratio † est æqualitatis 2
obser-

obſeruandæ inter liberos & deſcendentes; *iuxta l. vt liberis. & l. illud. §. fina. C. de collat. & l. fina. C. communia vtriuſque iudi.* Nam lex amat æqualitatem inter liberos, iuribus præallegatis, *& l. cum pater. §. euictis. ff. de lega. 2.* Ideo lex ſuadet patri, quod inter liberos teſtetur æqualiter. *§. penultim. in authen. de nup.* Item prętor ęquales facit liberos. *l. ſi poſt mortem. §. fina. ff. de cõtra tabu.* Et iuriſconſultus interpretatur, quod ſubſtitutio inter liberos facta pariter intelligatur fieri. *l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulga. & pupilla. & l. in teſtamento. C. de teſtament. mili. & l. 2. & l. quamuis C. de impube. & alijs ſubſtitut.* ¶ Secunda ratio huius ſtatuti eſt
3 propter parem affectionem, † quę debet eſſe pariter ab aſcendente erga filios & deſcendentes. *l. non ſolum §. de vno. ff. de vitu nup.* Sed vtraque ratio ſtatuti habet
4 locum in caſu præſenti † igitur eadem debet eſſe diſpoſitio: *vulgata l. à Titio in fine ff. de verborum obligatio. & l. illud. ff. ad leg. Aquiliam.* quia vbi eſt eadem ratio non dicitur extenſio, ſed proprius intellectus ſtatuti. *l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum ſignificatio. ſecundum Bald. in l. quod vero contra. in prima columna ff. de legi.* Item illud videtur tacite ineſſe, in quo eadem ratio reperitur, etiam in materia pœnali. *l. his ſolis. in verb. ſatis tacite cautum putamus C. de reuocan. donat.* quia vbi eſt eadem ratio, ibi non dicitur ſimilitudo; ſed eadem lex. *vt l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſi. ſecundum Bald. in l. data opera in 6. colum. C. qui accuſare non poſſunt. dominus Abbas in cap. nihil in 6. col. de electio.* Item non videntur diſcrepantia, quæ in ratione conueniunt; quia ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium, *ſecundum Bal. in l. omnes populi. in 13. columna ad finem. ff. de iuſti. & iure.*

¶ Secundo facit, quia ex quo ſtatuentes egerunt æqualitatem obſeruari nedum inter deſcendentes ex linea maſculina, ſed etiam inter deſcendentes ex linea fœminina, veriſimiliter idem ſtatuiſſent in caſu
5 præſenti, ſi de eo fuiſſent interrogati, † ergo ad talem caſum extendi debet diſpoſitio ſtatuti, *iuxta*
a *gloſſ. ordina. in l. tale pactum.* [a] *§. fina. ff. de pac. quam ibi notant Bald. & cæteri ſcribentes. & idem Bald. in l. 1. C. quæ res pigno. obliga. poſſint. facit text. notabilis in l. cum ex pluribus in princip. in verb. quod veriſimile videtur. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de ſolut. & text. in l. Barbarius. circa finem. in verſiculo, ſed & ſi ſciuiſſet. & ibi Bald. in prima colum. ad hoc notat. ff. de offic. prætо. & tex. in l. cum res. in verſicul. 1. ff. de lega. 1.* ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror proculdubio de iure prę-ualere, quod ex quo filia innupta habet in bonis pàternis legitimam ſibi debitã iure naturæ, quod non poſſit ſe iuuare beneficio dicti ſtatuti, per hoc quod ſoror ſua nupta longe plus in dotem habere reperiatur, eo quia ſtatutum in ſecundo capite diſponẽs vt idem ſit in deſcendentibus ex linea fœminina, expreſſe loquitur, ſi aſcendens non reliquerit maſculum vel maſculos ex linea maſculina, ſed in caſu præſenti reliquerat plures filios maſculos: Vnde
6 cui non conueniunt verba ſtatuti, † nõ debet etiam
b conuenire diſpoſitio ſtatutaria. [b] *l. quod conſtitutum. ff. de teſtamen. milit. l. ita autem. in principio. ff. de adminiſt. tuto. l. 4. §. toties. & ibi Barto. in fine, & alij ad hoc notant. ff. de dam. infecto. & bonus tex. in capit. in demnitatibus. §. ſed cum eas. de elect. in 6. in verb. cum in ipſis hunc locum ſibi nequeat vendicare. quem text. ad hoc dicit eſſe meliorem de iure Ioann. de Anan. in capit. 2. de maledicis.* ¶ Secundo confirmatur; quia iſtud ſtatutum exorbitat à † iure 7
communi. *l. non vſque adeo. ff. ſi à paren. quis fue. manu. l. nemo exterus. C. de Iudæis. l. in re mandata. C. mandati.* Item cenſendum eſt odioſum, quia arctat & reſtringit poteſtatem aſcẽdentibus relinquendi, & diſpo- c
nendi de bonis proprijs, & tamen de iure communi dummodo aſcendens relinquat cuilibet filio vel deſcendenti legitimam poteſt de reſiduo diſponere prout vult. *l. cum quæritur l. parentibus. C. de inoffi. teſta.* Ergo tale ſtatutum debet reſtringi, vt ſolum procedat in terminis ſuis, ſcilicet ſi aſcendens non reliquerit maſculos, vt ſic ſtatutum minus lędat ius cõmune, quam ſit poſſibile. *l. 2. C. de noxa. capitu. cum dilectus. de conſue. gloſſ. & ſcribentes in l. fin. §. in computatione. ff. de iure deliberan.* & ſic vt non trahatur extra verba propria ipſius ſtatuti. ¶ Tertio facit, quia iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto, † ergo relinqui debet in 8
diſpoſitione iuris communis. [d] *l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. l. ſi cum dotem. in principio. ff. ſolu. matrimonio. capit ſuſceptum de reſcrip. in 6.* Bene facit, quod ſingulariter decidit Bal. *in l. ſi plures. C. de condi. inſer. in antepenultim. colum. in verſic. iuxta prædicta formatur talis quæſtio.* Vbi quæritur, ſtatuto cauetur, quod filia dotata à patre non ſuccedat, modo contigit, quod aliquis deceſſit relicta poſthuma, e vel relicta filia in- e
fante, vel furioſa. quã dotare non potuit, nunquid fratres dotando eam excludent, ex quo nihil potuit imputari patri? determinat quod non. Quia iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto, ergo relinquitur in iure communi. Sequitur Petrus de Ancha. *in commento capitu. canonum ſtatuta. de conſtitut. in verſicu. pone ſtatuto cauetur, quod filia dotata. dominus Alex. in conſilio 272. incipiente. Attentis verbis teſtamenti.* ¶ Quarto facit; quia ſtatutum cum myſterio dicit, idem eſſe in deſcendentibus ex linea fœminina ſi aſcendens maſculum vel maſculos ex linea maſculina non reliquerit. Statutum ergo loquitur conditionaliter, ſed conditio appoſita per † ſtatutum importat cauſam finalem 9
l. 2. §. fin. & ibi plene per Bartol. ff. de dona. Hinc eſt, quod conditio appoſita per legem, vel ſtatutum, nunquam dicitur continere leuem ſolennitatem, f imo f
oportet, quod conditio exiſtat & formaliter impleatur. ita ſingulariter tenet Bald. *in authen. matri & auiæ. in 1. colum. in fin. C. quando mulier tutel. off. fungi poteſt. per text. in l. prætor. in princip. ff. de colla. bono. Sequuntur dom. Alexand. domi. Franciſc. de Aretio in capitul. in cauſis in 4. colum. de teſti.* ¶ Quinto facit; quia ex quo ſtatutum dicit idem eſſe in deſcendentibus ex linea fœminina, ſi aſcendens maſculum, vel maſculos non reliquerit, & ſic extenſionem ad deſcendentes ex linea fœminina limitate facit, & non pure aut ſimpliciter: ergo argumentum à contrario ſenſu tunc eſt neceſſarium ex natura verborum limitatorum, † & ſic tunc habet locum in ſtatutis, 10
quia videtur eſſe text. ſtatuti. ita ſingulariter g tenet g
Bal. *in l. obſeruare. §. proficiſci, in 3. quæſtione, circ finem. ff. de offic. proconſul. & leg.* Sequitur dominus Alexan. *in conſi. 68. quarti volum. quod incipit,* Circa præmiſſam conſultationem præſuppono, *in 4. column. Aret in. in l. ſi ita quis in 3. notabili. ff. de vulgar. & pupillar.* Ergo ex natura verborum limitatorũ in ſtatuto neceſſarium eſt dicere, quod ſi aſcendens reliquerit filios maſculos, quod tunc non ſit idem in deſcendẽtibus ex li-

nea fœminina,& consequẽterq; tũc ascendẽs possit meliorare conditionẽ vni' ex filiab. descendẽtibus.

11 ¶Sexto cõfirmatur; quia nisi ita intelligeretur verba statuti † certe essent superflua,& nihil operarẽtur, si diceremus idẽ esse in descẽdentibus ex linea fœminina, etiam si ascendens masculos reliquerit, sicut si nullos masculos reliquisset: & sic isto modo conditio qualificata apposita per statutum esset inanis & superuacua, quod nullatenus est dicendum, *per regulam l. si quando in principio. ff. de legat. 1. & capitu. si Papa in principio de priuileg. in 6.* Imo tunc licitum est etiam in statutis sumere argumentum à contrario sensu

12 ad correctionem iuris communis, † quando statu-

h tum in sensu directo nihil operaretur, h & sic redderetur eluforium: *secundum Cyn. & Bald. in l. conuenticulam in 1. column. C. de episcop. & cleric. Bald. Ang. Imol. & moderni in l. si cum dotem. ad fin. princip. ff. soluto matrimonio Paul. de Castr. in l. qui testamento §. mulier. ff. de testa. & latius in consi. 346. incipiente, Casus præsens valde dubitabilis est in 7. colum & sequen. dominus Abbas in capitu. cum apostolica, in penultim. notabili, de his quæ fiunt à præla. sine consen. capitul. domin. Alexand. & modern. in l. 1. in princip. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictio.*

¶Nec obstant in contrarium adducta, & primo dum dicebatur, quod sit identitas rationis; quia respondetur, quod verba statuti limitata & conditio-

13 nata repugnant casui præsenti, † & similiter etiã repugnat ratio. Nam quando ascendens nullos reliquit filios masculos, tunc vult idem esse in descendentibus ex linea fœminina; eo quia non existentibus masculis tunc vniuersalis successio pertinet ad filias fœminas. Sed quando reliquit filios masculos vt in casu præsenti, certe ex forma statuti existentibus filiis masculis filiæ fœminæ non admittũtur ad successionem; sed debent congruenter dotari, ideo tunc statutum noluit idem esse in descendentibus ex linea fœminina. Præterea etiam ex identitate ra-

14 tionis non debet extendi † casus, etiam qui valde innititur æquitati contra alias regulas iuris. ita signanter tenet Ioannes And. *in capitu. 2. vt lite pendente. in 6. quem sequitur dominus Abbas in capit. proposuisti. in penult. columna de probatio.* ¶Non obstat secun-

15 dum fundamentũ, † quod statuentes verisimiliter idem statuissent, si de hoc casu fuissent interrogati: respõdetur, quod contrariũ clare apparet ex verbis limitatis & conditionalibus positis in ipso statuto *vt superius dixi.* Secundo respondetur, quod regula gloss. & doct. *in dict. l. tale pactum. §. fin.* non procedit

i in materia exorbitanti à iure communi, i vt in casu præsenti; *secundum do. Anton. de Butr. & Ioannem de Imo. in clemen. 1. in 4. columna de rescript. per gloss. ibi quam ad hoc reputant singularem.* Tertio respõdetur, quod doctrina gloss. *in dicta l. tale pactum. §. fina.* procedit quã-

k do aliquid non est omnino omissum, k & sequitur ad aliquid expressum, tunc reputatur cautum, vt ibi: secus quando aliquid est omnino omissum. *ita limitat notabiliter Bald. in l. vnica, in vltima colum. C. de his qui ante apert. tab.* Multo fortius istud dicemus in casu præsenti, vt verba statuti limitata & conditionalia non extendantur ad istum casum omissum, cum eidem de directo repugnent.

ADDITIO.

a L. tale pactum.] Declarat Iaso. duobus modis infra eodem cons. nu. 15.

b Statutaria.] Idem supra consilio 50. pro nobilibus num. 2. lib. 1.

c Restringit potestatem.] Refert & sequitur Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita parte 1. num. 88. ad Trebellia.

d Communis.] Iaso. consi. 4 Nicolaus num. 16. 1. cons. 41. n. 14. super lib 1. & alios citat Port. consil. 6. Magnificus nu. 47. cons. 92. Magnificus. nume. 38. & hæc regula habet locum in quacunque dispositione Gozad. consi. 84. prima facie. num. 9. late Tiraq. de iur. primogen. quæstione 40. nu. 194. & in substitutionibus, Ceph. post alios plures allegatos consil. 17 magnifi. num. 31. & ideo qui vult dicere aliquem casum in substitutione esse inclusum debet probare. quia semper dici potest: hoc casu non loquitur substitutio. vt per Ceph. consilio 144. capitu. primum numero 2. & alibi sæpe doct. fallit conclusio quando præsumpta disponentis mens hoc suadet. Port. cons. 183 species nu. 24. & declarat aliter Socin. iun. consil. 6. nobilis nu. 2. libro 2 & Menoch. cons. 76. respondendum numero 25. & 26. & vide Viui. commun. opin. libro 2 op. 32. casus non expressus.

e Relicta posthuma.] Idem Iaso. cons. 120. domina num. 11. supra lib. 1. vbi dixi addo eundem cons. 55. præsens quæstio. n. 23. infra eod.

f Solennitatem.] Vide eundem l. cum quid col. pen. si certum pet l. 2. §. 1. col. 4. num. 21. solu. matr. l. Gallus §. quidam recte col. 1. & § etsi parente. 2. not. de libe. & posthu. l. si is qui pro emptore. nume. 44. de vsucap. Cotta in memo. versi conditio quæ apponitur & iterum ver. lex quæ conditionaliter, vbi videndum.

g Singulariter.] Alex. cons. 3. circa præmissa nu. 6. lib 7. Dec. cons. 304. visis his. num. 2. cons. 507. in causa num. 7. cons seq. nu. 4. consil. 626. ad dubium nu. 5. & auth. ex testam. nu. 3. & 4. C. de collat.

h Operaretur.] Ias. supra cons. 1. ad finem, hoc lib. vbi addo.

i Iure communi.] Idem Ias. cons. 171 viso instrumento ad fi vers. non obstat etiam lib. 4 sequitur Neuiz. in Sylu. nup. lib. 6. nu. 15. ad fi. licet illam impugnet idem Ias. l. tale pactum ad finem ff. de pact.

k Omnino omissum.] Ias. d. cons 171. ad fin. vers. 2. dicta gl. Dec cons 176. viso themate. nu. 4. vers. non obstat. & Ias. refert Zanch. l. hæredes mei. § cum ita 4. par. nu. 218. ad Trebel. vbi etiam allegat Soc. iun. & alios.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLIII.

THEMA.

LOANNES Laurentius Garimbertus Parmẽsis in suo testamento, Bonacursio eius filio legitimo & naturali instituto hæredi vniuersali quandocunq; decedẽti sine filijs substituit filias: deinde capitulũ adiecit, quod si contingeret, vnam, vel plures ex filiabus ipsius testatoris intrare aliquod monasterium, tunc & eo casu testator ipsam talẽ filiã, seu filias sibi hæredẽ instituit in ducatis quinquaginta auri tãtum pro qualibet earum, & voluit eã & eas esse tacitas & contentas, & q; aliquid in bonis ipsius testatoris petere non possunt, nec valeant in futurum quoquo modo vltra dictos ducatos quinquaginta auri. Dubitatur, an Susãna filia dicti testatoris ingressa monasterium capax bonorũ, virtute prædicti capituli excludatur à substitutione fideicõmissaria Bonacursij sine filijs prædefuncti?

SVMMARIA.

1 *Filia monasterium ingressa videtur admittẽda ad fideicommis-*

commissum, ex quo testator substituit filias fœminas, & per ingressum monasterii non desinit esse filia, imo habet omnia iura suitatis & agnationis, & ius transmittendi ad monasterium ex potentia suitatis. & numero 17.

2 *Substitutio fideicommissaria vel alia non intelligitur reuocata per clausulam conceptam per verba vniuersalia. & num.13.*

3 *Clausula. ex clausula vna separata & perfecta non potest inferri ad aliam clausulam habentem suam determinationem diuersam & concluſam. & nu.19.*

4 *Clausula. per clausulam illam, quod plus petere non possit, non intelliguntur adempta differmiter relicta, & diuersis casibus, ac diuersis temporibus. & nu.20.*

5 *Pater, si reliquit filiæ suæ mille, & si ingressa fuerit monasterium, ducenta tantum, talis pœna reiicitur. & num. 21. & seqq. vbi ait opinionem contrariam magis communem, & magis æquam, & eam obseruari communiter in toto mundo.*

6 *Monasterium. pro monasterio in dubio est iudicandum. & num. 25.*

7 *Verba testamenti subtiliter sunt consideranda, & caute respicienda.*

8 *Verba, quoquo modo, sunt geminata, & idem important quod, vllo modo, vel, quocunque modo, & in omnem casum.*

Dictio geminata, quoquo modo, idem importat quod, vllo modo, & impedit restrictionem, quæ alias fieret, & facit venire ea, quæ alias non venirent. vt numero 8. & 9.

Dictio, quoquo modo, intelligitur, id est, quocunque modo, & in omnem casum. nu.8.

9 *Verba geminata, quoquo modo, non possunt restringi salua ratione recti sermonis. & faciunt, vt veniant ea, quæ alias non venirent.*

10 *Clara vbi sunt verba testamenti, interpretatio nusquam tantum debet valere, vt melior claro sensu existat, & in eis non admittitur quæstio voluntatis. & nu.seq. vbi exornatur.*

Certitudinem omittere, & quærere indicia est infirmitas intellectus. nu.11.

11 *Determinata non egent determinatione, sed indeterminata.*

Dubium relinquitur interpretandum, sed non id, quod est clarum. nu.11.

12 *Testator si instituit filium in sua legitima, deinde apponit clausulam, quod aliud petere non possit, videtur prohibere ius accrescendi.*

Ius accrescendi videtur prohiberi, si testator instituat filium in sua legitima, deinde apponat clausulam, quod aliud petere non possit. nu. 12.

13 *Testator præsumitur voluisse substitutum præferri matri, & eam excludere etiam à legitima filii sui pupilli, si in testamento à substituto reliquit aliquid matri pupilli, & iussit eam esse contentam, & quod plus de bonis suis petere non possit.*

14 *Pater dummodo relinquat filio legitimam, potest de residuo bonorum disponere, prout vult, & illud relinquere, cui sibi placuerit.*

15 *Filiorum omni iure potior est causa, quam ecclesiæ vel monasterii.*

16 *Generi per speciem derogatur, sed non contra.*

22 *Mutanda non sunt, quæ certam legem & consuetudinem semper habuerunt.*

23 *Dotis legatum succedit loco legitimæ.*

24 *§. sed hoc in præsenti. auth. de sanct. episc. declaratur.*

26 *Trebellianicæ detractio competit hæredi vniuersali.*

27 *Filius fideicommisso cõditionali grauatus, qui potest duas quartas detrahere, debet in quartam Trebellianicam computare omnes fructus perceptos.*

28 *L. iubemus. in princ. C. ad Trebel. limitatur.*

29 *Prædium emptum ex pecunia hæreditaria venit in restitutione fideicommissi vniuersalis.*

30 *Res empta ex pecunia hæreditaria in vniuersalibus succedit loco pretii.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dictam monialem, seu eius monasterium admittendum, ex quo testator substituit filias fœminas, & Susannna sit de filiabus testatoris, † quæ per ingressum monasterii non desinit esse filia, imo habet omnia iura suitatis, & agnationis, & ius transmittendi ad monasterium ex potentia suitatis; *vt est text. in l. Deo nobis. §. hoc etiam. & ibi Baldus in 5. colum. ad hoc notat. C. de episcop. & cleric. & idem Baldus in l. cum in adoptiuis. per illum text. C. de adopt. & in l. apud hostes. ad fin. C. de suis & legit. Bartol. in authen. si qua mulier. in 2. colum. & ibi Bald. in penultim. colum. C. de sacrosanct. eccles. Bald. & Angel. in l. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. dom. Alexand. in l. sub conditione. ff. de liber. & posthum.* ¶ Nec obstat clausula superius relata disponens super filiabus monasterium ingredientibus; quia licet sit cõcepta per verba vniuersalia, † tamen † per eam non intelligitur reuocata substitutio fideicommissaria: *per text. ab omnibus allegatum in l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de legat. 3.* vbi licet testator per verba vniuersalia iusserit filiam esse contentam certis prædiis pro omni hæreditate & his, quæ in testamento reliquerat, non propterea excluditur à fideicommisso. Et per illum textum decidit Paulus de Castro *in l. peto. in principio. ff. de legat. 3.* quæstionem, quam dicit habuisse de facto: Quidam testator plura reliquit vni, item ipsum substituit pupillariter filio suo, postea dixit, quod pro omni eo, quod sibi reliquerat, volebat eum esse contentum certa re: quærebatur, an per hoc censeretur esse reuocata substitutio pupillaris, determinat quod non: *per dict. l. Paulo Callimacho. §. 1. & per doctrinam Bart. in l. fideicommissa. §. si quis ita. ff de lega. 3.* Et dicit, quod reperit Oldr. Laud. hoc determinantem, cum quis filiam suam in legitima instituisset, & vltra legitimam quædam alia reliquisset, & pupillariter filio masculo substituisset, deinde mandauit, quod non nuberet nisi mercatori, & si contra faceret, ademit, quicquid reliquit vltra legitimam: quærebatur, si contra fecit, an fratri possit succedere ex pupillari substitutione? & determinat quod sic: quia substitutio nõ censetur adempta, sed duntaxat alia legata: eo quia priuationes sunt odiosæ, & sic restringendæ. & licet Pau. de Cast. non dicat, ita consuluit Oldrad. *in consilio 16. incipiente, Thema tale est, Titius habens vnam filiam. in 2. dubio.* Ita in proposito, testator in dictam clausulam, quam-

uis conceptam per verba vniuersalia, non debet intelligi reuocasse substitutionem fideicommissariam factam de filiabus. ¶ Secundo principaliter facit: quia clausula continens substitutionem fideicommissariam factam de filiabus habet suam determinationem perfectam & separatam: similiter clausula disponens circa filias ingredientes monasterium habet similiter suam determinationem diuersam & conclusam, & positam circa aliam dispositionem:
3 † ergo ex vna clausula separata & perfecta non potest inferri ad aliam, *vt est textus in capitul. cum dilecti. de dona. & ibi do. Cardin. & Ioan. de Imol. in 2. & 4. col. ad hoc notat Bald. in l. 1. C. de legi. hæred. facit quod notat Barto. in l. final. ff. de rebus dub. facit text. in l. cum vulgari. ff. de do. præleg. & text. in l. cohæredi. §. qui patrem. & ibi Io. de Imo. & dominus Alexand. notat. ff. de vulga & pupill.* ¶ Tertio facit doctrina Bartoli *in l. fideicommissa. §. si quis ita. ff.*
4 *de legā. 3.* vbi tenuit, quod per illam clausulam, † *quod plus petere non posßit*, non intelliguntur adempta difformiter relicta, & diuersis casibus, ac diuersis temporibus, prout in casu præsenti: vbi relictum fœminarum ingredientium monasterium est valde differens à substitutione fideicommissaria, quæ diuersis casibus, & diuersis temporibus verificatur, & locum habet. *& idem tenet Bald. in l. liberti libertæque. in penultima columna. C. de oper. liber.* ¶ Quarto facit: quia etiam si testator voluisset excludere filias ingredientes monasterium à fideicommisso vniuersali, & solum vocare filias stantes in seculo, certe hoc non
a potuisset: per illud quod decidit Bartol.[a] *in l. 2. & ibi singulariter moderni Senenses. ff. de his quæ pœnæ nomine.*
5 vbi notabiliter decidit, quod † si pater reliquit filiæ suæ mille, & si ingressa fuerit monasterium, habeat ducenta tantum, & non vltra, quod talis pœna seu causa nihil valeat, & quod per legem respuatur: eo quia secundum Bart. ibi, talis causa impediret vitam contemplatiuam, quia filia timore ducta perdendi tale fideicommissum, potius nuberet, quam monasterium ingrederetur, ideo lex talem causam reiicit: *vt §. sed hoc præsenti. in authentic. de sanctiss. episcop. & cum illa decisione Bartol. tenet etiam Ioannes Andreas in addit. Specul. in titul. de statu monachor. super rubric. circa medium. Alber. de Rosa. in l. Deo nobis. in 2. colum. C. de episcop. & cleric. & in 2. parte statutorum, in quæstione 104. incipiente, Adhuc ex eodem themate quæro aliam quæstionem disputatam. dominus Antonius de Butri. in capitul. in præsentia. in 10. colum. de probatio. & ibi dominus Francisc. de Aret. in 19. columna. ad fin. & seq. Ludou. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta. in 7. colum. ff. de verborum obligat. dominus Alexand. in consilio 400. incipiente, Super contentis in dicto themate. in 2. colum. do. Mathe. in notabili 53.* Et pro ista decisione videtur facere bonus text. *in l. Titiæ si non nupserit. ff. de condition. & demonstrat. Et dicit Ioannes de Imol. in l. Lucius. 2. in vltim. colum. ff. de hæred. instit. quod vidit pro ista opinione de facto iudicari. Et ita legendo tenui in authentic. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesiis.*
6 ¶ Quinto & vltimo accedat, quod † in dubiis opi-
b nionibus videtur iudicādum pro ipso monasterio.[b] *l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fun. & cap. fin. de re iudic.* & præsertim cum sit monasterium monialium, cui magis est fauendum quam monasterio monachorum, cum censeatur locus magis pius: *secundum Bald. post Cyn. in l. cum multo. in 1. colum. C. de donat. ante nupt.* ¶ Sed præmissis non obstantibus cōtrariam sententiam arbitror de iure præualere, quod monasterium vigore dictæ clausulæ censeatur exclusum à dicto fideicommisso vniuersali. Et pro ista parte vidi consilia nonnullorum præstantissimorum Doctorum, & etiam consilium inclyti collegii Ferrarien sis. Et profecto magis præsumendum est pro consilio alicuius collegii Doctorum, [c] quam pro consiliis par- c
ticularibus: secundum dominum Abbatem *in cap. prudentiam. in principio. in tertio notabili. de officio delega.* Ego, quia præsens quæstio pendet ex verbis testamenti, ideo putaui verba præsentis testamenti esse subtiliter † consideranda, *vt inquit textus in §. nos igi-* 7
tur. in authent. de restit. fideicommiss. quem text. not. Bal. in ca. 1. de feudo guardiæ. Item verba testamenti sunt caute respicienda: *vt dicit Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. in fin. ff. solut. matrim.* Sed verba præsentis testamenti videntur mihi esse multum clara & aperta ad excludendum monasterium à prædicto fideicommisso, ex quo testator disposuit, quod filia ingressa monasterium aliquid in bonis ipsius testatoris petere non possit in futurū quoquo modo vltra ducatos quinquaginta. Certe illa verba, *quoquo modo*, & illa verba, *in futurum*, clare excluduntur à fideicommisso. Nam
illa dictio geminata, † *quoquo modo*, idem importat, 8
quod, *nullo modo*, secundum Archidiacon. *in capitul. quorundam. & in capitu. indemnitatibus. §. si vero. de election. in sexto. & in capitul. præsenti. de offic. ordin. in sexto.* Si ergo filia monialis nullo modo potest petere de bonis ipsius testatoris, ergo etiam petere non poterit iure fideicommissi. ¶ Confirmo, quia ista dictio, *quoquo modo*, intelligitur, id est, *quocunque modo, l. vbi autem non apparet. §. finali. cum gloss. ff. de verborum obligation & l. his solis. ff. de condi. indeb.* Item intelligitur in omnem casum, *l. si extraneus. cum gloss. ff. de condi. ob causam.* Si ergo quocunque modo & in omnem casum filia monialis est exclusa à bonis testatoris, ergo necessario est etiam exclusa à substitutione fideicommissaria: nec prædicta verba † gemina- 9
ta possunt aliter restringi salua ratione recti sermonis: vt dicit Bart. *in l. fin. ff. ad Trebell. & in simili dicunt Bart. & Doct. in l. si de certa. C. de transact. & in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & in l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. lega. dominus Abbas & alij in cap. 1. de transact.* Item ista dictio geminata, *quoquo modo*, impedit restrictionem, quæ alias non venirent: [d] *secundum Bartolum in l. generali.* d
§. vxori. ad fin. ff. de vsufruct. lega. dominus Alexand. in cons. 117. quinti volum. incipiente, In casu de quo quæritur, primo est discutiendum. in 2. columna. ad idem gloss. in capitul. vt inquisitionis. §. prohibemus. in verb. quoquo modo. de hære. in sexto. ¶ Ad idem pondero bonum text. *in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de leg. 2.* vbi per ista verba, *quicquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit, restituas*, certe etiam quæ postea codicillis relicta sunt fideicōmissa continebuntur. & ibi Bar. dicit, quod per illa verba, *quicquid quoquo nomine*, dicitur constare & esse certum de voluntate testatoris, quod voluit venire etiam fideicōmissum postea in codicillis relictum. ita in proposito arguendo à relicto ad ademptionem, quod argumentum est validum, *vt est tex. in l. si fuerit. ff. de reb. dub.* per ista verba, *vt aliquid in bonis testatoris petere non posßit in futurum quoquo modo*, intelligitur filia monasterium ingrediens esse exclusa à fideicommisso facto de filiabus testatoris, quod præcedebat. Vnde quando verba testamenti sunt clara,

clara, † interpretatio nusquam debet tantum valere, vt melior claro sensu existat: vt inquit text. *in l. 3. ad fin. C. de liber. praterit.* & quando verba testamenti sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis, *vt inquit Bartol. in l. iam hoc iure. in §. fin per illum textum. ff. de vulg. & pup.* Item in claris & certis non est locus coniecturis, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* per quem text. dicit ibi notabiliter Bald. quod omittere certitudinem, & quærere indicia, est infirmitas intellectus. Item tacitum consistit in iuris interpretatione, expressum non: & vbi testator seipsum glossat, non recurritur ad glossas legis. ita dicit Bal. *in authent. nisi rogati. in 2. colum. C ad Trebell.* Determinata † quoque non egent determinatione, sed indeterminata. *ita notat Bald. in l. certo generi. §. 1. per illum textum, quem dicit ad multa allegabilem. ff. de seruit. rustic. prædi.* Item dubium relinquitur interpretandum, sed non id. quod est clarum: secundum Bald. *in l. voluntatis. in 1. notabili. C. de fideicommiss. per text. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argento lega.* ¶ Secundo facit illud, quod singulariter decidit Bartol. *in repetitione l. pater filium. in vlt. colum. ff. de inoffic. testament* vbi tenet, quod si testator instituat filium in sua legitima, † deinde apponat clausulam, quæ consueuit poni in testamentis, scilicet quod aliud petere non possit, ex his verbis videtur prohibere ius accrescendi, sed ius accrescendi dicitur quædam quasi substitutio, *l. Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2.* Ergo per talem clausulam videtur prohibere substitutionem. Quanto fortius in terminis nostris, in quibus est dicta clausula sub longe plenioribus verbis posita? Confirmatur per illud, quod signanter decidit idem Bar. & cæteri scribentes ibi sequuntur *in l. 2. in principio. in penultim. columna. ff. de vulgar. & pupillar.* vbi determinat, quod si testator in testamento à substituto reliquit aliquid matri pupilli, † & iussit eam esse contentam, [c] & quod plus de bonis suis petere non posset, per illa verba præsumitur, quod testator voluerit substitutum præferri ipsi matri, & eam excludere etiam à legitima filii sui pupilli. Et ita etiam tenet Alberic. de Rosa. *in repetitione rubric. ff. de vulgar. & pupillar. in 66. col. ad fin. & seq.* ¶ Tertio facit: quia testator Bonacursio filio decedenti sine filiis potuit substituere vnam ex filiabus, quam voluit, vel omnes, & tam filiam solam stantem in seculo, quam alium quemlibet extraneum: † quia liberum est testatori arbitrium testandi de bonis suis, prout voluerit, *l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* Nam disponat testator, & pro lege seruetur, *§. disponat. in authent. de nupt.* Et dummodo pater relinquat filio legitimam, potest postea de residuo disponere, prout vult, & illud relinquere, cui sibi placuerit, *l. cum quæritur. & l. parentibus. C. de inofficios. testament.* Cum ergo Susanna effecta moialis habuerit legitimam. ergo vltra legitimam potuit testator per fideicommissum relinquere residuum hæreditatis, cui voluit, & excludere monasterium à tali fideicommisso. Nam vt egregie dicit Baldus *in l. iubemus. circa principium. in secunda oppositione. C. de testament.* apud naturalem rationem, † & apud ius canonicum & ciuile potior est causa filii quam ecclesiæ, vel monasterii. Pro isto fundamento est text. *in l. Deo nobis. in §. hoc etiam. in verb. eius voluntati concedimus. C. de episcopis & cleric.* per quem text. Bald. ibi in terminis *in quinta columna. & in 3. notabili.* expresse notat, quod supra legitimã filii monachi pater habet liberum arbitrium disponendi tam instituendo, quam substituendo, vel legendo: quia litera generaliter loquitur. ¶ Quarto facit: quia in substitutione fideicommissaria filiæ moniales non sunt expresse substitutæ, sed in alia clausula subsequenti filiæ moniales sunt expresse & specialiter exclusæ, ne aliquid in bonis ipsius testatoris in futurum quoquo modo petere possint: sed speciale [f] & expressum debet præferri generi tacito: † quia species derogat generi, sed hoc non reperitur econtra. ita dicit text. *in capit. dudum. circa medium. de præbend. in sexto. & textus notabilis in capitul. quamuis tibi. eodem titul. de præben. in 6. & in capitul. 2. de offic. legat. facit l. vxorem. §. felicissimo. ff. de legat. 3. & l. sancto legum. ff. de pœnis. late Bartolus in l. quæsitum. §. finali. ff. de fundo instructo.* sicut præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere: *secundum Baldum in l. siue possidet is. in prima columna. C. de probation.* & vna prouisio magis specialis derogat alteri minus speciali. *ita notabiliter tenet Bal in l. hac consultissima. in prima coluna. C. qui testament. facere possunt.* ¶ Per ista quatuor fundamenta licet remaneant euacuata ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas magis elucescat, ad ea particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod testator substituit filias fœminas, & quod Susanna ingressa monasterium dicitur de filiabus: quia respondetur, † quod infra in specie disposuit, quod filia ingressa monasterium non posset aliquid in futurum quoquo modo de bonis suis petere. ¶ Nec obstat dicta l. *Paulo Callimacho. §. primo. ff. de legat. 3. & quod per illum text. decidit Paul. de Castro in dicta l. peto. in principio. ff. de legat. 2.* quia respondetur, † quod ibi verba non fuerunt ita clara & aperta ad reuocationem fideicommissaræ substitutionis, sicut sunt in casu præsenti, vbi verba sunt adeo vniuersalia, & geminata, vt etiam aliter restringi non possint salua ratione recti sermonis, quin inducãt quo ad monasterium reuocationem fideicommissi, vt in superioribus fuit demonstratum. ¶ Non obstat secundo, dum dicebatur, quod clausula continens substitutionem fideicommissariam factam de filiabus habet suam determinationem perfectam, & separatam, & similiter clausula disponens † circa filias ingredientes monasterium, ergo ex vna nõ potest inferri ad aliam: quia respondetur, quod clausula disponens de filiabus ingredientibus monasterium, habet clausulam ita claram, quod non vult filiam ingredientem monasterium aliquid petere posse in bonis suis quoquo modo in futurum, quod necessario intelligitur reuocata substitutio fideicommissaria in præcedentibus facta de filiabus. ¶ Tertio non obstat doctrina Bartoli *in l. fideicommissa. §. si quis ita. ff. de legatis tertio.* quia respondetur, quod immo Bartolus † ibi tenet, quod si esset clausula, quod sit contentus tali re, & plus petere non posset: deinde esset adiectum vniuersaliter, *pro omnibus quæ tibi relicta sunt*, tunc repelleretur à petitione aliorum relictorum: sed in casu nostro adest duplex clausula. Prima, quia mandat testator, quod filia ingrediens monasterium sit tacita & contenta ducatis quinquaginta auri tantum. Secunda clausula, & quod aliquid in bonis ipsius petere non possit in futurum quoquo modo: & ista se-

cunda

cunda clausula clare inducit reuocationem dicti fideicommissi. Accedant, quæ superius dixi in secundo fundamento istius partis. ¶ Non obstat quarto decisio Bartoli *in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomin.* vbi decidit, quod si pater reliquit filiæ suæ mille, & si ingressa fuerit monasterium ducenta tantũ, quod talis pœna seu causa per legem reiicitur, ita quod etiam filia ingrediens monasterium habebit similiter dicta mille: quia respondetur, quod multi in hoc tenuerunt cõtrarium, allegantes ita obseruare consuetudinem, & communem obseruantiam totius
21 mundi; quia ingredi monasterium fit pro minori † impensa, quam quãdo mulier nubit, vbi longe ma-
g iores fiunt impensæ. *& ita tenet Bald. g in l. Deo nobis in 1. colum. C. de sacrosanct. eccles. & in authentic. nisi rogati. in 3. colum. C. ad Trebellian. ita etiam tenet Paulus de Castro in l. Titio centum. §. Titio genero. ad fi. ff. de condi. & demon.* vbi dicit se ita consuluisse Bononiæ, & quod ista opinio videtur sibi verior, ne voluntates defunctorum defraudentur, & quia æquum & iustum est, vt plus habeat, quæ nubit mundo, quam quæ nubit Deo, & quod ita videmus seruari per totum mundum. Idem tenet Paul. de Cast. *in l. Titiæ si non nupserit. eod. tit. ff. de conditio. & demonstrat. vbi dicit, quod ista opinio communiter approbatur. Idem tenet Paul. de Castr. in d. l. Deo nobis. & in d. authent. nisi rogati. Idem tenet Ioan. de Imol. in l. Lucius. 2. in vltim. colum. ff. de hæred. instit.* vbi dicit, quod ista opinio videtur magis æqua, vt deseruiatur voluntati testatoris, & etiam propter maximas expensas, quæ occurrunt in nuptiis, seu in matrimonio carnali, vt docet experientia, quę non occurrunt in matrimonio spirituali. ita etiam tenet Raph. Comen. *in l. si ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2.* vbi dicit hanc esse communem opinionem. Idem Raph. Fulg. *in d. l. Deo nobis.* vbi dicit, quod vidit ita de facto seruari. & dicit idem Raph. Fulg. *in consil. 53. quod incipit, Quoniam superius allegatum est abunde*, quod isti sunt mores totius Italiæ, qui seruantur per omnes diligentissimos atq; prudentissimos patresfamilias, vt filiabus monasterium aliquod ingredientibus longe minorem quantitatem ex sua substantia tribuant, quam nubentibus in seculo, apertissima ratione: quia monasterium ingredientibus, & paupertatem profitentibus, secundum laudabiles consuetudines, multo minus sufficit, quã in seculo nubentibus. *ita etiam tenet Petrus de Anchar. in repetitione reg. nemo potest. in 5. quæstion. de regulis iuris, in sexto.* Vnde quamuis opinio Bart. possit dici in puncto iuris esse verior, & eam legendo tenui *in authentic. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesiis.* tamen attenta communi consuetudine, & communi obseruantia totius mundi, & naturali æquitate, ista vltima posset seruari: quia minime mutanda sunt, quæ certam le-
22 gem † & consuetudinem habuerunt. *l. minime. ff. de legi. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edict. l. si prius. §. recti. ff. de aqua plu. arc.* præsertim cum sufficiat naturalem æquitatem allegare, *l. scire oportet. §. sufficit. & ibi Bal. not. ff. de excu. tut.* ¶ Secundo respondetur, quod etiam tenendo omnino opinionem Bart. & sequacium *in dicta l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomin.* illa opinio nihil facit ad propositum nostrum, nec contra casum præsentem: quia Bart. ibi loquitur in legato fa-
23 cto pro dote, † quod succedit loco legitimæ: vt per Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstrat.* quæ legitima omni iure naturali, ciuili, diuino & canonico filiæ debetur: *vt notatur in auth. nouissima. C. de inofficios. testamento. & in capitul. licet. de voto.* de qua legitima omnis conditio, & omne grauamen ipso iure reiicitur, *l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. de inofficios. testament.* Sed nos loquimur in fideicommisso facto de residuo bonorum vltrà legitimam ipsius monasterii, in quo testator habet liberam facultatem substituendi quemcunque voluerit, & excludendi ipsum monasterium, prout firmaui supra in tertio fundamento. ¶ Tertio respondetur, quod fundamenta Bartoli *in dicta l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomin.* nihil faciunt contra casum nostrum. Nam primo mouetur Bartol. quod talis causa posset impedire vitam contemplatiuam, quia timore perdendi fideicommissum filia potius nuberet, quam monasterium ingrederetur. Ista ratio non militat in casu nostro, ex quo Susanna ingrediendo monasterium iam renuntiauit seculo, & bonis mundanis. *capitul. cum ad monasterium. de statu monachorum.* Vnde non est tractandum amplius de verisimili, h quod occasione bonorum temporalium h retrotrahatur à monasterio: *argument. l. professio. C. de muner. patri. libro decimo.* Præterea, in casu nostro dicta Sulanna non potuit retrahi à vita contemplatiua propter illud fideicommissum, quia illud fideicommissum pendebat sub duplici conditione, videlicet si filius moreretur sine filiis, item si moreretur ante ipsas filias. *l. hæres meus. in principio. ff. de condition. & demonstration.* Ergo cum adhuc filius masculus superuiueret, & ipsa interim ingressa sit monasterium: ergo per tale fideicommissum insertum non fuit retracta, nec verisimiliter retrahi potuisset à vita contemplatiua: quia etiam si remansisset in seculo, potuisset mori ante filium masculum, & sic excludi à fideicommisso: *dicta l. hæres meus. in principio* ¶ Mouetur etiam Bartolus *per textum in §. sed hoc præsenti. in authentic. de sanct. episcop.* vbi text. reiicit tales conditiones, ne per eas impediatur vita contemplatiua: quia ad illum text. dupliciter respondetur: Primo, quod ille text. loquitur in talibus conditio-
nibus, † in quarum implemento requirebatur fa- 24
ctum ingredientis monasterium, puta si nupserit, vel si filios susceperit. Nam tales conditiones requirentes factum ingredientis monasterium bene per legem reiiciuntur, nec sint impedimento ad ingrediendum monasterium, vt ibi: sed in quæstione nostra in isto fideicommisso, ad hoc vt filiæ fœminæ admitterentur, requirebatur duplex conditio, scilicet si filius masculus moriatur sine filiis, itẽ si moriatur ante filias fœminas, & implementum istarum conditionum non pendebat à facto iplarum filiarum, igitur non reiiciuntur, nec reiici possunt, *per dict. §. sed hoc præsenti.* Secundo respondetur, quod Susanna, antequam faceret professionem, condidit testamentum, & reliquit bona sua fratri, cui sororem substituit, & sic in effectu priuauit monasterium, parum vel nihil ei relinquendo, quo casu non habet locum dictus §. *sed hoc præsenti.* vt egregie determinat Paulus de Castro *in authentic. nisi rogati. in penultima quæstione. C. ad Trebellianum.* ¶ Non obstat, dum vltimo dicebatur, quod in dubiis iudicandum est pro monasterio. Respondetur, † quod 25
non sumus in dubiis, ex quo clausula reuocans substitutio-

stitutionem fideicommissariam quo ad filias ingredientes monasterium est clara & aperta, vt superius fuit dictum. Præterea licet in dubiis fauendum sit monasterio, non propterea tamen aliis debet iniustitia fieri: vt inquit Romanus Pontifex *in capitul. ex tenore. de foro competenti.* Item licet in dubio fauendum sit monasterio, non tamen propter hoc licitum est deuiare à tramite iuris: secundum Ioannem de Anan. *in consilio 68. incipiente, Viso statuto.* ¶ Per ista remanet expeditum potissimum & principale dubium præsentis controuersiæ. ¶ Dubitatur etiam super detractione quartæ Trebellianicæ, circa quã vltra copiose per alios scripta ego duo considero: Primũ, quod posito, sine veri præiudicio, quod locus esset detractioni, tamen dico, quod Ioan. Franciscus Garimbertus donatarius & cessionarius bonorum præsentium dicti quondam Bonacursii, non posset eam de iure detrahere, imo detractio Trebel-
26 lianicæ competit † hæredi vniuersali Bonacursii, *l. quanquam. C. ad leg. Fal. & l. 1. C. quorum lega.* Et quamuis ius detrahendæ Trebellianicæ posset cedi & donari, prout tenet Bald. *in consil. 498. primæ partis, quod incipit, De detractione duarum quartarum, &c. per text. in l. 1. §. inde Neratius. ff. ad Trebellian.* tamen talis detractio Trebellianicæ non fuit donata, nec cessa ipsi Ioan. Francisco, cui solum fuerunt cessæ quæcunque actiones, & omnia iura, competentes, & competentia quomodolibet: & sic non fuerunt cessa iura in futurũ competitura, vt est istud ius Trebellianicæ detrahendæ in casum quo in futurum eueniat conditio ipsius fideicommissi, *l. cum stipulamur. & l. si à colono. ff. de verborum obligat. l. si ita scripsisset. ff. de legat. secundo. & l. si ita. vbi late Bartol. ff. de auro & argen. legat.* Aliud & secundum dico, quod quando filius
27 potest † detrahere duas quartas, attenta dispositione canonica, *capitul. Raynutius. & cap. Raynaldus. de testam.* quod est, quando est rogatus de restituendo fideicommissum sub conditione, *si decesserit sine liberis*, vt est in casu præsenti: nam tunc detrahet legitimam ab initio, Trebellianicam autem postea detrahet, quando erit locus restitutioni: *vt declarat Bartolus in l. quanquam. C. ad legem Fal. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficios. testament.* tunc talis filius, qui potest duas quartas detrahere, debet in quartam Trebellianicam computare omnes fructus perceptos, *l. in fideicommissaria. in principio. ff. ad Trebellian.* quia textus *in l. iubemus. in principio. Cod. ad Trebellian.*
28 volens, quod filii primi gradus non † computent in Trebellianicam fructus perceptos, procedit, quando vnam tantum quartam detrahunt; vt patet ibi *in textu, in verb. dodrans restituatur*, tunc quia quarta Trebellianica imputatur in legitimam, magis contemplatione legitimæ fuit hoc introductum quam Trebellianicæ, tunc procedit dicta l. *iubemus.* Sed quando detrahunt duas quartas, tunc liberi primi gradus, quamuis habeant hoc priuilegiũ, quantum ad legitimam, tamen in Trebellianicam debent fructus perceptos computare, vt sic quanto minus fieri potest, recedatur à dispositione iuris communis, & sicà regula dict. l. *in fideicommissaria. ita notabiliter determinat Paulus de Castro in leg. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum.* vbi refert se ita alias consu-
i luisse, i & multis placuisse. & expresse ibidem sequitur dominus Alexander *in antepenul. colum.* dicens, quod istud dictum nunquam est tradendum obliuioni: quia est peregrina & singularis limitatio ad dict. l. *iubemus.* quam dicit, quod non reperit ab alio scriptam, & quod sibi magis placet, quam opinio Angeli, qui videtur contrarium tenere *in consilio. 121. incipiente, Zoilus dominus Damiani de Tuderto.* Mouetur simpliciter Angelus per dictam leg. *iubemus.* quæ nihil obstat, limitando eam, vt superius dixi. Et licet dominus Alexand. non dicat, tamen istud idem plenius & notabilius tenuit idem Paul. de Castro *in l. scimus. in principio. C. de inofficios. testam.* vbi dicit, quod ita consuluit in ciuitate Bononiæ, in quodam casu de Mutina, & quod ita iudicaret, si esset iudex. Et ita consuluit ipse Paulus de Castro *in consilio 92. incipiente, Quia dubia supra formata satis trita sunt. in vltimo dubio.* ¶ Circa aliud dubium de prædio empto per matrem tutricem nomine infantis ex pecunia † hæ- 29
reditaria, quod veniat in restitutione fideicommissi vniuersalis, transeo cum inclyto collegio Ferrariensi, quodcunq; membrum teneamus doctrinæ Bart. *in l. Imperator. §. fin. ff. de leg. 2. quem sequuntur Bald. & Imol. ibi.* attento, † quod in vniuersalibus res em- 30
pta succedit loco pretii, *vt notat Bald. in l. item veniunt. in princip. per illum text ff. de petit. hæredita. dominus Alex. in consilio 40. tertij voluminis, quod incipit, Perspectis his, quæ in præsuppositio themate narrantur. in 5. col.* vbi tenet, quod in vniuersalibus, vt est hæreditas, res emptę ex pecunia hæreditaria succedunt loco pecuniæ, k & k dicuntur res hæreditariæ.

ADDITIO

a Decidit Bar.] Vide eundem infra hoc cons. n. 21. vbi contrarium tenet. & num. seqq. vbi respond. Bartol. & iuribus per eum allegatis.

b Monasterio.] Idem Ias. infra eod. consil. num. 25. vbi declarat.

c Collegii Doctorum.] Neuiz. in sylu. nupt. lib. 5. n. 35. facit quod scribit Aym. cons. 132. homines. nu. 16. & tract. de antiq. temp. 1. part. sect 4 limitatur. nu. 68. vbi hoc consil. citat. & in collegio Mediolanensi Menoch. cons. 11 dubitatur. num. 15. & in collegio Bergomensi idem Menoch. consil. 34. non mediocri. num. 14.

d Venirent.] Ias. l. prima. § nuntiatio. numero 5. capitul. final. de noui oper. nuntiat. consilio 124. viso testamento. columna penultima. versicul. ad idem facit. infra libro 4. Dect. consil 472. testator. 1. dubio. & in fin. cons. & Ripa l. 1. nu. 8. ff. de pignor.

e Contentam.] Idem consilio 132. Salomon. supra lib. 1. vbi addo. lit. i.

f Speciale.] Ias. cons. 173. filiæ quondam. colum. penult. supra lib. 2.

g Et ita tenet Bald.] Sequitur Dec. cap. in præsentia. nu. 39. versicul. contrarium tamen. de probat. & consilio 419. viso eleganti. numer. 7. dicens esse veriorem & magis communem. Ruinus consilio 98. viso themate. numero 20. libro 2. Crot. l. nemo potest numero 71. de lega. 1. Brun. tract. quod stantibus masculi. 9. articulo. 2. quæstione. columna 3 & sequenti. vbi videtur hanc partem tenere propter consuetudinem. Dilect. de arte testandi. titul. de leg. caut. 64. virgo cui legata. Didac. variar. resolut. lib. 1. capitul. 19. numero 9. in fin. eandem opinionem probauit Vasq. tract. de succes. creat. part. 2. §. 19. in fine. & in hac opinione residet Gabri. commun opin. lib. 4. titul. de legat. conclus. 2. in fin. Riminald. iun. consil. 85. testator. numer. 19. cum multis seqq & Menoch. consilio 169. respondendum. numero 18. vbi hoc consil. allegant. Contrarium tamen tenuerunt Ias. auth. si qua mulier. num. 9. C. de sacrosanct. eccles. l. Gallus. § & quid si tantum. col. 9. de liber. & posthum. Dec. consil. 674. in testamento. numero 2. Socin. Sen. consilio 269. pro inuestigatione. columna prima. libro 2. Ripa l. prima. numero 62. ff. soluto matrimon. & est communis secundum Felin. dicto capit. in præsentia. numero 37. vbi

Paris.

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Pariſ num. 144. & Bero. num. 494. Marſ. l. 1. num. 45. 46. C. de raptu virgin. ſingul. 215. validum eſt. & eſt in rubric. de fideiuſſor. numero 127. Pariſ. conſilio 65. viſo teſtamento. nume. 14. lib. 2. Socin. iun. conſ. 160. cap. præſentem. numer. 68. libr. 2. & Ruin. conſilio 68. ſuper primo. ad finem. libro 4. & ſecundum hanc opin. nouiſſime conſuluit Roland. conſ. 35. illuſtriſſime. num. 17. lib. 3.

h Verisimili.] Iaſ. refert Oſaſc. d. deciſ. 126. n. 21.

i Conſuluiſſe.] Dixi conſ. 231. iſti impuberes. colum. 2. ſupra libro 2.

k Pecuniæ.] Iaſ. d. conſ. 231. in prin. latiſſime Tiraq. de vtro. retract. part. 1. § 32. gloſſ. 1. numer. 10. 11. 12. & ſeqq. multis, & maxime num. 21.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens non poſſe dici de nullitate ſententiæ, intelligitur procedere, niſi nullitas ſit patens & euidens.*

Nullitas, ſi ex diſpoſitione ſtatuti allegari non poſſit, poterit tamen allegari, ſi ſit patens & euidens. num. 1.

2 *Officium iudicis conquieſcit pendente dilatione, & nihil interim poteſt innouare, & innouata pendente dilatione ſunt ipſo iure nulla.*

Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit, & nihil interim poteſt innouari, & innouata ſunt ipſo iure nulla. nu. 2.

3 *Sententia lata dilatione pendente adeo nulla eſt, vt non poſſit conſenſu partium ratificari.*

4 *Dilatio videtur finita, quando pars opponit, quæ vult, quaſi dilationis cauſa ſit finita. & nume. ſeq. vbi declaratur.*

6 *Iudex vbi præſumit exceptiones malitioſe opponi poteſt illas reijcere, & illis non attentis ad vlteriora procedere. intell. vt nu. 7. & 8.*

9 *Calumnia rei præſumpta non remouet ordinem procedenti à iure datum.*

10 *Sententia lata cauſa non cognita, & præcipitanter eſt nulla.*

11 *Sententia lata intra paucos dies, ita vt veriſimiliter appareat defectus cauſæ cognitionis, eſt ipſo iure nulla.*

Breuitas temporis facit, vt præſumatur ſententia lata cauſa non cognita. vide ver. ſententia lata.

13 *Cauſa non cognita factum cenſetur, quod ſubito fit, & quod nimis eſt feſtinatum, non cenſetur bene ponderatum.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimę virginis nominibus pro veritatis & iuſtitię ſuffragio inuocatis.

EX ſola inſpectione tituli propoſiæ quæſtionis, abſque alia iurium allegatione euidenter apparet, iſtā ſententiam, de qua quæritur, eſſe nullam, nec mereri habere nomen ſententiæ. Et propterea etiam ſi ſtatutum diſponeret, non poſſe dici de nullitate ſententiæ, non militaret in caſu præſenti; quia tale ſtatutum intelligeretur, 1 † niſi nullitas ſit patens vel euidens: a ſecundum do- a minum Abbatem *in conſilio 162. incipiente, In cauſa quæ in præſens vertitur inter commune Serciani. in 2. col. ad fin. & ſeq dom. Alexand. in conſil. 105. quinti volum. incipiente, Ponderatis narratis in themate ſentio, &c.* Vnde cum nullitas huius ſententiæ euidenter pateat, & veritas ita patens verborum adminicula non deſideret, *vt inquit text. in l. 1. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtine.* ideo quæ dicturus ſum, paucis abſoluam: eo maxime, quod plene & accurate ſcriptum eſt in hac cauſa per clariſſimum primum dom. Conſultorem Bononienſem. Præſupponitur itaque in facto, quod præſentato reſcripto delegatorio huic iuditi delegato, in quo committebatur cognitio de nullitate, & iuſtitia, vel iniuſtitia alterius ſententiæ, & ſic de negotio principali cum incidentibus, idem iudex aſſignauit parti terminum trium dierum ad opponendum contra reſcriptum, & die prima procurator partis contra ipſum reſcriptum quædam generalia oppoſuit, cum reſeruatione, & proteſtatione, ſaluis aliis, &c. Sed idem iudex in ſecunda die immediate ſequenti tulit ſententiam ſuper negotio principali, partibus non auditis, nec citatis ad allegandum, & pendente dicto termino dilationis per eum aſſignatæ: vnde, vt dixi, ex ſola facti narratione euidenter patet nullitas ſententiæ perperam & inconſiderate, & cauſa non cognata fulminatæ, cum vna die productum fuerit reſcriptum, & die immediate ſequenti lata ſit ſententia in cauſa principali, pendente adhuc ipſo termino dilationis trium dierum per ipſum iudicem aſſignatæ. Vnde eſt in iure expeditum, quod pendente dilatione iudicis officium conquieſcit, † & nihil interim poteſt innoua- 2
re, b *vulgata l. ſiue pars. C. de dilat. & cap. ſignificante. de* b
appell. intantum quod innouata pendente dilatione ſunt ipſo iure nulla; *vt eſt gl. in l. 1. in princip. in verb. momenti. ff. de feriis. quam ſcribentes, præſertim dominus Alexander ibi ad hoc notat. facit textus in §. ſuſcepto. in authentic. de exhibend. reis. in verb. nihil. in medio. & in verb. pro nihilo eſſe.* Item ſententia lata c pendente dilatio- c
ne adeo eſt bulla; † quia lata ab eo, qui carebat exer- 3
citio iuriſdictionis, quod etiam non poteſt conſenſu partium ratificari: eo quia non poteſt conſenſus partium hoc facere, quod fingatur retro exercitium habuiſſe, *l. obſeruare. §. fin. ff. de offic. preconſ. & lega. ita notabiliter & multum ad propoſitum determinat Bald. in l. penult. in vltim. colum. C. de arbit.* ¶ Nec obſtat, quod procurator prima die termini quædam generalia oppoſuit contra reſcriptum, & ſic videatur finita cauſa dilationis. vnde iudex potuerit procedere ad vlteriora, ſicut ſi illa † dilatio fuiſſet finita: *vt notat* 4
Bar. in l. ſi quis hæres ita ſcriptus. per illum tex. & in l. quamdiu. vltim. ff. de acquirend. hæredit. & in l. à filia. §. alumnæ. per illum text. ff. ad Trebellian. & in l. 2. in penult. q. ff. de re iudic. & in d. l. ſiue pars. & in conſ. 164. incipiente, Proceſſus & ſententia. Bene facit quod notat dominus Abbas in cap. potuit. in 2. notabili. & ibidem Ioan. de Imol. de locat. vbi notant, quod ſi detur alicui terminus ad declarandum voluntatem ſuam, ſi ante elapſum terminum expreſſe declarat, ceſſat præfixio termini. *capit. ab eo. de appell. in 8.* quia ceſſat ratio præfixionis termini. & ſic ceſſante cauſa termini, ceſſat ipſe terminus, *l. fin. ff. ad l. Fal.* Quia reſpondetur, quod iſtud eſt verum, & procedit, quando factum eſt totum illud, ad quod data eſt dilatio: † puta iudex dat alicui terminū triū 5
dierū ad reſpondendū poſitionibus, & ille reſpondet primo die, tunc bene finita eſt cauſa dilationis, & iudex poteſt vltra procedere. ita loquitur Bart. *in d. l. ſi*

d.l. si quis hæres ita scriptus. vel si iudex statuit tibi dilationem decem dierum ad veniendum, & tu venisti in primo die, certe finita est causa dilationis. ita loquitur Bartolus *in dicta l. siue pars. & in dicta l. secunda. in penultima quæstione. ff. de re iudic.* vel iudex statuit alicui terminum trium dierum ad declarandum voluntatem suam, & ipse prima die expresse declarauit, tunc cessat præfixio termini, & causa dilationis. ita loquuntur dominus Abbas, & Ioannes de Imola *in dicto capitul. potuit.* Sed in casu nostro fuit data dilatio trium dierum ad opponẽdum exceptiones contra rescriptum, & aliquæ fuerunt oppositæ prima die per procuratorem, saluis & reseruatis aliis: Ergo apparet expresse, quod non erat factum totum illud, ad quod erat data dilatio, & consequenter, quod non erat finita causa dilationis, ex quo expresse fuerũt reseruatæ aliæ exceptiones in termino opponendæ: iuxta practicam Bald. *in l. Titia textores. in princ. ff. de legat. 1.* ¶ Non quoq; obstat, si diceretur, quod vbi iudex præsumit exceptiones malitiose op-
6 poni, † potest illas reiicere, & eis non attentis ad vlteriora procedere: secundum Innocent. *in capitulo, post electionem. de consess. præbend.* & ibidem dominus Abbas *in vltima columna.* & ibidem dominus Abbas *in capitul. ex parte. 2. in 2. notabili. & in capitul. super eo. in vltima columna. per gloss. ibi, quam ad hoc reputat singularem, de offic. de legat. & idem dominus Abbas in capitulo, nullus. in fin. de præsumpt. & in capitul super eo. 1. ad fin. & in capit. interposita. in principio. in primo notabili. de appell. & in capitu. constitutus. de fideiusso.* Quia respondetur, quod istud posset procedere, quãdo tales exceptio-
7 nes iam essent oppositæ; † quia iudex potest tunc præsumere calumniam excipientis: sed antequam exceptiones sint oppositæ, vt in casu præsenti, cum nesciat iudex, quas exceptiones velit pars in futurum opponere, non potest adhuc suspicari de calu-
d mnia, [d] cum non possit diuinare: *iuxta l. si putator. in fine. C. ad legem Aquiliam.* & tractus futuri ad iudicem non spectant, *lege prima. §. primo. ff. de vsuris.* ¶ Item ad hoc vt iudex possit reiicere exceptiones, & eis non attentis ad vlteriora procedere, si præsumit ca-
8 lumniose excipi, requiritur, quod istud faciat † ex
e præsumptione multum vehementi: [e] secundum dominum Abbatem *in d. cap. post electionem. in vltim. col. & est textus optimus in cap. susc. ita. & ibi domin. Abb. in tertio notabili ad hoc notat, de in integr. restit.* Vnde non sufficeret, si esset leuis præsumptio malitiæ contra opponentem: *vt est text. in cap. licet causam. in verb. nonnulli crederent. & ibi dominus Abbas in 2. columna ad hoc notat. de probat.* Et dicit Bald. *in l. non epistolis. in 2. col. de probat.* quod *in dicto capitul. licet causam.* est text. nota-
9 bilissimus, quod præsumpta † calumnia rei non remouet ordinem à iure datum in procedendo: sed in casu nostro in spacio tam pauci termini triũ dierum non potuit calumnia præsumi, præsertim cum talis dilatio trium dierum fuit ab ipsomet iudice assignata: quia ex tam pauco tempore non potest præsumi, quod calumniose aliquid opponatur ad differendũ iudicium, cum in mora tam parui temporis nõ possit esse præiudicium, *l. si debitori. ff. de iudic.* & consequenter nec aliqua calumnia præsumi. ¶ Item ex alio euidenter apparet nullitas huius sententiæ; quæ (vt dictum est) non solum fuit lata pendente adhuc termino dilationis, sed etiam fuit lata partibus non auditis, nec citatis ad allegandum: ergo est lata causa nõ cognita, & sic præcipitanter, † ergo est nulla cum 10
merita causarum partium assertione pandantur, *l. fi. C. si per vim vel alio modo. capitul. cum ex literis. ad finem. de in integrum restitut.* Nam sententia debet ferri non subito, & ex abrupto, sed deliberata & ponderata, alias est nulla: *textus est in l. secunda. C. de sentent. ex breuicul. reci. facit textus notabilis in l. iudic. C. de iudic. in capitul. iudicantem. 30. quæstione vltima.* Nam præcipitatio iudicis est nouerca iustitiæ: vt dicit textus *in clementin. pastoralis. in secunda columna. de re iudic.* Item plus inficit sententiam iniustitia ex ordine processus, quam ex causa: quia prima reddit sententiam ipso iure nullam, secunda non: *secundum dominum Abbatem in capitul. cum olim. in penultima columna. de re iudicata.* ¶ Item ex breuitate [f] temporis, † quando iu- f
dex infra modicos dies tulit sententiã diffinitiuam, 11
sententia est nulla, tanquam lata causa non cognita, secundum Bart. *in l. prolatam. in fin. & in l. ex stipulatione. in secundo notabili per illum textum. C. de sent. & interlocut. omni. iudic.* Idem notat Ioan. de Imol. *in d. clem. pastoralis. in 3. colum. per illum text. de re iudic.* vbi notat, quod quando sententia est lata tam breui tempore, quod verisimiliter apparet defectus causę cognitionis, talis sententia redditur ipso iure nulla. facit bene text. *in cap. ponderet. cum gl. l. distinctione.* per quem Gemini. ibi arguit contra iudices, quibus de mane mittitur processus, & in vesperis sententias ferunt, quod sint ipso iure nullæ: quia non præsumitur, quod de causa cognouerint. Ad idem facit textus *in cap. ad nostram. de consuet.* per quem Bal. ibi inuehitur contra iudices fabricantes sententias, non ruminato processu. ¶ Item illud, quod tam subito fit, † dici- 12
tur sine causæ cognitione factum: secundum dom. Antonium de Butr. *in capitul. auditis. 2. de elect.* ¶ Item non censetur esse bene ponderatum, quod nimis est festinatum: *secundum Baldum in §. itaque. ad fin. in 1. constitut. Digestorum.*

ADDITIO.

a Euidens.] Plot. tract. de in lit iur. § 5. n. 39. & refert Socin. iun. cons. 37 præsens. n 38. lib. 2.

b Innouare.] Maran. tract. de ord iud. 14. par. 6. dist. nu. 47. fol. 77. Dec. c. significante. n. 7. de appell. limita. Lap. alleg. 82. in causa. num. 6. & multis modis. Rip. l. 2. num. 33. ad finem. de re iudic.

c Sententia lata.] Maran. tract. de ordin. iudi. ver. sententia. num 93. fol. 166.

d De calumnia.] Refert Menoch. tract. de recup. poss. reme. 15. num. 324.

e Vehementi] Dec. c. super eo. 1. ad fi. de appell. c. licet causam. 6. not. de prob. Ruin. cons. 30. quamuis plura. n. 13. lib. 5. & is qui scripsit additiones in Alex. cons. 65. habita. nu. 5. lib. 1. & Menoch. d. remed. nu 333.

f Breuitate.] Dixi sup. cons. 21. venerabilis. n. 5. lib. 1.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLV.

SVMMARIA.

1 *Tenor inuestiturę est diligenter inspiciendus. & n. 8.*

2 *Conductores primi aquarum non possunt expelli à locatore, nec etiam à secundis conductoribus, qui non habent ius in re.*

3 *Contractus initio sunt voluntatis, sed ex post facto sunt necessitatis, & hac regula nunquam fallit.*

4 *Prior tempore potior est in iure, etiam in materia locationis & conductionis.*

5 *Contractus initi inter partes debent iudicari secundum dispositionem iuris communis.*

6 *Pacta in contractu locationis vel cõductionis contra bonos mores facta non valent, nec habẽt efficaciam producendæ actionis.*

7 *Verba dubia pacti interpretanda sunt contra eum, qui in illis se fundat.*

8 *Generalitas. In generalitate verborum non veniunt alias prohibita, & illicita.*

9 *Determinatio eadem respiciens duo, debet æqualiter determinare, etiamsi esset diuersa ratio.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

DVBITATVR, an vigore locationis factæ per magnificos Comites Bologninos nobilibus de Dugnano, videatur ipsis de Dugnano concessum, vt non teneantur stare locationibus temporalibus alias factis per dictos Comites de certis aquis comprehensis in eorum inuestitura. Dubium facit; † quia tenor inuestituræ est diligenter inspiciendus: *vt dicit text. in cap. recepimus. & in capit. porro. de priuil.* & verba pactorum sunt bene consideranda, *§. nos igitur. in authent. de restit. fideic. Bal. in l. vnica. §. sed & si quis. C. de Lati. liber. toll. & in c. 1. de feu. guar.* Sed verba præsentis locationis sunt multum ampla, scilicet de vniuersa possessione, & bonis sancti Angeli, & de omnibus & singulis fictis, tam perpetuis quam temporalibus, & de omnibus & singulis aquis & aquarum ductibus, ac iuribus rugiæ nuncupatæ sancti Angeli, ita quod omnia aquarum iura in præsenti locatione comprehẽdantur, & de eis disponere possint conductores ad libitum voluntatis. ita & taliter, quod de dicta vniuersa possessione, & bonis, ac iuribus S. Angeli nihil intelligatur exceptuatum & reseruatum, excepto castro dicti loci, cum eius viridario, & quod præfati Comites teneantur expellere quoscunq; occupãtes & tenentes prædicta bona & aquas: prout omnia & singula seriatim ponderauit eximius dominus motiuans præsentis controuersiæ cognitor & decisor. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror proculdubio de iure veriorem. Nam clarum est, quod magnifici Comites non possunt de iure expellere pri-
2 mos fictabiles † aquarum, *l. ne cui. C. locat.* quia con-
3 tractus ab initio sunt voluntatis, sed † ex post facto
a reducuntur ad necessitatem. [a] *l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. l. sicut. Cod. de actionibus & obligationibus. capitul. licet. & ibi ad hoc notat dominus Abbas, de voto.* Et ista regula nunquam fallit, secundum Bartolum *in l. si pecuniam. in princip. in 3. colum. ff. de condi. ob cauf.* Similiter isti secundi conductores nõ habent aliquod ius expellendi primos fictabiles aquarum: eo quia isti secundi conductores sunt similiter temporales, & sic ad nouennium, & consequenter non habent ius, nec dominium, neq; possessionem in istis bonis, seu aquis conductis, *l. non solet. ff locati. & l. non solum. §. 1. ff. de vsucap.* Et per consequens nullum ius habent expellendi primos fictabiles, imo isti secundi coloni seu fictabiles tenentur stare prioribus, *arg. l. in operis. ff. locat.* Nam in iure pari potior est condi-
4 tio, † quæ tempus præoccupauit, [b] *l. potior. & l. qui*
b *balneum. ff. qui potior. in pignor. habeant. secundum Bald. in l. emptorem. in 2. col. C. locati. & latius dom. Alexan. in consilio 118. quinti volum. quod incipit, In casu. de quo queritur, primo est discutiendum. in 4. col.* Cum ergo nec præfati Comites, nec isti secundi conductores possint de iure dictos primos fictabiles aquarum expellere, ergo etiam nullatenus est dicendum, quod per verba ampla & generalia comprehẽsa in secunda locatione, & superius relata, censeatur actum, quod primi fictabiles expellerentur, ex quo contractus initi inter partes † debeant iudicari secundum dispositio-
5 nem iuris communis: *secundum do. Alexand. post Rayne-rium de Forliuio in l. post dotem. in fin. ff. solu. matr. per text. in l. quero. §. inter locatorem. ff. locat.* Imo fortius, si inter magnificos Comites Bologninos, & dictos nobiles de Dugnano fuisset factum pactum expressum de expellẽdis illis primis fictabilibus aquarum, non subsistente alia iusta causa expulsionis, crederem, quod tale pactum de iure non valeret: quia es-
6 set contra bonos † mores, & contra violationem fidei & promissionis ipsorum Comitum. Nam pacta in contractu locationis vel conductionis cõtra bonos mores facta non valent, nec habent efficaciam producendæ actionis: *secundum Bal. in l. si fideiussor. C. mandati.* Præterea, imputandum est istis vltimis conductoribus, quare † legem apertius non dixerunt
c 7 circa expellendos primos fictabiles, *l. veteribus. ff. de*
c *pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbor. oblig. l. Labeo scripsit obscuritatem. ff. de contraben. emption. & in reg. contra eum. de regul. iur. in 6.* præsertim cum isti secundi conductores fundent intentionem suam ex talibus pactis, quę cum sint generalia, debet fieri interpretatio contra eos, in quorum facultate fuit legem apertius scribere, ex quo intentionem suam clare non probant, nec de necessitate, *cap. in præsentia. cum gloss. de probat. & declarat in specie Bart. in d. l. veteribus. ff. de pact.* ¶ Non obstant in contrarium adducta, præsertim generalitas multarum clausularum, quia illa non facit, vt censeatur actum de expellendis fictabilib. temporalibus, qui de iure expelli non possent, nec per ipsos magnificos Comites, nec per
8 istos nouos cõductores. Vnde in generalitate † verborum non veniunt ea, quæ alias sunt prohibita & illicita, *l. si pater. cum similibus. ff. de his quæ in fraud. cred.* ¶ Non quoque obstant illa verba, de omnibus fictis tam perpetuis quam temporalibus, quia sensus istorum verborum est, quod isti noui conductores percipiant ficta à fictabilibus tam perpetuis quam temporalibus, nec per ista verba censetur actum de expellendis illis primis fictabilib. qui de iure expelli non possunt. Patet: quia eadem determinatio respicit duo, scilicet tam fictabiles perpetuos quam temporales, † ergo debet æqualiter determinare: [d] *per*
9 d *regulam l. nam hoc iure. in principio. & l. Lucius. ff. de vulga. & pupilla. & l. quamuis. & l. hæreditatem. C. de impuber. & aliis substitut.* etiam si esset diuersa ratio: prout est textus clarus *in dicta l. iam hoc iure. & ibi dom. Alexand. in 4. colum. expresse ad hoc notat. & idem dom. Alexand. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. & in consil. 179. quinti volum. incipiente, Viso processu causæ vertentis inter magnificam dominam. in penultima columna.* Vnde sicut in fictis perpetuis non potest censeri actum de

eis

eis expellendis, sed quod ficta ab eis percipiãtur, ita etiam à fictabilibus temporalibus, cum sint sub vna determinatione, & debeant æqualiter determinari, dato etiam, quod subsit diuersa ratio. ¶ Non obstant alia verba, quod præfati comites sint obligati ad expellendum quoscunque occupantes & tenentes de dictis bonis, vel aquis: quia intelliguntur de occupantibus de facto, & de tenentibus sine titulo, qui de iure expelli possunt, non autem de primis fictabilibus habentibus titulum validum prioris locationis, qui de iure expelli non possunt, vt dictum est supra. ¶ Non obstat aliud capitulum, quod clarissimus dominus Motiuans satis ponderat, dum in eo dicitur, quod præfati comites possint concedere ad libellum perpetuum omnes illas aquas affictatas diuersis personis ad fictum temporale, sine alio restauro; quia sensus istorum verborum est, quod illis diuersis personis, quibus affictauerant dictas aquas ad fictum temporalem, eisdem possint concedere ad libellum perpetuum, quia istud esset licitum, ex quo interueniret cõsensus illorum priorum fictabilium; & si vellent concedere aliis personis in perpetuum, intelligendum est finita locatione habentium illam conductionem temporalem: *per d.l.ne cui.C.locati.cum aliis superius deductis.* Et talem sensum habent etiam verba proxime prosequentia, quæ dicunt de prima inuestitura, quam facient isti secundi fictabiles de dictis aquis; per ea quæ in superioribus oportune deducta fuerunt: quia intelliguntur de aliis aquis, quæ prius non erant aliis affictatæ, vel finita illorum locatione.

ADDITIO.

a Necessitatem.] Procedit regula etiam in contractu facto cum principe, vt per Iaſ.nor.l.ſi pecuniam.in prin. nu.12. cum ſeqq.de cond.ob cau.Dec.conſ.292.& pro tenui.nu.7. limitat Marſ.ſing 233.quæ de nouo.

b Præoccupauit.] Sic quando ſunt duo priuilegia paris potentiæ, quod potior ſit conditio præoccupantis, vult Iaſ.ſupr. conſ.218.quoniam.c.fin.lib.2.

c Non dixetũt.] Neuiz.conſ.40.exorditur.n.13.Port.conſ. 2.quamuis.n.34.&dixi conſ.105.Ioannes.n.34.declara vt ſcripſi conſ.41.viſis.nu.10.& 29.& conſ.101.in propoſita.nu.14.& 86. cum ſeq.

d Determinare.] Dixi conſ.75. non videtur. colum.1. infra eodem libro.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLVI.

THEMA.

RÆSVPPONITVR in facto, quod per magnificum dominum Capitaneum iuſtitiæ Mediolani factæ fuerint tres cridę, quod habentes artelarias tenerẽtur eas notificare præfato domino Capitaneo ſub pœna confiſcationis bonorum. Et in vltima crida dicitur, quod ex nunc in caſum inobedientiæ intelligantur cecidiſſe in dictam pœnam irremiſſibiliter. Deinde præſupponitur, quod in domo domini Ioannis Mariæ de Curte repertæ fuerint quatuor petiæ artelariarum, quas non manifeſtauit domino Capitaneo, & mortuus eſt, elapſis iam duobus annis poſt dictas cridas, condito prius teſtamento, in quo hæredes vniuerſales inſtituit dominos Deputatos ſcholæ quatuor Mariarum Mediolani. vnde per agentes nomine Cameræ Regiæ aſſeritur, eius bona eſſe deuoluta fiſco regio, & ſic eſſe excluſos dictos dominos deputatos, & conſequenter pauperes Chriſti.

SVMMARIA.

1 *Decretum diſponens, quod generaliter in quibuſcunque caſibus bona veniant Regiæ Cameræ applicanda ipſo iure & facto intelligantur confiſcata & incorporata à die commiſſi criminis, facit, vt bona non ſint confiſcanda, ſed tantum declaranda confiſcata. & nu.31. & ſeqq.*

2 *Confiſcatio quando fit ipſo iure, tunc mors nõ extinguit pronuntiatum, nec impedit pronuntiandum.*

3 *Verba proclamatis, quod ex nunc in caſum inobedientiæ intelligantur cecidiſſe in pœnam confiſcationis bonorum, ſunt præteriti temporis, & important, quod ipſo iure & facto intelligatur cecidiſſe in pœnam confiſcationis bonorum. & nu.33. & ſeqq.*

4 *Probata media videntur probatis extremis. & nu.36. & nu.39. vbi declaratur.*

Media videntur probata probatis extremis. nu. 4. & ex qualitate & quantitate extremorũ præſumitur media. & nu.36. vbi declaratur.

5 *Confiſcationis bonorum pœnam nõ poteſt imponere, niſi ſuperior, illuſtris, vel ſuperilluſtris, puta rex vel princeps, vel niſi ſit in ſummo gradu poſt principem, ita vt alium magiſtratum ſuperiorem non habeat, vel niſi à principe ei concedatur.*

6 *Aſſertioni alicuius dicentis, ſe feciſſe de commiſſione regis, non creditur, quando princeps erat abſens, & in longinquis partibus, niſi fidem faciat de commiſſione.*

Cardinali aſſerẽti Papam ſibi commiſiſſe viuæ vocis oraculo non creditur, niſi talem commiſſionem probet vel oſtendat. nu.6.

7 *Confiſcationis bonorum pœna ſublata eſt hodie per auth. bona damnatorum. C.de bon.proſcrip.*

8 *Arbitrium intelligitur ſecundum dignitatem eius, cui conceditur.*

9 *Iudices ratione generalis arbitrij non poſſunt omnia bona confiſcare.*

10 *Delictum quando committitur omittendo, neceſſe eſt conſtare de ſcientia inculpati, quod vere ſciuerit, & quod in accuſatione fiat expreſſa mentio de tali ſcientia, ſecus quando delictum eſſet commiſſum faciendo.*

11 *Dolus & culpa in accuſatione & in ſententia deduci debet in iis, quæ ſui natura ſunt magis nomina facti quam delicti, alias accuſatio nec ſententia valent.*

12 *Proclamata publica præſumuntur tranſire in publicam omnium notitiam. & numer.14. cum ſeqq. vbi declaratur.*

13 *Receptans bannitum, cuius bannum erat notorium in loco, non excuſatur ſub colore ignorantiæ.*

15 *Ignorantia proclamatum factorum in ciuitate præſumitur in eo, qui maiori parte temporis ruri habitabat.*

16 *Excusandus videtur à pœna is, qui noluit propalare, dubitans ne res suas perderet.*

17 *Rex vel princeps non potest etiam ex aliqua causa auferre alicui res suas, nisi earum pretium prius soluat.*

18 *Princeps licet possit ex causa priuare aliquem dominio rei suæ, non tamen gratis potest hoc facere, sed soluto pretio.*

19 *Ius alteri qui aufert, tenetur de proprio recompensare.*

20 *Papa si contulit mihi aliquod beneficium, deinde de plenitudine potestatis velit mihi auferre, & dare alteri, tenebitur mihi prouidere de alio simili, & Papa cogẽs episcopum inuitum sine culpa renuntiare episcopatui, debet ei prouidere de bono cambio.*

21 *Causa quælibet saltem colorata licet iniusta excusat à mulcta & à pœna, imo etiam causa iniusta & temeraria excusat à dolo, & fortius, credulitas etiam fatua, sicut & temeritas, excusat.*

22 *Bona fides potest causari non solum ex iustis rationibus, sed etiam ex iniustis & temerariis.*

23 *Crimen rebellionis contra suam ciuitatem committens, si decedit lite pendente ante latam sententiam, pœna ademptionis bonorum non tenebit eius hæredem.*

24 *Decreti determinationem vbi habemus, non debemus vlterius inuestigare rationem: vbi exornatur.*

Statuti determinationem vbi habemus, non debemus vlterius inuestigare rationem. vide verb. decretum.

25 *Paria sunt, membrum deficere, vel esse mancum, vel debilitatum. & nu. 26.*

Membrum deficere, vel mancum esse, vel debilitatũ, sunt paria. vide verb. paria sunt membrum.

Statutum puniens debilitantem membrum alicuius, non habet locum in debilitante membrum inutile. numero 25.

Statutum de effodiendo alicui oculos non habet locum in oculis non videntibus. nu. 25.

26 *Statutum disponens, quod pro certo delicto excidatur manus, locum non habet in manu arida & inutili.*

27 *Tempus, quod est de substantia actus, probari præcise debet.*

28 *Tempore licito factum in dubio quid præsumitur, & vbi est dubium temporis, præsumitur in benigniorem partem.*

29 *Absolutio amplectenda est in criminalibus, vbi res dubia est.*

30 *Fiscus. Contra fiscum in dubio pronuntiandum: maxime quando fiscus venit ex causa lucratiua, vt ex delicto.*

31 *Maleficium proprie non continet delictum, quod est in omittendo, sed quod est in faciendo, & ita accipiendum est in statutis.*

33 *Statuti vel decreti verba si non conueniunt, non potest etiam conuenire eius dispositio.*

34 *Sententia declaratoria requiritur etiam, vbi pœna ipso iure est imposita, vt hæredes delinquentis ad pœnam illam teneantur.*

35 *Sententia licet non sit super amissione bonorum ferenda, quando quis cadit ipso iure à rebus suis, tamen ferenda est super declaratione amissionis.*

37 *Præsumptiones quamuis violentæ, & quæ in ciuilibus sufficerent, non sufficiunt in criminalibus ad aliquem condemnandum, quia in iis requiruntur probationes liquidissimæ.*

38 *Pœna. In pœnis apertæ & liquidissimæ debent esse probationes.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRo fisco regio facere videtur decretum editum de anno 1446. quo disponitur, quod generaliter in quibuscunq; casibus bona veniunt cameræ regiæ applicanda, quod ipso iure & facto intelligantur confiscata, & incorporata à die commissi criminis. Vnde vigore dicti decreti videtur, † quod nunc non agatur de confiscandis 1
bonis dicti domini Ioannis Mariæ, sed solum agatur de executione, seu declaratione confiscationis. Nam quando confiscatio fit ipso iure, † tunc mors 2
nõ extinguit pronuntiatum, nec impedit pronuntiandum; *vt l. Caius. ff. ad Syllan. & l. 1. §. hac autem. ff. quod quisque iur. ita signanter dicit Baldus in rubric. C. si pendent. appellat. mors interuenerit.* ¶ Secundo pro fisco regio facit tertium proclama dom. Capitanei, quod ex nunc in calum inobedientiæ intelligantur cecidisse in dictam pœnam confiscationis bonorum irremissibiliter, † quæ verba cum sint præteriti tem- 3
poris, important, quod ipso iure & facto intelligatur cecidisse in pœnam confiscationis bonorum: *vt est gloss. in l. in criminali. C. de iurisdictio. omnium iudicum. & in l. iubemus. §. sane. & ibi Bartolus. C. de sacrosanctis ecclesiis. & gloss. in cap. quisquis. & ibi dominus Abbas notat, de elect. & gloss. plenior in capit. in pœnis. de regul. iur. in 6. Bart. in l. Imperator. ff. de iure fisci.* Ergo (vt dictum est) non agitur modo de confiscatione bonorum, cum ipso iure facta sit, sed solum de declaratione vel executione. ¶ Tertio probatum videtur, quod domin. Ioan. Maria habuerit dictas artelarias in domo tempore prædictarum proclamationum: quia probatur, ante & post habuit, ergo probatis extremitatibus † videntur probata media: *vt notat Bart. in l sicut.* 4
§. superuacuum. ad finem. in vltim. not abili. ff. quibus modis pignus vel hypoth solui. & in l. Celsus. in penult. colum. ff. de vsucap. & in l. super longi. C. de præscript. long. tempor. Baldus i l. indicia. circa finem. C. de rei vendi. & in l. testium. in vlt. colum. C. de testi. domin. Abbas in cap. it. accedentibus. de priuilegiis facit bonus text. in l. talis scriptura. in verſic. sed si in annos. cum gloss & ibi Bald & dominus Alexan. ad hoc not at. ff. de legat. 1. Et quod ex qualitate & quantitate extremorum præsumantur media, notat dominus Abbas *in capitul. inter dilectos. in 2. colum. per illum text. de fide instrum.* Et quod per primum & vltimum colligatur medium tempus, *est gloss. in cap. accedens. & ibi dominus Abbas notat de conuers. coniugat.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, quod bona domini Ioannis Mariæ non dicantur de iure confiscata, nec de iure possunt confiscari ex defectu causæ efficientis, item ex persona ipsius inculpati, item tertio ex defectu causæ materialis. Et istas tres principales causas seriatim examinabo. ¶ Inprimis ergo, quod confiscatio bonorum cadere non possit ex defectu causæ efficientis, & sic dom. Capitanei Mediolani, qui prædicta proclamata fieri fecit, apparet euidenter, quia dom. Capitaneus non potuit in dictis proclamationibus apponere pœnam † confiscationis 5
bonorum contra inobedientes, tam ex dispositione

iuris

turis communis, quam ex dispositione decretorum ducalium. De iure communi patet per text. *in l. vnica. C. ne sine iussu principis certis iudici. liceat confisca.* vbi est text. quod iudex pro aliquo delicto, pro quo ex sui natura non venit confiscatio bonorum, non po-
a test ex arbitrio suo pœnam confiscationis[a] statuere, nisi sit illustris vel superillustris, puta rex vel princeps, vel nisi sit in summo gradu post principem, ita quod alium magistratum superiorem supra se non habeat, vel nisi à principe sibi concedatur: *vt est text. in d. l. vnica. & ibidem Bald. & clarius Ange. & Salyc.* Item ex forma decretorum ducalium aperte idem colligitur: quia in decreto edito de anno 1446. disponitur, quod in quibuscunq; casibus, pro quibus iure communi vel municipali, vel decretorum, aut ordinum illustrium principum, bona malefactorũ ducali cameræ veniant applicanda. Ponderandum est, quod confiscatio bonorum nõ permittitur, nisi fiat de iure cõmuni, vel municipali, vel per decreta, aut ordines illustrium principum: ergo cæteris omnib. magistratibus censetur interdicta cõfiscatio bonorum: *per regulam leg. cum prætor. ff. de iudici. & l. maritus. C. de procur.* Nec dicatur, quod dominus Capita-
6 neus ex commissione † regis talem pœnam confiscationis bonorum imposuerit: quia cum rex esset absens, & in remotis tempore dictarum proclamationum, non creditur sibi, nisi de dicta commissione fidem faciat, *l. vnica. C. de mandat. principum. notatur in capitul. cum in iure peritus. de officio delegat.* cum et-
b iam non credatur Cardinali † asserenti Papam sibi commisisse viuæ vocis oraculo, nisi talem commissionem probet, vel ostendat: *vt est glossa in capit. sicut nobis. & ibi dominus Abbas ad hoc notat. de sentent. excommunicat. dominus Abbas in capitul. cum à nobis. in 3. notab per illum text. de restit. & in cap. constitutus. in vlti. col. de appell. & in cap. cum dilecta. in penult. colum. ad fin. de confir. vtil. vel inutil.* præsertim in casu nostro, in quo requiritur, quod princeps verbis specialibus concedat tale arbitrium imponendi pœnam confiscationis bonorum contra inobedientes, ex quo princeps non consueuit tale arbitrium concedere, *dicta l. vnica. C. ne sine iussu princip. certis iudicibus liceat confisca. secundum Baldum in l. fina. ff. de offic. præfect. vigil.* Immo fortius etiam de commissione regis non potuisset dominus Capitaneus talem pœnam confiscationis bonorum contra inobedientes statuere, nec debet sumi argumentum à contrario sensu *dictæ leg. vnicæ.* Etsi ille textus intelligatur à contrario sensu velle, quod cum iussu principis possint magistratus bona
7 inobedientium confiscare, certe corrigitur † illud hodie per iura nouissima authenticorum, scilicet per authentic. *bona damnatorum. C. de bonis proscript. & per §. oportet. in authentic. de mandat. principum. ita expresse tenet Andreas de Isernia summus feudista in capitulo primo. in 35. colum. & seq. quæ sint regalia. in vsibus feudorum.* vbi dicit audiuisse magnum virum ita dicentem, & nõ male, nisi ex valde magna & enormi causa fieret: prout dicit vidisse sententiam Papæ Gregorii decimi damnantem illum, qui occidit Viterbii, vbi erat ipse Papa, filium regis Alemaniæ consobrinum occidentis, & confiscantem omnia bona in fiscum: & hoc propter sceleris immanitatem: vt ibidem diffusius per eum. ¶ Præterea etiam quando in specie conceditur alicui iudici, vel capitaneo arbitrium publicandi bona: non tamen propter talem facultatem posset omnia bona confiscare: quia arbitrium † intelligitur secundum dignitatem eius 8
cui conceditur, *argu. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. secundum Bald. in d. l. vnica. circa fin. post Azo. Odofr. & Cyn. ibi.* Item ratione generalis arbitrii non possunt † iudices omnia bona publicare, quia quamuis pos- 9
sint illud, quod est plus, scil. condemnare ad mortem, c vt singulariter notat gloss. *in §. pœna. Institut. de* c
iniuriis. tamen non possunt omnia bona confisca-
re: d *per textum in dicta l. vnica. C. ne sine iussu principis* d
certis iudicibus liceat confiscar. secundum Baldum in capitulo primo. in principio. in quarta columna. de pace tenend. in vsibus feudorum. ¶ Secundo principaliter dixi, quod bona dom. Ioan. Mariæ non possunt dici de iure esse confiscata, nec de iure posse confiscari ex persona ipsius inculpati. Nam istud assertum delictum solum fuit commissum in omittendo, scilicet in non notificando artelarias domino Capitaneo: quo casu quando solum delinquitur in omittendo, necesse est constare de scientia inculpati, † quod vere sci- 10
uerit tales cridas fuisse factas, & in accusatione requiritur, quod fiat expressa mentio de tali scientia: secus quando delictum esset commissum faciendo. Ista est theorica gl. notabilis e *in l. ex maleficiis. §. longe* e
minus. ff. de action. & obliga. quam gloss. dicit ad hoc esse aream. Bald. in l. 1. in 14. col. C. qui accus. non poss. Bene facit, quod tenet Bart. *in l. 1. in princ. in 3. col. ff. ad Turpill. per illũ tex.* quod in his, quæ sui natura sunt † magis no- 11
mina facti quam delicti, vt est istud, non propalare artelarias proprias, debet in accusatione & in sententia necessario dici, quod dolose & culpabiliter fecerit, alias non procederet accusatio, nec sententia. & idem tenet Pau. de Cast. *in l. qui iurasse. in fin. prin. ff. de iureiur.* Sed in casu nostro non constat do. Ioan. Mariam habuisse sciẽtiam de dictis cridis, quæ paucis solent innotescere, *vt dicit text. in auth. qui semel. & in corpore vnde sumitur. C. quomodo & quando iudex.* ergo non potest dici in pœnam dictarum cridarum incidisse. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod publicæ cridæ, & publica proclamata præsumantur † transire in 12
publicam omnium notitiam: f *vt l. si tutor. vbi gloss. &* f
Bart. not. C. de pericul. tutor. & gloss. in l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. & in §. qui autem. Institu. eod. & in l. 1. & ibi Bar. ff. de recep. & in c. quod dicitis. 16. dist. & in c. exceptionem. §. fin. de except. facit text. notabil. in authent. quomodo oporteat episco. ad fin. & in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de institor. act & text. in cap. 1. de postul. præla. & in c. fin. qui matri. accu. pos. & tex. notab. in cle. vnic. §. fi. de concess. præb. Vnde non excusatur propter ignorantiam ille, qui receptat bannitum, quando erat notorium g in g
loco, quod erat exbannitus: † secundum Bartol. 13
in l. omnes. C. de agricol. & censi. lib. 11. Item publicas pactiones, & treugas, & paces, & generales rebannitiones quilibet præsumitur scire: h *vt notat Baldus in* h
l. doli mali. per illum textum. in versicul. diuersum, à contrario sensu. ff. de nouat. quod est valde notatu dignum, secundum eum. Imo fortius, quilibet de prouincia præsumitur scire illud, quod publice factum est in parte prouinciæ. Ita subtiliter notat D. Abb. *in d. c. 1. de postula. prælat. per gloss. tertiam. ibi iuncto textu.* Quia ad ista omnia dupliciter respondetur: Primo, quod ista est præsumptio scientiæ, sed præsumptio nõ sufficit, imo requiritur, † quod cõstet de sciẽtia, quan- 14

do delictum committitur in omittendo: vt supra proxime dixi. Secundo respondetur, quod D. Ioan. Maria pro maiori parte temporis habitabat in villa.
15 Vnde verisimiliter præsumitur† ignorasse cridas fa-
i ctas in ciuitate.[i] *Ita notat Bal. & Angel. in l. Titius. §. Lucius. per illum textum ff. de liberis & posthumis. & in l. tres fratres. ff. de pact. Bald. in l. plane. per illum text. ff. de excusatut. D. Abb. in c. 1. in 3. col. de postul. prælat. facit tex. in c. fi. & ibi D. Abb. in 3. not. ab. ad hoc not. qui matri. accu. poss.* ¶ Tertio, posito sine veri præiudicio, quod D. Ioan. Maria habuisset veram scientiam dictarum cridarum, & noluerit artelarias proprias, quas in domo habebat, propalare domino Capitaneo, adhuc venit excusandus, vt non teneatur ad pœnam contentam in cridis, & sic vt eius bona de iure confiscari non possint. Nam ideo noluit suas artelarias propalare, quia videbat, quod eas erat perditurus propalando:
16 & durum ac inhumanum est quenquam ex †publicatione res suas perdere, *l. 2. circa medium. C. quando & quibus quarta pars debe. libro 10.* Vnde sicut criminaliter non tenetur, qui putauit sibi de iure licere propria authoritate auferre de manu ducentis ronzinum suum, qui forte ducebatur per exterum vel incognitum, quamuis etiam iniusta ratione moueretur ad ita credendum, *vt singulariter determinat Angelus in l. 2. §. hac actione. ff. vi bonor. raptor. per illum text. in ver. si quis igitur. & in vers. seq.* eodem modo non debet criminaliter teneri, qui noluit res suas proprias manifestare, ne illas perderet. ¶ Quarto dominus Ioan. Maria potuit probabiliter credere, tales cridas domini Capitanei esse iniustas, & sic non teneri eis parere, sed posse eas impune Ipernere, *l. 2. & 3. ff. ne quis eum qui. gloss. in leg. non videtur. §. iussu. ff. de regulis iuris. Canon. in ca. si quando. de offic. delegat. & in clem. pastoralis. de re iudic.* Nam iniustum videtur esse proclama, quod quis teneatur propalare domino Capitaneo res suas, & ei consignare absq; eo, quod sit habitu-
17 rus pretium rerum suarum: quia etiam ipse rex †vel princeps non posset etiam ex aliqua causa auferre alicui res suas, puta artelarias, nisi earum pretium prius soluat: *vt est textus in l. 2. C. quibus ex causis serui pro præmio libertat. accip. in verb. vt eorum domini pretium à fisco percipiant.* per quem textum notat ibi pulchre Baldus, quod licet princeps possit ex causa priuare aliquem dominio suo, non tamen potest gratis hoc
18 facere, †sed soluto pretio. Item dicit, illam legem esse in argumentum valde notabile, quod si ciuitas vult facere fossata per agrum alienum, quod debet
k ei soluere pretium.[k] Item si respublica propter delictum vnius consortis vult destruere totam domum communem, tenetur consorti, qui non erat culpabilis, soluere pretium partis suæ. facit textus *in l. mulier in opus salinarum. ff. de cap. Ita tenent Bartolus & alij in l. finali. §. primo. ff. de pignorat. action. Baldus in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. Angel. clare in cons. 136. quod incipit, Visis omnibus statutis. Bene facit text. in c. cum inferior. in fi. de maior. & obe.* per quem not. ibi Bal.
19 quod qui aufert ius †alteri, tenetur illi de proprio recompensare. Ad idem facit quod vult Bal. *in c. 1. §. ad hæc. in 7. col. per gloss. notabilem ibi, de pace iuram. firm.*
20 quod si Papa contulit mihi aliquod beneficium, † deinde de plenitudine potestatis velit mihi auferre, & dare alteri, tenebitur mihi prouidere de alio simi-
l li, quod est nota dignum,[l] secundum eum. Ad idem bene facit, quod tenet Innocentius *in capitul. nisi cum pridem. de renunt.* vbi tenet, quod si Papa cogit Episcopum inuitum sine culpa renuntiare episcopatui, debet ei prouidere de bono cambio. m & illud m
dictum Innocentii sequitur Ioannes de Imola *ibidem.* & dominus Abbas *in capitul. primo. de elect. & in cap. fin. ad fin. de confir. vtil. vel inutil. & in c. tua nos. de cleagro. & in c. quæsitum. de rer. permu.* Et licet gl. *in l. si locus. §. fin. ff. quemad. serui. amittat.* dicat contrarium obseruari à fisco, tamen ad illam glossam debet addi, & male: secundum Andre. de Isern. *in cap. 1. §. post natale. circa fin. de pac. ten. in vsib. feu.* Et sic ex prædictis appareret, quod dominus Ioannes Maria habuit iustam causam credendi, quod tales cridæ dom. Capitanei essent iniustæ, & eis non teneretur parere, quatenus per eas cogeretur proprias artelarias manifestare, & sic postea consignare domino Capitaneo absq; receptione pretii, quod videtur iniustū, vel potuit probabiliter credere, quod tales cridæ dom. Capitanei intelligerentur de artelariis, quæ fuissent regis, vel ducum antecessorum, & sic alias spectarent regi: ex quo in cridis non fiebat aliqua mentio de solutione pretii. Et quomodocunque intelligendo dictas cridas, excusandus videtur dominus Io. Maria à pœnis ipsarum cridarum, per ea, quæ supra dicta sunt, & per rationē, quam infra proxime subiiciam. ¶ Quinto prædicta optime confirmantur: † quia quælibet 21
causa saltē colorata, licet iniusta, excusat à mulcta, n n
& à pœna: *vt est gl. in l. vnica. §. fin. in gl. magna. in fin. ff si quis ius dicen. non obtem. gloss. in l. ex consensu. §. fin. in gloss. penult. ff. de appella. & gloss. in l. satis. ff. de in ius voc. Bal. notabiliter in d. l. deberi. C. de fideicom. liber.* facit trita regula, quod quælibet causa etiam iniusta & temeraria excusat à dolo, o *l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus. l. 3. §. si* o
quis ignorans. ff. ad Sylla. gl. in l. plagij criminis accusatio. & ibi pulchre Ang. C. ad l. Flauiam de plagia. gloss. in l. 1. in fin. ff. de abigeis. Imo omnis credulitas licet fatua excusat à pœna doli. p Ita notabiliter tenet Ang. *in l. 1. ad fi. prin.* p
ff. de eo per quem fact. erit. Imo etiam propter temeritatem: *vt pulchre tenet Angel. in d. l. plagij criminis accusatio.* Bene facit quod multum notat Bald. *in l. 1. in fine. per gl. ibi. C. vbi cau. sta.* vbi notat, quod bona fides potest causari non solum † ex iustis rationibus, sed et- 22
iam ex iniustis & temerariis, q quod reputat tenen- q
dum menti. Multo ergo fortius in proposito nostro debuit excusari dom. Ioannes Maria à pœna cridarum, cum haberet iustas & probabiles causas non parendi dictis cridis: vt superius deduxi, & deducam etiam infra in tertio principali assumpto. ¶ Sexto dom. Maria mortuus est, elapsis iam duobus annis post ipsas cridas, nec aliqualis fuit cum eo cœpta, ergo non potest amplius criminaliter † procedi con- 23
tra eius hæredes, tam de iure cōmuni, quam ex forma decretorum ducalium. De iure communi constat per textum *in l. defuncto. ff. de public. iud. & in l. ex iudicium. in principio. ff. de accusation. & in l. si pœna alicui. ff. de pœnis.* Et dicit multum singulariter Angel. *in l. vnica. in 1. colum. ad fin. per gloss. ibi. C. ex delictis defuncto.* quod si Florentinus crimen rebellionis contra suam ciuitatem committit: si decedit lite pendente ante latam sententiam, pœna ademptionis bonorum non tenebit eius hæredem, quod est notatu dignum, secundum eum. Item decretum editum de anno 1497. decernit, quod imposterum non possit

inqui-

inquiri, nec procedi contra quemquam mortuum, neque eius condemnari memoria, neque bona publicari prætextu alicuius imputationis delicti seu maleficij, non obstante aliquo decreto: excepto crimine læsæ maiestatis, & aliis delictis à iure communi reseruatis. Vnde cum habeamus claram determi-
24 nationem decreti, †nō debemus vlteriusinuestiga-
r re rationem: r secundum Bal. *in l. Gallus. §. si eius. in 2. col. ff. de liberis & posthumis.* Nam decretis & statutis municipalibus debemus inhærere, nec aliter interpretari, quam decreta vel statuta loquantur: secundum *in cap. significante. in 2. col. ad fin. de appell. & in cap. quoniam frequenter. §. quod si super. a fi. vt lite non contestata.* Itē forma statuti vel decreti debet ad vnguem seruari: *secundum Bald. in l. cessante. in vlt. colum. C. quomodo iudex.* Item vbi statutum vel decretum loquitur, serua statutum vel decretum: *secundum Bald. in l. 1. in fi. C. de arb.* ¶ Aggredior tertium principale, in quo dixi, quod ex defectu causæ materialis nō possunt dici bona domini Ioan. Mariæ esse de iure confiscata, nec de iure confiscari posse. ¶ Primo; quia artelaria, quæ asseritur reperta in domo domini Ioann. Mariæ, non erat talis, quæ posset ad vsum & exercitium deduci, cum esset manca & imperfecta, & careret suis necessarijs: Ergo non continebatur sub cridis domini capitanei, quia paria sunt
25 membrum deficere, † vel esse mancum, aut debilitatum: *vt est gloss. notabilis in l. de quibus. in glo. 1. circa prin. & ibi Ange. in 3. colum. ff. de legi.* Sic statutum puniens debilitantem membrum alicuius non habet locum
s in debilitāte membrum inutile: s *secundum Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de ædi. actio.* Similiter statutum de effodiendo alicui oculos non habet locū in oculis non
t videntibus: t *secundum Bald. in l. conuenticulam. in 3.*
26 *colum. C. de episco. & cleri.* Similiter † statutum disponens, quod pro certo delicto amputetur manus, non habet locum in manu arida & inutili: *secundum Bald. in authen. sed nouo iure. in vlt. colum. C. de ser. fug. & in l. 2. C. vt infra certum tempus crimina quæstio. termi.* Item paria sunt, rem non extare, vel esse inutilem: *iuxta gloss. in l. fin. C. ad l. Fla. de plagia. facit text. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio.* Et saltem ista causa habuit excusare D. Ioann. Mariam à pœna cridarum, si non notificauit domino capitaneo talem artelariam mancam & imperfectam: per ea quæ dixi supra in præcedentibus fundamentis. ¶ Secundo punctualiter D. Ioan. Mariam tempore cridarum habuisse dictam artelariam, sed tempus
27 † quod est de substantia actus, debet punctualiter
u probari. u *l. eum actum. in fin. & gloss. fin. ff. de neg. gest. l. matrem. & ibi Bartol. not. C. de proba. l. 1. in fin. cum l. seq. ff. de incen. rui. naufra. Barto. & scribentes in l. non solum. §. sed vt probari. per illum text. ff. de oper. no. nun. Bald in l. fin. C. an seruus ex suo facto. & in l. precibus. in 6. colum. C. de impube. & alijs substit. & notabiliter Bald. in l. 1. in 2. colu. ff. sol. matrimonio. dominus Abbas in cap. in præsentia in 3. colum. de proba. & in cap. auditis. de præscript. & in cap. per tuas per illum tex. de condi. appos.* Item in dubio tem-
28 poris intelligitur de tempore licito. *vt sic excusetur quis à delicto. per regulam l. merito ff. pro socio. secundum Bart. & scribentes in d. §. sed vt probari Bartol. in l. liuellorum in 5. colum. ff. de accusa. Bald. & dominus Abbas in locis proxime præallegatis. Bene facit quod notat Bald. in c. cum tu. per illum tex. de testi.* quod vbi est dubium temporis, præsumitur in benigniorem partem. Ad idem facit, quod tenet Bar. *in l. quod te in vltim. colum. in vers. quæro, quid si dubitetur. ff. si certum petatur.* ¶ Postremo ad confirmationem omnium supradictorum non est omittendum, quod etiam in dubiis in criminalibus procedendum est ad absolutionem: *per regulam l. præses & l. interpretatione ff. de pœnis. & text. in ca-* 29
pit. estote misericordes & quod ibi not. domi. Abb. de regul. iur. præsertim contra fiscum, † contra quem in du- 30
bio est iudicandum. *l. non puto. ff. de iure fisci.* maxime quando fiscus venit ex causa mere lucratiua, puta ex delicto commisso per aliquem, ita quod bona publicari prætendit, vt in casu præsenti: Raphael Com. *in d. l. non puto. & in l. 1. ff. sol. mat. & ibidem domi. Alexan. in 1. & 2. col. Ange. de Are. in l. sciendum. ff. de appell. recip. & in §. fi. instit. quib. mod. testa. infir.* ¶ Prædicta veriora apparebunt respondendo tribus fundamentis supra in oppositum pro fisco adductis. Non obstat ergo primo, dum dicebatur pro fisco regio facere decretum anni 1446. disponēs, quod in quibuscunque casibus bona veniunt cameræ regiæ applicanda, quod ipso iure & facto intelligantur confiscata, quia tripliciter respondetur. Primo, q̄ huic decreto in terminis nostris derogatum est per aliud decretum † posterius editum de anno 1497. in quo 31
expresse dicitur, nō obstante aliquo decreto: prout superius retuli in quinto fundamento secūdi principalis assumpti. Secundo respondetur, quod illud primum decretum expresse loquitur de bonis malefactorum: sed maleficium proprie loquendo non continet delictum, quod est in omittendo, † vt est 32
casus noster, sed solummodo quod est in faciendo. & ita stricte debet accipi in statutis. Ita formaliter tenet Bald. *in l. fi. C. de cri. stellio.* Nam maleficium proprie sumitur pro eo, quod committitur facto, quia maleficium dicitur quasi malefactum: *vt declarat Bartol. in l. aut facta. in princip. ff. de pœnis.* Tertio respondetur, quod illud primū decretum expresse loquitur in casibus, in quibus de iure communi, vel municipali, vel ex ordinibus illustriū principum omnia bona malefactoris veniūt regiæ cameræ applicanda, quod non est in casu nostro, vbi confiscatio bonorū fieret per cridas inferioris ab ipso rege vel principe, & sic à domino capitaneo iustitiæ: vt superius deduxi late in primo principali fundamēto. Vnde cui non conueniunt verba decreti, x non x
debet etiam conuenire † eius dispositio. *l. ita autem.* 33
in prin. ff. de admini. tuto. l. hos accusare §. omnibus. ff. de accu. l. 4. §. toties. & ibi Bar. in fin. & alij notant. ff. de dam. infec. & tex. notabilis in cap. indemnitatibus. §. sed & cum eas de elec. in 6. in verb. cum in ipsis hoc locum sibi nequeat vendicare, qui text. est ad hoc melior de iure, secundum Ioan. de Ana. in c. 2. de maledicis. Non obstat secundo vltimum proclama domini capitanei disponens, quod ex nunc in casum inobedientiæ intelligantur cecidisse in pœnam confiscationis bonorum irremissibiliter quia talem pœnam non potuit do. capitaneus cridis suis imponere: vt per multa aperte demonstraui supra in dicto primo principali assumpto. Præterea etiam posito, absque veri præiudicio, quod etiā ipso iure bona domini Ioann. Mariæ essent confiscata saltem requireretur † super hoc sententia declara-
toria, y ad hoc vt hæredes ad talem pœnam teneān- 34
y tur. *cap. cum secundum. §. fin. & ibi notant doc. de hære. in 6.*

Bar. in l. eius qui delatorem. in princ. per illum text. ff. de iure fisci. Bald in cap. fi. de iura. cal. Pau. de Cast. in l. 1. C. vbi caus. fis. Item quando quis ipso iure cadit à rebus suis,
35 † licet non sit ferenda sententia super amissione bonorum, est tamen ferenda super declaratione amis-
z sionis. [z] Ita notabiliter tenet Bald. *in c. 1. §. vel si cum filia. per glo. ibi, qui. mo. feu. amitt.* Sed talis sententia declaratoria nunc non potest in defunctum ferri, tam de iure communi, quam ex forma decretorum; prout deduxi supra in quinto fundamento secundi principalis assumpti. ¶ Non obstat vltimum fundamentum, quod probatum videatur, quod D. Ioann. Maria haberet in domo artelarias tempore proclamationum, ex quo probatur, quod ante & post habuerit. Vnde probatis extremis probantur
36 media. Quia respondetur dupliciter. Primo, quod ista non est probatio, sed præsumptio: *vt dicit Barto. in locis supra allegatis, præsertim in d. l. sicut. §. superuacuum ad fin. in vltimo notabili. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol.* Sed præsumptiones non sufficiunt in criminalibus ad
37 aliquem † condemnandum, quamuis etiam sint
a violentæ, & in ciuilibus sufficerent: [a] *secundum Inno. & Hostien. in cap. quia verisimile. de præsumpt. dom. Abbas in c. 2. eo. titu. dom. Anton. de Butr. in cap. quanto. in eo. titul. Bald. in l. fin. in vltim. colum. C. de proba. Ludou. Roman. in l. 1. §. si quis in villa. ff. ad Sylla. do. Alexand. in consil. 15. incipiente, viso processu inquisitiones formatæ per Potestatem Parmæ. in 5. colum. 2. in consi. 480. incipiente, in causa inquisitionis formatæ contra D. Hetenam. circa finem. cum aliis concordantiis ibi per eum allegatis.* Nam in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores:
b [b] *vt est text. in l. sciant cuncti. C. de proba. quæ est canonizata. 2. q. 8. cap. sciant cuncti.* Item ad hoc vt quis incurrat
38 in aliquam pœnã, oportet † probationes esse liqui-
c dissimas [c] & apertas. *l. in testamento 1. ff. de condi. & demon. quem tex. ad hoc reputat singularem Bal. in c. 1. qualiter dominus à proprietate priue. & in l. vnica. in 3. oppositione C. de his quæ pœ. no.* Secundo respondetur, quod etiam
39 non sufficit extrema probari sed etiam requiritur †
d probari aliquid de medio: [d] *vt est gloss. singularis. 16. q. 4. in cap. volumus. Bal. in l. si quis ita legauerit. & ibidem Io. de Imol. ff. de cond. & demon. Bal. in l. fi. in 15. appos. C. de edicto diui Adri. tollen. Io. de Imol. in proœmio decretalium. do. Anto. de Butr. in capitu. cum ad sedem. post gloss. ibi de restit. spolia.*

ADDITIO.

a Confiscationis.] Vide Nattam cons. 594. quod exequi. nu. 20. cum seq. & cons. 659. quoniam alias. num. 3. vbi Ias. refert Boer. decis. 264. & primo colum. 1. Boss. in pract. crim. de pen. num. 24.

b Cardinali.] Ias. cons. 72. In causa supra lib. 1. vbi addo.

c Ad mortem.] Et communiter approbari illam glo. inquit Barb. cons. 11. sub nu. 6. lib. 1. Soc. sen. cons. 188. visa bulla. nu. 8. lib. 2. & dicit Alcia. cons. 472. omnino in fin. quod illam gloss. sequuntur communiter doctor. & communem dicit Matan. tract. iud. 4. par. prin. nu. 43. cum multis seq. quem refert Viui. comm. opin. lib. 1. opin. 174. Iudicis arbitrio. ex qua gloss. infert Bal. c. 1. §. iniuria in princ. de pace iura. firm. quod si quis daret alapam prætori ad mortem potest condemnari. Sed illam reprobat Ias. l. qui iurisdictioni. num. 4. de iur. om. iud. l. & si legibus. num. 3. C. si contra ius vel vtil. pub. & communiter reprobatam inquit Affl. decis. 276. Serenissimus nume. 6. Osasc. decis. 104. viso processu. ad fin. & eam reprobare videtur Cagnol. l. 1. num. 8. si quis iudic. non obtemper. & communiter reprobari dicit Petr. de Sonceno. cons. 98. visa inquisi. num. 13. 14. lib. 1. cons. crim. & op. contra gloss. est magis tuta & mitior secundum Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 83. numero 11. declaratur tamen gloss. d. §. in summa. quod licet arbitrari de pœna mortis quando concurrunt circunstantiæ seu qualitates, quæ de iure seu consuetudine suadeant pœnam talem esse imponendam Alexand. cons. 111. ponderatis nu 3. lib. 1. cons. 13 attentis. sub nu. 15. & cons 121. viso num. 9. lib. 7. Aymo cons. 210. Respondeo nume. 14. cons. 224. congregans col. 2. vbi reprehendit Ias. reprobantem illam gloss. & vide omnino Dec. limitantem 8. modis c. ex literis col. 5. de const. & latiss. per Menoch. de arbitr. iud. libro 2. quæstione 86. per totum.

d Confiscare.] Dec. cons. 252. Agitur in fi. c. 1. in fi. de offi. de leg. Marc. l. quæstionis modum num. 69. de quæstio. & declarat Menoch. d. tract & lib. q. 93.

e Notabilis.] Ias. l. si mora. nu. 23. vers. 4. ad istam solu. matt Barb. cons. 74. & quidem sub n. 15. li. 4. Dec. c. à nobis in prin. extra de except. Aymo cons. 204. Vniuersitas nu. 21. cons 260. ad dubia subtilia col. 2. vers. igitur ad probationem. Osas. decis. 138 Anno 1529. n 28. vbi hoc cons. allegatur. addo Menoch. cons. 55. Credo nume. 19. vbi citat Ias. cons. 174. colum. pen. libro 2.

f Notitiam.] Idem Ias. cons. 83. In casu præsenti numero 4. super lib. 1. vbi dixi l. si per errorem numero 11. de iurisd. omn. iud.

g Notorium.] Ias. d. l. si per errorem nu. 11. l. is potest nu. 72. cum seq. de acq. hæred. l. Titius. §. Lucius numero 11. de lib. & posth. Gabr. commun. opin. lib. 6. de reg. iur. conclus. 5. numero 18.

h Præsumitur scire.] Idem Ias. d. l. is potest nu. 73. Gabr. d. concl. 5. nu. 16. vbi hoc cons. citatur.

i In ciuitate.] Refert Anch. iun. q 59. Illud quoque n. 9. parte 2.

k Soluere precium.] Ias. cons. 233. cap. 1. supra libro 2. vbi addo.

l Nota dignum.] Dixi cons. 27. ad eruendum supra lib. 1.

m Bono cambio.] Ias. d. cons 233. vers. 11. ad fi. vbi dixi.

n A multa.] Ias. cons. 153. difficultas n. 13. supra li. 2. vbi addo Plot. tract. de in litem iuran. 57. n. 34. vbi Ias. refert quod etiam facit Osas. decis. 71. in processu nu. 17.

o A dolo.] Dixi cons. 84. omissa n. 10. supra lib. 1. addo eundem d. cons. 153. n. 11. cons. 41. omissis col. vlt. & cons. 86. In causa nu. 8. infra eo Gigan. tract. de pensio. q. 75. nu. 2. vbi citat Ias. d. cons. 84.

p Pœna doli.] Ias. d. cons. 41. col. vlt. vbi addo.

q Temeratiis.] Idem cons. 72. In causa nu. 10. lib. 1. d. cons. 41. col. vlt. & vtrobique addo.

r Rationem.] Ias. supra cons. 188. quia multa ad fi.

s Inutile.] Vide quod dicit idem Ias. l. de quibus nu. 27. ff. de legi. in mandatum. nu. 3. ff. de off. eius vers. 4. facit.

t Non videntibus.] Ias. d. l. de quibus nu. 27 & d. l. mandatum nu. 3. vers. facit quod vult Bal.

u Probari.] Idem Ias. in rub. C. qui adm. nu. 6. l. non solum §. sciendum 2. de no. ope. nunc Alex. cons. 97. viso processu nu. 4. lib. 7. Feli. multa congerens c. in præsentia nu. 15. de probat. c. auditis nu. 55. de præscr. Dec. l. in ambiguis. nume. 4. de reg. iur. Grat. cons. 85. viso consilio nu. 16. lib. 1. Aymo cons. 6. plura videnda. nu. 106. Natta cons. 100. viso instr. num. 17. cons. 177. habet nu. 9. cons. 204. vertitur num. 11. & cons. 572. vaide contenditur. nume. 17. Ceph. cons. 82. Hæreditas num. 51. Osasc. decis. 79. quoniam numero 53. & decis. 17. quoniam in hac numero 6. Roland. consil. 41. primo quidam numero 44. 45. lib. 1. & cons. 11. ex pluribus nu. 21. lib. 4. & dixi ego cons. 6. reuocatur nu. 20.

x Decreti.] Ias. cons. 50. pro nobilibus n. 2. supra lib. 1. cons. 55. præsens quæstio nu. 15. infra eo.

y Declaratoria.] Gabr. com. op. lib. 7. de crim. concl. 12. nu. 1. vbi plures citat.

z Amissionis.] Ias. l. 2. nu. 15. vers. ad idem & 3. C. de iure emphy.

a Sufficerent.] Idem Ias. consi. 111. spectabili nu. 7. super lib. 1. vbi dixi.

b Clariores.] Dec. consilio 419. viso eleganti num. 1. consilio 429. licet in causis numer. 9. cum seqq. vbi infert ad multa per hanc legem. consilio 458. visis num 3. consil. 615. visa nu 8. cum seq. Marc. consil. 20. Digneris n. 1 & vide quod dicit idem Marc. sing. 288. dubia probatio: & pro lim. eundem Marc. Sing. 206. Incertitudo & Corn. cons. 128. viso copiosissimo col. vlt. lib. 1.

c Liqui-

c Liquidissimas.]Iaſ.l.tres fratres colum.2. lim.4.de pact. conſ.49.videretur num.5 infra eo. Dec.l.factum §. in pœnalibus numero 2.de reg.iur.conſilio 290.Domina numer.2.380. concluſio numero 3. 452. viſa numero primo 531. accurate in princ.660.in cauſa num.4. & 667.non conſonat numero 1.Alex.conſ.33.viſo themate colu. 1. & 46.In cauſa numero 4.libro 7.

d De medio.]Iaſ.l.2 n.168.C.de iure emph.l.1.C. de fideicom.l.ſi certis annis.nu.6.C.de pact.l.1.nu 35.de offic. eius.& pro veritate illius gl.vide Matthes.& ibi addita ſing.116.nota. mirabilem. & Gorſ. in ſing. verb. probatio poſſeſſionis incip. probatis.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLVII.

THEMA.

MAGNIFICVS dominus Raphael de Sancto Georgio in ſuo teſtamento per verba inſcripta tutricem filiorum & filiarum ſuarum eſſe voluit & vult magnificam dominam Eliſabeth eius vxorem, abſque ratione reddenda, abſque confectione inuentarij & decreto iudicis eidem ex nunc tutelæ adminiſtrationem decernendo, vitam vidualem ducendo.Item caſu,quo dicta domina Eliſabeth decederet ante finitam dictam tutelã,vel ſe à dicta tutela eximeret vel eximi faceret quomodocunq;, voluit & vult idem D. teſtator eſſe tutricẽ ſupradictorũ filiorum & filiarum & bonorum magnificam dominam Hippolytã ſocrum eiuſdem domini teſtatoris,modis,vijs,formis&qualitatibus, quibus ſupra dictum eſt de dicta domina Eliſabeth.Contutorem etiam nominauit, & nominat magnificũ dominum Beneuenutum eiuſdem D. teſtatoris fratrem,cum ſolennitatibus tamen iuris & talibus requiſitis. Succeſſiue præſupponitur per magnificum marchionalem ſenatum factam fuiſſe ordinationem, quod præfata domina Eliſabeth nihil agat, nec ſe impediat de adminiſtratione bonorum,&hæreditatis præfati quondã domini Raphaelis eius mariti ſine cõſenſu, participatione, & authoritate præfati magnifici domini Beneuenuti cõtutoris, qui tenetur pro adminiſtratione ipſorum bonorum iuxta iuris, & ipſius teſtatoris diſpoſitionem rationem reddere: & ſi ſecus fiat, ſit irritum & inane, tanquam factum contra mentẽ teſtatoris, & iuris diſpoſitionem, inhibendo pro vtilitate & commodo pupilli, & etiam pro intereſſe ipſius do.contutoris,cẽſuarijs &fictabilibus quibuſcunque dictæ hæreditatis,quod de cætero non reſpondeant dominæ Eliſabeth de fructibus & reditibus vt ſupra,niſi cum conſilio,voluntate,& participatione domini Beneuenuti contutoris. Ab ista ordinatione ſeu ſententia magnifici ſenatus fuit appellatum ex parte dominæ Eliſabeth,&appellatio fuit reiecta,&dicta ſententia fuit exequuta, & tranſiuit in rem iudicatam. Poſtea per Illuſtriſſimum D.marchionem Montisferrati exiſtentem in Gallia in loco Bleſij conceſſæ fuerunt ad partem literæ marchionales mandantes, quod præfatæ dominæ Eliſabeth,tanquam tutrici teſtamentariæ, reſponderetur de quibuſcunque fructibus & reditibus, non obſtantibus aliquis inhibitionibus, & alijs geſtis per magnificum Senatum in contrarium diſponentibus, quibus per præſentes derogatur. Deinde præfata domina Eliſabeth in actis præſtitit fideiuſſionẽ de conſeruando indemnem præfatum dominum Beneuenutum, & eius bona, occaſione & prætextu adminiſtrationis fiendę quomodocunque & qualitercunque, abſque eo quod de his fuerit requiſita. Ex dicto themate contingit de tribus dubitari. Primo, ſtantibus verbis teſtamenti, vt ſupra, nunquid do. Beneuenutus frater teſtatoris intelligatur eſſe contutor dominæ Eliſabeth, an ſolum dominæ Hippolytæ,an vero vtrique ipſarum?Secundum dubium eſt,an de iure valeãt literæ marchionales ad partem conceſſæ derogantes ſententiæ magnifici ſenatus. Tertium dubium,an domina Eliſabeth pręſtando fideiuſſorem indemnitatis domini Beneuenuti inſolidum tutrix remaneat.

SVMMARIA.

1 *Veritas patens verborum adminicula non deſiderat.*

2 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quando non ſubeſt ratio quare magis ad vnum quam ad aliud referatur. & procedit etiamſi materia ſit odioſa.*

Contutor datus in fine teſtamenti cenſetur contutor datus omnibus præcedentibus tutoribus nu.2.

3 *Mulierum conſilium eſt inualidum, & plerunque etiam contra propria commoda laborat & eſt fragile & mutabile.*

4 *Reſcriptum principis contra ſententiam ſenatus, imo & contra ſententiam alicuius inferioris, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam non valet, & repellit impetrantem à limine iudicij.*

5 *Exceptio rei iudicatæ, cum ſit litis finitæ non ſolum opponitur ad impediendum ingreſſum,ſed etiam, ad infringendum reſcriptum impetratum.*

6 *Reſcriptum principis impetratum non facta mentione de ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt ſurreptitium & ipſo iure nullum.*

7 *Reſcriptum principis contra ſententiam definitiuam ſemper præſumitur obreptitium.*

8 *Tutor non requisitus præstando fideiussionem indemnitatis contutori non remanet insolidum tutor.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

1 CIRCA dicta tria dubia non insistam multis, quia non expedit, ne rem claram videar velle dubiam reddere, cum † veritas patens verborum adminicula non desideret. *l. vnica. C. vt se ab hære. absti. & l. 1. ff. de dote præle.* ¶ Circa primum dubium teneo pro constanti, quod D. Beneuenutus intelligatur datus contutor vtrique ipsarum dominarum, tam dominæ Elisabeth, quam dominæ
2 Hippolytæ, per tritam regulam, quod clausula † in
a fine posita refertur ad omnia præcedentia, [a] quando non subest ratio, quare magis ad vnum, quam ad aliud referatur: *tex. est in l. 1. ad fin. C. de libe. præte. & in l. talis scriptura. §. fin. & ibi Barto. & alij ff. de leg. 1. & in l. 3. §. filius autem inter medias. ff. de libe. & posthu. & in l. quisquis. & ibi Bald. in princip. not. C. si cert. peta. & plene legitur & notatur in cap. secundo requiris. & cap. inquisitioni. de appell.* Ista regula procedit, etiam si materia sit odiosa: *secundum D. Alexan. in consil. 446. incipiente, super eo quo quæritur. videlicet an statutum. in 4. colum. quod est in 3. volum. consilium 101. etiam probatur in d. l. 1. C. de libe. præte. & in d. l. 3. §. filius. ff. de libe. & posthu.* Quæ iura loquuntur in clausula continente exhæredationem, quæ est odiosa. *l. cum quidam. ff. de libe. & posthu.* Modo in proposito, tam in primo quam in secundo casu mulieres datæ sunt tutrices, & considerauit testator, quod consilium mulierum † est inua-
3 lidum: [b] *l. cuius bonis. post medium ff. de cura. furio. Bal. in cap. ad audientiam. in fi. de rescript. & in cap. 2. in pe. colum. de probat. facit text. in l. imperialis. in prin. C. de nup. in verb. lapsus mulierum sexus imbecillitate.* Item mulierum cõsilium plerunque etiam contra propria commoda laborat: *vt dicit text. in l. si pater ad fin. C. de sponsa.* Item fragile & mutabile est mulieris consilium: *secundum glos. in l. 1. C. de confir. tuto.* Nam mulier dicta est à mollitie mentis. *Ita dicit textus 32. q. 7. in cap. quod proposuisti.* Item varium & mutabile semper fœmina: *dicit tex. in cap. forus. circa fin. de verbo. significa.* Et propterea dedit contutorem magnificum D. Beneuenutum eius fratrem, vt eius nota prudentia, & circunspectio muliebre consilium infirmum & lubricũ suppleret & firmaret: quæ ratio dandi contutoris ita militat in persona dominæ Elisabeth sicut in persona dominæ Hippolytæ. Imo fortius militat in persona dominæ Elisabeth, in qua est duplex causa imbecillitatis consilij. Prima, quia est mulier. Secunda, quia est iuuenis & indotata. Et sic est duplex imbecillitas, scilicet sexus, & iuuenilis ætatis: ideo in ea potius expedit, quod habeat contutorem dominum Beneuenutum, qui est admodum prudens, & oculatus, vt sic melius consulatur pupillo: prout fuit mens & intentio ipsius testatoris. ¶ Circa secundum dubium, omisso multiloquio, cum nõ expe-
c diat, paucis concludo non valere [c] de iure rescriptum marchionale, nedum contra sententiam ma-
4 gnifici senatus, imo nec contra sentẽtiam † alicuius inferioris, quæ transiuisset in rem iudicatam, imo repellit impetrantem à limine iudicij. *tex. est formalis in l. fin. C. sen. rescind. non poss. per quem text.* dicit Bald. *in consilio 400. tertiæ partis incipiente, Quia pro parte Zanis &c.* quod super sententijs, quæ transiuerunt in rem iudicatam, non potest impetrari rescriptum à principe, per quod pronunciationis impediatur effectus *facit tex. in l. causas. C. de transi.* Nam exceptio rei iudicatæ, † cum sit exceptio litis finitæ *cap. 1. cum* 5
similibus, de litis contesta. in 6. non solum opponitur ad impediendum litis ingressum, sed etiam ad infringendum rescriptum impetratum: *secundum gloss. magistram in d. cap. 1. in glo. magna ad fin.* Item rescriptum principis impetratum, non facta mentione de sententia, quæ transiuit in rẽ iudicatam, † est surrepti- 6
tium, & consequenter ipso iure nullum. *d. l. fin. C. sen. rescind. non poss. & est text. notabilis in cap. interposita de arbi. glo. & doct. in cap. super literis de rescript. not. do. Cardinalis in cap. cum olim. in princ. per illum text. de rescri. referens se ita consuluisse, & ita consuluit in cons. 67. incip. tenor talis est, plebs sanctæ Mariæ de cento. ad fi. Imo consuluit egregie do. Alex. in cons. 276. quod incipit, in causa & lite vertente. in 1. col. quod est in 2. vol. consil. 94.* quod non sufficit in rescripto facere mentionem de sententia, nisi etiam expresse fiat mentio qualiter talis sententia transiuit in rem iudicatam. Item rescriptum principis † contra sententiam diffinitiuam semper præ- 7
sumitur esse obreptitium: *secundum Inn. in cap. audita de restit. spolia. quem refert & sequitur Bald. in d. l. fi. in 1. col. post mediũ. C. sententiã rescin. non poss.* Ité sentẽtia magnifici senatus continet duo, scilicet declarationẽ, quod dominus Beneuenutus sit contutor cum ipsa domina Elisabeth. secunda continet inhibitionem. Rescriptum vero illustrissimi domini marchionis derogat solum in specie inhibitionibus senatus, & de declaratione contutelæ domini Beneuenuti nullam mentionem facit. Ideo tanquam obreptitium de iure non valet. ¶ Circa tertium & vltimum dubium, nunquid domina Elisabeth non requisita præstando fideiussionem indemnitatis insolidum tutrix remaneat, † non est insistendum: quia tex. est 8
expressus quod non, *in l. testamento datos. & ibi Barto. ff. de testa. tutel. & tex. in l. non omnium C. de tuto. & cura. qui non satis de.*

ADDITIO.

a Præcedentia.] Ias. cons. 84. consideratis nume. 1. infra eo. etiamsi materia sit odiosa Ias. hic & cons. 142. venerabilis nume. 2. supra lib. 2. cons. 53. cap. 1. numer. 13. infra eo numero 6. C. de lib. præt. Gabr. comm. opi. lib. 6. de clau. conclus. 9. num. 2. Aymo cons. 166. quæritur colum. 2. vers. 2. nec obstat quod talis.

b Inualidum.] Vide eundem cons. 204. opinionem colu. 2. super lib. 2. vbi addo.

c Non valere.] Quod rescriptum impetratum contra sententiam, quæ transiuit in rem indicatam non valeat vult Dec. l. res iudicata. nu. 3. de reg. iur. cons. 198. & pro tenui numero 4. vbi ampliat hoc procedere etiamsi in rescripto dicatur non obstante priori sententia, quia per hoc non intelligitur derogatum sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam: & iterum consilio 295. In causa istorum numero 3. & 4. consilio 308. In casu numero 1. Osasc. decis. 142. supra scriptæ nume. 16. 25. & seq. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. casu 202. nu. 49. cum seqq.

FRANC. BECIVS.

CON-

CONSILIVM XLVIII.

SVMMARIA.

1 Conditio apposita in contractu quando deficit, perinde est ac si nunquam ille contractus fuisset celebratus. Contractus conditionalis conditione deficiente perinde est, ac si nunquam fuisset celebratus. vide verbo conditio apposita.

2 Conditio impleri debet in forma specifica.

3 Tempus triennij in contractu appositum dicitur esse de forma, & qui non obseruat tempora contractus non obseruat eius formam, & qui recedit à tempore, recedit à forma actus.

4 Contractus innominati possunt fieri sub conditione.

5 Contractus innominatus factus sub conditione ante impletam conditionem non est contractus innominatus nec proprie nec improprie.

6 Laudum arbitratoris latum absentibus ambabus partibus, & ad nullius instantiam est nullum.

Declaratio arbitratoris facta partibus absentibus & ad nullius instantiam est nullius momenti. Vide verbo laudum.

7 Declaratio facta ab arbitratore, qui excessit formam compromissi est nulla.

8 Contractus. In contractu innominato requiritur perfectum implementum, nec sufficit oblatio, & non interueniente implemento licita est pœnitentia.

Implementum perfectum requiritur in contractibus innominatis, nec sufficit oblatio. vide verbo contractus.

Redemptoris crucifixi, & glorioſißimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitię ſuffragio inuocatis.

QVOTVS iſte contractus fuit conditionalis, ſi infra triennium Caius daret tot alios fundos æquiualentes Titio, & aſſumptus eſt Sempronius, qui ſuper æquiualentia fundorum dandorum arbitraretur. Iſta conditio non fuit impleta in forma ſpecifica infra triennium, ergo conditione non impleta contractus eſt in totum 1 ſublatus. Nam † quando conditio appoſita in contractu deficit, eſt perinde acſi nunquam ille contractus fuiſſet celebratus. *tex. eſt in l pecuniam. in verb. perinde eſt enim. ff. ſi certum pet. & ibi Paul. de Caſtr. d. Alexand. & alij moder. ad hoc notant, & text. in l. neceſſario ff. de peri. & commo. rei vendi.* Item conditio debet imple- 2 ri in forma † ſpecifica. *l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condi. & demon.* Quia conditio debet conſtare ex omnibus ſuis partibus, cum denotet formam: *ſecundum Bald. in l. pro hæreditarijs. in 1. colum. ad fin. C. de hære.* a *actio.* & hoc quando eſt conditio voluntaria, a vt in caſu præſenti, in quo partes cogitarunt de forma tantum, ex quo voluntarie talem conditionem apoſuerunt: vt declarat Bart. *l. Gallus. §. quid ſi tantum ff. de liberis & poſthu. in 1. colum. ad fin.* Similiter tempus triennij dicitur eſſe de forma, & ſic, qui non obſer- 3 uat tempora contractus † non obſeruat eius for- b mam: b vt eſt text. *in authen. quæ ſupplicatio. in verb. ſub hac forma. & ibi Bal. & Saly. ad hoc notant. C. de preci. imp. off. Paul. de Caſt. in lege in princ. ff. loca. & in l. qui Romæ. §. Callimachus. ad fi. ff. de verborum obliga.* Item qui recedit à tempore, recedit à forma actus: *ſecundum Bald. in l. obſeruare. §. fi. in 3. quæſtio. ff. de offi proconſul. & lega. & in l. liberti, libertæque in 6. colum. C. de oper. liber.* Cum ergo iſte contractus conditionalis habeatur perinde, ac ſi nunquam fuiſſet factus, ex quo conditio non fuit per Caiũ impleta in forma ſpecifica, prout facere debebat, ergo ſuperfluũ eſt quærere an à perſona arbitratoris poſſit recedi: quia illa quęſtio procederet, quando arbitrator fuiſſet aſſumptus ſuper contractu iam perfecto, ſed hic nullus eſt contractus, ex quo conditio non eſt impleta, & ſic non ſumus in materia *l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obliga. & l. finalis. C. de contrahen. emp.* Item & per alia quamplura fundamenta ſuper hoc adducta per clariſſimum dominum conſultorem. ¶ Confirmo: quia iſte contractus conditionalis fuit contractus innominatus, vt patet, factus ſub conditione. Nam contractus innominati poſſunt fieri † ſub conditione: *vt* 4 *eſt gloſſ. in l. ſi intra. & ibi Barto. ff. de pact. in l. hoc iure. §. 1. & ibi Bar. ff. de dona. & eſt tex. in l. ſolent. & ibi Bar. ad hoc notat. ff. de præſcrip. verb.* ſed contractus † innomina- 5 tus ſub conditione ante impletam cõditionem non eſt contractus innominatus, nec proprie, nec etiam improprie. *l. hæc venditio. in prin. ff. de contrahen. emp. & ita tenet Bartol. in d. l. ſi intra. circa fi. & in l. ſiue apud acta in vltima colum. C. de tranſact. Rapha. Fulg. & d. Alexand. in l. ſi quis cum debitore. de iureiuran.* nam illud, quod eſt in conditione, non eſt in obligatione. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.* Multo ergo minus in caſu præſenti iſte contractus innominatus factus ſub cõditione dicetur eſſe cõtractus innominatus vllo modo, etiam improprie, ex quo ipſa conditio deficit, vt ſuperius demonſtraui, cum debuerit declarare æquiualentiam fundorum, qui fuiſſent dati, vel ſaltem oblati per Caium viuente ipſo arbitratore, quorum neutrum fuit factum: igitur &c. ¶ Nec obſtat, quod arbitrator aſſumptus ante triennium declarauit mẽtis ſuæ fuiſſe, quod fundi æquiualentes dandi eſſent valoris librarum mille; quia talis declaratio eſt ipſo iure nulla, duplici ratione. ¶ Prima, quia talis declaratio fuit facta abſentibus ambabus partibus † ad nullius inſtantiam: 6 quo caſu communis omnium eſt ſententia, quod quando negotium principale non fuit diſcuſſum ab arbitratore in præſentia partium, *iuxta legem. ſi de meis. §. recepiſſe. in verb. diſcuti litem. ff. de arbi.* tunc laudum arbitratoris eſt nullum, ſi feratur abſentibus ambabus partibus. *l. neceſſe. ff. de in diem addic. & bonus text. in propoſito in l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quam per l falc. vbi eſt text.* quod arbitrator electus ad æſtimandas facultates teſtatoris debet vocare partes, quarum intereſt, alias talis æſtimatio non præiudicat illis, qui non ſunt citati, & illum text. ad hoc allegat Bartol. *in l. alio in 5. colum. in verſic. quæro, an hæres ſit requirendus.* c *ff. de alimen. & ciba. lega.* & *in iſtis termi-* c *nis ita tenent Bart. & communiter ſcriben. in d. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obli. cum concordantiis ibi ſolitis tradi. & ita etiam communiter tenent cano. in c. quintauallis. de iureiuran.* Et refert Bal. *in c. 1. circa fi. de inueſtitura in maritum facta.* quod cum quidã arbitrator laudaſſet parte nõ requiſita, in contradictorio fuit pronunciatũ laudum eſſe nullum: ſed in caſu præſenti negotium principale nedũ non fuit diſcuſſum, imo nec diſcuti po-

ti potuit, ex quo Caius non obtulit viuente arbitratore fundos, quorum æquiualentia per arbitratorem æstimari potuisset, ergo declaratio ipsius arbitratoris facta in absentia partium, & negotio non discusso, est ipso iure nulla. ¶Secunda ratio est; quia arbitrator fuit assumptus, vt declaret æquiualẽtiam fundorum dandorum per Caium, & ipse declarauit, quod fundi æquiualentes dandi essent valoris librarum mille: & sic declarauit super alio quam fuerit assumptus, hoc est super fundis dandis nõ visis: Ergo declaratio est nulla quia excessit formam compromissi, † quod non potest, [d] *vulgata l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Bartol. in l. diem proferre. §. stari in fi. ff. de arbit.* Similiter oblatio postea facta post mortẽ dicti arbitratoris, licet ante lapsum trieñij solum per sex dies, per Caium de certis fundis, fuit ineffi- cax & inualida, cum non sit facta de illis fundis, qui prius fuissent æstimati æquiualentes per arbitratorem ad hoc assumptum: Ergo talis oblatio est nulla, cum non sit facta in forma specifica apposita in isto cõtractu conditionali, vt superius fuit dictum. Item iste contractus à principio fuit innominatus in quo requiritur † perfectum implementum, nec oblatio sufficit: *vt est gloss. reputata singularis & approbata in l. iuris gentium. in prin. in gloss. in verb. vt aliquid facias. ad fi. ff. de pactis.* Ideo vt ibi dicit gloss. ex quo non interuenit perfectum implementum licita est pœnitentia. [e] *l. de di. §. 1. & 2. & l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condi. ob cau. & l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb.* ¶Ista multo fortius procedunt in casu præsenti, in quo à principio iste contractus innominatus fuit factus sub conditione, vt in superioribus dixi: quia si in contractibus innominatis factis sub modo oblatio non sufficit, sed requiritur perfectum implementum, ergo multo minus debet sufficere in contractibus innominatis conceptis sub conditione: *per regulam l. cedere diem ff. de verbo. significa.* & tanto minus cum ista oblatio non sit adhuc facta de eo, quod fieri debebat, vt dictum est supra.

7 d 8 e

ADDITIO.

a Voluntaria.] De conditione voluntaria vide Dec. cons. 227. In casu & cons. 291. visis & diligenter vtrobique ad fi.

b Eius formam.] Ias. cons. 53. cap. 1. nu. 1. infra eo. vbi addo.

c Requirendus.] Vide Alex. cons. 62. visa facti nume. 3. vers. nec obstat etiam lib. 2. & cons. 215. ponderatis nume. 9. & 10. lib. 6.

d Non potest.] Idem Ias. cons. 62. breuiter nu. 1. infra eo. vbi addo.

e Pœnitentia.] Sequitur Dec. d. 1. nu. 33. C. de pact.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XLIX.

THEMA.

INNOCENTIVS de Philippono & fratres eius ex vna parte, & Stephanus etiã de Philippono ex alia, habẽtes castrum villæ, & alia bona communia conuenerũt, quod ipse Innocentius dictum castrum, & bona communia regeret, gubernaret, & administraret spatio decem annorum, soluendo singulo anno prædicto Stephano & suis hæredibus ducatos vigintiquinq; auri, pacto expresse apposito, quod casu quo durante tẽpore huiusmodi regiminis & administrationis dictum castrum & alia bona dolo & culpa ipsius Innocentij perderentur, aut alienarentur, aut ipse Stephanus excluderetur, quominus partem dicti castri, & aliorum bonorum sibi spectantem, & pertinẽtem percipere non posset, & gaudere, quod tunc prædictus Innocentius teneatur dare & soluere prædicto Stephano ducatos ducentos auri ratione dicti castri, iurisdictionis, & aliorum bonorum prædictorum alienatorum: & pariter quãdo per prædictum Innocentium eidem Stephano perturbãtur iura sua, & aduenientibus casibus prædictis, cõstituit Innocentius procuratores in forma Camerę ad ipsum debitum confitendũ. Contingit, quod finito tẽpore dictorum decem annorũ post menses sex Stephanus requisiuit Innocentiũ vt eũ admitteret ad portionẽ suam dicti castri & aliorum bonorum: qui eidem respondit, quod ipse volebat regere & gubernare: & si aliquid habere prætendebat, quod peteret via iuris, quia responderet eidẽ. Vnde Stephanus prætendens, quod Innocentius eũ per hoc turbasset in iuribus suis dicti castri & aliorum bonorum, fecit per vnum ex procuratoribus constitutis cõfiteri prędictum debitum, coram auditore Cameræ, qui auditor ipsum Innocentium cõdemnauit absentem ad dandum & soluendum ipsi Stephano dictã summã ducentorum ducatorum: & quia non paruit, neq; soluit, ipsum excommunicauit. Quęritur, an Stephanus possit exigere summã ducentorum ducatorum loco pœnę, & etiã petere portionem dicti castri, & aliorum bonorum, & sic possit vtrunque consequi, & rem, & pœnam: an vero dicta summa censeatur taxata pro pretio portionis spectantis dicto Stephano in castro & bonis prædictis.

SVMMARIA.

1 *Pœnã ducentorũ promittere expresse, vel promittere aliquid & si illud nõ fiat promittere ducentũ simpliciter, sunt paria: quia illa ducenta simpliciter promissa intelliguntur promissa pro pœna, & loco pœnæ & numero 13.*

2 *Pœna conuentionalis quando opponitur extra iudicium per partes, non attenditur tunc an tanti interfit, imo in talibus pœnis conuentionalibus non consideratur interesse etiam de iure Canonico & nu. 14.*

3 *Pœna conuentionalis & res conuenta non possunt simul peti nisi dictum sit* rato manente pacto. *Clausula,* rato manente pacto: *apposita in contractu operatur vt peti possit res conuenta & pœna nu. 3.*

4 Te-

4 *Tenor scripturæ diligenter est inspiciendus, & nihil aliud inquirendum nisi quod in instrumento vel scriptura scriptum est.*

5 *Pœna odiosa est, & vt peti possit de ea liquidissime constare debet.*

6 *Prohibitum certo tempore vltra illud tempus non censetur prohibitum, sed permissum.*

7 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

8 *Conductor in conductione perseverans post lapsum tempus conductionis censetur reconduxisse sub eisdem qualitatibus. Intellige vt nu. 9. & seqq.*

Item quæritur. §. qui impleto locati quomodo procedat nu. 8. & seqq.

11 *Conductio licet censeatur renouata cum eisdem qualitatibus quando conductor post tempus conductionis exactum in ea perseverat, non tamen intelligitur renouata sub ijsdem temporibus, nec cum virtute & executione formæ cameræ vt nu. 12.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus proveritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dicendum, quod Stephanus possit de iure consequi totam summam ducentorum ducatorũ pro pœna contemptus & contumaciæ, vltra portionem castri, & aliorum bonorum : eo
1 quia paria sunt promittere pœnã expresse, vel promittere aliquid, & si illud non fiat, promittere bis centum simpliciter : eo quia illa ducenta simpliciter promissa intelliguntur esse promissa pro pœna, & loco pœnæ. *gloss. est singularis in l. rescriptum. §. si pacto quo pœnam. ff. de pac. & ibi Bart. in fi. ad hoc multum not. & reputat tenendam menti. & idem Bart. in l. ad diem. ad fi. ff. de verb. obl. Illam gloss. ad hoc reputant singularem & non reperiri alibi Ang & Raph. Fulg. in d. §. si pacto quo pœnam, & Ioan. de Imol. in l. filius familias. §. diui. in pen. colum. ff. de leg. 1.* ¶ Secundo facit : quia quando pœna conuentionalis apponitur extra iudicium per partes,
2 non attenditur tunc an tantum interfit, †imo in talibus pœnis conuentionalibus non consideratur interesse : *vt est tex. in l. stipulatio ista. §. alteri ff. de verb. obli. & in l. 2. §. si. cum l seq. vbi gl. Bar. & alij notant. ff. eo. de verb. obliga. & gloss in §. alteri. insti. de inutil. stip.* Et istud procedit etiam de iure canonico, vbi etiam pœna conuentionalis excedens interesse licite potest peti: *secundum cano. in cap. suam de pœnis. vbi notat D. Abb. in 2. notabili post Inno. & idem d. Abb. in cap. dilecti 5. notabili per illum text. de arbi.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure præualere, quod imo Stephanus debeat esse altero con-
3 tentus, ex quo non adest clausula, † rato manente
a pacto : [a] *vt est text. notabilis in l. apud Celsum. §. Labeo 1. ff. de excep. do. & in l. prædia. ff. de act. emp. & in l. duo societatem. & in l. si quis à socio. ff. proso. & in l. cum proponas. C. de transact. & in l. qui fidem. & vtrobique Bartol. ff. eod. & text. in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2. doc. post gloss. in l. 2. C. de iure emphy. gloss. & cano. in cap. de loca. & in cap. cum inter R. seniorem. de elec. Bal. in l. si defuncto. C. loca. Salyc. in l. quoties 1. ad fin. C. de fideicom. Ang. de Are. in §. actionum. insti. de act.* ¶ Secundo facit : quia in scriptura dictarum conuentionum factarum inter partes expresse dicitur, quod Innocentius in casibus prædictis teneatur soluere ducatos ducentos ratione dicti castri, iurisdictionis, & aliorum bonorum perditorum, & alienatorum : & pariter quando p̃ ipsum Innocentium dicto Stephano perturbarentur iura sua, & sic cum illi ducenti veniant soluendi ratione castri, iurisdictionis, & aliorum bonorum, ergo partes tanti æstimarunt castrum & bona pro portione Stephani : Ergo illi ducenti ducati non sunt pro pœna, sed pro pretio & æstimatione partis castri, & bonorum Stephani. Vnde cum dicta scriptura authentica facta inter partes de consensu ipsarũ partiũ clare cantet, q̃ illi ducenti ducati soluantur ratione castri, iurisdictionis, & aliorum, bonorum, certe stabo verbis ipsius scripturæ cuius tenor est diligenter † inspiciendus : *vt dicit text.* 4 *in cap. recepimus. & in cap. porro. de priuile. & in l. fideiussores magistratuum. §. 1. ff. de fideiuss. & in §. nos igitur. in authen. de restit. si deicommiss. Bald. in l. cum dotem. §. si pater. in fin. ff. solu. matr. & in l. vnica. §. sed & si quis. C. de lati. liber. tollen. & in cap. 1. §. & quia vidimus. qui feu. da. poss. & in cap. 1. de feu. guar.* Item nihil aliud debet inquiri, nisi quod in instrumẽto vel scriptura scriptum est, *ita notat Bald. in l. si. per illum text. C. de fal. cau. adie. leg. & reputat tenendum menti.* ¶ Tertio facit, quia etiam fatendo sine veri præiudicio, quod illi ducenti ducati possent iudicari fuisse promissi pro pœna † certe quum pœna censeatur esse odiosa. *l.* 5 *cum quidam. ff. de liber. & posthu. & in regula, pœnis.* ad hoc vt possit peti, debet liquidissime constare : [b] *vt* b *est tex. in l. in testamento. 2. ff. de condit. & demonst. quem tex. ad hoc pro singulari notat Bal. in c. 1. quali. domi. proprie. feu. priue. & in c. quint auallis in 9. col. de iureiu. & in l. vnica. in 3. oppo. C. de his quæ pœ. no.* ¶ Quarto multum facit: quia ista promissio ducentorum ducatorum est facta limitate, cum expressa limitatione temporis, casu quo durante tempore regiminis & administrationis, castrum, & alia bona, culpa & dolo Innocentij perderentur, aut alienarentur, aut ipse Stephanus excluderetur, quominus partẽ castri & aliorum bonorum sibi spectantem & pertinentem percipere non posset & gaudere: vel ei perturbarentur iura sua. Ita expresse cantant verba scripturæ authenticę inter partes celebratæ. Sed elapso decennio, & sic finito tempore regiminis & administrationis Innocentij, per sex menses post Innocentius requisitus à Stephano, vt eum admitteret ad portionem suam castri & bonorum, respondit, quod ipse volebat regere & gubernare, & si aliquid habere prætẽdebat, quod peteret : quia responderet. Vnde promissio ducentorum facta limitate ad certum tempus durantis regiminis, & administrationis, & sic ad tempus limitatum decem annorũ, vltra illud tempus non extenditur, imo prohibitum certo tempore vltra illud tempus non censetur amplius prohibitum, †imo censetur esse permissum. [c] *l. imperator. & ibi Bartol. ff. de posthum. l. pater filium. §.* 6 *fundum ff. de leg. 3. &* c *2. l. statuliberum. §. Stichum ff. ff. de leg. 2. gloss. in regul. decet de reg. iur. in 6.* Item limitata † causa limitatum producit effectũ. [d] *l. in agris ff. de* 7 *acqui. re. do. l. age. C. de transact.* Vnde dispositio prohi- d
bitoria limitata ad tempus certum, censetur post illud tempus esse remissa: *vt in iuribus supra allegatis, &*

l. vnus. §. si cum reo. & l. epistola. §. fi. & ibi not. Pau. de Cast. ff. de pac. ¶ Nec obstat si diceretur, quod post elapsum decennium Innocentius perseuerauit in regimine
8 & administratione dicti castri & bonorum, ergo intelligitur reconduxisse cum eisdem qualitatibus: *per regulam l. item quaritur. §. qui impleto. ff. loca. & in l. legem C. eo.* quia respondetur, quod perseuerando post tẽpus, licet intelligatur renouasse conductionem, & etiam pignora eiusdem, vt iuribus prædallegatis, tamen non intelligitur repetita pœna ducentorũ du-
9 catorum, † quæ est odiosa: *secundam Dy. Bald. & Imol. in l. cum pater. §. pater certam: per illum text. in fi. ff. de leg. 2.* Et licet in hoc vltimo de pœna aliter videatur tenere Bal. *in l. legem C. loca. & in l. acceptam in 7. q. C. de vsur. & in l. vnica. in 10. q. C. de his quæ pœ. no. & in cap. venerabilem. in pe. colum. de elec. Bart. & scriben. in l. 1. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. cum multis concor. quas legendo soleo ibi tradere*: quia etiam tenendo istam secundam opinionem, quod in prorogatione conductionis, vel in eius renouatione intelligatur etiam prorogata pœna, illud procedit in pœna simpliciter promissa:
10 † sed in casu nostro promissio pœnæ non fuit simpliciter facta, imo fuit expresse limitata certo tẽpore decem annorum, casu quo durante illo tempore regiminis & administrationis Innocentius contra faceret: vnde limitata causa limitatum producit effectum: vt superius dixi. Quinimo promissio illa ducentorum ducatorum facta casu quo durante tẽpore regiminis & administrationis Innocentius cõtrafaceret post elapsum illud tẽpus, intelligitur esse remissa, vt superius fuit dictum: præsertim quia re-
11 conductio tacita, † quamuis intelligatur renouari sub eisdem modis, tamen non intelligitur renoc uari sub eisdem temporibus: [c] quia in prædio vrbano intelligitur renouata tacite cõductio, quatenus habitat, & in rustico vsque ad annum. *d. l. item quaritur. §. qui impleto. gloss in d. l. legem. C. loca. & ibi expresse Bald. circa medium.* ¶ Secundo dicitur, quod post elapsum decennium Innocentius perseuerando in
12 regimine † & administratione, dato quod intelligatur reconduxisse cum eisdem qualitatibus, tamen talis reconductio non intelligitur facta cum virtute & executione formæ cameræ, quæ continebatur in scriptura primæ conuentionis, & quã Stephanus in curia Romana intentauit contra Innocentium absentem coram auditore Cameræ. Ita singulariter determinat Bald. *in d. l. legem. C. locati.* vbi dicit, quod elapso termino conductio tacito consensu renouatur, est verum quo ad ea quæ nouari possunt per solum hominis intellectum, secus si aliquid vltra requiritur, ad quod nõ sufficit tacitus intellectus: puta si conductio prima sit formata sub instrumento guarentigiæ habentis executionem paratam, certe tacita reconductio non intelligetur sub forma habente executionem paratam: *vt ibi notabiliter per eum.* ¶ Nec obstant ea, quæ superius ad oppositum adducebantur, & in primis dum dicebatur, quod paria sunt, promittere pœnam expresse, vel promittere
13 aliquid: † & si illud non fiat, promittere ducenta simpliciter: eo quia illa ducenta simpliciter promissa intelliguntur esse promissa pro pœna, & loco pœnæ: quia respondetur, quod istud procederet, quando illa ducenta fuissent simpliciter promissa: *prout dicit gloss. prædallegata, & Bartol. & scriben. in locis superius notatis.* Sed in casu præsenti fuerunt promissa limitate ratione dicti castri iurisdictionis, & aliorum bonorum, & sic vt expressam facerent æstimationem ipsorum bonorum: vt superius fuit demonstratum. Non obstat secundo, dum dicebatur, quod in pœnis conuentionalibus non consideratur interesse, nedum, de iure ciuili, sed etiam de iure canonico: quia respondetur dupliciter. Primo, quod istud 14
procederet, quãdo isti ducenti ducati fuissent promissi pro pœna, seu loco pœnæ: sed in casu præsenti fuerunt promissi pro æstimatione & pretio portionis castri & bonorum dicti Stephani: vt superius fuit dictum. Secundo respondetur, quod cum talis pœna ducentorum ducatorũ, posito sine veri præiudicio quod censeri debeat pœna, tamen fuit limitata & circunscripta certo & limitato tempore decem annorum, ergo illo elapso & transactis postea alijs sex mensibus, non debet censeri repetita: vt in superioribus fuit demonstratum.

ADDITIO.

a Rato manente pacto.] De hac clausula vide Ceph. cons. 35. In causa fiscali, numer. 24. & quod in simili dicit Hier. Gig. tract. de pensio. q. 76. num. 3. in fin. vbi hoc cons. citat.

b Constare.] Ias. cons. 46. pro fisco Regio. ad fin. supra eo. vbi addo.

c Permissum.] Idem Ias. cons. 145. circa primam. nume. 30. super li. 2. vbi dixi.

d Effectum.] Dixi cons. 171. videretur. numero 22. supra libro 2.

e Temporibus.] Tiraq. qui hoc cons. refert tract. de vtroque rett. tit. 1. §. 1. 10. n. 28.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM L.

SVMMARIA.

1 *Testamentum nocturno tempore absque luminibus confectum est nullum, & nu. 2.*

2 *Contractus inter viuos celebratus nocturno tempore sine luminibus est nullus.*

3 *Testamentum factum cortina existente circa lectum testatoris & impediente testes, ne videant testatorem est nullius momenti.*

4 *Instrumenta facta de nocte sunt suspecta, nisi in casu necessitatis, & ideo in hoc cauere debent tabelliones.*

5 *Testes deponentes aliquid de nocte factum fuisse reprobantur tanquam falsarij, nisi dicant, quod luna tunc lucebat, vel aderat lumen accensum.*

6 *Ratio nulla maior est in mundo quam ratio naturalis: & ratio naturalis est potissima in qualibet interpretatione.*

7 *Statutum Genuæ derogans iuri communi in materia testamentorum, est restringendum ne aliquid plus operetur in derogationem iuris communis.*

8 *Legum correctio induci non debet per subauditos intellectus.*

9 *Statutum disponens quod testamentum conditũ de nocte sine luminibus valeret, esset iniquum & nullius momenti tanquam præbens ansam falsitatibus.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

PLACET consultatio clarissimi iuris vtriusque doctoris domini Blasij Conefri commissarij Claua-

Clauarensis dignissimi, iuribus, rationibus & authoritatibus plene corroborata: quam ego tenui, mea authoritate comprobaturus, hæc paucula addere contentus ero. In primo dubio placet conclusio, quæ habet, quod testamentum quondam Dominici Berariæ conditũ hora prima noctis vel circa, vt notarius attestatur, † absque luminibus, sit nullum: quia cum in contractibus inter viuos celebratis de nocte debeant adesse † tria lumina. *l.1.tria luminaria. ff. de ventre inspi.* eo quia testes debent cognoscere partes, quod fieri non potest in obscuro. *l. testium. C. de testi. & l. fina. §. sin autem dubius. C. de iure delibe. secundum Bar. in l. non minorem.* [a] *C. de transact.* & ibidem alij sequuntur, multo fortius in vltimis voluntatibus, & sic in testamentis factis de nocte debent requiri lumina: cum in testamentis tractetur de maiori periculo, & magis timeatur falsitas. *l. fi. C. de fideicom. & l. iubemus C. de testa.* Item & quia in testamentis testes debent esse in præsentia & in conspectu testatoris, & videre oculata fide ipsum testatorem, alias testamentum non valet: quia fraus comitti posset. *l. si non speciali & l. si vnus. C. de testam.* ¶ Confirmatur, quia si cortina existens circa lectum testatoris, & impediens testes, ne videant testatorẽ, † facit testamentum non valere, [b] *secundum Cynum, Albericum, Bartolum & alios in dicta l. si non speciali. Cyn. in l. testium. in 4. q. C. de testi.* & dicit Albericus, quod propter hoc fuit cassatum quoddam testamentũ Bononiæ: certe eadem ratione tenebræ noctis, quæ naturaliter impediunt visum & conspectum testatoris, debent propter eundem timorẽ falsitatis testamentum annullare. Alibi dicit Bal. *in cap. 1. in pe. col. de fide instru.* quod instrumẽta facta de nocte sunt suspecta, † nisi in casu necessitatis: & ideo caueãt in hoc tabelliones, secundum eum. Item sicut ratione naturali Oldra. Laud. dum esset aduocatus in curia Romana reprobauit multos testes deponentes se aliquid vidisse factum tempore noctis, † nisi deponerent, quod adesset lumen accensum, vel luna clare lucescens; eo quia naturaliter reprobãtur tanquã falsarij: *prout referunt Bald. & Ange. in l. si cum exceptione. §. in hac per gloss. ib. ff. quod metus cau. cum alijs concordantijs supra opportune adductis per d. consultorem.* Eadẽ ratione naturali infringitur testamentum conditũ nocturno tempore absque luminibus. Nec est maior nec certior ratio in mundo † quam ratio naturalis: *secundum Bald. in rubrica. C. si ex falsis instru. in 4. colum.* quia virtus legis consistit in ratione naturali, cum lex se speculetur in natura. [c] *§. adoptio. insti. de adop. secundum Bald. in l. quoties. circa princ. C. de suis & legi.* Item ratio naturalis est potissima in qualibet interpretatione: *secundum Cy. in l. non dubium circa fi. C. de legi. Bal. in titu. de pace Constan. in verb. vel per aliam personam. facit tex. in l. vnica. §. in primo. in verb. naturali ratione subnixum. C. de cadu. tol. & in l. scire oportet. §. sufficit. in verb. ex naturali iustitia. ff. de excu. tuto. & in l. 3. §. si quis quasi. in verb. naturali æquitate. ff. de condi. ob cau. cum similibus.* ¶ Circa secundum de statuto Genuæ, puto etiam quod nihil conferat ad propositũ præsentis casus. Nã considero, quod tale statutum derogat iuri cõmuni in quatuor. Primo, circa titulum † institutionis. *§. aliud quoque capitulum in authen. vt cum de appell. cogn. gl. & doc. in authe. nouissima. C. de inoffi. test.* Secũdo, circa numerum testium, cum disponat solum quinque testes in testamẽtis sufficere. Tertio, circa qualitatem testium, cum etiam fœminæ admittantur. Quarto, quod sufficiant etiam non rogati, contrà legem, hac consultissima. *in prin. C. de testa. & l. fi. ad fi. C. de codicillis. & l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa.* Ergo restringendum est ne aliquid plus operetur in derogationem iuris communis. *l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. de consue. glos. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib.* quia quod nõ mutatur, quare stare prohibetur. *l. præcipimus. § fin. C. de appella. l. sancimus. C. de testa. cap. constitutio. ad fi. de elec. in 6.* Item per subauditos † intellectus non debet induci legum correctio: [d] *vt est gloss. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. in 6 facit gl. in l. 2. C. de condi. inser. facit cap. cum expediat. de electio. in 6. & l. vnica. C. de inoffi. dotibus.* Imo fortius si statutum Genuæ expresse disponeret, quod valeret testamentum factum de nocte sine luminibus, certe esset iniquum & inualidum: † quia esset nutritiuum falsitatis. *§. penul. in authen. vt nulli iudicum. & cap. ex parte de consuetu.* ¶ Circa vltimum de testibus productis per partem aduersam, puto quod eius intentioni non opitulentur, quia non probãt quod Genuæ valeant testamenta condita de nocte sine luminibus: quia hoc esset quasi impossibile per naturam, & quasi deridiculũ, licet deponant, quod notarij Genuæ, quando conficiuntur testamenta noctis tempore, in subscriptionibus eorum non attestantur, quod lumina adessent: sed hoc est diuersum ab eo, de quo contenditur: & sic non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. *l. non hoc C. vnde legi. & c. recepimus. & ibi Abbas in 2. notabili. de priuil. Et prout latius ex multis concluditur supra per d. consultorem.*

ADDITIO.

a Secundum Bar. l. non minorem] Ias. hic refert Dilect. de arte testan. tit. 2. caut. 8. sub numero 3. & in sententia lata de nocte quod non valeat est communis op. vt dicit. Dec. c. consulit. nu. 12. vbi Feli. nu. 18. & 19. de off. deleg. lim. pro cuius declarat. Vide Viui. com. opin. lib. 2. opin. 248. sententia lata de nocte per totam, & pro lim. Ias. d. l. non minorem. nu. 3. cum seq. & Maran. tract. iud. vlt. par. 7. par. prin. 92. fol. 165 Menoc. de arb. iud. lib. 1. q. 62.

b Non valere.] Ias. supra cons. 26. omissus lib. 1. vbi ait secus esse in donatione causa mortis.

c Speculetur in natura.] Refert & sequitur Aymo tract. de antiqui. tempo. par. 4. in prin. num. 66. fol. 344.

d Correctio.] Ias. consilio 126. factum sic se habet. supra li. 1. vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LI.

THEMA.

ALuysius de Tacolis ciuis Regiensis suũ condidit testamentũ, in quo inter cætera in omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus sibi hęredem vniuersalem instituit Franciscum eius testatoris filium legitimum & naturalẽ, & omnes filios masculos tã legitimos quam naturales descendentes ex ipso Francisco, hac tamen conditione, quod prædictus Frãciscus eius filius,

nec aliqui descendentes ex ipso, nullo vnquam tẽpore possint alienare vel obligare domos & casamẽta dicti testatoris, in quib. ad præsens idem testator cum eius familia moram trahit: quia omnino voluit & vult idẽ testator ipso Francisco eius hærede decedente sine filijs masculis legitimis vel naturalibus, quod prædicta domus perueniat ad confratres de Tacolis eius testatoris attinentes: & si prædictus Frãciscus eius filius & hæres antedictus decederet in pupillari ætate, vel aliter quandocunq; sine descendentib. masculis, tunc eidem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum duas eius testatoris filias legitimas & naturales toto tempore vitæ ipsarum tantum, & post earum mortem substituit certos de Tacolis eius attinẽtes, saluo quod domus statim perueniat ad Petrum de Tacolis, & ad eius filios masculos legitimos & naturales. Mortuo prædicto testatore, successu temporis dictus Franciscus solutus ex Magdalena de Castellis similiter soluta suscepit Vincentium filium naturalem & superstitem, quem ipse Franciscus pater viuens legitimari fecit per comitem Palatinum habentem ab imperatore potestatem legitimãdi bastardos, nothos, spurios & quoslibet alios ex illicito & damnato coitu procreatos, vocatis, vel non vocatis his quorum interfit, vel posset interesse. Postmodum idem Frãciscus condidit testamentum, in quo, exhausta legatis hæreditate ipsum Vincentiũ filium naturalem & legitimatum instituit hæredẽ in tertia parte eius quod supererat, & sic effectualiter quasi in nihilo. Vnde Vincentius videns se effectualiter ex testamento paterno parum consequuturũ, prætendit vigore testamẽti Aluysij aui paterni posse consequi bona, quæ fuerunt in eius hæreditate, de quibus Franciscus testari nõ potuerit, excepta ei⁹ legitima. Ex suprascripto themate contingit de duobus principaliter dubitari. Primo, nunquid Vincentius admittatur vigore testamenti Aluysij ad eius hæreditatem, ita quod Franciscus de bonis sibi obuentis ex hæreditate Aluysij testari non potuerit excepta legitima? Secundo, an si in futurum contingat Vincẽtium mori sine filijs masculis, sed relictis filiabus fœminis legitimis & naturalibus, an possit postea esse locus substitutioni factæ in testamento dicti Aluisij?

SVMMARIA.

t *Naturales dicuntur ingenuarum concubinarum filij, quos sola natura genuit & non honestas coniugij, & ad hoc vt filij dicantur naturales plura requiruntur: & nu. 4. vbi contra & nu. 6.*

2 *Naturales non dicuntur filij susceptι etiam ex concubinis, quando pater plures habuit concubinas.*

3 *Filij nati ex famula quam nobilis tractabat vt famulam domo propria in cibo, potu & vestibus, non dicuntur naturales.*

5 *Naturalis filius dicitur altero de duobus modis: vno modo legaliter, altero secundum vulgarem consuetudinem loquendi.*

6 *Legitimatio facta de filio nato ex soluto & soluta tanquam naturali, quamuis secundum iuris subtilitatem sit spurius, valet inspecto vulgari & communi vsu loquendi.*

7 *Verba testatoris intelligenda sunt secundum communem vsum loquendi.*

8 *Communis vsus loquendi in quacunque materia semper præfertur proprio significatui verborum, siue illud eliciatur ex definitione, siue ex etymologia, siue iuris authoritate, & communis vsus loquendi semper attendi debet in omni materia etiam odiosa & pœnali.*

9 *Verba testatoris debent intelligi naturaliter & secundum veram naturalitatem, non autem legaliter seu ciuiliter vel secundum stricti iuris rigorem.*

10 *Verba testatorum, qui communiter sunt iuris imperiti debent grosso ac naturali ac vulgari modo intelligi.*

11 *Legitimatio quãuis minus legitime facta sit, nihil refert, quando de necessitate non requirebatur.*

12 *Filius bastardus ex institutione de eo facta efficitur legitimus quasi testamento legitimatus.*

13 *Substitutio facta filio si decesserit sine filijs, euanescit si tempore mortis reliquit filios, quamuis filij postea decedant. & numeris seqq.*

14 *Conditionem substitutionis sufficit semel impletam fuisse quamuis impleta non duret.*

15 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi cui adijcitur.*

CIRCA primum dubium videretur prima consideratione dicendũ, quod Vincentius admitti non possit ex testamento Aluysij de Tacolis ad eius hæreditatem, ex quo idem testator instituit hæredem vniuersalem Franciscum eius testatoris filium legitimum, & naturalem, & omnes filios masculos tam legitimos quam naturales descẽdentes ex ipso Francisco, sed Vincentius licet sit filius Franciſci, tamen non est filius naturalis, sed spurius: quia naturales dicuntur † ingenuarum cõcu- t
binarum filij, quos sola natura genuit, & non honestas coniugij. *dicit text. 32. q. 4. in c. liberi, quod est cap. finale.* Item ad hoc vt filij dicantur naturales, debent esse nati ex concubina in domo retenta. ita dicit gl. ordina. & approbata *in c. nisi cum pridem in verbo, manifesses de renuncia.* Alibi dicit Specu. *in titu. de succes. ab intesta. §. 1. in versic. nunc de naturalib.* quod tria requirũtur ad hoc vt filij dicantur naturales. Primo, quod sint nati ex soluto & soluta, ita quod inter eos esse matrimonium potuisset. Secundo, quod ex concubina retenta in domo. Tertio, quod sit vnica concubina. Nam si quis habens plures concubinas suscepit ex eis filios, † isti non merentur dici naturales a

pre-

propter eff renatam libidinem parentum. § *si quis autem defunctus. in authen. quibus mo. na. effi. sui.* Refert & sequitur dominus Abbas *in capit. per venerabilem. in antepenult. colum. qui filij sint legiti.* vbi dicit rationem prædictorum esse: quia iure ciuili concubinatus non est reprobatus, quando retinetur vnica in domo loco vxoris: *vt ff. de concubi. per totum. facit text. in l. item legato. §. parui. ff. de lega. 3.* ¶ Confirmantur
3 prædicta, quia † etiam natus ex famula, quam nobilis tractabat vt famulam in domo propria, in cibo, potu, & vestibus, non est filius naturalis: quia ad hoc vt dicatur naturalis, oportet quod mulier fuerit in domo in schemate concubinæ sociata, & ideo non poterit ei relinqui secundum formam authen. *licet. C. de natu. libe.* Ita alias in contingentia facti fuit consultum & determinatum: *vt refert Alber. de Rosa. in rubrica. C. de natu. libe.* quem sequitur Marti. Lauden. *in disputatione sua, quæ incipit. Augerius. in 22. col.* Vnde in proposito nostro, cum Vincentius non sit natus ex concubina in domo retenta in schemamate concubinæ, sed ex muliere soluta extra domum Francisci inhabitante, ergo non potest dici filius naturalis, nec potest venire ex testamento Aluysij instituentis hæredes omnes filios masculos tam legitimos quam naturales descendentes ex ipso Francisco. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod imo Vincentius dicatur filius naturalis Francisci, & consequenter sit directo institutus in testamento Aluysij, in quo per verba mere directa & ciuilia instituit hæredes omnes filios masculos tam legitimos quam naturales descendentes ex ipso Fráciſco: & consequenter Vincentius vigore dicti testamenti debet obtinere omnia bona, quæ fuerunt in hæreditate Aluysij, de quibus Franciscus testari non potuit, & hoc vltra domos & calamenta testa-
4 toris. Quod autem Vincentius natus ex patre solu-
a to & Magdalena similiter † soluta [a] dicatur filius naturalis Francisci, *patet ex l. 1. & toto titulo. C. de natura. libe. & in authen. qui mo. natur. effi. legi. per totum. & in authen. quibus mo. natu. effi. sui.* Et propterea dicit glo. *in c. per venerabilem. in prin. in gloss. secunda. qui filij sint legiti.* quod naturales large omnes appellantur, præter adoptiuos & spirituales, licet plerunque illi tantum naturales appellentur, qui ex liberis concubinis nascuntur. ¶ Confirmo per illud, quod in specie ad propositum nostrum decidit notabiliter Bal. *in consilio 129. alias 295. 2. volu. incipiente, factum proponitur in terminis infrascriptis, dominus Petrus &c. in secundo dubio.* Vbi ad literam sic dicit, quod filius naturalis
5 dicitur † altero de duobus modis [b]. Vno modo le-
b galiter, & tunc requiritur, quod sit natus ex concubina indubitato affectu in domo retenta in schemate concubinæ, quæ ab vxore parum distat, nisi in honore. *l. in concubinatu. ff. de concubi. l. in libertis. ff. de ritu nupt. l. item legato. §. parui. ff. de lega. 3.* Et hoc introductum est propter habendam certitudinem prolis, alias de facili possent mulieres se confingere habere filios ex aliquo magno & nobili viro, & sic successiones nostræ deuenirent ad extraneos & alienos, *argu. l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. consensu §. 1. C. de repu.* Alio modo dicitur filius naturalis secundum vulgarem consuetudinem loquendi, scilicet omnis bastardus, qui nascitur ex soluto & soluta, etiam si nasceretur ex furtiuo amplexu. *c. innotuit. de ele.* Nam in rei veritate, non attenta fictione iuris, iste est naturalis, vterque parentum contentatur de eo, quod sit eorum filius, & pater eum indubitato affectu tenet in filium suum & paterna prosequitur charitate. Nempe quantum ad Deum, qui iudicat secundum veritatem, item secundum canonicam æquitatem, iste non debet dici spurius, sed naturalis, & per matrimoniũ subsequens legitimatur. §. *fi. instit. de nup. c. tanta qui filij sint legi.* Iste ergo filius, de quo quæritur, secundum iuris ciuilis subtilitatem non est filius naturalis, sed spurius: sed secundum veram naturalitatem, & canonicam æquitatem, & communem vsum loquendi dicitur naturalis, & ideo pater, qui facit eum legitimari sub nomine appellatiuo filij naturalis, † 6
non intelligitur eius tacuisse defectũ, vel obrepsisse ptori, sed naturaliter verũ dixisse, & sic legitimatio valet, voluntate, potestate, ac forma canonizãtibus actum. Ita formaliter ad literam dicit Bald. *in consilio præallegato*, & nihil melius, ac nihil apertius posset in proposito allegari ad ostendendum, quod licet Vincentius nõ dicatur filius naturalis Francisci, sed spurius, attenta iuris ciuilis subtilitate, & legali fictione, & ita procedunt iura superius in oppositum adducta, tamen secundum veram naturalitatem, & secundum vulgarem & communem vsum loquendi, cum sit natus ex soluto & soluta, dicitur esse filius naturalis Francisci. & sic succedit ex testamento Aluysij instituẽtis hæredes vniuersales omnes filios masculos naturales descendentes ex ipso Francisco. ¶ De isto suo consilio facit mentionẽ ipsemet Bald. *in c. nisi cum pridem. in pe. col. de renun.* vbi refert Ioan. And. ibi in nouella dicere, quod large loquendo, ille, qui est natus ex aliqua fanticella extra domũ dicitur naturalis: Ergo si legitimatus est tanquam naturalis, valet legitimatio propter generalẽ consuetudinem loquendi, quod reputat esse valde notabile, & dicit habuisse de facto. ita etiam tenet idẽ Bald. *in consi. 206. tertij volu. quod incipit, casus talis est: quidam A habebat duos filios ad si.* Vbi quærit, nunquid natus ex istis fanticellis quæ passim vadunt ad nundinas, & forum, & vagantur per vicos & plateas, & postea reuertuntur ad domum alicuius, à quo prægnantes fiunt, sit simpliciter & proprie naturalis, an vero sit spurius. Et respondet, quod secundum iuris ciuilis seueritatem dicitur spurius & ignotus, quia natus ex soluto & soluta. *l. vulgo. ff. de sta. ho.* & quia venter iste non est certus propter laxitudinem, quamtalis mulier habuit fornicandi cum multis, tamen largo modo potest dici naturalis, id est non contra iura naturalia, nec contra iura ciuilia, cum ipsa procreatio naturalis sit, nec sit iuris ciuilis obstaculo obumbrata. Et quicquid rigor ciuilis dictet, iura canonica omnem natum ex soluto & soluta naturalem appellant. *c c. innotuit. de elec.* Et ideo legitimatio de c
eo facta vt naturali valuit: & ista est veritas secundum Bald. ¶ Stat ergo ex prædictis vera conclusio quod secundum veram naturalitatem, & secundum vulgarem & communem vsum loquendi omnis bastardus, qui nascitur ex soluto & soluta, dicitur esse naturalis, & quod ita se habet generalis consuetudo loquendi: *prout attestatur Bald. in locis præallegatis. Ita etiam tenet Ioann. And. in addit. Specul. in titul. qui fi-*

lij sint legi. super rub. in 2. col. vbi dicit, quod omnes nati ex soluto & soluta secundum communem vsum loquendi, dicuntur naturales. & ita eum refert & sequitur dominus Abb. *in d. c. per venerabilem. in antepe. col. & ibidem dominus Ant. de But. in 37. col. & dominus Nico. de Vbaldis de Perusio aduocatus consistorialis in tractatu suo de successionibus ab intestato in 4. col.* Clarum est autem, quod verba testatoris †intelligenda sunt secū-
7 d dum communem vsum loquendi. [d] *l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. & l. sciendum §. illud in fin. ff. de adili. edic. in c. ex literis 1. de spon. in verb. ad communē verbi intelligentiā recurratur, & est bonus tex. 2. q. 7. in ca. quamquam in verb. secundum vocabula quæ vsus obtinet. & text. in c. quamuis in verb. vsus obtinuit. & ibi dominus Ant. de But. & dominus Abb. ad hoc notant de verbo. significa. Barto. in l. Labeo. ff. de supel. lega. & ibidem tex.* Item communis vsus loquendi in quacunque materia semper præ-
8 fertur proprio significato verborum, † siue illud proprium significatum eliciatur ex definitione, siue ex etymologia, siue iuris authoritate, *secundum dominum Abb. in ca. 1. in vlt. col. de iudi.* Item in omni
e materia, etiam odiosa & pœnali e semper debet attendi communis vsus loquendi: secundum dominum Abbatem *in c. 2. in princip. de arbi. & in c. per tuas in 2. col. de prob. & ibi Aret. in 4. col. per hoc allegat nouum tex. in l. si vxor. §. 1. ff. de adulte.* Vnde in proposito, testator, qui directo instituit omnes filios masculos tam legitimos quam naturales descendentes ex ipso Francisco, non intellexit de naturalibus legaliter, & secundum stricti iuris rigorem, sed secundum veram naturalitatem & communem ac vulgarem vsum loquendi: & sic intellexit de omni spurio, qui nasceretur ex soluto & soluta. Et quod testator voluerit naturales tantum ex Francisco descendentes esse hæredes, apparet enixius ex geminatione, & sic ex repetitione de talibus naturalibus bis facta in testamento per ipsum testatorem, & talis geminatio ac repetitio ostendunt enixam voluntatem testatoris. *l. balista ff. ad Trebel. gloss. in c. requisisti. in verb. decedens de testa. cum vulga.* ¶ Confirmantur prædicta,
9 quia verba testatoris debent † intelligi naturaliter,
f f & secundum veram naturalitatem, non autem legaliter, seu ciuiliter, vel secundum stricti iuris rigorem. *l. fin. C. de his qui veniam ætatis impe. l. ex his verbis. C. quando dies lega. ced. l si ita quis. §. is cui. ff. de lega. 3 l. fideicommissum. ff. de condi. & demonstra. c. susceptum. de rescriptis. in 6. cle. quod circa. de electi.* præsertim cum rari admodum testatores, & quasi nulli reperirentur, qui scirent, quis sit proprie & stricte filius naturalis, & quæ & quot requirantur ad hoc vt quis sit proprie filius naturalis. Vnde verba quæ proferuntur à testatoribus, qui communiter sunt idiotæ, & illiterati iuris, & non capiunt differentias intel-
10 lectuales legum, debent grosso † & naturali ac vulgari modo intelligi: *secundum Cyn. in l. si cum ante. C. de donatio. ante nupt. Bal. in c 1. in principio in 3. col. C. de succe. feu. & in l quod si nepotes. ff. de testamen. tutel.* Omnis enim intellectus est extraneus, qui non sonat in auribus vulgi. *cap. ex literis de spon. secundum Bald in tit. de pace Constan. in verb. defendendo. in fin.* ¶ Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, cum Vincentius viuo patre, & ad instantiam patris fuerit etiam legitimatus per comitem Palatinum: & dato sine veri præiudicio, ꝙ aliqua possent adduci contra ipsam legitimationem, quæ aliter non attingo, tamen ex quo legitimatio non requirebatur, ex quo Vincentius erat filius naturalis Francisci, & Aluysius testator instituit hæredes omnes filios naturales descendentes ex Francisco, certe nihil habet obstare, quod talis legitimatio fuit minus legitime † facta ex quo 11
non requirebatur de necessitate: *per regulam l. vnica in prin. g C. de rei vxo. actio. gl. in l. vinū. in gl. magna. ad finem. g ff. si certum petatur.* ¶ Præterea, bastardus ex institutione de eo facta efficitur legitimus, †quasi testamento 12
legitimatus. Ita singulariter ad literā tenet Bal. *in c. ex transmissa, circa mediū, de restit. spol.* Et ita remanet absolutū primū dubium principale. ¶ Aggredior secūdum dubiū, in quo quæritur, an si in posterū cōtingeret Vincentiū mori sine filijs masculis relictis filiabus fœminis legitimis & naturalibus, an esset locus substitutioni factæ in testamento Aluysij, & in hoc clare cōcludo quod non: eo quia substitutio in testamento Aluysij fuit facta hoc modo, ꝙ si prædictus Franciscus eius filius & hæres antedictus decederet in pupillari ætate, vel aliter quandocunq; sine descendentibus masculis, tunc eidē substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Sed Frā-
ciscus non decessit sine † descendentibus masculis 13
imo tempore mortis suæ reliquit ex se Vincentium descendentem masculum: Ergo talis substitutio penitus euanuit, nec potest amplius habere locū, dato quod postea in futurū cōtingeret Vincentiū mori sine filiis masculis: *per regulam l. si quis hæredē. C. de insti. & substi. & l. in substitutione ff. de vulga. & pupillari.* In quibus iuribus ponitur regula, quod sufficit condi-
tionem substitutionis † semel fuisse impletam, quā- 14
uis non duret impleta. Ad idem bene facit text. formalis *in l. hæredibus in prin. ff. ad Treb. & tex. in l. cum vxori. C. quando dies lega. cedit. & gloss. ordina. in l. ex facto §. si quis rogatus. in verbo, ex voluntate. ff. ad Trebell. dum dicit gloss. dummodo viuant liberi post mortem testatoris. & ita in*
h *specie* h *determinat Oldra. Lauden. in consilio 21. incipiente,* h
thema tale est testator & in consilio 141. incipiente, thema tale est dominus &c. In quibus locis expresse determinat, quod sufficit filium hæredem institutum semel habuisse filios licet postea sint mortui illi filij, ad hoc vt substitutus perpetuo excludatur. & sequitur Io. Andr. *in additio. Spec. in titu. de testa. §. in primis. ad finem. Idem tenet Paulus de Castro in consilio 79. quod incipit, casus iste frequenter contingit. & in consilio 172. incipiente, ne impropriis vtamur vocabulis. Ita etiam tenet dominus Alexan. nullam de prædictis faciens mentionem, in consilio 396. incipiente, ponderatis his quæ in themate narrantur. in 1. colum. & Paulus de Castro in d. l. ex facto. §. si quis autem susceperit. in vlti. colum. in lectura Paduana, & Ange. in l. generaliter. §. cum autem. in lectura Florentina. C. de institu. & substitutio. Bene facit, quod per plura iura tenet Bald in l. precibus. in 3. column. & in 3. oppo. C. de impube. & aliis substitu.* Vbi tenet, quod in conditionibus attendimus principium primæ existentiæ, & non curamus postea successum eius. Idē in specie in fortioribus terminis singulariter tenet & notabiliter Bal. *in c. 1. §. cum etiam. per illum text. in titulo, episcop. vel abba.* vbi expresse tenet, quod si testator fecerit substitutionē filio, *si sine liberis obierit*, & mortuus sit relicto filio, qui non vixit nisi vno momento, tamē adhuc substitutio fideicommissaria perpetuo extinguitur, & illud momentum vitæ sufficit, *vt ibi per eum.* Bene

verum

verum est, quod si Vincentius fuisset præmortuus ante Franciscum, tunc bene substituti deberent admitti, eo quia tunc verum fuisset dicere, Frãciscum decessisse sine descendentibus masculis, & non consequenter conditionem substitutionis tunc fuisse purificatam: eo quia qualitas iuncta verbo, intelligitur † tunc secundum tempus verbi, cui adiicitur, i

i l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. si Titius. ff. de testament. milit. & de hoc est bonus textus, qui ita loquitur in dicta l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff. ad Trebellian. & text. in l. filius familias. §. cum quis. ff. de legat. primo. & ita in specie etiam declarat Angel. in dicta l. generaliter. §. cum autem. in lectura Florentina. & Paulus de Castro in dicto §. si quis autem susceperit. in columna vltima. in lectura Paduana. Et ista est mera veritas, secundum quam sæpe consului, & ita semper legendo tenui *in dicta l. si quis hæredem. C. de institut. & substitut. & in d. l. substitutione. ff. de vulg. & pupill.*

ADDITIO.

a Soluta.] Refert Port. cons. 105. quia inter nu. 41.

b Duobus modis.] Vide omnino Beroi. qui huius consilii meminit consil. 165 in causa spurietatis. num. 4. cum seqq. addo Petr. Vbal. de succes. ab intestat. col. 2. Caccialup. l. si qua Illustris. num. 4. C. ad Orphic. Natt. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. quæstion. 14. C. de testa. Aym. consil. 166. licet plurim. num. 8. vbi inquit hoc esse verum secundum æquitatem canonicam, & communem vsum loquendi. & hoc admittit Aym. etiam quo ad ius succedendi. Contrarium tamen in successione tenet Natta d. loco. Caccialup. d. l. si qua Illustris. num. 54.

c Naturalem.] Bero. d. cons. 165. n 11. vbi Ias. cons. refert. & Dida. in epit. de sponsa. par. 2. 8. §. 4. n. 3.

d Vsum loquendi.] Et huius cons. meminit Bero. d. consil. 165. num. 13.

e Et pœnali.] Ias. l. stipulatio ista. § hæc quoq; in fi. de verb. oblig. l. fin. col. vlt. C. de succes. ed. Aym. cons. 308. in Franchisia. sub num. 3.

f Naturaliter.] Dec. cons. 258. in casu domini. n. 1. cons. 276. in causa. n. 8. vers. 1. etgo. cons. 541. visa donatione. n 13. consil. 610. viso themate. nu. 3 c. fin. Ripa l. ex facto. num. 19. de vulg. Ceph. cons. 82. hæreditas. nu. 12. Menoch. consil. 16. quod iam non satis. nu 6. 7. declar. Alex. consil. 2. visis. num. 19 vers. non obstat. l. fin. lib. 1. Aliter declarat Soc. iun. consil. 63. præsuppono. num. 50. lib. 3. & aliter Alciat. cons. 501. hæc præmitto. numero 3. in fin.

g L. vnica.] Vide Ias. cons. 3. sine alio fastu. nu. 24. supra lib. 1. vbi addo.

h Ita in specie.] Idem Iason consilo 66. nobilis. nu. 21 cons. 68. viso themate. nu. 24. infra eod. l. si quis hæredem. nu. 5. C. de instit. & substit. cum aliis, vt per Tiraq. l. si vnquam. verbo, susceperit liberos. num. 190. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 63. pro tenui. num 2. cons. 218. in casu. num. 7. consil. 291. visis nu. 5. consil. 287. in ciuitate. num. 1. consil. 414. viso eleganti. numero 4. & consil. 513. in ciuitate. numer. 1. Ruin. consilio 78. 1. dubium. numero 10. & consilio 125. viso. num. 1. lib. 2. Rolan. qui infinitos citat cons. 59. quoniam. nu 10. lib 3. Ceph. consi. 88. originalis. num 52. & consilio 283. magnificus. num. 6. vbi omnes hoc consilium citant. & alios adducit Gabr. commun. opin. lib. 4. de fideicommiss. conclus. 7. nu. 1. & Menoch. cons. 85 proposita. nu 46. cum multis seqq. vbi omnino videndum. declarat Dec. cons. 480. in casu qui. nu. 6. Aym. cons. 326 dom. Iacobus. num 16.

i Adiicitur.] Ias. cons. 170. quod prædicti. colum. pen. supra lib. 2. vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LII.

THEMA.

IOANNES Bartholomæi de Calice ciuis Bononiensis condidit testamentum, & in eo fecit tres gradus substitutionum. Inprimis duos eius filios legitimos & naturales sibi hęredes vniuersales æquis portionibus instituit, & casu, quo alter dictorum eius filiorum & hęredum decederet filiis masculis legitimis & naturalib. tunc superuiuentem ex eis substituit, & voluit ac mandauit filias quaslibet vnam seu plures legitimas & naturales superextantes ex tali filio prædecedente dotari secundum facultates hęreditatis d. eius filii sic prędecedentis, quas dotes eisdem filiab. iure institutionis reliquit. Itẽ casu, quo dicti eius filii & hæredes decederent quandocunq; sine liberis masculis legitimis & naturalib. tunc eisdem, & vtriq; eorum substituit æquis portionibus Danielem eius testatoris fratrem ꝑ dimidia, & Cęsarem filium naturalem d. Danielis, & dicti Cęsaris filios masculos legitimos & naturales pro reliqua dimidia, & ipsorũ superuiuentem alteri & aliis prædecedentibus sine filiis masculis legitimis & naturalibus substituit: & dictis Daniele, Cæsare, & dicti Cæsaris filiis masculis decedentibus sine liberis masculis legitimis & naturalibus quandocunque, tunc & eo casu iure legati reliquit Catharinæ filiæ ꝑpriæ testatoris omni anno libras 10. Bononienses, corbes quinque frumenti, & vnam castellatam vuarum: & dictis sic decedentibus substituit hæredes Pasium, Bartholomæum, & Laurentium fratres de Duliolo, & filias fœminas legitimas & naturales superextantes ex dictis Daniele, Cæsare, & eorum liberis masculis dotari voluit secundum facultates dictæ eius hæreditatis. ¶ Mortuo testatore decesserunt ambo eius filii sine prole legitima, vnde eius hæreditas ad transuersales substitutos deuenit, videlicet ad Danielem testatoris pro dimidia, & Cæsarem Danielis filium spuriũ, ac Iulium & Ioannẽ ipsius Cæsaris filios legitimos & naturales pro altera dimidia Decessit deinde Daniel nullo alio relicto nisi Cæsare filio spurio. Postea Iulius decessit relictis duobus filiis legitimis & naturalib. & masculis, videlicet Baptista & Pyrrho. Deinde mortuo Cæsare postremo mortuus est Ioannes, relicta vnica filia Cathar. legitima & naturali. Quæritur, quis admitti debeat ad hæreditatem primi testatoris, an Baptista & Pyrrhus ex Iulio prædefuncto, an vero filia Ioannis postremo mortui?

SVMMARIA.

1 *Substitutio. Ex substitutione non potest venire, qui in ea fuit omissus.*

2 *Nepotes in substitutionibus non veniunt appellatione* filiorum. *sed contra num. 8. & seqq.*

3 *Testator in testamento prohibens filios alienare bona, non videtur prohibuisse nepotes.*

4 *Nepotes* filiorum *appellatione non continentur ex communi vsu loquendi.*

5 *Nepotes positi tantum in conditione non censentur substituti, & non veniunt ex testamento.*

6 *Coniecturæ solæ voluntatis testatoris non sufficerent ad inducendum fideicommissum, seu fideicommissariam substitutionem.*

7 *Fideicommissum conditionale pendente conditione non transmittitur etiam ad filios. & n. 22. vbi declaratur. & ibi etiam ponuntur plures coniecturæ.*

8 Filiorum *appellatione in vltimis voluntatibus veniunt nepotes, quando concurrit voluntas testatoris, & euidentes coniecturæ.*

9 *Bartolus. In Bartoli opinione solet esse substantia veritatis.*

10 *Nepotes comprehenduntur appellatione* filiorũ, *quando alias resultaret aliquod absurdum & durum.*

11 *Testatoris dispositio vbi confertur in futurum euentum, in quo verisimiliter dubiũ est, an extabunt filij an nepotes, tunc verisimile est testatorem voluisse, vt verbo* filiorum *comprehendantur etiam nepotes.*

12 *L. quod si nepotes. de testa. tut. quomodo procedat.*

13 *Voluntas testatoris magis quam verba, seu propria significatio verborum attendi debet in substitutione fideicommissaria, vbi exornatur. & nu seq.*

14 *Substitutus licet præferatur coniuncto, quia venit ex expressa dispositione testatoris, tamen ex præsumpta voluntate testatoris coniunctus præfertur substituto.*

15 *Causa testati licet præferatur causæ intestati, tamen ex præsumpta voluntate testatoris veniens ab intestato, excludit causam testati.*

16 *Vincere te fortius debeo, si vinco te vincentem.*

17 *Proximiore in gradu excluso, multo magis debent censeri excluſi sequentes in gradu & remotiores.*

18 *Fideicommissum inducitur ex coniectura ex mente testatoris, quamuis verba deficiant, & in substitutionibus fideicommissariis facile admittitur coniectura & voluntas præsumpta testatoris.*

19 *Solennitas non necessaria ad actum, si interueniat minus apte, non curatur.*

20 *Testator videtur conformasse dispositionem suam statuto suæ ciuitatis: vbi exornatur.*

21 *Fœmina nunquam ab intestato admitti debet, quandiu potest per masculos ex testamento succedi.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimę virginis nominibus pro veritatis & iuſtitię ſuffragio inuocatis.

MATERIA præsentis consultationis videtur esse periculosa: quia in ea agitur de interpretanda voluntate testatoris, in qua propter nimiam subtilitatem sæpe erramus, quia testantis animum non videmus: *secundum Baldum in l. precibus. in 7. columna. C. de impuber. & aliis substitut.* tamen si quis veras iuris conclusiones, & magis communes Doctorum opiniones complectatur, nõ errabit. Pro dicta Catharina filia vnica Ioannis facere videtur, quia dicti nepotes Baptista & Pyrrhus neq; ex aliqua substitutione de eis facta, neque ex iure transmissionis admitti possunt, ergo filia Ioannis ab intestato patri suo succedere debet: *vt in authent. de hæred. ab intestat. veni. in principio & authentic. in successione. cum similibus. C. de legit. hared.* Nam in substitutione † isti nepotes sunt omissi à testatore: ergo iste 1
casus remanet in dispositione iuris cõmunis, *l. commodissime. ff. de liber. & posthum. l. si cum dotem. in princ. ff. sol. matri. l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. ca. susceptum. de rescri. in 6.* Sed de iure communi filia patri ab intestato succedit: vt iuribus præallegatis. Quod autem isti nepotes in substitutione fuerint omissi, patet: quia testator substituit filios masculos legitimos & naturales Cæsaris, sed Baptista & Pyrrhus sunt nepotes, qui non veniunt appellatione filiorum: quia
in substitutionibus appellatione † filiorum non 2
continentur nepotes transuersales. Aliter enim filios, & aliter nepotes appellamus, *l. quod si nepotes. ff. de testa. tut. §. penult. & fin. Insti. qui test. da. tu. poss. & probatur clare in l. Gallus. quasi per totam legem, maxime in §. instituens. ff. de liber. & posthum. & in l. posthumorum. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa.* Nam in illis legibus Iurisconsultus prouidet, quod testator, qui instituit filium, vel filios in testamento, etiam instituere debeat nepotem, seu pronepotẽ, ne si contingeret filios prædecedere viuo testatore, nepotes qui se præteritos inuenirent, rumperent testamentum; ergo appareret, quod sub illa institutione facta de filiis nõ comprehenduntur nepotes. Et dicere, prout dicit Bartolus *in d. §. instituens. & in l. liberorum. in 3. col. ff. de verb. significa.* quod illa iura intelligantur, quando testator instituit filium certum & nominatum, & sic quando institutio fuit facta de filio sub nomine proprio, quod tunc non porrigatur ad nepotes, videtur esse manifesta diuinatio ad illa iura. Præterea illa iura loquuntur etiam de institutione nepotis nascituri, qui proprium nomen non habet, & tamen appellatione nepotis non intelligitur pronepos institutus. Ad idem quod appellatione filiorum non veniant nepotes, facit text. *in l. sed & milites. §. 1. ff. de excu. tut. & in l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. filium habeo. ff. ad Macedon.* Et istam opinionem, quod in substitutionibus sub nomine filiorum non contineantur nepotes transuersales, tenent Bald. Ioan. de Imol. & communiter Moder. *in d. l. Gallus. §. instituens. Bald. in consilio 76. quartæ partis, quod incipit, Agnes habebat quendam fratrem. & in repetitione l. in suis. in vltim. colum. ff. de liber. & posthum. & in §. finali. Institut. qui testa. da. tut. possunt. dominus Alexander in consilio primo, primi voluminis, quod incipit, Perspectis verbis testamenti. in 12. colum. & in duabus sequentibus.* Confirmatur; quia quando testator in testamento prohibet filios alienare bona, non videtur † prohi- 3
buisse nepotes; [a] *vt notat gloss. singularis in §. nos igitur.* a
in authent. de restit. fideicom. Bart. in l. Lucius. §. Sempronia. ff. de legat. 3. & in l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. cum aliis concord. quæ ibi tradi solent. Ca. & Bald. in l. voluntas. C. de fideic. Item ita se habet communis vsus loquendi, quod † appellatione filiorum non comprehen- 4
dantur nepotes; *prout tenet gloss. in §. fina. in verb. appellamus. Instit. qui dari tutor. poss. & in §. cum igitur. in verb. filios. in authent. de non eligend. secund. nuben. domin. Antonius*

tonius de Butrio in proœmio decretalium. in 6. col. Sed dispositio testatoris debet intelligi secũdum communem vsum loquendi, *l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. l. Labeo. ff. de supell. leg. l. cum de Lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru.* ¶ Secundo facit; quia isti nepotes sunt tantum positi in conditione, ergo non censentur [b] substituti: † nec ex testamento veniunt: vt est [6] glos. communiter approbata *in l. Lucius. & ibi expressius Bartol. ff. de hæred. instituen.* Et ibi dicit Ang. *in fine*, quod ita vidit pluries secundum illam glos. iudicari. Bene facit textus *in l. potest cum l. sequenti. ff. de vulga. & pupilla. & ibi Bal. notat, & dicit, quod ibi videtur casus expressius pro ista conclusione glos. Ad idem bonus textus in l ex facto. §. etiam. ff. de hæred. instituen. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & in l. generaliter. in princ. in verb. paterno fructu. C. de institut. & substitut. inducendo prout ibi notat Areti. in tertio notabili. cum multis aliis concordant. quas alias ordinarie legendo dixi in l. 1. C. de pact.* ¶ Tertio facit, quod ad inducendum fideicommissum, seu fideicommissariam substitutionem solæ coniecturæ voluntatis testatoris non sufficerent, *l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. gl. in l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. Bald. in l. cum virum. in vlt. col. C. ad Treb.* ¶ Quarto facit: quia Iulius substitutus Ioanni prę mortuus est, ante- [7] quam eueniret casus substitutionis: † ergo ius substitutionis nõ transiuisset ad Baptistam & Pyrrhum filios. *l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. l. toties. in fine. ff. de acquirenda hæreditate. l. sed si plures. in principio. & l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupillar.* Fideicom- [c] missum enim conditionale pendente conditione [c] non transmittitur etiam ad filios: *vt est glos. ordin. & approbata in l. vnica. & ibi Bart. & alij notant. C. de his qui ante aper. tab. glos. in l. hæredes mei. §. cum ita. in verb. suscepisset. ff. ad Trebellia. & est textus in l. vnica. §. sin autem sub conditione. & ibi Bald. & Rapha. Fulgos. ad hoc notant. C. de caducis tollend. & text. in l. si in personam. & ibi Bald. ad hoc notat. C. de fideicommiss. Bald. in l. si pater. in 4. quæstion. C. de institut. & substitut. & in l. si auus. in 2. col. C. de liber. præterit. & in l. si plures. in 6. colum. C. de condition. institut. & in cap. 1. qui succes. teneant. & in l. vnica. secundo notabili. C. vt action. ab hæred. & contra hæred. Bald & Imol. in l. cum ex filio. ad fin. princip. ff. de vulga. & pupill.* Pendentia enim conditionis etiam in filio impedit transmissionem, *l. si cui legetur. §. 1. & ibi Bald. & Floria. ad hoc notant. ff. de legat. 1. Ad idem bene facit, quod pulchre notat Bald. in l. in causa. 2. §. Pomponius. per illum text. ff. de minoribus.* vbi notat, quod restitutio fiẽda alicui sub conditione non transmittitur ad hæredem conditione pendente, & ideo si testator reliquit aliquid nepoti, & adiecit, quod si decederet sine liberis, reuerteretur ad hæredem vniuersalem, quod si interim hæres vniuersalis decederet, amodo restitutio non deberetur. *Refert & sequitur dom. Alexand. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. & in l. qui liberis. §. hæc verba. in 2. col. ff. de vulg. & pupill.* vbi reputat hoc bene notandũ, & dicit ibi bene probari in illo tex. Et plenius idem D. Alex. *in l. 1. §. fin. C. de lega.* & in terminis nostris, quod filii fratris præmortui & substituti nõ admittantur, nec ex substitutione, nec ex transmissione, etiam quãdo substitutio est facta per ista verba, *& ipsorum superuiuentẽ substituit alteri & aliis*, prout est in casu nostro, tenet Bal. in specie *in cons. 435. quarte partis. incip. Punctus super quo consilium petitur exhiberi cupit, quidam nomine Vgolinus. & c. ad fi.* vbi determinat, quod vltimo morienti nulla censetur esse facta substitutio, & quod vltimo morieps est liber à causa substitutionis, *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.* Nec substitutio conditionalis recipit transmissionem, *d. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. & d. l. si in personam. C. de fideicommiss. & l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. Notant glos. & Doctores in dict. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.* præsertim vbi testator dicit, *substituo superuiuentem in casu præsenti.* Nam tunc ordinem moriendi considerat, & ex natura verborum apparet vltimo morienti neminem esse substitutum, ita ibi expresse determinat Baldus. ¶ Ista sunt in effectu & in substantia principaliora & efficaciora fundamenta, quæ in fauorem Catharinę filię Ioannis adduci posse videntur. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod immo Baptista & Pyrrhus admitti debeant ad hæreditatem primi testatoris, excluſa filia Ioannis, ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta & sublata omnia, quæ superius in oppositum adducebantur. Moueor in primis, quia testator in secundo gradu substitutionis substituit Danielem ipsius testatoris fratrem pro dimidia, & Cæsarem filium naturalem Danielis, & ipsius Cæsaris filios masculos legitimos & naturales pro reliqua dimidia. Vnde testator substituendo filios Cæsaris, intelligitur etiam substituisse Baptistam & Pyrrhum nepotes Cæsaris: eo quia in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt nepotes, † quando concurrit voluntas te- [8] statoris, & euidentes coniecturæ, *l. liberorum. versicul. sed & Papyrius. & leg. iusta. & leg. filij appellatione. & ibi glos. ff. de verborum significationibus. & leg. vxorem. §. concubinæ. ff. de legatis, tertio.* Nam in vltimis voluntatibus, quæ sunt multum fauorabiles, larga debet fieri interpretatio, *leg. in testamento. ff. de regulis iuris. capitulo, cum dilecti. de donationibus.* Ergo saltem ex lata interpretatione appellatione filiorum venient nepotes, vt iuribus prælegatis. Et quod in testamentis, quando fit mentio de filiis prouidendo eis, instituendo vel substituendo, quod veniant etiam nepotes, probat textus *in leg. Lucius.* [d] *vltima. ff. de hæredibus instituend.* vbi testator filio suo substituit sub conditione, *si decesserit sine filiis*, & hoc fecit volens filiis fratris prouidere, & constat, quod ibi appellatione filiorum continentur nepotes. *& per illum textum ita tenet Bartol. in l. liberorum. in 3. colum. ff. de verbor. significat. & in d. l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. & ibidem Angel. & cum Bartol. tenent Antonius de Butr. in cap. in quibusdam. de pœn. Petrus de Ancharan. in clement. 1. de Baptis. dominus Cardinalis Floren. in cap. 2. de verb. signif.* Et licet Bal. Imol. & Modern. *in d. l. Gallus §. instituens.* videantur tenere contra Bart. quod in dispositione testatoris appellatione filiorum non contineantur nepotes, prout retuli supra in primo fundamento partis contrariæ, cum concord. quas ibidem adduxi, tamen in terminis casus nostri, vbi coniecturæ concurrunt, teneo firmiter, quod opinio Bartoli sit vera, quam etiam vbique consulendo expresse firmat, & sequitur dominus Alexander *in consilio 9. primi volum. incipiente, Visis verbis testamenti Laurentij.* vbi in duobus locis dicit bonum verbum, atteſtando eam esse communem opinionem, & idem dominus Alexander *in consil. 5. tertij voluminis, quod incipit, Circa*

primum

primum dubium videretur prima consideratione. & in consilio 23. tertij voluminis, incipiente, Videretur fortasse super præmisso themate. & refert dominus Alexan. in consil. 1. primi volum. quod incipit, Perspectis verbis testamenti magnifici co. Henrici. in 12. col. quod consulendo in istis terminis secutus est opinionem Bar. in d. l. liberorum. eam etiam tenet dominus Franciscus de Aretio in consil. 146. incipiente, Re-
9 *spondendo summatim.* & pro certo in opinione † Bart.
c semper solet esse substantia veritatis, [c] *vt inquit Ludo. Rom. in cons. 469. incip. quod ad primum propositæ consultationis articulum dicendum. & do. Abb. in cons. 180. quod incipit, in quæstione quæ ad præsens vertitur inter dominam Floridam. in 3. col.* Nam in terminis casus nostri cõcurrit voluntas testatoris, & multæ efficaces & euidentes cõiecturæ, quas inferius deducam. Ergo in istis terminis tenenda est opinio Bar. quod appellatione filiorum etiam isti nepotes intelligantur esse substituti. Confirmatur per illud, quod tenet Baldus met post And. de Pisis & Cy. *in d. §. instituẽs.* vbi tenet, quod quando resultaret aliquod absurdum & durum, nisi appellatione filiorum comprehẽderentur nepo-
10 tes, † & tunc comprehenduntur: [f] *ita intelligit d. l. Lucius. Bene facit d. l. vxorem. §. concubinæ. ff. de leg. 3.* & istud contigit in casu nostro, vt inferius demonstrabitur. Ad idem bene facit, quod quando dispositio testatoris confertur in futurum euentum, in quo verisimiliter est dubium: an tunc extabũt filii primi gra-
11 dus, † an vero nepotes, tunc verisimile est, quod testator late intellexerit verbum, *filius*, vt etiam veniãt nepotes; quia verisimiliter testator tunc presumitur habuisse parem affectionem erga nepotes filiorum, si illi superextarent, patribus eorum præmortuis: & hoc casu proprie videtur loqui tex. *in d. l. Lucius. in ver. filium. coniuncto verbo, liberos. & ita tenet & declarat Iohannes de Imol. in dicta leg. Gallus. §. instituens. & refert & sequitur dom. Alexand. in consiliis præallegatis.* & ita punctualiter contigit in casu nostro. Et hoc modo apparet non obstare text. *in d. l. Gallus. §. instituens.* allegatum supra ad oppositum: quia loquitur, quando instituebatur filius de præsenti, nos autẽ loquimur quando facta est dispositio de filiis in futurũ euentum, in quem verisimiliter est dubium, an extabunt
12 filii vel nepotes. Similiter non obstat † textus *in d. l. quod si nepotes. ff. de testa. tut. & in §. fi. Instit. qui da. tu. poss.* quia illa iura non loquuntur in testatore instituente filios, sed in testatore dante tutorem filii: quo casu licet ex parte filiorum sit fauor, tamen ex parte tutoris est dispositio onerosa & prẽiudicialis tutori, qui cogitur etiam inuitus munus tutelæ suscipere, *l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell. sit. & Instit. de excus. tut. circa principium.* Vnde non tam lata fit ibi interpretatio, & modicum præiudicium fit ibi nepotibus, si illa datio tutorum nõ comprehendit nepotes: quia extat prouisio legis, qua mediante prouidetur nepotibus de tutore legitimo vel datiuo. ¶ Secundo principaliter facit: quia in substitutione fideicommissaria, super qua est prẽsens quæstio, magis atten-
13 di debet † voluntas testatoris, quã verba, [g] seu pro-
g pria significatio verborum, *in l. in conditionibus primum locum. in principio. & l. Publius. §. final. ff. de condit. & demonstration. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. l. 3. §. conditio. ff. de adi. lega. l. cum quæstio. ad finem. C. de legat. l. cum virum. C. de fideicommiss. l. 3. C. de liber. præter. l. cum proponebatur. ff. de legat. secundo.* Et dicit egregius text. *in l. quisquis mihi. ff. de verborum significat.* quod cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus vero mentem testantis, proculdubio Labeonis sententia non est vera. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire, [h] *cap. humanæ au-* h
res. 32. quæstione 5. capit. intelligentia. & capitul. in his. de verborum significat. Ita enim præponendæ sunt sententiæ verbis, sicut anima corpori, dicit textus notabilis *in capitul. sedulo. 38. distinctione.* Item lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem. ita dicit egregie Baldus *in l. finali. C. de necess. ser. hæred. instit.* Alibi dicit Baldus *in l. quoniam indignum. C. de testam.* quod non est curandum de qualitate vel significatione verborum, dummodo constet de mente testatoris loquentis. Alibi dicit Baldus *in l. finali. C. de impuber. & aliis substitution.* quod ex coniecturata mente testatoris recedimus à vi & natura coniunctionis verbalis. Hinc videmus, quod licet regulariter substitutus, eo quia venit ex
14 expressa dispositione testatoris, præferatur † coniuncto, *l. 2. §. si duo. ff. de bonor. possess. secundum tabu. & l. vnica. §. in primo. cum similib. C. de caduc. tollen.* tamen ex præsumpta mente testatoris coniunctus præfertur substituto, [i] *l quidam testamento. & ibi Bart. & Doct. ad* i
hoc not. ff. de vulg. & pup. Sic etiam videmus, quod licet
15 causa † testati præferatur causæ intestati, *l. antequam. C. commu. de succes. l. quandiu. ff. de acquir. hæred.* tamen ex præsumpta mente testatoris veniens ab intestato excludit causam testati, [k] *l. si quis ita hæres instituatur,* k
si legitimus. & ibi Bart. ff. de hæred. insti. modo in proposito nostro, mens & enixa voluntas testatoris, quod voluerit Baptistam & Pyrrhum per fideicõmissum admitti, exclusa filia Ioannis, iuxta tenorem & seriem testamenti, ex multis apertissime colligitur. Nam testator mulieres semper exclusit ab omni institutione, & à tribus gradib. substitutionum, quas fecit, & eas semper voluit excludi per existentiam masculorum tam descendentium & collateralium, quam penitus extraneorum. Item exclusit etiam filias proprias ipsius testatoris natas, & visas, & sic magis dilectas à testatore per existentiã supradictorum masculorum: quanto magis voluit excludi filiam Ioannis ex linea transuersali, nunquã visam ipsi testatori, & valde remotam in gradu ipsi testatori. Ista ergo multiplicatio masculinitatis ostendit enixam mentem & præcisam voluntatem testatoris, ꝙ semper voluerit prouidere masculinitati, etiam exclusa filia propria ipsius testatoris primi gradus visa & dilecta. Item disposuit, quod non solum masculini existentes de sua agnatione, sed etiã penitus extranei, hoc est, illi de Duliolo tertio loco substituti expresse excluderent istam Catharinam filiam Ioannis, ergo fortius debet excludi ꝑ istos nepotes masculos Baptistã & Pyrrhum ex Iulio prædefuncto, qui excludunt istos de Duliolo, quia si vinco vincentem te, † 16
fortius debeo te vincere, & te superare, *l. de accessionibus.* [l] *ff. de diuers. & temp. præscrip. l. Claudius. & ibi Bar-* l
tolus. ff. qui potior. in pignor. haben. cap. authoritate Martini. ad fin. & ibi Geminian. notat. de concess. præb. in 6. facit text. notabilis in l. si viua matre. circa med. C. de bon. mater.
Vnde quando excluditur à successione proximior in gradu, † certe fortius sequentes & remotiores ex- 17
cluduntur. *gloss. est notabilis in l. 1. in princip. in verb. fisco. ff. si quis aliquem testa. prohib.* ¶ Tertio principaliter

prædicta

prædicta optime confirmantur. Nam fideicommis-
18 sum inducitur †ex coniecturata [m] mente testatoris, m
quamuis verba deficiant, *gloss. est ordinaria, quæ non solet in communi allegari in l. pater filium. §. penult. ff. de lega. 3. & est tex. in l. pen. ff. de leg. 1. & in l. quisquis. ff. de leg 3. & in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. eo. & in l vnum ex familia. §. fin. ff. de lega. 2. & ita etiam tenet glos. in d. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Bal. in l. quoties. la 1. C. de fideicom. Paul. de Cast. in cons. 150. incip. in causa quæ vertitur inter Petrum. in 2. col. in prin.* vbi tenet, quod ex probabili coniectura voluntatis testatoris inducatur fideicommissum. Alibi dicit multum magistraliter dominus Alexan. quamuis de prædictis non faciat mentionem *in consil. 93. 4. vol. incipiente, Visa parte testamenti. in 2. col.* quod materia fideicommissorũ est taliter fundata in voluntate defuncti, quod quibuscunq; verbis, coniecturis seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quędam verba specialiter deputata, quibus fideicommissa conficiebantur: *vt in §. pen. Inst. de sing. reb. per fideic. reli.* tamen fuit postea statutum, per quæcunq; verba, & quomodocunque constaret de voluntate defuncti, fideicommissum induci, *l. 2. C. comm. de leg. l. vnum ex familia. §. fi. & l. cum proponebatur. vbi optimus tex. ff. de lega. 2. l. fideicommissa. §. hæc verba. & l. nutu. ff. de lega. 3. & l. mulier. in princip. ff. ad Trebell.* ita ibi formaliter dicit dominus Alexand. Item in substitutionibus fideicommissariis de facili admittitur coniectura & voluntas præsumpta, seu coniecturata testatoris: *vt iuribus præallegatis. & l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Treb. & l Lucius. & ibi notat. ff. de hæred. instit. & l. filius fam. §. cum quis. ff. de leg. 1. per quæ iura ita tenet Oldra. Laud. in cons. 269. incip. Thema tenor facti.* Modo in proposito nostro plures euidentes coniecturæ militãt, quod Baptista & Pyrrhus censeantur per fideicommissum substituti ad excludendam filiam Ioannis, cum in tot gradibus, & tot capitibus substitutionum semper substituerit masculos, & semper excluserit fœminas, etiam filias proprias ipsius testatoris. Vnde ista multiplicatio masculinitatis ostendit precisam & enixam voluntatem testatoris, *l. balista ff. ad Trebellian.* & nedum masculos collaterales, sed etiam penitus extraneos prætulit expresse huic filiæ Ioannis, ergo fortius censetur prætulisse istos filios Iulii, qui illos extraneos excludunt: vt superius fuit dictum. ¶ Et hoc modo tollitur illud, quod supra in oppositum adducebatur in tertio fundamento. Item licet ad inducendum fideicommissum sufficiat coniecturata mens testatoris, quamuis verba deficiãt, vt superius dixi, tamẽ in casu pręsenti ẽt verba non deficiunt, inducentia fideicommissum vltra vehementes coniecturas superius relatas. Nam testator substituit filios masculos Cæsaris, & in vltimis voluntatibus, quæ sunt fauorabiles appellatione filiorum veniunt nepotes, saltem ex larga & benigna interpretatione: vt dictum est supra in primo fundamento. Vnde si fideicommissum inducitur ex solis coniecturis, etiam quando verba deficiunt, ergo multo fortius debet induci, quando militant vehementes coniecturæ, vt in casu præsenti,
19 & etiam verba deseruiunt, dato etiam, quod large & improprie deseruiant: quia † quando aliquid non requiritur de necessitate, si interueniat, & minus apte, non curatur: *per regulam leg. vnica. in principio.* [n] *C. de rei vxor. action. & gl. in l. vnum. in glos. magna. ad fin. ff. si cert. pet.* ¶ Quarto prædicta confirmantur, quod voluntas testatoris fuerit, quod filia Ioannis excluderetur per Baptistam & Pyrrhum ipsius fratres patrueles, quia statuto inclytæ ciuitatis Bononiæ disponitur, quod ẽt in linea transuersali fœminæ excludãtur ab agnatis masculis vsq; ad quartum gradum. Vnde testator videtur conformasse dispositionẽ suam statuto suæ ciuitatis, †& sic cum dispo- 20
sitione statuti loquentis ab intestato, [o] *secundum Bar. & Moder. in l. hæredes mei. §. cum ita. & in l. hæredibus. §. 1. ff. ad Treb. & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert.* Nam testator præsumitur voluisse & cogitasse illud, quod statutum disponit: *secundum Bal. in l. 1. in 2. col. de sacrosanct. eccles. & in l. precibus. in antepenult. colum. C. de impuber. & aliis substitut. argum. l. si duo ff. de acquirend. hæreditat.* Alibi dicit Salycetus *in authent. item hæreditas. ad finem. C. de bonis quæ liberis.* quod debemus interpretari voluntatem testatoris, vt conformetur legi in successione ab intestato. Alibi dicit Petrus de Ancharan. *in consilio 119. incipiente, Pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate, circa finem.* quod qui venirent ab intestato ad successionem, videntur comprehensi in successione etiam ex testamento: quia verba testatoris & cuiuslibet disponentis sunt referenda in dubio ad intellectum iuris communis, *capitul. causam quæ. de rescript. capitul. cum dilectus. de consuet. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat.* ¶ Quin-
to facit: quia quandiu potest per masculos ex testa- 21
mento succedi, †nunquam fœmina ab intestato admitti debet: *per regulam l. antequam. C. commu. de succes. & l. quandiu ff. de acquirend. hæred.* Sed in casu præsenti si decederent Baptista & Pyrrhus sine filiis masculis legitimis & naturalibus, locus esset tertiæ substitutioni factę de illis extraneis masculis de Duliolo, ergo interim donec istud pendet, filia Ioannis non debet ab intestato admitti: quia si semel aperiretur via veniendi ab intestato, viderentur excludi tertio loco substituti, contra expressam dispositionem testatoris. Ne ergo istud absurdum sequatur, dicẽdum est, quod filia Ioannis nullatenus possit ab intestato admitti, sed quod admitti debeãt Baptist. & Pyrrhus vigore fideicõmissariæ substitutionis, & cõsequenter ex testamento. ¶ Sexto facit: quia etiã iure transmissionis Baptista & Pyrrhus admitti possunt; quia licet regulariter fideicommissum cõditionale pendente conditione nõ transmittitur †etiam ad filios, 22
prout dixi in 4. fundamento partis aduersæ. Fallit, quando ex aliquibus indiciis seu coniecturis appa- p
ret, quod testator idem sensisset de nepotibus, [p] *argument. l. Lucius. ff. de hæred. instit.* vel quando testator verisimiliter idem statuisset de nepotibus, si de eis cogitasset, *l. tale pactum. §. fin. cum gloss. ff. de pact.* quia tunc non habentur pro omnino omissis. ita singulariter determinat Bald. *in l. vnica. in vltima columna. C. de his qui ante apert. tab.* cum quo alii ibidem communiter transeunt, & præsertim Moderni Perusini. Similiter quando testator fecisset mentionem de filio & hæredibus eius, tunc fideicommissum conditionale etiam transmitteretur, cum testator possit facere, quod fideicommissum conditionale transmittatur: [q] *secundum Bald. in l. si pater. in 4. quæstione. C. de instit. & substitut. & in l. vnica. in 2. notabili. C. vt act. ab hæred. & contra hæred.* Sed in casu præsenti con- q

currunt

currunt quinque probabiles coniecturæ, per quas ista substitutio fideicommissaria conditionalis debeat à Iulio prædecedẽte transmitti in Baptistam & Pyrrhum suos filios. ¶ Nam primo testator eos posuit in conditione, & ista est bona coniectura: *vt voluit Bald.* r *allegando d.l. Lucius. ff. de hæred. instit.* Et est aduertendum, quod in casu præsenti ista conditionalis nominatio nepotum est geminata, quæ adhuc plus debet operari; *per regulam leg. balista. ff. ad Trebellian.* ¶ Secundo, si testator fuisset de hoc interrogatus, verisimiliter idem statuisset de istis nepotibus: *vt vult Bald. allegando d. l. tale pactum. § fin. cum gl.* f *ff. de pact.* ¶ Tertio, multiplicatio f masculinitatis, ad quam testator multum respexit, cum in quolibet capite & in quolibet gradu tot substitutionum semper prætulerit masculos non solum descendentes vel transuersales, imo etiam quosdam masculos penitus extraneos, scilicet de Duliolo, omnibus fœminis, imo etiam filiabus propriis ipsius testatoris: ergo instituendo filios Cęsaris & adinuicem substituendo, videtur voluisse illud fideicommissum transmitti ad nepotes Cæsaris. ¶ Quarta coniectu- t ra: t quia si istud fideicommissum non transmitteretur, contingeret, quod fœminæ contra voluntatem testatoris admitterentur, & præferrentur masculis, & sic quod neptis Cæsaris, quæ est fœmina, præferretur nepotibus masculis existentibus in eodem gradu: & tamen testator propter masculinitatem excluſit etiam filias suas proprias existentes in primo gradu, quas vidit, & magis verisimiliter dilexit, *l. qui filiabus. in principio. ff. de lega. primo.* ¶ Quinta coniectura est: quia illi masculi extranei de Duliolo expresse excludunt istam filiam Ioannis: ergo multo fortius excludi debet ab istis Baptista & Pyrrho, qui illos extraneos excludunt, vt superius dixi in secundo fundamento. Et ita tolluntur quæ adducebantur sup. in oppositum in secundo & quarto fundamento, & per consequens remanent sublata & euacuata omnia, quæ superius in contrarium allegabantur.

ADDITIO.

a Nepotes.] Ias. cons. 96. iste est valde. num. 12. infra lib. 4. vbi addo.

b Non censentur.] Idem Ias. cons. 228. in isto. n. 9. supra lib. 2. vbi addo.

c Conditione.] Vide eundem consilio 80. iste casus. supra libro 1. consil. 233. circa primum. in principio. lib. 2. & vtrobique addo.

d Probat tex. in l. Luc.] Soc. iun. cons. 2. viso. nu. 9. lib. 2. vbi hoc cons. citat. Gabri. com. opin. lib. 6. de verbo. signif concl. 1. nu. 5. & seq. vbi adducit tenentes contrarium, & pro concordia distinguit: & alios plures refert & sequitur communem asserens Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. 4. parte. num. 197. ad Trebellian.

e Veritatis.] De laudibus Bart. vide Ias. & ibi addita consil. 125. Bartholomæus. nu 11 supra lib. 1.

f Comprehenduntur.] Gabr. d. concl. 1 n. 34.

g Quam verba.] Idem Ias. cons. 124. dico quod. nu. 6. supra lib. 1. vbi dixi.

h Deseruire.] Dixi consilio 141. Cristophorus. num. 20. supra lib. 2.

i Substituto.] Iason consilio 140. spectabilis. num. 19. supra lib. 2. vbi addo.

k Testati.] Tract. idem Ias. cons. 132. Salomon. n. 13. lib. 1. & d. cons. 141. n. 22.

l Accessionibus.] Ias. cons. 221. statuto. col. 4. vers. 6. supra lib. 2. vbi scripsi.

m Coniectura.] Dec. cons. 15. & pro tenui. col. 2. cons. 186. & diligenter. col. 2. Curt. Sen. cons. 75. dominus Ludouicus. n. 3. Ias. n. 96. iste est. nu. 3. infra lib. 4. & alios plures adducit Ceph. cons. 383. viso. n. 6.

n L. vnica. in princ.] Ias. cons. 3. fine alio fastu. nu. 24. supra lib. 1. vbi addo.

o Intestato.] Ias. cons. 41. dominus. nu. 15. lib. 1.

p Nepotibus.] Idem Ias. d. cons. 233. colum. 1. Natta consil. vlt. num. 3.

q Transmittatur.] Ias. d. consilio 233. l. nemo potest. num. 33. de legat. 1. Cepha. alios citans consil. 144. magnificus. numero 14. Dilect. de arte testandi. titul. 5. caut. 23. si substitutus. num. 3. vbi hoc consilium alleg. Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. 4. parte. nume. 103. ad Trebell. vbi hæc & plura aliorum cons. adducit.

r Vt voluit Bald.] Ias. cons. 154. viso testamento. col. 4. vers. confirmantur. infra lib. 4. refert Soc. iun. cons. 141. habita. nu. 26. lib. 2.

s Multiplicatio.] Idem Ias. d. consil. 233. colum. 2. vers. 3. accedat. vbi addo.

t Coniectura.] Tract. Ias. 134. col. 3. versic. 3 quia. Menoch. cons. 95. & si docte. n. 105. Zanch. d. §. cum ita 4. parte. nu. 379. post Crau. l. cum filiofamilias. 2. parte. nu 349. de legat. 1. vbi hoc consil. allegant.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LIII.

THEMA.

STATVTO ciuitatis Florentiæ inter cætera cauetur, quod officiales pupillorum intelligantur esse, & sint tutores & curatores omnium & singulorum pupillorum, & adultorum filiorum cuiuslibet, saluo & excepto, quod præsens statutũ non habeat locum vllo modo pro aliqua tutela vel cura alicuius pupilli, vel adulti habentis auum paternum, vel matrem, aut alios cõiunctos ibi enumeratos, qui essent vel esse vellent, & esse possent tutores. Super eodẽ statuto emanauit postea reformatio inter cætera disponens, q; mater & alii coniuncti, qui secundum dictum statutum excludebant officiales pupillorum, debeãt infra sex menses duntaxat proximos à die mortis patris pupilli acceptasse tutelam, alias elapso dicto tempore tales pupilli intelligãtur commissi tutelæ & gubernationi officialiũ pupillorum sine alia solennitate obseruanda, & hoc in casu, & quando dictis officialibus fuisset notificatum, & vellent acceptare talem tutelam vel curam, alias præsens prouisio habeatur pro non facta, & iterum spectet prædictis coniunctis pupilli acceptare talem tutelam, vel curam. Stantibus dictis statutis illustrissima domina Catharina Sfortia Comitissa Imolæ & Castellæ, existens in dictis castris primi sui mariti, descendit ad secunda vota, & in eisdem castris cõsummauit matrimonium cum magnifico viro Ioanne de Medicibus Florentino, & ex eo suscepit vnicum filium nomine Lu-

ne Ludouicum, mortuo dicto Ioanne secundo marito domina Catharina, quæ semper antea moram traxit in territorio Imolæ, & nunquam Florentiam petierat, assumpsit tutelam dicti sui filii infantis secundum dispositionem iuris communis, elapsis tamen sex mensibus à morte suprascripti dom. Ioannis. Deinde prædicta dn. Catharina per ducem Valentinum spoliata suis terris ducta fuit captiua in vrbẽ Romam, vbi detenta stetit in captiuitate per annum, & vltra; postmodũ pristinæ libertati restituta Florentiam primum petiit, prosequutura administrationem tutelæ prædictę, nisi impedita fuisset per Laurentium de Medicibus patruũ dicti infantis, cum quo per annum & vltra in huiusmodi controuersia permansit. Dictus patruus videns se non posse talem tutelam assumptam defensare, curauit officialib. pupillorum notificari, quod verbaliter sed non realiter talem tutelam assumpserunt vsq; ad mortem dicti patrui. Post eius obitum dn. Catharina intendit administrationem dictæ tutelæ per eam assumptæ prosequi, sed officiales pupillorum ei aduersantur, asserentes quod ex quo ipsa mater non assumpsit tutelã infra sex menses proximos à morte patris, talis tutela est ad eos deuoluta, nec in ea potest amplius mater se intromittere. Modo ex prædictis contingit de tribus principaliter dubitari. Primo, ad quem de iure spectet tutela Ludouici infantis, an ad officiales pupillorum, an vero ad eius matrem, quæ vidua est, nec ad alia vota transiuit? Secundo, apud quem educandus & nutriendus sit Ludouicus pupillus, an apud matrem viduam, an vero apud patruelem, & in domo patruelis? Tertio, coram quo iudice prædicta sint discutienda, an coram officialibus pupillorum, an vero coram ordinario, & sic coram rectore forensi, & eius officialibus?

SVMMARIA.

1 *Statutum Florentinum arctans matrem ad acceptandam tutelam filiorum intra sex menses, quomodo intelligendum, & nu. seqq. & maxime nu. 9. & seqq.*
Tempus appositum in statuto censetur appositum pro forma, & qui illud non obseruat, non dicitur formam eius obseruare, nu. 1. & 2.

2 *Statuta aliquid disponentia tam in tempore quam in forma sunt ad vnguem obseruanda, & si contra fiat irritum est quod fit, & nihil addi nec minui potest huiusmodi statutis.*

3 *Dictio taxatiua* duntaxat, *excludit omnes alios casus & alia tempora præter expressa.*

4 *Statuti determinationem vbi habemus, non debemus vlterius rationem intelligere, quia statuti forma debet ad vnguem seruari.*

5 *Dispositio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum. & nu. 12.*

6 *Clausula precedens quando habet propriam & specialem determinationem clausula vltimo posita non refertur ad illam. Sed contra nu. 13. vbi ampliat etiam in materia odiosa vt nu. seqq.*

7 *Clausula specialis & discretiua non refertur ad omnia precedentia.*

8 *Statuti dispositio locum habere debet vbi omnia in eo requisita sunt purificata.*

9 *Mater de iure communi habet fundatam intentionem, quod præferri debeat in tutela filij.*

10 *Verba* (nullo modo) *negatiua, omnem casum excludunt, & per ea videtur prohibita omnis dispensatio.*
Dispensatio omnis intelligitur prohibita per verba, nullo modo, *nu. 10.*

11 *Statuti reformatio debet ita intelligi vt minus derogetur iuri communi & statuto quam fieri possit.*

13 *Clausula in fine vel in medio posita debet referri ad omnia precedentia, si non subest ratio quare magis ad vnum quam ad aliud referatur, & procedit etiam in materia odiosa & stricte interpretanda.*

14 *Statutum requirens notificationem fieri alicui intelligitur de legitima.*

15 *Error in causa facti efficit, vt non valeat quod gestũ est.*

16 *Mater existens in quasi possessione tutelæ & administrationis non potest remoueri nisi causa cognita.*

17 *Mater quæ suscepit tutelam filiorum si transeat ad secunda vota & tutelam amisit, & mortuo deinde secundo viro velit tutelam iterum assumere, non prohibetur si res sit integra, vt quia nondum sit prouisum filiis de tutore.*

18 *Capti in bello secundum generalem Italiæ consuetudinem non efficiuntur serui capientium.*

19 *Mater impedita casu fortuito excusatur si interim non administrauit, sicut excusatur, quæ cum esset in banno non perijt tutorem filio.*

20 *Mater quæ litigauit pro tutela filij vt eam obtineret, nõ potest dici in mora vel negligentia administrandi.*

21 *Casus omissus in reformatione statuti Florent. remanet in dispositione iuris cõmunis vel statuti. & nu. seqq.*

23 *Ignorantia in dubio præsumitur, & præsertim hoc verum est in persona alienigena & absente.*

24 *Absens ꝑsumitur ignorare bãna ẽt generalia ciuitatis.*

25 *Matri alienigenæ & in remotis agenti, non debet currere tempus à statuto præfixum.*
Matri ignoranti non currit annus intra quem petere debet tutorem filiis, nu. 25.

26 *Restitutio in integrum datur alienigenæ seu forensi ex clausura generali* (si qua mihi iusta causa, &c.) *aduersus statutum quod probabiliter ignorauit tempore actus celebrati.* (citur.

27 *Ciuis nouus propter ignorantiam excusatur, & ei par-*

28 *Forensis præsumitur ignorasse illud quod per ciues ciuitatis est prohibitũ, nisi in ea lõgam moram traxerit.*

29 *Statuta aliquid disponentia respectu solennitatis vel formæ non porriguntur extra territorium.*

30 *Statuta loci origus vbi erat pupillus tempore mortis patris in tutela deferenda sunt attendenda.*

31 *Pupillus licet arbitrarium sit apud quem educari debeat, tamen nulli magis educatio pupilli committenda est quam matri, quæ vidua permanet.*

32 *Amor nullus vincit paternum vel maternum.*
33 *Pupillus non est educandus apud eum, qui pupillo succeſſurus eſſet.*
34 *Iudex de cuius iurisdictione dubitatur, potest pronunciare se iudicem competentem, de quo nu. seqq.*
35 *Iurisdictio limitate attributa limitatum producit effectum.*
36 *Statutum derogans iurisdictioni ordinariæ, debet ſtricte intelligi.*
37 *Iurisdictio ordinaria est fauorabilis, delegata autem odioſa.*
38 *Iudex non potest esse quis in causa propria. & nu. 40.*
39 *Iudex faciens se partem assumendo defensionem quod sua sit iurisdictio, reddit se suspectum, & non potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
41 *Iudex ad quem commodum peruenturum est ex tutela, est suspectus, nec posset cognoscere nec iudicare an ad se tutela pertineret.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

CIRCA primum quæsitum, ad quem de iure spectet tutela Ludouici infantis, videretur prima consideratione dicendum, quod officialibus pupillorum, ex quo in reformatione Florentina expresse disponitur, quod mater & alii coniuncti debeant infra sex menses duntaxat numerandos à morte patris tutelam acceptare, alias elapso dicto tempore tales pupilli sint sub tutela officialium pupillorum sine obseruatione alterius solennitatis. Cum ergo mater permiserit labi tempus sex mensium, videtur esse priuata tali tutela, quæ ad officiales videtur esse deuoluta. Nam tempus sex mensium taxatum matri per reformationem Florentinam censetur esse de forma. Vnde
1 qui non obseruat tempus reformationis, † non dicitur formam eius obseruare; *vt est tex. in authen-*
a *tica, quæ supplicatio,* [a] *in verb. nisi sub hac forma. C. de preci. impera. offe. & ibi ad hoc notant Bald. & Salycet.* & dicunt esse bene notandum propter constitutiones ecclesiarum, quæ imponunt metas temporum. Nam qui non obseruauit tempora constitutionis, dicitur non obseruare formam eius. *facit bene l. scire oportet, §. sufficit. ff. de excu. tut. sequitur Paulus de Castro, in l. qui Romæ, §. Callimachus, in fin. ff. de verborum obliga. & in l. si in lege, in principio, ff. loca. inferens ad statutum, vt ibi per eum.* Item qui recedit à tempore, recedit à forma actus: *secundum Bald. in l. obseruare. §. fin. in 3. quæst. ff. de offic. proconſ. & lega. & in l. liberti, libertaque, in quinta columna, C. de oper. liber.* Item si statuta ali-
2 quid disponunt tam in tempore, quam in † forma, sunt ad vnguem obseruanda. & si contra fieret, esset irritum ipso iure: secundum Bald. *in l. ordo. circa medium. C. de execu. rei iudic.* Item quando statuta volunt certa tempora statui, ita sunt præcise seruanda, quod nihil addi, vel minui potest; quia est data forma iudici; secundum Bald. *in authentica, qui semel, in 4. colum. ad fin. C. quomodo & quando iudex.* Item non est recedendum à forma statuti. *l. constitutionibus, ff. ad municipa.* Vnde si statutum requirit tempus, & tu requiras. *l. Titius, ff. de milita. testamen. secundum Baldum in l. omnes populi, in vltima colum. ff. de iuſtit. & iure.* ¶ Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, cum in reformatione Florentina non solum sit taxatum tempus sex mensium matri ad accceptandum tutelam, sed etiam est apposita dictio taxatiua, *duntaxat*; & † de natura taxatiuæ est exclu- 3
dere omnes alios casus, & alia tempora præter expressa; *vt per Bartol. & scribentes in l. vnica, in principio, ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Et sic cum habeamus determinationes reformationis Florentinæ, non debemus † vlterius inuestigare rationem; [b] *vt in-* 4
quit Bald. in l. Gallus, §. si eius, in secunda columna, ff. de li- b
beris & posthumis. Nam forma statuti debet ad vnguem seruari; secundum Bald. *in l. cessante, in vltima columna, C. quomodo & quando iud. & in authentica, hodie, C. de iudi. & in capitu. quoniam frequenter, §. quod si super. ad fin. vt lite non contesta. & in capitu. significante, in secunda columna ad finem, de appella.* ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod in dicta reformatione Florentina taxante matri tẽpus sex mensium duntaxat ad acceptandum tutelam filii apponatur conditio, scilicet in casum, & quando officialibus sit notificatũ, & voluerint talem tutelam acceptare. Vnde antequam sit facta talis notificatio & acceptatio, mater non debet censeri priuata tutela per solum lapsum semestris temporis: quia dispositio conditionalis non operatur † effectum 5
ante eius implementum. *l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omiſ. cau. testa. Bald. in rubrica. C. de instit. & substitut. in penult. quæstio.* Et sic licet essent elapsi sex menses, tamen mater antequam purificarentur dictæ conditiones, non fuit excluſa, & consequenter potuit tutelam acceptare; quia ád hoc potest dupliciter responderi. Primo, quod ille versiculus, & hoc in casu, sit referendus ad proxime præcedentia, & consequenter ad illa verba, sine alterius solennitatis obseruatione: vel ad illa verba, alioquin elapso dicto tempore; non autem debet referri ad totam præcedentẽ dispositionem: quia quando precedens † clausula habet propriam 6
& specialem determinationem, tunc clausula vlti mo posita non refertur ad illam; [c] secundum Bal. c
in l. 1. C. de legi. hæred. ante finem, per l. primam, §. deinde, ff. de postu. & notatur in l. talis scriptura, in principio ff. de legatis primo, & idem Bald. in capitu. inquisitioni, de appella. Bene facit tex. in Lcum vulgari. ff. de do. prælegat. & tex. in l. cohæredi, §. qui patrem. & ibi Ioan. de Imo. & dominus Alexan. ad hoc notant. ff. de vulga. & pupilla. Et quod notat Barto. in l. fin. ff. de rebus dub. & tex. in capitu. cum dilecti, de donat. per quem textum notant ibi do. Cardinal. Flor. & Ioann. de Imol. in duobus locis, quod clausula in fine posita non refertur ad donationem superiorem, quæ habebat determinationem suam separatam. † Item clausula specialis & 7
discretiua non refertur ad omnia precedentia; [d] *se-* d
cundum Bald. in capitu. secundo requiritur, in vltima colum. de appella. Et sic in proposito, dispositio taxans matri tempus semestre ad acceptandum tutelam, remanebit pura, & per eius lapsum mater remanebit pure & simpliciter excluſa. Tutela vero, quæ defertur officialibus pupillorum, tunc demum habebit effectum purificatis illis duabus conditionibus, scilicet notificationis & declarationis, quod velint esse tutores. Secundo respõderi potest, quod etiam

quando

quando mater veniret priuanda lapso semestri sub prædictis conditionibus, adhuc illæ omnes hodie reperiuntur purificatæ in casu præsenti. Primo, lapsus sex mensium. Secundo, notificatio facta officialibus pupilloruin de tali tutela ad eos deuoluta. Tertio, declaratio per eos facta se velle acceptare tutelam, quam in facto præsupponitur, quod etiam administrare cœperunt. Vnde cum omnia requisita in dicta reformatione reperiantur purifi-
8 cata † in casu nostro, merito eius dispositio debet locum habere; *vt l. quod constitutum, ff. de testa. mili. & cap. indemnitatibus. §. sed cum eas, de elect. in 6.* ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure prævalere; quod imo mater in tutela Ludoui. filii sui infantis debeat de iure ꝑferri officialibus pupillorum ex infrascriptis fundamentis; ex quibus apparebunt sublatæ, quæ in oppositum adducebantur. ¶ Moueor in primis; quia mater
9 habet fundatam intentionem de iure † communi, quod præferri debeat; *auth. matri & auiæ, & in corpore vnde sumitur. C. quando mulier tu. offic. fungi potest.* Itẽ habet fundatam intẽtionem ex forma statuti Florentini præferentis matrem in tutela officialibus pupillorum. Et aduertendum est, quod statutum Florentinum dicit, quod præsens lex disponens, quod officiales pupillorum sint tutores omnium pupillorum ciuitatis Florentiæ, nullo modo habeat locum existente matre vel aliis coniunctis ibi-
10 dem enumeratis. Illa verba geminata, † *nullo modo*, negatiua, omnem casum excludunt. *l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubiis.* Facit, quod vult glo. notabilis *in clemen. vt hi qui. in verb. concedatur. de æta. & qualita.* quæ vult, quod per ista verba, *nullo modo*, in-
e telligatur prohibita omnis dispensatio, e *quam glos. ad hoc reputant singularem Ange. & Imo. in l. si quæramus, ff. de testa. Imo. in cap. 2. eodem tit. dominus Alex. in l. fina. C. de testa. mili.* Item quando testator disponit, quod talis res nullo modo alienetur, intelligitur per illa verba, nullo modo, velle, quod etiam in casibus specialibus alias permissis, alienari non possit: *tex. est ad hoc valde notabilis, in §. sanctissimas, in auth. de alienat. & emphyt.* Apparet ergo enixam & præcisam voluntatem statuentium esse, quod mater in tutela præferatur officialibus pupillorum: solum refragatur reformatio Florentina excludens matrem non acceptantem tutelam infra sex menses proximos à morte patris pupilli, & dicto semestri elapso admittens officiales pupillorum, cui multipliciter &
11 clare respondetur, quod talis reformatio † debet intelligi vt minus deroget iuri communi, & statuto Florentino, quam fit possibile. *l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus, de consue. glos. & doct. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber.* Præsertim cum statutum Florentinum sit valde præcisum, & dicat, quod nullo modo admittantur officiales pupillorum ad tutelam existente matre, vel aliis coniunctis ibidem enumeratis. Vnde dicta reformatio debet sane in-
12 telligi & restringi, adimpletis † illis conditionibus in ea positis, scilicet facta notificatione & declaratione acceptationis tutelæ; Ergo ante purificatas dictas conditiones mater non potest dici excluſa, nec priuata tutela per lapsum semestris temporis; quia, vt dictum est supra, dispositio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum. *l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omis. cau. testa.* ¶ Nec videtur verum illud, quod dicebatur supra, quod dictæ conditiones referri debeant ad quædam proxima, & non ad totam præcedentem dispositionem; quia imo regula est in oppositum; quod clausula in fine, vel in medio posita debet referri ad omnia præcedentia, † si non subest ratio, 13
quare magis ad vnum, quam ad aliud referatur. f *l. f i. in fin. & ibi gloss. & doct. C. de liberis præteritis, l. 3. §. filius autem inter medias. ff. de libe. & posthu. cap. inquisitioni, & cap. secundo requiris, de appella. l. talis scriptura, in princip. & ibi Bart. & alij, ff. de lega. 1. l. quisquis, & ibi notat Bal. in princip. C. si certum petatur.* Ista regula procedit etiam in materia odiosa, & stricte interpretanda; *prout aperte probatur in d. l. 1. C. de libe. præte. & in d. l. 3. §. filius autem inter medias.* quæ iura loquuntur in clausula continente exhæredationem, quæ est odiosa, & restringẽda. *l. cum quidam, ff. de libe. & posthu. & in specie ita etiam tenet dom. Alex. in consi. 101. tertij volum. incip. Super eo de quo quæritur, videlicet an statutum. in 4. col.* Multo ergo fortius procedet dicta regula in materia nostra, quæ est pia & fauorabilis, *l. 3. §. quodlibet. cum glo. ff. de tutelis. l. nec mandante, §. dari tutor. & quod ibi vult Bartol. ff. de tuto. & cura. da. ab his.* Item si prædictæ conditiones referrentur tantum ad quædam verba præcedentia superius notata, & non ad totam dispositionem, certe essent sine effectu, & nihil operarentur, *contra l. tertiam, in princip. in verb. nec frustra. ff. de iureiur. & l. postliminij, in fin. in verb. superuacua esset lex, ff. de captiui. & contra regulam l. si quando, in princip. ff. de lega. 1. & cap. si Papa, de priuileg. in 6.* Item statuta Florẽtina debent taliter intelligi, vt non seruiant de vento, g secundum Ange. *in consi. 61. incip. Titius de Florentia habens vxorem Florentinam.* ¶ Secundo principaliter dicitur, quod reformatio Florentina, quæ condionaliter requirit notificationem officialiũm pupillorum, † debet in- 14
telligi de notificatione facta legitime. *l. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudi. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonorum posses. contra tab. & l. sicut, §. 1. ff. de operis liberto.* Sed ista notificatio facta officialibus pupillorum non potest dici facta legitime, ex quo nõ fuit eis notificatum, quod mater existens cum filio infante in ciuitate Imolæ acceptauit tutelam secundum dispositionem iuris communis, & sic dicitur in causa facti erratum, † ergo nihil valet. *l. tutor si* 15
petitus. & quod ibi notabiliter tradit Barto. ff. de tutor. & cura. da. ab his. l. quod dicis. C. qui da tu. poss. late dom. Alex. in consil. 161. quinti volum. incipiente, Super primo dubio quo quæritur, vtrum auunculus. Imo etiam si mater de facto & non de iure acceptasset tutelam, deberet istud in notificatione exprimi, alias non diceretur legitima: ita notabiliter tenet Bart. *in d. l. tutor si petitus, in vlt. quæst.* Præterea cum ipsa mater esset in
quasi possessione tutelæ & administrationis, † de- 16
buit super hoc adhiberi causæ cognitio, ne ei fieret iniuria; & sic debuit per officiales pupillorum vocari & citari. *d. l. quod dicis, C. qui dar. tutor. poss. & est tex. notabilis in capitu. licet episcopus, de præben. in 6. Bart. in d. l. tutor si petitus, circa fin.* ¶ Tertio dicitur, ꝙ etiam post sex menses elapsos mater potuit acceptare tutelam filii infantis, prout acceptauit existẽs in ciuitate Imolæ, cum illo tempore quo eam acceptauit res adhuc est integra, cum officiales pu-

pillorum Florentiæ nondum haberent notitiam, quod per lapsum semestris temporis tutela eis esset deuoluta, nec declarassent se velle esse tutores; per illud quod in simili determinat Speculator *in tit. de tuto. §. nunc dicendum, versicu. quid si mater susceptit tutelam.* Vbi determinat, quod si mater susceptit tute-
17 lam filiorum, † deinde ad secunda vota transiens eam amisit, & sic priuata est tutela, & successione; deinde mortuo secundo viro iterum effecta vidua velit istam tutelam assumere, quod potest hoc facere, si res est integra; quia pupillo non sit prouisum de alio tutore; *per tex. singularem in l. fin. C. de repu. haredi. & per alia iura ibi per eum allegata.* Ita in proposito, dato quod elapsi fuissent sex menses præfixi per reformationem Florentinam, ex quo tamen re integra mater assumpsit tutelam, cum officiales pupillorum Florentiæ nondum notitiam habuissent, nec declarassent se velle esse tutores: Ergo admittenda est, & præferenda officialibus pupillorũ; quia, vt dixi supra in primo fundamento, non solum ius commune, sed etiam statutum Florentinũ multum enixe & præcise disponit; quod nullo modo officiales pupillorum admittantur ad tutelam, quando supereſt mater, quæ vult esse tutrix, & acceptauit tutelam. Et reformatio Florentina postea facta disponens, quod elapsis sex mensibus officiales pupillorum, facta notificatione, possint acceptare tutelam, sane est intelligenda, re integra, & sic nisi prius fuerit per matrem acceptata. ¶ Nec dicatur, quod ex quo mater postea fuit in captiuitate, videatur tutelam acceptatam amisisse, & consequenter saltem ex isto capite videtur ad officiales pupillorum deuoluta: quia respondetur, quod per talem captiuitatem non fuit effecta serua, nec fuit passa magnam, & multo minus maximam capitis diminutionem: quia secundum consetudinem v-
18 niuersalem Italiæ capti in bello non † efficiuntur serui capientium; prout declarat Barto. *in l hostes. ff. de capti.* imo mater impedita casu fortuito captiui-
19 tatis excusatur, † si interim administrare non potuit. *L. cum à matribus. C. qui petant tuto. l. cum quidam. C. de condi. inser. capitu. significante, de pigno.* Sicut matri existenti in banno non imputatur, si non petiit tutorem filio pupillo: *iuxta l. sciant cuncti, C. de legi. hared. secundum Bald. in l. plane. per gloss. ibi. ff. de excu. tuto.* præsertim in casu nostro, ex quo interim patruus administrauit. *l. 2. §. sed si forte. ff. ad Tertul. gloss. in l. matres. C. eod.* præsertim cum mater reuersa voluerit administrationem tutelæ per eam assumptæ prosequi, & patruus obuiauit, cum quo per annum & vltra in controuersia permansit; & sic non potest
20 dici fuisse in aliqua mora, † aut negligentia administrandi tutelam per eam assumptam, argumento
h *l. si cum ipse. & quod ibi notabiliter* h *tenet Bald. ff. de excusa. tuto. & capitu. ex ratione, de appellatio. & quod volunt Cyn. Bald. & Salycet. in l. fina. per illum textum. C. de adult. & quod vult gloss. in clemen. sæpe, in verb. post dationem, de verborum significa. pro qua bene facit text. in l. 1. & ibi notat Bald. C. de iura. calumnia.* ¶ Quarto facit; quia casus noster est omissus in reformatione Flo-
21 rentina; Ergo cum sit ab ea omissus, † remanet in
i dispositione iuris communis, i vel in dispositione statuti Florentini, & vtroque iure mater admitti debet ad tutelam exclusis officialibus pupillorum.

Quod autem iste casus non sit comprehensus in reformatione Florentina taxante tempus semestre matri ad tutelam suscipiendam ostenditur triplici consideratione. Prima; quia reformatio Florentina quantum attinet ad propositum, ponit tres casus, inter quos non reperitur casus noster. Primus est, quod mater & alii coniuncti possunt acceptare tutelam infra sex menses duntaxat. Secundus casus est, quod elapso dicto semestri tempore tutela deuoluatur ad officiales pupillorũ, si eis fuerit facta notificatio, & eam acceptare voluerint. Tertius casus est, quando officiales pupillorum declarant se nolle esse tutores. Vnde casus noster est omissus in dicta reformatione, videlicet quando sunt elapsi sex menses, sed officiales non habuerunt notitiam, nec declarauerunt se velle esse tutores, & mater acceptat tutelam, nunquid possit? iste ergo casus omissus à reformatione Florentina remanet in dispositione iuris communis, vel statuti Florentini. *l. commodissime, ff. de liberis & posthumis. l. si cum dotem, in principio. ff. soluto matrimonio. l. si extraneus, ff. de condi. ob cau. & capitu. susceptum, de rescript. in 6.* ¶ Secunda consideratio est; quia reformatio Florentina præfigens terminum sex mensium taxatiue matri ad suscipiendum tutelam, loquitur & procedit in matre Florentina, † quæ esset Florentiæ, vel in 22
eius territorio; si autem mater esset forensis, & tẽpore mortis patris pupilli esset in aliena patria remota, & nunquam fuisset Florentiæ, nunquid adstringeretur ad tempus sex mensium? Iste casus omittitur à reformatione Florentina, ergo remanet in dispositione iuris cõmunis, vt dictum est. Tertio; quia reformatio Florentina non loquitur in casu præsenti, in quo mater moram trahens Imolæ, mortuo patre istius infantis acceptauit ibidem eius tutelam legitime, & iuridice, secundum dispositionem iuris communis, vbi non est taxatum aliquod tempus semestre ad eam acceptandam, nec postea Florentiam profecta debuit amplius talem tutelam acceptare, quam semel prius in ciuitate Imolæ solenniter & legitime secundum ius commune acceptauit. Et isto casu etiam cessat ratio finalis expresse assignata in dicta reformatione Florentina, vt de se patet.

¶ Quinto facit; quia ista mater forensis habitabat in ciuitate Imolæ, vbi filium vnicum Ludouicum suscepit, nec vnquam fuit in ciuitate Florentiæ, nisi postquam reuersa fuit de captiuitate, igitur nullam notitiam habuit de dicta reformatione Florentina, nec vnquam apparere, aut probari poterit, quod de ea scientiam habuerit, cum † in du- 23
bio præsumatur ignorantia, per regulam. *l. verius, ff. de proba. & capitu. præsumitur, de regu. iur. in 6.* præsertim in muliere forensi, quæ nunquam prius fuit in ciuitate aut territorio Florentino, vbi viget dicta reformatio. Vnde absens k præsumitur ignorare k
banna etiam † generalia ciuitatis. *l plane. & ibi Bald.* 24
notat. ff. de excusa. tuto. Ad idem tex. in capitulo fina. & ibi dominus Abbas in 3. notabili ad hoc notat, qui mat. accusa. possunt. Idem dominus Abbas in capitulo 1. in 3. col. de postula. præla. Bal. & Ang. in l. tres fratres, ff. de pactis. Imo qui est in ciuitate præsumitur ignorare ea, quæ fiũt in comitatu, & econtra, *ita notant Bald. Angel. & moderni in l. Titius, §. Lucius, per illum textum, ff. de liberis & postliu-*

posthumis. Vnde mulieri forensi, & in remotis agenti, & quæ nunquam fuit in territorio Florentiæ, non debuit æquitate attenta currere tempus sex mensium limitatum per dictam reformationem Florentinam, sicut annus assignatus matri ad petendum tutorem filio pupillo, quæ alias priuatur successione, non currit ipsi matri ignoranti; *secundum Bald. in cap. ex parte M. in 6. col. de appella.* vbi dicit istum passum à nemine esse animaduersum. Item
26 forensis † potest petere restitutionem in integrum aduersus statutum, quod probabiliter ignorauit tempore actus celebrati, & hoc ex clausula generali, si qua mihi iusta causa visa fuerit; *prout est solennis decisio Inno. Compostel. Ioannis And. & domini Antonij de Butr. in Rubrica de consue. quam sic refert & sequitur dominus Alexan. de consi. 179. incipiente, Viso & opportune discusso processu in 8. colum. idem & plenius tenet dominus Antonius de Butr. in capitu. 2. in penult. charta, de constitu. Ioan. Fabri in l. cunctos populos, in 6. colum. C. de summa tri. dominus Francis. de Aretio in consilio 11. quod incipit, Procedendum est breuiter, in tertia columna ad finem.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod ista mater viuente secundo eius marito cum eius filiis effecta est ex priuilegio ciuis Florentiæ; quia responde-
27 tur, quod † ciui nouo parcitur, [m] & propter iustam ignorantiam excusatur; *vt est tex. notabilis in l. qui cum vno. §. fina. ff. de re mili. per quem textum ita decidit Bald. in l. data opera, in 8. colum. C. qui accusa. non possunt. quem refert & sequitur Ludouic. Romanus in consilio 228. quod incipit, Pro plena discussione, & ibi addit text. concordantem in l. qui commeatus. §. fina. eodem titu ff. de re mili. & idem Ludoui. in consilio 491. quod incipit, In casu propositæ consultationis breuiter dicendum, quod dicta A.* Et ista multo fortius procedunt in ista matre forensi, & longius habitante, & quæ nunquam fuit Florentiæ, nisi post relaxationem à captiuitate. Et nouellæ ciui Florentinæ vt in ea ignorantia excusetur, bene facit doctrina Barto. *in l. cunctos populos, in 6. colum. in versicu. 2. quæro, quid in delictis, C. de summa trini.* vbi tenet, quod quando forensis non tra-
28 xit † longam moram in loco, tunc verisimile est, est, eum ignorasse illud, quod per ciues illius loci erat pohibitum. *& idem tenet Bald. loquens de aduena nouitio in l. ius ciuile. ad fin. princip. ff. de iusti. & iur. & in l. 1. C. quæ sit long. consue. & in capitu. 2. de constitu.* ¶ Sexto pro ista matre multum me mouet; quia tempore mortis secundi mariti ipsa mater cum eius filio infante erat in ciuitate Imolæ, & sic longe extra territorium Florentinum, nec vnquam prius fuerat Florentiæ: Ergo reformatio Florentina limitans tempus semestre duntaxat matri ad acceptandum tutelam, non ligat matrem existentem extra territorium, nec habet effectum extra territorium; quia statuta aliquid disponentia respectu so-
29 lennitatis vel formæ, † non porriguntur extra territorium; [n] *secundum Barto. in dicta l. cunctos populos, in 6. q. principali. C. de summa trini. facit tex. in l. 2. ad fin. C. de eunuch. Bal. in cap. 1. per illum tex. de iura. calum.* Ergo mater existens in ciuitate Imolæ, post elapsos sex menses à tempore mortis secundi mariti legitime & iuridice acceptauit tutelam filii sui infantis ibidem existentis, nec ligata fuit tempore semestri limitato per constitutionem Florentinam, nec ex quo legitime talem tutelam assumpsit, quamuis postea ex captiuitate exiens reuersa sit Florentiam, per hoc potest priuari per officiales pupillorum; cũ talem casum nullatenus dicta reformatio comprehendere possit; vt apparet ex prædictis. Quinimo officiales pupillorum, tempore, quo mortuus est pater istius infantis, non potuissent se impedire in suscipienda tutela istius infantis absentis, & existentis in ciuitate Imolæ, cum non haberet originem Florentiæ, nec domicilium, cum nondum ibi habitasset, dato quod ibidem haberet bona & facultates: *vt declarat Bar. to. in l. 1. per illum textum. C. vbi petant. tut. & in l. pupillo. ff. de tuto. & curato. da. ab his.* Et sic isto casu non possunt verificari verba reformationis Florentinæ, cum officiales certificati non potuissent acceptare, etiam si voluissent, tutelam istius infantis absentis & existentis Imolæ tempore mortis paternæ, & sic qui nec originem, nec domicilium habebat Florentiæ, dato quod ibidem bona haberet. Quinimo attendi debent circa tutelam deferendam † statuta loci originis, vbi erat pu- 30
pillus tempore mortis patris, dato quod alibi bona haberet; *per l. 1. in fin. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & per ea quæ notant gloss. & Barto. in l. vnica. C. vbi petantur tut. & in d. l. pupillo. ff. de tuto. & curato. da. ab his.* Per ista sex principalia fundamenta concludo in fauorem matris, quod in tutela Ludouici filii sui infantis præferri debeat officialibus pupillorum Florentiæ, & quod eos de iure omnino excludat. ¶ Aggredior secundum dubium principale, quod paucioribus absoluam, postquam in præcedenti, re ita exigente, fui prolixior; scilicet apud quem de iure educandus & nutriendus sit Ludouicus pupillus, an apud matrem viduam, an vero apud patruelem, & in domo patruelis. Dubium facere videtur; quia mater est illustris, à principe genita, & principari solita. Ludouicus autem infans est ciuis popularis Florentiæ: vnde potius secundum paternos & non maternos mores educandus & nutriendus videtur. Breuiter, licet istud sit arbitrarium [o] iudici, a- o
pud quem pupillus morari & educari debeat, † & 31
istud æquitati & religioni iudicis causa cognita committatur, inspecta personarum qualitate, & coniunctione, & singulorum affectione. *l. 1. in principio, & l. penultima. ff. vbi pupillus educa. deb. & l. 1. & 2. C. vbi pupil. educa. & l. 1. §. tria luminaria, ff. de ventre inspic. & declarat notabiliter Bald. in consilio 487. quinta partis, quod incipit, Pupilla morari debet.* tamen educatio pupilli nulli magis quam matri, quæ vidua permanet, committenda est, ita formaliter dicit tex. *in dicta l. 1. C. vbi pupil. edu.* & gloss. ibi dicit, quod matri indistincte committitur. Alibi dicit tex. notabilis *in §. eiusdem quoque principis. in authentic. de nupt.* quod mater omnium fide dignior ad filiorum educationem dari debet. Item nullus † amor vincit 32
maternum vel paternum. *d. isti quidem, §. finali ff. quod met. caus. & l. fin. in principio, de cura. furio. & l. quidam cum filium, in principio, cum gloss. 2. ff. de hared. institu.* Enixum enim & ardentissimum est desiderium parentum in liberos; *secundum gloss. in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius, ff. de legatis tertio.* Item amor ardoris paterni & materni est inæstimabilis; *secundum Baldum in l. precibus, in sexta columna, C. de impube. & aliis substitu.* Præterea, cum iste patruelis sit etiam ipse minor, ergo apud eum iste infans parum apte

educandus & nutriendus collocaretur, argumen-
33 to *l.fina.C.de legi.tuto.* Præterea & fortius, † cum ad istum patruelem spectet spes successionis istius infantis; quia secundum statuta Florentina succederet in eius hæreditate, & mater in totum excludatur; Ergo propter spem successionis est suspectus,
p vt nullatenus iste infans apud eum sit p educandus, tex. est *in l.fina. & ibi gloss. & Bartol. C. vbi pupil.edu. & tex.in l.1 in princip. ff. eodem.* ¶ Condescendo ad tertium dubium principale, coram quo iudice prædicta sunt discutienda. Dubium facit statutum Florentinum disponens, quod officiales pupillorum habeant plenissimam authoritatem cognoscendi, procedendi, & terminandi quascunque causas ciuiles motas aliquibus pupillis, vel per ipsos pupillos aliis personis. Vnde vigore istius statuti Florẽtini videtur, quod officiales pupillorum sint iudices competentes super prædictis controuersiis discutiendis & determinandis. Præterea iudex, de cu-
34 ius iurisdictione dubitatur, p otest † pronunciare
q se esse iudicem competentem, q & sic super declinatoria sui fori potest cognoscere & pronunciare. *l.si quis ex aliena. ff. de iudi. gloss. & docto. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ie. cap. pastoralis, & cap. super literis, de rescrip.* ¶ Breuiter puto, quod prædicta veniant examinanda coram iudice ordinario, & non coram officialibus pupillorum; eo quia dictum statutũ Florẽtinum loquitur limitate in litibus, quæ mouentur pupillis passiue, vel actiue, sed præsentes controuersiæ non vertuntur cum pupillis, sed cũ ipsis officialibus pupillorum, vnde iurisdictio limitate
35 attributa † limitatum producit effectum. *l.in agris. ff. de acquir.rer.do. l.age. C. de transactio.* Præterea, iurisdictio attributa per statutum Florentinum in cau-
36 sis pupillorum actiue & passiue, † cum deroget iurisdictioni ordinariæ, debet stricte intelligi, & restringi ad terminos solos, in quibus loquitur: *vt est gloss. in clemen. 2. in gloss. penultim. de offi. ordin. & in capit. statutum, §. sancimus, in verb. sedis Apostolicæ, de rescript.*
37 *in 6.* Præterea, iurisdictio ordinarii est † fauorabilis, sed ista officialium pupillorum est extraordinaria & odiosa. *capitu. de cætero, in verb. ad extraordinarium iudicem, & ibi dominus Abbas notat, de pactis, glo. notabilis in cap.1. in gloss. magna, in verb. processus, de rescript. in 6. & gloss. in capit. quoniam contra, de proba.* quia per eam detrahitur iurisdictioni ordinarii. *capit. studuisti, & & cap. sane, de offic. deleg.* Præterea, cum in causa præsenti principaliter contendatur cum officialibus pupillorum, an ad eos spectet tutela istius Ludouici infantis, an vero ad eius matrem, prout disputaui supra in primo dubio; certe si super hoc possent
38 officiales pupillorum cognoscere & iudicare, † essent iudices in causa eorum propria & principali; quod esset penitus absurdum. *l.vnica. C. ne quis in sua cau. iudi.* Nec isto casu habet locum regula *l. si quis ex aliena. ff. de iudi. superius in oppositum deducta.* ¶ Confirmatur optime; quia quando iudex faceret se partem assumendo defensionem, quod sua sit iurisdi-
39 ctio, † vt in casu præsenti, tunc cũ faciat se suspectum, non poterit cognoscere super declinatoria sui fori, & consequenter an sua sit iurisdictio. glossa est singularis in capitulo, statutum. *in principio, in verb. copia, ad fin. & ibi Geminia. notat de rescriptis, in 6. & clare do. Abbas ponens practicam in capit. solicitudinem, in penult. col. de appellatio.* Præterea, isto casu contenditur de totali officio tutelæ istius infantis, an spectet officialibus pupillorum, an matri infantis? Er-
go ineptum & absurdum esset dicere, quod † ipsi- 40
met officiales possent de isto dubio, quod cum eis totaliter vertitur, cognoscere & sententiare: *per illud quod singulariter tenet Bar. in l. ex sententia, per illum tex. ff. de testam. tute. dom. Anto. de Butr. in cap. caterum, in 7. col. de iudi. dom. Abbas & Gemin. in capit. super literis, de rescript. Ang. de Aretio in l. constitutiones, ad fin. ff. de appellatio.* ¶ Confirmatur suspicio dictorum officialium pupillorum, vt non possint super hoc dubio cognoscere & iudicare an ad eos tutela istius in-
fantis pertineat, vel ad matrem, † cum ex tali tute- 41
la & administratione sint salarium suscepturi, scilicet camerarius, notarius, scribantus, prouisor, seu rationarius ipsorum officialium pupillorum, secundum summam & quantitatem, quæ eis taxatur in statuto Florentino posito sub Rubrica, de modo creandi officiales pupillorum. *iuxta gloss. reputatam singularem in l de iure. §. primo. ff. ad municip. de cuius veritate ponunt Bartol. & alij docto. in l. secunda, ff. si quis in ius vocatus non ierit. & in l. quidam consulebant, ff. de re iudica. & in dicta l. si quis ex aliena. ff. de iudiciis, cum aliis suis concordantiis.*

ADDITIO.

a Auth. quæ supplicatio.] Vide eundem consil. 28. quæritur, nu. 4. consi. 48. totus iste supra eodem dixi consi. 12. cum proximis, nu. 25. & seq.

b Rationem.] Ias. consi. 188. quia multa ad fin. supra libr. 2. vbi addo.

c Ad illam.] Addo supra consi. 173. filiæ quondam, versi. 4. moueor lib. 2.

d Præcedentia.] Ias. consi. 142. venerabilis, supra lib. 2. Gabri. commun. opin. lib. 6. de clau. concl. 9. nu. 12.

e Dispensatio.] Idem Ias. consi. 166. videretur, num. 7. supra lib. 2.

f Aliud referatur.] Vide eundem l. 1. nu. 5. C. de libe. præter. l. si idem cum eodem. §. si vna actio, nu. 4. de iur. omn. iud. l. prætor ait. §. si initium. ff. de eden. Alex. consi 48. super extractione, nu. 6. lib. 1. consi. 95. requisitus, num. 6. lib. 7. Felin. cap. causam quæ, sub nu. 4. versicu. limita 2. de rescript. Dec. consil. 11. & pro tenui, num. 13. consil. 14. & pro tenui, num. 5. versicu præterea illud, consil. 213. visis his, nume. 6. & seq. vbi late & consilio 539. in inclyta, numero quarto. Corset. in sing. verb. clausula. incipiente, clausula. in fin. Boer. decisione centesima quadragesima sexta. & dico quod dicta, nu. 3. cum sequentib. & de auct. lega. à latere, num. 84. Aymo consil 70. in contractu, num. 11. consi. 296. quæritur, colum. 2. versicu. non obstat quod talis. Gabr. d. concluſ. 9. num. 3. etiam in materia odiosa, vt trad. Ias hic & consil. 47. capitu. dicta in princip. supra eodem vbi addo.

g Seruiant de vento.] Aymo qui refert Ias. consil. 201. præsupponitur, nu. 13.

h Notabiliter vide.] Quod dicit Ias. conf. 35. c. 1. col. 2. versic. ad idem. & 4. supra lib. 1.

i Communis.] Dixi consi. 42. prima consideratione, nu. 8. supra eodem.

k Vnde absens.] Idem Ias. l. is potest, nu. 65. & seq. de acqui. hæredi. l. Titius, §. Lucius, nu. 9. 10. de libe. & posthu. faciunt quæ dicuntur de coniuncto absente de quo per Gabr. com. opin. lib. 1. de præsumpt. concluſ. 6. num. 29. & dixi ego consi. 111. & si perlectis, nu. 18.

l Est solennis.] Ias. l. quamdiu, in fi. C. qui admitti. Mars. l. fin nu. 131. & nu. 179. de iurisdict. omn. iudic.

m Ciui nouo parcitur.] Dixi consi. 83. in casu præsen. nu. 2. lib. 1. lit. f.

n Extra territorium.] Omnino Brun. tract. de statu exclu. fœmin. 6. artic. principio. col. 6. comprobat Aymo consil. 171. verbo statuti. nu. 4.

o Arbitratium.] Aymo consi. 190. quod in præsenti, nu. 2. versic.

versic.& propterea. Menoc. de arb.iud.lib.2. cent.2.casu.168. numer.1. cum seqq.& arguendo cons.62 redditur numer.12. cum seqq. vbi hoc consil. refert. & ad materiam vide Iason. consi.199.in præsenti supra libr.2.& Dilectum de arte testan titul.7.caut.5.inter tutorem.

p Educandus.] Bertr.consi.10.excusso.num 4.lib.8.

q Competentem.] Potest tamen appellari ab interlocutoria qua quis pronunciat se esse iudicem competentem vt dixi ego consil.31. quod appellari num.3.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LIV.

THEMA.

IN causa vertente inter magnificum comitem Petrum Scotum actorem parte vna,& dom. Ioannem Scotum reum conuentum, & dominam Sulpiciam Scotam tutricem filiorum suorum pro ea in iudicio comparentem ex parte altera, duplex vertitur dubitatio. Prima, nunquid comes Petrus actor plene probauerit intentionem suam. Secunda, nunquid eidem obstet venditio quorumcunque iurium sibi quomodocunque competentium contra ipsum domin. Ioannem Scotum per eum facta quondam comiti Christophoro marito dominæ Sulpiciæ de anno 1487.die 14.Iulii.

SVMMARIA.

1 *Actore non probante intentionem suam, reus debet absolui quamuis nihil præstiterit.*

2 *Attestationes receptæ parte absente & non legitime citata sunt nullæ.*

3 *Fundare quis se non potest super instrumento quod dicit esse nullum vel impugnat.*

4 *Decretum disponens quod omnis contractus factus de castris vel fortilitiis sit irritus & inanis, intelligitur ipso iure.*

Statutum seu decretum irritans actum per verba præsentis temporis intelligitur ipso iure.num. 4.

5 *Dictiones geminatæ,* irritus & inanis, *important ipso iure.*

6 *Fiscus solus potest obiicere contra alienationem factam in suum præiudicium, quando requiritur sententia reuocatoria.*

7 *Decretum quod venditio castri sine licentia principis sit inanis & irrita, intelligitur de venditione valida cum effectu.*

8 *Decretum pœnale & odiosum debet intelligi de re tota & non de parte: & num.seq.*

9 *Castri appellatione in materia odiosa & pœnali non venit pars castri.*

10 *Indulgentia generalis à principio concessa pro omnib. maleficiis, debet abolere omnem pœnam generaliter pro omni maleficio.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

CIRCA primum dubium, planum est, quod actore non probante [a] intentionē suam reus debet absolui,† quamuis nihil præstiterit.*l. actor quod asseueret.C.de prob.l.qui accusare.C.de edendo. c. cum ecclesia.in fi.de cau. pos. & proprie. & c.1.vt eccle.benef.cum simili.* sed comes Petrus, qui in præsenti causa est actor, nullatenus probauit intentionē suam: Ergo debet succumbere. fundat enim se ex attestationib. quibusdā extraiudicialiter factis per tres, de quib. in processu, sed tales attestationes ex forma decretorū ducaliū nullā vim habent, & nullam fidē faciunt;& vltra, decretū ducale est etiam de iure cōmuni; quia tales attestationes receptæ parte absente,†& non legitime citata, sunt nullæ.*l.si quando. C.de test.c.in nomine domini.& c.significauerūt.eo.tit.* Itē fundat se comes Petr.ex instrumēto d. venditionis factæ comiti Christop.&certe cū ipse dicat, illud instrumentū esse ipso iure nullū, certe ex eo q; impugnat, se iuuare nō potest; *vt in reg.ex eo.& c.cū olim.de cens.* Nā ex instrumēto,† q; quis dicit esse nullum, vel impugnat,[b] non potest fundare intentionē suam; *vt notab.dicit Bar.in l.post legatum.in princ.in 3.colu. in vers.sed quæro,si dixi nullum.ff.de his qui.vt indig. & in l.decem.in fi.ff.de ver.obl.* Est enim in hoc sibi contrarius impugnando instrumentū,& se ex eo fundando;ergo tanquā contrarius est repellendus.*l.1.C.de furt.c.solicitudinem.in fi.de appel.& c.vnico.vt ecc.benef.*

¶Circa secundum dubium, nunquid comiti Petro obstet venditio quorumcunque iurium sibi quomodocunq; competentium contra dom.Ioa.Scotum facta comiti Christophoro? prima consideratione videretur dicendū quod non; quia cum talis venditio sit de castro Zenæ,& sic de fortilitio, certe redditur ipso iure nulla per decretum ducale anni 1445.disponens, quod omnis contractus de castris vel fortilitiis factus sine expressa licentia principis, irritus sit & inanis. & sic cum decretū vtatur verbo præsentis temporis, intelligitur †quod ipso iure sit nullus;[c] *vt est glos.in l.in criminali. Co. de iurisd.omnium iud.& in l.iubemus.§.1.C.de sacrosa.eccl. & gloss. in reg.in pœnis.de regulis iur.in 6.* Item illæ dictiones geminatæ, irritus † & inanis, important, ipso iure; *vt notat Bald.in l.non dubium.in 6. notab. per illum tex. Co. de leg. facit glossella in authent.cassa.C.de sacrosan.ecc.* imo fortius, illa verba geminata, cassentur & irritentur, quamuis sint futuri temporis, tamen important ipso iure; *secundum Bald. in titulo de pace Constan. in verb. & in irritum deducantur.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam opinionem arbitror esse de iure veriorem. Nam ponderandum est, quod quamuis dictum decretum dicat, quod talis contractus irritus sit & inanis, tamen vltra procedit, disponendo quod potestates ciuitatum teneantur significare consilio principis, & consilium huiusmodi alienationes reuocare, ergo requirit sententiam reuocatoriam consilii; sed vbicunque debet interuenire sententia,† nullus potest de hoc obiicere, nisi fiscus;[d] *vt est glos.ordin. & approbata in le. his consequenter.§.1.& ibi Bar.ff.familiæ erciscundæ. Bald. in l.1.in fin. Cod.in quibus causis in integ.restitut. non est necess.* Præterea, istud decretum ducale debet intelligi de venditione effectuali, † & sic de venditione, quæ est sortita effectum,& cuius vigore emptor sit con-

consequutus dominium & possessionem fortilitij empti; vt patet ex ratione fundamentali ipsius decreti. Item quia verba decreti debent intelligi cum effectu. *leg. 1. §. hoc autem. ff. quod quisque iur. capitu. relatum. de cleri. non resi.* Sed comes Christophorus nunquam consequutus est dominium, nec actualem possessionem dicti castri: ergo non potest dici incidisse in pœnam dicti decreti. Præterea, cum dictum
8 decretum sit pœnale, † & sic odiosum, debet intelligi de emente castrum vel fortilitium in totum: sed comes Christophorus non emit à comite Petro nisi partem castri Zenæ: ergo dictum decretum nõ habet locum: eo quia in materia odiosa vel pœnali
9 appellatione † *castri* non venit pars: *secundum Iacob. Butr. Alber. & Sa.yce. in l. ait prætor. in principio.* e *ff. de iureiurando* Nec tantum discrimen aut periculum status imminet in emptione partis alicuius castri, prout in emptione totius, vt de se patet. Præterea, adest generalis remissio & indulgentia concessa per illustrissimum principem nostrum de anno 1494. per quam generaliter remittuntur omnia malefficia & manchamenta cuiuscunque conditionis exi-
10 stant, ergo generaliter † debet abolere pœnam dicti decreti: per ea quæ late traduntur per Barto. & doct. *in leg. fina. C. de sent. pas. & in le. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. cum suis concor.*

ADDITIO.

a Astore non probante.] Corn. con. 165. profecto. nu. 1. li. 3. Marsl. vnius § in ea. n. 3. de quæstio Roland. con. 51. iudicantem nu. 39. lib. 1. con. 58. quoniam. nu. 7. 8. lib. 2. con 33. visis nu. 16. con 85. libenter. nu. 10. cod li. Duen. reg. 22. actore. procedit regula etiam in beneficialibus ordi. cons. 1. n. 7. Rebuf. in praxi benef. pag. 116. nu. 17 & seq. Aymo con. 322 domina. col. 5. versi. & si dicatur & in criminalibus Deci. cons. 615. visa. num. 8. dixi cons. 67. in causa, nu. 7, addo Clar. qui dic. communem in pract § fin. quæst. 62 in princip. quod etiam affirmat Villalob. com. opin. li. 1. versi. Actor. & Emã. Suar. thesau. recep. sent. ver. Actor in liquide.

b Impugnat.] Latissime Gabr. com. opin. lib. 6. de regulis iur. conclu. 1. per totum.

c Sit nullus.] Ias. infra con. 128. videretur. col. 2. versi. 2. verbum sit lib. 4.

d Nisi fiscus.] Idem Ias. l. seruus plurium. §. pen. de le. 1. l. ex facto. §. Iulianus col. 1. de vulga. Corn. con. 150. c. præsentem. in fin. libr. 2. Alexand. consi. 136. viso processu sub. num. 4. lib. 7. Socin. consili. 78. abunde. numer. 6. lib. 4. cum simi. vt per Cagno. l. vltim. num. 123. vbi pulchram quæstionem discutit. C. de pact. declarat Iaso. supra consil. 151. in casu. numero 9. libr. 2.

e Secundum Iacob. Butr. Alber. & Salyce. in l. ait prætor. in princip.] Vbi etiam Ias. num. 4. & 5. versi. breuiter. dicit se cõsuluisse.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LV.

THEMA.

STATVTVM nouum ciuitatis Brixiæ sub Rubrica, de successione ascendentium, disponit, quod quælibet hęreditas & successio ascẽdentium masculorum seu fęminarum decedentium ab intestato deferatur masculis quibuscunq; descendentibus per ordinem ex linea masculina, exclusis semper fœminis, & descendentibus ex eis. Dubitatur, nunquid istud statutum habeat etiam locum in successione, seu hęreditate auiæ maternæ, vt in ea nepotes masculi admittantur, & excludant neptes, quæ sunt ipsorum nepotum sorores? Et consequenter dubitatur, nunquid istud statutum, quod plane procedit in hæreditate auiæ, & proauiæ paternæ, habeat etiã locum in hæreditate auiæ, & proauiæ maternæ?

SVMMARIA.

1 *Statutum Brixiense, quod masculi descendentes ex linea masculina succedant in hæreditate ascendentium masculorum vel fœminarum comprehendit hæreditatem auiæ maternæ & nume. 12. 13. sed contra n. 14. & seqq.*

2 *Statuti præferentis masculos fœminis in hæreditate materna vel auiæ ratio non est, vt bona conseruentur in familia, sed alia, quia masculi maiora onera tam publica quam familiaria supportant.*

3 *Statuti determinationem vbi habemus non debemus vlterius inuestigare rationem. & n. 30.*

4 *Statuti verba vbi clara sunt non sunt quærenda interpretationes, quia certitudinem omittere & quærere indicia est infirmitas intellectus. & n. seq. 7. & n 30.*

5 *Dubium relinquitur interpretandum, sed non id quod est certum & clarum. & nu. 30.*

6 *Determinata non egent determinatione sed indeterminata, & nu. 30.*

7 *Verba vniuersalia geminata & multiplicata multum operantur ad augendam vim statuti, & designant præcisam intentionem statuentium. intellige vt n. 31.*

8 *Dictio (quælibet) operatur vt fiat extensio ad illa, quæ alias ex propria significatione non veniunt, vt sic fiat extensio ad casum improprium. & nu. 3.*

9 *Dictio (quibuscunque) operatur vt comprehendatur persona etiam extranea, quæ alias de natura actus non comprehenderetur. & nu. 31.*

10 *Dictio (semper) apposita in statuto importat omni tẽpore & omni casu. & nu. 31.*

11 *Vincula duo simul iuncta magis stringunt, & plus operantur.*

12 *Statuti verba non sunt iudaice nec amare interpretanda, sed ciuili & aquo modo & nu. 31.*

13 *Casus à statuto non dicitur omissus quamuis non sit specialiter in statuto expressus, vel in indiuiduo, modo sit generaliter vel vniuersaliter expressus.*

15 *Statuti verba vbi non conueniunt nec dispositio.*

16 *Statutum: à statuti verbis & eorum propria significatione non est recedendum.*

17 *Nepos ex filia non dicitur de descendentib. per virilem sexum.*

18 *Statutum Brixiæ præferens in successione ascendentiũ fœminarum masculos quoscunque descendentes per lineam masculinam fœminis, aliud censetur velle in masculis descendentibus per lineam fœmininam.*
Inclusio vnius est exclusio alterius. n. 18.

19 *Contrariorum vno posito aliud censetur remotum.*

20 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari.*

21 Ordi-

21 *Ordinata ad vnum finem ad alium trahi non debent.*
22 *Casus omissus à statuto debet remanere in dispositione iuris communis & nu. seq.*
23 *Statuto si caueatur, quod filia dotata à patre non succedat, si contingat eum decedere relicta posthuma in vtero, ita vt eam dotare non potuerit, fratres eam dotando non excludunt.*
24 *Participium (descendentibus) facit conditionem & resoluitur in verbum & relatiuum. vt nu. 26.*
25 *Conditio denotat causam finalem, & conditio debet impleri in forma specifica, & debet constare ex omnibus suis partibus cum formam importet.*
27 *Relatiuum (qui) iunctum verbo futuri conditionem inducit.*
28 *Relatiuum (qui) sine copula stat restrictiue.*
29 *Statutum derogatorium iuris communis debet stricte intelligi vt minus deroget iuri communi quàm fieri possit.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRAESENS quæstio tota vertitur circa intellectum verborum dicti statuti Brixiensis, & profecto est subtilis & speculatiua. Prima consideratione videretur amplectenda pars
1 affirmatiua, quod tale statutū habeat † locum ēt in hæreditate auiæ maternæ. Nam istud statutum expresse fauet masculinitati, & semper præfert in successione ab intestato ascendentium masculos fœminis, siue sint ascendētes per lineam masculinam; vt pater & auus, siue per lineam fœmininam, vt mater & auia. Et ratio istius statuti est non quidem fa-
2 uor agnationis. † vt bona conseruentur in agnatione & in familia: *iuxta leg. 1. §. pen. in verb. vt familiarum dignitas salua sit. ff. de ven inspi.* eo quia respectu fœminarum masculi non dicuntur de agnatione, quia fœminæ non habent agnationem. *leg. qui in adoptionem. ff. de adoptio. & insti. de legi. agna. suc. §. 1. & de legi. tu. §. 1. & in specie declarat Paul. de Castr. in cons. 339. incipiente, Præsupposito quod dictum statutum in fine*, vbi dicit, quod illud, quod Doctores alibi tenent, quod statuta præferentia masculos fœminis censentur facta gratia conseruandæ agnationis: *vt notat Cyn. in l. 1. C. de adul. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. signi.* debet sane intelligi respectu virilis sexus, scilicet in hæreditate paterna, secus est in hæreditate materna, vel auiæ maternæ, quibus masculi non sunt agnati sed cognati. Ratio ergo istius statuti præferentis semper masculos fœminis est: quia masculi maiora onera tam publica quam familiaria supportāt quam fœminæ, prout experientia docet, quæ est rerum magistra. *c. quamsit. in principio, de elect. in 6. Et istam rationem probat tex. in l. Titia cum testamento. §. Lucius Titius. 3. ff. de lega. 2. & ibi Bal. notat illum tex. ad rationem prædicti statuti. & sequitur do. Alex. in con. 80. primi vol. incipente, Viso & oportune animaduerso tit. quæst. in 2. colu.* Vnde cum habeamus claram determinationē statuti disponentis, quod in qualibet hæreditate ascendentium masculorum, & sic patris, & auiæ, seu fœminarum, & sic matris, vel auiæ maternæ, masculi semper excludant fœminas: ergo non debemus vlterius † inuestigare rationem: *vt inquit Bal. in l. Gallus. §. si eius. in 2. colum. ff de libe. & posthum.* Nam forma statuti debet ad vnguem obseruari: *secundum Bal. in l. cessante. in vltim. col. C. quomodo & quando iudex.* Itē quādo verba statuti sunt clara † interpretatio nus- 4
quam tantum vāleat, vt melior sensu existat: *vt inquit tex. in l. 3. ad fi. C. de lib. præte.* Item in clarā & certis non est locus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. in fi. ff. de verbor. obliga.* per quem tex. notat ibi pulchre Bal. quod omittere certitudinem, & quærere indicia, est infirmitas intellectus. *Facit tex. in l. pediculis. §. argento. ff. de aur. & argen. lega. per quem notat Bal. in l. voluntatis. in 1. not ab. C. de fideicom.* quod dubium † relinqui- 5
tur interpretandum, sed non illud quod est certum & clarum. Determinata enim non egent determinatione; † sed indeterminata. ita notat Bal. *in l. certo* 6
generi. §. 1 ff. de seruit. rusti. prædi. per illum tex. quem dicit ad multa allegabilem. Nec pro incertis à certis est recedendum: *dicit tex. 30. q. 5. in c. iudicantem.* ¶ Secundo, pro ista parte affirmatiua bene facere videtur: quia in isto statuto Brixiensi adsunt tres dictiones vniuersales, scilicet, *quælibet hæreditas ascendentium, & quibuscunque descendentibus, & exclusis semper fœminis.* Istæ tres vniuersales, *quælibet, quibuscunque*, & *semper*, sic cumulatæ † & geminatæ debent multum 7
operari ad augendam vim vt effectum statuti, & designant præcisam intentionem statuentium, *l. balista. in princip. ff. ad Trebellia. gl. notabilis in ca. requisisti in verb. decens est. de testa. Bal. in c. eam te. in 2. col. de rescript. & in l. fructus. C. de act. emp.* ¶ Præterea & tertio pro hac parte videtur fortiter stringere illa vniuersalis, quælibet hæreditas. Nam dictio, *quælibet*, operatur, vt fiat extensio ad illa, † quæ alias ex propria significatione non veniūt, vt sic fiat extēsio ad casum im- 8
proprium: *vt probat glo. iuncto tex. in leg. omnes in verb. quaslibet alias. C. de quadri. præscrip.* quæ vult, quod per illa verba, quælibet actio, comprehendatur etiam officium iudicis, quod est improprie actio. *l. actionis verbo. cum ibi notatis. ff. de actio. & obliga. & le. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verborum significa. notant plene Bart. & alij in le. 1. ff. de iurisdi. omnium iudic. & ita prædictam glo. ad hoc notat dominus Alexand. in consilio 64. secundi volu. quod incipit, Visis & accurate consideratis. in 2. columna.* Item quando lex vel statutum disponit, quod quælibet appellatio admittatur, censetur approbare appellationes etiam friuolas & frustratorias, *capitu. quamuis. & ibi gloss. in ver. quaslibet. de elect. in 6. & ibidem multum notat Gemini. in 2. notabili*: Ergo ista dictio, *qualibet*, quæ est tantæ importantiæ, vt faciat comprehendi casus, qui alias non comprehenderētur, clare faciet istud statutum militare etiam in hæreditate auiæ maternæ. Item ad prædicta bene facit, quod dictio, *quibuscunque*: operatur vt comprehendatur persona etiam extranea, † quæ alias de na- 9
tura actus non comprehenderetur. *c. 1. de feud. non haben. propriam naturam feu. secundum Bald. leg. 1. in 34. & 48. quæstio. ff. de rerum diui. & in cap. imperialem. in principio, in septima columna de probi. feud. ali. per Federi. cum aliis suis concor. Et quod vult glo. in leg. cum pœnas. ff. de arbit.* Item dictio, *quibuscunque*, includit masculos etiam alias inhabiles de iure ciuili: *per glossam singularem in leg. promittendo. in principio. ff. de iure dotium.* ¶ Quarto facit dictio,

semper,

semper, appoſita in dicto ſtatuto, quæ importat o-
10 mni tempore, † & omni caſu, *vt eſt gloſſa in l. prima, & ibi docto. ff. ſoluto matrimonio.* Si ergo in omni caſu aſcendentium fœminarum, ergo etiam in auia materna. Et iſta fortius procedunt, cum ambæ iſtæ dictiones ſint cumulatæ, ſcilicet dictio, *quælibet*, & dictio, *ſemper*, cum vtraq; de per ſe idem operaretur.
11 Nam duo vincula ſimul iuncta magis ſtringunt, † & plus operantur quam vnum. *authen. itaque. & in corpore vnde ſumitur. C. communia de ſucceſ. c. 1. & ibi gloſſ. de treug. & pa. & l. cum in adoptiuis. in princip. & ibi Bald. in 2. col. not at. C. de adopt.* ¶ Quinto vltra rationes & fundamenta ſuperius adducta pro iſta parte affirmatiua videtur eſſe in terminis deciſio Pauli de Caſtr. *in præallegato conſ. 339. incip. Præſuppoſito quod dictum ſtatutum. in 3. colum. & ſequentibus vſque ad finem.* Vbi conſuluit in terminis fortioribus ſtatuti antiqui Brixiæ, quod ſimpliciter loquebatur de ſucceſſione aſcendentium, & non dicebat maſculorum, ſeu fœminarum, prout dicit ſtatutum nouum Brixiæ, quod tamen maſculi excludant fœminas in hereditate matris vel lineæ maternæ. Et iſtud ſatis clare videtur innuere *in vlti. col.* dum concludit, quod prædictum ſtatutum locum habeat in hæreditate & ſucceſſione cuiuſcunque aſcendentis: non ſolum patris, ſed etiam matris, & ſuæ lineæ; ergo auiæ maternæ. ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quod iſtud ſtatutum præferens in hæreditate aſcendentium fœminarum maſculos deſcendentes ex linea maſculina, videatur continere impoſſibile: quia impoſsibile eſt reſpectu fęminarum, quod maſculi deſcendant per lineam maſculinam: vt in iuribus ſuperius allegatis, *& l. pronunciatio. in fin. & l. ſequen. in §. fœminarũ. ff. de verborum ſignificat.* vbi text. hoc clarius dicit, quam aliquis alius: *ſecundum Paul. de Caſt. in dicto con.*
12 *339. in 3. col.* Quia reſpondetur, quod iſtud ſtatutũ, † non eſt iudaice interpretandum. *vt notat gl. in l. damni. §. ſi is qui vicinas. in gl. quæ incipit, Quidam iudaice. ff. de dam. infect. quam ad hoc notat Bal. in leg. quicunque. in penulti. colum. C. de ſeruis fugi. & in l. omnes populi. in 17. col. in verſic. ſed antequam ſtatutum recipiat. ff. d iuſti. & iur.* & dicit Pau. de Caſt. *in le. vbi pure. §. te rogo. ff. ad Trebel.* quod in ſtatutis magis debet attendi mens quam verba, licet ignorantes & groſſi homines, vt plurimum, faciant contrarium, adhærentes verbis ſicut Iudæi. Item ſtatutum non debet amare interpretari, ſed ciuili & æquo modo: *ſecundum Bald. in leg. 1. in vltim. col. C. qui accuſa. non poſ.* Item ſtatuta non recipiunt interpretationem extraneam, nec correctiuam, nec tranſgredientem terminos ſuos: ſecundũ Bal. *in capitu. 1. in 7. col. de conſtit.* Iſtud ergo ſtatutum non eſt interpretandum, vt contineat impoſſibile, ſed eſt ſane & realiter intelligendum, dum in ſucceſſione aſcendentium fœminarum loquitur de maſculis deſcendentib. ex linea maſculina, vt procedat habito reſpectu ad gradum agnationis, & ſic ad aſcendentes maſculos, vt patrem, & auum; alias aliter intelligendo contineret impoſſibile, quod nullatenus eſt dicendum. Item alias iſtud ſtatutum nunquam poſſet habere locum etiam in hæreditate matris, cuius reſpectu etiam deſcenditur per lineam maſculinam, & ſic nunquam, hæreditas fœminarum aſcendentium deferretur maſculis, cum in eis reſpectu fęminarum non poſ
ſit eſſe deſcendentia per lineam maſculinam, & tamen contrarium expreſſe diſponit ſtatutũ. ¶ Non obſtat etiam, ſi diceretur, quod iſte caſus, de hæreditate auiæ maternę ſit omiſſus à ſtatuto, & conſequenter relinquatur diſpoſitioni iuris communis: *per regulam leg. commodiſſime. in principio. ff de liber. & poſthum. & l. ſi cum dotem. in princip. ff. ſolut. mat. & leg. ſi extraneus. ff. de condit. ob cau. & c. ſuſceptum in princip de reſcrip. in 6.* quia reſpondetur, † quod licet iſte caſus 13
de auia materna non ſit expreſſus in ſtatuto ſpecialiter, vel in indiuiduo, tamen eſt expreſſus generaliter, vel vniuerſaliter in illa vniuerſalitate, quælibet hæreditas aſcendentium fœminarum, & in dictione, ſemper, quæ importat omni tempore, & omni caſu, vt ſuperius dixi. ¶ Non obſtat etiam ſi in contrarium adduceretur deciſio Raph. Fulgo. *in con. 54. incipiente, Item quod qualibet hæreditas & ſucceſſio aſcendentium &c. cum pleriſque aliis famoſis doctoribus, qui illi conſilio ſe ſubſcripſerunt.* vbi Raph. Fulg. quaſi in terminis iſtius ſtatuti Brixienſis videtur determinare, quod tale ſtatutum loquens de hæreditate aſcendentiũm non habeat locum in hereditate auiæ maternę, per aliqua fundamenta, de quib. ibi per eum: quia reſpõdetur tripliciter. Primo, quod ſtatutum antiquum Brixiæ, ſuper quo cõſuluit Rapha. Fulg. eſt valde diuerſum ab iſto nouo ſtatuto Brixiæ, & continet alia verba, quam contineret antiquum. Nam ſtatutum illud antiquum loquebatur ſimpliciter de hereditate aſcendentium, ſed ſtatutum nouum addit, maſculorum ſeu fœminarum. Item ſtatutum antiquum ſimpliciter dicebat, excluſis ſemper fœminis, ſed in ſtatuto nouo fuit additum, & deſcendentibus ex eis ſaluo quam in dote, in qua ſuccedant maſculi & fœminæ æqualiter. Item fuit additum, ſaluo ſemper ſtatuto de dotib. mulierum. Præterea, Rapha. Fulgo. expreſſe loquitur, quando ſtatutũ ſimpliciter diſponebat de hæreditate aſcendentium, non diſtinguendo inter paternam & maternam, ſed indiſtincte & generaliter loquendo de hæreditate aſcendentium. Ita ibi expreſſe dicit Raph. Fulg. Sed iſtud ſtatutum Brixiæ nouum expreſſe loquitur de hæreditate aſcendentium maſculorum, ſeu fœminarum, & iſta reformatio, ſeu iſtud ſtatutum nouum Brixiæ fuit factum ad tollendum dubitationem prædictam. Præterea & tertio, Raph. Fulg. ibi determinat, quod ſtatutum ſimpliciter & indiſtincte loquens de hæreditate aſcendentiũ non habeat locum in hæreditate materna, & ſic tenet, quod ſtatutum generaliter loquens de hæreditate aſcendentium debeat intelligi, vt ſolum procedat in hæreditate aſcendentium agnatorum, non autẽ in ſucceſſione aſcẽdentium cognatorum, & fœminarum: & ſic fœminarum. Sed contrarium in eiſdẽ terminis conſuluit Pau. de Caſtr. *in conſ. 171. incipiente, Præſens caſus modicam videtur habere dubitationem. & latius idem Pau. de Caſt. in præallegato conſ. 339. incipiente, Præſuppoſito quod dictum ſtatutum. in 3. col. & ſequentib. vſque ad ſi* Sed iſta dubitatio non eſt ad propoſitum noſtrum, ex quo ſtatutum Brixiæ loquitur ad literam tam in hæreditate aſcendentium fœminarum quam maſculorum. ¶ Iſta ſunt, quę videntur prima fronte ſtringere pro iſta parte affirmatiua, & videntur prima inſpectione habere colorem & neruum, & multum applaudere auribus audientium. ¶ Sed

præmiſſis

præmissus non obstantib. cõtrariam sententiam,& sic negatiuam proculdubio arbitror esse de iure
14 veriorem, & consequenter quod istud statutum Brixiæ nullatenus loquatur,nec habeat locũ in hęreditate auiæ maternæ, ex infrascriptis fundamentis,ex quibus remanebunt sublata & euacuata quęcunque superius in oppositum adducta sunt.Pondero in primis verba istius statuti,quæ mihi videntur multum clara,&nõ recipere aliquam dubitationem,si quis ea inspexerit recto iustitiæ oculo. Nã dicunt ad propositum nostrum,quod quęlibet hęreditas ascendentium fœminarum deferatur masculis quibuscunque descendentibus ex linea masculina, sed in hæreditate auiæ maternæ masculi
15 descendunt per lineam fœmininam inhabilitatam à statuto,ergo † cum eis non conueniant verba statuti,per consequens nec conueniet eius dispositio.
a *a l.4.§.toties. & ibi Bar.in fin.& alij.ff.de dam.infect.l.ita autem.in princip.& ibi Bart.ff.de administrat.tutor.l.quod constitutus.ff.de mili.testa.l.hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio.capit.indemnitatibus.§ sed cum eas.de elect.in 6. in verb.cum in ipsis hoc locum sibi nequeat vendicare.vbi ad hoc est tex.melior de iure secundum Ioan.de Ana.in capit.2.*
16 *de maledi.* Item à verbis statuti,& eorum propria significatione non est recedendum.*l.ille aut ille. §.cum in verbis.& in l.non aliter.ff.de lega.3.l.1.§.si is qui nauem. ff.de exerci.Bar.in le.non dubium.in 2.colum. C.de legi. & in l.contra legem.ff.eod.notat dom.Abbas.in cap.ad audientiam in 1. & 2. notabili de deci. per illum tex.*¶ Secundo multum me mouet:quia descendentes ex linea masculina respectu fœminarum dicuntur illi, qui descendunt ex filiis masculis ipsarum fœminarum, quamuis non dicantur agnati : quia sunt verba facti non iuris. Istud patet ad sensum,& in specie declarat Pau.de Castr.*in cons.171.incipiente,Præsens casus modicam videtur habere dubitationem.ad finem, & latius idem Paul.de Castr.in consi.339.quod incipit, Præsuppositio quod dictum statutum.in 4.colu.& seq.* Vbi dicit,quod qui contrarium dicunt, studio contradicendi potius quam pro veritate,vel quam secundum veram mentem statuti loquuntur: & quod iste est verus sensus istius statuti, sicut Deus est. ita etiam tenet dominus Laurentius Calcaneus Brixiensis *in consilio.11.incipiente,Quod non præsumatur dedisse in dotem. in octaua columna & sequen.idem etiam tenet Raphael Fulgo. in consilio 54 incipiente,Item quod qualibet hæreditas.* Sed in auia materna isti masculi non descendunt ex linea masculina sed fœminina:ergo in eis non habet locum præsens statutum : ergo plane & aperte sequitur,quod istud statutum procedit, & habet locum in hæreditate auiæ & proauiæ paternæ, vbi masculi descendunt ex filiis masculis ipsarum fœminarum,& sic dicuntur descendere ex linea masculina ipsarum : & consequenter sequitur,quod istud statum Brixiæ non habet locum in hæreditate auiæ vel proauiæ maternæ.Et ista videtur mihi vera & propria mens istius statuti Brixiensis, & istud proprie & clare volunt verba ipsius statuti præferentia masculos descendentes ex linea masculina in hęreditate ascendentium fœminarum.Et in hoc (vt dixi) facio magnum fundamentum: quia non soleo legendo nec consulendo vnquam recedere à reali & vero sensu & intellectu statutorum, nec ab eorum verbis,quæ sunt realiter intelligenda. ¶Cõ-

firmatur optime : † quia nepos ex filia non dicitur 17
de descendentibus per virilem sexum : b *vt est gloss.* b
*ordinaria & approbata in l.Gallus. §.nunc de leg.Velleia.in gloss.fina.ad fin.ff.de li.& posthum.*ergo nec de descendentibus ex linea masculina. ¶ Tertio moueor: quia ex quo istud statutum Brixiæ in successione ascendẽtium fœminarum præfert masculos quoscunque descendentes per lineam masculinam ipsis fœminis, † ergo vult secus esse in masculis descen- 18
dẽtib.per lineam fœmininam,prout est in auia,vel proauia materna: *per regulam leg. cum prætor.* c *§.1.&* c
ibi gloss ff. de iudi. & leg. maritus.C.de procura.& capitu. nonne bene dicimus.de præsump.& capitu. fin. & ibi notat Abbas in primo notabili. de confes. & capitu. qualis.& ibi gloss.25.distin. Et istud etiam cantat statutum Brixiæ, dum dicit, exclusis semper fœminis & descendentibus ex eis. Præterea, ad positionem vnius † ex 19
contrariis sequitur remotio alterius.*leg. sed & si pupillus.§.penultim.ff.de instito.& leg.1.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.*

Ex quo ergo in statuto Brixiensi ponuntur & admittuntur descendentes per lineam masculinam, ergo remouentur descendentes per fœmininam.¶ Quarto, pro confirmatione prædictorum pondero, quod istud statutum Brixiæ habet duo capita expressa. Vnum inclusiuum masculorum,quod non est simplex sed qualificatum, quod ita demum masculi præferantur in hæreditate ascendentium fœminarum , si descendant ex linea masculina. Aliud est caput exclusiuum fœminarũ, quod nonsolum est simplex absq; aliqua limitatione, sed etiã est cum generalitate dictionis,*semper*, dum statutum dicit, *exclusis semper fœminis & descendentibus ex eis.* Cum ergo hæreditate auiæ maternæ masculi descendant ex fœminis:Ergo sunt in capite exclusiuo, & excludi debent à prælatione: non autem sunt in primo capite inclusiuo, ex quo non habent qualitatem ibi requisitam. Ergo statutum disponens exclusionem in descẽdentib.ex fœminis non põt † operari inclusionem,& admissionẽ:quia 20
sic operetur contrarium effectum:*contra regulam le. legata inutiliter.in princ.ff.de lega.1.& legata inutiliter.ff. de adi.legat.* Item ordinata ad vnum finem † ad alium 21
trahi non debent. *capitu. ad nostram. de appel.capitu. 1. & ibi Gemini. notat de iureiuran. in 6.* ¶ Quinto, cum istud statutum Brixiæ in successione ascendentium fœminarum admittat masculos descendentes ex linea masculina, & consequenter loquatur in hæreditate auiæ & proauiæ paternæ,& consequenter omittat de auia vel proauia materna, quarum masculi descendunt per lineam fœmininam : † Ergo 22
iste casus omissus à statuto debet remanere in dispositione iuris communis; *per regulam leg. commodissime. ff. de liber. & posthum. cum aliis concor. quæ superius adduxi.* Confirmatur per illud, quod in simili decidit singulariter Bald.*in leg.si plures.C.de condi.infer.in antepen.column.in verficu. iuxta prædicta formatur talis quæstio.*

Vbi quærit,statuto cauetur,quod filia dotata à patre non succedat,† modo contigit, quod Titius 23
decessit relicta posthuma in vtero , d ita quod eam d
dotare non potuit, vel relicta filia infante, vel relicta filia furiosa, modo quæritur, nunquid fratres, qui sunt hæredes vniuersales,dotando excludãt eã.

& vide-

& videtur quod sic, vel quia nihil potest imputari patri, vel quia conditio transit ad hæredem. Nam statutum istud habet hunc intellectum, quod dotetur, & per hoc incipit à præcedenti dispositione: Ergo conditio annexa ad dispositionis effectum transit ad hæredem. Item non stetit per patrem, argumen. *l. vter ex fratribus ff. de condi. insti.* In contrarium determinat Bal. quia iste casus est omissus à statuto, ergo relinquitur in iure communi, & istud dicit esse verius, & sequitur Petr. de Anchar. *in commento capitu. canonum statuta. de consti. in versi. pone statuto cauetur, quod filia dotata, do. Alex. in consi. 130 secundi vol. quod incipit, Attentis verbis testa. in 1. col.* ¶ Sexto, pro ista parte negatiua adhuc multum pondero illa verba statuti, masculis descendentibus ex linea masculina, præcipue, ponderando illud participium, *descendentibus*, † quod participium facit conditionem: e secundum quod declarat Bar. *in l. 1. ff. de condit. & demonstra. in vltim. col. in 7. quæstio principali.* Ergo eius sensus est, si descendant ex linea masculina; ergo in successione ascendentium fœminarum statutum ita demum præfert masculos fœminis, si descendant ex linea masculina, & sic conditionaliter: sed conditio denotat causam finalem: † *vt per Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat.* Item conditio debet impleri in forma specifica. *l. qui hæredi. & leg. Mæuius ff. de conditio. & demonstratio.* Item conditio debet cõstare ex omnibus suis partibus, cum denotet formam; *secundum Bald. in l. pro hæred. & ariis. in 1. col. ad fi. C. de hæred. act.* Sed in auia materna non impletur ista conditio formalis, quia masculi non descendunt ex linea masculina, sed fœminina: igitur, &c. Cõfirmatur: quia illud participium, *descendentibus*, † resoluitur in verbum & relatiuum: f vt est gl. notabilis *in cle. 1. in verb. dignitatib. in fin. de præben. quam ibi notat do. Cardi. in 9. colum. & Ioan. de Imol. in l. 1 ad fin. ff. de cond. & dem. Bart. in leg. centurio. circa 8. vel 9. colum. ff. de vulg. & pupill. do. Alex. in consi. 119. primi vol. quod incipit. Viso processu super causa vertente inter spectabilem equitem in 4. colum.* Ergo illud participium, *descendentib.* resoluitur, idest, *qui descendent ex linea masculina*: Ergo illud relatiuum, *qui*, iunctum verbo futuri temporis conditionem † inducit. *l. Stichum qui meus erit. ff. de le. 1. l. si debitor. §. verisimile. & ibi Bart. & l. si quis fundum. & ibidem etiam notat Bar. ff. de contraben. emp. & leg. nuper. in ver. fin. ff. de lega. 3.* Item relatiuum, † *qui*, sine copula stat restrictiue. *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bar. in l. cunctos populos. in 1. colu. C. de summa trini. & le. omnes populi. in 1. colu. ff. de iusti. & iur.* Ergo restringit dispositionem statuti, vt solum procedat in illis masculis, qui descendunt ex linea masculina: vt est in auia vel proauia paterna: ergo excludit masculos descendentes per lineam fœmininam, vt est in auia vel proauia materna. ¶ Septimo facit; quia istud statutum est correctorium, seu derogatõrium iuris communis, † quia de iure communi non est differentia sexus masculini à fœminino, ne alias simus accusatores naturæ. *leg. maximum vitium. C. de libe. prater. authent. in successione. C. de suis & legi. & authen. cessante. C. de legi. hære.* Item de iure communi nouo authenticorum sublata est differentia agnationis & cognationis: *vt in iuribus præallegatis. & §. nullam vero. in authen. de hæred. ab intesta.* Ergo istud statutum debet stricte intelligi, vt minus deroget iuri communi, quam sit possibile. *leg. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. de consue. glo. & doc. in leg fin. §. in computatione. C. de iure delib.* Ergo istud statutum dum in hæreditate ascendentium fœminarum præferat masculos fœminis, debet intelligi stricte de hæreditate auiæ maternæ: præsertim cum statutum limitatiue loquatur de masculis descendentibus ex linea masculina, quod non est in auia materna: vt superius deduxi. ¶ Per ista septem fundamenta realiter, & pro iustitia & veritate concludo, quod statutum Brixiæ non habet locum in hæreditate auiæ maternæ, sed bene paternæ. Et licet per ista septem fundamenta remaneant resoluta & sublata quæcunque in oppositum adducta fuerunt, tamen vt veritas adhuc clarius elucescat, & vt ea quæ superius dixi veriora appareant, particulariter respondebo ad omnia ea, quæ supra in oppositum adducebantur. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod quando habemus claram determinationem statuti, non debemus vlterius inuestigare rationem: & quod quando verba statuti sunt clara, interpretatio nusquam tantum debet valere, vt melior sensu existat: & quod in claris & certis non debet esse locus coniecturis: quia respondeo quod omnia ista sunt vera, † & retorquentur ad oppositũ, vt ineuitabiliter faciant pro ista parte negatiua, pro qua verba statuti sunt clara & aperta, cum in hæreditate ascendentium fœminarum admittant masculos ita demum, si sint descendentes ex linea masculina, & sic statutum loquitur limitate: sed in auia materna masculi non descendunt per lineam masculinam, sed per fœmininam, vt in superioribus fuit opportune demonstratum. ¶ Non obstat inquantum secundo & tertio ponderabantur illæ tres vniuersales, scilicet, *quælibet, & quibuscunque*, & dictio, *semper*, quia respondeo, quod omnia superius deducta circa istas dictiones vniuersales sunt vera, † & plane procedunt, quando illæ dictiones vniuersales apponerentur in statuto de per se & simpliciter: sed in isto statuto Brixiensi non apponuntur simpliciter, sed multum limitate, si masculi descendant ex linea masculina: Ergo limitata causa limitatum producit effectum. *leg in agris limitatis. ff. de acquir. re. do. leg. age cum. & ibi Bald. & alij notant. C. de transact.* ¶ Non obstat etiam, dum dicebatur, quod istud statutum videtur continere impossibile respectu fœminarum ascendentium: quia impossibile videtur, quod respectu fœminarum masculi possint descendere ex linea masculina: Quia respondetur, quod istud est bene impossibile in auia vel proauia materna, ergo in eis non habet locum istud statutum: sed bene est possibile in auia vel proauia paterna, vbi masculi descendunt ex filiis masculis ipsarum fœminarum, & sic ex linea masculina ipsarum: vt patet ad sensum, & superius deduxi in secundo fundamento. Ergo apparet, quod statutum Brixiæ bene habet locum in hæreditate auiæ vel proauiæ paternæ, sed non habet locum in hæreditate auiæ vel proauiæ maternæ. Et hanc puto esse meram veritatem, & proprium & verum intellectum istius statuti Brixiensis. ¶ Non obstat etiam, dum dicebatur, quod aliter intelligendo istud statutum Brixiæ nunquam posset habere locum etiam in hæreditate matris, cuius respectu etiam non descenditur per lineam masculi-

masculinam, & tamen contrarium expresse disponitur in statuto: respondetur, quod in hæreditate matris filij masculi excludunt fœminas & descendentes ex eis, non vigore præsentis statuti, super cuius intellectu contenditur, sed vigore alterius statuti hoc expresse disponentis sub Rubrica, de successione descendentium ex mulieribus transeuntibus ad secunda vota: & ex alio statuto sub Rubrica, quomodo successiones deferantur. ¶ Nō obstat vltimo authoritas Paul. de Castr. *in præallegato cons. 339. præsertim in vltima col.* quia dicitur, quod Pau. de Cast. nō attingit ibi directo articulum nostrum, nunquid statutum Brixiæ habeat locum in hæreditate auiæ maternæ, prout est præsens quæstio, sed bene quærit, an illud statutum antiquū Brixiæ habeat locum in hereditate ascendentium per lineam fœmininam: & determinat quod sic. Et istud potest
32 plane procedere in hæreditate auiæ vel proauiæ paternæ, † in qua masculi & sic nepotes, & pronepotes descendunt ex linea masculina, dato quod non sint earum agnati, ita late declarat Pau. de Cast. *in illo cons proxime allegato, in penultim. & vltim. col.* vbi ita declarat verba statuti admittentia masculos descendentes ex linea masculina, vt respectu fœminarum ascendentium intelligantur, prout possunt, non de agnatis: quia fœminæ non possunt habere descendentes agnatos, sed de descēdentib. ex filiis masculis ipsarum fœminarum, qui dicuntur descendere ex linea masculina ipsarum: quoniam sunt verba facti & non iuris, & sic late sunt accipienda, secundum quod conueniunt personis & materiæ, in qua proferuntur: prout in simili notat Bart. *in le. tutelas. ff. de capi. diminu.* Cum ergo in auia materna nepotes non descendant ex eius filiis masculis, sed ex fœminis: Ergo in auia materna nullatenus possunt adaptari verba statuti etiā latissime intellecta, in qua masculi non descendunt ex linea masculina, sed fœminina: ergo secundum declarationem, quam latius prosequitur Pau. de Cast. *in consi præallegato*, tale statutum non habet locum in auia materna, & dum Pau. de Cast. *in vltim. col. illius consilij* concludit. quod dictum statutum locum habeat in hæreditate & successione cuiuscunque ascendentis, non solum patris, sed etiam matris & suæ lineæ, est necessarium dicere alterum de duobus, vel quod Pau. de Cast. intelligitur de linea auiæ vel proauiæ paternę, non aūt maternæ, ne sit sibi ipsi de directo cōtrarius, & contradicat declarationi, quā prosequutus est late superius. Vel si volumus intelligere etiā de auia materna, quod sit inaduertenter dictum & non sit verum. nec possit procedere per declarationem & doctrinam ipsiusmet Paul. de Cast. ¶ Sed aduerte, ne in futurum postea arguar de contrarietate, quod ista cōsultatio fuit facta solum super statuto Brixiæ sub Rubrica de successione ascendentium; sed inferius
g in quarto volumine aliter consului, g propter aliud statutum Brixiæ sub Rubrica, quomodo successiones deferantur, quod hic non ponderaui.

ADDITIO.

a Dispositio.] Ias. supra con. 31 in quæstione. li. 1. & consi. 1. 46. pro fisco. n 33. supra eodem.

b Virilem sexum.] Secus est in nepte ex filio. Iaso. l. 2 q. 21. C. de iure emphy. Alex. con. 53. considerans. n 2. li. 6. con. 125. viso processu. n. 4. li. 4. Dec. con. 319. præclarissime. n. 1. Marc. sing. 33. nepus.

c L. cum prætor.] Ias. supra con. 152. super feudo. nu. 14. li. 2. Aymo consi. 130. de anno. n. 4 consi 156. Iaco. nu. 5. cum aliis per me adductis con. 74. D. Don. Pau. nu 32. consi. 84. casus. n. 10. quam reg. declara vt dixi consi. 82 an facti. num. 16. & seq. consil. 93. quamuis. numer. 24 & consi. 111. & si perlectis. numero 36.

d Posthuma in vtero.] Ias. supra con. 120. domina. n. 11. li. 1. vbi addo.

e Conditionem.] Natta con. 372. in quæstione. nu 3.

f Relatiuum.] Ias. I. centutio. nu. 43. vbi Galiaula. nu. 358. & probauit ibi Rip. nu. 93 de vulg. idem Ias. consi. 65. visis. nu. 5. infra eo. Alex. consi. 124. in causa. nu. 6. li. 2. Bertr. consi. 99. viso processu. nu. 1. lib. 7. Rip. respon. 183. videtur. nu. 21. alias li. 2. c. 26. Natta consi. 204. vertitur. nu. 13. Menoch. consi. 1. nu. 194 vbi hoc consi. citat. Rolan. consi. 43. negari num. 34. cum seq. lib 4 Rimi. iun. consi 19 inter eosdem. nu. 23 consi. 101. inita. num. 16. Mazol. consi. 67. duæ quæstiones. nu 7. consi 105. de validitate. nu. 68. Ceph. consi. 144. c. 1. nu. 35. & consi. 463. non parum num. 35.

g Aliter consului.] Vt patet infra consi. 115. præsens consultatio. li. 4. in eadem causa idem consuluit Cur. iun. consi. 3. placet.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LVI.

THEMA.

MAGNIFICVS iuris vtriusque doctor domi. Andreas de Beccaria veniens ad diuisionem cum fratribus suis cessit, seu renunciauit aliis fratrib. partem suam feudorum, quæ erant inter eos communia, & in recompēsationem alij fratres dederunt ei certa bona allodialia, & promisit pro se & hæredibus suis non contrauenire sub obligatione omnium bonorum. Nūc filij domini Andreæ vellent viuente patre reuocare talem cessionem feudorum: eo quia talia feuda sunt antiqua, auita, & proauita, concessa eorum antecessoribus pro se, suisque filiis & descendentibus masculis & legitimis vsque in infinitum; & ex dicta antiqua concessione est acquisitum ius ipsis filiis in dictis feudis, cum ad illa veniant ex prouidentia antecessorum, non autem vt hæredes; & ideo per cessionem paternam non debuit posse eis præiudicari, nec tolli ius auita & proauita acquisitione competens. Quæritur, an tales filij, seu agentes pro ipsis possint rescindere talem contractum cessionis seu renunciationis feudorum antiquorum viuente adhuc patre, & etiam non obstante dicta obligatione & promissione.

SVMMARIA.

1 *Filius viuo patre non admittitur ad rescindendam renunciationem factam à patre de feudo hereditario etiam antiquo. & n. 2. & 20.*

Feuda hæreditaria non transeunt ad filios, nisi etiam sint hæredes. nu. 1. & 2. vbi ait communem: & vide n. 20. vbi declaratur.

2 Filius patris hæres non potest impugnare renunciationem feudorum à suo patre factam, cum cēseatur eadem persona. & nu. 9. & 21. & seqq. vbi declaratur multis modis.

3 Clausulæ appositæ in executiuis non ampliant nec alterant principalem dispositionem, sed eam declarant, vt n. 4. sed vide nu. 26. & seqq.

Hæres nō potest impugnare factum defuncti. vide verb. filius patris hæres.

5 Feudi repudiatio facta à patre vasallo præiudicat eius filiis & descendentibus, quando feudum est nouum, idem est in feudo antiquo, si filius adiuit hæreditatem patris renuncians nullo confecto solenni inuentario. & nu. 24. & 29.

6 Vasallus renunciando feudo tacite vel expresse præiudicat filiis & descendentibus. & n. 24. & 26.

Patronus potest in præiudicium filiorum suorum & ab eo descendentium renunciare iuri patronatus, ita vt filij ne ex propria quidem persona ad illud venire possint. n. 6.

7 Filius etiam viuo patre potest recuperare feudum antiquum à patre alienatum pretio reddito & etiam si alienationi consenserit dominus directus. & nume. 8. & seq.

8 Filius habet ius vendicandi fundum suum venditum à patre etiam eo viuo, & hoc quo ad ius, sed quo ad exercitium non potest filius experiri nisi consentiente patre.

9 Pater pro feudis acquisitis pro se suis filiis & descēdentibus in infinitum, non potest ipsis filiis præiudicare, cum filij ea non habeant à patre, sed à progenitoribus. & nu. 15. vbi bene comprobatur & ampliatur procedere etiam domino directo consentiente. & num. 26.

Feudum. in feudo antiquo & acquisito pro se filiis & descendentibus non potest filiis præiudicari, quia filij non habent illud à patre sed à progenitorib. vide verbo pater in feudis.

Ius acquisitum filiis sine facto patris non potest à patre eis auferri. nu. 9.

10 Feudum acquisitum pro se filiis & descendentib. possunt filij retinere repudiata hæreditate paterna, quia tunc non censentur vocati vt hæredes. sed tanquam filij ex pacto & prouidentia antecessorum acquirentium & num. seq.

Filii feudum acquisitum pro se filiis & descendentibus possunt retinere paterna hæreditate repudiata. vide verbo feudum acquisitum.

11 Frater si fecerit quitationem fratri de omni eo quod petere posset in hæreditate paterna, non impeditur per hoc petere feuda, quia non petuntur tāquam ex hæreditate paterna.

12 Filius si viuo patre renunciet hæreditati paternæ etiam cum iuramento non præiudicat sibi in feudo.

13 Feuda non veniunt in restitutione fideicommissi hæreditatis: quia non censentur hæreditaria, nec habentur iure hæreditario. sed magis beneficio concedentis.

14 Filius in feudo institutus in re certa æqualiter succedit cū alio filio hærede vniuersaliter instituto, quia feudum non est proprie de corpore hæreditatis.

15 Feudum. in feudis antiquis patris factum non præiudicat filiis quamuis postea sint eius hæredes.

16 Inuestituræ antiquæ sunt attendendæ: nec possunt in feudis antiquis illæ immutari nec alterari in præiudicium vocatorum in eis, & in hoc patris negligentia non nocet filiis.

17 Filius in feudo antiquo non succedit etiāsi non sit hæres.

18 Hæres potest contrauenire facto defuncti quando tendit ad fraudandum hæredem. l. beneficio.

19 Feudi renunciatio non nocet ei, cui defertur ius per mortem renunciantis.

24 Filius adeundo patris hæreditatē cū beneficio inuētarij potest reuocare alienationem feudorū à patre factā.

25 Pendentia actus non debet plus operari quam si casus de præsenti euenisset.

Actus pendentia non debet plus operari, quam si casus de præsenti euenisset. vide verbo pendentia actus.

26 Dubium relinquitur interpretandum sed non id quod est certum, quia determinata non egent determinatione, sed indeterminata. (tas intellectus n. 26.

Certitudinem omittere & quærere indicia est infirmia

27 Declarans nihil de nouo disponit nec inducit. & nu. sequenti: vbi declaratur.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIso & diligenter considerato themate & titulo quæstionis superius notato, videretur prima consideratione dicendum, quod filij viuente patre nullatenus admitti debeant ad rescindendum talem renunciationem factam per patrem dictorū feudorum antiquorum ad eū spectantiū: eo quia reperitur in duob. locis inuestiturarū verbū, *hæredibus*, & sic talia feuda censentur esse hæreditaria; sed sic est, quod † feuda hæreditaria nō 1
trāseūt ad filios, nisi ēt fuerint hæredes. *c. 1 an agnat. vel filij. & c. filius de capit. qui curiam vend. Iac. de Beluis. & moderni in c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis. Andr. de Iser. in c. 1. §. hoc quoque. de succes. feu. & in d. c. 1. an agna. vel filij. do. Alex. in cons. 10. tertii vol. quod incipit, Ponderatis his quæ in themate narrantur. in pen. col.* Sed filij quando sunt hæredes non possunt impugnare renunciationē, seu cessionē feudorū ab eorū patre factā, † cū censeatur 2
eadē persona: *vt in auth. de iureiur. à mor. præsti. in prin. gl. in l. 2. §. si. & ibi Bar. ff. de prato. stip.* Vnde sicut pater nō pōt cōtrauenire renunciationi istorū feudorū, quia non pōt venire contra factū propriū, ita nec eius filij futuri sui hæredes non debēt posse eius factū impugnare: *vt l. cum à matre. C. de rei vēdi. & l. si ab eo C. de li. cau. & l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. & l. 1. in prin ff. de exce. rei vendi. & l. vnā ex familia §. sed si vno. ff. de l. 2. & l filius familias. §. cū pater. ff. de l. 1.* Et quod in feudo hæreditario acquisito pro filiis & hæredibus filij non admittantur nisi etiam sint hæredes, tenet Bartol. *in leg. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. li & in l. 3. ff. de interdi. & relega. & in l. quod dicitur. in pen. col. & ibidem alij scribentes. ff. de verb. oblig. Ioa. And. in addi. Spec. in tit. de feud. §. si. in addi. quæ incipit, Directe. Cy. in l si manumissus. ad fi. C de li. & eo. li. do. Alex. in cons. 13 quinti vol. quod incipit, Perspectis his, quæ in themate narrantur. in penul. columna. vbi dicit istam esse communem conclusionem doctorum vbique. domi. Alexand. in consil. 16. quinti volum. incipit, super eo, de quo quaritur visis instrumen-*

tis

tis inueſtiturarum. & in conſ 28. eiuſdem quinti vol. incipiente, In cauſa & lite vertente ſuper feudo. in penul. & vlt. colu. ¶ Nec prædictis habet obſtare, quod illud verbum, *hæredibus*, eſt appoſitum in clauſulis executiuis, & non in principali diſpoſitione, Nam clauſula diſpoſitiua continens ſubſtantiam & concluſionem feudalem dicit, pro ſe ſuisque filiis & deſcendentib. in infinitum: & ſic in corpore conceſſionum feudalium non reperitur illud verbum, *hæredibus*. Vnde † clauſulæ appoſitæ in executiuis non 3
ampliant, nec alterant [a] principalē diſpoſitionem, ſed illam in ſuo eſſe confirmant. *clem. 1. de præb. 10. de Im. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. col. ff. de verb. obl. dom. Anto. de But. in conſ. 29. quod incipit. Viſis puncto & quæſtis. circa primam dubitationem &c. vbi per tex. d. cle.* primæ. dicit, quod verba ad executionem prolata non alterant vim primariæ diſpoſitionis, ſed in ſuo primo intellectu confirmant: ergo cum in ſubſtantiali conceſſione feudorum non adſit verbum, *hæredibus*, ſed tamen dicatur, *pro ſe ſuisque filiis & deſcendentib. in infinitum*, ergo apparet, quod ad iſta feuda veniunt deſcendentes tanquam filii ex pacto & prouidentia acquirentis, & ſic non veniunt vt hæredes, ergo verbum, *hæredibus*. poſtea poſitum in clauſulis exequutiuis non immutabit ſubſtantiā principalis conceſſionis, quia ad hoc poteſt reſponderi, quod licet verba appoſita in executiuis nō poſſint alterare nec immutare ſubſtantiam primariæ 4
diſpoſitionis, † tamen poſſunt declarare intentionem circa conceſſum; *ſecundum Bald. in l. eam quam. in 9. col. C de fideic. quem refert & ſequitur Aret. in conſi. penul incipiente, Magnifici & excelſi domini. in 3. col. ad fi.* Vnde cum principalis conceſſio eſſet facta ſimpliciter pro filiis & deſcendentib. & poſſet dubitari, an requiratur, quod filii ſint etiam hæredes; quia ſicut in feudis nomen *hæredis* accipitur pro filio; *vt eſt tex. in c. 1. in ver. & ſi clientib. de alie. feud. & ibi Bald. in 8. notabili ad hoc notat, & dicit, quod de hoc non eſt tex. clarior in iure illo. facit tex. in c. fi. ſi de feu. fue. controu. inter do. & agn. gl. Bar. & alii in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb.* Ita videbatur econtra, quod in feudis nomen, *filiis*, deberet accipi pro *filiis hæredib.* & iſtud eſt de quo dubitauit Aret. licet non decidat *in conſil. 14. incipiente, Viſo & diligenter conſiderato themate ad me tranſmiſſo. in 12. col. & ſeq.* Vnde in caſu præſenti iſtud declaratur per verbum, *hæredibus*. poſitum in executiuis, quod declarat intentionem concedentis eſſe, quod alia feuda ſint hæreditaria, & competant filiis & hæredibus, & ſic ita demum ſi ſint copulatiue & filii & hæredes. ¶ Secundo, pro iſta parte facit illud, quod
b in terminis videtur decidere [b] Bald. *in l. qui ſe patris. C. vnde lib. in antep. col. in verſ.* Item quæritur, ſi vaſallus perdit feudum. vbi formaliter quærit, an ſi va-
5 ſallus repudiet feudum, † iſta repudiatio præiudicet eius filiis & deſcendentib. & refert Nico. de Materellis *in l. 1. C. de reuo. do.* dicere, quod ſi feudum eſt nouum, & tunc præiudicat, quia redit ad dominum ſecundum conſuetudinem feudorum; ſed ſi eſt antiquum, ſi quidem filius adiuit hæreditatem patris renunciantis, & tunc factum patris ſibi præiudicat; *l. quæ à patre. C. de reſti. mil. & l. ſi venditrici. C. de reb. alie.* niſi feciſſet inuentarium ſolenniter; quia tunc non debet ei nocere aditio hæreditatis; *vt l. fi. §. in computatione. & quod ibi notatur. C. de iure delib.* Si autem repudiat hæreditatem paternam. & vult feudum retinere. & tunc repellitur alia ratione, ſcilicet quia non licet filio repudiata paterna hæreditate feudum retinere. *c. 1. an agna. vel filii. & ca. 1. ſi vaſal. feu. prius.* Bald. vero ibi conſiderat, an pater conſentiat aliquid in ſuum præiudicium, & non præiudicat filio; quia in ſimplici conſenſu non abſorbetur ius futurum. *l 1. §. quod ait. ff. quo. lega.* Idem in renunciatione feudi ſimpliciter facta, ſi vero renunciat feudo, & promittit non venire contra renunciationem per ſe ſuoſque filios & hæredes; & tunc debet diſtingui, vt in aliis bonis filii venditis vel donatis à patre; *vt notatur in d. §. in computatione. & in l. cum à matre. C. de rei ven.* Nam filius, qui eſt hæres patris, non poteſt venire contra actum patris, ſicut nec ipſe pater. ¶ Tertio facit, quod decidit Paul. de Caſtr. *in conſ. 154. quod incipit, Circa præſentem caſum notandum eſt, in vlt. col.* vbi tenet, quod vaſallus [c] renunciando feudo tacite, † vel expreſſe, præiudicat [d] filiis & deſcendentib. motus per illud, quod in ſimili notat Arch. *in c. 1. de iure patr. in 6.* in iure patronatus eccleſiæ, quod deuoluitur ad deſcendentes & agnatos quaſi per eundem modum ſicut feudum. Nam tenet ibi Arc. quod patronus poſſit in præiudicium filiorum ſuorum, & ab eo deſcendentium, renunciare iuri patronatus, & priuare filios eius, vt etiā ex propria perſona venire non poſſint, nec tanquam filii; *per cap. ſignificauit. in fin. de teſt.* cod. modo dicendum videtur in feudo, tam in tacita repudiatione, quam in expreſſa, vt facta à patre præiudicet filiis & deſcendentibus quia feudum ſolet tranſire ad filios vt filios, ſicut illud ius patronatus. ita ibidem formaliter concludit Pau. de Caſtr. ¶ Sed præmiſſis non obſtantib. contrariā ſententiam arbitror de iure veriorem, quod filii magnifici dom. Andr. ſeu agentes pro ipſo poſſunt infringere ceſſionem feudorū factam à patre etiam eo viuente, dummodo fiat reſtitutio bonorum allodialiū datorum in recompenſationē feudaliū, ex inſcriptis fundamentis, ex quib apparebunt clare reſoluta & ſublata, quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur. Moueor in primis, *per tex. in c. Titius filios ſi de feu. fue. contr. inter do. & ag. vbi eſt tex.* quod ſi Titius habēs filios maſculos alienet feudum, † quod fi- 7
lii etiam viuo Titio poſſunt illud feudum recuperare pretio reddito; [d] & ita per illū tex. tenent And. d
de Iſer. Iac. Alu. & Car. Alex. ibi; intelligentes illum tex. loqui in feudo antiquo, & quando alienatio eſt legitima, puta quia ſit facta in fratres alienantis. idē per illum tex. tenet. do. Franc. de Cur. *in conſ. pen. incipiente, Circa primum in quo quæri videtur. in 1. col.* Vbi tenet, quod feudum antiquum filii & deſcendentes. & in vita poſt mortem patris alienantis, poſſunt reuocare, reſtituto prius pretio, dato etiam quod directus dominus conſenſerit tali alienationi. Confirmatur per illud, quod notabiliter decidit Bal. *in l fi. §. in computatione. C. de iure delib in 1. quæſt.* vbi quærit, pater vendidit rem filii, puta fundum eius, † nunquid viuo patre filius habeat ius vendi- g
eandi? & reſpondet quod ſic, ſi ius inſpicias; ſed ſi exercitium inſpicias, non poteſt filius experiri niſi conſentiente [e] patre; *vt l. 1. in fi. C. de anna. excep.* Item e
ipſe pater tanquam legitimus adminiſtrator licet veniat contra factum ſuum, [f] quia tamen officium f

sui est necessarium & naturale, cui non pōt renunciari. *argum. leg. amicissimos. §. Lucius. ff. de excu. tut.* per consequens potest venire alieno nomine, quamuis suo nomine venire non posset; vt notatur in *l. cum à matre. C. de rei vendi.* nisi forte iurasset se nullo nomine contrauenturum. Nam tunc sua sponte non posset contrauenire propter iuramentum; vnde tūc est remedium, quod filius agat, & faciat patrem cogi ad consentiendum: quia illud iuramentum intelligitur saluo præcepto superioris; *vt notatur in l. non videtur. §. qui iussu ff. de regu. iur. & le. fina. ff. ad municipa.* ¶ Secundo principaliter pro ista parte multū facit; quia ista feuda realiter & vere nullatenus sunt hæreditaria, cum sint ab antecessoribus acquisita pro se, & eorum filiis, & descendentibus in infinitum; quo casu descendentes censentur vocati ex pacto, & prouidentia maiorum acquirentium, & consequenter sunt vocati vt filij & descendentes, non autem vt hæredes; quo casu clara & indubitata est omnium scribentium conclusio, quod pater non potest in talibus feudis ipsis filiis præiudicare,
9 † cum filij non habeant ista beneficia feudalia à patre, sed à progenitoribus, *vt inquit glos. in c. 1. in gloss. 2. in tit. an agna, vel filij.* Vnde notissima est ratio, quod ius acquisitum filiis sine facto patris, pater eis auferre non potest, *l. si arrogator. ff. de adoptio. l. si partem. 1. ff. quemadmo. ser. ami. leg. fina. ff. de pact. & in regu. id quod nostrum est. de regu. iur.* Et sic filij possunt etiam viuo patre reuocare. *ita volunt Bar. & alij in l. quod dicitur. ff. de verborum oblig. & in le. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. Bar. in l. vt iurisiur. §. si liberi. ff. de oper. li. & in l. 3. ff. de interdic. & relega. Cyn. in l. si manumissus. ad fi. C. de liber. & eo. lib. 10a. And. in addi. Specu. in tit. de feudis. in §. quoniam. in addi. quæ incipit, Directe. Andr. de Iser. in c. 1. ad fi. el. 1. in tit. qui succes. tene. & in c. 1. in 1. col. in tit. an agna. vel filij. & in c. 1. in princip. in 1. col. de alie feud. paterni. do. Alexand. in consilio decimo. tertij volumi. in pen. columna & in quinti volumi. consilio 19. in prima & secunda columna & in cons. 28. quinti vol. in pen. colum. ad fin. & seq. quæ consilia superius allegaui. Bal. Ang. & moderni in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1.* & ab ista conclusione nemo discrepat. Item quando feudum est ac-
10 quisitum pro se & eorum filiis † descendentib. vt in casu præsenti, certe possunt filij feudū retinere re-
8 pudiata hæreditate paterna: 8 quia tunc non censentur vocati vt hæredes, sed tanquam filij ex pacto & prouidentia antecessorum acquirentium: *prout tenent doc. in locis præalleg. & And. de Iser. Bal. Iac. Alua. & cæteri moderni in c. 1. in tit. an agna. vel filij. Pau. de Cast. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. & in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius voc. & in authen. post fratres. C. de legi. hære. & in l. pro hære. §. si quid tamen. ad fi. ff. de acq. hære. d. Alex. in l. si patroni in prin. ff. ad Tre. & in præallegato cons. 19. quinti vol. & ēt in cons. 26. quinti vol. quod incipit, Ponderatis his quæ in themate narrantur. in 2. & 3. col. Confirmantur prædicta per illud, quod tenent Bar. Bal. & Ang. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hared.* vbi referunt Dy. consuluisse, & eum sequuntur: quod si
11 frater † fecerit fratri quittationē de omni eo quod petere posset in hæreditate paterna, per hoc non impeditur petere feuda: quia non petuntur tanq̄ ex hæreditate paterna. idem tenet & late Bal. *in authē. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. & in l. 1. in 10. q. ff. de re diui. & in cons. 487. prima partis, incip. Quædam puella. in vlti. col. Albe. de Rosa. in l. tres fratres. ff. de pac.* Similiter si filius viuo patre renunciaret hæreditati paternæ etiam cum iuramento, † istud non præiudicaret si- 12
bi in feudo, quin posset feudū petere, cum non sit hæreditarium. *ita notabiliter tenet Bal. in c. 1. in 4. col. per illum tex. in tit. an agna. vel filij.* Itē ad prædicta facit, q̄ feuda non veniunt in restitutione fideicōmissi hæreditatis; quia non cēsentur hæreditaria, nec habētur iure hæreditario, sed magis beneficio concedentis: [h] secundum Dy. Bar. & alios *in le. si patroni. in* h
prin. ff. ad Treb. Bald. in l. cum virum. in vlti. col. C. de fideic. cum suis concor. Itē facit, quia in feudo filius institutus in re certa æqualiter succedit cū alio filio hērede vniuersaliter † instituto [i] quia feudū non est pro- 14
prie de corpore hæreditatis: secūdū Bal. *in c. 1. in prin.* i
in vlt. col. de succes. feu do. Alex. in præallegato cons. 19. quinti vol. in 5. col. ad fi & seq. ¶ Tertio principaliter facit; quia in feudis antiquis, prout sunt ista, factum patris non præiudicat [k] filiis, † quamuis postea sint e- k
ius hæredes. *ita tenet gl. ordinaria in c. 1. §. hoc quoque. in* 15
verb. inuestire. de succes. feu. & ibidē Bal. in terminis adhuc fortiorib. in 2. col. in ver. pone ego recepi feudum &c. tenet, quod ēt pater, qui recepit, vel qui acquisiuit feudū, non pōt illud alienando, ēt cum consensu directi domini, præiudicare filiis. Quærit. n. ibi Bal. Pone, q̄ ego recepi seu acquisiui feudū pro me & filiis meis vsq; ad quartā generationem duraturū, deinde ego alienaui tale feudum: nunquid in præiudicium filiorū ad dominū libere reuertatur? primo dicit videri q̄ sic tali ratione: *quia tex. in c. si vasallus culpam. si de feud. fue. contro. inter do. & agna.* expresse dicit, quod culpa patris nocet omnib. ex se descendentib. Item filius non pōt habere feudū nisi sit hæres patris. *c. 1. an agna. vel filii.* Itē non pōt habere feudū nisi ingrediatur gradum paternum. *c. 1. in prin. de succes. feu.* Sed illum gradum reperit fermentatum, & sic ab eo rubiginem contrahit. Item adeundo hæreditatem se obligat ad pœnam, arg. *l. si ab eo. in ratione litera. C. de liber. cau.* Item certum est, quod delictum testatoris nocet hæredi suo quoniam hæres successor est vitiorum & culpæ defuncti: *vt leg. eum qui. §. in hac. ff. de publica.* Præterea, pater dissipando bona potest nocere filio; *vt est gloss. in le. 1. C. de inoffic. dona.* Sed istis non obstantibus contrarium determinat Bald. quia non est æquum, quod culpa patris noceat filio; *vt leg. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bonor. poss. contra tab.* Item forma inuestituræ aliquid debet operari. *capitu. primo de duobus fratribus à capitu. inuesti.* Sed tenor inuestituræ de liberis loquitur, non de hæredibus; vt notatur per gloss. *in leg. si operarum. ff. ope. liber.* Item ius feudale est quæsitum filio beneficio domini directi, magis quam facto patris; *vt notatur in capitu. primo. §. cum vero Corradus. de iis qui feudum da. pos.* Ergo facto patris non debet ei auferri. *leg. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adop.* Præterea, non debet concedi patri, quod fraudet filium: *vt leg. fin. ff. si quid in fraud. patro.* Præterea, filius non venit vt quilibet hæres, sed iure sanguinis quod est immutabile; *vt leg. ius agnationis. ff. de pact.* Item etiam si dominus directus consentiat, non videtur hoc fieri posse in præiudicium filiorum, imo dominus tanquam male fidus debet haberi respectu ipsorum filiorum, quorum commoda patitur dilabi: *vt in capitu. prima de*

fer.

for. fideli. Item expressa substitutio vulgaris potest fieri in feudis. & tunc destitutus vel renuncians aperit viam substituto. *l. vt hæredibus. ff. de legat. 2. quia verba contractus sic sonant. leg. Lucius. §. filiam. ff. de lega. 2.* Item iura filiorum pater alienare non potest, imo debet ea conseruare, & augere; *vt leg. 1. C. de bon. mat. & leg. in quæstione testamenti. Cod. de senten. pas.* Item contractus requirunt iuris adminicula, & ideo non potest quis contrahere super iure tertij; *vt l. fin ff. de pact. ita ibi reſider Bal. istam decisionem Bald. refert & sequitur dom. Alex. in cons. 18. quinti volu incipiente, Attentis narratis in themate. in 1. col. ad fin. & in cons. 28. quinti volum. quod incipit, In causa & lite vertente super feudo. in penultim. colum.* & licet domi. Alexand. in istis duobus consiliis intelligat prædictam decisionem Bal. procedere in alienatione feudi antiqui, & secus dicat esse, si feudum esset nouum; *secundum Iacob. Alua. in capit. 1 §. fin. in tutu. quæ fuit prima causa bene. amitt. in 18. & 47. quæst.* In hoc vltimo aliter non insisto, postquam dominus Alexand. clare firmat, quod in feudo antiquo pater illud alienando, etiam cum consensu directi domini non possit præiudicare filiis, & iste est proprie casus noster: quia nos loquimur in feudis antiquis, auitis, & proauitis; tamen si bene inspiciantur verba Bald. clare patet ex themate per eum formato, dum quærit: *pone, ego acquisiui feudum pro me & filiis meis, &c.* Bald. loquitur in feudo nouo, sed ista inuestigatio, vt dixi, non est ad propositum nostrum, postquam sumus in feudis antiquis, ¶ Quarto, ad idem facit, quod notabiliter
1 decidit Bald. *in consi. 215 secundæ partis incipiente, Proponitur, quod inuestituræ antiquæ, &c.* vbi quærit: pone, quod inuestituræ antiquæ feudi à quinquaginta annis retro fuerunt factæ in filios & descendentes masculos & fœminas in infinitum, sed ab annis quinquaginta citra fuerunt in masculos tantum, ex quorum vltimo nata est quædam domina Isolta quæ dicit, ꝙ nõ obstante inuestitura patris & aui, quæ fuit in masculos tantum, ipsa venit ex inuestituris proaui & antiquorum, ex quibus toti eorum posteritati, & vtrique sexui ius est acquisitum: quæritur, vtrum inuestitura antiquorum ei profit, an vero inuestitura modernorum, scilicet aui & patris, quæ fuit restricta ad masculos tantum habeat prædictæ dominæ præiudicium generare? Primo dicit, quod natura feudorum hæc videtur esse, quod propter patris culpam generetur filio præiudicium: *vt notatur in capi. 1. §. denique. quæ sit prima cau. benefi. amitt. & in capit. 1. si vasallus feud. priue. cui defera.* Sed quædam culpa est iura sua & filiorum negligere, & antiquorum prouidentiam dimittere, & deferre, & nouos contractus præiudiciales facere; *vt l. si quis ante ff. de acquir. pos. & leg. pacta nouissima. C. de*
16 *pact.* Sed contrarium determinat Bald. quia in nullo capitulo feudorum hoc est expressum, † quod per pactum patris possit derogari filio, in eo ꝙ habet à genere, & non à patre: *vt in capit. 1. in §. strenuus. de feudi cogni.* Sed de iure communi hoc est, quod ius posteritati quæsitum priuilegio, vel antiquitate pater non potest auferre filiis. *l. 3. ff. de interdi. & rele. 4. & l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bon. poss. contra tabu.* Item istud feudum est antiquum. ergo ex persona aliorum successorum non debet mutare pristinum statum. *l. 2 §. ex his. ff. de verborum obliga. leg. quæ à patre. C. de restitu. mili. c. 1. § si vero. in ratione sui. de inuestitu. de re. alie. fac. & argum. l. an vitium §. ex facto. ff. de diuer. & tempo. præscript.* Præterea, prior gradus non potest substitutis, & sic post eum successuris præiudicium generare, nec quod pure in ipsis bonis non est, in alium transferre; *vt l. fin. §. fin autem sub conditione & authent. res quæ. C commun. de legat.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod filius non succedit in feudo, nisi sit hæres: *vt in cap. 1. an agna. vel filij.* & si est hæres, ergo non potest venire contra contractum paternum: quia respondet notabiliter Bald. Primo ꝙ non est simpliciter concedendum, quod in antiquo feudo sit necesse, † quod sit hæres patris, nisi in 17
ipso feudo cum oneribus suis, *vt notatur in capitu. 1. §. hoc quoque. de succes. feud.* nisi inuestitura diceret de filiis hæredibus, & non de descendentibus simpliciter: *vt notat Cyn. in l. liberti libertaque. C. de oper. liber.* Secundo & notabilius respondet Bald. quod † et- 18
iam hæres potest venire contra factum defuncti, quando tendit ad fraudandum hæredem à legis beneficio: *vt notatur in leg. 1. & 2. C. si quid in frau. patro.* Quærit successiue ibidem Bald. pone, quod pater istius dominæ Isoltæ renunciauit tali feudo, nũquid dicta renunciatio noceat dictæ eius filiæ: & determinat quod non; quia renunciatio non nocet alteri quam ipsi renuncianti. † ei enim cui defertur 19
ius per mortem renunciantis non nocet refutatio feudi: *vt in c. 1. de aliena. feu pater.* quia sicut extinctus per mortem non præiudicat alteri, ita nec quasi extinctus per refutationem: *vt in ca. 1 de vasal. de rep. ata.* Vbi dicitur, non obstante refutatione feudum est paternum. ipsi autem refutanti dum viuit, bene obstat refutatio: *vt in capitu. tres erant agnati. de eo qui finem fecit agna. de feud. ibi dum dicit, nisi feudum domino refutauit, ita ibidem resident Bal.* ¶ Quinto & fortius, etiam fatendo, sine veri præiudicio, quod ista feuda vere essent hæreditaria, & quod inuestituræ in parte substantiali expresse dicerent, pro se & eorum filiis & hæredibus ac descendentibus in infinitum; adhuc in casu præsenti filij possent reuocare partem de iure spectantem patri istorum feudorum quibus pater renunciauit, attento quod ista feuda sunt antiqua & auita, ac proauita. Nam licet alias verum sit, quod quando feudum est acquisitum ab antecessoribus pro se, filiis & hæredibus, & consequenter est feudum hæreditarium, non possint filij amplecti feudum, & repudiare hæ- 20
reditatem; sed requiritur vtrunque copulatiue, ꝙ sint filij, & hæredes: *vt in d. capitu. 1. an agna. vel filij. & in capitu. filius. de capita. qui curi. vendi. & rationem assignat Bald. in dicto capitu. 1. in 1. column. & latius in 3. & ibidem Bald. in l qui se patris. in 7. column. ad fin. C. vnde lib.* licet posset dici, quod istud non simpliciter procedat in feudo antiquo, *prout dicit Bald. in consilio 215. secundæ partis*, prout retuli in fundamento præcedenti. Sed fatendo, sine veri præiudicio, vt dixi, quod in feudo hæreditario acquisito per antecessores pro se, filiis, & hæredibus, requiratur vtrunque copulatiue, scilicet quod sit filius, & hæres: tamen hoc non obstante quod filij actualiter sint hæredes patris renunciantis vel alienantis, tamen possunt feudum antiquum, auitum, & proauitum reuocare: nec etiam tunc pater potest filiis præiudicare, cum filij non accipiant tale ius à patre, sed à genere, & sic

à progenitoribus, qui acquisiuerunt, licet ministe-
21 rio patris. ¶ Et illud, quod dicitur † quod filij quando sunt hæredes patris non possunt venire contra renũciationem feudorum ab eorum patre factam, cum censeantur eadem persona: vnde sicut ipse pater non posset contrauenire renunciationi feudorum, quam ipse fecit, quia non potest venire contra factum suum proprium: ita nec eius filij quando sunt eius hæredes: prout dixi in primo fundamento partis contrariæ: respondet notabiliter Bald. *in consilio proxime allegato*, quod formaliter retuli in fundamento præcedenti, quod imo hæres potest venire contra factum defuncti; quando tendit ad
m fraudandum hæredem à legis beneficio: *m vt notatur in l. 1. & 2. si quid in frau. patro.* ¶ Secundo vltra Bald. respondetur, prout in terminis respondet glos. ordinaria *in d. cap. 1. §. hoc quoque. in verb. inuestire. de succes. feu.* quæ circa fi. respondet, quod iura in oppositum
22 allegata, † quæ volunt, quod filij hæredes non pos-
n sunt infringere alienationem feudorum factam à patre, loquuntur in feudo paterno: n sed ista non sunt feuda paterna, sed antiqua, ab antecessoribus acquisita, igitur illa non habet filius vel nepotes iure paterno, *arg. le. si arrogator. §. penul. ff. de adop. ita ibidẽ respondet dicta glos.* ¶ Tertio & adhuc notabilius respondetur, quod regula prædicta, quæ habet, quod hæres non possit venire contra factum defuncti, est
23 vera, † nisi quando à defuncto nõ habet illud quod
o à defuncto est sibi necesse relinqui: o *vt notatur in le. 1. & 2. C. si quid in fraudem patro. ita egregie limitat Bart. lumen legistarum in leg. 2. circa fi. C. de inoffic. dona. & ita proprie contigit in casu præsenti.* ¶ Quarto respondetur, quod isti filij, in casu nostro, mortuo patre poterunt esse hæredes patris cum beneficio inuentarij,
24 † & sic inuentario legitime confecto, p nihil eis no-
p cebit aditio hæreditatis, quin possint infringere alienationem feudorum factam per patrem. *l. si. §. in computatione. cum ibi notatis. C. de iure delibe. & tenet And. de Iser. in c. 1. ad fi. qui succes. tenean. & in c. 1. de aliena. feu. pater. & in c. 1. an agna. vel filij. & in cap. 1. §. hoc quoque de succes. feu. dom. Alex. in cons. 19. & 28. quinti vol. quæ retuli supra in 1. fundamento partis oppositæ, & Are. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, in vlti. col. ff. de le. 1.* ¶ Corroboro strictius præcedentia, quia non debet plus operari
25 pendentia actus, † q̃ si casus de præsenti euenisset. *l. aliquando. §. fina. ff. ad Velleia. l. si quis ita scripserit. & ibi Bar. & l. si seruus cõmunis. ff. de hæredi. instit.* Et sic nõ debet plus operari quod isti filij mortuo patre debeant esse hæredes, si volunt habere feudum hæreditarium, quam si iam actualiter fuissent hæredes, sed si fuissent hæredes patris istud non impediret, quin possent reuocare partem feudorum cessam vel renunciatam à patre, quãdo feuda sunt antiqua, auita, & proauita, vt in casu præsenti. Ergo multo minus erit impedimento pendentia, quod sint futuri hæredes patris, quo minus viuo patre talia feuda possint reuocare, cũ interim donec pater viuit, filij non habeant talia feuda vt hæredes, sed ex prouisione legis, vel ex prouidentia antecessorum, qui acquisiuerunt: *vt cap. 1. de feu. succes. facit optime. l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acquiren. hære. ita dicit Bar in le. item videndum. §. fin. circa medium. ff. de peti. hæred.* ¶ Cõcludo ergo ex prædictis, etiam concesso, sine veri præiudicio, quod ista feuda essent hæreditaria, quod tamen nullatenus est verum, vt ex prædictis manifestissime apparet, & sic etiam fatendo absque veritatis præiudicio, quod ista feuda essent à progenitoribus acquisita pro se, suisque filiis, & hæredibus, ac descendentibus in infinitum, & consequenter requireretur copulatiue concursus, quod isti essent filij & hæredes, prout superius dixi, & volunt Bart. & scribentes in variis locis, quæ plene retuli supra in primo fundamento partis contrariæ, eo quia non possunt tunc feuda acceptare, & paternam hæreditatem repudiare, tamen istud non impedit, quinetiam postquam fuerint effecti hæredes patris possint reuocare feuda antiqua auita, & per eorum patrem alienata, vel cessa: Ergo multo minus erit impedimento pendentia futuræ aditionis hæreditatis, quam facere poterunt, etiam cum beneficio inuentarij, quo minus viuente adhuc patre possint talia feuda antiqua reuocare. Et multo fortius & sine vllo penitus scrupulo prædicta procedent in casu nostro, vbi ista feuda nullatenus sunt hæreditaria, sed simplicia, & acquisita à progenitoribus pro se & eorum filiis, & descendentibus in infinitum, prout cantant inuestituræ feudales in corpore ipsarum concessionum: prout opportune dixi supra in secundo fundamento. ¶ Per ista quinq; principalia fundamenta remanent clare euacuata ea, quæ superius in oppositum adducebãtur, tamen vt veritas adhuc clarius eluceſcat, ad ea particularius respondebitur. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod in duobus locis inuestiturarum reperitur verbum, *hæredibus*, per quod videtur, quod ista feuda censeantur hæreditaria, & consequenter non transeant ad filios, nisi etiam copulatiue fuerint hæredes: & licet in corpore concessionum feudalium non reperiatur illud verbum, *hæredibus*, tamen postea reperitur in clausulis executiuis, quæ licet non possint alterare, neque immutare substantiam primariæ dispositionis, tamen bene possunt eam declarare: sed sic est, quod illa verba, *pro filiis*, simpliciter apposita in conclusione contractuum feudalium possunt esse dubia, an intelligantur pro filiis simpliciter, an vero pro filiis hæredibus, prout visus est aliqualiter dubitasse Are. *in prædallegato consilio 14. in 12. columna. & seq.* & talis dubitatio declarabitur per verbum, *hæredibus*, postea appositum in executiuis: quia respondetur clarissime, quod imo planum est & liquidum, ac indubitatum apud omnes scribentes, † quod 26
quando feudum est acquisitum pro se, & filiis, ac descendentibus in infinitum, quod tale feudum prouenit filiis ex pacto, & prouidentia acquirentium, & nullatenus est hæreditarium, nec vllo modo tunc intelligitur pro filiis hæredibus. ita firmant antiqui & Bartol. & omnes scribentes, & omnes feudistæ in variis locis, quos plene retuli supra in secundo fundamento. Vnde ea quæ sunt clara & lucida, non egent declaratione. *leg. continuus. §. cum ita. in fin. ff. de verbo. obliga. leg. tertia in fin. Cod. de lib. præte. & leg. pediculis. §. argento. ff. de auro & argen. lega. per quem text. notat Bald. in leg. voluntatis. in primo notabili. Cod. de fideicom.* quod dubium relinquitur interpretandum, sed non id quod est certum: q q
quia determinata non egent determinatione, sed indeterminata: *vt no. Bal. in l. certo generi, §. 1. per illum text.*

tex. ff. de seruit. rust. prædio. nec pro incertis est à certis recedendum: *vt dicit tex. in cap. iudicantem, 30. quæst. 5.* Item omittere certitudinem, & quærere indicia, est infirmitas intellectus: secundum Bald. *in d. l. continuum, §. cum ita, per illum tex.* Est ergo [r] communis & vera conclusio omnium scribentium, quod quando feudum est acquisitum pro se & filiis simpliciter, quod tale feudum nõ habetur à patre, sed à genere, & consequenter non est hæreditarium, nec censetur acquisitum pro filiis hæredibus: quamuis solus Aretin. in discursu & incidenter dubitando pungat, sed non decidit, nec firmat, *vt ipsemet dicit in prædicto consil. 14. in 12. col. & seq.* Et sic de eius incidenti dubitatiuncula non est faciendum aliquod fundamentum. ¶ Secundo respondetur, quòd ille
27 qui declarat, nihil dat, † & nihil de nouo disponit, [f] vel inducit: *f vt l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testa. & cap. pastoralis, §. 1. & ibi ad hoc no. do. Abb. de appel.* Sed in casu nostro istud non esset declarare, sed in totum alterare substantiam expressæ concessionis feudalis, quæ fuit facta pro filiis simpliciter, si intelligeretur pro filiis hæredibus propter illud verbum, hæredibus, positum in clausulis executiuis: cum tũc substantiæ feudales valde differant, & sint diuersæ & contrariæ, vt superius fuit demonstratum, vnde ista non esset simplex declaratio, sed alteratio substantiæ feudalis, quæ non potest fieri per clausulas executiuas: vt in præcedenti fuit dictum, scilicet in primo fundamento partis contrariæ. ¶ Tertio respondetur, quod regula, quæ habet, quod qui declarat, nihil de nouo inducit, procedit,
[t] quando declaratio fit circa circũstantias actus: [t] secus autem vbi declaratur substantia actus, quia tũc
28 requiritur eadem solennitas † quæ requiritur & in actu: secundum Ioan. de Ana. *in consi. 84. incipiente, videndum est de virtute renouationis, in 2. col.* Sed in casu præsenti declararetur substantia feudalis, an feudum esset hæreditarium, vel non: & istud fieri non potest in clausulis executiuis, vt superius dictum est. ¶ Præterea & quarto, etiam sine veritatis præiudicio, quando ista feuda fuissent acquisita ab antecessoribus pro se, filiis, & hæredibus, & sic essent hæreditaria, tamen cum sint antiqua, auita, & proauita, adhuc filii possent ea reuocare in vita patris: prout late deduxi supra in quinto fundamento.
u ¶ Secundo non obstat decisio Bald. [u] *in l. qui se patris, in antepenult. colum. C. vnde lib.* quia dupliciter respondetur. Primo, quod illa decisio Bald. non procedit in feudo antiquo, vt est casus noster: *vt patet ex pluribus fundamentis superius deductis.* Quinimo et-
29 iam in feudo nouo pater † non posset illud repudiare in præiudicium filiorum suorum, quando ipsum recepisset pro se & filiis: *secundum Paul. de Castro, in l. apud Iulianum. §. si quis aliqui, ff. de legatis primo.* Secundo respondetur, quod illa decisio Bal. *in l. qui se patris.* procedit, quando feudum erat receptũ pro se, filiis & hæredibus: quo casu factum vnius ascendentis, tempore, quo feudum est apud eum, præiudicat non solum sibi, sed etiam posteris suis hæredibus, cum censeatur quid hæreditarium: *vt concludit Cyn. in l. 2. ad fin. C. de liber. & eo libe. & Bartol. in l. eum qui, ff. de interdi. & relega. & est communis conclusio doctorum vbique.* Secus est in feudo recepto pro se, & filiis, quo casu renunciatio patris non nocet filiis: quia in iure quod per mortem creatur, renunciatio antea facta non consueuit obesse: *vt notatur in l. fina. C. de bon. liber. & ita est de mente Bald. Ange. & moder. maxime Paul. de Castro, in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legatis primo.* & ita in specie declarat illam decisionem Bald. *in l. qui se patris, dominus Alexan. in consilio 13. quinti volum. incipiente, perspectis his quæ in themate narrantur mihi animo instituerã, &c. in penult. colum.* Tertio non obstat decisio Pauli [x] de
x Castro, in prædicto consilio 154. *in vltima colum.* quia similiter respondetur, quod illa sua decisio procedit in feudo nouo, non autem in feudo antiquo, auito, & proauito, vt est casus noster. & ita etiam intelligit & tenet dominus Alexan. *in prædicto consilio 18. quinti voluminis, quod incipit, Attentis narratis in themate, in 2. colum. & in prædicto consilio 28. quinti voluminis, quod incipit, in causa & lite vertente super feudo, in penult. colum.*

ADDITIO.

a Alterant.] Vide eundem consi. 6. primum dubium, n. 24. supra eo. vbi addo.

b Decidere.] Declarat Ias. infra eo cons. nu. 28. cum seq.

c Vasallus.] Vide eundem pro declaratione infra cod. consil. ad fin.

d Reddito.] Brun. cons. 80 circa 1. n. 15. Clar. §. feudum, q. 42. vers. Sed pone Rimi. iu. referens Ias. cons. 5. Agunt, nu. 51. vbi loquitur in patre alienante. Tiraq. de retr. par. 1. §. 1 glo. 9. nu. 47. vbi hoc cons. & ipse refert. Sed si alienans non habet filios tunc agnatus proximior mortuo alienante potest recuperare feudum etiam nullo pretio reddito vt dicit tex. d. §. Titius filios. Dec. consil. 144. & matute, col. 2. vers. 3. nam dato, & cons. 395. In causa, nu. 2.

e Consentiente.] Aret. cons. 71. præsupponitur, 4. dub. Soc. cons. 34. prosequendo, num. 12. col. 6. vers. Capio nunc, lib. 1. Tiraq. de retr. parte 1. §. 1. glo. 9. n. 58. vbi filius agit. Arius Pinel. l. 1. 3 parte, nu. 74. & auth. nisi tricennale, nu. 44 45. C. de bon. mater. vbi sequitur.

f Factum suum.] Refert Phan. tract. de inuent. hæred. par. 7. num 175.

g Paterna.] Et est communis opinio vt dicit Iacob. in inuest. feud. in vers. ita quod ipsi inuestiti, n. 2. & hanc tanquam veriorem sequitur Clar. §. feudum, q. 76. post med.

h Concedendis.] Et ita communiter concluditur vt dicit Ias. in prælud feud. num. 46. Id quod etiam affirmat Rip. l. ex facto, §. si quis ita, nu. 17. ad Treb. Clar. §. feudum, q. 85. vbi & ipse sequitur.

i Instituto.] Ita censuerunt communiter doct. secundum Curt. iun. tract feud. 2. par 1. par. 3. par. princ. q. 3. Didac. varia. resolu. lib. 2. cap. 18. num. 5. & sequitur Clar. §. feudum, q. 86. vbi post Didac. d. loco ait quod doctores in hoc communiter consentiunt.

k Non præiudicat.] Ias. consilio 7. pro Reuerendiss. nu. 23. supra eo.

l Decidit.] Idem Ias. d. cons. 7. nu 24 vers. 5.

m Beneficio.] Ias. d. cons. 7. n. 26. vers. 2. & notabilius.

n Paterno.] Ias. d. consi 7 nu. 31 vers. 4. respondetur. Sed erauit Ias. secundum Menoch. cons. 89. non leuis, num. 110. & contra Ias. est communis, vt dicit Rolan. consi. 97. 1. facit, nu. 48 & 51. lib. 1.

o Relinqui.] Idem Ias. d. consi. 7. num. 31. Gabr. com. opin. lib. 6. de reg. iur. concl 11. nu. 25. declarat Menoch. d. consi. 89. num. 101.

p Confecto.] Vide eundem cons. 236. In præsenti, col. pen. vers. 4. quia pater, cons. 168. In causa, col. vlt. vers. ad hoc tripliciter, infra lib. 4. & hanc magis communem testatur Arius Pinel. l. 1. par. 3. sub nu. 93. C. de bon. mater. Dile&. de arte testan. de acq. hær. caut. 8. ad fin. Oias. decis. 180. solet, nu. 11. & decis. seq. num. 14. vbi alios adducit. & Menoch. in rationibus dubitandi, d. cons. 89 nu. 25. Gabr. d. concl. 11. nu. 9. Rolan. d. cons. 97 nu. 49. 50. vbi hoc consil. refert.

q Certum.] Ias. consil. 43. videretur, nu. 11. super eo. Gabr. com. opin. libro 6. de reg. iur. concl. 4. nume. 25. & 63. vbi hoc consil. citat.

r Est ergo.] Idem Ias.l.si post mortem,in prin.n.3.de leg.1. refert Clar. §.feudum,9.9. vers. quandoq; vero.& 2.
s Inducit.] Vide eum. l. non dubium,6.not.C.de legi.cum aliis citatis per Gabr. d.concl.3.nu.1.
t Substantia actus.] Ias.l.Lucius. sub num 17. vers. Tu ergo de vulg.l.in test. C.de test.mil. Gabr.d.conclus.3. num.61. vbi alios adducit.
u Decisio Bald.] Ita etiam respondet idem Ias. dict.consil. 7.num.33.
x Decisio Pauli.] Ias.d consi.7. nu 34.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LVII.

SVMMARIA.

1 *Litera Saluaguardiæ principis non possunt præiudicare iurisdictioni dominorum immediatorū loci, quominus ij exerceant iurisdictionem suam in subditos in suo territorio delinquentes.& nu.2.*
Saluaguardia principis non præiudicat iurisdictioni dominorum immediatorum loci. vide verbo litera Saluaguardiæ.
2 *Protectio & guardia idem sunt.*
3 *Protectio. verba sub protectione, non important aliquam iurisdictionem esse penes eum, qui sub protectione habet alium. & nu.seqq.*
4 *Verba,* sub regimine, *quid significent.*
Regimen ciuitatis si alicui committatur, non intelligitur commissum merum & mixtum imperium.nu.4.
5 *Pœnæ & multæ pertinent ad eos qui in loco habent ius fiscale.*
6 *Protectioni se submittens non eximitur à iurisdictione sui ordinarij.*
7 *Verba, recipio te sub protectione & defensione mea, quid importent.*
8 *Protectio. per receptionem factam sub protectione superioris non detrahitur iuri aliorum.*
9 *Protectio. sub protectione Papæ qui est per priuilegium non est exemptus à iurisdictione ordinarij, secus est in protecto per recursum ad superiorem.*
10 *Protectioni superioris si quis se committat, talis commissio vim habet appellationis.*
11 *Dominus qui concessit mihi castrum in feudum non poterit cognoscere de primis causis rusticorum castri. quia habet iura vtilia cum vtilitatis effectu.*
12 *Iudex superior non potest inhibere inferiori ne sua iurisdictione vtatur, nisi ex causa deuoluta ad superiorem, & nisi inferior habuerit iurisdictionem nō certam, sed commissam ad nutum superioris.*
13 *Vasallus habet vtile dominium in feudo, & feudum est in vasalli bonis.*
14 *Imperator etiam de plenitudine potestatis non potest tollere contractum emptionis qui est de iure gentium.*
Princeps etiam de plenitudine potestatis nō potest tollere contractus iurisgentium. vide verbo Imperator.
Contractus iurisgentium non sunt positi sub potestate Imperatoris vel principis, & ideo non possunt per eos tolli etiam de plenitudine potestatis.vide verbo Imperator & verbo princeps.
15 *Imperator non potest mutare nec diminuere statum vel honorem aut iurisdictionem vasallorum etiamsi motu proprio contrarium statuat, quia fingitur circumuentus, ita vt non possit probari contrarium: & ibi assignatur ratio.*
16 *Iurisdictio coharet territorio. Intellige vt ibi.*
Territorium est subiectum iurisdictioni. vide verb. Iurisdictio.
17 *Limitata causa limitatum debet producere effectum.*
18 *Rescriptum principis debet semper conformari æquitati & iuri, licet etiam hoc verba eius non patiantur.*
19 *Principis rescribentis mens talis præsumitur qualis de iure esse debet.*
20 *Princeps in dubio nunquam censetur derogare iuri tertij, sed semper saluo iure tertij concedere vel dare, & hoc etiamsi motu proprio rescribat. & nu.21.*
21 *Rescripti forma non est seruanda, quando ex hoc laederetur ius tertij, qui in eo non est nominatus.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIsis literis Saluaguardiæ concessis nobilibus Thomæ & Michelono fratribus de Rotariis ciuibus Astensibus habitantibus ac commorantib. in loco Calocii diœcesis Astensis, necnon visis variis allegationibus præstantissimorum doctorum in præsenti controuersia factis: quia per eos copiose & accurate scriptum est, ego, quæ dicturus sum,paucioribus absoluam. Concluse ergo procedendo, dico pro firmo esse tenendū,quod magnificus dominus gubernator Astensis, seu dignissimus eius vicarius vigore prædictarum literarum saluæguardiæ nō possint de iure,instante egregio do. procuratore fiscali principis, vllo modo procedere contra homines loci Calocii, qui insultarunt prædictos Michelonum & Thomam, & varia damna intulerunt in eorum prædia sita in dicto territorio Calocii, & eos cōdemnare, & pœnas fisco principis applicare, eo quia progenitores spectabilium Conreni & fratrum de Rotariis dominorū dicti loci Calocii emerunt à communitate Astensi domina tunc dicti loci ipsum locum Calocii,cum mero,mistoq; imperio.& omnimoda iurisdictione,& poderio,& toto districtu,& cum omnibus & singulis pertinentiis,& tales vasalli principis, & domini dicti loci habentes omnimodam iurisdictionem parati sunt actualiter procedere contra dictos delinquentes eorum subditos, & eos punire, *iuxta cap. ex transmissa. & c.tenore. de foro compet.* Vnde licet princeps receperit dictos nobiles, Thomam & Michelonum de Rotariis cū eorum bonis sub sua saluaguardia, & protectione, non tamen per hoc potest vicarius domini gubernatoris in literis nominatis procedere contra particulares personas Calocii in dicto loco delinquētes,& immediate subditas iurisdictioni & imperio dominorum Calocii, & vasallorum principis qui talem saluam guardiam concessit, quia per huiusmodi receptionem sub protectione vel † guardia, 1
in nullo præiudicatur iuri, seu iurisdictioni dominorum immediatorum dicti loci,quominus ad eos spectet iurisdictionem suam exercere contra suos subditos in eorum territorio delinquentes: prout sunt textus aperti *in cap. ex parte tua. & in cap. recepimus,in fi. de priui.* Vnde gubernator Astensis & eius vicarius debent esse contenti [a] terris suæ iurisdi- a
ctionis, & non velle sibi vsurpare iurisdictionem dominorum Calocii. *l.solemus. §.latrunculator. ff. de iudi.l.consuluit diualta. C.de testa.cap.nouit, de iudi.* Nam

guardia

2 guardia appellatur defensio † seu protectio. *cap. generali. in princ. & ibi Archid. in 1. colum. de elect. in 6. capit. præterea, 2. de iure patro. & cap. ad aures, de excess. præla.* & in Francia appellatur saluaguardia: *vt inquit Ioan. de Platea, in l. fin. C. de eroga. mili. anno lib. 12.* Sed receptio, vt dixi, sub defensione & protectione superioris in nihilo præiudicat iurisdictioni immedia-
b ti domini. Pro hoc inprimis adduco, b quod notabiliter decidit Bart. *in l. 1. C. de excus. mu. lib. 10.* vbi refert se illo mane dixisse consulendo in quæstione de facto. Dicebatur in capitulis pacis factis cum archiepiscopo Mediolanensi, quod omnia castra occupata per Vbaldinos maneant sub protectione & regimine ipsorum. Dubitabatur, quid importarent ista verba: & respondet, quod ex hoc,
3 quod dicit, protectione, † non dant eis nec per hoc habent iurisdictionem aliquam. *casus est in dict. cap. ex parte tua, de priuileg.* sed habēt potestatem defendendi de facto cum armis & militibus, quod est officium protectoris vt not. *super rubri. C. de dome. ac protec. lib. 12.* Potest etiam defendere in forma iuris & iudicii: secundum notata *in cap. ad audientiam, de appella.* Sed ex eo quod dicit sub regimine ipsorum,
4 videtur † esse maius dubium, quia rector loci idem est quod præses: *vt C. offi. recto. prouin. in rubro & nigro. & l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præst.* & sic ex mente dicti verbi, regimine, habeant merum & mistum imperium. Sed contrarium determinat Barto. quia quando committitur regimen ciuitatis, nō venit merum & mistum imperium: & idem si committatur regimen castrorum vel villarum: *vt. iusiurandum. & §. audient. in authent. de defenso. ciui.* cum sit speciale in vrbe Romana, vt si eius committatur regimen, videatur committi merum & mistum imperium: *vt l. 1. ff. de offic. præse. vrb.* Item cum ista verba sint dubia, interpretari debent contra eum qui profert: *vt l. veteribus, ff. de pac.* Sed posito, sine veri præiudicio, quod per talia verba haberent merum & mistum imperium, tamen adhuc
5 pœnæ & mulctæ, quæ imponuntur in dictis † locis non erunt eorum, sed illius qui in dictis locis habet ius fiscale: *vt l. multarum. C. de mo. mul. & cap. 1. quæ sint rega. in vsib. feud.* vbi expresse dicitur, quod talia non veniunt nisi specialiter concedantur. ita ibi tenet notabiliter Bartol. & idem ibi formaliter sequitur Ang. & etiam Ioan. de Platea, qui subdit, quod per illa verba, sub protectione & regimine, nulla datur iurisdictio, nec submissus eximitur à iurisdictione
6 sui primi ordinarii. † *d. cap. ex parte tua, de priuileg.* sed debetur ei aliqualis maior reuerentia, & delatio ob honorem superioris protegentis: *vt in capit. recepimus, cum sua gloss de priuileg. & cap. ad audientiam de appel.* quia magis timeri solent, quæ à superioribus specialiter exprimuntur: *vt in cap. si aduersus, de hæreti. & l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. suprascriptam decisionem Barto. etiam sequitur Bald. in q. per eum disputata, quæ incipit, ciuitas quædam Thusciæ, in*
c *10. colum. Accedant,* c *quæ ponit Barto. in 1. constitutione ff. veteris, in prin. in penul. col.* vbi quærit, quid importent ista verba, *recipio te in protectionem & defensionem meam.* & refert cano. dicere, quod si aliquis recipiatur sub defensione ecclesiæ, non debet eccle-
7 sia eum defendere cum armis, † sed videtur quod ei maior reuerentia debeatur quam alteri: *vt probatur ex tex. in d. cap. recepimus, de priuileg. cum glos. ibi posita.* sed secundum legistas verbum *protegere*, videtur importare cum armis defendere: *vt est tex. & gl. in l. desertorem. §. fi. ff. de re mili. & probatur in l. 1. & fi. C. de profess. & medi. lib. 18. vt ibi per eum. & per Pet. de Anchar. in consil. 86. incipiente, omisso primo dubio circa medium. Accedat etiam, quod decidit Bart. in l. non dubito, ff. de capti.* ¶ Secundo principaliter facit, quod in terminis nostris notat dominus Abb. *in d. cum recepimus, in vlt. not. ab. per illum tex. de priuil.* vbi notat, quod per receptionē factam sub protectione † superio- 8
ris non detrahitur iuri aliorum. quod dicit esse notandum in facto: quia quotidie domini temporales potentiores recipiunt minus potentes sub protectione eorum. Nam per hoc non præiudicatur iuri aliorum in aliquo. & sic habentes iura parata possunt non obstante tali receptione illa libere exercere: vt ibidem notabiliter per eū. ¶ Tertio facit quod decidit Bal. *in c. ad audientiam, de appel.* vbi decidit quod si aliquis sit sub protectione Papæ per priuilegium, tunc per hoc non est exemptus à iurisdictione ordinarii. † secus est in protectione per 9
recursum ad superiorem: per illū tex. quo casu ad hoc vt talis protectio habeat vim appellationis, requirit solennia appellationis: secundum Hostien. Ita ibidem tenet Bal. alibi. idem Bal. *in l. vnica, ad fin. C. si quacunq; præd. potesta. ex verbo, tuitio, quod est ibi in tex.* sumit argumentum secundum Cyn. ad illud, quod tota die fit, quod quis committit se & domū suam protectioni † superioris. Nam ista com- 10
missio habet vim appellationis, quod est notabile secundum eum. alibi dicit Bald. *in d. q. per eum disputata, quæ incipit, quædam ciuitas Thusciæ, in 9. col.* quod in d. cap. ad audientiam, illa verba *submittentiū se & sua Apostolicæ protectioni*, non important ibi nouam submissionem, sed subsidii implorationem à superiore. ¶ Quarto facit, quod notabiliter ad propositum nostrum decidit Bald. *in l. 1. in 43. quæst. ff. de rerum diui.* vbi quærit † an dominus, qui concessit 11
mihi castrum in feudum, poterit cognoscere de primis causis rusticorū castri. & determinat quod non: quia ego habeo iura vtilia cum vtilitatis effectu, ideo præferor. d facit quod notat dominus d
Abb. *in cap. ex transmissa, in quarto notabili per illum tex. de foro compe.* ¶ Quinto facit, quod notabiliter ad propositum nostrum, decidit Bald. *in l. 1. in 13. q. ff. de offic. consu.* vbi quærit, an iudex superior possit † in- 12
hibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur, & determinat quod non: per notata per Archidi. *11. q. 1. in cap. de persona.* nisi ex causa deuoluta ad superiorem: puta ex causa appellationis, vel in integrum restitutionis, vel nullitatis coram superiore intentatæ, *l. 4. C. de accusa. & argu. l. si ex cau. C. de transact.* & nisi inferior habuerit iurisdictionem non certam, sed commissam ad nutum superioris, prout habent vicarii episcopi ad nutum domini sui: *vt l. iudicium soluitur, ff. de iudi.* ¶ Sexto facit, quia vasallus principis vel regis habet † vtile dominium: e *vt est* 13
tex. in c. 1. & ibi gloss. in verb. inutiliter. & ibid. Bal. de con- e
tro. inuesti. glos. & Bal. in cap. 1. §. 1. de inuesti. de re alie. fac. & in c. 1. §. præterea. de capitu. Corra. & in c. sed & res. in princ. per quos fiat inuesti. & glos. in l. vnica, in glo. 2. C. de thesau. lib. 10. notat dominus Abbas in 6. si diligenti, in 3. notabili, de præscri. Item feudum est in bonis vasalli: *vt*

dicit

dicit gloss. & ibi Bald. in cap. 1. in prin. per quos fiat inuesti. Ergo de iure præferri debet in iurisdictione exercenda superiori habenti directum dominium: per regulam. *l. procuratore in rem suam dato. ff. de procura. & in specie in feudis ponit Bal. in c. 2. §. similiter. de lege Corra.* ¶ Septimo, quod cognitio subditorũ Calocii delinquentium in dicto loco spectet ad dominos immediatos ipsius loci, vltra iura & rationes superius adductas, etiam expresse disponitur in instrumento venditionis factæ per communita tem Astensem, in cuius locum princeps successit; qui vendidit dictum locum Calocii cum mero & misto imperio, & omnimoda iurisdictione, ac toto districtu, & poderio, hoc specialiter expresso, quod si contingat in futurum aliquem de loco Calocii delinquere, quod potestas Astensis nõ possit, nec debeat se intromittere, sed punitio & executio pertineat & pertinere debeat tam in ciuilibus quam in criminalib. emptori, & quod commune & homines Calocii & singulares personæ dicti loci sint immunes & exemptæ à cõdemnationibus, pœnis & multis impositis & imponendis per commune Astense. ¶ Quid ergo vltra egemus testibus in re tam clara & aperta: Et talem contractum emptionis, † qui est de iure gentium, non posset etiam imperator de plenitudine potestatis tollere, *cap. 1. de natura feu. eo quia secundum Bald. ibi*, Deus subiecit imperatori leges, sed non subiecit contractus, qui sunt de iure gentium. Item nulla authoritas principis potest facere, quod princeps non sit animal rationale, mortale, nec eum absoluere à iuregentium quin [f] obligetur dictamine rationis [f] quæ est lex æterna. *l. 2. ff. de vsufru. earum rerum quæ vsu consu. Ita egregie inquit Bald. in l. 2. in 8. colu. ff. de serui. & aqua.* ¶ Octauo facit, quia etiam imperator non potest † mutare, nec diminuere statum, vel honorem, aut iurisdictionem vasallorum, *vt est expressum in §. præterea, in authen. de referenda*, etiam si motu proprio imperator contrarium statuat; quia fingitur circumuentus, [g] ita quod non potest probari contrarium: *vt est expressum in l. prædio. ciuili. lib. 11. & in l. penul. C. de diuersis prædiis, lib. 11. secundum Bald. in consilio 327. primæ partis, quod incipit, pridie enim consului, in 2. colum.* Alibi dicit idem Bald. *in cap. 1. §. fin. post gloss. ibi, qui feud. dar. pos.* quod ideo Imperator non potest infringere iura, & sic iurisdictionem vasallorum, eo quia bonæ & naturales cõsuetudines feudorum ligant ad hoc [h] principem; [h] quia potentius est ius naturale, vel gentium, quam sit principatus: vt ibi notabiliter per eum. Item quia ista est natura feudi, ne superior possit in aliquo infringere iurisdictionem vasalli sui: *vt est textus in d. cap. 1. de natu. feu.* Ergo contra naturam princeps non potest aliquid decernere. *l. fin. ff. de vsu. & habi.* ¶ Per ista fundamenta clare & aperte concluditur, per tales literas saluæguardiæ seu protectionis, non derogari in aliquo iurisdictioni dominorum immediatorũ loci Calocii, & quod princeps, etiam si expresse vellet, non posset derogare iurisdictioni vasallorum, non subsistente alia rationabili causa: alias posset princeps per tales literas saluęguardiæ annihilare iurisdictionem dominorum Calocii, quod esset absurdum & iniustum. Item pœnæ in literis saluaguardiæ appositæ non valent de iure quo ad incolas Calocii, nec spectant ad principem, sed ad dominos immediatos Calocii, vt superius fuit demõstratum. ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod communitas Astensis in venditione, quam fecit de loco Calocii, specialiter excepit prædia ciuium Astensium totaliter & omnino, & sic sine aliqua distinctione: *iuxta gloss. in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. cau.* Ergo videretur exceptuasse iurisdictionem super dictis prædiis, cum iurisdictio cohæreat territorio, † sicut nubecula supra paludem, ex qua ge- 16
neratur per actiuam potentiam solis: secundum Bal. *in c. 1. §. ad hæc, in 3. col. de pa. iura. fir.* Et sic territorium videtur esse subiectũ iurisdictionis, *licet Bald. in l. data opera. in 12. col. C. qui accusa. non pos.* teneat, ℣ iurisdictio videatur esse quædam qualitas territorii, vt ibi plenius per eũ: quia ad hoc plane respondetur, quod prædicta sunt vera, loquendo de territorio vniuersali, secus si de particulari istius vel illius prædii. *l. in modicis. ff. de contraben. empt. Bald. in l. 1. ad fin. ff. de iur. omn. iud. & notabiliter Bal. in l. à procuratore. C. mandati.* Præterea, illa exceptuatio fuit expresse facta respectu immunitatis onerũ, & sic respectu æstimi & collectarum, vt expresse cantat instrumentum: † ergo limitata causa limitatum de- 17
bet producere effectum. *l. in agris, ff. de acquir. rer. do. l. age. C. de transact.* Item limitata potentia causæ efficientis limitatum producit effectum: [i] *vt notant* [i] *Bald. Imol. Rapha. Com. & dominus Alexan. in l. sed si plures, §. in arrogato. per illum tex. ff. de vulga. & pupil.* ¶ Nono diligenter est aduertendum, quod illustrissimus dux Aurelianẽsis in suis literis saluæguardiæ mandauit gubernatori & vicario Astensi, quod inhibeant quibuscunq; subditis mediatis & immediatis, ne audeant, neq; præsumant Thomę & Michelono supplicantibus in personis vel bonis violentiam seu damnum aliquod inferre, & hoc sub magnis pœnis cameræ ducali applicandis, & in casum oppositionis partib. antedictis expeditam ac summariam iustitiam ministrem. Vnde rescriptũ principis debet semper conformari æquitati & iuri, licet † etiam verba eius hoc non patiantur. [k] *gloss. est notabilis, 23. q. 1. in capitu. paratus, in gloss. 3. in verb. verba.* [k] 18
quam sequitur Oldra. Laud. in consil. 208. incipiente, quæstio est, vtrum per priuilegium, ad fin. Item mens principis rescribentis talis præsumitur † esse, qualis de 19
iure esse debet: [l] secundum Bald. *in l. ex facto, in prin.* [l]
in 4. notabili, per illum tex. ff. de vulga. & pupil. & in l. omnes populi, in 19. colum. ff. de iusti. & iur. in cap. licet, de offi. or. Intentio ergo & voluntas principis in istis literis saluæguardiæ fuit, quod gubernator & vicarius Astensis inhiberent quibuscunque subditis, ne auderent in personas vel bona supplicantium damnum vel molestiam inferre, ad hoc vt maior reuerentia adhiberetur, & maior timor subesset propter literas superioris quo ad subditos, tam mediate quam immediate, & dum postea princeps mandat magnas pœnas imponi cameræ ducali applicandas, debet sane intelligi quo ad immediate subditos principi, quibus possunt tales pœnæ per eius officiales imponi, non autem quo ad alios, qui mediate sunt subiecti, & ad quorum dominos pœnæ delictorum de iure spectant: *prout supra dixi in primo fundamento.* Et quod illa sit mens principis patet: quia subdit, quod in casu oppositionis

partibus

partibus antedictis summariam administrent: sed istud non congruit mediate subditis, qui subsunt iurisdictioni aliorum dominorum suorum, quorum iurisdictioni non præsumitur iustissimũ prin-
20 cipem in aliquo derogare voluisse, cum † princeps nunquam intelligatur derogare iuri tertii. *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. l. nec anus. C. de emanci. libero. l. cum filius. ff. de test. mili. cap. super eo. de offi. dele. capiti. quamuis. de rescri. in 6. cap. 2. & ibi Abb. notat de religio. do.* Nam quando princeps aliquid concedit, vel dat, semper intelligitur saluo iu-
m re tertii [m]: *secundum Bald. in l. 1. in 1. colum. 2. in l. fin. in 2. colum. ff. de consti. princip.* Imo forma rescripti non
21 est seruanda, † quando ex hoc læderetur ius tertii, qui non est nominatus in rescripto. ita not. Bald. *in*
n *d. cap. super eo.* [n] *in vltimo notabili, per illum tex.* quod reputat nota dignum, & tenendum menti. imo etiam si princeps rescribat motu proprio, adhuc tamen non videtur velle tertio præiudicare: *secundum do. Anto. Imol. & d. Abb. in cap. causam, 2. de testi. Bal. in cap. ad aures, de rescript. & in cap. audita, per illum tex. de testi. spo. dominus Abbas in capit. 1. in 10 colum. de iudi. facit gloss. in cle. si Romanus, in verbo, validam, de præben.* ¶ Postremo dominus vicarius Astensis meminit, quod magnæ sapientiæ est reuocare hominem, quod minus benefecerit. *22. quæst. 4. in capit. magna, facit tex. notabilis in cap. qualiter & quando, el 1. de accusa.* Item sanum dicitur esse consilium si quis reuocat, quod non bene fecerit. *cap. cum cessante. & ibi dominus Abbas ad hoc notat, de appel. facit etiam tex notabilis in §. 1. in fin. in authen. de nupt. in versi. non enim erubescimus.* & ibi gloss. dicit secundum Salomonem, quod sapientis est in melius mutare consiliũ. *Idem dicit gloss. in l. nonnunquam, in princ. ff. de collat. bonorum.*

ADDITIO.

a Contenti.] Adde quod princeps solus potest concedere plenam & absolutam securitatem seu saluamguardiam, Menoch. consil. 29. non parum, num. 23. vbi hoc & alia consil. citat.

b Adduco.] Soc. sen. cons. 7. Nunc quæsitorum, nu. 3. lib. 1.

c Accedam.] Vide omnino notata per Dec. c. ad audientiam, nu 5. de appel. Soc sen. d. cons. 7. nu. 3. & Barb. consil. 11. licet apud nu. 53. lib. 2.

d Præferor.] Roland. alios adducens cons. 73. dixi alias nu. 7. lib. 4. vbi etiam huius consi. meminit.

e Dominium.] Ias. cons 177 In præsenti. supra lib. 2.

f Rationis.] Idem Ias. cons. 1. nu 2. supra l. b 2. vbi addo.

g Circumuentus.] Ias cons. 93. quanta mihi, nu 6. infr. eo.

h Principem.] Vide Ias. d. cons. 1. nu. 2. in fi.

i Effectum.] Addo supra cons. 171. nu. 22. lib. 2.

k Patiantur.] Ias. l. quanquam, col. 2 ante med. C. de testa. mili. l. ex facto, vbi & Rip. n 9. dicit not. de vulg. Dec. cons. 33. & pro tenui, nu. 4. vers. 3. præmitto, cons 233. viso tenore, col. vlt. Aymo cons. 254. Decreto principali, col. vlt. vbi de verbis statuti. & de verbis Franchisiæ idem cons. 259. verba Franchisiæ. nu. 8. vers. & posito.

l Esse debet.] Vide eundem l. causas. sub num. 6 versic. 2. moueor, C. de transl. iusticia, sub num. 11. vers. 2. pro Bald. de iust. & iure. l. beneficium, n 35. de const. princ. Feli. c. cum ecclesiasticæ, in fi. de excep. Rip. tract. de peste, tit. de priui. iudicau. pest. nu. 32. Gram. consil crim. 54. Quod Panarello, nu 3. cons 35. In causa Santilli. nu 38. Rolan. cons 1. num. 102. lib 1. cons 23. quia casus, nu. 48. l. b 3. Ceph. cons. 133. multa sunt, n. 105. & sequitur Menoch. cons 1. n. 29.

m Iure tertii.] Natta cons 204. vertitur, n. 18.

n Bald. in d. c super eo] Menoch cons 75. hæc iamdiu, nu. 64. vbi post Ias. hic allegatum inquit rescripta esse potius interpretanda frustra impetrata q̃ vt indebite tertium lædant.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LVIII.

SVMMARIA.

1 *Promissa non seruare non congruit graui & bono viro.*
Pater potest obligare se pro tota dote tradenda, secundo viro suæ filiæ, licet filia non possit. nu. 1. & seqq.
Promissio facta per patrem de soluenda tota dote, secundo viro filiæ suæ efficax est quamuis filia non posset se ad hoc obligare. vide verbo pater potest.
2 *L. hac edictali. in prin. & §. 1. C. de secun. nupt. quomodo procedat.*
3 *Fideiussoris obligatio tanquam accessoria non potest consistere, si non valet principalis obligatio Intelligẽ vt num. 4.*
Constituens se principaliter debitorem si expresse fit nouatio, non censetur fideiussor: alias secus. n. 3. quod limitatur vt nu. 4.
5 *Statutum Mediolani quod nec mulier nec aliqua persona possit transferre in secundum maritum, etiam de eo, quod aliquo casu posset ad eam peruenire cum pacto præiudicante filiis primi matrimonij, quomodo intelligendum. & nu. seqq.*
6 *Bonorum suorum administrationem alicui conferre iniquum est.*
7 *Res. In re sua quilibet est moderator & arbiter etiam abutendo. Arbiter & moderator in re sua quilibet est etiam abutendo. nu 7.*
8 *Statutum non est amare interpretandum, sed ciuili & æquo modo.*
9 *Statuta debent interpretari vt magis conformentur iuri communi & debent restringi vt minus lædant ius commune quam fieri possit & non sunt iudaice intelligenda.*
10 *Statuti mens magis quam verba attendi debet.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

MIHI quoque placet, magnificum do. Bartholomæum de Cemo teneri erga dominum Philippum eius generum ad complemẽtum librarum octo millium per eũ promissarum in instrumento dotis, quia non congruit graui † & bono viro fallere promissa. *l. 1. in princ ff. de pact. & l. 1. in princ. ff. de consti. pecu.* præsertim soce- 1
ro qui obtinet parentis locum. *l. quia parentis, ff. solut. matrimo.* Nam promissio domini Bartholomæi de supplendis dictis octies mille est clara in instrumento dotali, in quo dominus Bartholomæus constituit se principalem debitorem, attenditorem, & solutorem principaliter insolidum, & cum effectu: ita quod vbi promissio facta per dominam Catharinam eius filiam in casu decessus sine communibus liberis non valeret, seu locum habere non posset, præsertim ex eo quod maritus haberet plus quam quilibet ex liberis prioris matrimonii, tunc hæc promissio, quæ fit per dominum Bartholomæum, operetur & valeat. Ratio autem huiusmodi promissionis factæ per dominum Bartholomæum socerũ fuit æquissima. Nam propter filios primi matrimonii, qui succedunt pariter in dote cum secundo marito, *iuxta l. hac edictali. in princ. C. de secun.*

de secun. nupt. raro viduæ reperirent secundum maritum cũ eadem dote, ex quo integram dotem secundus maritus non potest acquirere, nec ipse, nec eius filii, ideo expediens est, dotem primam augere: prout docet experientia efficax rerum magistra. *cap. quam sit. in prine. de elect. in 6. & in specie do. Abb. sic declarat in consi. 44. incipiente, quidam do. Ant. in vlt. colum.* Cum ergo ex priore matrimonio supereſſent quatuor liberi, & dominus Philippus secundus maritus non esset habiturus nisi quintam partem primæ dotis & lucri iurium dotalium, ideo dominus Bartholomęus se constituit principalem debitorem pro supplemento vsque ad summam librarum octo millium. Nec huic promissioni refragatur dispositio *d. l. hac edictali. in prin. & §. 1.* quia pro-
2 cedit † respectu dotis alias datæ, seu promissæ primo marito, in qua nec mater filiorum, nec socer secundi mariti possunt aliquid promittere secundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonii: sed in casu nostro vltra quintam partem, quam de iure erat habiturus secundus maritus de prima dote, do. Bartholomæus promisit supplere vsque ad libras octies mille. Certe istud non tangit præiudicium, nec diminutionem primæ dotis in aliquo: Ergo sumus extra casum d. l. hac edictali. ¶ Non obstat, quod dici videtur, quod dominus Bartholomæus cẽseatur tanquam fideiussor principalis promissionis factæ per filiam, quæ cum sit
3 nulla, † per consequens etiam non valet obligatio accessoria fideiussoris, *vt not. Barto. in l. à reo, §. si à furioso. & in l. si quis pro eo. in vlt. col. ff. de fideiusso. facit l. fideiussor obligari. in prin. & §. fideiussor, ff. eo. de fideius.* Et in proposito nostro est gloss. magistra. *in §. 1. in verbo, fideiussorem, in auth. de fideius.* quæ notabiliter dicit, quod si aliquis constituat se principaliter debitorem, prout fit de dote tota die, quod si expresse fit nouatio, tunc non censetur fideiussor, alias secus. Idem tenet glos. *in l. 1. in verb. putat ff. de pac. & in l. Stichum aut Pamphilum, §. aliquando. ff. de solu. & in l. si vero non remunerandi. §. si post ff. manda do. Abb. in cap. 2. de fideius.* quia ad hoc notabiliter respondetur, quod
4 istud procederet, quando ille, qui constituit † se principalem debitorem, obligauit se diuerso tempore, secus si obligauit se simul & eodem tempore, & in eodem instrumento, vt in casu præsenti: quia tunc dicũtur esse duo rei debendi æque prin-
a cipaliter obligati. Ita limitando a prædictas gloss. *notabiliter tenent Cyn. & Ray. in auth. præsente. C. de fideius. Bald. & Salyc. in l. dictantibus, circa medium, C. de testa. Bald. in l. executorem, C. de execu. rei iudic. in 5. col. in versi.* Sed statim quæro, nunquid obligans se simul. dominus Alexan. *in consi. 32. quintæ partis*, quod incipit, in causa executionis motæ contra Bartholomæum, *in penult. colum.* dicit quod in hoc non reperit contradictorem. Cum ergo in casu nostro dominus Bartholomæus simul & eodem tempore, & in eodem instrumento se obligauerit vt principalem debitorem, principaliter, & insolidum, & consequenter sit correus principalis debendi, ergo nõ potest iudicari vt fideiussor, vel vt accessorius. Et hoc modo cessant multa quæ in oppositum adducebantur, per domi. aduocatos contrarios. ¶ Prædictis refragari videtur statutum excelsæ ciuitatis Mediolani sub rubrica *de fraudibus remouendis*, dis-

ponens, quod si contingat mulierem maritari relictis liberis alicuius prioris matrimonii, non possit per aliquam personam dari dos marito talis mulieris, nec fieri donatio, nec aliqua translatio in ipsum maritum de eo quod aliquo casu peruenire possit in dictam mulierem cum pacto, per quod possit fieri aliquo modo præiudicium liberis prioris matrimonii, quo minus ipsi liberi habeant illam partem de dictis dote, donatione, & translatione, quam haberent, si per mulierẽ esset data dos dicto marito de prædictis: & consequenter statutũ expresse vult, quod nec mulier, nec aliqua persona possit transferre in secundum maritum, etiam de eo quod † aliquo casu posset ad eam peruenire, cũ pacto præiudicante filiis primi matrimonii. Et iste videtur esse casus noster: Ergo cum habeamus claram decisionem statuti, non debemus vlterius inuestigare rationẽ, b *vt notat Bald in l. Gallus, §. si eius, in 2. notabili, per illum tex. ff. de libe. & posthum.* Respondetur, quod tale statutum bene vult & prohibet, quod aliqua persona non possit dare secundo marito, verum est aliqua persona, scilicet alius quicunque sit, qui non sit dominus talium rerum, quæ aliquo casu possent ad ipsam mulierem peruenire: sed non prohibet ipsum dominum, & sic illum, qui esset dominus ipsarum rerum, quod ipse non possit de suo proprio dare. Istud profecto non prohibet ipsum statutum: quia ista esset sinistra interpretatio statuti, per quod hominibus ingenuis auferretur libera administratio bonorum suorum. † hoc enim esset valde iniquum: *vt dicit* 6 *textus in l. non vsq; adeo. in fi. ff. si quis à patre fuc. manumis.* & longe maior iniquitas resultaret in casu præsenti, si intelligeremus per tale statutum prohiberi patrem quin de suo proprio, & de suis propriis facultatibus possit secũdo genero facere augmentum pro filia sua vidua habente quatuor filios ex primo matrimonio. Nam iustum est vnicuique sua committere. *l. nemo exterus, C. de Iude.* Item in re sua propria quilibet est † moderator & arbiter. c *l. in re* 7 *mandata, C. manda. etiam in abutendo. l. sed & si lege, §.* c *consuluit, in verb. dum se abuti putant. ff. de peti. hære.* Statutum autem non est amare interpretandum, † sed 8 ciuili & æquo modo: secundum Bald. *in l. 1. in vlt. colum. C. qui accusa. non pos.* Imo statuta debent interpretari, vt magis conformentur iuri communi quam fieri † possit: & sic debent restringi, vt mi- 9 nus lædant ius commune quam sit possibile. *l. 2. cum gloss. C. de nexa. cap. cum dilectus, de consuetu. gl. & docto. in l. fi. §. in computatione, C. de iure delibe.* Item statuta non sunt intelligenda iudaice d: secundum d Bald. *in l. quicunque, in penult. colum. C. de seruis fugi. & l. omnes populi, in 17. colum. ff. de iusti. & iur. per glos. in l. damni infecti, §. si is qui vicinas, in glos. in verb. aliquas quidam iudaice, &c. ff. de damno infect.* Alibi dicit egregie Paulus de Castro *in l. vbi pure. §. te rogo. ff. ad Trebel.* quod in statutis magis debet attendi mens † quam 10 verba, licet ignorantes & grossi homines vtplurimum faciant contrarium, adhærentes verbis sicut Iudæi. Sed pro certo absurdus esset sensus istius statuti, si intelligetur, quod dominus met prohiberetur, vt non posset de rebus istis propriis pro suo arbitrio disponere, præsertim in causam fauorabilem dotis: & quod pater non posset de suo proprio

facere

facere augmentum secundo genero, cum tamen pater possit omnia sua proiicere in mare, & hoc modo fraudare filios legitima: secundum glos. *in l. 1. in glos. magna circa medium. C. de inoffi. dona.*

ADDITIO.

a Limitando.] Alexan. consil. 29. clariss. nu. 36. lib. 7. Marsrub. de fideiuss. quæst. prima. Natta inter consi. Sylua. sub suo tamen nomine consil. 84. Constantinus num. 3 quod est inter consil. Nattæ 345. & vide Gabr. com. opin. 3. de fideiuss. concl. 1. num. 69.

b Rationem.] Ias. consi. 180. commune, nu. 29. & cons. 188. quia multa, nu 13 supra lib. 2.

c Arbitet.] Ias. consil. 150. quod opus, num. 11. supra lib. 2. consil. 71. ordinatio, num. 3. infra eo. Ceph. consi. 121. reductio nu. 10. Rolan. consil. 3. Deuenio. nu. 71. lib. 1. etiam in abutendo, vt per Ias. hic & Rolan. consil. 62. licet clara, num. 13 22. & sequentib. lib. 1. consil 99. viso num. 15. eod. lib. consil. 50. visa, num. 21. consil. 79. In præsenti, num. 58. lib 3. consil. 12. legitimationem, num. 66. consil. 27. visa, num 40. lib. 4 & alibi sæpe. Soc. iun. consi. 64. vt responsum, num. 11. consil. 72. consideratis, num. 38. consil. 107. consului, num. 34. & consil. 130. videtur, nu 8. libr. 3. declarat multis modis Rip. lib. 2. respon. cap. 25. num. 8 12. & 13. & Osas. decis. 17. statuto num. 13. vers. non obstat regula.

d Iudaice.] Vide eundem consilio 182. Vertitur, numero 16. supra lib. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LIX.

THEMA.

MAgnifici & excelsi comites, Ioannes Matthæus & Galeacius fratres Bolognini D. Attendolis ciues originarii Papiæ, & ibidē firmam habitationem tenentes, & sic ibi domicilium, & incolatum habentes, minores viginti quinque annis, sed maiores viginti, & existentes sub cura magnificæ dominæ Catharinæ eorū auiæ paternæ cōstitutæ curatricis ex testamento aui paterni, & confirmatæ per iudicem Papiæ, inuestiuerūt ad nouennium quosdam mercatores Mediolanēses de eorum possessione sancti Angeli, absque consensu & authoritate dictæ curatricis: & de dicta inuestitura rogatum fuit instrumētum in ciuitate Mediolani, cuius sunt ciues ex priuilegio. Quæritur, an dicta inuestitura de iure valeat vel ne?

SVMMARIA.

1 *Statutum loci vbi actus celebratur, semper attenditur in iis quæ respiciunt ordinationem vel solennitatem actus, & nu. 14.*

2 *Statuto ciuitatis disponente quod contractus celebrati per minorem viginti annis non valeant nisi interueniat consensus duorum propinquorum & auctoritas iudicis, si forensis minor contrahat in hac ciuitate, tenetur seruare formam statuti huius ciuitatis. & nu. 15. vbi not. declarat.*

3 *Statutum loci in quo contractus celebratur, attenditur, quia contrahendo sortitur forum in illo loco, & efficitur de illo foro, & num. 5. seqq. & num. 16. vbi declaratur.*

4 *Statutum ciuitatis non potest legitimare personam sibi non subditam quando quis est omnino forensis, & nu. 9. vbi declaratur.*

5 *Contractus factus à minore 25. annis habente curatricem, sine eius consensu & auctoritate est ipso iure nullus, nec opus est aliqua restitutione in integrum: & ibi ponitur ratio.*

6 *Statuta ciuitatum disponentia circa personam legitimandam ad contrahendum vel ad alium actum, non porrigetur ad eos, qui non sunt subditi suæ iurisdictioni, sed ad eos tantum, qui sunt originarij vel habent domicilium: quicquid fit in statutis disponentibus super solennitate actus, & nu. seqq.*

7 *Statutum disponens quod filius familias possit testari, non habet locum in filiofamilias forensi in loco statuentium testante.*

8 *Statutū disponens quod maritus non possit legare vxori non habet locum in forensi, quia poterit legare vxori.*

9 *Priuilegium ciuitatis alicui concessum debet intelligi quo ad fauores & commoda, non autem quo ad damna & detrimenta, nec per illud perdunt alia priuilegia. & nu. seqq.*

10 *Statutum disponens quod scholares tractentur in omnibus vt ciues, non facit vt censeantur sublata alia priuilegia eis competentia vltra ciues.*

11 *Priuilegium quod est iuris singularis facilius tollitur quam commune.*

Ius speciale seu singulare facilius tollitur quam ius commune. vide verbo, priuilegium quod est iuris.

12 *Priuilegium ciuitatis in dubio non debet interpretari contra eum, cui est concessum, sed tantum ad eius fauorem & commodum vbi comprobatur. & nu. seqq.*

13 *Statutum quod omnes scholares intelligantur esse ciues, non efficit vt scholaris forensis possit ibi conueniri tanquam ciuis pro debito alibi contracto.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima consideratione dicendum, talem inuestituram temporalem de iure valere, cum fuerit celebrata in ciuitate Mediolani, in qua viget statutum, quod quilibet ciuitatis & districtus Mediolani habere intelligatur ætatem legitimam ad contrahendum, ex quo habuerit annos viginti completos, prout erat in terminis nostris. Sed sic est, quod in his, quæ respiciunt ordinationem, vel solennitatem actus, semper attenditur statutum loci, † vbi actus, † celebratur. *l. si fundus, ff. de euict. l. 2. C. quemadmo. testa. aperi. per quæ iura ita determinat Barto. in l. cunctos populos, in 4. colum. in 1. quæst. principali, circa principium. & ibidem Bald. Salyc. & alij, C. de summa trini. & Bartol. in repetitione l. de quibus, si est repetitio Barto. in 19. colum. ff. de legi. Bald. in rubrica, extra de constit. in penult. colum. Pet. de Ancha. in commento c. canonum statuta, de constitu. in 12. quæst. in vers. quid dices, de obligatione personali, facit tex. in l. 1. §. fi. de ver. inspi. quem ad hoc dicit esse optimum tex. Bal. in c. fi. in pen. col. de feri.* ¶ Secundo & fortius facit, quod tenet Bald. in quadam repetitione

l. extra territorium. ff. de iur. omn. iudic. quæ repetitio
2 communiter tamen non habetur, vbi decidit, † q̃ si statuto huius ciuitatis cauetur, quod contractus celebrati per minorem viginti annis non valeant, nisi interueniat consensus duorum propinquorũ, & authoritas iudicis, si forensis minor contrahat in ista ciuitate, tenetur seruare formam istius statuti: quia in actibus hominum, in eorum confectione debet seruari forma statuti illius loci, in quo actus celebratur: per suprascriptam doctrinam Bar. & aliorum *in d.l. cunctos populos.* ¶ Tertio pro confirmatione prædictorum facit ratio. Nam ideo in contractibus attenditur statutum loci, in
3 quo contractus celebratur † eo quia contrahendo fortitur forum in illo, & efficitur de illo foro. *l. hæres absens, in princ. ff. de iudi. c. Romana. §. contrahentes de for. compe. in 6.* ¶ Nec prædictis habet obstare, si di-
4 ceretur, quod statutum ciuitatis † Mediolani non potuit legitimare personam istorum comitum sibi non subditam. *l. 1. in fi. de tuto. & cura. da. ab his.* & dicetur infra plenius: quia hoc procederet, quando isti comites essent penitus forenses, sed isti comites sunt etiam ciues priuilegiati ciuitatis Mediolani, ergo videtur, quod dicta inuestitura facta Mediolani vigore statuti Mediolanensis valeat & teneat. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sentẽtiam arbitror de iure prævalere, quod talis inue-
5 stitura † temporalis facta per minores 25. annis habentes curatricem sine cõsensu & authoritate curatricis, ipso iure non valeat, tam de iure communi quam ex forma statuti ciuitatis Papiæ. Nam de iure communi planum est, quod contractus factus à minore 25. annis habente curatricem est ipso iure nullus, nec est ibi opus aliqua restitutione in integrum: *vt est tex. clarus in l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. mi.* eo quia adultus habens curatorem æquiparatur pupillo: *vt ibi iuncta l. certi condictio. §. quoniam, in fi. ff. si cert. peta.* Item quia per dationẽ curatoris intelligit̃ interdicta administratio ipsi adulto, & consequenter intelligunt̃ esse interdicti contractus, sicut & prodigo: *secundum Cyn. in d. l. si curatorem habens.* Itẽ ex forma statuti Papiensis similiter dicta inuestitura est nulla, cũ non interuenerit authoritas potestatis Papiæ, & duorum propinquorum, nec ẽt authoritas curatricis: prout ex forma statuti Papiensis requiritur: & prædicti comites, vt dictũ est, sunt ciues originarii Papiæ ibidem firmã habitationem, & sic domicilium, & incolatum habentes. ¶ Nec habet obstare statutũ ciuitatis Mediolani disponens, q̃ quilibet ciuitatis & districtus Mediolani intelligat̃ ætatis legitimæ ad cõtrahen-
6 dum, ex quo habuerit an. 20. cõpletos, † quia dicit̃, q̃ talia statuta ciuitatum, q̃ disponunt circa personam legitimandam ad contrahendũ, vel ad alium actũ, non porriguntur ad eos, qui non sunt suæ iurisdictionis, sed ad eos tantum, qui sunt originarii vel habẽt domicilium: secus est in statutis, q̃ disponunt circa solennitatẽ alicuius actus. *Ita notat Bart. in l. 1. circa fin. per illum tex. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Ipsud idem tenet notabiliter Bart. in d. l. cunctos populos, in 7. col. in 3. q. 3. q. principalis.* Vbi tradit notabilẽ theoricam, quod aut statutũ disponit circa actum, puta quod talis actus valeat cum minori solennitate quam requiratur de iure communi, & tunc comprehendit etiam forenses facientes talem actum, eo quia solennitas actus spectat ad iurisdictionem statuẽtis. Ideo videmus quod solennitates actuum variantur secundum diuersitatem locorum. *l. 3. in fi. ff. de testi. & l. 2. C. quemadmo. testa. aperiantur.* Si vero statutum disponeret circa personas, habilitando alias inhabiles, vel econtra, isto casu licet statutum, quod est fortius, disponeret etiam circa ea, q̃ sunt voluntariæ iurisdictionis, tamen quando disponit circa personas, habilitando, vel inhabilitando, cũ persona forensis non sit subiecta statuentibus, isto casu non comprehendet forenses. Vnde si statutũ disponat, quod filiusfam. non possit testari, certe filiusfam. forensis † existens in illo loco non poterit 7
testari: [a] *per tex. optimum. in d. l. 1. in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his.* Eodem modo si statutum inhabilitet personam, † quia disponat, quod maritus non possit 8
legare vxori, certe si forensis sit in ciuitate Papiæ, poterit legare vxori allegat Specu. ita determinan- b
tem [b] *in tit. de senten. §. qualiter. in vers. sed pone quidam. bene facit glos. in l. etiam. ff. de tutel. Istam doctrinam etiam tenet idem Bartol. in eadem l. cunctos populos. in 7. q. principali. ad fin. Bald. in lectura ordinaria. d. l. cunctos populos, in 15. colum. in versicu. sed hic quæro de effectu. & in repetitione magna, in 22. col. in vers. sed circa hoc dubitatur, si statutum disponat circa personam. Ita etiam tenet Salyce. & alij ibi, Pet. de Ancha. in comment. c. canonũ statuta, de constitu in versic. ex quo infertur ad statutum. dominus Francis. de Aretio in cons. 73. incipiente, diligenter & mature consideratis omnibus actis. in 6. colum. & ab ista doctrina nemo discrepat.* ¶ Nec obstat, quod dicti comites ex priuilegio sint effecti ciues Mediolani, quia dicitur, quod sint effecti ciues Mediolani quo ad priuilegia, commoda, dignitates & præeminentias & sic quo ad eorum commoda & fauores tantum. Nam priuilegium ciuitatis alicui concessum debet intelligi † quo ad fauores & commoda, non autem 9
quo ad damna vel detrimenta: *vt notant Bald. Angel. & cæteri moder. in l. si Rufinus, per illum tex. C. de testam. mili.* Et ideo per priuilegium ciuilitatis alicui concessum, non debet intelligi, quod per illud tollatur sibi aliud priuilegium eidem competens: & ideo si statutum disponat, quod scholares tractentur, vt ciues in omnibus, † non per hoc perdenta- 10
lia priuilegia, quæ ipsis scholaribus vltra ciues cõpetebant. [c] *ita notat Barto. in l. 3. §. si emancipatus, l. per illum tex. ff. de bon. possess. contra tab. & idem Bart. in l. 2. ad fin. C. de iur. fisc. lib. 10. cum multis concordan. adductis per dom. Alexan. in d. l. si Rufinus. & in consi. 32. quinti volum. quod incipit, visa concessione ciuilitatis.* Cum ergo per priuilegium ciuitatis alicui indultum non tollatur aliud priuilegium eidem competens, ergo multo minus tolletur illud, quod de iure communi sibi competebat, cum facilius tollatur † priuilegium, quod est iuris singularis, quam tollatur ius commune. *l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. mili. §. quia vero verisimile. in fi. in auth. de non alie. & cap. fin. & ibi Gemin. in 5. notabili, ad hoc no. de in integr. resti. in 6. notant Bald. & modern. in l. centurio. per illum tex. ff. de vulgari & pupil.* & tanto fortius, cum istud priuilegium ciuilitatis sit concessum comitibus Bologninis motu proprio principis concedentis, & non ad postulationem ipsorum comitum: vt expresse dicit priuilegium ipsius ciuitatis. *cap. si motu proprio.*

de præ-

de præben. in 6. Et istud valde ponderat Paul. de Cast. in d. l. si Rusinus. C. de testa. mili. Et ista fortius procedunt in casu præsenti, vbi priuilegium ciuilitatis expresse creat comites Bologninos & descendentes in infinitum ciues Mediolani, quo ad omnes honores, dignitates, commoda, præeminentias & priuilegia specialiter ciuibus delata, tam ex forma statutorum Mediolani, quam ex decretis ducalibus: & ꝙ ibi possint acquirere, emere, vendere & alienare: & sic istud priuilegium ciuilitatis clare & expresse, & ad literam cantant. quod facit eos ciues Mediolani quo ad commoda, & priuilegia, ergo non quo ad damna, incommoda, vel detrimenta. ¶ Præterea etiam quando verba priuilegii ciuilitatis non essent adhuc ita clara, prout sunt in casu præsenti, adhuc
12 priuilegium † non debet interpretari contra priuilegiatum, & sic quo ad eius detrimentum, sed solum quo ad eius fauorem, & commodum. *ita notant Bal. Ange. & alij in d. l si Rusinus, per illum tex.* Item priuilegium tale ciuitatis non debet interpretari in damnum & diminutionem, sed solum in fauorem priuilegiati. *l. quod fauore. C. de legi. & l. nulla. ff. eo. & c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.* Item priuilegium nunquam sic est interpretandum, vt priuilegiato sit nociuum. d *l. diuus, in versic. nec vllorum magis interest, & ibi ad hoc notant Ange. ff. de testa. mili.* Priuilegium ergo ciuilitatis alicui concessum debet intelligi quo ad fauores, vt dictum est, & non quo ad detrimenta: *prout etiam notat Bald. in l. ea lege, in 6. colum. C. de condi. ob cau. & in proœmio digestorum, §. fi. in 6. q. & in authen. habita. in 2. colum. C. ne fil. pro pa. Ange. in l. si à milite. §. 1. per illum tex. ff. de testa. mili. Angel. & Imola in l. talem, §. 1. per illum tex. ff. de hære. insti.* Ea enim quæ inducta sunt ad augmentum, non debent operari diminutionem. *l. si mancipia, ff. de fund. instruct. Bene facit, quod notat Guido de Suza in d. l. quod fauore.*
13 vbi determinat, quod si ex forma † statuti concessum est à cõmunitate in priuilegium, quod omnes scholares intelligantur esse ciues, certe per tale priuilegium forensis scholaris non poterit ibi conueniri tanquam ciuis pro debito alibi cõtracto: quia quod sit ciuis, hoc est, ratione priuilegii scholarib. concessi: ergo nõ debet redundare in eius odiũ, vel læsionem. *l. nulla ff. de legi. & d. l. quod fauore.* Istam decisionem refert & sequitur dominus Alex. *in prælegato cons. 32. quinti volu.* ¶ Per ista apparet non obstare ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Et primo dũ dicebatur, quod ista inuestitura temporalis fuit celebrata in ciuitate Mediolani, in qua per statutum Mediolanense, qui habet annos 20. completos, legitimatur ad cõtrahendum: & quod in his quæ respiciunt ordinationem vel solennitatem actus semper attenditur statutum loci, vbi actus celebratur: quia respondeo istud esse veriffi
14 mum in respicientibus ordinationem † & solennitatem actus: quia illæ semper debent attendi in loco, in quo contractus celebratur. Sed nos nõ quærimus de solennitatibus requisitis in actu, sed an minor 25. annis habens curatorem, possit sine curatore contrahere. Et certe clarum est quod non. Et quantum ad statutum habilitãs personam alias inhabilem ad contrahendum, certe non attendimus tale statutum, vt superius fuit opportune dictum. ¶ Non obstat secundo decisio Bal. *in quadam repetitione d. l. extra territorium. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quia, vt dixi, illa repetitio communiter non habetur, e & illa decisio non videtur vera, vt in statuto e
15 disponente circa habilitationem vel inhabilitationem personæ comprehendatur persona forensis, *vt superius dixi. & tenent Bar. & alij in d. l. cunctos populos, cum concordantiis superius adductis.* Secundo & notabilius respondetur, quod prædicta decisio Baldi procedit in terminis suis, ex quo statutum ibi non simpliciter inhabilitat personã, sed sub certa forma seruata, vel non seruata disponit, quod contractus celebrati per minorem 20. annis non valeant, nisi interueniat cõsensus duorum propinquorum, & authoritas iudicis. Et sic statutum principaliter inhabilitat actum, propter non seruatam formam statuti, licet hoc etiam faciat ratione personæ, quæ secundario cõsideratur. Et isto casu si forensis minor ibi contraheret, tenetur seruare formam illius statuti, ex quo statutum non inhabilitat proprie & directo personam, sed magis dat certam formam actui, sine qua nõ vult posse actum talem fieri. Secus esset, quando statutum absolute inhabilitaret personam, tunc non comprehenderet forensem. Istam differentiam etiam tradit Petrus de Ancha. *in dict. comment. cap. canonum statuta, de constitu. in 12. q. principali, in versic. quid dices de obligatione personali. refert & sequitur dom. Francis. de Aretio in præallegato consil. 73. incip. diligenter & mature consideratis omnib. actis in 6. colum. vbi sic declarat & intelligit* f *decisionem Bal. in* f *præallegata repetitione l. extra territoriũ.* Istam doctrinam ante eos etiam posuit Bart. quem ipsi non allegant *in d. l. cunctos populos, in 3. q. tertiæ q. principalis, ad fin.* Vbi respondendo ad l. 1. C. de eman. lib. dicit, ꝙ ibi illud statutum nõ legitimat directo personam, quia istud non posset, cum non esset subdita, sed legitimationi fiendæ dat formam, & solennitatem, vt quod emancipatio fiat coram tali iudice: Cum ergo respiciat solennitatem, trahitur ad forenses. ita ibi Bar. sed statutum Mediolani directo & absolute habilitat minorem 25. annis alias de iure cõmuni inhabilem, igitur, &c. ¶ Non obstat vltimũ dum dicebatur, ꝙ ideo in contractibus attenditur statutum loci, in quo contractus celebratur, eo quia contrahendo sortitur forum in illo loco: quia respondeo verum esse quo ad respicientia † ordina- 16
tionem & solennitatem actus, secus vero quo ad habilitandam personam alias inhabilem de iure communi, & inter ista est differentia, prout expresse notat Bart. *in d. l. 1. circa fin per illum tex ff. de tuto. & cura. da. ab his. Et Bar. plenius in d. l. cunctos populos in duobus locis, & ibid. Bal. & Saly. & alij, quos superius retuli.*

ADDITIO.

a Non poterit testari.] Ita l. cunctos populos, in 7. lect nu. 41 & in repet. n 86. C. de sum. trin Alex. cons. 44 videtur, n. 21 lib. 5. Ceph. cons. hoc referens cons. 32 regulam nu. 14. & communem testatur. Viui. comm. opin. lib 1. opin. 318. statutum habilitans vbi alios adducit.

b Determinantem.] Ita d. l. cunctos populos, in 1. lect. nu. 42. & in repetit. nu. 86. vers. eodem modo & alios plures citat Gabr. com. opin. lib. 6. de statu, concl. 8. nu. 12. vbi etiam huius consi. meminit.

c Competebant.] Dec. l. si Ruffinus, n. 15. C. de testa. milit. & cons 457. In causa gabellæ, n. 11. & seq. Ripa l 1. nu. 7. ff de leg. 1. Natta cons. 44. viso inquisitionali, in fi. Balb. tract. præscr. 1. par. 5. par. prin. q 1. sub num. 3. vers. confirmo istam con-

clusionem. & vide Iaſ. limitantem ſex modis. d.l. ſi Ruffinus. nu. 5. cum ſeqq.

d Nociuum.] Idem Iaſ.l.intra dies,2.not ff.de re iudi.Dec. d.conſi.457. nu.13.

e Communiter non habetur.] Et ideo Dec. conſ 259. viſis his quæ nu.4. verſic. præterea ait non eſſe adhibendam fidem illorum auctoritati, quorum non extant ſcripta, quæ in fonte cerni poſſint. refert & ſequitur Menoch. conſil.54. In controuerſia, nu.31.

f Intelligit.] Gabr.d.concl.8.nu.15.vbi hoc conſil. adducit.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LX.

THEMA.

SPectabiles domini, Philippus, Franciſcus, & Aymo Cheurerii fratres, de anno domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio die vltima Maij, poſuerunt in communi omnia eorum bona tam mobilia quam immobilia, & inſtrumento communionis ſuperinde confecto inter alia cõtinentur formaliter iſta duo pacta. Item magis fuit actũ & per pactum expreſſum conuentum, & atteſtatum, quod ſi vnus ipſorum ſupranominatorum fratrũ contrahentium & paciſcentium decederet ante alium ſeu alios, ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, quod in eum caſum omnia eius bona deueniant & remaneant aliis ſupra nominatis fratribus de communi ſuperuiuẽtibus, ſeu altero ſuperuiuenti, & ſuis liberis maſculis : & hoc ſine detractione alicuius quartæ, vel alterius partis. Item fuit, vt ſupra actum & concordatum, quod ſi vnus ipſorum fratrum ſupranominatorũ contrahentium, vel plures ipſorum, decederet, vel decederent, relictis ſibi duntaxat filiabus fœmellis vna vel pluribus, quod illa ſeu illæ debeant & teneantur maritari per alium, ſeu alios ſuperuiuentes, ſecundum ſtatum ipſorũ dominorum fratrum contrahentium ſupranominatorum, & ſecundum facultatem ipſorum bonorũ bene & honeſte. Et prædicta pacta fuerunt per eos iurata. Deinde de anno ſequenti milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto, die penultima Septembris, dicti fratres venerunt ad diuiſionem prædictorum bonorũ. Poſt huiuſmodi diuiſionem dominus Franciſcus duxit vxorem, ex qua vnicam filiam ſuſcepit, nomine Peronetam, quam in teſtamento hæredem vniuerſalem inſtituit. Modo alii duo fratres ſuperuiuentes vigore pactorum ſuperius relatorum petunt per ipſam filiam eis relaxari bona dicti quondam eius patris.

¶ Quæritur, an filia in teſtamento patris hæres vniuerſaliter inſtituta teneatur de iure vigore dictarum conuentionum iuratarum ad relaxandum patruis bona dicti quondam patris ſui?

SVMMARIA.

1 *Conuentio inter fratres facta quod vno eorum decedente ſine liberis maſculis ſuperſtites vel eorum liberi habeant bona prædefuncti. & nu.ſeqq. Sed contra nu.10.& ſeqq.*

2 *Pactum de futura ſucceſſione non valet, ſed ſi non promittatur ſucceſſio futura valet.*

3 *Verba conuentionis trahuntur ad tempus præſens ſecundum verborum proprietatem.*

4 *Bona futura nunquam veniunt in conuentione, ſeu promiſſione omniũ bonorum ſimpliciter etiam cum iuramento facta, & non dicitur facta de præſentibus & futuris, niſi expreſſe dicatur.*

Conuentio inter aliquos facta de omnib. bonis ſimpliciter etiam cum iuramento non trahitur ad bona futura, niſi ſit expreſſe dictum. nu.4. Intell. vt nu.11.

5 *Pactum de vniuerſali ſucceſſione acquirenda quamuis non valeat tanquam auferens teſtandi facultatem, & bonis moribus improbatum, tamen ſecus eſt, vbi non eſt pactum omnibus bonis præſentibus & futuris, ex communi opinione. & nu.10.*

6 *Laudum arbitri diſponens quod altero ex compromittentibus moriente ſine filiis omnia bona perueniant ad alium reſeruata ſibi facultate teſtandi ſolum de ſexaginta libris valet.*

7 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruata ſibi certa re & quantitate de qua poſſit teſtari valet, imo etiam valet, quando reſeruat ſibi ſimpliciter vſumfructum.*

8 *Iuramentum in contractu addit robur & maiorem firmitatem.*

9 *Conuentio non vniuerſalis in omnibus bonis, ſed tantum de paternis vel maternis tantum, valet.*

11 *Conuentio de ſucceſſione omnium bonorum præſentium & futurorum eſt nulla, & improbata omni iure.*

12 *Verba illa,* volo omnia bona mea ſine aliqua diminutione peruenire, *totalitatem important ſine aliqua detractione.*

13 *Verba,* ſine detractione alicuius partis: *non poſſunt ſalua ratione recti ſermonis reſtringi.*

14 *Clauſula imo nec vllum minimum verbum debet eſſe in conuentione ſine virtute aliquid operandi.*

15 *Conuentio inter aliquos quod vno præmoriente abſque liberis bona deleant eſſe ſuperſtitis, non valet.*

16 *Donatio cauſa mortis cenſetur vbi in conceſſione gratuita fit mentio mortis in verbis diſpoſitiuis.*

17 *Quarta detractio habet locum etiam in donatione cauſa mortis, ſed non in donatione inter viuos, vel alio actu inter viuos.*

Donatio arguitur cauſa mortis ex eo quod fuit in ea facta mentio quartæ detrahendæ. nu.17.

18 *Donatio cauſa mortis arguitur quod quinq; teſtes in ea adhibiti fuerunt prout requiritur.*

19 *Donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas, & ſic reuocabilis vſq; ad mortem.*

20 *Donatio cauſa mortis poteſt quandocunq; reuocari per pœnitentiam donatoris.*

21 Paria

21 *Paria sunt aliquid exprimi in specie seu in individuo vel in genere, & illud genus non possit verificari nisi in vna specie etiam in materia odiosa.*

Genus si non possit verificari nisi in vna specie aequiparatur speciei. vide verbo paria sunt aliquid exprimi.

22 *Fratres qui in instrumento communionis cum iuramento promiserunt omnia in illo instrumento contenta & descripta rata grata valida & firma habere, & nunquam contra per se vel alium facere dicere vel venire videtur per illa verba sibi sustul. ff. potentiam reuocandi donationem causa mortis. & nu. 13. vbi declaratur.*

Donatio causa mortis, in quo fuit dictum quod donator promisit omnia in instrumento contenta rata & firma habere & nunquam contrafacere, non censetur donatio inter viuos, nu. 22. Sed contra nu. 23.

24 *Verba illa, sub quacunque verborum conceptione factum, sufficiunt ad derogandum vltimae voluntati.*

25 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur.*

26 *Iuramentum in vltimis voluntatibus non impedit reuocationem, quamuis contraueniens sit periurus.*

27 *L. vbi ita donatur. de donat. cau. mor. declaratur.*

28 *Clausulae appositae in verbis executiuis non alterant nec immutant principalem dispositionem.*

29 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*

30 *Donatio causa mortis reuocatur per diuisionẽ omnium bonorum inter fratres factam. & nu. seq.*

31 *Diuisio bonorum dicitur alienatio & in ea seruanda est forma, quae in alia alienatione requiritur.*

32 *Donatio causa mortis reuocatur per alienationem bonorum. Item & per specialem hypothecam.*

33 *Fundare se non potest quis in ea conuentione cui contrauenit.*

34 *Actus si requirat certam qualitatem non sufficit actus sine illa qualitate, & idem in substitutione requirente aliquam qualitatem.*

Qualitas requisita debet interuenire in actu, alias non valet. vide verbo Actus si requirat.

35 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*

36 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

37 *Causa finali cessante cessare debet dispositio.*

38 *Dispositio omnis atq; conuentio intelligitur rebus sic se habentibus, vt nunc se habent.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimae virginis nominibus pro veritatis & iustitiae suffragio inuocatis.

1 ISTA conuentio inter istos fratres facta, quod vno eorum decedente sine liberis masculis, † quod superstites, vel eorum liberi habeant bona prædefuncti, de iure valida videtur a esse censenda: [a] prout notabiliter determinare videtur Oldra. Lauden. *in consi. 139. incipiente, ad habendum aliqualem notitiam.* eo quia secundum eum prouenit ex præsenti contractu seu promissione collata post mortem: *iuxta l. vnicam. C. vt actio. ab haered. & contra haer. §. post mortem. insti. de inutil. stip. l. si quis argentum. §. sed si quis vniuersitatis. C. de dona. l. hereditarium. ff. de bo. autho. iudi. pos.* Nec dicetur pactum de 2 futura successione, † quod est inualidum & improbatum à iure. *l. pactum dotali. C. de colla. l. vltim. C. de pactis, l. hereditas, C. de pactis conuentio. l. cum duobus, §. idem respondet, ff. pro socio. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus.* eo quia hic non promittitur vt futura successio, quæ non potest deberi, nisi aut ex testamento, aut ab intestato. Sed ista bona debentur ex obligatione statim effectum obtinente quantum ad obligationem, licet differatur quantum ad exactionem, *argu. l. mulier. §. fi. ff. ad Trebel.* & verba conuentionis trahuntur solum ad bona, quæ contrahentium erant tempore contractus † ex verborum proprietate: *vt l. si ita, ff. de auro & argen. lega. & l. si seruitus ff. de seruituti. vrba. prædio.* Ergo non est dubium successionem non inducere, & hæreditatem proprie non complecti. Item ista conuentio, cum in ea vertatur consideratio mutui commodi, non est proprie donatio. *l. 1. ff. de donat. & l. licet inter priuatas. & ibi notatur. C. de pac.* Erit ergo promissio quædam ob honestam causam facta, de qua loquitur prælegata *l. 1. ff. de do. Ita notabiliter tenet ibidem Oldra. Lauden. Idem tenet Io. Andr. in addi. Specul. in titu. de instru. edit. §. porro, in vlt. colum. in versi. fuit etiam alia quæstio. Alber. de Rosa. & Salyc. in l. fin. C. de pact. Angel. in l. hereditarium. ff. de bo. autho. iud. pos. & in l. sancimus, C. de donationib. Ioannes de Imol. & Ludoui. Roma. in l. Attilius Regulus, ff. eo. de dona. do. Alex. late in consi. 225. est 83. secundi, incipiente, visa facti narratione, in 3. colum. ad fin. & duabus seq. & consil 393. est 28. tertij, incipiente, ponderatis verbis instrumenti, in vlti. colum.* Et ponderandum est, quod Old. Lauden. *in prælegato consilio* loquitur, quando erat facta mentio donationis, & tamen tenet, quod non sit proprie donatio, sed promissio quædam ob honestam causam facta: Ergo multo magis hoc dicendum in casu præsenti, vbi de donatione nullum reperitur verbum in dicto instrumento communionis. ¶ Secundo facit, quia ista conuentio seu promissio cũ iuramento facta fuit omnium bonorum simpliciter, & non dicitur præsentium & futurorũ, † quo 4 casu nunquam veniunt futura, nisi expresse dicatur. *l. fina vbi gloss. notabilis. C. quæres pig. oblig. pos. facit text. in l. si ita esset. ff. de auro & argen. lega. & in l. si ita scripsisset, ff. de legatis secundo.* Item ista conuentio simpliciter facta de omnibus bonis debet intelligi de præsentibus tantum, ad hoc vt valeat: *per regulam l. quoties, cum similibus, ff. de verbor. obliga. & cap. abbate sane, de iudic. in 6.* Vnde cum tale pactum non auferat liberam testandi facultatem, valet, vt habetur *in l. fin. per Bartol. & alios. C. de pac. & in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obliga.* Nam communis & vera conclusio scribentium vtriusque iuris est, quod licet alias pactum seu conuentio † de vni- 5 uersali successione obuenienda seu acquirenda non valeat, neque teneat, eo quia infringit liberam testandi facultatem, & consequenter censeatur contra bonos mores, vt in iuribus in præcedenti fundamento adductis, *& l. cum donationis, C. de transact. & l. ex eo. C. de inutil. stip. & l. 1. C. de sacr. sanct. eccl.* Item quia non est licitum libertatem de supremis iudiciis constringere: *vt dixit text. in l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio.* tamen quando conuentio non est vniuersalis super omnibus bonis præsentibus & futuris, sed est simpliciter de omnibus bonis, quo casu intelligitur de præsentibus tantũ, vt dixi,

ista conuentio non est improbata à iure, cum non auferat liberam testandi facultatem, cum possit libere testari [b] de omnibus aliis bonis, quæ in futurum acquiret: *iuxta l. si defunctus, C. arbi. tu. & l. cura. §. deficientium. ff. de mun. & hono.* igitur valet l. omnes, *§. Lucius. ff. de his qua in fraudem credi l. si quis argentum, §. sed & si quis. C. de dona. l. iubemus, 2. post princ. C. de sacrosanct. eccl. l. vna. C. vt ac. ab hare. & contra hare. Ita tenent Barto. & doct. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in l. fi. C. de pac. Pet. de Ancha. & Ioan. de Imol. in rub. extra de testa. Paul. de Castr. in consilio 146. incipiente, super secundo puncto, circa princ. Ange. in consilio 5. incipiente, Andreas Ianis de Vulterris. dom. Alexan. in consilio 29. quinti volum. incipien. perspectis consideratisque, qua in themate suprascripto narrantur, in 4. dubio. & in consilio 59. quinti volum. incipi. viso themate prædicto, super primo dubio, &c. in princ.* Vbi tenet, quod valet laudum arbitri disponens, † quod altero ex compromittentibus moriente sine filiis, omnia bona perueniant ad alium, reseruata sibi facultate testandi solum de sexaginta libris, & sic de certa parua quantitate pecuniæ. Similiter etiam si quis donat [c] omnia bona præsen- & futura, reseruata sibi certa re vel quantitate, † valet, nec aufert liberam testandi facultatem, cum de illa re vel quantitate reseruata possit libere testari: secundum Bart. & doct. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in d. l. fina. C. de pact.* Imo fortius, si quis donat omnia bona præsentia & futura reseruato sibi simpliciter vsufructu, adhuc valet & tenet, & non dicitur auferri libera facultas testandi, quamuis vsusfructus extinguatur morte. *l. corruptionem. C. de vsufruct. §. finitur, instit. eod.* eo quia de fructibus iam perceptis, & sic præteritis, & sibi reseruatis potest testari: *ita tenet Paul. de Castr. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & ibi latius dom. Alexan. in 12. col.* Item aduertendum est, quod prædicti doctores, qui tenent talem cõuentionem valere, loquuntur etiam quando talis conuentio fuit simpliciter facta, ergo multo fortius procedet in casu præsenti, in quo in tali conuentione interuenit iuramentum, cum † iuramentum addat robur & maiorem firmitatem. *cap. quamuis, de pac. in 6. c. cum contingat, de iureiu. c. licet mulieres, eod. tit. in 6. auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.* ¶ Tertio facit, quod notabiliter decidit [d] Bart. *in consil. 72. incip. ex facto proponitur,* [d] *quod nobiles viri, &c.* vbi consuluit valere cõuentionem factam inter certos nobiles fratres & eorũ neptem, quod bona paterna vel materna, † nec ex testamẽto, nec ab intestato, nec per viam alicuius contractus perueniant in aliquam mulierem natam vel nascituram ex eis, sed tantum in masculos alicuius eorum, & si per aliquem, vel aliquos eorum successores contrafactum fuerit, quod prædicta omnia & singula obseruentur: & propter hoc liceat aliis propria authoritate reuocare. Motus est Bart. eo quia talis conuentio non est vniuersalis in omnib. bonis, sed tantum de paternis & maternis. Vnde de aliis bonis aliunde quæsitis potuerunt libere disponere, & inter viuos, & testando: & sic ista talis conuentio non aufert liberam testandi facultatem. allegat ad hoc *l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. oblig. & l. codicillis. §. matre, ff. de lega. 2.* Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure prævalere ex infrascriptis fundamentis, ex quibus remanebunt sublata ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Agitur in præsenti lite de excludenda filia, quæ est vnica, ab hereditate paterna, & quæ instituta est hæres vniuersalis in testamento patris: & sic effectualiter de euacuando testamento patris, quod est inhumanum, & ab omni æquitate & iustitia alienum, præsertim cum id attẽtetur per patruos, qui neptem propriam ac filiam tueri deberent. ¶ Ego filiæ defensionem honestam & iuridicam suscipiens, vt ex testamento patris in bonis paternis vniuersaliter succedat, ex sequentib. mediis moueor. In primis: quia ista conuentio initio inita inter prædictos fratres est conuentio omniũ bonorum præsentium & futurorum, vt statim ostendam, † ergo est inualida & nulla, & omni iure improbata: & hoc est indubitatũ apud omnes, eo quia aufert liberam facultatem testandi [e]: *vt l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & l. cum donationis. C. de transact. & l. pactum dotali. C. de colla. & l. 1. C. de sac. sanct. eccl.* & sic est plena tristissimi euentus. *l. si. C. de pact. ca. ne captanda, de præben. in 6.* & sic est cõtra bonos mores: *vt l. ex eo. C. de inuti. stip.* & consequenter non firmatur iuramento: *vt in regu. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. glos. in l. si quando, §. 1. C. de inoffic. testa. & in d. l. pactum, C. de colla. firmant Barto. & omnes in d. l. stipu. hoc modo concepta.* Nam à iure prohibitum est libertatem de supremis iudiciis constringere: *vt dicit textus in d. l. cum duobus, §. idem respondit. ff. pro socio.* Item successio vel hæreditas non potest dari pactis. *l. hæreditas. C. de pact. conuen.* ¶ Quod autem ista conuentio sit omnium bonorũ præsentium & futurorum, & consequenter quod assumptum sit verum, ostenditur euidenter ex duobus. Primo: quia in pacto dicitur, quod omnia bona deueniant sine detractione alicuius partis. Nam licet illa verba omnia bona, † de per se prolata possent intelligi de bonis præsentibus tantum. *d. l. fi. C. quæ res pig. ob. pos.* tamen adiiciendo sine detractione alicuius partis, & consequenter quod non possit detrahi aliqua portio etiam futurorum, per consequens sequitur, quod ista dicitur conuentio omnium bonorum præsentium & futurorum. facit, quod tenet Bart. *in l. centurio. ff. de vulg. & pupilla. in 1. quæst. 3. quæst. principalis in penult. cõarta, in versic. quod dicemus debito.* Vbi Barto. ponit, quando testator dicit, *volo omnia bona mea sine aliqua † diminutione peruenire,* quod talia verba totalitatem important, sine aliqua detractione, & consequenter denotant eum esse directo in vniuersis bonis sine vlla defalcatione substitutum. Item ista verba, *sine detractione † alicuius partis, saluatione recti sermonis,* restringi non possunt, *argu. l. Plautius. ff. de argen. lega. & quod dicit Bart. in l. si de certa. C. de transact. & in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. cano. in cap. 1. de transact.* alias talia verba essent superflua, & nihil operarentur. Sed nulla clausula, † imo nec vllum minimum verbum debet esse in conuentione sine virtute aliquid operandi. [f] *vt est glo. notabilis in cap. solita, in verb. tanquam, de maieri. & obe. & glos. in l. 1. §. ait prætor, in verb. familia. ff. de vi & vi ar. in l. 1. ff. quod met. cau. & notabil. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. & in l. à procuratore. C. man.* Secundo, quod ista sit conuentio omniũ bonorum præsentium & futurorum patet: quia per pactum expressum filiæ fœmellæ excludũtur à totali successione parentum

median-

mediante dote constituenda per fratres superstites, ergo apparet, quod tale pactum est etiam de futuris bonis. Confirmatur: quia talis obuentio bonorum successionem significat: *vt tenet Bart. in consilio* g *212. & quod incipit promitto tibi* † *& tu mihi &c.* vbi et- 15 iam fortius tenet & notabiliter Bartol. quod si ego promitto tibi, & tu mihi, vt vno præmoriente sine liberis res debeant esse superstitis, quod ista conuentio nihil valet, nec si tu moriaris sine liberis, bona tua debent ad me, vel ad liberos meos deuenire: quia per hoc infringitur libera facultas testandi. *leg. pactum quod dotali. & l. fi. C. de pac. Idem tenet Bartol. in l. licet inter priuatos. C. de pac.* ¶ Secundo principaliter moueor. Nam ista conuentio virtualiter & effectualiter est donatio causa mortis, quod ex tribus euidenter apparet. Primo, quia in ea est facta 16 mentio mortis in verbo dispositiuo, † sed sic est, quod vbi fit mentio mortis in concessione gratuita, h quod censetur esse donatio causa mortis. h *l. Seia. §. fi. & ibi gl. & Bar. ff. de do. cau. mor. l. Seia. & ibi gl. ff. de do. prælega. glo. in l. apud Celsum* §. *1. ff. de excep. do. & in l. mortis caussa capimus.* §. *Titia. ff. de dona. cau. mor. glo. Bart. & doc. in l. fi. C. de pac. Bart. & doct. in l. quæ dotis. in 2. col. ff. solu. ma. Cy. & alij in leg. 2. C. de iure do. Bal in l. cum quis ff. de condictio. ob cau.. & in le. & si mortis. C. ad l. fal.* Et tanto magis istud procedit in casu præsenti, cum in i isto casu mentio mortis sit facta in verbis dispositiuis: *vt declarat signanter* i *Bald. in addi. Specu. in titu. de instru. edit. in vltim. column. in versicul. si quis donat. quem refert, & multum commendat & sequitur dominus Alexa. in d. l. quæ dotis. in 8. colum. in 7. fal. ff. solu. ma & in consi. 14. primi volu. incipiente, circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio &c. in primo dubio.* Secundo, quia dictum est sine detractione quartæ, vel alte- 17 rius portionis. Nam detractio † quartæ, habet locũ etiam in donatione causa mortis. *l. si mortis. C. ad l. falci. l. si mortis. ff. quo. lega. & leg. vbi donatur. in fi. ff. de dona. cau. mor. & l. in donationibus. ff. ad l. falc.* Sed detractio quartæ non habet locum in donatione inter viuos nec in alio contractu, vel actu inter viuos. Tertio, in instrumento conuentionis fuerunt adhibiti quinque testes, & adhuc plures, qui quinque k testes k de necessitate requiruntur in donatione 18 causa mortis † cum censeatur esse vltima voluntas: *vt l. fin. Cod. de dona. cau. mor. leg. fin. ad fi. C. de codicil.* Sed in donatione inter viuos, sicut & aliis contractibus, duo testes sufficerent: *per regul. leg. vbi numerus. ff. de testi. & c. in omni negotio. extra eo. facit text. à speciali in authen. sed nouo iure. C. si certum pet.* Ex istis tribus apparet, quod ista conuẽtio virtualiter & effectualiter est donatio causa mortis. Et vltra prędicta tria, quod ista conuentio sit donatio causa mortis, facit bene text. *in leg. licet inter priuatos. C. de pac. vbi est text.* quod talis conuentio facta inter priuatos, quod is qui superuixerit alterius rebus potiatur, est donatio causa mortis, tamen dicit ibi textus, quod in illo casu est inefficax, & Bartol. ibi dicit rationem esse vltra glos. quod ideo non valuit: quia ibi non non fuit solennis numerus testium: Ergo cum in casu nostro interuenerit solennis numerus testium, vt supra proxime dixi, ergo censetur donatio causa mortis. ¶ Stat ergo ex prædictis, quod ista cõuentio virtualiter ac effectualiter dicitur esse do- 19 natio causa mortis, † & consequenter dicitur esse vltima voluntas. *leg. fin. Cod. de donatio. causa mortis.* Ergo est ambulatoria, & sic reuocabilis, vsque ad mortem, & vsque ad supremum vitæ exitum. *l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & c. cum Martha. de celebra. missa.* Ergo potuit per donantem nedum expresse, imo tacite reuocari per aliam vltimam voluntatem etiam alias inualidam: *argumento leg. legatum sub conditione. §. pater hortos ff. de adi. lega. facit lex. si maritus. 1. & 2. C. de donatio. inter virum & vxorem.* clarum est & expeditum, quod † donatio causa mortis quandocunque potest re- 20 uocari l per pœnitentiam donatoris. *leg. non omnis. l in princip. & ibi glos. Barto. & scribentes. ff. si certum peta. & institu. de donatio. in princip.* Sed ista donatio causa mortis fuit multipliciter reuocata, vt infra patebit. In primis fuit reuocata per testamentum domini Francisci, in quo instituit filiam hæredem vniuersalem omnium bonorum suorum exclusis suprascriptis fratribus suis, & in ipso testamento etiã sic formaliter dicitur: reuocans in primis & ante omnia quascunque donationes & ordinationes causa mortis, quæ comperientur sub quauis verborum expressione factę. Ponderentur bene illa verba vniuersalia, quascunque donationes causa mortis, & illa, sub quauis verborum expressione. Item paria sunt aliquid exprimi in specie, † seu in indiuiduo, 21 vel m in genere, & illud genus non possit verificari m nisi in vna specie, etiam in materia odiosa: *vt est textus in leg. 2. ff. de liberis & posthumis. in §. nominatim. institu. de exhare. libero. & in l. nominatim. ff. de conditio. & demonstratio.* Item dispositio generalis, quæ solum potest verificari in vna specie, censetur esse specialis. *leg. si optio. ff. de optiõ. lega. quem text. ad hoc reputat semper tenendum menti domi. Francis. de Aret. in l. 2. §. & harum. in penultima col. ff. de verborum obliga. Ad idem est text. in leg. si domino. & ibi Bar. & alij ad hoc notant. ff. de legatis 1. & in cap. ex parte. 1. & ibi glos. finalis, & dominus Abbas ad hoc notant. de offic. de lega.* Sed in proposito nostro illa verba generalia & vniuersalia apposita in testamento domini Francisci, quod reuocat quascunque donationes causa mortis, sub quacunque verborum expressione factas, non possunt verificari nisi in illa, quæ fuit facta in dicto instrumento communionis inter ipsos fratres celebratos: Ergo est perinde, ac si de illa esset facta mẽtio specialis: & sic est perinde, ac si illi fuisset specialiter & expresse derogatum. ¶ Nec obstat, si diceretur, q̃ in tali instrumento cõmunionis dicti fratres cum iuramento promiserunt omnia in illo instrumento contenta & descripta rata, grata, valida, † & 22 firma habere, & nunquam contra per se vel alium facere, dicere, vel venire, sed omnia in eo descripta attendere, complere, & obseruare: per quæ verba videtur sublata potentia reuocandi donationem prædictam causa mortis: *vt leg. si alienam. §. fina. iuncta glos. in verb. nullo casu. ff. de donatio. causa mor.* imo propter talem clausulam videtur, q̃ debeat censeri donatio inter viuos: *per tex. in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mor. Bal. in l. 2. C. de iur. dotium.* Et tanto magis, cũ vltra dicta verba ẽt interuenerit iuramentũ, vt prędixi: quo casu videtur non posse ex pœnitẽtia reuocari: prout tenet dominus Franciscus de Are. *in con. 74. incipiente, diligenter & mature ponderatis, bis quæ in puncto. in quarta columna. Pau. de Castro in consilio 98.*

incipiente, notandum est primo. circa principium. Quia respondetur, quod donatio causa mortis, postn quam est in esse producta, [n] censetur esse vltima voluntas: *vt est gl. communiter approbata in l. 2. in princip. ff. de dote prælega. firmant Bart. & doct. in l. 2. ff. de le-*23 *gatis. 1.* Sed vltima voluntas † potest reuocari non obstantibus talibus verbis, dummodo eis derogetur. *l. si quis in principio testamenti. cum similibus. ff. de legat. 3.* Et ita in terminis tenet late & notabiliter Bal. *in l. cum quis. ff. de cond. ob cau.* inter cætera motus, quia illa verba, quibus promittit de non contraueniendo, debent intelligi secundum naturam actus, super quo interponuntur. *l. si vno, in prin. ff. loca. & l. si stipulatus. ff. de vsur.* Intelliguntur ergo ista verba de non contraueniendo, nisi ex pœnitentia: *per text. notabilem. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.* Vbi si locator fecerit pactum expressum de non expellendo conductorem, intelligtiur nisi cessauerit in solutione: qui natura contractus locationis est, quod si conductor esset in solutione, quod possit expelli, quamuis locator promiserit nunquam eum expellere. Idem ergo dicendum & in proposito. *Istam decisionem Bald. refert & sequitur D. Alex in l. quæ dotis. in 6 colu. ff. sol. mat.* Ita etiam tenet Ang. *in cons. 254. incip. hæc quæstio multum est mihi dubia.* Sed in casu præsenti D. Francis. in suo testamento reuocauit qualcunq; donationes, & ordinationes causa mortis sub quauis verborũ expressione factas. Et sic p illa verba, *sub quauis verborum expressione factas*, videtur derogare illi clausulæ generali contentæ in dicto24 instrumento communionis. Nam illa verba, *sub quacunq; verborum conceptione factas*, sufficere videntur ad derogandum: *prout determinat Bart. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de leg. 3. in 5. col. in vers. quæro, quod si testator dixit cassans & irritans. in consil. 21. quod incipit, vt dixit & asseruit Ang & Paul. de Cast. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1.* Similiter iuramentum intel-25 ligitur secundum naturam actus super quo † interp onitur. [o] *l. fi. C. de non nume. pec. ca. quemadmodum & ibi not. D. Abb. de iureiuran. facit quod vult gloss. singularis in c. fin. de procu. in 6. & quod vult Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ad fin. ff. si quis cautio facit etiam text. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero ff. de iureiur.* Præterea iuramentum non impedit in vltimis voluntatibus26 reuocationem ex pœnitentia, † licet contraueniq ens efficiatur periurus: [p] *secundum Io. And. in reg. quod semel. de reg. iur. in 6. in mercurialib. D. Abb. in c. intellecto. in pe. & vlt. col. de iureiur. Paul. de Cast. ad propositum nostrum in cons. 56. incipiente, dico non obstante iuramento. Imo fortius tenet Bar. in d. l. si quis in principio testamenti. in vlt. col. ff. de lega. 3.* quod etiam isto casu contraueniens non sit periurus. ¶ Non obstat d. l. vbi ita donatur. quia loquitur, quando fuit expresse actum,27 quod † donatio causa mortis nullo casu posset reuocari, quod non reperitur specialiter actum in casu præsenti, in quo solum adsunt dicta verba generalia, quæ apponuntur de stylo notariorum: secundum Bartol. *in l. 1. in 6. po. ad fin. ff. de iure codicil.* & sunt28 apposita † in verbis exequutiuis instrumenti, ideo q non immutant q nec alterant principalem dispositionem: vt est text. reputatus singularis *in cle. 1. de præben. Bald. in l. eam quam. in 9. colum. Cod. de fideicom. dom. Abb. in cap. cum nostris. in vltim. colum. de concess. præben. Ioan. de Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 2. char. ff. de verb. obl.* Secundo principaliter respondeo, quod prædicta clausula, qua promittitur, omnia in dicto instrumento contenta habere rata, & firma, & iuramentum superinde præstitum intelligitur rebus sic stantibus, & se habentib. prout se habebant tempore factæ promissionis, prout dicam infra in tertio principali fundamento. Et quod iuramentum intelligatur † rebus sic se habentibus prout 29 tunc se habebant, [r] est text. *in l. si. ff. qui satisd. cogan. &* r *in cap. breui. de iureiuran. & est gloss. ordin. in cap. quemadmodum. in gl. 2. de iureiurand.* Et sic intelliguntur ipsis fratribus stantibus in dicta communione, ergo seeus cum ab ea recesserint per diuisionem bonorum inter eos anno postea subsequenti factam. Et tanto fortius ista solutio in casu præsenti quadrat, ex quo talis promissio fuit expresse, & limitate facta ratione ipsius communionis: vt dicam infra in tertio principali fundamento. ¶ Secundo principaliter prædicta donatio cau. mortis fuit reuocata per diuisionem omnium bonorum † postea inter 30 ipsos fratres factam. Nam diuisio dicitur † esse alie-31 natio. [s] *l. cum hi. §. sed & si plurib. ff. de transactio. Bartol* s *in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10 quæst. ff. de verborum obligat.* Hinc est, quod in diuisione seruanda est forma, quæ in alia alienatione: *secundum Bald. in leg. iubemus nulli. in princip. in 2. colum. Cod. de sacrosanct. eccles.* Sed sic est, quod per alienationem bonorum reuocatur † donatio causa mortis. dictum est Dyn. 32 reputatum singulare *in l. Stichũ qui meus erit. ff. de legat. 1. & ibi Bald. reputat illud dictum esse aureum. & illud dictum sequuntur Imol. Rapha. Com. & dom. Alexand. ibi:* & pro illo dicto solco allegare bonum text. *in l. illud generaliter. in princip. ff. de donat. causa mort.* Item cum donatio causa mortis ex pœnitentia reuocetur: vt dictum est supra, certe per alienationem inducitur pœnitentia. *l. cum hic status. §. si maritus. & l. vxori. ff. de dona. inter virum & vx.* Sicut etiam per speciale m hypothecam reuocatur donatio causa mortis. *l. si maritus. 2. C. de dona. inter virum & vxor.* Præterea, vltra dictam diuisionem postea dicti fratres, præsertim Aymo, alienarunt dicta bona, † & sic contrauene-33 runt dictæ conuentioni: ergo ex ea se iuuare non possunt. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. cap. quemadmodum. & ibi notat dominus Abb. in tertio notabili. de iureiur. & idem D. Abb. in capitul. peruenit. 2. in vltim. colu. per illum tex. in titul. de iureiurand. Bald. in l. inciuile. C. de rei ven.* ¶ Tertio principali fundamento moueor, & in hoc facio magnum capitale, & dico fortius, quod adhuc posito, sine veri præiudicio, quod talis conuentio inter ipsos fratres facta de iure valuerit: item posito, sine veritatis præiudicio, quod prædicta conuentio non fuit reuocata, vel non potuerit de iure reuocari, tamen adhuc fratres superstites non possunt iuridice petere à filia domini Francisci ex testamento hærede vniuersali, quod relaxet eis bona quondam patris sui vigore pactorum contentorum in instrumento communionis, de quibus supra est facta mentio. Nam posito, vt dixi, quod talia pacta de iure valeant, tamen sunt expresse qualificata per ista formalia verba, videlicet. omnia præcedentis bona deueniant & remaneant aliis supra nominatis fratribus de communi superuiuentibus. Ponderentur bene illa verba qualificantia ipsum pactum, scilicet, de communi

superuiuentibus. Ad hoc ergo vt isti fratres nunc superuiuentes possint admitti vigore dictorum pactorum, requiritur, quod de communi superuiuant: sed ista qualitas defecit, vt patet per instrumentum diuisionis inter eos celebratæ, ergo etiam
34 ipse actus, & ipsa conuentio debet deficere: quia † quando aliquid requiritur cum aliqua qualitate,
t non sufficit actus sine ipsa qualitate. [t] *leg. Fulcinius. §. cum hoc. & ibi Bart. notat. ff. quibus ex cau. in pos. ea. leg. 1. §. quod autem ait prætor, & ibi Bartol. ad hoc not. ff. ne quid in flu. publi. leg. pe. §. docere. & ibi Paul. de Castr. & moder. ad hoc notant ff. ne quis eum qui. dom. Abb. in capit. licet causam. in 7. not. ab. per illum textum de probatio. & in capit. abbas. in 3. colum. quod met. cau. facit text. in leg. Titius. ff. de testamen. mili.* Item quando substitutio requirit aliquam qualitatem, ista qualitas debet verificari, adhoc vt habeat locum substitutio. *ita notat Bald. in le. qui liberis. in princ. per illum textum. ff. de vulg. & pupilla.* Item non debet quis admitti vt talis, nisi
u prius constet aut probet se esse talem. [u] *leg. non ignorat. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant. C. qui accusar. non possunt.* Item qualitas adiecta verbo debet intelligi
35 secundum tempus † verbi, cui adiicitur. [x] *leg. in delictis. §. si extraneus ff. de noxa. l. Titius. ff. de testa. mili. late Barto. in leg. ex facto. in secunda columna. ff. de vulga. & pupilla.* Ergo illa qualitas, de communi superuiuentibus, adiecta verbo, *deueniant, & remaneant*, debet intelligi, si tempore quo prætendunt illa bona debere eis deuenire superueniant in communione, &
36 aliter. Item limitata causa limitatum † producit ef-
y fectum. [y] *leg. in agris. & ibi Bartol. ff. de acquir. re. do. leg. age & ibi Bald. & Salyce. ad hoc notant. C. de transac. leg. cancellauerat. ff. de his quæ in testamento delen. leg. in insulam & ibi Bald. Cod. de sen. pas.* Item cessante causa expressa in puncto, & sic cessante causa finali, debet
37 cessare † dispositio, & sic ipsa conuentio. *leg. adigere §. quamuis. ff. de iure patrona. leg. filio. §. matri. & ibi Bart. ff. 61. de adi. lega. cap. cum cessante. de appella. c. post translationem. de renun. cap. & si Christus. circa finem. de iure iuran. & cap. magna. in fin. de voto.* Ad hoc ergo vt fratres superuiuentes possent admitti virtute pactorum contentorum in instrumento communionis, requiritur, vt prædixi, quod durassent in communione omnium bonorum suorum, quam tunc celebrarunt, & consequenter quod de præsenti de communi superuiuerent, vt expresse cantant verba dictorum pactorum. Et ista qualitas fuit rationabiliter apposita per ipsos fratres in dictis pactis;
38 quia omnis dispositio, † & omnis conuentio intelligitur rebus sic se habentibus & durantibus in eodē statu, quia mutatis terminis, qui sunt loco causæ finalis, intelligitur mutata promissio, & mutata cōuentio. *l. quod Seruius. & ibi glossa & scribentes not ät. ff. de conditione ob causam. l. si fuerit in princ. ff. pro socio. & tex. not ab. in l. cum quis. in principio, ff. de solu.* per quem text. notat ibi Bald. regulam generalem, quod omnis promissio, & omnis conuentio intelligitur rebus sic se habentibus, prout nunc se habent. *facit text. in cap. suggestum. de deci. & in cap. cum inter P. de renuncia.* Sed isti fratres nunc superuiuentes non superuiuunt in communi, nec in illa communione bonorum inter eos facta, imo iamdudum fecerunt inter se diuisionem omnium bonorum, vt patet ex instrumento diuisionis superinde confecto, & viuunt & vixerunt separati, ergo nullatenus admitti possunt vigore dictorum pactorum posito millies quod iure valerent, cuius contrarium fuit supra satis demonstratum.

ADDITIO.

a Censenda.] Ias. con. 211. præsens consultatio. n. 22. vers. accedat ad prædictorum supra li. 2. vbi addo.

b Libere testari.] Vide eundem. d. con. 211. nu. 8. versi. circa. ergo. 2. vbi dixi.

c Si quis donat.] Dixi. d. con. 211. nu. 10.

d Proponitur.] Ias. d. consi. 211. n. 22. versi. accedat etiam ad prædictorum. vbi addo.

e Facultatem testandi.] Rolan. hoc consilium citans consi. 65. præsupposita. numero 1. lib. 1. Gabr. com. opin. libr. 3. de pact. concl. 1. numero decimo. vbi & ipse huius consilij meminit.

f Operandi.] Idem Iaso. consilio 45. aggredior. numero 14. supra li. 1.

g Consilio 212. Dec. l. pactum dotali. numero 3. C. de collat. Parisc. consilio 26. ex tenore. numero 69. & 116. & seqq. lib. 2. Beroi. consilio 30. quamuis super puncto. numero quarto. & omnino numero duodecimo. & numero 34. vbi comprobat & sequitur Bar. loco allegato lib. 3. distinguit idem Beroi. con. 157. quamuis. n. 13. lib. 2. & sequitur Cagno. l. fi. num. C. de pact.

h Causa mortis.] Ias. con. 5. c. primum. n. 33. supra eo.

i Signanter.] Idem Ias. d. con. 5. n. 40. vbi addo.

k Quinque testes.] Vide addita d. con. 5. nu. 35.

l Reuocari.] Clar. §. donatio. quæst. 25. verficu. sciendum est etiam.

m Nisi in vna specie.] Ias. con. 15. præsenti. n. 2. supra li. 1. vbi dixi.

n In esse producta.] Vide eundem con. 6. primum dubium. n. 29. supra eo. vbi scripsi.

o Interponitur.] Ias. d. con. 6. n. 30. vbi addo.

p Periurus.] Idem. d. con. 6. n. 31.

q Immutant.] Idem trad. Iaso. d. consili. 9. numero 24. vbi addo.

r Habebant.] Ias. infra eo. consi. nume. 38. refert & sequitur Tiraq. leg. si vnquam. in præfat. numero 166. C. de reuoc. donat.

s Alienatio.] Dixi consi. 24. Cum magnificus. n. 8. & 30. vbi decl.

t Qualitate.] Ias. con. 9. Venerabilis. n. 26. super li. 1. & con. 4 D. Baptista. n. 8. super eo.

u Esse talem.] Addo d. con. 4 n. 9.

x Adiicitur.] Idem. Ias. con. 170. quod prædicti. n. 35. supra. li. 2. vbi dixi.

y Effectum. Dixi con. 171. videretur. n. 22. supra li. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXI.

THEMA.

NOBILIS vir dominus Placentinus de Puzulo ciuis Placentinus in suo testamēto sibi hæredē vniuersalem instituit do. Ioan. Andream de Perugo, non turpem, sed extraneam personam: matrem vero instituit in eo, quod sibi ex necessitate iuris debetur, & in eo ipsam tacitauit, sororē autem vtinq; coniunctam præteriit. Quæritur, quanta sit legitima istius matris ex necessitate iuris debita: an tertia totius hęreditatis, an vero tertia dimidiæ, & sic sexta pars totius.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Legitima matris est tertia totius hæreditatis ex quo persona turpis est instituta, & soror præterita nihil potest petere. Sed contra numero secundo ex communi & veriori opinione.*

Legitima. Legitima persona quæ non admittitur ad partem habetur pro mortua, & non facit partem n. 1.

3 *Statutum disponens quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, non succedet mater, si vnus filius decedat fratre præterito & extraneo nõ turpi persona instituto.*

4 *Mater cui portio legibus debita est testamento relicta, non potest ex persona sororis præterita maiorem portionem per ius accrescendi sperare.*

5 *Testator instituendo extraneum non turpem personam & prætereundo sororem videtur eam tanquam tacite exhæredatam sua successione priuare.*

6 *Lucrum vel successio acquiri illi debet cuius contemplatione alteri aufertur.*

7 *Legitimatio nõ augetur propter personam præteritam vel exhæredatam, quando apparet personam esse exhæredatam fauore extranei hæredis instituti.*

8 *Testator instituendo matrem in eo quod ex necessitate iuris ei debetur, & iubens eam esse tacitam & contentam, videtur prohibuisse ius accrescendi. & numero 10.*

9 *Testator si reliquit aliquid matri pupilli & iussit eam esse tacitam & contentam per illa verba præsumitur voluisse substitutum præferre matri.*

10 *Testator videtur prohibuisse ius accrescendi taxatiue & limitatiue relinquendo & n. 11.*

11 *Alimenta. In alimẽtorum legato facto duobus vno mortuo non habet locum ius accrescendi, quia alimentorum legatum natura aliter est limitatum.*

Ius accrescendi non habet locum in legato alimentorum duobus facto vno mortuo. vide verbo alimenta.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

QVOD legitima istius matris sit tertia totius hæreditatis, & sic triens integer,† facit, quia ex quo est instituta persona non turpis, soror præterita nihil potest petere. *l. fratres. C. de inoffi. testa.* Soror ergo habetur pro mortua, & sic reputatur pro nulla: sed qui non admittitur ad partem, nec aliquo iure admitti speratur, nõ facit partem. *§. sed nostra. instit. de succes. libe. l. plane. §. si duobus. & l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. 1. facit. l si proponas. §. si. & l. qui repudiantis ff de inoffic. testa.* Iniquum enim esset, quod soror diminueret legitimam matris, quam ipsa soror non est habitura. *d. §. sed nostra. & leg. si post mortem. §. si liberi. ff. de contra tab. & §. soluto. in versicul. si quis enim. in authent. de nup.* mater enim sola admittitur ad tertiam hæreditatis per amotionem obstaculi, non per ius accrescendi tanquam coniuncta sorori, quæ vt dixi, pro mortua, & sic pro nulla reputatur, & ita disputando determinauit Iac. Butr. *quem refert & sequitur Bal. in repetitione. le. pater filium. in 11. columna. & sequen. ff. de inoffi. testa. & in authen. nouissima. in 8. quæst. & ibidem Salyce. C. eod. Oldra. Lauden. in consilio 123. quod incipit, quidam Pontius. Paulus de Castro in consilio 253. incipiente, quoniam fundamentum huius articuli consistit. in 3. columna. Rapha. Fulg. in consilio 35. incipiente, proponitur, quod mater familias. in 2. column. Cardinal. Florenti. in consilio 151. quod incipit, in omnibus suis bonis. dominus Alexand. in leg. plane. §. si duobus. ad finem. in vltim. quæst. ff. de leg. 1. vbi dicit istam esse magis communem opinionem.* ¶ Contrariam sententiam, quod imo legitima istius matris sit tantum tertia dimidiæ, & sic sexta, non autem tertia totius: tenuit late[a] Bartol. *in repetitione d leg. pater filium, in 2. quæst. principali, per aliquas rationes, de quibus ibi per eum.* Præsertim, quia negari non potest, quod de iure dicta mater non potest petere nisi tertiam tertię, †si quid petit vltra, petit iure accrescendi: vt patet expresse *in d. leg. qui repudiantis. & in leg. si proponas. in fine. ff. de inoffic. testa.* Sed isti dicuntur coniuncti coniunctione legali, & inter tales coniunctos coniunctione legali non habet locum ius accrescendi. *leg. & Proculo. ff de lega. secundo nisi in successione vniuersali. leg. seruus communis ab extero. ff. de acquiren. hære.* sed in legitima non est successio vniuersalis, *vt notatur in leg. cum à matre. Cod. de rei vendi.* quia etiam filius in legitima non potest conueniri vt hæres: *vt notatur in leg. quoties. Cod. de hæredi. institu.* Idem tenent Ang. Imol. & dom. Francis. *de Are. in d. leg. plane. §. si duobus. & ibi Areti. in antepe. columna dicit sequendam esse opinionem Barto. quia est communis & verior.* & ibidem Bald. in vlti. quæst. dicit, quod determinatio Iacob. But. tenentis contrarium est sibi satis dubia; quia sequeretur magnum inconueniens. Pone, quod defunctus habebat sex fratres, mater ab intestato solum habuisset septimam partem totius, nunc aũt ex testamento daretur sibi tertia totius, & sic imputaretur testatori, quod testatus decesserit, contra *leg. posthumus. in prin. ff. de inoffi. testa. & istud fundamentum sibi ascripsit. domi. Alexand. in consilio 140. primi volum. quod incipit, super testamento Ser. Nicolai. ad finem. Similiter idem Bald. in consilio 350. quartæ partis, incipiente in consulendo sen. per tenui &c.* dicit quod mirabile est illud, quod Iacob. But. disputando determinauit, quod isto casu legitima matris sit tertia totius hæreditatis. Istam opinionem Barto. etiam tenet Pau. de Cast. *in d. leg plane. §. si duobus. in fin.* vbi dicit, quod præteritio istius sororis loco exhæredationis habetur, quia exhæredatio dicitur tribus modis: *vt notat Bartol. in leg. filio præterito. ff. de iniust testa. & in authen. ex causa. C. de liberis prate.* Sed portio expresse exhæredati remanet apud hæredem: *per glo. in authen. hoc amplius. & in corpore vnde sumitur. C. de fideicom. circa medium glo. magnæ.* Ergo idem in tacita exhæredatione, cum par sit virtus taciti & expressi. *leg. cum quid ff. si cer. peta. Idem videtur tenere Paul. de Cast. in d. leg. pater filium. in penultima columna. licet dicat, quod istæ opiniones sint obscuræ & dubiæ.* ¶ Pro ista parte bene facit, quod notabiliter determinat Bartol. *in leg. 1. §. si pater in potestate. in penultima columna. ff de coniungen. cum emancip. libe.* Vbi quærit, pone statutum disponit, quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, modo pone, quod vnus filius decessit fratre præterito, & extraneo non turpi persona instituto: succedet ne mater: videtur quod sic, quia frater tunc non potest succedere, quia est præteritus.

tus. Contrarium determinat Bartol. eo quia iſte
3 frater priuatur ſucceſſione facto defuncti, † & actus priuationis non præcedit actum translationis in alterum, imo eſt vnus & idem. ideo ille frater præteritus ita impedit matrem, ſicut ſi haberet: *vt*
b *leg. 1. §. finali. ff. de aſſignan. liber. ita ibi formaliter* b *tenet Bartol. Sequitur Paul. de Caſtr. in conſi. 457. incipiente, ſuper primo puncto quo quæritur. in antepenultima colu. dominus Alexand. in dict. conſil. 140. in vltima column. dominus Franciſ. de Aret. in conſi. 49. incipiente, libenter continuiſſem me. in penul. colum.* ¶Pro eadem parte ſecundo facit; quia iſta mater, cui portio legibus debita
4 eſt teſtamento relicta, † non poteſt ex perſona ſororis præteritæ maiorem portionem per ius accreſcendi ſperare: *vt eſt textus ſingularis in l. ſiue patronus. §. ex duobus. ff. de iure patrona.* Sed in caſu præſenti teſtator matrem inſtituit in eo, quod ſibi ex neceſſitate iuris debetur, ergo legitima non debet augeri matri per hoc, quod teſtator ſororem in teſtamento præterierit. Et iſtud dicit eſſe efficaciſſimum fundamentũ etiam in terminis magis dubitabilibus Rapha. Fulgo. *in conſ. 55. incipient. pro ſecundo conſultatus articulo. in prima column.* Ego quoque hanc ſententiam Bartol. & ſequacium amplector, non quidem ſimpliciter, nec abſolute, ſed in terminis caſus præſentis. Et ſic ſtantibus verbis teſtamenti, prout in facto præſupponitur, ſcilicet quod ſorore præterita, & extraneo non turpi perſona inſtituto, matrem etiam inſtituerit in eo, quod ſibi ex neceſſitate iuris debetur, & in eo ipſam tacitauit. ¶ Moueor & tertio, quia in terminis ſupra ſcriptis teſtator inſtituendo extraneum non turpem perſonam, & prætereundo ſororem, videtur ex tali
5 præteritione eam priuare ſua ſucceſſione, † tanquam tacite exhæredatam. *l fratris. & l. fratres. C. de inoffic. teſtamenti & l. 1. ff eo. & §. 1. inſt. eo.* Sed iſtam priuationem intelligitur facere fauore extranei inſtituti: ergo eius portio debet illi extraneo acquiri, & ei accreſcere. *authen. hoc amplius. & ibi glo. magna circa medium. C. de fideicommiſ.* Sicut in ſimili determinat in alia pulchra *q. Bartol. in l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. 3. & in l. patris familias. vbi Ang. Imol. & alii. ff. de hære. inſti. & Bartol. in conſ. 39. incipien. proponitur. quod in teſtamento Franciſcini continetur. circa finem. Bald. in authen. qui relictum. C. de indi. vidui. tol. & in l. vnica. in 12. colum. C. de his quæ pœ. nomi. Ang. in §. præfata. in authen. de nup. Pet. de Anchara. & Imol. in cap. ſi hæredes. de teſta.* Nec in caſu præſenti poteſt dici, quod teſtator prætereundo ſororem, & ſic eam penitus excludendo voluerit eius partem matri accreſcere, ex quo ſolum eam inſtituit in eo, quod ſibi ex neceſſitate iuris debetur, & in eo ipſam tacitauit. Per quæ verba aperte apparet, quod teſtator voluit minus relinquere matri, quam potuerit. Vnde quando verba teſtatoris ſunt clara, non admittitur quæſtio voluntatis: *ſecundum Bartol. in l. iam hoc iure. §. fin. per illum text. ff. de vulga. & pupilla.* Confirmatur, quia quotieſcunque aliquis priuatur, vel remouetur ab aliqua ſuc-
6 ceſſione, vel lucri † alicuius contemplatione, illi debet acquiri, cuius contemplatione remouetur.
c *c. l. ſi legatarius. C. de lega. le. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig. le. 2. §. fin. & ibi notat Bartol. ff. de collat. bon. & iſtam regulam per prædicta iura tradit Bartol. in leg. ſecunda, §. videndum. in vltim. column. ff. ad Tertullia. Bene facit quod tenent Bartol. & ſcribentes in leg. ſeruo legato. §. ſi teſtator. per illum textum. ff. de lega. primo §. quidam filium. ff. de contra tabu. cum aliis multis concordan. tradi ſolitis in d. §. ſi teſtator.* Sed in caſu præſenti iſta ſoror fuit per præteritionem priuata ſucceſſione fratris contemplatione hæredis inſtituti, ergo illi debet eius portio applicari: quia vt dixi, in caſu præſenti ſoror non poteſt dici excluſa contemplatione matris, quæ ſolum eſt inſtituta in debito ex iuris neceſſitate: quo caſu cenſetur in re certa particulariter inſtituta. *leg. quoties. Cod. de hæredi. inſtituen & leg. ex facto magna. ff. eodem.* Confirmantur etiam prædicta per illud, quod tenuit Bartol. *in prælegata repetitione leg. pater filium in tertia quæſtio.* vbi tenet, quod † quando apparet perſonam eſſe 7
exhæredatam fauore extranei hæredis inſtituti, tunc non augetur legitima propter talem perſonam præteritam, vel exhæredatam. & ſequitur ibidem Paulus de Caſtro. *in octaua columna.* vbi dicit idem tenendum in præſenti quæſt. quando mater fuit inſtituta in re certa, & ſoror præterita, & extraneus inſtitutus. Idem tenuit D. Cardina. Floren. *in prælegato conſilio 151. circa medium. & Paul. de Caſtr. in prælegato conſilio 253. incipiente, quoniam fundamentum huius articuli conſiſtit. in ſecunda columna.* ¶ Quarto principaliter ad idem in terminis noſtris pro eadem parte facit, quod teſtator inſtituendo matrem in eo quod ſibi ex neceſſitate iuris debetur, etiam in eo ipſam tacitauit, & conſequenter voluit, quod nihil vltra petere poſſet in bonis ſuis: † per quæ verba videtur teſtator prohibere ius ac- 8
creſcendi, quod poteſt ipſe teſtator prohibere: *vt le. dominus. §. fina. & ibi notatur circa princip. ff. de vſufruc. & leg. quoties. §. ſi duo. ff. de hæredi. inſtituen. & iſtud ponderat Bartol. multum facere in repetitione d. leg. pater filium. in ſecunda quæſtio. in penultima columna.* Nec in hoc vltimo aliquis ſpecifice contradicit Bar. Confirmo, quia per iſta verba, quod plus de bonis ſuis petere non poſſit, videtur hæredem extraneum præferre matri in ea parte, quæ potuiſſet ſorori competere, ſi non fuiſſet præterita, & tacite exhæredata, ex quo ipſam matrem expreſſe tacitauit, & conſequenter prohibuit, quod nihil vltra poſſet petere: Et moueor per illud, quod determinat Bart. *in leg. ſecunda in princip. in penultima columna. ff. de vulg. & pupilla.* Vbi notabiliter determinat, quod ſi teſtator reliquit aliquid matri pupilli, & iuſſit eam eſſe tacitam & contentam, d per illa verba præſu- d
mitur † voluiſſe ſubſtitutum præferre matri: *per leg.* 9
peto. in princi. ff. de lega. ſecundo & leg. fideicommiſſa. §. ſi quis ita. ff. de lega. tertio. Idem tenet Alberi. de Roſa. in repetitione Rubric. ff. de vulga. & pup. in 61. columna ad fin. & ſequenti. Ioann. de Imol. in commento capit. Raynutius. de teſtamen. in materia pupillaris ſubſtitutionis, dominus Alexand. in conſilio 146. quinti voluminis incipiente, in cauſa & lite vertente inter nobilem Raphaelem in octaua columna. ¶ Quinto principaliter & vltimo pro iſta parte moueor, quod ex quo teſtator inſtituit matrem in eo, quod ſibi ex neceſſitate iuris debetur, & in eo ipſam tacitauit, certe iſta verba limitatæ inſtitutionis & tacitationis nihil aliud poſſunt importare niſi excluſionem iuris accreſcendi. Nam † teſtator intelligitur prohibuiſſe ius 10
accreſcendi, taxatiue & limitatiue relinquendo. *leg.*

Lucius.

BIBLIOTECA GRANADA

Lucius. §. quæ habebat. in fine ff. ad Trebellia. per quem tex. ita tenet Bald. in leg. si arrogator in principio. ff. de adop. & in repetitione leg. 1. in 17 colum. C. de sacrosanct. eccles. Ludoui. Roma. in l. 1. in principio. ff. si qui ius dicen. non obtemper. Et per tex. in d. le. Luci. §. quæ habebat in fin. Dicit bene ad propositum nostrum Bal. *in l 1. in vltima colum. C. de secund. nupt.* quod in dispositionibus limitatis
e non habet locum ius accrescendi. e facit, quod si duobus sunt relicti fructus vnius fundi ad alimen-
11 ta, † vno repudiante, vel mortuo, non accrescit alij. *l. dominus. §. 1. ff. de vsufruct.* ratio est secundum Baldum ibi: quia legatum alimentorum naturaliter est limitatum & taxatum, ideo impedit ius accrescendi; *per tex. in d. §. quæ habebat.*

ADDITIO.

a Tenuit late.] Bartol. hanc quæstionem ponit Aretin. leg. plane. §. si duobus de lega. 1. contraria tamen opin. est magis communis & tenenda secundum distinctionem Hiero. Gabr. consilio 94. quæstio est numero 19. & multis seqq. vbi omnino videndum.

b Formaliter.] Vide tamen Soc. consulentem contrarium consilio 35. visa numero 17. lib. 4. Dec. leg. cum quidam. ad fi. C. de impub. con. 296. in casu. n. 4. versi. postremo. vbi decl. & dicit quod magis communis opin. est contra Bart. & con. 5. 383. viso puncto. n. 3 & col. vltim. Brun. de sta. exclu. fœmi. 12. art. q. 6.

c Remouetur.] Dixi cons. 97. fideicommissum. nu. 18. quibus addo Cur. Sen. con. 42. quia inquit Bal. nu 11. Socin. Sen. consi. 3 præsens. n. 7. cum seq. lib. 1 consi. 241. primam. nu. 10. li. 2. Dec. consi. 584. visa prohibitione. num. 4. Cur. iun. consi. 93 habita. nume. 7. 8. Gozad. con. 43. videtur num. 20. Socin. iun. cons. 159. abunde. nu. 59. lib. 2. pulchre Tiraq. l. si vnquam verb. susceperit. nu. 106. Tob. Non. con. 12. in præsenti. n 8 & con. 31. visis n. 5. declarat Grat. consi. 3. visis capitulis num. 19. libro 1.

d Contentam.] Idem Ias. consi. 132. Salomon. supra libr. 1. vbi addo.

e Ius accrescendi.] Idem Ias. consi 72. visis nu. 6. & nu. 19. & 20. infra eodem vbi dixi.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXII.

THEMA.

INTER cæteras conuentiones initas inter Spectabilem quondam dominum Antonium Guiscardum de Blãzate marchionalem secretarium ex parte vna, & dominam Beatricinam relictam quondã domini Eusebij fratris domini Antonij, ac nobiles Nicolinum Capellam & Delphinum Guiscardum tutores ac curatores filiorum dicti quondam dom. Eusebij, continetur vnum capitulum tenoris infrascripti. Item dominus Anthonius fecit donationem de florenis quingentis tribus filiabus dicti quondam domini Eusebij, & ex nunc contentatur, quod de bonis immobilibus sibi spectantibus capiantur tot bona immobilia in euidentia nobilium Nicolini & Delphini, & intelligantur in deductione florenorum trecentorum pro qualibet ipsarum relict. per quondam do. Eusebium eorum patrem. Et ista bona possideantur interim per quatuor fratres ipsarum mulierum, donec fuerunt in ætate nubili; & tunc exbursatis dictis florenis trecentis pro qualibet ipsarum dicta bona immobilia remaneant ipsis fratribus æquali portione.

¶ Postea post duos vel tres menses suprascripti Nicolinus & Delphinus in suo laudo declaratorio sic dixerunt, quod suprascripti fratres ex causa, de qua supra, habeant dictos florenos quingentos in tantis proprietatibus & possessionibus partis prędicti domini Antonij eo pretio, quo per eum emptæ fuerunt. Modo vertitur controuersia, quia filij domi. Antonij prætendunt non teneri relaxare dictas possessiones pretio, quo emptæ fuerunt per quondam eorum patrem, sed iusto pretio ad arbitrium duorum proborum virorũ. Quæritur, quid iuris.

SVMMARIA.

1 *Arbitri vel arbitratores tantam potestatem habent quantam sibi partes tribuunt & non plus, & arbitri non possunt iudicare, nisi de iis tantum super quibus in eos est compromissum.*
Laudum arbitratorum super iis de quibus nulla commissio nec compromissum factum fuit non valet. n. 3.
2 *Arbitratores etiamsi in compromisso generali esset data plenissima potestas, non possent declarare super aliqua re de qua non erat contentio & de qua non est facta specialis commissio & nu. 3.*
4 *Res debent æstimari secundum quod valent de præsenti.*
5 *Pretium prædiorum quotidie solet crescere, & ex tempore præsumitur pretium rerum immutatum.*
Instrumenta veterum emptionum non probant præsentem valorem rerum nu. 5.
Valor præsens rerum non præsumitur per instrumenta veterum emptionum, quia ex tempore præsumitur valor & pretium rerum immutatum. vide verb. pretium, & verbo instrumenta.
6 *Donatio non debet captiose interpretari, vt vltra donãtis voluntatem in matus eius detrimentum cedat.*
7 *Donator potest ap. onere donationi sua & traditioni rerum suarum legem quam voluit.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

BREVITER puto filios quondam domini Antonij non teneri de iure ad relaxandum dictas possessiones eo pretio, quo emptæ fuerunt per eorum patrem, & quod declaratio facta per arbitratores de tali pretio sit ipso

ipso iure nulla; eo quia de pretio dictarum proprietatum nõ erat aliqua lis vel controuersia inter ipsas partes. Item de tali pretio nullam commissionem receperunt ipsi arbitratores: vnde omnis potestas arbitrorum vel arbitratorum à tenore commissionis & compromissi dependet; quia arbitri vel arbi-
1 tratores tantam potestatem habent, † quantam sibi
a partes tribuunt, & non plus. a *l. non distinguemus. §. de officio. & l. si cum duos. §. plenum. ff. de arbit. & capit. cum dilectus. eodem tit.* vbi dicit text. quod arbitri iudicare non possunt nisi de his tantum, super quib in eos extitit compromissum. Vnde cũ in casu præsenti isti arbitratores egressi sint terminos & fines cõpromissi, ergo eorum declaratio redditur nulla. I-
2 mo fortius, etiam si in compromisso † generali esset data plenissima potestas, adhuc non possent arbitratores declarare super aliqua re, de qua non erat contentio, & de qua non est facta specialis commissio; *secundum Bartol & alios in l. cum Aquiliana. ff. de transactio. Ange. in l. de his. eodem titu. Bald. in l fin § t. in 4. colum.* C. *comm. de legat. & in l. si super possessione.* C. *de transact. & in l. 1. in 2. col.* C. *si à non compet. iudi. fue. iudi. dom. Anton. de Butr. & dominus Abbas in capitu. constitutus. per illum text. de rel g domi.* Vbi generaliter tenẽt, quod arbitri, vel arbitratores non possunt laudare, seu pronunciare, vel se intromittere super non petitis, vel non comprehensis in compromisso. Multo ergo minus in casu præsenti isti arbitratores, qui nõ habent amplissimam potestatem, potuerunt declarare super illo tali pretio, quo emptæ fuerũt illæ possessiones, cum de hoc nulla esset, vt dixi, quæstio, & nullam specialem commissionem habuerunt. Vnde egrediendo terminos suæ commissionis in eo, in quo sunt egressi, eorum declaratio redditur nulla.

¶ Confirmantur prædicta; quia isti arbitratores nõ
3 sunt arbitrati super † eo, super quo commissionem habuerunt, scilicet in eligendo tot bona immobilia pro florenis quingentis ex bonis immobilibus spectantibus domino Antonio, prout facere debuerũt, sed declararũt super eo, in quo nullam commissionem receperunt, scilicet super eo pretio, quo possessiones emptæ fuerunt per quondam dom. Antonium. Vnde succedit trita regula, *quod potui nolui, &*
b *quod volui adimplere nequiui.* b l. multum interest. *Cod. si quis alteri vel sibi. capit. cum super abbatia. de offi. dele-*
4 *gat.* Ad prædicta bene facit, † quia res debent æstimari secundum quod valent de præsenti. *l. si voluntate. in fine. Cod. de rescind. venditi. & capitu. cum causam, quæ inter œconomum. de testi. Bald. in l. 2. in penultima colum. Cod. de rescin. vendi.* Non ergo æstimatio debet fieri pro pretio, quo alias in præteritum iamdudũ emptæ sunt, ex quo naturaliter pretium pos-
5 sessionum quotidie solet † crescere: prout experientia rerum magistra docet *capitu. quam sit. in princip. de*
c *elect. in 6.* Hinc est, c quod per instrumenta veterum emptionum non præsumitur præsens valor rerum; quia ex tempore præsumimus valorem & pretium rerum immutatum; secundum Baldum in *l. vnica, in vltima col. Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest.* Ergo male fecerunt dicti arbitratores declarare de eo pretio, quo possessiones quondam emptæ fuerunt, cum earum valor non parum creuerit; & propter hoc etiam non parum læderent partem, quod facere nequiuerunt, cum nullam super hoc specialem habuerunt commissiõnem; vt superius dixi. Prædicta multo fortius procedũt in casu præsenti, in quo prædictus dominus Antonius fecit meram donationem de dictis florenis quingentis super tot possessionibus sibi spectantibus capiendis secundum electionem ipsorum arbitrorum. Vnde hic sumus in titulo lucratiuo merę donationis: † ergo talis dona- 6
tio non debet captiose interpretari, vt vltra voluntatem donantis cedat in maius detrimentum ipsius, vel filiorum suorum; imo talis captiosa interpretatio reiicienda est, quia liberalitatẽ captiosam interpretatio prudentum fregit: *dicit textus in l. cum Aquiliana. in fine. ff. de transactio.* Sufficit enim si cui vel in paucis per amici laborem consulatur: *vt dicit text. in l. tutori. C. de negot. gest.* Item donator potuit apponere donationi suæ, † & rerum suarum traditioni legẽ. 7
quam voluit. *l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.* quam legem arbitratores transgredi. vel ampliare non potuerunt.

ADDITIÕ.

a Et non plus] Iaſ. consil. 171. videretur. num. 25. supra lib. 2. dixi consil. 99. compromissum nu. 12. & 13 addo Corn. consil. 63. licet de pluribus num 3. lib. 2. consil. 161. visis copia. nu. 2. lib. 3. Affli. Decis. 117 .promissio. in princip. limitatur hæc conclusio vt non procedat qñ arbiter excedit fines cõpromissi pro bono pacis. Cors. sing. verb. arbiter incipiente laudum. & in reper. Abb. verb compromissum non extenditur & in verb. pax incip. licet arbiter non possit. & in tract. de priuil. pacis. in princip. num. 2. per text. in capi. nisi. vbi Anton. de Butr. nu. 7. de præben. 5oc. Sen. consil. 220. visis. sub num. 1. lib. 2. Gozad. consil. 98. in hac causa. num. 16.

b Adimplere nequiui.] Dec. capitu. cum super. num. 10. de offi. delegat. Ripa respon. 10. integerrime. numero 3. & vide quod decidit Roma. per hanc regulam consil. 446. primis. numero 6. versicu. quamobrem. inquiens quod si maritus agit tanquam procurator vxoris deinde repertum fuit eum non habere mandatum quod non valet iudicium tanquam agitatum à coniuncta persona. refert & sequitur Iaso. l. exigendi. numero 9. colum. 2. versicu. & consuluit Ludouic. Roma. d. consil. 446. lit. f. pro ampliatione Marc. sing. 262. quod potui. & pro limitatione Dec. c. ex insinuatione. numero 2. de appellat.

c Hinc est.] Iaso. consil. 54. in præsenti. num. 20. supra libro 1. vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXIII.

THEMA.

PER reformationem excelsæ ciuitatis Florẽtiæ disponitur, cum sit, quod cõpromissa, quæ pro longiori tẽpore fiunt, si nota non fuerint, committendæ fraudis occasionem cum damno multorum præbere possunt, & ne id accidat, quoad per eos fieri potest, prouidere cupientes, deliberauerũt & statuerunt, q, omne & quodcunque compromissum inter quoscũque deinceps quomodolibet faciendũ pro maiori tempore vnius anni debeat notificari coram consulibus dictæ ciuitatis, cum solutione taxæ, & infra tempus, & in omnib. & per omnia, prout fit & obseruatur in no-

tificationibus emancipationũ, & repudiationum hæreditatum. Alioquin nullius sit valoris, efficaciæ, vel effectus, sed pro infecto penitus habeatur, & sit. Stante supradicta reformatione quidam Franciscus ciuis Florentinus in suo testamẽto disposuit, ꝙ si inter filios & hæredes suos etiam minores aliqua vnquam differẽtia oriatur occasione diuisionis bonorum, vel quacunq; alia de causa, ꝙ eorũ iudex sit & arbitrator Antonius Ioannis, in quo summe confidit: & illud, ꝙ inter eos fuerit iudicatum & declaratum per dictũ Antonium super quacunque differentia, mereatur executionem & effectum, & eius hæredes omnino exequãtur; & valeat etiã respectu minorum & pupillorum, quamuis non interueniat decretum iudicis, & alia solennitas à iure requisita. Ex exnunc idem testator approbat, quicquid inter dictos eius filios iudicabit, & ordinabit, & dat authoritatẽ iudicandi & ordinãdi semel & pluries, & ꝙ dicta eius ordinatio in omnib⁹ & per omnia exequatur, ac si ab ipsomet testatore ordinatum & dispositum fuisset. Modo in prædictis contingit de duobus dubitari. Primum, an dicta reformatio Florẽtina habeat locum in potestate arbitrãdi concessa per Franciscũ in suo testamento dicto Antonio, vt per lapsum anni ipso iure penit⁹ expirauerit, cũ non fuerit notificata per aliquem ex hæredibus Franciſci coram consulibus Florentię, prout dicta reformatio requirit. Secundum dubium est, dato quod authoritas arbitrandi data à testatore Antonio; quia nõ fuit notificata consulibus Florentiæ, exspirauerit per lapsum anni, an vnus ex filiis testatoris, qui est pupillus, possit petere restitutionem in integrum, tanquam sit læsus propter hanc notificationem non factam: & sic aduersus talem negligẽtiam & omissionẽ notificationis, vt illam possit hodie facere, cum iam sint elapsi anni decem vel circa à die mortis testatoris?

SVMMARIA.

1 *Compromissum dicitur quando non est inter duos vel plures simul promissum de fiãdo arbitrio alicuius & num. 26.*

Statutum seu reformatio Florentina de compromissis non habet locum in potestate arbitrandi alicui concessa in testamento à patre inter filios num. 1. sed cõtra num. 9. & seqq.

2 *Argumentum ab etymologia vocabuli negatiue est validum in iure & habet etiam locum in statutis.*

3 *Verba cui non conueniunt, nec conuenit etiam dispositio, & nu. seqq. vbi regula exornatur & num. 26.*

4 *Statutum disponens quod de quolibet contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, non habet locum in contractibus, qui fiunt super re inæstimabili, vel non continente aliquid interesse æstimabile per libram. quia verba statuti ad tales cõtractus adaptari non possunt.*

5 *Statutum prohibens relaxari non habentem pacẽ cum persona offensa, non habet locum, quando non est offensus aliquis à quo possit pax haberi, vt quando blasphematur Deus.*

6 *Statutum quod frater excludat sororem à successione sororis dotando eam congruenter, non habet locum, si ex filia præmortua non supereſt neptus, sed nepos cum in eo non cadat dos.*

7 *Præsumptio fraudis considerata per reformationẽ non militat: in patre ordinante arbitratorem inter filios suos in testamento. & num. seq. & iterum num. 27. vbi decl.*

8 *Statutum disponens, quod mulieres non possint cõtrahere sine cõsensu duorum propinquorũ etiam cũ iuramento, licet sit introductũ ad remouẽdas fraudes, quæ propter mulierũ imbecillitatem inducuntur, tamen non habet locum quando filia renunciat patri.*

9 *Verbũ vniuersale (omne) nihil excludit sicut est verbum,* quodcunque, *vt num. 10.*

Statutum quando dat potestatem cognoscendi de quibuscunq; causis nulla censetur esse exclusa num. 10.

11 *Statutum disponens quaslibet appellationes admitti, censetur approbare appellationes etiam friuolas & frustratorias.*

12 *Geminatio verborum vniuersalium multum operatur.*

13 *Dictio* quomodolibet *est distributiua verborum & importat* quocunque modo, *& sic omnes casus comprehendit.*

14 *Dictiones vniuersales positæ in l. vel in statuto vt est dictio* quomodolibet *vel dictio* quodcunque *vel dictio* quaslibet, *non solum si simul ponãtur sed etiam vnaquæque per se operatur vt fiat extẽsio ad illa quæ alias ex propria significatione nõ veniunt & sic fiat extensio ad casum improprium.*

Verba vniuersalia posita in lege vel statuto non solum si simul ponantur, sed etiam vnaquæq; per se efficit, vt fiat extẽsio ad ea, quæ alias ex propria significatione non veniunt. vide verbo dictiones vniuersales.

15 *Testator potest suis hæredibus arbitratorem dare cuius dictio stare teneantur, & tali casu hæredes censentur compromisisse in eum.*

16 *Hæres adeundo hæreditatem cẽsetur approbasse defuncti omnia gesta.*

17 *Extensio licita est ex identitate rationis in statuto expresse.*

18 *Ratio quãdo est expressa in statuto vel reformatione nõ dicitur extensio fieri, sed ipsa lex loqui, & vbi est eadem ratio non dicitur extensio, sed proprius intellectus statuti, & vbi est eadem ratio ibi non dicitur similitudo, sed eadem lex. & numero sequenti.*

19 *Ratio eadẽ quando est in pluribus casibus, tũc vna & eadẽ ratio numero decidit cẽs casus non per extensionẽ, sed sicut genus cõprehendit species sic generalis ratio diuersas species casuum emergẽtium, sed quãdo sunt rationes specie differentes tamẽ similes, tunc ista est extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminum per adæquationem seu paritatem.*

20 *Notificatio facta consulibus facit, vt præsumatur ad multorum notitiam res transiuisse.*

21 Ex-

21 *Extensio de stricta significatione ad latam licita est.*

22 *Extensio semper est licita in limitatoriis.*
Statuta seu iura limitatoria extenduntur ex identitate rationis. vide verbo extensio.

23 *Occasio denotat causam multum remotam, & est illa, quæ in veritate facti est falsa sed extra apparet colorate iusta, & occasio dicitur falsa & occasio vera & vide ibi alia.*

24 *Causa impulsiua cessante non cessat dispositio nec effectus.*

25 *Testatoris dispositio & voluntas præsumitur regulari secundum dispositionem statuti loci, cuius est ipse testator.*

28 *Minor potest restitui in integrũ etiamsi ladatur dãno nõ pecuniario vel diminutione bonorum suorum, sed ne vexetur litibus vel sumptibus, sed contra num. 34. quod declaratur vt num. 35.*

29 *Restitutio in integrum ad hoc vt minori cõcedatur, requiritur enormis lasio seu magnum damnum, & enormis lasio debet exprimi in libello restitutionis in integrum.*

30 *Restitutio in integrum nõ datur pro modica lasione, & ideo petens restitutionem in integrum debet in libello facere expressam mẽtionem de enormi lasione: alioqui libellus non est admittendus.*

31 *Minores non restituuntur in integrum, nisi quando ab alio circumuenti vel sua facilitate decepti amiserũt illud quod habuerunt, aut quod acquirere emolumẽti potuerunt omiserunt, aut se oneri obligauerunt, quod licuit non suscipere.*

32 *Minor non restituitur aduersus declinatoriam iudicis omissam, quia ibi non imminet damnum pecuniarium.*

33 *Restitutio. quando aliquid potest se habere ad commodum & ad damnum, licet casu contingat damnum, tamẽ non per hoc quòd dicitur ladi, & si sit minor nõ debet tanquam lasus ex hoc in integrum restitui.*

34 *L. minoribus. & ibi Bartol. de minor. declaratur & num. seqq.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

DIRCA primum propositæ consultationis articulum, videretur prima cõsideratione dicendum, quod dicta reformatio Florentina non vendicet sibi locum in casu præsenti, & sic in potestate arbitrandi concessa per testatorem Antonio inter eius filios; eo quia verba reformationis clare dicunt, quod omne & quodcunque compromissum inter quoscunque faciendum, &c. Sed istud
1 non est proprie compromissum, † eo quia compromissum dicitur à, *con*, quod est simul, & *promissum*, quasi simul promissum, quando inter duos vel plures est simul promissum stare arbitrio illius, in quem compromiserunt; & sic requiritur, quod sint duæ partes, quæ simul promittant; secundum dominum Lanfrancum de Oriano *in tractatu de arbitris, in 8. colum.* Sed in casu præsenti partes non fecerũt aliquod compromissum, nec inter se promiserunt stare arbitramento dicti Antonij: Igitur, &c. Istud ergo patet ex etymologia huius vocabuli, *compromissum*, & † ar- 2
gumẽtum ab etymologia vocabuli negatiue est validum in iure, cum denotet propriam significatiõnem; *vt est text. in l. notionem. §. instrumentorum. iii verb. proprie. ff. de verborum significa. glos. in l. i. in princ. ff. de acquirenda possi. & ibi Bartol. in 1. colum. in 2. oppo. ad hoc notat cum concordantijs, quæ ibi tradi solent.* Ergo habet locum etiam in statutis, in quibus verba debent proprie accipi. *l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit. l. quicquid adstringenda. in princip. ff. de verborum obligatio.* Ista ergo reformatio Florentina vendicat sibi locum in cõpromisso proprio, quod est per ipsas partes in aliquem factum. Vnde succedit trita regula, quod † cui non conueniunt verba statuti, vt in ca- 3
su præsenti, non conuenit etiam eius dispositio. *l. ita autem. in princip. & ibi Bart. ff. de administrat. tut. l. bos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quod constitutum. ff. de testamen. mili. lib. 4. §. prætor ait. in versic. toties. & ibi Bart. & alij ad hoc notãt. ff. de dam. infect. cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elect. in 6. in verb.* cum in ipsis hoc locum sibi nequeat vẽdicare. vbi de hoc est melior text. de iure secundum Ioan. de Anan. *in cap. 2. de maledi.* & propterea determinant Bart. & Doct. *in d. versic. toties. per illum tex.* quod statutum ciuitatis disponens, quod † de quolibet contractu soluatur ga- 4
bella sex denariorum pro libra, non habet locum in contractibus qui fiunt super re inęstimabili, vel non continente aliquod interesse æstimabile per libram, cum verba statuti ad tales contractus adaptari non possint. ita etiam tenet Bart. *in d. l. ita autem. in princ. per illum text. Paul. de Castr. in l benignius ff. de legi.* Ad idem facit, quod tenet Bartol. *in consil. 167. incipiente; Minister fratrum de pœnitentia.* Vbi decidit, quod sta- 5
tutum prohibens relaxari non habentem † pacem cum persona offensa, non habet locum, quando non est offensus aliquis, à quo possit pax haberi, vt quãdo blasphematur Deus, eo quia verba istius statuti ad hunc casum adaptari non possunt. Ad idem facit, quod decidit singulariter Bal. *in l. scimus. ad fin. princ. C. de inoffic. testam.* Vbi determinat, quod stante statuto quod frater excludat sororem à successione † fratris dotando eam cõgruenter; tale statutum 6
non habet locum, si ex filia præmortua non supereſt neptis, sed nepos, cum in eo non cadat dos. Ideò cum forma statuti non possit in eo habere locũ, non habebit etiam locum eius dispositio, sed ius commune, argumen. *d. l. ita autem. in principio. & l. constitutiones. ff. ad municipa.* ¶ Secundo principaliter facit; quia reformatio Florentina fundatur propter occasionem committendæ fraudis cũ damno multorum, ex eo q̃ compromissa lõgioris temporis notificata non fuerint consulibus; sed ista præsumptio fraudis posita in statuto non militat in patre ordinante arbitratorem inter filios suos in testamento. † Nam propter naturalẽ affectum patris circa filios, 7
plurimũ patri videtur esse cõcessum, (remota fraudis suspicione;) *vt est text. in l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de libera. lega. facit. l. quidam cum filium. ff. de hæredi. instit. l. si furioso puberi. ff. de cura. furio.* Hinc est, quod statutum disponens, quod mulieres non possint † contrahere sine cõsensu duorum propin- 8
quorum, etiam cum iuramento, quamuis tale statutum sit introductum ad remouendum fraudes, quæ propter mulierum imbecillitatem inducuntur; *vt*

habetur in l. transactionem. Cod. de transact. facit text. in l. imperialis. in principio. C. de nup. in verb. lapsus mulierum sexus imbecillitate. tamen illud statutum non habet locum, quando filia renunciat patri: & hoc propter naturalem affectum parentis qui remouet præsumptionem fraudis committendę: *prout tenet Bald. in l. pactum. in 21. quæstione. C. de colla. Sequitur Ludou. Roma. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquirenda hæreditat. dominus Alexand. in consilio 106. incipiente, Quo ad præsens quæsitum dubium fa. it. ad fin. & in consilio 394. incipiente, Præclare. in penultima columna. dom. Andr. Barbat. in capit. causam matrimonij. in 3. colum. de offic. delega.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure veriorem, quod dicta reformatio Florentina habeat locum in casu præsenti, in arbitramento concesso in testamẽto per patrem inter filios dicto Antonio, ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta, quæ in contrarium obiiciebantur. ¶ In primis moueor; quia verba reformationis sunt multum ampla, & late patent, cum dicant, omne & quodcunque compromissum. Nam illa vniuersalis,
9 † omne, nihil excludit. [a] *l. à procuratore. C. mand. l. Iulianus: ff. de lega. 3. capit. solita. de maio. & obe. capit. si Romanorũ. 19. distin. & capit. sunt nonnulli. 1. quæst. 1.* & non
10 solum dicit, *omne*, sed addit, *& quodcunque*, † quæ dictio similiter est vniuersalis. Vnde dicit Geminian[us] *in capit. decet. in princ. in 3. col. de immu. eccles. in 6.* quod quando lex vel statutum dat potestatem cognoscẽ-
b di de quibuscunque causis, [b] nulla censetur esse exclusa, propter illam dictionem vniuersalem, *quibuscunque*. Alibi habemus, quod quando lex vel statu-
11 tum disponit, † *quaslibet appellationes admitti*, censec tur approbare appellationes etiam friuolas [c] & frustratorias. *capit. quamuis. in verb. quaslibet. de elect. in 6. & ib multum notat Gemini. in 2. notabili.* Et tanto fortius cum hic adsit geminatio, & dicatur, quod omne & quodcunque compromissum. Nam planum est,
12 quod geminatio istarum dictionum † vniuersalium
d multum operatur. [d] *l. balista. ff. ad Trebell. Bald. in l. fructus. C. de actio. empt. & in capit. eam. in 2. col. de rescript. & est gloss. notabilis in cap. requisisti. in verb. decens est. de testamen.* Item adhuc fortius in dicta reformatione est dictio, *quomodolibet faciendum*. illa dictio,
13 *quomodolibet*, † est distributiua modorum, & importat quocunque modo, & sic omnes casus comprehendit: secundum Archidiacon. Ioan. Andr. & Gemini. *in capit. indemnitatibus. §. si qua vero. super text. in verb. quomodolibet. de elect. in 6. Ioan. Andr. in capit. statutum. §. in nullo. in verb. quomodolibet. de rescript. in 6. Iohnn. Andr. in capitulo primo. §. penultim. in verb. quomodolibet. de cleric. agro. in 6.* Cum ergo constitutio Florẽtina simul iungat dictas tres dictiones vniuersales, scilicet omne, & quodcunque cõpromissum, & quomodolibet faciendum: quæ verba non possent esse latiora, nec cum maiori geminatione posita; ergo comprehendunt casum nostrum præsentem. ¶ Confirmo & adhuc fortius, quia istæ dictiones vniuersales positæ in lege vel statuto, vt est illa
14 dictio, *quomodolibet*, vel dictio, *quodcunque*, vel dictio, † quaslibet, nedum si simul ponãtur vt hic, sed etiam vnaquęque de per se operatur, vt fiat extensio ad illa, quæ alias ex propria significatione non veniunt, & sic fiat extensio ad casum improprium: *vt probat gloss. iuncto text. in l. omnes. in verb. quælibet ex bias.* [c] *C. de quadrien. præscript.* Vbi per illa verba, quę- c
libet actio, comprehenditur etiam officium iudicis, quod est improprie actio. *l. actionũ verbo. cum gl. ff. de actio. & oblig at. l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verborũ signific. late Bartol. & alij in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. & ita prædictam gloss. ad hoc notat dom. Alexand. in consilio 154. secundi volum. incipiente, Visis & accurate consideratis his. in 2. colum.* Ergo in dicta reformatione Florentina propter dictionem, quodcunque, & dictionem, quomodolibet, quæ operantur, vt fiat extensio ad casus, qui ex propria significatione non venirent, fiet extensio ad casum præsentem, vbi illa authoritas data à testatore Antonio inter ei[os] filios, quę per testatorem appellatur arbitramentum, saltẽ largo modo dicatur compromissum Nam planum est, quod testator potest dare arbitratorem suis hæredibus, cuius dicto † stare teneantur. *l. Thepempus. vbi* 15
Bart. ff. de do. præleg. & eius hæredes censentur compromisisse, seu tale cõpromissum fecisse, cum testator talẽ commissionem fecerit pro filiis suis, qui etiam sunt hęredes: & sicut filij censentur eadem persona cum patre. *l. fin. C. de impube. & alijs substitut. & capitu. contradicimus. §. hac authoritate. 35. quæst. 3.* similiter quoq; vt hæredes cẽsentur eadem persona cum defuncto; *vt in auth. de iureiurand. à mori. præstito. in princip.* Et isti filij adeũdo hæreditatem patris approbarunt † omnia per eum gesta. *l. ex qua persona. ff. de* 16
regu. iur. l. cum à matre. C. de rei vendi. Item filij adeundo hæreditatẽ patris, voluntatem & factum defuncti suo consensu confirmarunt. ita dicit text. *in l. si ab eodem. C. de liber. cau. facit text. notabilis in l. vẽditrici. C. de reb. alie. non alie. & in l. 1. in princ ff. de except. rei vend.* ¶ Secundo principaliter pro eadem parte facit; quia cum in ista reformatione Florentina sit expressa ratio propter occasionem committendæ fraudis cum damno multorum: Ergo ex identitate illius rationis expresse licita est extensio, † imo quãdo ratio est ex- 17
pressa in statuto vel reformatione, non dicitur extẽsio, † sed ipsa lex loqui; [e] *vt est text. melior de iure in l.* 18 e
his solis. in verb. satis tacite cautum putamus. C. de reuo. donat. secundum Bald. in Rubrica. C. de nauti. fœno. & in capitu. quia V. ad fin. de iudi. & dicit Bald. in l. quod vero contra, in 1. col. ff. de legi. quod vbi est eadem ratio non dicitur extẽsio, sed proprius intellectus statuti. *l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum signific. idem dicit Bald. in l. data opera. in 6. colum. C. qui accusa. non poss.* Vbi etiam subdit, quod vbi est eadem ratio, ibi non dicitur similitudo, sed eadem lex. *l. illud. Cod. de sacrosanct. eccles. idem etiam dicit dominus Abbas Panorm. in capitu. nihil. in 6. colum. de elect.* Alibi dicit Bald. *in l. omnes populi. in 13. colum. ff. de iustit. & iur.* quod non dicuntur discrepantia, quæ in ratione conueniunt, quia ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium. Item quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna &
eadem † ratio numero decidit omnes casus, non 19
per extensionem: imo sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium. [g] Sed quãdo sunt rationes specie dif- g
ferentes, tamen similes, tunc ista est extensio, quæ est quędam progressio de termino ad terminum per adæquationem, seu paritatẽ. Ita formaliter Paul. de Castr. *in consil. 336. incipiente. Præsens casus modicam dubita-*

bitationem. in 2. colum. referens, quod ista sunt verba pulchra, vera, & subtilia Bald. in l. de quibus. ff. de legi. & quod fuerunt originaliter verba Petri & Cyn. in l. iura non in singulas. ff. eodem. Idem refert & sequitur dom. Alexand. in consil. 75. quinti volum. quod incipit, Videtur in præsenti consultatione. in prima columna. Alibi dicit Bald. *in authen. post fratres. C. de legi. hæred.* quod ratio legis debet attendi, tanquam genus prædicans de suis singulis speciebus. Alibi dicit Bald. *in repetitione dictæ l. de quibus. in penultim. char.* quod vbi plura habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter, & non restrictiue. *facit, quod vult gloss. notabilis in capit. 1. in verb. Italæ. de tempo. ordin. in 6.* Vnde in proposito, ratio expressa in reformatione Florentina habet locum in casu præsenti: ergo non dicitur extensio, sed ipsa reformatio dicitur loqui in hoc casu nostro. Ratio enim expressa est propter occasionem committendæ fraudis cum damno multorum Nam post factum compromissum illi, qui contraherent cum aliqua ex dictis partibus, possent de facili decipi, si postea ferretur laudum adiudicans bona alteri parti aduersæ. vel si per laudum declararetur prior debitor alteri[9], ideo statuit, quod compromissum non duret vltra annum, nisi fuerit
20 notificatum coram consulibus; † quia tunc præsumitur in multorum notitiam transire; *iuxta l. si tutor. cum gloss. & ibi Bartol. C. de peri. tur. gloss. in l. 1. & ibi Bartol. ff. de recept. facit text. notabilis in auth. quomodo opor. episcop. ad fin. & in capit. 1. de postu. prælat. & in capit. fina. qui matrimo. accusa. poss. & text. notabilis in clemen. vnic. §. fin. de concess. præbend. & gloss. in capitu. exceptionem. §. fina. de except.* Ista ratio militat etiam in casu præsenti, quia eadem fraus potest de facili committi ex potestate arbitramẽtaria attributa per patrem Antonio inter filios suos, per quam poterit fieri aliqua declaratio in aliquem ex filiis, quæ præponetur creditis aliorum causatis post dictum testamentum & mortem testatoris. Nam interim contrahens cum vno filiorum existimãs posse sibi satisfieri, super eius bonis de facili deciperetur, si Antonius de sua declaratione bona in alium vel alios trãsferret: quod potest ex multum lata, & multum ampla potestate sibi per testatorem attributa; vt ex inspectione verborum testamenti aperte apparet. Vnde vltra prędicta. per quæ apparet istam non esse extensionem ad casum nostrum, sed esse proprium intellectum ipsius reformationis, succedit etiam alia trita regula, quæ habet, quod saltem de stricta signi-
21 ficatione vocabuli † ad latam h licita est extensio ex
h identitate rationis. *l. filium habeo. ff. ad Macedo. l. men. 1. cum gloss. in verbo. eligatur. de elect. gloss. in authen. vt hi qui obli. se habe. perhi. res minorum. in princ. in verbo. ad curationẽ.* Ergo dicta reformatio ex identitate rationis extendi debet ad casum præsentem, in quo inter istos filios censetur factum fuisse compromissum in dictum Antonium saltem large, ex quo fuit factum per patrem nomine filiorum suorũ approbantium eius factum, cum fuerint eius hæredes. Item cum ista reformatio sit solum limitatoria iuris cõmunis, & non correctoria, cum de iure communi possit fieri compromissum in aliquos perpetuo duraturum. *authent, si tamen. & ibi Bald. & Angel. ad hoc notant. C. de tempo. appell. l. sed si compromissum. & ibi Bald. ff. de arbit.* reformatio limitat, vt infra annum debeat notificari coram consulibus. Sed sic est, quod iura seu statuta limitatoria extenduntur † ex identitate ra- 22
tionis; quia in limitatoriis semper est licita extensio: i *vt est text. in capitu. cum dilecta. §. nos igitur. &* i
ibi notat dominus Abbas, de confirmat. vtil. vel inutili. & in cap. ad audientiam. Vbi etiam notat dominus Abbas, de cleric. non resi. & text. in capitu. post translationem. in verficu. quamquam. & ibi Bald. dicit esse valde notabilem, de renun. Bartol. & alij in repetitione l. si constante. in 9. quæstione prima partu principalis. ff. soluto matrimonio. ¶ Tertio principaliter facit: quia verba reformationis dicunt, quod compromissa longiori tempore facta, committendæ fraudis occasionem præbere possunt. Põderetur illa dictio, *occasionem.* Nam † occasio denotat causam multum remotam: k se- 23
cundum Bartol. *in l. vxori. 2. ff. de aur. & argent. lega.* k
Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de iniur. in §. sequitur. Bal. in capitu. solita. ad fin. de maio. & obed. Item occasio est illa, quæ in veritate facti est falsa, sed extra apparet colorate iusta. ita notat Geminia. *in c. statutum. §. insuper. per illum text. de super. per illum text. de restit. in 6.* Item occasio dicitur falsa, sed causa vera, & in hoc differunt: *secundum Andr. de Isern. in capit. 1. §. conventiculas. de pa. iur. firm.* Item occasio capitur pro causa impulsiua, sed causa capitur pro finali. *capit. vnico. in verbo. causam & occasionẽ. vt eccles. bene. sine dimi. confe. & ibi Abb. in 9. notabili ad hoc notat.* & dicit Angel. *in consil. 62.* quod dictio *occasio*, de sui proprietate importat causam quantumcunq; remotissimam. refert & sequitur Aretin. *in consil. 162. incipiente, Verum est. in penultima colum. & præcedenti.* Cum ergo dictio, *occasio* capiatur pro causa impulsiua, clarũ est, quod cessante causa † impulsiua non cessat effectus, l nec 24
dispositio. *l. 1. §. sexum. ff de postu. & in authent. de non l*
elig. secundo nupt. in prin. Bart. in l. 2. §. fin. ante fin. ff. de donat. facit text. in ca. magna. de voto. & ibi Abba. in vlt. notabili ad fi. reputat tenendum menti: Ergo cum ista fuerit causa impulsiua: sufficit, quod in potentia potuerit aliquando habere effectum; vnde licet in casu præsenti cesset, nõ tamen cessat dispositio reformationis. ¶ Quarto & vltimo accedat, quod dispositio testatoris & eius volũtas præsumitur regulari secundum † dispositionem statuti loci, cuius est ipse 25
testator: m secundum Bart. & alios *in l. hæredes mei. §.* m
cum ita. & in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebell. & in l. vt iurisiurandi. § si liberi. ff. de oper. liber. Similiter dicit Bal. in l. precibus. in 13. colum. C. de impuber. & aliis substitut. quod testator præsumitur cogitare illud, quod ius disponit, n *argument. l si duob. ff. de acquirenda hæredi-* n
tate. Ergo præsumendum est, quod testator voluerit illum Antonium, quem elegit arbitratorem in omnibus cõtrouersiis filiorum, & consequenter illud cõpromissum quod in eum fecit nomine filiorum, debere regulari secundũ reformationem Florentinam, & consequenter quod per eius filios & hæredes, vel aliquem eorum, infra annum debere notificari coram consulibus ciuitatis Florentiæ, alias quod nullius esset valoris, efficaciæ vel effectus, & pro infecto penitus haberetur, & esset, prout ipsa reformatio Florentina disponit. ¶ Per ista quatuor fundamenta remanent resoluta. quę superius in oppositum adducebantur, tamen ad ea adhuc particularius respondetur, vt veritas clarius elucescat. ¶ Nõ obstat ergo primum, quod in casu præsenti non

dicatur proprie compromissum de stando arbitrio illius Antonij: quia respondetur, quod saltem † largo modo dicitur compromissum, ex quo pater pro filiis, & nomine filiorum illud fecit, & sic est perinde ac si ipsi filij tale cõpromissum in Antonium fecissent. Ergo cum verba reformationis dicant, quod omne, & quodcunque compromissum, quomodolibet faciendum, ista verba comprehendunt præsens compromissum, quod saltem largo modo potest compromissum dici. Et per hoc patet non obstare, dũ dicebatur, quod verba reformationis Florentinæ non conueniant casui præsenti: imo conueniunt, cum dicant, *omne, & quodcunque compromissum quomodolibet faciendũ*; vt in superioribus late deduxi. Nam illud verbum, *quomodolibet*, vt superius declaraui, importat quocunque modo compromissum fiat, siue per ipsas partes, siue per patrem nomine filiorum, & sic nomine ipsarum partium. 26

¶ Non obstat secundum, quod præsumptio fraudis considerata per reformationem non videatur militare in patre, de quo est casus præsens; quia respondetur verum esse respectu filiorum, † quorũ respectu non præsumitur pater aliquam fraudem in eorum detrimentum vnquam cogitare, ita procedunt iura superius adducta, sed non quoad præiudicium aliorum, qui postea haberent contrahere cum aliquo ex istis filiis, ignorantes commissionem & arbitrium collatum à patre in testamento in Antonium sub ampla & multum lata potestate, quod posset postea in eorum perniciem redundare; vt superius late dixi in secundo fundamento principali. 27

¶ Et sic per ista remanet expeditum & absolutum primum dubium principale, in quo concluditur, quod prædicta reformatio Florentina vendicat sibi locum in casu presenti ¶ Capio nunc secundũ dubium principale, in quo quæritur, an retento pro vero quod dicta reformatio Florentina habeat locum in casu præsenti, & consequenter quod authoritas arbitrãdi data à testatore dicto Antonio exspirauerit per lapsum anni; quia non fuit notificata consulibus ciuitatis Florentiæ. An vnus filiorum pupillus possit petere restitutionem in integrum propter omissionem & negligentiam huius notificationis intra annum non factæ. & talem notificationem possit hodie consulibus facere, quamuis iam sint elapsi plures quam decem anni à morte ipsius testatoris. Dubium facere videtur, quod huic pupillo debeat cõpetere talis restitutio in integrũ: eo quia minor potest restitui in integrum, † etiam si non lædatur damno pecuniario, vel diminutione bonorum suorũ, sed ne vexetur litibus & sumptibus. *textus est notabilis in l. minoribus. & ibi Bartol. ff. de minoribus. & per illum text. notat ibi Bald.* quod timor vexationis est iusta causa concedendæ restitutionis in integrum, sicut timor damni, maxime propter expensas litis. Cũ ergo Franciscus in suo testamento prouiderit filiis suis de iudice & arbitratore, cõstituendo super hoc Antonium, de quo pater summe confidebat, vt in testamento pluries attestatur, qui Antonius omnes differentias inter ipsos filios vllo vnquam tempore nascituras haberet suo arbitrio dirimere: Ergo cum talis authoritas arbitrãdi dicatur extincta, cum non fuerit infra annum notificata coram consulibus ciuitatis Florentiæ, iuxta dispositionem reformationis Florentinæ, ergo iste minor propter hanc omissionem notificationis Florentinæ potest prætendere se esse læsum, ne litibus vexetur, & potest restitutionem in integrum impetrare, vt possit talem notificationem de nouo facere. 28

¶ Breuiter puto huic pupillo non esse de iure concedendam restitutionem in integrum aduersus reformationẽ Florentinam, & sic aduersus notificationem huius potestatis arbitrandi non factam intra tempus anni. Moueor; quia ad hoc vt minori concedatur † restitutio in integrum, requiritur enormis læsio seu magnum damnum. *text. est in l. si ex causa iudicati. in fin. principij. ff. de minor. & in capitu. cum ex literis. in verbo. enormiter læsam. de in integrum restitut. & in capitu. penultim. in verbo. enorme dispendium. de rebus ecclesiast. non alienand.* Nam pro modica læsione non datur restitutio in integrum. *l. scio. ff. de in integrum restitutio. & ita in specie dicit gloss. notabilis in capitu. 1. in gloss. secunda, & ibi dominus Abbas in secundo notabili, de in integrum restitut.* Et propterea notat optime dominus Abbas *in dicto capitulo, cum ex literis. in primo notabili. illum text. in verbo. enormiter læsam.* quod petens restitutionem in integrum debet se fundare super enormi læsione; quia pro modica læsione non datur restitutio, vt dixi. Vnde secundum eum non sufficit libellatim † allegare simpliciter se esse læsum, quia posset verificari libellus super læsione modica. Vnde talis libellus non est admittendus, nisi in eo fiat expressa mentio de enormi læsione: quia non sufficit aliquid allegare in genere, quando quælibet species contenta sub genere non concludit intentionem libellantis; vt ibi notabiliter per eũ. Sed in casu nostro, propter omissam notificationem istius potestatis arbitrandi concessæ Antonio in testamento, non dicitur iste pupillus enormiter læsus, cum omnino ex dispositione alterius statuti Florẽtini possit petere fieri compromissum in amicabilem personam, vt litibus & sumptibus parcatur, ergo non est in integrum restituendus. Nec enim vtique quod minor est, statim & circumscriptum se esse docuit; dicit text. *in l. nam postea. § si minor. ff. de iureiurand.* ¶ Secundo moueor. Nam minores nõ restituuntur in integrum, nisi quando ab aliis circunuenti vel sua facilitate † decepti, amiserunt illud, ꝙ habuerunt, aut quod acquirere emolumenti potuerunt omiserunt, aut se oneri obligauerunt, quod licuit non suscipere. Istas causas ponit text. notabilis *in l. non omnia. ff. de minor.* quas etiam enumerat Innocent. *in capitulo, coram fœlicũ. de in integrum restitutur.* Sed in casu præsenti nulla interuenit causa ex superius enumeratis. propter quas debeat concedi restitutio in integrum, quia nec amisit proprium, nec emolumentum perdidit, nec se oneri illicito obligauit; igitur, &c. 29 30 31

¶ Tertio facit; quia minor non restituitur aduersus declinatoriam iudicis omissam, † eo quia ibi non imminet pecuniarium damnum: *secundum Bald. in l. peremptorias. in 3. colum. ad finem. Cod. senten. rescind. non poss. vbi allegat ad hoc Innocentium in dicto capitulo coram fœlicũ. & Archidiacon. 88. distinct. in capitu. religiosi. idem tenet Bald. in l. scio. ff. de in integrum restitut. & in margarita sua in verbo. minor. in versicu. 1. Ludouic. & dom. Alexand. in l. 1. §. nunciatio. in penultima columna. ff. de operis noui nuncia. dominus Cardin. Florentin. in clemen. 1. in 15. quæstione, de in integrum* 32

grum restitut. Ergo similiter in casu præsenti non debet restitui iste pupillus aduersus notificationem omissam, cum ibidem pecuniarium damnum non immineat. ¶ Quarto facit; quia quando aliquid potest se habere ad commodum & ad damnum, † li-
33 cet casualiter contingat damnum, non per hoc quis dicitur lædi, & si sit minor, per hoc non debet tanquam læsus in integrum restitui. *text. est notabilu P in l. de fideicommisso. & ibi Paul. de Castr. & dominus Alexand. ad hoc notant. Cod. de transactio. & ad hoc reputat illum text. singularem Bald. in l. cum Archi medoram. in prima columna. C. vt in poss. lega. Sed concordat tex. in l. si pater puellæ. C. de inoffic. testament. & in l. si ex lege. C. de vsur.* Bene facit, quod lex non dicitur præiudicialis ecclesiis, qñ potest se habere & ad præiudicium & ad fauorem, & sic ex illa ita potest afferri commodum ecclesiæ sicut & damnum: *capit. 1. de operis noui nunciat. & ibi Abbas in 4.* notabili ad hoc multum notat illum text. & reputat tenendum menti. Sic in proposito, ꝙ authoritas arbitrandi inter ipsos filios concessa per patrem dicto Antonio duret, istud posset casualiter ita afferre damnum pupillo sicut & commodum: ergo per hoc quod eius authoritas sit extincta, quia non sit notificata cõsulibus Florentię infra annum, non dicetur minor per hoc læsus, nec per hoc erit restituend' aduersus dispositionem dictæ reformationis Florentinæ. ¶ Nec obstat, dum dicebatur, ꝙ minor potest restitui in integrum, etiam si non lædatur in diminutione bonorum suorum, sed ne vexetur litibus & expẽsis: *per tex. notabilem in dict. l. minoribus.* quia † respondetur, quod si ille text. ita sim-
34 pliciter & ita generaliter intelligeretur, prout iacet, certe semper minor esset passim restituendus sub hoc colore, ne sumptibus & litibus vexetur, quod est falsum, & contra multa iura superius allegata *vnde dicta l. minoribus.* debet intelligi prout eam in specie limitat & declarat Cyn. *in authent. si omnes. in 3. quæstione. Cod. si vt se ab hæred. absti.* quem etiam refert & sequitur Bald. *in illa l. minoribus.* † vt loquatur
35 exempli gratia in hæreditate delata minori, in qua reperiuntur tot onera & credita, quod nihil aut parum remaneret apud ipsum minorem: tunc bene restituendus est in integrum quamuis de bonis eius propriis nihil diminuatur: cum eius tunc bene interest ne litibus & sumptibus vexetur occasione talis hæreditatis. Et ideo tenet Cyn. quod dict. *l. minoribus.* non haberet locum, quando hæreditas esset adeo locuples, quod ex ea posset abundanter satisfieri; quia tunc cessaret timor personalis vexationis, quia per procuratores & actores posset agere & causari, & ipse in pace morari; *vt ibidem per Cyn. post Iacobum de Arretio.*

ADDITIO.

a Nihil excludit.] Dec. l. omnia, in princip. si certum petatur. dixi consil. 34. in quæstione. num. 10. & consil. 62. quod constit. nu. 39. vide quod scribit Natta post Roma. consil 44. ex supra narrato consil. 66. repetitus. num. 17. & consil. 242 in pleno num. 8.

b Causis.] Aymo consil. 308. in Franchisia num. 8. versicu. alibi scribit.

c Friuolas.] Iaso. supra eod. consil. 55. præsens col. 2. post med. consil. 115. præsens consultatio. colum. 8. 1. lib. 4 Aymo. d. consilio 308. n. 5. vers. adeo sunt, & Rimin. iun. consil. 101. inita pace numero 16. vbi hæc consil. citantur.

d Operatur.] Idem Iaso. cons. 9 venerabilis lib. 1. vbi addo.

e Quaslibet alias.] Iaf. d. cons. ius. Aymo. d. consil. 308. col. 4. versic amplius dico. cap. fin.

f Lex loqui.] Dec. c. at si clerici. § 1. sub nu. 10. versic. & retenta. de iud. cons. 284. viso puncto. num. 2. & consil 372. visis num. 7. Roland. consil. 27. illustrissime. num. 6. lib. 1. consil. 14. & si ambigui. num. 31. lib. 3.

g Emergentium.] Iaf. cons. 141. Christophorus. num. 14 supra lib. 2. vbi dixi. addo Roland. d. consil. 27. num. 7. & Riminald. iun. consil. 4. lata fuit, num. 10. vbi alios citat.

h Ad latam.] Idem Iaf. consil. 221. statuto. colum. 3. versicu. confirmatur & aliter supra libro 2. vbi scripsi. addo eundem consil. 174. viso. colum. vltim. infra libro 4. Natta consil. 201. egregius num. 7. consil. 532. fundamentum num. 30. Roland. d. consil. 27. num. 8.

i Extensio.] Crot. consil. 92. regula num. 16.

k Remotam. Ruin. consil 52. viso num. 5. & consil. 184. visa num. 12. lib. 1. Tiraquel. tract. cessan. cau. limit. 13. num. 8. vbi Iaf. hic & alios plures citat & Menoch. consil. 41. non leui studio. num. 20. vbi etiam huius consil. meminit.

l Cessat.] Effectus multos cõgerit more suo Tiraquel. tractat. cessan. caus. limitatione prima num. 1. cum 2. seqq. vbi etiam citat hoc consil.

m Ipse testator.] Iaf. consil. 41. dominus. num. 16. supra libro 1. vbi dixi.

n Ius disponit.] supra consil. 84. omissa. nu. 2. lib. 1. cons. & 31. in præsenti. num 20. supra eodem.

o Restitutio.] Vide Grat. consil. 119. in casu. num. 43. lib. 1. Gozad. consil. 44. non est dubium. num. 8. Riminald. consil. 400. magnifici. num. 37 47. 49. 51. Nattam consil. 481. nõ relinquitur. num. 6. cum seqq. consil. 658. in causa. num. 7. & 9. Riminald. iun. consil. 25. in causa illustris. num. 57. Ceph. cõsil. 3. feudum. nu 36. & quod non detur restitutio pro modica læsione tenet Gabr. cõmun. opin. lib. 1. de restit. in integrum. conclu. 1. num. 1. & in fin. dicit hanc opinionem magis communẽ Sed quod ob res minimas concedatur, vult Eman. Suarez. thesau. recep. sent. & ait verius & receptius verb. restitutio in integrum & ob res minimas. & contra Iaf. tenet Rebuf. in constitut. regni. tract. de restitut. artic. 1 gloss. 2. nu. 11. intellige tamen vt per Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. casu 75. num. 1. & 2.

P Text. est not.] Vide quod per illum text. dicit Soc. Sen. consil. 200. quoniam. col. vltim. versic. & ad supradictorum lib. 2. refert. Aymo. consil. 294. verba transactionis. col. 15. versic. 15. & quod trad. Dec. consil. 532. pro vera. num. 11. & cons. 616. viso contractu. nu. 6. & hoc consil. refert Rebuff. in constitut. regni par. 2. tract. de restitut. art. 1. gloss. 2. 8. & præter suprascriptos alios plures citat Tiraquel. l. si vnquam. versic. donatione largitus. num. 128. de reuo. dona. Caballi. milleloq. 776. si actus possit, parte 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXIV.

THEMA.

IN causa caducitatis feudi mota per illustrissimũ dominum Ioannem de Gonzaga contra nobilem Guidonem Antonium de Gõzaga, omissis non necessariis, tres caducitatis causę apponuntur. Prima, quod istud feudum sit effectũ nouum propter inuestiturã factam tãquam de nouo feudo in quondam dominum Annibalem, cum expressa renunciatione fratrum facta in manib⁹ directi domini. Vnde cum nunc postremo mortuus sit Bonifacius sine filiis legitimis & naturalibus, tale feudum non deuoluitur ad agnatos, sed ad directum dominum. Secunda causa caduci-

tatis est propter non petitam renouationē inuestiturę infra annum & diem post mortem Bonifacij. Tertia, propter alienationē Franciſci & Alexandri factam de eorum partibus in ipsum Guidonem Antonium sine licentia directi dñi: & ita tres principales articuli discutientur.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum censetur effectum feudum antiquum quando feudum renunciatur in manibus domini directi, & alius de eo tanquam de nouo feudo inuestiatur, & sequuta est inuestitura. & num. 4. & 5. & alius seqq.*

Renunciatio feudi facta in manibus directi domini ad hoc vt vnus inuestiatur tanquam de feudo nouo facit esse feudum nouum. vide versic. feudum nouum censetur.

2 *Feudum paternum illud esse dicitur, quod fuit acquisitum ab aliquo ex anteceſſoribus, qui fuit communis parens agnationis.*

3 *Feudum nouum dicitur quod est de nouo acquisitum, & habuit initium in persona primi inuestiti.*

4 *Feudum paternum per nouam inuestituram non efficitur nouum.*

5 *Princeps in sui præiudicium potest dare licentiam vasallo testandi de feudo in suos agnatos. & num. seq.*

7 *Vasallus potest ex priuilegio principis testari in præiudicium ipsius principis.*

Licentia testandi de feudo potest cōcedi vasallo per statutum. num. 7.

8 *Principis licentia concessa vasallo de testando de feudo non potest præiudicare illis, qui ex forma inuestiturę vocati sunt ad feudi successionem.*

9 *Feudum non dicitur nouum quando dominus vasallo feloniam remittit, nisi per nouam inuestituram fit factum.*

11 *Hæres non potest venire contra factum defuncti. intellige si modo à defuncto habeat illud quod est sibi necesse relinqui.*

12 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quādo illud factum tendit ad fraudandum hæredem à lege vel inuestituræ beneficio.*

13 *Vasallus nouus si intra annum & diem non petat renouationem inuestituræ dominus directus si vult potest eum priuare feudo.*

Inuestituræ renunciationem tenetur vasallus nouus petere intra annum & diem, alioqui potest feudo priuari. vide verbo vasallus.

14 *Præscriptioni tēporis, qui innititur dicitur inniti circumuentioni emptoris, & sic ex remedio rigoroso & odioso.*

15 *Temporis præsidium est impium.*

16 *Vasallus ad hoc vt possit priuari feudo ex hoc quod intra annū & diem à morte prioris vasalli omiserit petere renouationem inuestituræ requiritur dolus vasalli & requiruntur alia vt ibi & num. seqq.*

17 *Causa qualibet etiam iniusta & temeraria excusat à dolo.*

18 *Vasallus vt possit priuari feudo ex hoc quod inuestiturā nō petierit intra annum & diem à morte prioris vasalli requiritur, vt sciuerit mortem ipsius vasalli & certo sciuerit vt num. 21. & sequenti.*

19 *Tempus non currit nisi à die scientiæ quando lex notat culpam.*

20 *Vasalli præmortui hæredes allegans esse priuatos feudo per lapsum anni & diei, habet necesse probare quod dictum tēpus anni est elapsum à die hæreditatu adita & à die scientiæ ipsorum hæredum.*

21 *Ignorantia in dubio præsumitur.*

22 *Scientia certa & indubitata tunc dicitur haberi quādo quis oculis vidit, & non dicitur quis propriè scire quando vehementer opinatur. vt num. 23.*

24 *Tempus anni ad petendum inuestituram est vtile & non currit ignoranti nec impedito, & est vtile non solum respectu initij sed etiam sequentis temporis.*

25 *Vasallus petens inuestituram intra tempus debitū suo debito satisfacit.*

26 *Vasallus qui non petiit inuestituram intra tempus anni & diei, quia dominus erat absens, nec erat dimissus aliquis à quo peteretur, est excusatus.*

27 *Fama cōtraria elidit primam, & offuscat affectus primæ famæ.*

28 *Præsumptio vna tollit aliam.*

29 *Testes deponentes aliquem decessisse in cōflictu belli ad hoc vt probent debent esse saltem duo testes omni exceptione maiores, qui deponāt se vidisse aliquem intrare bellum & sequuto cōflictu à consanguineis postea perquisitum non fuisse inuentum, & expectatū tempore congruo non esse reuersum.*

30 *Credulitas etiam fatua & temeraria excusat à dolo.*

31 *Mors alicuius probatur ex eo, quod coniunctus induit vestes lugubres, luctum domesticum fecit & diuina curauit fieri officia. intell. vt ibi.*

32 *Testamenti publicatio fieri nō potest testatore viuo, & publicatum contra testatorem viuum nullum ius nec effectum inducit.*

33 *Cōfessione facta per aliquem in testamēto quod extorsit vsuras à Titio, Titius viuo testatore non potest petere hoc testamentum à tabellione, nec illa confessio prodest Titio viuente ad huc testatore.*

34 *Reus. pro reo in dubio iudicandum est maxime, in materia amissionis feudi per lapsum anni & diei.*

35 *Delictum in dubio præsumi non debet.*

36 *Vasallus irrequisito domino potest alienare feudum vel eius partem in alterum agnatum proximiorē & ab intestato successarum ex communi opinione.*

37 *Feudum potest alienari inuito domino quando emptor vult subire omne onus quod sustinebat primus feudatarius, vel quando in concessione feudi sunt appositæ illa verba*, pro se & suis hæredib⁹ & cui dederit.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

CIRCA primā caducitatis causam necessario videndum est, an istud feudum dicatur paternū, seu antiquum, an vero dicatur effectum nouum, ex eo quod mortuo spectabili quondam domino Andrea de Gonzaga primo acquisitore huius feudi, dum eius filij & hæredes deuenirent ad diuisionem bonorum & hæreditatis prædicti domini Andreæ, dictum feudum obuenit in partem assignatā domino Annibali, & Vinceslaus & Ioannei

hes Michael eius fratres renunciarunt in manibus directi domini omnia iura, quæ habebant ex quacunque causa in dicto feudo, ad hoc vt prædictus dominus Annibal solus inuestiretur de dicto feudo tanquam de feudo nouo. Et dicta renunciatio fuit recepta nomine directi domini, necnon nomine dicti domini Annibalis pro se & suis hæredibus. Vnde ex istis videtur † quod sit effectum feudum nouum: *per textum solennem in capitu. 1. ad fin. de eo qui fi. fecit agna. vbi est text.* quod si ex tribus agnatis duo renunciauerunt feudum tertio, quod erat paternũ, ad hoc vt dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret, tunc sequuta noua inuestitura, quasi nouum sit feudum, illi non succedunt. Ad idem est in terminis gloss. reputata singularis in capit. 1. *in titulo, Impera. Lotha. Euge. Pap. vbi gloss.* formaliter quærit, si fratres inter se bona diuidant, & vni soli feudum deueniat, quod erat antiquum, nunquid eo mortuo sine hærede feudum deferatur aliis fratribus an vero directo domino? & respondet gloss. quod si alij fratres refutauerunt ad hoc vt dominus eum de nouo inuestiret, quod tunc feudum ad ipsum dominum reuertitur, exclusis ipsis fratribus: *per text. in dicto capitulo primo. de eo qui fi. fecit agna. & in capitulo primo. de na. succes. feud. & in capitulo, Titius cum Sempronio. si de feudo fue. controuer. inter dominos & agnat. & illam gloss. sequuntur Bald. & alij scribentes ibi.* Vbi in tertia conclusione per illam gloss. tenent, quod quando vasallus refutauit feudum fratri, vt proinde de nouo inuestiatur ipse frater, cui obuenit feudum, tunc desinit esse paternum, & ideo mortuo receptore feudum redit ad dominum, & non ad fratres. & in hoc casu debet intelligi gloss. quæ est in *l. si familiæ. Cod. familiæ ercisc. item dictam gl. ff. in dicto capitulo primo. in titulo, Imperato. Lotha. etiam sequitur dominus Alexand. in consilio decimo tertio quinti volumi. incipiente, Perspectis his quæ in themate narrantur. in prima & secunda columna.* Item prædicta conclusio & gloss. præallegata videtur procedere in terminis nostris, ex quo talis renunciatio feudi fuit facta in manibus directi domini pro se acceptantis, vel eius factoris, ad hoc & similia deputati: *secundum Bald. in dicto capitulo primo. per illum text. de eo qui fi. fecit agna. facit text. in capitulo primo. de vasal. discrep. acta. in verb. feudum suum in manu domini ad hoc refutauit.* ¶ Verum præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure veriorem, quod istud feudum sit paternum seu antiquum, non obstante dicta renũciatione: cum illud dicatur feudum paternum, † quod fuit acquisitum ab aliquo ex antecessoribus, qui fuerit communis parens istorum agnatorum, *capitulo primo. in verficu. paternum. de na. succes. feud. & capitulo primo. §. primo. de gradi. successionis in feudo. & gloss. in capitulo primo. in verb. inuestitura. vbi Doctores, de succes. feud.* Nouum autem feudum dicitur, quod est de nouo acquisitum, † & habuit initium in persona istius primi inuestiti. *capitulo primo. quot testes sunt necess. ad proband. inuestit. gloss. 25. quæstione secunda. in capitu. quæcunque. in verb. nouum. & ita declarant Bald. & alij, in præludiis feudorum, in tertia & quinta diuisione. Bald. in capitulo primo. §. hoc quoque. ad finem, per illum text. de succes. feud* & dicit Bald. *in dicto capitulo primo. §. 1. de gradibus succe. in feud.* ex illo text. melius notari quam alibi in iure, quod illud dicatur esse feudum paternum, quod fuit acquisitum ab eo, qui fuit genitor communis: [a] nec per nouam inuestituram feudum quod erat [a] paternum, † propterea efficitur nouum; *vt est text. in capitulo primo. & ibi Bald. & alij de vasal. discrep. acta. & text. in capitulo primo. & ibi Iacob. Aluaro. an agna. vel filij. & text. in capitulo primo. de eo qui fin. fecit agna. & gloss. præallegata. 25. quæstione secunda. in capitu. quæcunque. in verb. nouum. Bald. in præludiis feudorum, in 5. diuisione. & in capitulo primo. in prima columna. de eo qui filii & hæred. suis. & in l. quoties. in secunda columna. Cod. de suis & legit mis. & in l. prima. in 15. quæstione. in fine. ff. de re. diur.* ¶ Nec obstat renunciatio facta in manibus directi domini, vt quõdam dominus Annibal de isto solus tãquam de nouo feudo inuestiretur; & consequenter non obstat. *in dicto capitulo primo. in titulo Imperat. Lotha. Euge. Papæ.* In quibus habetur, quod tale feudum tanquam effectũ nouum reuertitur ad ipsum dominum exclusis agnatis: quia respondetur, quod in casu nostro postea directus dominus dedit † expressam li- [5] centiam, & omnimodam facultatem prædicto domino Annibali, vt posset libere de dicto feudo testari in agnatos suos collaterales & transuersales: & ita dominus Annibal testatus est relinquendo illud feudum in dictos agnatos, seu fratres suos transuersales pro se & aliis comprehensis in prima inuestitura, quam intendit & vult in dicta successione obseruari. Planum est autem, quod directus dominus potuit in præiudicium suum dare licentiam vasallo testandi de feudo, † & relinquendi in [6] agnatos transuersales, excluso ipso domino: cum trita regula sit, quod quilibet possit renunciare fauori suo. *l. si quis in conscribendo. cum similibus. Cod. de pact. & capitu. si diligenti. de foro competenti.* Et quod vasallus possit ex priuilegio principis de feudo testari [b] in præiudicium ipsius † principis, te- [b] net Petrus de Anchara. *in consilio centesimo septuagesimo, incipiente, Casus talis est, quidam dominus Ricobinus.* [7] sic etiam per statutum potest concedi licentia vasallo testandi de feudis; secundum Bald. *in capitulo primo. in penultima quæstione, de succes. feud. & latius in consilio 275. secundæ partis, incipiente, Quod pro regula in feudis traditur.* Bene verum est, quod consensus principis, & sic domini directi feudi concessus vasallo † de testando, non posset præiudicare illis, qui ex forma inuestituræ debent in feudo succe- [8] dere: [c] *capitulo primo. de alie. feud. pater. & capitulo primo. de succes. feud.* nisi dominus feudi expresse derogaret iuri tertij. *l. secunda. § si quid à principe. ff. ne quid in loco publico. secundum dominum Alexand. in consilio 15. quinti volumi. incipiente, Visis narratis in themate. in vltima columna.* ¶ Secundo possunt limitari iura præallegata in oppositum per illud quod in bono simili decidit Bald. *in l. prima. in 15. quæstione. ff. de re. dicui.* Vbi quærit, an si dominus remittat vasallo feloniam dicatur nouum † feudum: *iuxta gloss. in l. quod* [9] *dicatur. prima. ff. de impen. in re. dota. fac.* Et determinat quod non, [d] nisi per nouam inuestituram sit fa- [d] ctum, quia erat reuersa ad dominum possessio corporalis, & dominus de nouo inuestiuit vasallum; vt notatur per gloss. *in l. peculium ei. §. qui hæres. ff. de pecul. & argument. l. ab emptione. ff. de pact.* Sed

in ca-

in casu præsenti possessio corporalis non erat reuersa ad dominum; ergo per nouam inuestituram non potest dici fecisse nouum feudum. ¶ Tertio respondeo ad illa iura allegata in contrarium, quæ volunt, quod renũciatio feudi facta in manibus directi domini, ad finem & effectum vt vnus fratrum solus inuestiatur tanquam de nouo feudo, facit vt eo mortuo feudum reuertatur ad ipsum dominum, exclusis ipsis fratribus renunciantibus. Nam dico, quod illa iura procedunt quantum ad ipsos fratres, qui renunciarunt, & qui renunciando potuerunt sibimet præiudicare: quia bene ipsi fratres renunciantes excluduntur admisso domino feudi. Sed mortuis ipsis fratribus renunciantibus talis renunciatio non præiudicaret postea filiis ipsorum fratrum renunciantium, dato quod sint eorum hæredes. Nec consensus aut acceptatio directi domini habet in hoc obstare, quando est feudum pater-
10 num, † ad quod filij fratrum renunciantium ex te-
e nore inuestituræ admitti possunt. Ita expresse e tenet glossa ordinaria & approbata *in cap. primo. §. hoc quoque. in verbo, inuestire. de successib. feud. & ibidem latius Baldus in terminis adhuc fortioribus. in secunda columna. in versiculo, pone, ego recepi feudum. qui late in hoc videatur. quem refert & sequitur dominus Alexander in consilio decimo octauo quinti voluim. incipiente, Attentis narratis in themate. in secunda columna. ad fin. & in consilio decimo octauo quinti volumi. incipiente. In causa & lite vertente super feudo. in penultima columna. & notabiliter Bald. in consilio 215. secundæ partis incipiente, Proponitur, quod inuestituræ antiquæ. & idem Bald. in capit. primo. de alienat. feudi paterni. in vltima colum.* ¶ Nec obstat, si diceretur, quod isti filij sunt hæredes illorum fratrum, qui renunciauerunt dicto feudo in manibus directi domini: ergo
11 non possunt venire contra renunciationem istius feudi, sicut non possent venire † eorum patres, qui renunciarunt, si viuerent. *l. cum à matre. Cod. de rei vendi. l. si ab eodem. Cod. de liber. caus. & l. venditrici. Cod. de reb. alien. non alie. quia vltra responsionem glos. in dicto capitu. 1. §. hoc quoque.* secundo notabiliter respondetur, quod regula prædicta, quæ habet, q̃ hæres non potest venire contra factum defuncti, est vera, nisi quando à defuncto non habet illud,
f quod à defuncto est sibi necesse relinqui f virtute inuestituræ: *vt notatur in l. 1. & 2. C. si quid in fraud. patronat. ita egregie limitat Bartol. in l. 2. circa finem. Cod. de inoffic. donat.* Item hæres potest venire con-
12 tra factum defuncti, quando † illud factum tendit ad fraudandum hæredem à legis vel inuestituræ be-
g neficio: g vt notatur in dicta *l. prima. & secunda. Cod. si quid in fraud. patro. secundum Bald. in præallegato consilio 215. secundæ partis.* ¶ Secunda causa caducitatis est propter non petitam renouationem inuestituræ infra annum & diem post mortem Bonifacij. Et in hac pars aduersa facit maius capitale quam in cæteris, ideo in ea ego quoque latius insistam. Et in hac videretur prima animaduersione dicendum, quod si nouus vasallus infra annum & diem nõ petat renouationem inuestituræ, quod dominus di-
13 rectus, si vult, † potest eum priuare feudo: h *vt est*
h *text. in capitulo 1. quo tempor. miles. & in capitu. primo. in princip. de capi. Corra. & in capitu. imperialem. §. præterea si quis, de prohibita feud. alien. per Federic.* quia tunc vasallus tanquam ingratus existens beneficium amittit. *ita dicit text. in capitu. primo. in princip. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* Item est & alia ratio; quia petere renouationem inuestituræ est quidam quasi census deuotionis & recognitionis, qui debet præstari domino, & si non præstatur, res incidit in commissum; quia census reuerentialis & professio censualis est omissa: *secundum Bald. notabiliter l. 1. in 4. quæstione. ff. de re. diui.* ¶ Sed hoc non obstante, teneo quod in casu præsenti concurrentibus his quæ concurrunt, nobilis Guido Antonius non possit dici cecidisse à parte feudi quondam Bonifacij fratris sui per lapsum anni & diei. In primis quia talis caducitas, quæ causatur per lapsum dicti anni dicitur iniqua & odiosa; † eo quia qui nititur ex tẽ 14
pore, dicitur niti ex circumuentione temporis, &
i sic ex remedio rigoroso, i & odioso; *vt dicit text. in* i
§. *volumus. in authent. de his qui ingre. ad appellan. secundum Andr. de Iser. summum feudistam* k *in dicto capitu.* k
primo. in princip. in prima columna. quo tempor. mil. & ibidem Martin. Lauden. & Cardin. Alexand. Item præsidium temporis est impium; † *dicit text. in authent. vt* 15
eccl. s. Roma. circa medium. Ergo istud remedium caducitatis feudi causatum lapsu temporis anni, cum sit odiosum & rigorosum, debet restringi, & quantum potest euitari; *vt in regul. odia. de regulis iuris in 6. & l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.* Et propterea refert Andr. de Iser. *in præallegato capitu. primo. in prima columna. quo tempor. mil.* quod in regno Siciliæ non perditur feudum, licet vasallus non petierit inuestituram infra annum & diem, eo quia princeps munificus nõ intendit ex circumuentione temporis, quæ est iniqua, feudum auferre, nisi vasallus faceret seu negligeret petere ex cõtemptu directi domini; vt referunt & sequuntur Martinus Lauden. & Cardinal. Alexandri. ibi. ¶ Secundo moueor, quia ad hoc vt vasallus possit priuari feudo, per hoc quod infra annum & diem à morte prioris vasalli omiserit petere renouationem inuestituræ, & sic ad hoc vt iura præallegata procedant, plura copulatiue requiruntur, quæ in casu præsenti cessant: igitur, &c. ¶ Primo † requiritur dolus vasalli l in hoc: *vt est tex.* 16 l
notabilis in capitu. fina. de prohib. feud. alien. per Lotha. & ibi Bald. & idem Bald. in l. solennibus. ad finem. Cod. de rei vendicatio. Petrus de Ancha. in consilio 173. incipiente, dominus Layzarius fuit inuestitus. in vltima columna. & text. egregius in illo capitu. fina. assignat rationem, quia inter dominum & vasallum nulla fraus, nec quodvis malum ingenium debet interuenire: idcirco si vasallus nõ dolose per annum & diem steterit, quod à domino sui beneficij inuestituram non petierit, non ob hoc feudum amittat; quia dolus abesse videtur, si iusta causa impediente steterit: ita ibi formaliter dicit text. Tritum est autem, quod quælibet causa, etiam iniusta † & temeraria excusat à dolo. 17
m *l. 4. §. potest. ff. de liber. cau. glos. in l. plagij criminis* m
accusatio. & ibi pulchre Ange. C. ad l. Flau. de plagia. gloss. in l. prima. in fine. ff. de abigeis. cum similibus. ¶ Secundo requiritur, quod vasallus sciuerit mortem alterius vasalli, quia istud tempus † anni solum incipit 18
currere à die scientiæ: n *vt est gloss. in dicto capitulo pri-* n
mo. in verbo annum. & ibi Bald. & alij sequuntur. quo tempo. m l. idem tenet Pet. de Ancha. in præallegato consil. 173. in penultima columna: dominus Alexander in consilio

filio 14. secundi volum. in ipiente, Viso & considerato themate instrumenti. in tertio volum. quia lex dicit, quod scientiam vult, & non ignorantiam obligari. *l. generali. Cod. de decurioni. libro decimo. l. finali. ff. de decret. ab ordin. fac. & capitu. secundo. de constitut. in 6.* Item
19 vbicunque lex † notat culpam, ° annus non currit
° nisi à die scientiæ: *vt notat Ioannes Andr. in capitu. de seruorum. de seruis non ordina. in nouell. quem refert & sequitur Bald. in dicto capitu. fina. de prohib. feud. alien. per Loth.* vbi subdit, quod præscriptio annalis non currit probabiliter ignoranti, & quod terminus iuris nunquam est peremptorius, si legitimum subsit impedimentum. Alibi fortius tenet Baldus & Doctores *in capitulo primo. de capi. Corrad.* quod allegans hæredes vasalli præmortui esse priuatos feudo
20 per lapsum dicti temporis, † habet necesse ostendere & probare, quod dictũ tempus anni est elapsum post tempus à die hæreditatis aditæ: *per l. primam. C. si vt se abhared. absti.* & etiam habet probare, quod lapsum est dictum tempus anni à die scientiæ; quia
21 † præsumitur ignorantia. p *l. veriu. ff. de probat. re-*
p *fert & sequitur dominus Alexander in consilio 79. primi volumin. incipiente, Circa primum de quo quæritur, scili et coram quo domino. in penultima columna ad finem.* Sed ista non sunt punctualiter probata contra Guidonem Anthonium: igitur, &c. Imo adhuc fortius, non sufficit simplex scientia de morte alterius vasalli, ad hoc vt istud tempus ante incurrat, sed requiritur quod pro certo sciat, ita expresse notat Bald. *in dicto capitulo primo. in vltima columna in secundo notabili, quo tempore miles.* vbi notat, quod non imputatur ei, qui non est certus de morte testatoris, vel alterius vasalli, & sic interim non currit sibi tempus dicti anni. Sed illud dicitur quis pro certo scire, † de quo habet certã & indubitatam scientiam,
22 puta quia oculis vidit; *capi. per inquisitionem, & quod ibi notat dom. Anton. de But. in quinto notabili. de elect. & text. in capit. inquisitioni. de sentent. excommunicat.* vbi text. constituit differentiam inter verbum, *pro certo sciat*, & verbum, *prõ certo credat.* Sed in casu præsenti Guido Anthonius non habuit certam scientiam de morte Bonifacij, imo nec simplicem scientiam, vt apparet ex testibus in processu deductis. Imo adhuc fortius, in casu præsenti fuisset impossibile, quod habuisset certam scientiam de morte Bonifacij; quia oportuisset eum fuisse in illo conflictu belli, & ibi vidisset eum mori quod nõ potuit contingere, cum ipse Guido Anthonius esset Mantuæ, valde remotus ab illo conflictu belli; ergo ipsi non currit illud tempus anni ad petendam renouationem inuestituræ. Et istud videtur mihi pro eo satis stringere. Et licet alias quis dicatur scire illud, q̃ vehementer opinatur, tamen non dicitur tunc pro certo scire; vt iuribus præallegatis: imo adhuc non
23 est proprie scire quando vehementer opinatur; † *vt est gloss. notabilis in l. 2. §. penultima, in verb. sciat. ff. de aqua pluuia arcen. & gloss. in l. si duo. §. penultim. in verb. scire. ff. vti poss. & gloss. in l. si paterfam. l. in verbo scit. & ibi Bald. & Imol. valde notant. ff. de hæred. instit. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. in penultimo notabili. Cod. de iura. calum. Alexand. in l. 1. in 4. charta. ff. si certum petatur.* Tertio, istud tempus anni ad petendam inuestiq̃ turam est vtile tempus, ex quo non currit ignoranti,
24 q̃ † nec impedito. *l. 1. ff. de diuer. & temp. præscript. secũdum Bald. in authent. item si appellatione. Cod. de tempo. appellat. & est gloss. ordinar. in dicto capitulo primo, in verbo infantia. ad finem, quo temp. mil.* Item istud tempus anni est vtile, non solum respectu initij, sed etiam respectu sequentis temporis. *ita tenet Iacob. de Belu. s. in illo capitu. 1. quem refert & sequitur Cardina. Florentin. in consilio 128. incipiente. In quæstione, quæ vertitur inter Andream, in secundo dubio.* ¶ Istis tribus requisitis bene & diligenter consideratis, apparet istum nobilem Guidonem Anthonium non esse in causa caducitatis illius partis feudi propter lapsum anni. ¶ Primo, quia petiit inuestituram infra tempus debitum à domino directo, qui respondit, quod faceret sibi illud, quod ius vellet, vt probatur ex testibus in processu deductis: ergo Guido Antonius debito suo satisfecit; † *vt est gloss. solennis 1 in capitu. primo. §. fina. per quos fiat inuestitu. & ibi Bald. & alij se-* 25 r *quuntur. idem tenet Andr. de Iser. in dicto capitu. 1. in 9. colum. quo tempo. mil. & ibidem Marti. Laudẽn. ad finem, idem tenet Andr. de Iser. in capitu. 1. de capit. Corra. dominus Abbas in consil. 110. incipiente, Nitar in præsenti causa. in 13. quæstione.* Itẽ dominus directus aliquot mensibus fuit absens à ciuitate Mantuæ Neapolim profectus, nec reliquit factorem cum mandato ad renouandum huiuscemodi inuestituras, imo reuocauerat factorem prius ad hoc institutum, prout hæc apparent ex attestationibus in processu deductis: ergo Guido Antonius fuit isto medio tempore iusta causa impeditus ad non petendum inuestituram, ergo † est excusandus; *vt dicit expresse text. in dicto ca-* 26 *pitu. fina. de prohib. feud. alie. per Lotha. & text. in dicto capitu. primo. quo tempo. mil.* Item de morte Bonifacij, quem in conflictu belli ferunt cecidisse, varij & contrarij rumores sunt in patriam Mantuam perlati, aliquibus primo asserentibus de morte, aliis postea dicentibus de captiuitate. Ergo ista varia & cõtraria fama ſ excusauit † Guidonem Antonium, vt ſ non dicatur sciuisse mortem Bonifacij: quia istæ fa- 27
mæ seu rumores contrarij sibi inuicem derogant. *l. scripturæ. C. de fide instrument. secundum Bartol. in l. de minore. §. plurimum quoque. in antepenultima columna. ff. de quæsti. dominus Antonius de Butr. & alij in capit. cum oporteat. de accusat.* quia sequens fama tollit effectum primæ: secundum Bartol. *in l. secunda. in fine. Cod. si ser. aut libr. ad decurio. lib. libro decimo.* Item fama contraria elidit primam: *secundũ Bald. in l. qui accusat. C. de eden. & in l. si tutor petitus. in fine. Cod. de pericul. tuto. & in l. diuus. ff. de militar. testament. & in l. sacrosancta. in fin. Cod. de episcop. & cleric. cum aliis concordant.* Item fama contraria offuscat effectus prioris famæ: *secundum Abbatem in capit. cum in tua. in secundo notabili, de sponsa.* Sic vna præsumptio tollit † aliam. *gl. ff. in l. diuus. ff. de in integrum restitut. &* 28
capitu. literas. & ibi Abbas in quarto notabili, de præsumpt. Item ad hoc vt testes deponentes aliquem decessisse in conflictu belli probent, essent necessarij saltem duo testes omni exceptione maiores, qui deponerent, quod viderunt Bonifacium intrare bellum, & quod sequuto conflictu à consanguineis est postea perquisitus. & non inuentus, † & ex- 29
spectatus tempore congruo, sed non est reuersus; secundum Bart. *in tractatu de teste. in 4. charta. in capitu. mortuum hominem dixit. Angel. notabiliter in l. fina. per illum text. ff. de infami.* Sed ista non sunt probata in

casu

casu isto. igitur, &c. Nec primi testes deponentes de morte Bonifacij taliter deponunt, quod Guido Antoni[9] debuerit eis credere, & multominus quod per eorum dicta dicatur habuisse certam scientiam de morte Bonifacij, quod requiritur, prout supra deduxi. & dato etiam, sine veri præiudicio, quod debuisset magis credere primis testibus deponentibus de morte, quam secundis deponentibus de captiuitate, tamen omnis credulitas [t] etiam fatua & temeratia excusat † à dolo. *ita notabiliter tenet Angel. in l. prima. ad fi. em principij. ff. d. eo per quem factum erit. & Angel. notabiliter in l. plagij. Cod. ad leg. Fla. de plagia.* Ergo per consequens excusat à pœna caducitatis feudi per lapsum anni. ¶ Et per ista tolluntur etiam quædam aliæ coniecturæ seu præsumptiones contra Guidonem Antonium, ex eo quod induit [31] vestes † lugubres, luctum domesticum fecit, & diuina officia fecit celebrari, per quas præsumptiones videtur probari mors Bonifacij, & scientia Guidonis Antonij: *secundum Bartol. & alios in l. secunda. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testament. ape. Bartol. notabiliter in l. genero. ad finem, in vl imo notabili, per illum text. ff. de infam. Bald. & Angel. in l. finali. ff. eodem. Bartol. & alij in l. si quidem. Cod. soluto matrimonio.* quia ista procederent, quando Bonifacius esset domi Mantuę mortuus, tunc luctus domesticus, delatio vestium lugubrium, & celebratio diuinorum officiorum probarent mortem simul cũ publica fama: sed cum Bonifacius asseratur mortuus procul à patria in conflictu belli, & varij ac contrarij rumores de hoc Mantuam sint perlati; ergo prædicta nihil faciunt in isto proposito. ¶ Non quoque facit, quod asseratur, Guidonem Antonium fecisse testamentum, & in eo disposuisse de bonis Bonifacij. Respondetur, quod de tali testamento non sit fides per manum publici notarij de testamento rogati, [32] nec viuo testatore potuit fieri publicatio † testamẽti eo inuito. *l. omnium. C. de testament.* & contra ipsum testatorem viuum nullum ius aut effectum inducit: *secundum Bald. in l. secunda. ad finem, post gl. ff. ibi, & ibidem Cyn. & alij. C. de testament. Bartol. in dicta l. 2 §. si dubitetur. in vltima quæstione. ff. quemadmodum testam. ape. Angel. Paul. de Castro. & dominus Alexand. in l. 2. C. quemadmodum testament. ape. Alibi decidit notabiliter Bald. in l. si quis ex argentariis. in §. ex hoc edicto. ff. de edend.* quod si aliquis in testamento fuit confessus se [33] extorsisse † vsuras à Titio, quod Titius viuente testatore non potest petere hoc instrumentum testamenti à tabellione, nec illa confessio adiuuat ipsum Titium viuente adhuc testatore. ¶ Per ista omnia concludo, quod propter non habitam renouationem inuestituræ infra annum & diem post mortem Bonifacij Guido Anthonius non potest de iure priuari parte dicti feudi. Et posito adhuc, sine vllo veritatis præiudicio, quod res esset adhuc in aliquo [34] dubia, † certe in dubiis iudicandum est in fauorem rei: *per regulam l. fauorabiliores ff. de regulis iuris. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. Bartol. & alij in l. de die. in princip. in prima columna. ff. qui satisda. cog.* præsertim in ista materia caducitatis feudi per lapsum anni, quæ est iniqua & odiosa, vt superius dixi. Item non petere inuestituram infra annum in contemptum directi domini est delictum ingratitudinis; *capit. 1. in principio, quæ fuit prima causa benefi. amit.* quod delictum in † dubio præsumi non debet: [u] *per regu- [35] lam. l. merito. ff. pro socio. & l. motior. C. de ser. expor.* [u] & ibi Bal. notat & addit rationẽ; quia intellect[9] hominis debet esse benignus. ¶ Circa tertiam & vltimam causam caducitatis propter alienationem factam per Frãciscum & Alexandrum de eorum partibus istius feudi in Guidonem Antonium sine licentia directi domini, an dicatur illa pars sic alienata esse deuoluta ad directũ dominum; breuiter cõcluditur quod non; eo quia vasallus, irrequisito domino, † potest alienare feudum vel partem feudi in [36] alterum agnatum, qui erat de proximioribus, & ab intestato successurus, [x] cum ista sit potius refutatio [x] feudi, quam alienatio; *vt est text. in capitu. 1. in verb. inter agnatos. & ibi Bald. in 1. colum. ad hoc notat de alienа. feud. pater. & text. in capitu. 1. §. 1. per quos fiat inuestit. late Bald. in capitu. 1. in penult. colum. de alien. feud. Bald. & Alberic. de Rosa. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Bald. in capitu. quæ ne ecclesiarum. in 16. colum. de constitut. Bartol. & alij in l. cum hi. §. si vni. ff. de transactio. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. quæstio. ff. de verborum obligatio. Idem Bartol. in consil. 58. incipiente, Ex themate prædicto tria dubia oriuntur. dominus Alexand. in consil. 330. incipiente, Viso & mature discusso. in 2. colum. ad fin. & sequen. cum concor. ibi per eum adductis. & idem dominus Alexander in consil. 590. incipiente, In causa Nicolai de Campegio. in vltima columna. & in consilio 21. 5. voluminis, incipiente, Viso compromisso.* Et ista videtur esse communis sententia, à qua non est in iudicando recedendum: *secundum Bartol. & alios in l. fin. Cod. de pœ. iudi. qui mr. iudi. cano. in capitu. ne innitaris. de constitut.* Et vltra decisiones & authoritates prædictas addo etiam in terminis Bald. *in capitu. sane. in penultima colum. de renun.* vbi formaliter tenet, quod si sumus duo vel plures agnati, qui habemus feudum antiquum vel paternum, ego possum alteri renunciare partem meam feudi, irrequisito consensu domini, & si vendo ei partem meam, non reuertitur feudum ad dominum, sed ego vendens de medio eximor, & agnatus possidet iure agnationis, & non iure venditionis; quia mera venditio facta extraneo aperiret feudum domino secundum propriam naturam venditionis feudi: *vt in capit. primo. §. denique. & §. si vasallus. quæ fuit prima cau. bene. amitt. ita ibidem tenet Bald.* Item feudum potest alienari † inuito domino, quando emptor vult subire [37] omne onus, quod sustinebat primus feudatarius: [y] *secundum Bartol. in l. murilegul. ad fin. per illum text. Cod. de murilegu. lib. 11.* vbi dicit esse optimum argumentum ad hoc. Vel quando in concessione feudi sunt illa verba, *pro se & suis hæredibus, & cui dederit.* [z z] *capit. primo. & gloss. & doct. de feud. non haben. propriam naturam feud.*

ADDITIO.

[a] Genitor communis.] Ias. cons. 180. commune. num. 15. supra lib. 2. vbi addo.

[b] De feudo testari.] Vasallus potest de feudo testari consentiente domino in eius præiudicium. Dec. consil. 194. viso tenore. num. 4. versic. 3. consil. 606. Serenissim. num. 16. Paris. consil. 106. circa principale. num. 29. 31. & 32. libro 1. & Menoch. consil. 104. proposita. num. 26. Roland. consil. 71. visis num. 15. 16. libro 2. potest etiam testari de feudo concesso pro se & hæredibus quibuscunque, vel pro se & quibus dederit vt volunt plures citati per Roland. consil. 79. stante forma. num. 20. 21. lib. 2.

[c] Suc-

e Succedere.] Dec. consilio 445. in casu. numero 22. versic. sed breuiter. & declarat Curt. iun. consil. 138. habita. numero 1. & num. 7.

d Determinat quod non.] Gozad. consil. 84. prima facie. n. 4. 10. & seqq. Bero. cons. 109. visis inuestituris. n. 26. lib. 1. refert Menoch. d. consil 104. nu. 56.

e Ita expresse.] Ias. consil. 7. pro reuer. numero 23. supr. eod. vbi dixi.

f Necesse relinqui.] Iason dicto consilio 7. numero 31. vbi scripsi. addo Menochium referentem Iason. hic d. consil. 104. numero 54.

g Beneficio.] Iason dicto consilio septimo. numero 27. vbi addo. comprobat & sequitur Grammat. decisione 93. in causa. num. 9.

h Priuare feudo.] Ias. cons. 117. in causa & lite. col. 8. infra li. 4. vbi scribo.

i Rigoroso.] Iason consil. 159. circa primam. numero 9. supra libro 2. dicto consil. 117. colum. penultim. Roland. consil. 64. visis. numero 41 42. libro 2. vbi hoc consilium allegat. consil. 40. vulgaris. numero 19. 20. libro 3. Aym. consilio 29. pro clariori. ad fin. Natta consil. 266. in causa. num. 12. & dixi consilio 12. cum proximis. num. 60. & consil. 32. certi iuris. numero 7. quibus addo Roland. consil. 100. numero 157. & sequenti. lib. 4.

k Summum feudistam.] Rolandus dicto consilio 64. numero trigesimosecundo. vbi Iason refert Curt. iun. consilio 138. habita. num. 20.

l Dolus vasalli.] Iason d. consil. 159. numero 13. vbi dixi. addo Ruin. consil. 1. num. 4. lib. 1. omnino Roland. d. consil. 40. numero 16.

m Excusat à dolo.] Iason consil. 135. difficultas. nu. 11. supra lib. 2. vbi dixi.

n Die scientiæ.] Dec. consil. 530. viso puncto. nu. 9. Ruinus consilio 35. adeo plene. numero 28. libro 1. & is qui scripsit in consuetud Paris. part. 1. §. 1. gloss. 7. numero 4. Curt. tractat. feud. 4. part. 23. caus. versicul. 8 Tiraquell. tracta. de vtroque retract. tit. 1. § 35. gloss. 4. num. 12. & 21. Clar. §. feudum. quæstione 49. versic. scias etiam quod hoc tempus. vbi ait omnes sequi post Gallum Paris. d. loco. nouissime Roland. d. consil. 40. nu. 5. 6. 7.

o Notat culpam.] Refert Rol. d. cons. 40. n. 7.

p Ignorantia.] Gall. Paris. in consilio 100. Paris. § primo. gloss 7. numero 4. refert & Roland. d. consil 40. num. 10. licet non firmet.

q Ignoranti.] Ruin. consilio 1. num. 5. lib. 1. Roland. d. consil. 40. num. 89.

r Gloss. solennis.] Imo hoc casu dominus feudi proprietate priuatur. Iacob. tract. feud. ver. qui quidem inuestiti. col. 10. in fin. sub nu. 40. vbi dicit hanc esse communem conclusionem, licet clarius d. quæst. 49. vers. sed quid si vasallus asserat videri nimis rigorosam.

s Contraria fama.] Natta consilio 473. quædam nomine. numero 20.

t Credulitas.] Dixi d. consil. 153. num. 11. & cons. 41. omissis. nu. 19. supr. eod.

u Præsumi non debet.] Simil. colligit Dec. consil. 189. lætatus sum. & consil. 234. in effectu vtrobique. nu. 5. & pro ornamento regulæ videatur omnino Mars. consil. 21. vocem. col. 1. & l. 1. num. 68. C. de sicar. & similia adducit Aym. consil. 9. accusatur. num. 20. consil. 151. neminem. num. 18. latissime Gab. com. opin. lib 7. de crim. concl. 2. per totam. vbi etiam limitat. declarat etiam Menoch. post Rui. cons. 101. est noua. n. 54. aliter Mars. sing. 151. semper in dubiis. & multis modis Alciat. de præsumpt reg. 3. præsumpt. 2.

x Successurus.] Felyn. capitul. quæ in ecclesiarum. numero 88. de constitut. Ruinus consilio 11. stante themate. numero 6. 7. libro primo. vbi dicit communem. Iacob. de sancto Georgio tractat. feud. versicul. & cum pacto de non alienando. numero 31. & 33. vbi dicit Doctor. hoc tenere. sequitur Clar. §. feudum. quæst. 42. vers. hoc præmisso. Rolan. d. cons. 64. nu. 19. 20. cum seqq.

y Feudatarius.] Cors. in singul. ver. feudum. incip. licet feudum. Mars. rub. de fideiuss. n. 213. sed contra Bar. hic allegatum tenet Rom. singu. 444. in iure sunt regulæ. Soc. in fallent. reg. 434. vasallus fall. 1.

z Cui dederit.] Dixi supra consilio 155. vt veritatis. numero 3. lib. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXV.

THEMA.

HENRICVS Romanorum Rex anno salutis Dominicæ 1311. quarto nonas Aprilis concessit Comitibus de Languſco, & quibusdam aliis Comitibus Palatinis de Lomello priuilegium per verba inserta tenoris infrascripti: recognoscentes suo & procuratorio nomine omnium prædictorum Comitum de Lomello feuda sua, honorem, & districtũ cum mero & misto imperio, & iurisdictione Languschi, S. Pauli, Leriæ, ac territorium & districtum eorum, pedagia, tam per terram, quam per aquam, telonea, portus cum reditibus eorum, piscationes, aluea fluminum, & eorum, ripas, insulas, molas, glareas præsentes & futuras, pallificationes molendinorum, ductus aquarum, ripatica, alueones, honores hominum, & omnia regalia in ipsis locis & eorũ territoriis, & in partibus circumstantibus existentibus à confinibus palęstri, vsque ad confines villatæ Candiæ, ab vtraque parte fluminis Sicidæ, inter prædictos confines cuiuscunq; territorii sit, à nobis & imperio tenere, nobis humiliter supplicarunt, quatenus de huiusmodi feudis inuestire dignaremur. de iustis & antiquis feudis, quæ tenent & habere debent, inuestimus de regię potestatis plenitudine, saluo iure imperii & quorumlibet aliorum, recepto ab eis fidelitatis debitæ sacramento. Modo dubitari contingit, an illa verba, recognoscentes, censeri debeant verba supplicantium prolata per ipsos Comites supplicantes, vt sic nihil disponant? an vero censeantur verba Imperatoris, quæ habeant dispositionem inducere, & probare prædicta superius narrata esse feuda ipsorum Comitum de Lomello?

SVMMARIA.

1 *Concessum à principe vel imperatore attenditur, non autem illud, quod à parte narratur aut postulatur. & num. 19.*
Verba narratiua partium in supplicatione nihil disponunt, sed attenditur illud, quod à principe conceditur. nu. 1. 4. & 5. & nu. 19.

2 *Verba ambigua interpretantur contra eum, qui in illis se fundat.*

3 *Verbum,* recognoscere, *idem est quod confiteri vel asserere, & ideo recognoscens propriam scripturam videtur confiteri verum esse illud, quod in ea continetur. & num. 21.*

4 *Verbum,* recognoscere, *est confiteri, se rem aliquam ab alio tanquam superiore tenere.*

5 *Participium*, recognoscẽtes, *resoluitur in relatiuum*, qui, *& verbum*, fuum, *id est, qui recognoscat.*

6 *Verba enuntiatiua seu narratiua Imperatoris non probant, tamen de antiquo etiã de facto alieno plene probant & disponunt, etiam si sint enuntiatiue prolata propter aliud. & nu. seqq. vbi comprobatur.*

7 *Instrumenta publica etiam plura inter alios confecta, facientia mentionem de confinibus, vel de plebanatu, & similibus non probant illos confines esse illorum, qui nominantur. fallit tamen in instrumento de antiquo, quia plene probant etiam inter alias personas. quod comprobatur num. seqq.*

9 *Fama quamuis solum faciat semiplenam probationem, tamen in facto antiquo plenam probationem facit.*

10 *Fama in factis in loco longinquo plenam facit probationem.*

11 *Apocha priuata nullo adminiculo testium, nec comparationis literarum suffulta, nihil probat, tamen si esset antiqua, tunc probaret.*

12 *Sententia lata de antiquo, si in ea enuntiatiue dicatur*, viso libello, visa litis contestatione & visa probatione, *probat acta causæ præcessisse, licet non appareant talia acta.*

13 *Verba enuntiatiua seu narratiua principis si enuntiarẽt talia bona fuisse concessa Titio in feudum ab ipso principe, vel à prædecessore suo, si princeps in illis fundat intentionem suam, plene probat.*
Clem. 1. de probat. ampliatur nu. 13.

14 *Verba narratiua seu enuntiatiua eorum, in quibus princeps non fundat intentionem suam, in antiquis probant plene.*

15 *Testimonium etiam priuatarum personarum de auditu & de fama admittitur pro plena probatione in antiquis: & multo magis hoc verum in testimonio Regis.*

16 *Testis deponens de credulitate in antiquis probat, imo etiam in iis, in quibus est difficilis probatio, vt in antiquis: & antiquissimis testes deponentes per verbum*, credo, *plene probant.*

17 *Regis verba habentur pro lege.*

18 *Tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim priuilegij & constituti.*

19 *Inuestitura principis semper intelligitur facta de iustis feudis.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIsis & diligenter consideratis verbis dicti Cæsarei priuilegii, videretur prima consideratione dicendũ, quod illa verba, *recognoscentes*, censeri debeant prolata per ipsos Comites supplicantes, & prædicta superius relata Cæsareæ maiestati narrantes: & sic cum sint verba partium narratiua, nihil disponunt. Attenditur enim
1 illud, quod conceditur à Principe vel Imperatore:† non autem illud, quod narratur aut postulatur: *secundum Inno. in cap. super literis. de rescrip. Bal. in l. præscriptione. in vlt col. C. si contra ius vel vtil. pub.* Sic etiam non inspicitur quid, quale & quantũ narratur, sed qualiter & quantum ex narratis concludatur: *secundum Bald. in l. edita. in 13. col. C. de eden. post gl. 3. quæst. 6. in c. hoc quippe.* Similiter ad considerandum virtutem legis non attendimus quæsitum sed responsum: *secundum Geminia. in c. ex eo. in 1. col. ad fi. de elect. in 6.* & tanto magis cum dicti Comites de Lomello se principaliter fundent in dictis verbis priuilegii, ergo ostendere debent & probare, quod sint verba Imperatoris dispositiua: † quia verba ambigua interpretari debent 2
contra fundantem se ex eis: *per regulam leg. veteribus. ff. de pactis. & text. in regul. contra eum. & ibi gl. de regulis iur. in 6. & text. in l.* Labeo *scribit obscuritatem. ff. de contrahenda emptione. & in l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligationibus. facit quod vult glossa in capitul. nonnulli. in gloss. pen. de rescript.* Item Rex in eius verbis dispositiuis concedit inuestituram de iustis & antiquis feudis, quæ tenent & habere debent, & sic magis se refert ad veritatem & iustitiam rerum propositarum, quam ad ipsius concedentis potestatem. ¶ Secundo principaliter ponderari debet illud verbum, *recognoscentes*: Nam recognoscere idem † 3
est quod confiteri seu asserere: *vt est gloss. in cap. per inquisitionem. in verb. recognouit. de elect. & in c. constitutus. in gloss. 1. de relig. dom. & gloss. in cap. Odoardus. in gloss. ff. de solut. facit text. in cap. fin. circa medium. de excess. prælat. & in cap. per tuas. de probationibus. & in capitulo primo. circa finem. in verb. recognoscendis contractibus. de for. competen. in 6.* Vnde recognoscentes propriam scripturam videtur confiteri verum esse illud, quod in ea continetur: *secundum Angelum & Imol. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obligationib. Bald. in authent. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. & in l. cum antiquitas. C. de testam.* Item recognoscere est confiteri se rem aliquam †ab aliquo tanquam superiori tene- 4
re, *c. 2. de reb. eccle. non alie. in 6. clem. 1. in pen. col. de iureiur.* Vnde Rex Francorum superiorem in temporalibus non recognoscit: *vt dicit tex. in ca. per venerabilem. in §. insuper. qui fil. sint legi.* Item recognitio est donationis vel concessionis prius factæ de quacunq; re confessio, vel assertio, & est vulgare Anglicorum. ita dicit gloss. *in capitul. relatum. in gloss. prima. de iure patrona.* & ibi dicunt Hostien. & Ioannes And. quod recognitio proprie cadit in feudis & in dominiis: Ergo in proposito nostro illud verbum, *recognoscentes*, importat confessionem & assertionem ipsorum Comitum confitentium & asserentium talia feuda tenere à Roman. imperio: ergo talis recognitio, & sic confessio & assertio ipsorum Comitum de talibus feudis nihil operatur in aliorum præiudicium, & nihil disponit, ac nihil inducit. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam opinionem arbitror de iure veriorem, quod imo illa verba, *recognoscentes feuda sua à nobis & imperio tenere*, sint verba ipsius Imperatoris concedentis tale priuilegium, nec possunt intelligi prolata ab alio, quam ab ipso Imperatore, salua ratione Grammaticæ, & recti sermonis, *l. Plautius. in fin. ff. de auro & argento legato. capitul. ad audientiam. 1. de rescriptis.* quia si essent verba ipsorum Comitum supplicantium, aliter dicerent, videlicet, *nos Comites recognoscimus*, vel per alia similia aut æquipollentia verba. Ista ergo sunt verba Imperatoris attestantis, quod isti Comites de Lomello eorum feuda particulariter relata immediate recognoscunt tenere ab imperio Romano, & non ab alio Rege, vel alio principe, aut duce. & illud participium † *recog-* ¶
noscen-

gnoscentes, exponitur, id est, *qui recognoscunt*: quia participium [a] resoluitur in relatiuum, *qui*, & verbum, *fuum*: vt est glos. notabilis *in clement. 1. in verb. dignitatibus. ad fin. de prebend.* quam ibi notat dom. Card. Florent. *in nona columna. eam etiam notat Ioan. de Imol. in l. prima. ad finem. ff. de condition. & demonstra.* dominus Alexand. *in consil. 119. incipiente, Viso processu super causa vertente inter spectabilem equitem. in 4. columna.* Idem tenet Bartolus *in l. centurio. in secunda charta. in vltim. quæstion. secunda quæst. principalis. ff. de vulgari & pupillari.* Et quamuis alias verba enuntiatiua seu narratiua † Imperatoris non probent. *cap. si Papa. de priuileg. in 6. Bart. & Imol. in l. ex hac scriptura. in vltim. colum. ff. de donation.* tamen ista verba, *recognoscentes*, enuntiatiua, seu narratiua ipsius Imperatoris, quamuis sint de facto alieno, & ex aliorum verbis processerint, cum sint valde de antiquo, imo de antiquissimo ducentorum ferme annorum, plene probant & disponunt: [b] etiam si sint enuntiatiue prolata propter aliud: *secundum dominum Antonium de Butrio in capitul. cum dilectus. de succes. ab intesta. & in clem. si summus Pontifex. per illum text. de sent. excommun. & in clem. 1. de probat. dominus Alexan. in consilio 74. quarti voluminis, incipiente, Visis & ponderatis narratis in themate, in tertia columna.* ¶ Confirmatur; quia licet alias instrumenta publica inter alios confecta facientia mentionem † de confinibus, vel de plebanatu, vel diœcesi, aut territorio, non probent illa confinia esse illorum, qui nominantur; vt est glossa *in l. cum aliquis. in gloss. fin. vbi Bart. & alij. C. de iure deliber. & gloss. in l. optimam. in verb. si seruus. Cod. de contrahenda & committenda stipulation. & gloss. in l. prædij. §. Titio. ff. de legat. tertio. Speculat. singulariter in titulo de locat. §. nunc aliqua versic. 57.* vbi istud singulariter extendit, etiam si de hoc essent plura instrumenta de confinibus mentionem facientia; quia adhuc nihil probarent; tamen si esset instrumentum de antiquo, † faciens talem mentionem de confinibus, [c] vel de plebanatu, vel de territorio, tunc plene probaret, etiam inter alias personas: *secundum Bal. Alb. de Rosa. Salycet. & Modern. in dicta l. cum aliquis. Iacob. Butr. in dicta l. optimam. Floria. in l. in filiabus. ff. fin. regun. dom. Alexand. in consilio 89. quinti volumin. incipiente, Excellentissimi Iurisconsulti, in secunda columna. dominus Francisc. de Aret. in consilio 42. incipiente, Viso consilio elegantissimo. & est bonus textus in capitul. cum causam. de probat. & est gloss. in capitu. cum olim. in gloss. secunda. in verb. instrumentis. de censi. Idem tenet dominus Abbas in capit. super eodem. in secundo notabili. de parochia. & ibi assignat bonam rationem*; quia in istis factis antiquis non potest de facili haberi probatio necessaria & concludens, ideo admittitur hæc præsumptiua probatio, *l. si arbiter. ff. de probation.* ¶ Confirmatur & secundo: Nam licet alias fama solum † faciat semiplenam probationem, *gloss. in l. admonendi. ff. de iureiurand. cum l. in bona fidei. C. eodem. & in l. tertia. §. eiusdem. ff. de testibus. & in capitulo primo. de appellat. & 4. quæstion. 3. in capit. sæpe.* tamen quando fama esset de antiquo, tunc plenam probationem faceret; [d] ita originaliter tenet Innocent. *in capitul. veniens. de verborum significationib. Bald. in authentic. quas actiones. in vltima columna. C. de sacrosanctis ecclesiis. & in l. cum super. C. de rei vendication. & in dicta l. in bona fidei. in vltima columna. & in l. proprietatis. C. de probation. & in l. non ignorat. in vltima columna. C. qui accusar. non poss.* dominus Antonius de Butr. *in capitu. veniens. 1. de testibus.* Ioannes de Imola *in dicto capitul. cum causam. vbi est bonus text. ad hoc. de probat.* domin. Alexan. *in prælegato consilio 74. 4. volumine. in secunda colum. & in prælegato consilio 89. quinti volum. in prima columna. & in consilio 116. quinti voluminis, incipiente, Perspectis ponderatisque omnibus. in vltima columna.* dominus Franciscus de Aret. *in consilio 37. incipiente, Sequendo ordinem quæsitorum.* Ludouicus Romanus *in lege secunda. §. idem Labeo. in secunda columna. ff. de aqua pluui. arcen.* vbi tenet; quod in factis antiquissimis, vel excedentibus hominum memoriam fama est plena probatio. Et per hoc infert, quod Papa potest per famam probare, ciuitates esse de dominio ecclesiæ, licet illud non probet aliis instrumentis. Sic in simili in factis in loco longinquo fama plene probat. † *ita pulchre volunt Cynus & Baldus in l. si quidem. circa finem. C. soluto matrimonio.* & bonum est argumentum de tempore ad locum, *l. vinum. cum vulgar. ff. si certum petatur. & l. finali. ff. de triticia.* ¶ Tertio confirmatur per illud, quod signanter tenet dominus Antonius de Butri. *in cap. secundo. de fide instrument. in quarta columna. in versicul. tertius casus est.* vbi tenet quod licet alias apocha priuata, † nullo adminiculo nec testium nec comparationis literarum suffulta, nihil probet. *authentic. & si contractus. cum gloss. C. de fide instrument. per glossam, Bartolum, & omnes in l. admonendi. ff. de iureiurando.* tamen si talis apocha esset antiqua, tunc probaret, [e] *allegat Ioan. Andre. in addition. Speculator. in titul. de instru. edit. §. nunc dicendum super versic. quid si producens.* ¶ Quarto confirmatur; quia si reperiatur sententia, quæ sit lata de antiquo, licet non appareant acta causæ præcessisse, tamen talis sententia, in qua enuntiatiue dicitur, † viso libello, visa litis contestatione, & visa probatione, &c. propter antiquitatem probat talia acta præcessisse. [f] *ita probat textus in cap. bonæ memoriæ. de election. firmat Bartol. in dicta l. admonendi. in vltima charta. in versic. quæro, quid si reperiuntur dicta testium. allegat Innocent. in capitul. cum in iure peritus. de offic. delegat. vbi etiam Bald. in 8. colum. idem tenet. & idem Bald. in l. emancipatione. C. de fide instrumentorum. facit quod vult Baldus in capit. 1. in fin. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna.* vbi dicit, quod multum præsumitur pro factis antiquis. ¶ Quinto accedat, quod statim dicam in sequentibus duobus fundamentis. ¶ Secundo principaliter multum moueor per illud, quod in terminis nostris tenet dominus Alexander *in consilio 15. quinti voluminis, incipient. in themate. in secunda columna.* vbi dicit, quod si verba enuntiatiua † seu narratiua [g] principis continerent & enuntiarent talia bona fuisse concessa Titio in feudum ab ipso principe, vel à prædecessore suo, si in talibus narratis princeps fundat intentionem suam, tunc plene probant, *clem. 1. de probation.* & licet gloss. *ibi in verb. fecisse narramus.* dubitet, an illud, quod ibi dicitur, habeat locum, quando princeps narraret non gestum à se, sed ab alio, tamen Landinus ibi, quem refert & sequitur Ioannes de Imol. *in antepenultima colum.* dicit, quod dispositio illius clement. 1. habet locum tam in gestis ab ipso principe enuntiatiue vel narratiue expressis in literis principis, quam etiam in gestis à prædecessore ipsius principis narrantis; quia censetur princeps eo casu informatus. [h] Et idem tenet dominus Cardin. Florent. *ibi in 9. quæst.* Præterea gl. *in prælegata clementin. 1.* firmat, quod etiam in gestis

ab alio dicta verba narratiua principis inducãt probationem, vel præsumptionem sufficientem, nisi probetur contrarium. & ita tenent ibi Paulus de Eliazaris, dominus Antonius de But. & Ioan. de Imo. *& est de mente gloss. in capitul. nonnulli. in gloss. penultima. de rescriptis.* Vbi autem essent verba enuntiatiua seu narratiua principis de facto ab alio, quam ab ipso principe, vel à prædecessore suo, & non appareret, quod princeps de ipso habuisset informationẽ, tunc omnes firmant, quod etiam si essent talia verba nar-
14 ratiua, † seu enuntiatiua eorum, in quibus princeps non fundaret intentionem suam, tamen in antiquis sufficerent pro plena probatione: *vt notatur per gloss. & Doctor. in capitu. si Papa. in verb. probata. de priuileg. in 6. & in capitul. cum olim. de censi. & plene notat dominus Anton. de Butr. in capit. fin. de succes. ab intest. & notant Docto. in d. cle. 1. & Io. And. in reg. non licet. in Mercurialibus. ita ibi formaliter tenet dom. Alex. in 2. col. post Doctor. superius relatos.* & iste est in terminis punctualiter casus noster ibidem satis clare decisus. ¶ Tertio principaliter moueor: Nam prædicta verba, recognoscentes feuda sua à nobis & imperio tenere, dato etiam, sine veri præiudicio, quod essent verba solum de auditu Imperatoris, qui dicit audiuisse de istis feudis, quod essent istorum Comitum de Lomello, tamen cum etiam tunc temporis illa feuda & iura essent antiqua, vt ibi asserit Rex Henricus, dum dicit, de ipsis feudis iustis & antiquis inuestimus, nunc autem adhuc longe magis sumus in antiquissimis ducentorum ferme annorum, vt dixi, certe in antiquis, & fortius in antiquissimis testimonium etiam priua-
15 tarum personarum de † auditu & de fama admittitur pro plena probatione. *ita notat dominus Antonius de Butri. in capitul. licet ex quadam. in primo notabili. per illum text. de testib. & ibidem dominus Abbas & Ioannes de Imol. & ibidem est text. circa princip. in verb. valere testimonium de auditu.* [i] cum propter breuem hominum vitam testes de visu deponere non valerent. & sequitur dominus Alexand. *in consil. 186. secundi volum. incip. In hac causa & lite vertente inter reuerendissimum domin. Archiepiscopum. in vltima colum. domin. Francisc. de Aret. in consilio 37. incipiente, Sequendo ordinem quæsitorum. in secundo dubio.* Quanto fortius in attestatione Regis, cum plus valeat testimonium vnius Regis, quam v-
k nius notarii: [k] *secundum And. de Isern. in cap. sancimus. ad fin. princip. quo tempore miles. in vsibus feudor.* Sic etiam
16 in simili, † in antiquis testis deponens de credulita-
l te [l] probat; *vt est text. in capitul. quoties. in fin. de testi. in verb. accepisse à maioribus suis & credere:* quia in casibus, in quib. admittitur testimonium de auditu, admittitur etiam de credulitate: *vt notat Specula. in titul. de testi. §. primo. in 11. columna. in verfic. quod deponit de credulitate. dominus Alexand. in præallegato consilio 186. secundi voluminis. in vltima columna.* Bene facit, quia in his, in quibus est difficilis probatio, vt in antiquis, & in antiquissimis, testes deponentes per verbum, *credo*, plene probant: [m] *secundum Bartol. in l. 2. §. item Labeo. in vltima columna. ff. de aqua pluuia arcenda. Expresse dom. Alexand. in consil. 24. secundi volu. quod incip. Animaduersis his, quæ tam per testes, &c. in quinta columna.* ¶ Quarto facit: quia serenissimus Rex præsens Romanorum Maximilianus per suum priuilegium cõcessum Pisis anno à natali Christiano 1496. referens formaliter, & confirmans dictum aliud priuilegium Henrici Romanorum Regis, declarat, quod illa verba, recognoscentes sua feuda à nobis & imperio tenere, sunt verba Regis dispositiua, cum formaliter dicat Maximilianus in isto suo priuilegio, videlicet, recepto à p̃dicto Bernardino de Languscho suo & prædictorum Comitum nomine fidelitatis debitæ iuramento de eisdem feudis, & bonis ac iuribus quibuscunque, quæ ad ipsos Comites tenore suprascriptarum concessionum & priuilegiorum quorumcunq; spectant, & à nobis & sacro imperio dependent. Ecce qualiter Maximilianus declarat priuilegium dicti Henrici continere concessionem de feudis, bonis, & iuribus quibuscunq; in eodem cõtentis, ac descriptis. Verbum autem † Regis habetur 17
pro lege: [n] *secundum Bald. in capitul. cæterum. in 6. col. de iudi.* Rex enim est lex animata in regno suo, & plus potest quam lex communis aut consuetudo: *secundum Bald. in authen. hoc amplius in 2. col. C. de fideicommiss.* ¶ Quinto & vltimo facit: quia isti Comites de Lomello tanto tempore sunt in possessione vel quasi dictorum feudorum & iurium, quod eius initii memoria non extat in contrarium, † sed tantum tem- 18
pus habet vim priuilegii & constituti: [o] *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & acti. & tex. not. in l. 2. §. idem Labeo ait, si in agro. ff. de aqua plu. arcen. & text. in capitul. super quibusdam. §. præterea. de verborum significationibus.* ¶ Per ista quinque principalia fundamenta licet remaneant sublata, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas magis elucescat, ad ea particularius respondetur. Et primo dum dicebatur, quod illa verba, recognoscẽtes, sunt verba Comitum supplicantium, quæ nihil disponunt: quia non debet attendi illud, quod narratur, sed illud, quod à principe cõceditur; quia respondetur, quod illa verba, quæ reuera sunt Imperatoris, † quamuis 19
sint narratiua, seu enuntiatiua eorum etiam, de quibus aliter non appareat eum alias habere informationem, & in quibus princeps non fundet intentionem suam, tamen quia sumus in antiquissimis, plene probant, dato etiam, quod essent propter aliud prolata; & sic in tam maxima antiquitate faciunt plenam probationem, vt supra deduxi in tribus primis fundamentis, & præcipue in secundo, & tanto magis cum istud etiam declaretur ita esse ex nouissimo priuilegio sereniſſimi Maximiliani præsentis Romanorum Regis. ¶ Non obstat aliud, quod Rex Henricus in verbis dispositiuis priuilegii sui concedit inuestituram de iustis & antiquis feudis, quæ tenent & habere debent, & sic magis se refert ad veritatem & ad iustitiã, quam ad ipsius concedentis potestatem: quia respondetur, quod illa verba, de iustis feudis, omnino de iure intelliguntur, dato, quod Rex illa in suo priuilegio non appo-
suisset: eo quia † inuestitura principis semper intel- 20
ligitur facta de iustis feudis. *textus est in capitulo primo. & ibi Baldus notat circa principium. in titul. per quos fiat inuestitura. quem textum etiam ad hoc pro notabili allegat Bald. in l. 1. ff. de rer. diui. in 3. col. ad fin. 4. quæst. & idem Bal. in cap. in præsentia. in 7. colum. de probatio.* Vnde expressio eorum, quæ tacite à iure insunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de legat. 1. & l. non recte. C. de fideiussor.* ¶ Non obstat vltimum, quod verbum, *recognoscentes*, importet cõfessionem & assertionem Comitum, qui asseruerunt se illa feuda ab imperio tenere: quia ad hoc

dupli-

21 dupliciter respondetur. Primo,† quod verba enuntiatiua seu relatiua principis etiã de verbis alterius, de quibus non habebat informationem, & in quibus se non fundat, tantum in antiquissimis, vt est in casu nostro in tempore ferme ducentorum annorum, inducunt plenam probationem, vt deduxi in fundamentis superius factis, præsertim in secundo. Vel secundo potest responderi, quod si dictio, *recognoscentes*, proferatur à petente, vel supplicante, & sic passiue, tunc importat assertionem vel confessionem eius, qui confitetur se talia feuda tenere ab Imperatore. ita procedunt iura superius adducta. Si autem dictio, *recognoscentes*, proferatur à rege concedente, & sic actiue, vt in casu præsenti, tunc importat confirmationem, *vt l. 1. §. inter filium. cum gloss. ff. ad l. Corn. de fal.*

ADDITIO.

a Participium.] Ias. cons. 55. præsens quæstio. n. 26. supr. eod. vbi addo.

b Disponunt.] Ias cons. 34. ad motiua. nu. 16. vbi dixi cons. 81. factum. num. 7. cons. 114. ad obiecta. num. 12. supra libro 1. cons. 24. in causa. nu. 6 cons. 91. visis. num. 12. infra eod. & l. ex his. C. de testam. milit. Alex. cons. 6. viso themate. num. 6. lib. 1. Dec. cons. 36. & pro tenui. cons. 42. & pro facultate vtrobique. num. 7. cap. fin. consil. 152. in causa. n. 2. cap. fin. vbi dicit communem cons. 199. visis. nu. 3. cons. 428. viso cons. nu. 4. & cons. 445. in casu. num. 16. Grat. cons. 143. transeo. num. 10. lib. 2 addo Aflict. decis. 83. in causa. nu. 2. Aym. tract. de antiq. tempo. in princ. num. 7. in fin. Natta cons. 283 si vera sunt. n. 8. vbi ambo huius cons. meminerunt. cons. 322. conantur. nu. 32. consil. 326. contra sententiam. nu. 8. & cons. 628. inspectis. nu. 2. Gallus. Paris. cons. 42. istud instrumentum. nu. 21. vbi & ipse hoc cons. refert. Cepha. cons. 90. Gulielmus. num. 24. & cons. 152. quamuis abunde. nu. 33.

c De confinib.] Ias. d. cons. 34. n. 16. vbi addidi. & cons. 166. procedendo col. 3. in princ. infra lib. 4. Grat. cons. 143. transeo cum domino. n. 11. lib. 2.

d Faceret.] Dixi cons. 81 factum sic se habet. n. 8. supr. lib. 1. addo Natt. cons. 306. cupiebam. n. 37.

e Probaret.] Ias. l. admonendi. n. 78. in 1. lect. & in repet. nu. 91. de iureiur. l. cum aliquis. col. vlt. vers. confirmo. C. de iure delib. & d. cons. 166. colum. 3. versic. accedat. Ceph. d. cons 132. sub nu. 34. Hoc tamen dictum Ant. de But. confideliter refert Ias. secundum Aym. tract. de antiq. tempor. part. 1. sect. viso de verbis. num. 1.

f Præcessisse.] Vide Fel. c. quoniam contra. num. 31. vers. 4. conclusio. de probat.

g Narratiua.] Alexand. sequitur Ias. consil. 235. placet admodum. ad fin. supra lib. 2. & l. si prius. colum. 14. versicul. 2. limita. de oper. no. nuntiat. sequitur Ruin. consil. 108. visa. nu. 20. lib. 2. comprobat Aym. consil. 276. subtilius. colum. 1. vers. 2. probari.

h Informatus.] Refert & sequitur Aym. d. tractat. de antiq. temp. part. 1. in princ. n. 12. fol. 10.

i De auditu.] Ias. supra cons. 114. ad obiecta. nu. 18. lib. 1. vbi dixi. Adde tamẽ, quod testes de auditu etiam in antiquis non probant, nisi concurrat aliud adminiculum. Cepha. cons. 250. mensibus. n. 19. 20.

k Notarii.] Aym. d. cons. 276 sub n. 1. & tract. de antiq. tem. par. 1. sect. non omitto. n. 27. vbi hoc cons. citat.

l Credulitate.] Ias. d. cons. 166. col. 3. post med & in rubri. de iureiuran. colum. 4. cap. med. versic 4. & vltim. Aym. d. tracta. de antiq. tempor. part. 1. sect. viso de fama. in antiquis. numero 1.

m Plene probant.] Crot. tract. de testib. n. 313. fol. 19.

n Habetur pro lege.] Aym. cons. 272. nobilis. nu. 16. d. cons. 276. col. 1. in fin. & d. tract. de antiq. tem. par. 1. sect. non omitto. nu. 27. in fin. vbi Ias. refert. & Natta cons. 487 sine difficultate. num. 46.

o Constituti.] Ias. supra cons. 209. pro vera, in princip. libro 2. vbi addo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXVI.

THEMA.

NOBILIS miles Barrachinus Allamandi dominus infrascriptorũ castrorũ suum condidit testamentum, in quo iussit & ordinauit, quod castra, dominationes, mandamenta, & iurisdictiones Rupischinardi, sancti Nazarii, Dentesiachi, Roybonis, Capriliarũ, Aulbæ, Rimæ & Flandinis nullo modo possint diuidi in plures hæredes, seu dominos per alienationem, institutionem hæredis, aut aliter quouis modo, nec in eis sit, aut esse possit institutus quouis modo, nisi vnus hæres masculus, ex legitimo matrimonio procreatus, de recta linea & pgenie ipsius testatoris, qui habeat portare arma pura Rupischinardi, sine aliqua adiunctione aliorum armorum. Deinde instituit sibi hærede vniuersalem nobilem Aymarum Allamandi nepotẽ ex Annichino fratre ipsius testatoris, hoc acto, q̃ ipse & sui successores portare debeant arma Rupischinardi pura; & quandocunque decederet sine liberis masculis de legitimo matrimonio procreatis, eidem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Falconem fratrem Aymari secundogenitum. Quo pariter deficiente sine liberis masculis de legitimo matrimonio procreatis, substituit propinquiorem nepotem. Et vltimo eorum morienti sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis substituit Annichinum fratrem ipsius testatoris, & eius liberos; & vltimo eorum substituit Humbertum Allamandi dominum de Alleriis, ita tamen quod in castris & mandamentis supradictis nunquam esse possit, nisi vnus hæres duntaxat, qui dicta arma portet. Mortuo dicto testatore nobilis Aymarus hæres dicti testatoris, & qui pro hærede se gessit, mortuus est testatus, relicto hærede vniuersali primo posthumo nascituro ex eius vxore, facto quodam legato Francesię eius filię, quã hęredem instituit, si posthumus non nascatur. Eo mortuo natus est sibi posthumus Antonius, qui superuixit post eum mensibus quatuor vel circa, cuius nomine adita fuit hæreditas. Et ea die, qua mortuus est, in nocte sequenti mortua est etiam Francesia eius soror, superstite eius matre, & dicto Falcone eius patruo, ac Nicolao fratre seniori, & Claudio Allamandi. Quæritur

stantibus prædictis, ad quē spectare debeāt bona, quæ fuerunt dicti Barrachini primi testatoris, an videlicet pertinere debeāt ab intestato matri dictorum Antonii & Franceſiæ filiorum ſuorum, an vero Falconi vigore ſubſtitutionum in teſtamento factarum, an vero dicto Nicolao, vel Claudio Allamandi? Dubiū facere videtur, & quidem non mediocre, quod ſubſtitutio Falconis eſt facta caſu, quo quandoçunq; Aymarus decederet ſine liberis maſculis de legitimo matrimonio procreatis, vnde cum deceſſerit relicto filio maſculo, ſcilicet dicto Antonio, qui ſuperuixit poſt Aymarum, licet poſtea & ipſe deceſſerit, tamen conditio ſubſtitutionis defecit, & conſequenter dictus Falco remanet excluſus: ergo videtur mater ab inteſtato admittenda, tanquam proximior dicto eius filio Antonio, in ætate infantili prædefuncto.

SVMMARIA.

1 *Teſtamenti verba accurate & ſubtiliter conſiderare oportet.*

2 *Teſtatoris mens in vltimis voluntatibus, & præſertim in ſubſtitutione fideicommiſſaria ſemper eſt attendenda. & nu.40.& ſeqq.vbi contra.*

3 *Subſtitutus, & qui venit ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, licet præferatur coniuncto, tamen præfertur ſubſtituto coniuncto ex præſumpta teſtatoris voluntate.*

4 *Cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati, tamen ex præſumpta mente teſtatoris veniens ab inteſtato excludit cauſam teſtati.& nu.43.*

5 *Succeßio ab inteſtato ceſſare debet, quandiu poteſt ex teſtamento ſuccedi. & nu.43.*

6 *Teſtatoris voluntas & mens magis quam eius verba ſeu propria ſignificatio verborum attenditur in ſubſtitutione fideicommiſſaria.& nu.44.*

7 *Fideicommiſſum inducitur ex coniecturata mente teſtatoris, quamuis verba deficiant.& n.44.*

8 *Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fideicommiſſariis de facili admittitur coniectura & voluntas præſumpta teſtatoris. & nu.44.*

9 *Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fieri debet larga interpretatio, & ideo ſubſtitutio vulgaris facta in vnum caſum, trahitur ad omnes alios caſus, qui illi poſſunt conuenire. & numero ſequenti. & iterum nu. 45. & ſeq.*

10 *Teſtator ſi inſtituit ventrem vxoris ſuæ hæredem vniuerſalem, & ſic poſthumum naſciturum, & ſi talis poſthumus moriatur in pupillari ætate vel poſtea quandocunque ſubſtituit Titium, ſubſtitutus ex ſubſtitutione admittitur, licet poſthumus non naſcatur. & numero 47.*

11 *Teſtator nullos liberos habens, ſi inſtituat fratrem hæredem vniuerſalem, & ſi contingat eum præmori viuo teſtatore ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum hoſpitale magnum, & moriatur teſtator, fratre ſuperſtite, poſtea frater exiſtens in longinquis partibus moriatur, hæreditate non adita, hoſpitale admittetur. & num.47.*

12 *Teſtator ſi inſtituat filias ſuas hæredes, & eis ſubſtituat Titium teſtatoris fratrem, & ſi contingat Titium præmori teſtatori viuo ſubſtituat filiabus ſuis Caium, ſi Titius ſuperuiuat teſtatori, ſed moriatur poſtea hæreditate repudiata, vel non adita, Caius ſecundo loco ſubſtitutus admittetur. & nu.47.*

13 *Subſtitutio facta ſub conditione, ſi filius non eſſet in rerum natura, trahitur ad alium caſum, quando filius eſſet in rerum natura, & in pupillari ætate decederet. & num.47.*

14 *Subſtitutio facta filio ſub conditione* (ſi erit presbyter) *verificatur, ſi non fuit presbyter. ſed deceſſit ſine liberis propter effectum reſultantem ex presbyteratu, ſcilicet carentiam liberorum, & numero 47.*

15 *Teſtatoris prouiſio facta in vnum caſum porrigitur ad alium, in quo teſtator veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de eo cogitaſſet, aut interrogatus fuiſſet. & numeris ſeqq. & iterum num....*

16 *Teſtator relinquēs vxori ſuæ fundum fruendum toto tempore vitæ ſuæ ea manente in viduitate, & poſt eius mortem relinquat Titio, ſi mulier marito ſtatim nubat, Titius debet ſtatim habere etiam in vita mulieris, quamuis ſubſtitutio ſit facta in caſum mortis.*

17 *Teſtatoris diſpoſitio expreſſe concepta in vna perſona, extenditur etiam ad aliam perſonam omiſſam, ſi ex euidentibus coniecturis apparere poteſt, quod teſtator idem prouidiſſet, ſi de ea cogitaſſet.*

18 *Opinio illa, quæ fauet cauſæ teſtati, & ſic ſubſtitutioni, in caſu dubio tenenda eſt in iudicando, & hoc procedit etiam in ſingulari opinione vnius contra communem. & num.48.*

19 *Aditio. Per aditionem alicuius nomine factam, bona hæreditaria eius propria fuerunt effecta.*

20 *Subſtitutio facta alicui, quandocunque decederet ſine liberis maſculis, eo moriente relicto ventre prægnante, & poſtea nato poſthumo, qui aliquo tempore ſuperuixit poſt patris mortem, euanuit omnino & extincta fuit. & numero 24. vbi quod ſufficit vel momento vixiſſe.*

21 *Conditionem ſufficit ſemel fuiſſe impletam, quamuis poſtea non duret implementum. & numer. ſeqq. & maxime nu.26.& 27.*

22 *Qualitatem verbi adiunctam ſufficit verificari ſecundum tempus verbi, cui adiungitur.*
Subſtitutus alicui ſi ſine liberis deceſſerit, vt perpetuo excludatur, ſufficit hæredem inſtitutum ſemel habuiſſe liberos, licet poſtea ſint mortui. nu.20.& ſeqq.

23 *Conditio*, ſi ſine liberis deceſſerit, *deficit vno filio relicto.*

25 *Conditio*, ſi deceſſerit ſine hærede tui corporis, *adiecta in datione fundi, ſi tu decedas cum hærede tui corporis, & hæres tuus abſque hærede, dicitur defeciſſe & extincta.*

26 *Statutum, quod non poßit venire ad ſucceßionem patris, ſi ſint filij maſculi, & remanſerint ex eis hæredes, mortuo patre exiſtente maſculo, qui filium hæredem relinquat, licet poſtea moriatur filius ſine deſcendentibus, tamen non ſuccedunt fœminæ.*

27 *Statuto diſponente, quod exiſtentibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedunt patri ab inteſtato etiam condito teſtamento, filia præterita non poterit dicere teſtamentum*

tum nullum quando tempore mortis patris superſit maſculus, licet is poſtea deceſſerit.

28 *Donatio reuocatur ipſo iure per ſuperuenientiam liberorum, qui poſtea nati ſunt ipſi donanti & non reconualeſcit donatio quamuis ij in continenti moriantur.*

29 *Verbum decederet reſpicit terminum inſtantaneum mortis, qui non habet tractum vel durationem ante vel poſt.*

30 *Caſus omiſſus à teſtatore relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & in caſu omiſſo non præſumitur adeſſe etiam tacita voluntas teſtatoris & nu. 41.*

31 *Teſtatorem velle non ſufficit, niſi illud quod vult diſponat.*

32 *Statuto diſponente quod filia dotata à patre non ſuccedat ſi contingat, quod Titius decedat relicta poſthuma in vtero: ita vt eam dotare non potuerit, vel relicta filia infante vel furioſa, tamen fratres eam dotantes non excludunt, quia eſt caſus omiſſus à ſtatuto.*

33 *Mater de iure communi ſuccedere debet ab inteſtato filio ſuo infanti, qui ætate infantiæ deceſſit nullis fratribus ſuperſtitibus.*

34 *Subſtitutio. In ſubſtitutionum materia attendi debet voluntas teſtatoris & ex præſumpta voluntate teſtatoris fit extenſio de vno caſu ad alium. declara vt nu. ſeqq.*

35 *Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fit extenſio de vno caſu ad alium caſum ex præſumpta mente teſtatoris & veriſimilibus coniecturis, ſed nunquam fit extenſio de vna perſona ad aliam perſonam etiamſi in illa perſona militaret eadem ratio & præſumpta mens teſtatoris, vbi id exornatur. & numeris ſeqq. & iterum nu. 46.*

Extenſio fit in materia ſubſtitutionum de caſu ad caſum, ſed nunquam fit de perſona ad perſonam. vide ſubſtitutio.

36 *Teſtator ſi inſtituat filios ſuos in genere inſtitutio non trahitur ad filium quem teſtator ignorabat ſe habere, quamuis ex præſumpta mente teſtatoris aliud dicendum videretur.*

37 *Subſtitutus quando eſt ille qui naſcetur poſt mortem teſtatoris, non poteſt intelligi ſubſtitutus ille, qui naſcitur in vita.*

38 *Subſtitutio facta in vnum tempus non extenditur ad aliud.*

39 *Subſtitutio vulgaris limitata ſub conditione ſi filius viuo patre morietur, omnino expirat ſi filius ſuperuiuat poſt patrem.*

41 *Teſtator in caſu omiſſo præſumitur velle illud quod ius commune diſponit, & in caſu omiſſo non præſumitur adeſſe etiam tacita teſtatoris voluntas.*

42 *Teſtatoris voluntas non poteſt allegari ad detrahendum eius verbis.*

44 *Fideicommiſſum ex ſola coniectura voluntatis non inducitur, niſi ſit coniectura neceſſaria.*

47 *L. Titius. §. Lucius. de lib. & poſtbu. quomodo procedat.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosiſſimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

VIso teſtamento antedicto, ac diſpoſitione teſtatoris, necnon inſtitutione vniuerſali, & quatuor gradibus ſubſtitutionum, & eius teſtamẽti verbis accurate & ſubtiliter † conſideratis, *prout dicit text. in §. nos igitur. in authentico, de reſti. fideicom. quem text. notat Bal. in c. 1. de feu. guar. & idem dicit Bald. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater in fi. ff. ſolu. matri.* videretur prima conſideratione dicendum, ſupradictum Falconem matri & cæteris ſupra relatis eſſe de iure præferendum, & eſſe admittendum vigore fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; eo quia in vltimis voluntatibus ſemper attendenda † eſt voluntas teſtatoris, 2
quæ prædominari dicitur. *l. in conditionibus primum locum obtinet. in princip. ff. de condi. & demon. lege 3. cum ſimilibus. C. de lib. præte.* Vnde lex pedetentim ſequitur voluntatem teſtatoris, ſicut venator leporem, *ita dicit egregie Bald. in l. fin. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſtitut. Alibi dicit Bald. in l. quoniam indignum. C. de teſta.* quod non eſt curandum de qualitate vel ſignificatione verborum, dummodo conſtet de mente & voluntate teſtatoris loquentis. Alibi dicit idem Bald. *in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſti.* quod ex coniecturata mente teſtatoris recedimus à vi & natura coniunctionis verbalis. Hinc videmus, quod licet regulariter ſubſtitutus, eo quia venit ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, † præferatur con- 3
iuncto *l. 2. §. ſi duo. ff. de bo. poſ. ſecundum tab. & l. vnica. §. in primo. cum ſimilibus. C. de cadu. tol.* tamen ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris coniunctus præfertur ſubſtituto. *l. quidam teſtamento. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant. ff. de vulga. & pupilla.* Sic etiam videmus, quod licet cauſa teſtati † præferatur 4
cauſæ inteſtati. *l. antequam. C. commu. de ſucceſ. l. quamdiu. ff. de acquirenda hæreditate.* tamen ex præſumpta mente teſtatoris veniens ab inteſtato excludit cauſam teſtati: *l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. & ibi Bart. ff. de hære. inſti.* Cum ergo voluntas teſtatoris tanquam regina ſit in vltimis voluntatibus attendenda, certe in caſu præſenti voluntas teſtatoris videtur eſſe aperta, cum in multis capitulis dixerit quod in caſtris & iuriſdictionibus ſuperius enumeratis velit vnum ſolum eſſe hæredem qui ſit maſculus, & de legitimo matrimonio procreatus, & de progenie ipſius teſtatoris, & qui habeat portare eius arma pura ſine adiũcto, prout eſt dictus Falco, qui nunc eſt proximior nepos teſtatoris, ergo ipſe ſolus debet admitti portaturus arma pura teſtatoris: & iſtæ qualitates nullatenus conueniũt matri dicti infantis prædefuncti: Ergo ſi diceremus eam venire tanquam proximiorem ab inteſtato infanti prædefuncto, certe videretur quodammodo cõtra voluntatem teſtatoris, quæ voluntas ex eius verbis colligitur *l. Leo. §. idem Tubero, cum vulga. ff. de ſupel. lega.* Et eo magis: quia quamdiu poteſt ex teſtamento ſuccedi, ceſſare † debet ſucceſſio ab inteſtato: 5
vt iuribus ſupra proxime allegatis. *& l. quamdiu. ff. de regu. iur.* ¶ Secundo principaliter facit: quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria, de qua agitur in caſu præſenti, † magis attendimus mentem & volun- 6
tatem teſtatoris, quam eius verba, ſeu propriam ſignificationem verborum: *vt eſt text. notabilis in lege Publius. §. fin. ff. de condi. & demonſtra. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. & in l. 3 §. conditio. ff. de adi. lega. & in l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. & in l. cum quæſtio. ad fi. C. de lega. & in l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* Et dicit text. egregius *in l. quiſquis mihi. ff. de verborũ ſignific.*

quod cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus vero mentem testantis, proculdubio Labeonis sententia non est vera. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire, *c. humanæ aures 32. quæstio 5. capi. secundo requiris. de appella. cap. intelligentia & ca. in his. de verborum significatio.* ita enim præponendæ sunt sententiæ verbis, sicut anima corpori: *dicit text. notabilis in c. sedulo 38. distinctio.* Si ergo in ista substitutione fideicommissaria attẽdimus mentem & voluntatem testatoris, prout attendi debet, cum ista sit vna maxima in iure, vt in iuribus supra allegatis, certe voluntas testatoris est, quod dicta castra & fortilitia cum iurisdictionibus ad dictum Falconem deueniant, casu quo Aymarus decedat sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, dato quod Aymarus decesserit relicto posthumo masculo, qui post eum paruo tempore superuixit, attento, quod etiam ipse posthumus mortuus est, dato etiam quod verba *substitutionis fideicommissariæ* viderentur aliqualiter refragari: cum, vt dixi, in substitutione fideicommissaria magis attendi debeat voluntas testatoris quam eius verba. ¶ Tertio principaliter prædicta bene
7 confirmari videntur. Nam fideicommissum † inducitur ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant. *gloss. est ordinaria, quæ non solet in communi allegari. in l. pater filium. §. pe. ff. de lega. 3. & est text. in l. pen. ff. de lega. 1. & in l. quisquis. ff. de lega. 3. & in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. eo. & in l. vnum ex familia. §. fi. ff. de lega. 2. & ita etiam tenet Bal. in l. quoties 1. C. de fideicom. Pau. de Cast. in consilio 150. incipiente, In causa quæ vertitur inter Petrum. in 2. col. in prin.* Vbi tenet, quod ex probabili coniectura voluntatis testatoris inducatur fideicommissum. Alibi dicit multum magistraliter D. Alex. quamuis de prædictis non faciat mentionem, *in consilio 98. quarti. vol. incip. Visa parte testamenti in 2. col.* Vbi dicit, quod materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti, quæ quibuscunque verbis, coniecturis, seu præsumptionib. potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quædam verba specialiter deputata, quibus fideicommissa cõficiebantur, *vt in §. pe. insti. de sing. reb. per fideicom. relic.* tamen fuit postea statutum, per quæcunque verba, & quomodocunque constaret de voluntate defuncti fideicommissum induci. *l. 2. C. commu. de lega. l. vnum ex familia. §. fina. & l. cum proponebatur. vbi bonus tex. ff. de lega. 2. & fideicommissa. §. hæc verba. & l. nutu. ff. de lega. 3. & l. mulier. in principio. ff. ad Trebel. ita ibi formaliter tenet dominus Alex.* Item in substitutionibus fideicom-
8 missarijs de facili admittitur coniectura, † & voluntas præsumpta, seu coniecturata testatoris. *vt iuribus præallegatis, & l. hæredes mei. §. cum ità. ff. ad Trebellia. & l. Lucius. & ibi notatur. ff. de hære. insti. & l. filius fa. §. cũ quis ff de lega. 1. per quæ iura & ita tenet Oldra. Lauden. in consil. 269. incipiente, Thema siue tenor facti.* Modo in proposito videtur adesse coniecturata mens testatoris, per quam censeri debet Falco esse per fideicommissum substitutus ad excludendam matrem infantis prædefuncti ab intestato venire volentem, attẽto quod dictus Falco est nũc primus ex fratre ipsius testatoris portaturus eius pura insignia, prout testatoris voluntas requirit. ¶ Quarto principaliter facit
9 quia in substitutionibus † debet fieri larga interpretatio. Vnde substitutio vulgaris facta in vnum casum trahitur ad omnes alios casus, qui illi possunt conuenire: *vt est text. in l. fin. & ibi Bartol. Ange. & alij ad hoc notant. C. de insti. & substit. sub conditio. factis,* Vbi substitutio vulgaris facta in casum particulare videlicet si posthumus nõ nascatur, trahitur ad aliũ casum, quo nascatur, sed hęreditate non adita decedat. Et ita etiam illum text. ad hoc notat Bal. *in l. cum proponas. C. de hære. insti. Ang. Imol. & dominus Alex. in l. 1. in principio. ff. de vulga. & pupilla. Ange. & Imo. in l. si paterfamilias. ff. de hære. insti. ad idem est text. in l. fin. vbi etiam Bart. & alij ad hoc notant. C. de posth. hære. insti. & tex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. iuncta gl. & ibidem Bar. & doc. ad hoc notant. ff. de lib. & posth.* Istam regulam tradunt etiam Bart. & alij *in d. l. 1. in principio ff. de vulga. & pupil. in prima charta in 3. q. secundæ q. principalis.* Vnde decidit in specie notabiliter Bald. *in d. l. fin. in vlt. colum. per illum text. C. de insti. & substitutio.* quod si testator instituit ventrem vxoris suæ hæredem vniuersalem & sic posthumũ † nasciturum, & si talis posthumus 10
moriatur in pupillari ætate, vel postea quandocunque substituit Titium. Modo pone quod posthumus non nascatur, & sic quod eueniat casus omissus à testatore, tamen determinat Bald. quod substitutus ex substitutione admittitur: *per tex. in l. ad exhæredati. §. fi. iuncta gl. vbi etiam Imol. idem tenet ff. de lega. 1. ita etiam tenet Bartol. in d. l. 1. in principio. ff. de vulgari & pupilla. in 4. q. principali in 2. effectu vulgaris substitutionis. ad fin. vbi etiam ad hoc allegat text. & gloss. in l. pen. ff. de ventre inspi. ita etiam tenet Alber. de Rosa. in repetitione rubrica. ff. de vulga. & pupilla. in 31. colum. & sequen.* vbi etiam dicit, quod ita vidit in cõtingentia facti obseruari de consilio quamplurium peritorum. *Facit tex. in l. qui posthumos. iuncta gloss. ff. ad Sylla* ¶ Similiter & secundo Raphael Fulgo. *in d. l. fin. in 2. colum. C. de insti. & substi.* refert, quod habuit consulere in pulchra quæstione testator nullos liberos habens † instituit 11
fratrem hæredem vniuersalem, & si contingat fratrem præmori viuo testatore, substituit vulgariter & per fideicommissum hospitale magnũ, quod voluit in casu isto esse hæredem vniuersalem: euenit, quod mortuus est testator superstite adhuc fratre, postea frater existens in partibus longinquis ignorans testamentum fratris etiam ipse mortuus est hęreditate nõ adita. Ecce quæstionem inter filios fratris mortui, & hospitale magnum. Nam filij dicunt, quod defecit conditio substitutionis: quia frater superuixit post testatorem, & hospitale fuit substitutum eo casu, quo frater præmoreretur ante testatorem. Dicit Rapha. Fulgo se consuluisse pro hospitali: quia illa substitutio licet expresse cõcepta fuerit in vnum casum, si frater præmoriatur viuo testatore, tamen continet etiam alium casum, quando superuixit post testatorem, sed mortuus est hęreditate non adita, eo quia vterque casus spectat ad vulgarẽ substitutionem, per illum textũ. Et dicit, quod ista decisio est bene notanda: quia in similibus terminis frequentissimus casus tota die potest contingere. Idem etiam notabiliter determinat Ioan. de Imo. *in commento cap. Rainutius. de test. in materia vulgaris substitutionũ,* vbi similiter decidit, quod si testator instituit filias suas hæredes, † & ei substituit Titiũ fratrem 12
ipsius testatoris, & si contingat Titium præmori viuo testatore, substituit filiis suis Caiũ. Pone, quod

Titius

Titius superuiuat post mortem testatoris, sed postea moriatur repudiata hæreditate, seu substitutione, vel ea non adita, certe Caius secundo loco substitutus admittetur: quia licet substitutio sit concepta in casum, quo contingat Titium fratrem mori ante testatorem, tamen comprehendit etiam alium casum, quãdo moritur post testatorem repudiata hæreditate, vel ea nõ adita. Et simpliciter etiam sequitur domi. Alexan. *in d.l.1.in princip. in 8. colu. ff. de vulg. & pupilla.* ¶ Alibi & tertio consuluit Ludou. Rom. *in consilio 6. quod incipit, In casu proposite consultationis* 13 *&c.* quod substitutio facta sub conditione, *si filius non esset in rerum natura*, trahitur ad alium casum, quãdo filius esset in rerum natura, & in pupillari ætate decederet: *per tex. in d.l. Gallus §. & quid si tantum. cum gl. Ad hoc etiam allegat glo. notabilem in l. qui habebat. in verb. pubes. ff. de vulgari & pupillari. quam gloss. à contrario sensu ibi etiam ad hoc ponderat Io. de Imo.* ¶ Quarto alibi consuluit mirabiliter dominus Alex. *in consilio 98. quarti volum. quod incipit, Visa parte testamenti.* quod sub-
14 stitutio facta † filio sub conditione, *Si erit presbyter*, verificatur, si non fuit presbyter, sed decessit sine liberis propter effectum resultantem ex presbyteratu, scilicet carentiam liberorum. Vnde considerato effectu propter quem testator talem conditionem apposuit, sufficit causam impleri per æquipollens. Ex istis apparet idem etiam esse dicendum in casu præsenti, quod Falco substitutus Aymaro ca-
15 su, quo decederet sine liberis masculis, debeat admitti ex ipsa substitutione, dato quod Aymarus reliquerit posthumum, scilicet Anthonium, qui superuixit aliquo tempore post patrem, ex quo postea mortuus est in ætate infantili. ¶ Quinto principaliter facit: quia prouisio testatoris facta in vnum
16 casum † porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus: *vt est text. in l. Titius. §. Lucius. vbi Bar. & alij ad hoc notant. ff. de libe. & posthu. & tex. in l. fin. secundum intellectum Bar. & magis communem. C. de posthu. hære. instit. facit tex. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. cum glo. notabili ibi, & tex. notabilis in l. cum ex pluribus. in princi. in verb. quod verisimile videtur. & ibi Bal. notat. ff. de solu.* Vnde alibi decidit notabiliter Ioannes And. post Richardum Malumbræ in additio. Specula. in titulo de secundis nupt. super rubrica, quod si testator reliquit vxori suæ fundum fruendum toto tempo-
17 re vitæ suæ, † ea manente in viduitate, & post eius mortem reliquit Titio, si mulier mortuo marito statim nubat, Titius debet statim habere etiam in vita mulieris, quamuis substitutio sit facta in casum mortis: quia testator verisimiliter idem disposuisset, si de hoc casu cogitasset. Idem per plures rationes tenet late Barto. in authentica, hoc locum *in 6. colum. & ibi late Alberi. de Rosa. & Bal. C. si mulier secundo nup. Paulus de Castro & dominus Alexander in l. si mater. C. de institutio. & substitutio. cum concor. quas ibi legendo aliquando dedi. Paulus de Castro, Ludouicus Romanus & moder. in l. si ita hæres scriptus per illum textum. ff. de acquirenda hæreditate.* Bene facit, quod notabiliter tenet Ang. *in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum. in 2. colum. ad fi.* vbi tenet, quod sicut dispositio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad aliũ, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, vt dixi, eodem modo dispositio testatoris expresse cõcepta in vna persona, † extenditur etiam ad aliam 17
personam omissam, si ex euidentibus coniecturis apparere potest, quod testator idem prouidisset, si de ea cogitasset: *per text. in d.l. Titius. § Lucius. ff. de libe. & posthumis. & text. in d.l. fin. C. de posthu. hære. instit.* Sed in casu præsenti si Barrachinus testator fuisset interrogatus, an decedente Aymaro relicto posthumo, qui infra paucum tempus etiam mortuus est, vellet Falconem proximiorem nepotem ex fratre admitti ex substitutione, verisimiliter respondisset quod sic, igitur &c. ¶ Sexto principaliter facit: quia etiam in dubijs opinionibus tenenda est in iudicãdo illa opinio † quæ fauet causæ testati, & sic substi- 18
tutioni, *l. si pars. ff. de inoffi. testa. cap. fin. de re iudi.* quia causa conseruationis testamenti concernit publicã vtilitatem. *l vel negare. ff. quemadmodum testa. aperi. & tex. melior de iure in l. Gallus. §. quid si is. in verb. vtilitate. & ibi Bald Ang. & alij ad hoc notant ff. de lib. & posthumis.* in tantum quod egregie tenuit domi. Ang. Barba. *in consilio 6. incipiente, Scriptum est præclare primo regum. in 2. colum.* quod opinio vnius singularis doctoris, quæ esset pro testamento, seu vltima voluntate, præualeret, & sequenda esset in iudicando contra communem opinionem: quia simile dicimus in matrimonio, *prout tenent Hosti. Io And. & dominus Abbas cap. 2. de cogna. spiri.* Sed quantum ad præsens propositũ causa matrimonij & causa testamenti æquiparantur *d.ca. fina. vbi per Abb. in 2. notabili, de re iudi.* ¶ Ista sunt in effectu & in substantia principaliora & vrgentiora fundamenta, quæ in fauorem Falconis adduci posse videantur. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorẽ, quod Falco ex substitutione testatoris admitti non possit, nec alius ex substitutis, & consequenter quod Antonio infanti, cuius nomine fuit adita hæreditas paterna, qui decessit in ætate infantili, succedere debeat ab intestato eius mater tanquam proximior, quæ † etiã obtinebit bona quæ 19
fuerunt dicti Barrachini, quę per aditionem factam nomine infantis effecta fuerũt bona propria a ipsius a infantis. *l. sed & si plures. §. filio. ff. de vulga. & pupil. & §. 1. vbi text. melior de iure insti. de hære. quali. & diffe. & in l. qui Titij testamentum. ff. de his quibus vt indig. & glos. ordina. in l. 1. §. veteres. vbi aliquando plane dixi. ff. de acquirenda possess. & ibi Ludo. Roma. Rapha. Co. do. Alexan. & Are. ponunt. & gloss. & prædicti moderni in l. hæres per seruum. ff. de acquirenda hæreditate.* Moueor ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur. ¶ Moueor in primis, & in hoc facio magnũ capitale, & magnum fundamentum. Nam testator instituit Aymarum hæredem suum vniuersalem, & casu quo dictus Aymarus quandocunque decederet sine liberis masculis, eidem sic decedẽti substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum fratrem ipsius Aymarinatum post ipsum Aymarum: Ergo cum Aymarus non decesserit sine liberis masculis, imo tempore mortis suæ reliquit filium posthumũ existentem in vtero vxoris suæ, qui postea natus est, & superuixit aliquo tempore post mortem Aymari, ergo talis substitutio facta Aymaro penitus euanuit, 20
† & fuit extincta per existentiam filij masculi ipsius Aymari: ergo non potest amplius habere locũ, dato quod postea in futurum contingat ipsum posthumum

mum mori in ætate infantili, & consequenter sine
21 filijs masculis: quia regula est, quod sufficit condi-
b tionem semel fuisse impletã, [b] quamuis postea non
duret illud implementum. *l. si quis hæredem. C. de insti. & substi. l. in substitutione. ff. de vulga. & pupilla. Addem est bonus tex. & quasi formalis in l. hæredibus. in principio ff. ad Trebell.* Vbi testator instituit filios vtriusque sexus hæredes vniuersales, & singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet, partem suam hæreditatis matri restitueret, decidit tex. quod filij qui liberos procrearunt, faciant cessare fideicommissariam substitutionem, quamuis postea illi liberi mortui sint. Ad idem est tex. *in l. cum vxori. C. quãdo dies legati ced. & est gl. ordina. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in verb. ex voluntate. ff. ad Trebellia.* dum dicit gloss. dummodo viuant
e liberi post mortem testatoris. & ita in specie [c] & in indiuiduo determinat Oldra. Lauden. *in consilio 21. incip. Thema tale est, testator. & in consilio 141. incipiente, Thema tale est, dominus G.* In quibus locis expresse determinat Oldra. Laud. casum nostrum, quod si testator substituit hæredi instituto, si decesserit sine liberis masculis, quod sufficit hæredem institutũ semel habuisse liberos, licet postea sint mortui; ad hoc vt substitutus perpetuo excludatur. Idẽ tenet Io. And. *in addi. Specula. in titulo de testamen. §. in primis ad finem. Idem tenet Paul. de Cast. in consilio 79. quod incipit, Casus iste frequenter contingit. & in consilio 172. incipiente. Ne impropriis vtamur vocabulis. & in l. ex facto. in §. si quis autem susceperit. in vltima col. ff. ad Trebell.* Item tenet do. Alexan. nullam de prædictis faciens mentionem *in consilio 31. tertij volum. incipiente, Ponderatis his, quæ in themate narrantur. in 1. colum. Ang. in l generaliter. §. cum autem in lectura Florentina. C. de insti. & substi.* satis est e-
22 nim, quod qualitas iuncta verbo † verificetur se-
d cundum tempus verbi, [d] *decederet*, appositi in ipsa substitutione *l. Titius. ff. de mili. testa. & l. in delictis §. si extraneus. ff. de noxa. late Barto. in l. ex facto. in principio. in 2. colu. ff. de vulga. & pupilla.* Et sic cum Aymarus non decesserit sine liberis masculis, & consequenter cum non euenerit conditio fideicommissariæ substitutionis: quia decessit relicto filio superstite, quo casu dicitur defeciisse illa conditio etiam concepta
23 per nomen pluralis numeri, † videlicet si decesserit sine liberis: quia sufficit vnum relinquere: *vt est tex. in l. non est sine liberis. ff. de verborum significatio. & in l. 1. C. de condi. inser.* per consequens amplius non potest habere locum, quamuis postea dictus filius in ætate infantili decesserit: vt in iuribus prẽallegatis. Ad idẽ bene facit, quod per plura iura tenet Bald. *in l. precibus in 3. colum. & in 3. oppositione C. de impub. & alijs substi.* Vbi tenet, quod in conditionibus, quę apponuntur in substitutione, attendimus principium primę existentiæ, nec curamus postea successum eius. Idem in specie in terminis nostris particularius determinat singulariter Bald. *in cap. 1. §. cum etiam. in titulo, episco. vel abba.* vbi expresse determinat casum nostrum & nihil melius adduci posset, quod si testator fecit
e substitutionem filio, si sine liberis obierit; [e] & ipse
24 moriatur cum filio, † qui non viuit nisi vno momento, tamen substitutio fideicommissaria est extincta: vt dicta *l. ex facto. §. vltimo ff. ad Trebellia. & l. quod de pariter. cum materia. ff. de reb. dub.* Et sic illud momentum vitæ sufficit, vt substitutus perpetuo excludatur. Ergo fortius in casu præsenti, vbi Anthonius posthumus filius Aymari superuixit post patrem per quatuor menses vel circa, & hæreditas patris fuit nomine infantis adita. Bene verum est, quod si iste infans, & consequenter iste Antonius fuisset præmortuus ante Aymarum patrem suum, tunc bene Falco deberet ex substitutione admitti: eo quia tunc verum fuisset dicere, Aymarum decessisse sine liberis masculis, & consequenter conditionem substitutionis fideicommissariæ tunc fuisse purificatam: eo quia, vt dixi, qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi cui adijcitur: *vt in iuribus supra proxime allegatis.* Et de hoc casu est bonus textus, qui ita loquitur in dicta *l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff. ad Trebellianum. & text. in l. filiusfami. §. cum quis. ff. de leg. 1. & ita in specie etiam declarat Ange. in dicta l. generaliter. §. cum autem. in lectura Florentina. & Paulus de Castro in dicto §. si quis autem susceperit in vltima colum.* Et ista est mera veritas, secundum quam sæpe consului, & ita semper legendo tenui in *dicta l. si quis hæredem. C. de institu. & substi. & in dicta l. in substitutione ff. de vulgari & pupillari.* Istud fundamentum solum de per se sufficit ad decisionem præsentis casus: quia cum de casu præsenti habeamus in terminis decisionem legum, glossarum, & doctorũ, vt quid vltra egemus testibus: aut quid vltra scribendo membranas frustratorie occũpamus. Confirmo, vt veritas adhuc magis pateat, per illud, quod notabiliter decidit Bal. *in l. fin. in 25. quæstione C. de hære. insti.* vbi quærit, pone quod do tibi fundum, † & 25
dico, quod si decesseris sine hærede tui corporis, reuertatur ad me, & tu decessisti cũ hærede tui corporis, sed hæres tuus absque hærede sui corporis: determinat Bal. quod non propterea ad me reuerti debet: quia semel est extincta conditio reuersionis: *vt l. pater. §. quindecim. ff. de legatis 3. & l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellianum. & l. si quis hæredem. C. de institutio & substitutio. & authentica. sed & si quis. per Cyn. C. de secundis nup.* Et sic sufficit in negatiua conditione seu propositione excludenda primus & vnicus hæres illius qualitatis. quod est notabile *secundum eum.* Confirmo & secundo per illud, quod tenet D. Franc. de Are. *in consilio 159. incipiente, viso puncto ad me transmisso. in pe. colum. circa si.* vbi determinat, quod stante statuto quod filia non possit venire ad successionem patris, vel ad † aliquam diuisionem bo- 26
norum paternorum, [f] & hoc si sint filij masculi, & f
si remanserint ex eis hæredes, certe si mortuus sit pater existente masculo, qui filium hæredem relinquat, licet postea moriatur filius sine descendentibus, tamen non succedunt fœminæ, eo quia sufficit semel conditionem fuisse impletam, licet nõ durauerit, ad hoc allegat Barto. *in l. fin. ff. ad Tertul. vbi tenet Bar.* quod stante statuto, quod masculus excludat fœminam à successione patris, satis est, quod tempore successionis extiterit masculus ad hoc, vt fœmina excludatur. g hoc etiam patet, quia stante g
statuto, † quod existentibus masculis filiæ fœminæ 27
non succedant patri ab intestato, certe etiam condito testamento filia præterita non potest dicere testamentum nullum, nec illud contratabulare, [h] non h
solum quando tempore mortis patris supererat filius masculus, sed etiã si talis masculus, qui supererat postea mortuus sit: *secundum Bal. in l. si auus. C. de libe. præte. & in l. si quis filium in princi. C. de inoffi. testa. Angel. & Imol.*

& Imol.in l.ei qui soluendo. ff. de hære.instit.d.Alex.& moder.l.si quis posthumos.§ si quis filium. ff. de libe. & posthu. D.Franc.de Are.in consil.160.incip.longa est ista consultatio in 15.colum.ad fin. Confirmo & tertio per illud, quod in simili decidit Bartol. *in l. Titia cum testamento. §. Imperator.in vltim.colum.ff.de lega. 2.* vbi quærit, planũ est, quod donatio reuocatur ipso iure per superne-
28 nientiam liberorum, † qui postea nati sunt ipsi donanti *l.si vnquam C.de reuo.dona.* pone, quod filij nati, quorũ natiuitate fuit reuocata donatio, in continẽti moriantur, aut confirmetur donatio: arguit ad partes pro & contra, & finaliter determinat, quod
i non reconualescat: i quia sufficit extitisse liberos licet incontinenti sint mortui: *vt ibi per eum & sequitur Ioan.de Imol.in c.fin. in vlti.colum. de dona. Paul. de Castr.in l.2.C.de posthu.hære.instit.tangitur per Bald. in l.1. in vltim. colum. C. de inoffi. dona.* Confirmo & quarto, quia in substitutione Aymari fuit dictum, quando-
29 cunque decederet sine liberis masculis. quod substituebat eius fratrem. Sed verbum, *decederet*, † respicit terminum instantaneum mortis, qui non habet tractum, vel durationem ante vel post: *vt dicit Barto. in l. 2. §. creditum. ff. si certum pet.* Ergo solum debet inspici tempus instantis mortis Aymari, an tunc decesserit cum liberis. Et si tunc tempore instantis mortis decessit cum filio, vt in casu præsenti, certe substitutio Falconis funditus euanuit & exspirauit. ¶ Secũdo principaliter moueor quia in casu præsenti non euenit casus substitutionis fideicommissariæ, in quo fuit substitutus Falco dicto Aymaro, videlicet casu, quo decederet sine liberis masculis, quia decedens reliquit filium masculum, & sic conditio substitutionis defecit, vt plene & vere dictum est in fundamento supra proxime præcedenti, & consequenter dictus Falco remanet exclusus. Et dato etiam quod iste casus, qui euenit, esset omissus
30 k à testatore † certe casus à testatore omissus, relinquitur dispositioni iuris communis. k *l. si extraneus. ff. de conditione ob causam. l. si cum dotem. in principio ff. soluto matrimonio l. commodissime. ff. de liberis & posthumis. capi. susceptum. de rescript. in 6.* intantum quod in casu omisso non præsumitur adesse eriam tacita voluntas testatoris: secundum Bald. notabiliter *in consilio 167. quinti voluminis, incipiente, quidam Franciscus tunc carens filijs. in 2. colum. per l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de mili. testamen.* Illud enim quod omittitur à testatore in scriptura, & in prolatione verborum dispositiua, habetur pro omisso: *secundum Bal. in l.cum proponebatur. in 2. oppositione. ff. de lega. 2.* Item ex voluntate testatoris agi non potest, nisi quando transiuit in dispositionem. vnde non sufficit testa-
31 torem velle, † nisi etiam illud quod vult disponat: *vt est text.in l.quidam cum filium. & ibi Bald. in 3. notabili ff. de hæredi.instit u. dominus Alexan. in l.3. ad fin. C. de libe. præteri.* Item non credimus testatorem velle, nisi illud, quod exprimit: *secundum Bald. in l. voluntatis. ad finem. C. de fideicommiss. & in l. vnica. §. vbi autem. C. de cadu. tol.* Vbi notat per text. *ibi in versicu. finautem ad deficientis*, quod illud quod quis non loquitur, nõ præsumitur velle. Confirmãtur prędicta per illud, quod
l notabiliter decidit Bald. *in l. si plures.* l C. *de condi. inser. in antepenult. colum. in versic. iuxta prædicta formatur talis quæstio.* Vbi quærit, stante statuto quod filia do-
32 tata à patre non succedat, † modo contingit, quod Titius decessit relicta posthuma in vtero, ita quod eam dotare non potuit, vel relicta filia infante, vel relicta filia furiosa. Modo quæritur, nunquid fratres, qui sunt hæredes vniuersales dotandó excludant eam. Primo videtur quod sic; quia nihil potest imputari patri, cum non steterit per patrem argumento *l. vter ex hæredibus. ff. de condi. institu.* Item quia conditio dotandi debet transire ad hæredem, cum statutum incipiat à præcedenti dispositione. Sed contrarium determinat Bald. eo quia iste casus est omissus à statuto, ergo relinquitur iuri communi, quod est verius secundũ eũ. quẽ refert & sequitur Pe.de Ancha. *in commento cap. canonum statuta. de constitu. in versic. pone statuto cauetur, quod filia dotata. dominus Alex. in cons. 130. secundi vol. incipiente, attentis verbis testamenti in 1. colum.* Sed secundũ ius commune mater debet succedere ab intestato filio suo infanti, † qui decessit in ætate infantili, nullis fratribus su- 33
perstitibus. *§. consequens. authen. de hære. ab intesta. & authen. defuncto. C. ad Tertul.* ¶ Tertio principaliter moueor, & in hoc fundamento etiam facio magnum capitale, & per istud fundamẽtum corruunt omnia superius in oppositum adducta. Nam licet in materia substitutionum tradatur illa generalis regula, quod attendi debeat voluntas testatoris, † & quod 34
substitutio facta in vnũ casum extendatur ad alium casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus cõiecturis, præsertim in substitutione vulgari, præsertim quando testator verisimiliter idem statuisset, si de hoc fuisset interrogatus, prout late deduxi in omnibus fundamentis partis contrariæ, tamen ista omnia notabiliter limitantur, vt procedant in extensione de vno casu ad alium. Sed in substitutionibus nunquam fit extensio de vna persona † ad aliam personam, dato quod in illa alia persona 35
militaret eadem ratio, & præsumpta mens testatoris. Item etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista persona, si de ea fuisset interrogatus, licet ista omnia concurrant, tamen non fit extensio de persona ad personam. m Ista conclusio m
probatur *per tex. valde notabilem in l. si quis ita. §. penul. ff. de testa. tute.* Vbi est tex. notabilis, quod in materia fauorabili, & sic large interpretanda, si testator in testamento dederit tutores filiis suis, non dicitur dedisse tutorem illi filio, quem ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta charitate & mente patris si pater de tali filio fuisset interrogatus, verisimiliter & proculdubio idem statuisset. Et per illum tex. tenet ad propositum nostrum gl. ordina. *in l. Titius in principio ff. de libe. & posthu.* quod si testator instituit filios suos in genere, † ista institutio non trahitur 36
ad filium, quem testator ignorabat se habere, & tamen præsumpta mens testatoris, & identitas rationis est, quod si pater sciuisset illum alium filium se habere, ex naturali charitate eum fuisset instituturus. & ita non solum verisimiliter, imo proculdubio respondisset, si fuisset interrogatus de eo: *vt l.3. C. de inofficio. testamen. & illam gl in d.l. Titius in prin. approbant & sequuntur Dy. Oldra. Lauden. Alberi. de Rosa. Nicol. de Neapol. Ang. & Rapha. Com. ibi Cyn. in l. si pater. C. de hæredi. instituen. Cy. Dy. Bar. & Alberi. de Rosa. in d. l. si quis ita. per illum text.* Et ita dicunt fuisse determinatum vltra montes. & ista opinio glos. & docto. propter eorum authoritatem in practica seruaretur, secun-

dum

dum dominum Alexan. *in d. l. Titius in prin.* quamuis Io. de Imo. & alij pauci moderni ibi teneant oppositum. Et ita per iura præallegata in specie in materia substitutionum ponit suprascriptam doctrinã excellentissimus inter modernos *D. Francisc. de Are. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. in 5. colum.* Vbi formaliter dicit, quod licet dispositio testatoris facta in vno casu trahatur ad alium ex præsumpta mente disponentis, vt supra late fuit dictum: tamen secundum eum secus est, quando extensio haberet fieri de vna persona ad aliam personam: *per d. l. si quis ita. §. penult. & per gl. ordinariam in d. l. Titius. in princ. & ibidem notabiliter per eum. & ibi respondet ad l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. & l. fina. C. de posth. hære. instit.* quæ iura supra ad oppositum allegaui. Nam respondet notabiliter, quod licet secundum iuris dispositionem natus & nascitũrus dicãtur diuersæ personæ, tamen secundum veritatem non sunt diuersæ, sed potius diuersi casus in eadem persona. Vnde in proposito nostro, cum substitutio fideicommissaria sit facta Aymaro eo casu, quo quandocunque decederet sine liberis masculis, & ipse decessit relicto Antonio posthumo, qui post eum decessit in ætate infantili: si diceremus induci substitutionem fideicommissariam in persona ipsius infantis, certe hoc non potest esse: quia hic fieret extensio de persona Aymari, cui facta est substitutio, ad aliam personam, scilicet infantis, quod fieri non potest etiam ex præsumpta mente & voluntate testatoris, etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia persona infantis, si de ea fuisset interrogatus: per iura & authoritates superius adductas. Et istud fundamentum videtur mihi quod optime concludat pro hac parte, & quod funditus eneruet & tollat quæcũque superius in oppositum adducta. ¶ Quarto principaliter pro confirmatione prædictorum facit Nam substitutio facta in vnum casum non extenditur ad alium, nec alium comprehendit, in quo induceretur diuersitas personæ substitutæ, quamuis etiam in ea concurrat verisimilis coniectura volũtatis testa-
37 toris. Vnde si est substitutus ille, qui nascitur † post mortem testatoris, non potest intelligi substitutus,
n ille, qui nascitur in vita. [n] *l. commodissime ff. de liberis & posthumis.* Istam doctrinam tradit ad literam Bartol. *in l. Gallus. in princip. in 3. colum. & ibidem alij sequuntur. ff. de liberis & posthum.* Idem tenet dominus Alexan. *in l. 1. in prin. in 6. colum. ff. de liberis & posthumis. Facit bene text. in l. si pater filium. & ibi Ioan. de Imol. dominus Alexan. & alij moder. in primo notabili ad hoc notant. ff. de vulga. & pupilla. Facit textus in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebellia.* Sicut etiam substitutio facta in vnum tem-
38 pus non extenditur † ad aliud tempus. *l. si ita quis. ff. de vulga. & pupilla. Bart. & alij in l. si mater. §. 1. eodem titulo.* Et ista fortius militant in substitutione fideicommissaria, de qua in præsens quæritur, cum sit onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filiã. ff. de vulgari & pupillari.* ¶ Vltimo accedat illud, quod vult glo. notabilis *in l. si mater. §. 1. ff. de vulg. & pupillari. per quam*
39 *glos.* concludit ibi Bald. quod vulgaris substitutio limitata sub conditione, *si filius viuo patre moritur*, omnino exspirat, si filius superuiuat post patrẽ: quia vulgaris substitutio facta sub vna conditione non concipit aliam conditionem, quod vltimum qualiter procedat, ibidem aliquando legendo plenius dixi. ¶ Per ista quatuor vel quinque fundamenta apparent esse sublata omnia ea, quæ superius in oppositum adducebantur, & præcipue per tertium fundamentum, quod superius feci: tamen vt adhuc veritas magis appareat. & magis exsplendescat in lucem ad illa particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo dum primo & secundo dicebatur, quod in vltimis voluntatibus semper est attendenda voluntas testatoris, † tanquam regina, & præcipue in substi- 40
tutione fideicommissaria, de qua in præsenti casu agitur, in qua magis attendimus mentem & voluntatem testatoris quam verba: quia respondetur, quod ista assumpta sunt vera. Et dum postea subijcitur, quod in casu præsenti apparet de præsumpta voluntate testatoris, quod voluerit Falconem tanquam proximiorem nepotem admitti ex substitutione, casu, quo Aymarus decederet sine liberis, vel relinqueret filium, qui etiam moreretur. Nam respondetur, quod imo voluntas testatoris præsumitur esse in contrarium. Ex quo testator instituit Aymarum hæredem vniuersalem, & casu quo decederet sine liberis masculis eidem substituit fratrem ipsius Aymari, ergo cum Aymarus non decesserit sine liberis masculis, imo tempore mortis suæ reliquit filium, ergo substitutio facta Aymaro penitus fuit extincta per natiuitatem & superexistentiam illius filij infantis, quamuis postea sit mortuus vt expresse dicunt leges, & glossæ, & authoritates adductæ supra in primo fundamento. Et talis etiam præsumitur fuisse voluntas ipsius testatoris: quia in casu † omisso præsumitur velle illud, quod 41
lex, seu ius commune disponit: *secundum Baldum in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. in 13. columna in versiculo, procedo vlterius, argumento l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. Idem dicit Salyce. in authentica. Item hæreditas ad finem. C. de bo. quæ libe.* vbi dicit, quod debemus interpretari voluntatem testatoris vt conformetur legibus in successione ab intestato: Idem dicit Petrus de Anchara. *in consilio 219. incipiente, pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate, circa finem.* Vbi dicit, quod verba testatoris sunt in dubio referenda ad intellectum iuris communis. *ca. causam quæ de rescrip. cap. cum dilectus. de consue. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.* Idem etiam notabiliter tenet Barto. *in l. hæredes mei. §. cum ita. & in l. hæredibus. §. 1. ff. ad Treb. & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber.* Item in casu omisso per testatorem non præsumitur adesse etiam tacita voluntas testatoris: secundum Baldum *in consilio 167. quinti voluminis, quod incipit, quidam Franciscus tunc carens filijs. in 1. colum. per l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de mili. testamen.* Sed ille casus, qui euenit, fuit omissus per testatorem, vt dixi supra in secundo fundamento. Item non potest allegari volũtas testatoris † ad detrahendum vel addendum eius 42
verbis: secundum Bald. *in l. cum virum. C. de fideicommiss.* Item non credimus testatorem velle, nisi illud quod verbis in testamento exprimit, nec agi potest ex voluntate testatoris, nisi quando transiuit in dispositionem: quia non sufficit testatorem velle, nisi etiã illud quod vult disponat, vt dixi supra in dicto secundo fundamento. ¶ Nec obstat dum subijciebatur, quamdiu potest ex testamento succedi, & sic ex substitutione, cessare debet successio ab intestato, † quia respondetur, quod in casu præsenti semel 43
fuit

fuit locus successioni ab intestato: quia Anto. infans filius posthumus Aymari fuit positus in conditione testamentaria, non in dispositione, ergo ab intestato successit: *per gloss. communiter approbatam. l. Lucius & ibi clarius Barto. in fine. ff. de hæredi. instituen. cum suis multis concordan. quas alias legendo plene posui in l. 1. C. de pact.* Ergo cum semel aperta fuerit via successioni ab intestato in bonis, quæ alias fuerunt dicti Barrachini testatoris, in quibus, vt dixi, dictus Anthonius infans ab intestato successit: ergo per eius personam etiam ab intestato admitti debet eius mater ad luctuosam hæreditatem filij infantis prædefuncti: *iuxta l. fina. C. de institu. & substitu.* cum sit proximior cæteris omnibus. ¶ Non obstat tertio, dum dicebatur, fideicommissum induci ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant: quia respondetur dupliciter. Primo negando assumptum,
44 quod imo † ad inducendum fideicommissum sola coniectura voluntatis non sufficit, nec ex solis coniecturis per fideicommissariam substitutionem quis admittitur. *l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellia. & ita tenet gloss. in l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. & expresse Bald. in l. cum virum. in vltima colum. C. de fideicom-*
o *miss.* nisi esset coniectura necessaria: o *secundum Paul. de Cast. in consilio 150. quod incipit, in causa. quæ vertitur inter Petrum. in 2. colum. in principio.* Secundo respondetur, quod in casu præsenti non adest coniectura voluntatis de inducendo aliquod fideicommissum, imo potius in casu omisso per testatorem voluntas testatoris est in oppositum: prout proxime respondi in præcedenti responsione, & prout late deduxi supra in primo & in secundo fundamento. ¶ Non obstat quarto, dum dicebatur, quod in substitutio-
45 nibus debet fieri larga interpretatio, † & quod substitutio vulgaris facta in vnum casum trahitur ad alios casus: quia ad hoc multipliciter respondetur. Et primo, quod hic non potest tractari de vulgari substitutione, cum adita fuerit hæreditas nomine infantis, & adita hæreditate vulgaris substitutio expirat. *l. post aditam. cum vulg. C. de impube. & aliis substitut.* Secundo respondetur, quod in legibus in contrariũ adductis exprimitur casus, qui tacite inest vulgari substitutioni. *l. cum proponas. C. de hæredi. institu.* Ergo expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur ad exclusionem aliorum casuum, qui etiam cõueniunt vulgari substitutioni. *l. 3. ff. de legatis 1. l. non recte. C. de fideiuss.* Sed in casu præsenti fuit expressus casus, qui tacite non inerat. nimirum si non extenditur ad alium casum: *vt l. commodissime. ff. de libe. & posthumis.* Verum quia huic solutioni videtur refragari text. *in l. cum anus. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. generaliter. §. cum autem C. de institu. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* Ideo tertio modo & multum notabiliter & fundamentaliter respondetur, quod licet substitutio facta in vnum casum traha-
46 tur ad alium casum ex præsumpta † mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim quando testator verisimiliter idem statuisset, si de hoc fuisset interrogatus, prout supra late fuit dictum, istud procedit in extẽsione, quæ fit de vno casu ad alium, sed in substitutionibus nunquam fit extensio de persona ad aliã personam, dato quod in illa alia persona militaret eadem ratio, & præsumpta mens testatoris. Item etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia persona, si de ea fuisset interrogatus: *per text. notabilem in dicta l. si quis ita. §. penultimo. ff. de testamen. tute. & gloss. notabilem in l. Titius in principio. ff. de liberis & posthumis. cum alijs quæ adduxi supra in tertio fundamento & sequenti.* Sed in casu nostro substitutio fideicommissaria fuit facta Aymaro eo casu, quo decederet sine liberis masculis, & ipse decessit relicto Antonio posthumo, qui post eum decessit in ætate infantili. Vnde si induceretur substitutio fideicommissaria in persona ipsius infantis, certe fieret extensio de persona Aymari ad aliã personam, scilicet infantis, quod fieri nõ potest ex præsumpta voluntate testatoris, etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia persona infantis: prout late deduxi supra in dicto tertio fundamento. Et hoc modo etiam respondetur ad quintum fundamentum partis contrariæ, & prouisio testatoris facta in vnum casum extendatur ad alium, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset: quia istud non procedit, quando fit extensio de persona ad aliam personam: *per iura supra proxime allegata.* ¶ Præterea ad *d. l.* † *Titius §. Lu-* 47
cius. ff. de liberis & posthumis. & in l. fina. C. de posthum. hæredi. institu. quæ allegantur in oppositum in illo quinto fundamento partis contrariæ: respondetur, quod licet secundum iuris dispositionem natus & nasciturus dicantur diuersæ personæ, tamen secundum veritatem non sunt diuersæ, sed potius diuersi casus in eadem persona. Et ita respondet Areti. *in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum, in 5. columna vt superius etiam retuli.* ¶ Nec obstant quatuor speciales decisiones quas retuli in d. quarto fundamento partis contrariæ: quia respondetur, quod illę quatuor decisiones nihil faciunt ad propositum nostrum, eo quia in illis decisionibus vterque casus spectabat ad vulgarem substitutionem, siue moreretur, siue hæreditatem non adiret. *d. l. cum proponas. C. de hæredibus instituendis.* nimirum si in illis decisionibus substitutio vulgaris facta in casum mortis extenditur ad alium casum producentem eundem effectum, scilicet hæreditatis non aditæ, quod non est in casu præsenti, imo est totum oppositum; quia substitutio facta Aymaro in casu, quo decederet sine liberis, non extenditur ad istum alium casum, qui euenit: quia habuit filium; dato quod post eum mortuus fuerit, imo susceptio talis filii fecit cessare conditionem & casum substitutionis fideicommissariæ, & consequenter fecit; quod talis substitutio penitus euanesceret & exspiraret: prout opportune dixi supra in primo fundamento. Non obstat, dum vltimo dicebatur, quod in dubijs opinionibus tenenda est in iudicando illa opinio, quæ fauet substitutioni & sic causæ testati: quia respondetur, quod non sumus in dubijs, † 48
imo sumus in claris, quod quando testator substituit hæredi casu, quo decederet sine liberis masculis si susceperit liberos masculos, qui superuiuant post eius mortem, dato etiam quod solo momento superuiuerent, talis substitutio extinguitur, nec potest amplius habere locum, dato quod postea illi liberi in futurum moriantur: prout dixi in primo fundamento, quod puto esse verum & iuridicum: vt ibi etiam dixi.

ADDITIO.

a Bona propria.] Iaſ.conſ.3.ſine alio faſtu.nu.7.&conſ.120. domina nu.12.ſupra lib.1.& vtrobique addo.

b Implementum.] Idem conſ.51.circa primum col.pen. ſupra eo.Rol.conſ.56.quoniam ex facto nu.11.lib.3.

c Et ita in ſpecie.] Dixi d.conſ.51.col.pen.circa finem.

d Tempus verbi.] Iaſ.conſ.170.quod prædicti nu.33. ſupra lib.2.vbi dixi.

e Obierit.] Idem trad.Iaſ.d.conſ.51.col. vlt. l. non tantum col.1.C.de lega.l.2.in fin.C.de poſthu. hæred. inſt. & l. ſi quis hæredem nu.5.verſ.ad idem 2.facit C.de inſt.Rolan. d. conſ. 56.nu.11.verſ.accedit quod not.Bal.Brun.tract.de ſtat.exclu. fœm.6.art.prin.q.21. Vide tamen Cur.iun. tract. feu.3. parte q.27.verſ.retenta igitur.quem ſequitur Clar. §.feudum q. 80. in fine.

f Paternorum.] Iaſ.d.l.ſi quis hæredem nu.7.

g Excludatur.] Idem Iaſ.d.l.ſi quis hæredem n.8 conſ.220. Nodoſa.colum.6.verſ. comprobatur iſta lib. 2. & conſilio 68. dicta legitimatio.numero 24. infra eo.Tira q.alios citans. l.ſi vnquam verſ.ſuſceperit liberos nu. 194. C. de reuoc. donat.

h Contratabulare.] Iaſ d.l.ſi quis hæredem nu.9.

i Reconualeſcat.] Vide eundem d. l. ſi quis hæredem nu.8. verſ.ad idem facit 5 l. in ſubſtitutione col. 3. verſ.ad idem benefacit.de vulg.Corn.conſ.234.placent mihi nu.1.lib. 2. Dec. l.poſthumo.3.lect.col.1.C.de contratab.& l.precibus n.12.C. de impub.& omnino Tiraq.alios citans d. l. ſi vnquam verb. ſuſcepit liberos num.203.

k Iuris communis.] Iaſ.conſ.42.prima conſideratione n. 8. ſupra eo.

l Bald l.ſi plures.] Dixi ſupra conſ.120.domina numero 11. lib.1.

m Ad perſonam.] Addo ſupra lib.2 conſ.228.in iſto verſ.Sed præmiſſis Aymo conſ.98.Nobilis n.13.Gabr.conſ.197.quanquam nu.10.

n Naſcitur in vita.] Iaſ.conſ.220.nodoſa nu.12. verſ. 3. pro eadem ſupra lib.2 vbi addo.

o Neceſſaria.] Vide eundem l.poteſt col.2.verſ. Sed ſtrictius procedendo.de vulg.conſ. 143. iſta quæſtio & d. conſ. 228. vtrobique nu.11.Rip.l.hæredes mei.§ cum ita nu 17.ad Treb. Alcia.conſ.134.donationis nu 6.Alba.conſ.31 difficilis nu.10 & Cephal. conſilio 269 Illuſtris. numero 54.vbi addo.Iaſ.d. conſ.228.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXVII.

THEMA.

VIso ſecundo teſtamento in ſcriptis condito per magnificum dominũ Petrum Cadardi, dominum loci de Thoro, Caualicenſis diœceſis, & eius productione facta per nobilem Ioannem de Monſe, ex ſorore teſtatoris nepotem hæredẽ in dicto teſtamento inſtitutum,necnon viſis depoſitionibus teſtium in eo deſcriptorũ,& eorum recognitionibus ſubſcriptionum &ſigillorum,citato&comparente nobili Iacobo Pelegrino inſtituto pro parte in primo teſtamento nuncupatiuo prius condito per dictum domi. Petrum: verum quia dictus teſtator in eius primo teſtamento nũcupatiuo inſtituit prædictum Iacobum Pelegrinum & eius primogenitum maſculum,& conſequenter nobilem Petrum Pelegrinum, qui cum eſſent extranei dicto teſtatori,cenſentur ſimul &pariter inſtituti,non autem ordine ſucceſſiuo: *per text. in fin. C. de impube. & alijs ſubſti. & in cap. Raynutius. & in cap. Raynaldus. de teſta. & firmant communiter ſcribentes in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & poſthum.* & dictus nobilis Petrus Pelegrinus tunc natus non fuerit citatus, nec ipſe, nec ipſe defenſor ad videndum fieri publicationem dicti ſecundi teſtamenti, per conſequens videtur, quod productio dicti ſecundi teſtamenti conditi in ſcriptis,examinatio & recognitio teſtiũ non valeant in præiudicium ipſius nobilis Petri non citati, nec vocati, & ſic quod venire poſsit ex dicto primo teſtamento nũcupatiuo ad dimidiam partem talis hæreditatis. Quæritur,quid iuris?

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum in ſcriptis manu propria teſtatoris conſcriptum dicitur ſcriptura priuata,& ſi aliquis ex teſtibus neceſſarijs in eo deſcriptis ante publicationem moreretur,corrueret omnino totum teſtamentum.*

2 *Teſtamentum factum in ſcriptis manu publici notarij in præſentia ſeptem teſtium valet & plenam fidem facit,quamuis omnes teſtes mortui ſint & abſque alia publicatione iudicis, ſi eius manu ſit ſubſcriptum in forma authentica.*

Publicatio iudicis non requiritur in teſtamento in ſcriptis facto manu publici notarij,& per eum in authentica forma ſubſcripto: ſecus in teſtamento conſcripto manu propria teſtatoris nu.2.

3 *L.publicati C.de teſtam.quomodo procedat & num. 10. & 11.*

4 *Teſtamenti in ſcriptis conditi publicatio quomodo facienda,& quid in ea obſeruandum vt valeat.*

Publicatio teſtamenti in ſcriptis conditi quomodo facienda vt valeat.vide verbo teſtamenti in ſcriptis conditi.

Teſtamenti publicatio.In teſtamenti in ſcriptis conditi publicatione,de neceſſitate citandi ſunt omnes ij,quorum principaliter intereſt, & citandi quidem ſingulariter,alioqui non valet nu.4.& 5.

6 *Citatio quæ non apparet in actis præſumitur non eſſe facta: cum ſit ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur niſi probetur, & hoc procedit etiam in eo, qui citari debuit, quamuis in inſtrumento dicatur,* citatis citandis.

7 *Citatio non probatur per verba illa generalia poſita in inſtrumento* citatis citandis.

8 *Teſtamenti publicatio.In teſtamenti in ſcriptis conditi publicatione requiritur vt teſtes qui veniunt ad recognoſcendum ſuas ſubſcriptiones & ſigilla iurent:alias corruit publicatio, & requiritur etiam vt ij quorum intereſt citentur ad videndum iurare teſtes ipſos, & num.9.*

10 *Teſtamenti in ſcriptis conditi manu teſtatoris publicatio non tenet,niſi iudex pronunciet illam ſcripturam haberi pro publica & perpetuo fidem facere.*

11 *Teſtes examinati ad perpetuam memoriam non aliter fidem faciunt quam ſi interuenerit iudicis interlocutoria per quam iudex decernat fidem eſſe adhibendam.*

12 Te-

12 *Testamenti publicatio non valet, nisi testes testamentarij in suis depositionibus vel subscriptionibus mentionem faciant de subscriptionibus & sigillationibus aliorum testium.*

13 *Testamentum. In testamenti publicatione requiritur vt testes sufficienter recognoscant suas subscriptiones & sigilla.*

14 *Dubitans & ignorans æquiparantur.*

15 *Testamenti publicatio non valet, nisi eam petens iuret, se non petere calumniæ causa.*

16 *Testamentum in scriptis non valet, nisi testator se subscribat & sigillet.*

17 *Testatoris voluntas probatur etiam ex testamento inualido.*

18 *Testamentum, in quo non fuerunt seruatæ iuris ciuilis solennitates, valet tamen de iure gentium, & qui possidet hæreditatem virtute talis testamenti, cum habeat voluntatem testatoris, est tutus in foro conscientiæ: & nu. 20. vbi contra & nu. seqq. & maxime nu. 25. vbi hoc declaratur.*

19 *Statuto disponente quod in contractibus mulierum debeat interuenire consensus propinquorum alias non valeant, valet tamen contractus celebratus cum muliere sine fraude in foro conscientiæ.*

21 *Hæres ab intestato licite potest petere & habere etiam in foro conscientiæ hæreditatem eius, qui testamentum fecit, & alium hæredem scripsit, quando testamentum effectum fuit irritum. & nu. seqq.*

22 *Statutum editum propter commune bonum ad occurrẽdum falsitatibus, seruandum est etiam in foro conscientiæ, si non inducat peccatum.*

23 *Hæres legitimus non tenetur in foro conscientiæ dare aliquam partem hæreditatis scripto hæredi in eo testamento quod postea apparuit non esse solenne secundum ius ciuile.*

24 *Leges ciuiles etiam in foro conscientiæ attendi debent & ligant, licet non apices iuris ex communi opinione.*

Statuta laicorum seruanda sunt in foro conscientiæ, modo non inducant peccatum. nu. 24.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

DE isto secundo testamento in scriptis adest solum priuata scriptura manu propria ipsius testatoris; quia testator manu sua propria scripsit totum illud suum testamentum in scriptis, & illud clausum & ligatum in præsentia septem testium subscripsit, & per eos rogatos subscribi fecit, & sigillari. Cum ergo sit priuata scriptura,
1 †nec fidem faciat, si testes interim morerentur, non valeret aliquid. vnde periculum est facere testamẽ-
a tum in scriptis. [a] Ita dicit Bartol. *in l. 2. in prin. ff. quemadmo. testa. aperi. & in l. 2. C. eo. & do. Abb. in cap. fi. de fide instrumen.* vbi dicit, quod si isto casu vnus de testibus necessarijs morereretur ante publicationem, corruit totum testamentum, *argu. l. si vnus. C. de testa & ita etiam tenet Io. Fab. in §. sed cum aliquis. in 2. colu. insti. de test.* Sed si de tali testamento in scriptis rogatus esset no-
2 tarius † publicus in præsentia septem testium, & talis notarius de hoc faceret publicum instrumentum tunc absque alia publicatione iudicis, dato quod omnes testes in eo descripti essent mortui, instrumentum publicum & subscriptum manu authentici notarij de per se plenam fidem faceret. & plene probaret: vt est gloss. singularis [b] & à doctoribus [b] approbata *in d. l. 2. in princi. vbi Bartol. & alij eam notant & sequuntur. ff. quemadmodum testa. aperi. tenent Bartol. & omnes in l. 1. C. de testa. & ibi Bald. Salyce. & Paul. de Castr. reputant illam gloss. esse ad hoc singularem in iure. Et dicit ibi Ange. in lectura Floren. in fin. quo Bartol. eo audiente faciebat multum signanter notari illam gloss.* Sed habemus glos. de hoc pleniorem *in l. fin. in verb. ostenditur. C. de fideicommiss. Idem tenet dominus Abb. in cap. fina. in vltima columna. de fi. instru. Bartol. in l. conficiuntur ad fi. princi. ff. de iure codicil. & idem Bar. in l. 2. C. quemadmodum testa. aperi.* Sed cum de isto secundo testamento in scriptis, de quo agitur nullus notarius sit rogatus, nec ab eo factum fuerit publicũ instrumentũ; sed testator, vt dixi, manu propria illud scripsit, & illam suam scripturam priuatam testamenti clausam & ligatam subscribi fecit, ac sigillari per septem testes ignorantes quid in ea contineatur: *iuxta l. hac consultissima. in prin. C. de testa.* Vnde mortuo testatore hæres in eo descriptus potuit petere, quod authoritate iudicis competentis talis scriptura aperiretur, deinde facere quod citatis citãdis testes ibidem scripti veniant ad recognoscendum sigilla, & subscriptiones, quibus recognitionibus factis & redactis in scriptis, iudex pronũciabit illam scripturam testamenti, quæ prius erat priuata, haberi pro publicata, & perpetuo fidem facere, & de tali publicatione loquitur † *l. publicati. & ibi scribentes ponunt. C.* 3
de testa. & late Spec. in tit. de instru. edi. §. ostenso. versiculo, & quoniam de publicatione. cum versiculis sequentibus. Inno. & alij cano. in c. fin. de fide instrumen. ¶ Vnde videndum est, an dictus nobilis Ioannes de Monsi hæres institutus in isto secundo testamento in scriptis cõdito, in eius apertura & publicatione obseruari fecerit, quæ de iure obseruanda veniebant, an vero dicta publicatio censeri debeat inualida, & nulla quoad præiudicium nobilis Petri Pelegrini, vt ea non obstante se fundare possit in dicto primo testamento nuncupatiuo, & eius vigore medietatem hæreditatis de iure obtinere. Et omissis allegationibus ad partes, insistendo veris & magis communibus conclusionibus scribentium, videtur ex infra dicendis talem publicationem secundi testamenti in scriptis in nihilo præiudicare ipsi Petro Pelegrino nec contra eum fidem facere, eo quia in tali publicatione sunt plures defectus, præsertim in causa formali, & in causa efficienti, qui talem publicationem nullam reddunt. Nam † forma non seruata, 4
actus redditur nullus. *l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & l. constitutionibus. in fin. ff. ad mu.* Modo quod hic sit defectus formę patet; quia in publicatione testamẽti conditi in scriptis facienda traditur pro forma, quod de necessitate citandi sunt & vocandi omnes illi, quorum principaliter interest: [c] per regulam *l.* c
nam ita diuus. ff. de adoptio. & in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. in concedendo ff. de aqua plu. arcen. & c. 1. de cau. poss. & proprie. & ita in specie tenent doctores in l. publicati. C. de testa. Barto. in l. 2. in princ. ff. quemadmodum testa. aperi. Spec. & Ioan. Andr. in titulo de instrumen. edi. §. ostenso. in

versic. qualiter autem fiat publicatio. Et ibi tenet formaliter Speculat. quod nisi vocentur illi, quos res tangit, non facit fidem instrumentum, licet fit ordinarii iudicis authoritate publicatum. & ita dicit coram eo in contingentia talis facti fuisse obtentum. Ideo cauendum est, secundum eum, vt de tali citatione fiat publicum instrumentum, per quod possit probari citatio: *vt in d.c. significauit.* Item in tali
5 publicatione testamenti debent singulariter † citad ri, quorum interest. [d] *l.1.§.denuntiari.ff.de vent.inspi. secundum Ang.in d.l.publicati.& ibid. Bal. & Sal. Idem Inno. & Can.in d.c. Albericus.* Et quod publicatio testamenti conditi in scriptis non noceat aliis non vocatis,& consequenter nō præiudicet huic Petro Pelegrino, qui nunquam fuit ad hoc citatus, nec contra eum
e fidem faciat,[e] tenent etiam dominus Ant.de But.& Ioan.de Imol. *in d.c.significauit. Ioan.And.in addit.Spec. in titul.de teste. in §.nunc tractemus.super versicul. alias. in additione incipiente, huic contrario. Salyce. in d.l.publicati. in fine.* ¶ Nec isto casu præsumitur citatio de dicto
6 Petro Pelegrino interuenisse, † cum sit solennitas
f extrinseca, quæ præsumi non debet: [f] *per regulam l. quæcunque.§.fi.ff.de publicia. Et ita tenent dominus Cardi. Florent.& do. Abb. Panorm.in d.c.Albericus.de testi. Canon. in c.quoniam contra falsam.per illum textum. de probation. do.Abb.Panor.in c.tenor.in 3.& 4.colum. de re iudic.* Alibi dicit Bald. *in c.bonæ.in 2.col.de elect.* quod citatio, quæ non apparet in actis, præsumitur non esse facta: *per l.in lege.& l.Rutilia. ff. de contrahend. empt.* Alibi idem Bal.*in c.1.§.ad hæc.in 8.col. de pac.iura.firm. notat multum illum tex.ibi. verb.coniunxi.vbi dicit esse tex.notabil.* quod qui dicit aliquem fuisse monitum, vel requisitum, vel citatum, debet illud probare,& sic nemo præsumitur citatus, nisi probetur: *per illum textum. secundum eum. Idem dicit Bald. post gloss. in capitul. quod sicut. de elect.* quod nemo præsumitur citatus, dummodo neget se citatum. Imo fortius tenet notabiliter Baldus *in authent. si quis in aliquo. in penult. colum. ad finem. C.de eden.* quod etiam non præsumitur citatus ille, qui de iure citari debuit,dato etiam,quod in instrumento fiat mentio de citatione, scilicet quod sunt
g citati citandi:g eo quia illa verba incerta &generalia
7 instrumenti non probant aliquem citatum, † nec per illa præsumitur citatio. *allegat nota.per Guil.de Cu. in l.1.ff.de in ius voc.& per Innoc.in d.cap. Albericus.in principio.* vbi ponit duas opiniones super hoc, vt ibi per eum. Modo in proposito occurrentis casus,si aliqui ex testibus testamentariis necessariis ad validitatem illius secundi testamenti in scriptis sint nunc mortui, & sic amplius reexaminari non possint, illud secundum testamentū in scriptis in totum corruit, quo ad ipsum Petrum Pelegrinum in dicta publicatione ipsius testamenti non citatum, vt superius dixi, & ideo non prohibebitur ex primo testamento nuncupatiuo,in quo est pro parte hæres descriptus, medietatem dictæ hæreditatis obtinere. ¶ Secundo principaliter adest alius defectus in causa formali.
§ Nam testes testamentarii, qui venerunt ad † recognoscendum subscriptiones, & eorum sigilla, de-
h buerunt in eorum depositionibus iurare: [h] *vt in specie tenent Alberic.de Rosa.& Paul. de Castro in d.l.publicati.C.de testa.Hostiens.in summa sua in tit.de fide instrumen. in §.final.in versic. & si testamentum publicandum sit. Facit regul. l. iurisiurandi. cum similibus. C. de testib.* Et isto casu illi, quorum interest, debent † specialiter citari 9
ad videndum iurare dictos [i] testes testamētarios su- i
per recognitionibus chartæ testamentariæ sigillorum & subscriptionum: *prout in specie tenet Ioannes de Imol.in præallegato cap.significauit.in penul.not.ab. de testi. Facit regula cap.2.eod.tit.de testi.& l.si quando.vbi Bart.& alij. C. eo.de testi.* Sed in casu præsenti non fuit citatus Petrus Pelegrinus, nec eius defensor ad videndum iurare tales testes: ergo eorum depositiones sibi non citato non præiudicant. ¶ Tertio principaliter adest defectus in causa efficienti: quia iudex non pronuntiauit illam chartam seu scripturam in ea contentā haberi † pro publicata,& perpetuo fidem 10
facere, & tamen iudex ita debuit pronuntiare: [k] se- k
cundum Paulum de Cast. & dom. Alex. *in d.l publicati.C. de testa.& ibi Salyc.in 3.q.& ibi dicit dom. Alexan.in 1. col.* quod si scriptura originalis testamenti conditi in scriptis erat scripta manu priuata testatoris, vt in casu præsenti, tunc citatis his, de quorum præiudicio agitur, etiam citantur testes, vt recognoscant sigilla, & subscriptiones suas, quo iudex per suam interloquutoriam publicabit scripturam testamenti, declarando & pronuntiando illam scripturam testamenti in posterum plenam fidem facere. Idem tenet excellens Doctor Ioan. Fab. *in §. sed cum aliquis. in 2.columna Instit.de testam.* vbi dicit, quod in testamento condito in scriptis testes debent venire coram iudice, & sua sigilla recognoscere, & suas subscriptiones, & iudex in eadem charta, vel in alia debet hoc referre & decernere, & illa charta faciet fidem, vel alia, si in alia translatum sit coram iudice & testibus, & hoc est, quod vult dicere, *dicta l.publicati. C. de testamentis.* alias autem illa charta fidem non faceret, imo si alter testium esset mortuus ante recognitionem, deficeret testamentum probatione, & hoc vult dicere text. *in l. cum ab initio. & in l. si quis ex signatoribus.in fin. ff. quemadmodum testa. aper. & notatur in l.2.C eod.* Ergo vult Ioan.Fab.quod nisi iudex decernat seu pronuntiet talem chartam esse publicatam, & fidem facere, quod illa charta fidē non faceret. ¶ Confirmatur, quia testamentum in scriptis redactum in scripturam per manum priuatam ipsius testatoris, non potest dici fuisse publicatum ad perpetuam rei memoriam, vt perpetuo fidem faciat sine pronuntiatione ipsius iudicis, quia in tali publicatione requiritur sententia interloquutoria iudicis, alias sine eo non faceret perpetuam fidem: sicut etiam quando testes ex iusta causa examinantur ad æternam rei memoriam, ibidem etiam requiritur † sententia iudicis interloquutoria: prout 11
tenet glossa notabilis *in l. in lege Aquilia si deletum. in gloss magna. ad finem. ff. ad leg. Aquil. quam Bart. ibi in pen. colum. sequitur, & dicit esse notabilem & singularem. Idem tenet Bald. in authent. sed & si quis. in 2. colum. C. de testi. Idem tenet Innocen. in cap. quoniam frequenter. in 3. colum. in gloss. sua. in verb. publicatio. vt lit. non contesta.* vbi dicit, quod publicatio testamenti, quæ fit ad æternam rei memoriam, *iuxta l. publicati. C. de testamentis.* fit hoc modo,quia testes testamentarii deponent, qualiter interfuerunt ipsi testamento, illud subscribendo & sigillādo, & postea iudex decernit dicta eorum perpetuo valere: *vt d.c. Albericus. de testib. refert & sequitur Angelus in dicta l.publicati. circa finem.* Quamuis in testibus ex necessaria vel probabili causa examinandis ad

dis ad perpetuam rei memoriam, alibi Innocen. & Hostien. *in d. cap. Albericus. circa medium*, videantur dicere, quod ad maiorem securitatē possit fieri, quod iudex decernat fidem adhibendam. & videtur sequi Bald. *in authentica, si quis in aliquo. in pen. col. C. de eden. & in d. l. publicati. in 5. q.* ¶ Quarto adest alius defectus in
12 causa formali: † quia isti testes testamentarij debuerunt aut in eorum depositionibus, aut in eorum subscriptionibus facere mētionem de subscriptio-
l nibus, & sigillationibus aliorum contestium: [l] secundum Iaco. Butr. Salic. & Philip. Corneum *in d. l. publicati.* Sed isti testes in eorum depositionibus nihil deponunt de contestibus: item in eorum subscriptionibus solum faciunt mentionem de alijs testibus infrascriptis, & non de alijs qui prius subscripserunt. Facit, quod signanter tenet Bald. *in l. cum antiquitas. in 2. q. C. de testa.* ¶ Quinto facit, quia dicti
13 testes testamentarij non videntur † congrue & sufficiēter recognouisse sua sigilla, & suas subscriptiones, ergo non videtur probatum illud secundum testamentum in scriptis: per id quod haberetur *in l. 1. si quis neget. iuncta gloss. ff. quemadmodum testa. aperi.* Et quidam ex istis testibus videntur dubitare super recognitione sigillorum per eos appositorum, quo
14 fit, vt † dubitans & ignorans æquiparentur. [m] *l. fin.*
m *§. 1. & ibi Barto. in 3. notabili multum notat. C. de fur. Baldus in l. leges sacratissimæ. C. de legi. facit text. in l. 2. in versiculo, fieri autem potest. ff. quis ordo in bo. pos. seruetur.*
¶ Sexto adest alius defectus in causa efficienti, quod
15 † quando testamenta in scriptis sunt publicanda, iudex in primis faciet iurare illum, qui petit publi-
n cationem, quod eam non petit causa calumniæ. [n] *l. 1. & 2. C. quemadmodum testa. aperi. & argumento l. thesaurus. ff. ad exhiben. Ita formaliter dicit Innocen. in c. fina. in primis verbis. de fide instrumen. & ibi sequuntur do. Anto. de But. dominus Cardina. Floren. & Ioann. de Imol.* Sed istud non fuit obseruatum in casu præsenti, igitur &c. ¶ Septimo & vltimo adest alius defectus in causa efficienti, quod in testamento in scriptis re-
16 quiritur, † quod testator se subscribat, & sigillet. o
o Ita tenet Paul. de Cast. *in l. hac consultissima. in princ. in decimo requisito. per illum textum. C. de testa.* Sed in isto secundo testamento condito in scriptis bene adest subscriptio testatoris, sed non adest eius sigillum, quia testator non sigillauit ipse illud testamentum, igitur &c. ¶ Restat circa prædicta vnus scrupulus, præsuppositio quod recognitiones supradictorū testium non noceant ipsi nobili Petro, & quod prædicti testes testamentarij, vel eorum pars decesserint, ita quod amplius reexaminari non possint, an idem nobilis Petrus Pelegrinus sine peccato possit experiri contra nobilem Ioannē de Monsi, seu eius hæredem, & petere dimidiam partem hæreditatis dicti quondam domini Petri Cadardi testatoris. Dubium facere videtur; quia ex quo illud secundū testamentum in scriptis conditum censendum est validum de iure gentium, quamuis non sint postea in eo obseruatæ solennitates additæ per ius ciuile, & habet
17 voluntatem testatoris † quæ probatur ex testamento inualido. [p] *l. fin. ff. de reb eo. & l. in testamento. ff. de fideicommiss. liber.* Ergo debet valere in foro conscientiæ: *per regulam notabilem, quam tradit Innocen. in c. quia propter. de elect. in cap. si celebrat. de cleri. excom. min.*
18 quod quando actus valet de iure gentium, † & habet voluntatem & consensum partium, licet non sit seruata forma tradita à iure positiuo, tamen est tutus in foro conscientiæ. Et sequitur dominus Abbas Panorm. *in cap. 1. ad fi. de in integr. restitu.* vbi ex hoc generaliter notat, quod in omni actu, in quo est prætermissa forma requisita à iure positiuo, tamen in foro conscientiæ non debet sibi quis facere conscientiam, ex quo non interuenit deceptio & concurrit consensus & voluntas, quæ requiruntur à iure gentium. Idem tenet Geminia. *in cap. 1. in princi. de sponsa. in 6.* per illum textum probantem, quod actus potest esse nullus de iure positiuo, sed valere de iure gentium. Idem tenet Petrus de Anchara. *in regula beneficium. in 7. quæstio. de reg. iur. in 6. Ad idem bene facit, quod egregie tenet dominus Abbas Panorm. in repetitione c. relatum. 1. in 6. colum. de testa.* Vbi tenet, quod stante statuto quod in contractibus mulierum debeat interuenire consensus propinquorum, alias tales contractus non valeant, † certe 19
contractus factus cum muliere sine fraude valet in foro conscientiæ, quamuis non fuerit obseruata forma dicti statuti. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod nobilis Petrus Pelegrinus possit sine peccato petere dimidiam partem hæreditatis supra scripti testatoris, ex quo in publicatione secundi testamenti conditi in scriptis non fuit citatus, nec fuerunt obseruatæ solennitates à iure requisitæ, † prout videtur esse de 20
mente scribentium in locis allegatis supra in præcedenti articulo, & præsertim Specul. *in dicto titu. de instrum. edi. §. ostenso. in versicu. qualiter autem fiat publicatio.* Vbi dicit fuisse coram eo obtentum non facere fidem publicationem illius scripturæ contra illū, qui non fuit citatus ad videndum fieri publicationem. Sed Specul. coram eo non fuisset passus obtineri, si cum bona conscientia non potuisset. Item quum Bart. Ioan. Fab. & domi. Abbas superius relati teneant, quod si vnus ex testibus testamentarijs interim moreretur, quod testamentum in totum corrueret, satis videntur sensisse etiam quo ad conscientiam. ¶ Vltra ista ad ita tenendū in specie moueor per illud quod notabiliter decidit in terminis nostris Io. Calderinus *in q per eum disputa. quæ incipit, Bononiensi statuto cauetur &c.* vbi tenet, quod hæres ab
intestato licite potest petere & habere † etiam in fo- 21
ro conscientiæ hæreditatem illius, qui testamētum fecit, & alium hæredem scripsit, tamen testamentum suum est effectum irritum, eo quia non fuit positum in memorialibus, secundum formam statuti: quia statutum editum propter † commune bo- 22
num ad occurrendum falsitatibus. *l. fina. C. de fideicommiss.* est seruandum in foro conscientiæ, si non inducat peccatum. *8. distinctione. in cap. quo iure. refert & sequitur dominus Alex. in l. nemo potest. in 11. col. ff. de legatis 1. Ad idem facit, quod egregie & notabiliter tenet Bald. in cons. 285. tertij voluminis incipiente, si quis iuris ciuilis originem considerat.* Vbi tenet, quod vbi lex ciuilis aliquid statuit, tale statutum etiam in foro pœnitentiali animæ seruandum est, nisi alias insit peccatum & dolus. *capit. quoniam omne de præscript.* alioqui esset dicere, quod vitio legis ciuilis multorum animæ essent illaqueatæ & damnatæ, quod videtur absurdum, cum leges excusent conscientiam à peccato, *vt ibi per eum.* ¶ Ad idem facit, quia filius vel

alius legitimus hæres non tenetur in foro con-
23 scientiæ dare aliquam † partem hæreditatis scripto
hæredi in illo testamento, quod postea apparuerit
non esse solenne secundum ius ciuile; quia cum fili-
q us retineat ab intestato, lege permittẽte, q ergo non
peccat. *23. quæstione 4. in c. qui peccat. secundum Bald. in l. si post diuisionem. C. de iuris & fac. igno. & in l. cum quis in 4. col. in versic. decimo probatur. eodem titulo. Et in quæstione per eum disputata, quæ incipit. statuto cauetur, quod fœnerator. in 3. charta. & in authentica, ingressi, in 8. col. C. de sacrosanctis eccl. Ang. in disputatione, quæ incipit, Astensis miles. in 17. colu. dominus Antonius de Butr. in c. nouit. in 12. col. de iudic. & in c. quia plerique. de immu. eccle. dominus Alexan. in d. l. nemo potest.* ¶ Ad idem facit; quia etiam
24 in foro conscientiæ † & animæ leges ciuiles attendi
debent, licet non apices iuris: *secundum Baldum in l. vnica. in 3. col. C. de confess.* Item statuta laicorum sunt
r seruanda etiam in foro conscientiæ: r *vt vult gl. in c. quæ in ecclesiarum. in gloss. 1. de constitu. & ibi Bald. in 1. col.* eam ad hoc notat & dicit, quod non reperitur alibi. Item leges ciuiles ligant etiam in foro conscientiæ, *ita notabiliter tenet Andr. de Iser. in c. 1. §. 1. ante finem*, de pace iuramento firman. Item leges ciuiles, quæ non continent in se peccatum, sunt obseruandæ etiam in foro pœnitentiali, & ista est communis conclusio secundum dominum Abbatem Panormi. *in proœmio decretalium, quod incipit, rex pacificus. in 2. col. & in 2. quæstione.* Idem & latius tenet idem dominus Abbas Panor. *in c. 1. in 2. col. de constit.* Vbi etiam dicit quod ista est communis conclusio, quod si lex ciuilis non est nutritiua peccati, quod seruãda est etiam in foro animæ. Nam ex quo lex iusta authoritate Dei est edita, & ipse Deus videtur edidisse per suos ministros *8. distinc. cap. quo iure. & prouerbiorum 8. per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. & idem etiam tenet dominus Abbas Panorm. in cap. 2. de testa. & in d. cap. quia plerique. in 3. colum. de immu. eccle.* ¶ Non obstant in oppositum adducta, quia procedunt quantum ad retinendum: quia scriptus hæres in testamento non solenni de iure ciuili, sed habente voluntatem & consensum testatoris, potest in foro conscientiæ
25 hæreditatem retinere, † si eam possideat, & non molestetur per alium prætendentem ius: ita proprie loquuntur superius in contrarium deducta. *Et ita etiam tenet Bal. in l. 1. in 2. col. C. de testa. Paul. de Castr. in l. ad testium. §. conditionem. ff. eodem. dominus Abbas Panor. in c. 1. in 2. colu. quod me. cau. Imol. in d. l. nemo potest.* Et propterea tenet Petrus de Anchara. *in regul. possessor. in 1. quæstione. de regu. iur. in 6.* quod institutus in testamento carente solennitatibus iuris ciuilis, & habẽte consensum purum testatoris, licite potest retinere talem hæreditatem in foro conscientiæ. Et ita in specie declarat & limitat dominus Alexan. doctor veritatis *in d. l. nemo potest. in 10. colum. & sequenti. ff. de legatis 1.* Et sic istud faceret, quod prædictus Ioannes Monsi, seu eius hæres, si possiderent hæreditatem dicti testatoris virtute secundi testamenti, quod possent eam retinere sine peccato, & sic in foro conscientiæ, quamuis in illo secundo testamento non fuerint postea adhibitæ solennitates requisitæ à iure ciuili, ex quo tale testamentum valet attento iure gentium, cum habeat voluntatem & consensum testatoris, si non molestarentur aliter per nobilem Petrum Pelegrinum, qui ab eis etiam multum bene potest sine peccato petere partem hæreditatis ex primo testamento, ex quo secundum non fuit solenniter publicatum, & sic sibi non præiudicat. Et ista procedunt, quæ secundo loco pro eius parte adduxi. Et ita, vt dixi, declarat & concordat dominus Alexan. *in d. l. nemo potest. in 10. & 11. col.* licet prædicta omnia non allegat. Et quod ita debeat di-
t stingui, t si quis possideat, & quis petat, facit bene textus *in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de militari testamento.*

ADDITIO.

a In scriptis.] Refert Rolan. cons. 36. quoniam nonnulli nu. 1. lib. 1. vide tamen tria remedia ad huiusmodi testamentum sustinendum vt per Cepol. caut. 88. multi sunt & Rolan. d. loco num. 20.

b Singularis.] Idem Ias. cons. 124. dico quod 2. numer. 5. supra lib. 1 vbi dixi. licet huius cons. non meminerim. addo Dilect. de arte testan. titul. 2. caut. 1. numero 3. vbi Iason hic citat.

c Interest.] Ceph. cons. 203. decisiue nu. 2. vbi hoc cons. refert Rolan. d. cons. 36. nu. 11.

d Quorum interest.] Refert Rolan. d. cons. 36. nu. 12.

e Fidem faciat.] Et hoc cons. citat Rolan. d. cons. 36. nu. 12. in fine.

f Præsumi non debet.] Natta cons. 512. fuit alias nu. 33. Grat. consilio 82. & si satis num. 24. lib. 2. latiss. reg. ponit ampliat & lim. Brun. tract. de forma & solen. de probat. & præsumpta formæ & solen. adhibit. columna 9. vers. capit. aliam regulam.

g Citandi.] Refert Ceph. d. cons. 203. num. 4.

h Iurare.] Rolan qui declarat d. cons. 36. nu. 13.

i Videndum iurare.] Refert Rolan. d. cons. 36. n. 14. & generaliter quod requiratur citatio ad videndum deferri iuramentum testibus Rolan. cons. 29. quæritur nu. 45. lib. 1. facit Ceph. d. cons. 203. nu. 3.

k Pronunciare.] Ias. d. publicati. col. 2. sub nu. 4. C. de testa. Rolan. d. cons. 36. nu. 17. vbi Ias. hic refert.

l Contestium.] Refert Rolan d. cons. 36. nu. 15.

m Æquiparentur.] Ias. l. naturaliter §. nihil commune col. 6. vers. & ad istam de acq. posl. l. apud Iulianum §. si Titius col. 2. in 5. not. de leg. 1. l. 1. colum. 1. versic. adde & iterum colum. vlt. versicul. ex 3. parte fortius de condi. indeb. l. vltim. § idem quæsiit. colum. 2. eo. tit. cons. 107. In præsenti colum. 4. vers. 1. dicitur & consilio 160. Visis colum. vlt. vers. hinc est infra lib 3. & alios plures more suo adducit Tiraq. l. si vnquam in præfat. nu. 99. C. de reuo. don.

n Calumniæ.] Rolan. d. cons. 36. nu. 10. Ceph. d. cons. 203. n. 1. vbi hoc consil. citant.

o Sigillet.] Rolan. d. cons. 36. nu. 4. vbi refert.

p Inualido.] Ias. cons. 227. pro enucleanda nu. 52. supra lib. 2 vbi dixi.

q Permittente.] Ias. l. nemo potest nu. 73. cum seqq. de leg. 1. Zanch l. hæredes mei. §. cum ita 3 par. nu. 62. ad Trebel. vbi allegat Vasq. in 1. tract. lib. 1. §. 2. numero 6. cum seqq. Vide tamen Ripam dubitantem. d. l. nemo potest numero 100. & seq.

r Conscientiæ.] Idem Ias. cons. 191. placet mihi col. 2. versi. nec huic supra lib. 2.

s Distingui.] Et huius cons. meminit Zanch. d. §. cum ita. 3. par. nu. 62.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXVIII.

THEMA.

VIso themate superius notato, legitimatione papali, & duobus testamentis, auito, & paterno, necnon dubitationibus hincinde probabiliter elicitis, & omnibus æquo

æquo libramine pensatis, tota difficultas consistere videretur circa legitimationem factam per Papam de dictis Petro Angelo, & Troylo filiis prius illegitimis quondam magnifici domini Vicinii de Vrsinis Baronis Romani, an de iure valeat, an vero censeri debeat surreptitia, & sic nulla, ex eo quia in dicta legitimatione nulla sit facta mentio de domina Violanta filia legitima & naturali prædicti domini Vicini?

SVMMARIA.

1 *Legitimatio existentibus filiis legitimis non prodest legitimatis: nisi quando fit per oblationem curiæ, vel per matrimonium. & n.35. vbi limitatur nõ procedere, quando fieret à Papa vel Imperatore.*

2 *Princeps etiam cum clausula,* non obstante, *non potest legitimare naturalem quo ad successionem, vbi sunt filij legitimi, quia auferret ius legitimis debitum, & daret naturalibus, quibus non debetur. & num.36. vbi reprobatur.*

3 *Legitimatio. In legitimatione, quæ fit viuo patre ab Imperatore vel Papa, debet fieri mentio, quod pater habebat alios liberos legitimos, & naturales sibi successuros, alias non valeret legitimatio ad præiudicium tertij: & hoc procedit, etiam si tale priuilegium legitimationis esset proprio motu concessum. Sed contra nu.10. & seqq. & iterum nu.24. & 37.*

4 *Citatio vel consensus filiorum legitimorum & naturalium est necessaria, quando pater in vita procurat legitimari filios suos spurios, quia inuitis legitimis & naturalibus fieri non potest legitimatio. & numero 41. vbi contrarium asseritur. & numer.42. & seq. vbi declaratur.*

5 *Imperator, qui habet præ oculis iustitiam publicæ honestatis, non potest legitimare filios spurios, existente filio legitimo & naturali, ita vt succedant pro virili cum legitimo. & nu.44. vbi hoc declaratur.*

6 *Legitimatio debet censeri subreptitia, quando si Papa fuisset certificatus, patrem habere filiam legitimam & naturalem, non ita de facili legitimasset. & nume. 45. vbi contra.*

7 *Legitimati non debent plus habere de bonis patris, quam vnus de filiis legitimis & naturalibus, qui minus habeat: vbi tamen quod non procedit, in legitimato per subsequens matrimonium. & numero 46. & sequenti.*

8 *Legitimati non veniunt appellatione filiorum legitimorum & naturalium nascturorum de legitimo matrimonio.*

9 *Testamenta & vltimas voluntates conseruari publice interest.*

11 *Feder. de Senis laudes.*

12 *Legitimatio est donum patris & principis, in quo non requiritur consensus legitimorum, quando pater precibus oblatis hoc impetrat ab Imperatore vel Pontifice.*

13 *Papa potest legitimare filios illegitimos in terris immediate subiectis ecclesiæ, tam quo ad temporalem, quam quo ad spiritualem iurisdictionem, etiam ad feuda, & etiam existente filia legitima & naturali.*

14 *Papa est supra legem, & Papa supra ius, & contra ius, & extra ius omnia potest, & est omnia & super omnia, & est sacrilegium disputare de eius potestate.*

15 *Papa potest dare potestatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam existentibus legitimis & naturalibus.*

Princeps potest dare potestatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam existentibus legitimis & naturalibus. nu.15.

16 *Papa faciens legitimationem, adiecta clausula,* non obstante, *videtur vti plenitudine potestatis, & potest legitimare etiam existente filia legitima & naturali.*

17 *Pater potest petere legitimari filium spurium in præiudicium filiorum legitimorum, tamen ipse filius naturalis vel spurius non posset hoc petere in præiudicium filiorum legitimorum.*

18 *Clausula, & quibusuis aliis constitutionibus & donationibus Apostolicis, nec non legibus imperialibus & statutis municipalibus qualitercunque roboratis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, sufficit ad derogationem legum & canonum contrarium vel aliter disponentium. & nu.38.*

19 *Papæ indulta cum clausula generali derogatoria legum non subiacent legibus imperialibus, cum distinctæ sint potestates.*

20 *Papa per clausulam,* & quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, &c. *intendit super omni defectu, & super omni impedimento dispensare ac legitimare.*

Princeps legitimans filium naturalem cum clausula derogatoria generali omnium obstantium, videtur saltem in genere cogitasse de filia legitima & naturali. nu.20. & 30.

21 *Cogitatio in genere sufficit quandoque.*

22 *Clausulæ geminatæ multum operantur, & enixam voluntatem testatoris ostendunt, & maxime quando adsunt verba multum vniuersalia.*

Verba, nullo modo, *sunt vniuersalia. n.22.*

23 *Testatoris dispositio intelligitur & declaratur secundum dispositionem statuti, præsertim loquentis ex testamento.*

24 *Filia semel exclusa perpetuo remanet exclusa.*

Statuto disponente, quod masculus excludat fœminam à successione patris vel aui, satis est tempore mortis eorum extitisse filium masculum, vt filia perpetuo excludatur. nu.24. Intellige nisi essent adiectæ dictiones suspensiuæ.

25 *Filios non extare vel extare, & non posse succedere sunt paria. & num.seqq.*

26 *Legitimatio filij naturalis fieri potest in præiudicium neptis legitimæ & naturalis, quãdo ea ex dispositione statuti excluditur per agnatos à successione.*

27 *Auth. licet. C. de natu. lib. ampliatur.*

28 *Statuta excludẽtia filias dotatas ex testamento vel ab intestato stantibus filiis masculis, habent locum in filiis etiam legitimatis. & nu.40.*

29 *Legitimatio est verus status legitimatorum, licet non sit verum principium.*

30 *Fœminæ non sunt admittendæ de iure, nec de consuetudine ad successionem castrorum, quæ armata manu defendere oportet.*

31 *Fœmina regulariter repellitur à feudo quinque rationibus.*

32 *Actum in dubiis debemus sustinere, vt potius valeat quam pereat.*

33 *Præsumptio iuris in dubiis non adaptatur ad impugnandum id, quod agitur, sed potius ad confirmandum.*

34 *Legitimatio est fauorabilis & amplianda, cum sit patris & principis donum.*

47 *Filia dotata, quæ ex forma statuti nõ succedit patri, non impedit legitimatos plus habere.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſißmę virginis nominibus pro veritatis & iuſtitię ſuffragio inuocatis.

1 DICTA legitimatio videtur prima conſideratione reddi nulla: eo quia legitimatio exiſtentibus filiis legitimis non prodeſt filiis legitimatis, † niſi in duobus caſibus, ſcilicet quan-
a do fit per oblationem curiæ, & per matrimonium:[a] vt eſt textus notabilis *in §. & generaliter. ad finem. in verſic. omnino enim. in authent. quibus modis natur. effic. ſui. per quem textum ita tenet Bar. in authent. item ſi quis. C. de natur. lib. dom. Alexand. in conſil. 187. quinti voluminis, incip. Videretur prima conſideratione dicendum. in 2. colum. Et eſt ſimilis text. in §. ſi vero ſolummodo. ad finem. in authen. quibus modis natur. effic. legitim.* Sed in caſu prælenti adeſt filia legitima & naturalis, & legitimatio iſta non fuit facta per oblationem curię, nec per ſubſequens matrimonium, ergo nõ debet prodeſſe ipſis legitima-
b tis. Imo fortius tenet Andr. de Iſern. [b] *in c. naturales. in 1. colum. ſi de feud. fue. controuer. inter do. & agna.* quod
2 princeps etiam cum clauſula, *non obſtante*, † non poteſt legitimare naturalem, quantum ad ſucceſſionem, vbi ſunt filii legitimi, quia auferret ius debitum legitimis, & daret naturalibus, quibus non debetur: quia legitimi eam habẽt à iure diuino, quod princeps immutare non poteſt: *vt per gloſſ. in l. finali. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* Nam filius legitimus eſt natus ex matrimonio inſtituto à Deo. *31. quæſtion. 1. capitulo finali.* vbi eſt communicatio diuini iuris, *l. 1. ff. de ritu nupt. & Inſtit. de patr. pot. in princip.* & ſi filius, ergo hæres: *vt dicit Apoſtolus: & vt ibi plenius per eum refert & videtur ſequi Alexander in præallegato conſilio 137. quinti voluminis, in ſecunda columna. & in conſilio ſequenti, quod incipit, Perſpectis verbis dicti priuilegij. in prima col.* ¶ Secũdo principaliter iſta legitimatio videtur reddi ſurreptitia, & conſequenter nulla, ex eo, quod in
3 legitimatione, quæ fit viuo patre, † ab Imperatore, vel à Papa, debet fieri mentio, quod pater habebat alios liberos legitimos & naturales ſibi ſucceſſuros: alias ſi hoc nõ exprimeretur principi vel Papæ, non videtur valere talis legitimatio ad præiudicium tertii: *vt §. illud. & §. ſi quis ergo filios non habens. in authentic. quibus modis natural. effici. ſui. & in §. ſi quis ergo non habens filios. & §. liceat. & in § ſi igitur licentia. in fine. in authentic. quibus modis natur. effic. legit.* eo quia modus legitimandi fuit adinuentus in defectum legitimorum, & in defectum non habentium prolem legitimam. Et iſta eſt cauſa, quæ facilius inducit mentem principis vel Papæ ad concedendum legitimationem, ex quo pater non habet alium filium legitimum & naturalem, & ideo non valet legitimatio, niſi appareat principem certificatũ fuiſſe, quod iſte pater alios legitimos & naturales ſibi ſucceſſuros
c habebat. [c] Ita tenet Iacobus de Belui. *in §. & quoniam. in authentic. quibus modis natu. effic. ſui.* Ioannes Andreas *in addition. Speculat. in titul. de ſucceſſ. ab inteſta. §. fin. in verſ. penult. qui incipit, ſed ex facto. in princip. dom. Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitim. poſt medium. in 27. colum. & ibidem dominus Abb. Panorm. in 8. colum. ad finem. & dominus Anton. de But. in conſilio 2. incipiente, Viſis literis legitimationis. Paulus de Caſtro in conſil. 223. quod incipit, Super eo quod primo loco quæritur. in 4. & 5. colum. Ludouic. Roman. in conſilio 194. quod incipit, in propoſita conſultatione primo videndum occurrit. in 2. dubio. do. Alex. in conſil. 25. primi volum. incip. Circa primum dubium, quo quæritur, an per exiſtentiam. in 5. col. & in conſil. 67. primi volu. incipiente, Conſideratis his quæ in themate narrantur. in 10. col. & Fran. de Aret. in conſil. penul. incipiente, Magnifici & excelſi domini. in pen. col. circa fi. & vlt.* Cum ergo in prælenti legitimatione nulla ſit habita mentio de filia legitima & naturali, ergo videtur, quod reddatur ſurreptitia, & conſequenter nulla. Imo fortius, etiam ſi tale priuilegiũ legitimationis eſſet proprio motu conceſſum: quia Papa & princeps ex proprio motu indulſiſſent, non facta mentione, quod pater haberet alios liberos legitimos & naturales, adhuc legitimatio vitiaretur; quia motus proprius concedentis non firmat reſcriptum vel priuilegium contra ius alterius: *vt in cap. ſi motu proprio. de præbend. in 6. ita tenet dominus Antonius de Butrio in d. cap. per venerabilem. in 28. columna.* ¶ Tertio facit; quia quando pater in vita vult facere legitimari filios ſuos ſpurios, & habet alios filios legitimos & naturales, † quia 4
eis inuitis non poteſt facere illos legitimari: *vt authent. item ſi quis. C. de natur. liber.* requiritur conſenſus vel citatio filiorum legitimorum & naturalium. Ita tenet notabiliter [d] Bald. *in l. nam ita diuus. in 1. col.* d
circa prin. ff. de adopt. refert & ſequitur dom. Alexan. in l. ex facto. in princip. in 9 col. ff. de vulga. & pupilla. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe Florentiæ. Et ibi addit Imol. & Gemi. in c. grandi. de ſupplen. negli. prælа. in 6. & tex. in l. 1. & 2. ff. de nat. reſti. quamuis referat, quod dom. Antonius *in d. cap. per venerabilem.* dicat, quod pater poterit legitimare ſine conſenſu & citatione aliorum legitimorum & naturalium: prout dicit latius ſe dixiſſe in illo ſuo conſilio. ¶ Quarto facit, quod egregie dicit Bald. *in cap. filij nati ſi de feud. fuer controuerſ. inter dom. & agnat.* vbi dicit, quod licet Imperator † poſſit legitimare filios 5
ſpurios exiſtente filio legitimo & naturali, ita quod ſuccedant pro virili cum legitimo, prout plene notatur *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. per Modern. ff. de libe. & poſthum.* tamen Imperator, qui hoc facit, videtur eſſe vnum pecus, & non habet præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis, nec conſiderat, quod per ſolas nuptias conſeruatur elegans genus humanum: [e] *vt* e
in authent. de nupt. in princ. vbi text. dicit, quod nuptiæ immortalitatem præſtant humano generi: *& concordat l. 1. ff. ſolut. matrimon. ita ibi pulchre Bald.* ¶ Quinto facit: quia ſi Papa fuiſſet certificatus, quod dominus Vicinus habuiſſet filiam legitimam & naturalem, ſaltem non ita de leui & facili legitimaſſet illos duos filios ſpurios: † ergo talis legitimatio debet 6
cenſeri ſubreptitia: *per textum notabilem in cap. poſtulaſti. in ver. b. de leui non ſcribimus. de reſcript. quem tex. dominus Abb. ibi in vltimo notabili dicit tenendum ſemper menti, quia non eſt alibi in iure.* Et ex eo colligit, quod ſubreptio vitiat literas, nõ ſolum quando fuit cauſa inductiua & finalis gratiæ ſeu reſcripti, ſed etiam ſi fuit

cauſa

causa impulsiua: vt quia princeps alias concessisset,
f cessante subreptione, sed nõ ita de facto. f Idem tenet dominus Abbas *in cap. caterum. in primo notabili. & in c. super literis. in 5. col. de rescript. & in cap. præterea. 1. de iure patron.* Facit tex. *in c. ex literis. & ibi dom. Abb. ad hoc notat de dolo & contu. & text. in c. si proponente. in verb. licet minus competens. de rescript. & text. in cap. si motu proprio. in verb. modicum. de præben. in 6.* Et illum tex. *in d. c. postulasti.* etiam ad hoc dicit esse reputatum singularem D. Alexander *in consilio 114. primi voluminis, incipiente, Ponderatis his, quæ narrantur in themate. in tertia colum. ad fin.* ¶ Sexto facit, quia posito adhuc, sine veri præiudicio, quod legitimatio ista valeret, tamen filii legitimati non debent plus habere de bonis patris,
7 quam † vnus de filiis legitimis & naturalibus, qui
g minus habeat: g *textus est notabilis in §. & quoniam. in verb. & non amplius. in authent. quib. mod. natu. effi. sui.* Et ibi Ang. dicit not. singulariter istum textum, quod filio legitimato pater non potest relinquere in vltima voluntate, vel donare plus, quam habeat vnus filiorum legitimorum, qui minus habebat, & credit hoc esse verum, siue filius sit legitimus per oblationem curiæ, siue aliis modis, excepto quod per subsequens matrimonium: quia vbi per matrimonium fit legitimatio, vere restituitur ei ius legitimorum, & ab initio censentur fuisse legitimi, §. *si vero solum. in authent. quibus modis natur. effic. legit. facit textus in ca. tanta. qui filij sint legi.* Istud idem, quod filiis legitimatis non possit relinqui, nisi quantum vni legitimorum, cui minus relinquitur, *tenet etiam Bald. in cap. per tuas. de maio. & obed. per tex. quem ad hoc dicit esse vnicum in iure in d. §. & quoniam.* & dicit, quod ita debet etiam intelligi priuilegiũ Imperatoris, quo cauetur, quod legitimati succedant vna cum legitimis. Item si statuto cauetur, quod filia non succedat nisi in vncia, ista fœmina limitat masculum legitimatum. Item in testamento satis est relinqui legitimato, quantum satis est relinqui legitimo minus habenti. Ita idem notabiliter Baldus refert, & simpliciter sequitur dominus Alexander *in l. necessarius. in pen. col. ff. de acquir. hæred.* Ergo in proposito, dato etiam quod legitimatio valeret, non obstante subreptione, & quod de filia legitima & naturali non fit facta aliqua mentio in ipsa legitimatione, tamen isti duo filii legitimati non possent habere vniuersalem hæreditatem, præsertim in dominiis, terris, castris, villis, oppidis, possessionibus, & tenutis domini Vicini eorum patris, & domina Violanta filia legitima & naturalis solum haberet mille floren. vltra dotem sibi promissam, & aliam dotem maternam, quę omnino erat sibi debita: cum, vt dixi, filii legitimati non possint in vltima volũtate plus habere de hęreditate patris, quam vnus de legitimis & naturalibus, qui minus habeat. ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod de ipsa domina Violanta ideo non erat facienda mentio in ipsa legitimatione; eo quia ipsa & omnes fœminæ reperiuntur exclusæ à successione per testamentum auitum magnifici do. Petri Angeli Vrsini aui paterni, disponentis, q̃ nulla filia fœmina possit aliquo modo hæreditare, neq; succedere, sed quod dotes conuenientes tantum & condignas habere debeãt. Et propterea do. Vicinus eius pater, sequendo voluntatem dom. Petri Angeli sui patris, substituit filiis suis legitimatis alios extraneos, & eam hæredem particularem fecit. Vnde per dationem substitutorum extraneorum ipsam excluserit ab vniuersali successione, ergo de ea non debuit fieri mentio in legitimatione, ex quo ipsa non erat successura, vt voluntiura superius in 1. fundamento adducta; quia respondetur, quod ipsa filia legitima & naturalis non est excluſa per testamentum auitum, nisi existentibus filiis legitimis & naturalibus, vt ex serie testamenti auiti apparet. Nec de legitimatis intellexit auus paternus. Primo, quia verba testamenti sui
8 sunt clara, ibi, † & alios filios legitimos masculos nascituros ex dicto domino Vicino ex legitimo matrimonio. Secundo, quia dictus auus erat persona nobilis, & Baro Romanus, vnde non præsumitur de talibus legitimatis cogitasse, *l. ex facto. §. si quis rogatus. in verb. ex dignitate. vbi Bartolus & alij notant, ff. ad Trebell. cum multis concordantiis traditis per dominum Alexand. ibi, & in l. generaliter. §. fin. C. de instit. & substi.* ¶ Per ista videretur prima consideratione posse in casu præsenti concludi, quod dicta legitimatio non valeat, quo stante tales filii redduntur incapaces successionis paternæ, & vniuersalis successionis, & sic videretur, vel quod filia legitima & naturalis admitti debeat, vel quod testamentum domini Vicini à secundo gradu, & sic à substitutione incipere debeat: *per text. in l. 3. §. fin. ff. de liber. & posthu. & in l. ex facto. §. Lucius. & in l. si pater filium. ff. de vulgar. & pupillar. & in l. filius familias instituatur. ff. de hæred. insti.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem ex infrascriptis fundamentis, ex quibus remanebunt sublata, quæ superius in oppositum adducebantur. Agitur in præsenti causa de admittendis ad hæreditatem paternam duobus filiis legitimatis, excluſa filia legitima & naturali, particulariter tamen hærede instituta, & exclusis extraneis, qui sunt substituti in casu, quo ambo legitimati decederent sine filiis masculis. Pro filiis legitimatis adest legitimatio Papæ concessa ad supplicationem patris viuentis. Item adest testamentum patris, qui eos fecit per Papam legitimari, & eos instituit hæredes vniuersales, & filiam legitimam & naturalem in particulari instituit hæredem, & prohibuit, quod plus de bonis ipsius testatoris petere nõ posset quacunq; ex causa: vnde concurrente tam enixa voluntate patris, quæ colligitur ex legitimatione, & eius testamento, non parũ adducor ad consulendum pro istis filiis legitimatis, cum nihil sit, quod magis hominib. debeatur, quam vt supremæ eorum voluntates effectum sortiantur: *vt inquit tex. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle.* Item causa conseruationis † testamenti, & voluntatis testatoris 9
concernit publicam vtilitatem. *l. vel negare. ff. quemadmodum testam. aper. & est textus melior de iure in l. Gallus. §. quid si is. in verb. vtilitate. & ibi Baldus & alij ad hoc notant, ff. de liberis & posthumis.* ¶ Moueor in primis, quod ista legitimatio, quam pater viuens fieri fecit, valeat, † dato quod in ea non sit facta aliqua men- 10
tio filiæ legitimæ & naturalis, per decisionem Federici de Senis in terminis nostris h *in consilio 57. incip. Videtur mihi, quod in priuilegio legitimationis.* vbi tenet, quod in priuilegio legitimationis non sit necessaria mentio seu nominatio de existentia nepotum ex filia præmortua, quia nulla lege cauetur. Nam pater potest facere legitimari filios naturales,

siue

siue habeat alios legitimos, siue non: *vt §. fin. cum sua materia. in auth. de incest. nupt. & notatur §. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* Et alia ratio est: quia semper legitimatio prætendit incommodum aliorum, qui successuri erant, legitimatione non facta, ergo qui petit se legitimari, nihil aliud petit quam se admitti ad bona patris, & quod sit successor ipsius patris, qui non erat ante legitimationem obtentam. Ergo non videtur necessario mentionem habendam de his, qui erant successuri patri. ita formaliter tenet ibi Feder. de Sen. & Feder. de Sen. quem virum magnæ scientiæ appellat Ioan. *in c. vnico. de mat. & obed. in 6. & ibi Gemi. post eũ in 4. col.* Alibi Bal. *in l. si quis ad declinandum. in 8. col. C. de episc. & cler.* appellat Fede. de Sen. recolendæ memoriæ patrem & dominum suum, & *in* 11 *seq. col.* dicit Feder. de Senis † esse præcipuum decretorum doctorẽ inter cunctos de mundo. Idem Feder. de Senis fuit excellentissimus Doctor; *secundum Paulum de Cast. in l. legatum. in fin. ff. de legat. 1.* Istam decisionem Federici de Senis expresse refert & consulendo sequitur Bald. *in cons. 56. secundi volum. quod incipit, An pater qui fecit legitimari filios.* & ibi dat Bald. ra-
12 tionem, quia legitimatio est quoddam † donum patris & principis, *authentic item si quis. C. de natur. liber.* in quo non requiritur consensus legitimorũ, quando pater precibus oblatis hoc impetrat à Cęsare vel à Papa, sicut quilibet iure suo vtens, vel donans, vel in mari proiiciens; *iuxta notata per glossam in lege prima. C. de inofficios. donation. & per hoc etiam adducit l communium. in fine. C. de natur. liber. quod notat Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff de libe. & posthu.* & dicit, quod hoc consulendo tenuerunt venerabilis recordationis Doctores, dominus Federicus de Senis, & dominus Grisolus de Montepoliciano *in dicto consilio 57. quod incipit, Videtur mihi.* Nec per hoc dicitur eripere ius aliis filiis, vel nepotibus sibi successuris; quia libera propria vtitur potestate, *arg. §. fin. in auth. de incest. nuptiis.* ¶ Nec obstat secundum eum auth. *item si quis. C. de natural. liber.* quia priuilegium Cæsareum tollit contrarium, illi authenticæ derogando; *vt notatur in §. finali. in authentic. quibus modis natural. effic. sui.* Idem tenet Baldus *in consil. 15. quinti voluminis, incipien. Primo est videndum de legitimatione.* vbi tenet, quod valeat legitimatio filiorum legitimatorum impetrata per patrem, dato quod non fuerint citatę sorores legitimę, nec de eis facta mentio, motus; quia Imperator in ista materia legitimationis, per quam reditur ad simplex ius naturæ, vbi non fiebat distinctio naturalis atque legitimi, omnia potest; *vt notatur in § finali. in authent. quibus modis natur. effi. sui.* Et vbi parentes supplicant pro tali legitimatione, talis legitimatio valet, quamuis non fuerint citatæ sorores legitimæ, & nulli alii citati; *vt notant Doct. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum.* ¶ Secundo principaliter moueor; Nam Papa legitimauit istos filios, qui erãt illegitimi in terris immediate subiectis Romanæ ecclesiæ, tam quo ad temporalem, quam quo
13 ad spiritualem iurisdictionem, † & eos specialiter
i legitimauit ad feuda; *iuxta gloss.* i *ordinariam in capit. naturales. in gloss. vnica. ad fin. si de feu. fuer. controuer. inter dom. & agna. quam sequuntur Iac. de Belui. And. de Iser. Bal. & Iac. Alua. ibi. & dicit ibid. Iac. Alua. in 3. col. quod communiter scribentes sequuntur illam gloss.* Vnde Papa potuit istos filios illegitimos legitimare, etiam existente filia legitima & naturali, cum sit lex animata in terris; *vt §. fin. in authent. de consuli.* Item Papa k est supra k
† legem, *cap. proposuit. de concess. præbend. l. princeps ff.* 14
de legibus. Item Papa supra ius, & extra ius omnia potest, secundum Baldum *in capitu. cum super in 1. colum. de caus. possess. & proprieta.* Nam Papa est omnia, & super omnia, secundum Baldum *in capitulo 1. qualiter domin. à propriet. priuet.* Vnde sacrilegium est disputare de potestate Papæ, *l. disputari. C. de crimi. sacrileg.* intantum quod dubitans de potestate Papę, dubitat de fide catholica, & tanquam sacrilegus est censendus; *secundum Bald. in consil. 477. primæ partis, incipiente, Quæritur vtrum Papa.* Imo fortius omnes Scribentes fatentur, quod Papa seu princeps posset dare potestatem Comiti † Palatino legitimandi filios illegiti- 15
mos: etiam existentibus legitimis & naturalibus: l *vt* l
notat Bald. in l. cum filius. in princip. ff. de milit. testam. Pau. de Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & consil. 223. incipiente, Super eo quod primo loco quæritur. dominus Alexander in consilio 187. quinti voluminis. incipiente, Videretur prima consideratione dicendum. in 7. col. vbi dominus Alexand. dicit omnes Doct. istud fateri. ¶ Tertio principaliter moueor. Nam Papa fecit istam legitimationem, adiecta clausula, *non obstante*, † per 16
quam videtur vti plenitudine potestatis: *iuxta gloss. in capit. ad hæc. de rescriptis.* Et tunc potest legitimare etiam existente filia legitima & naturali: m per id m
quod habetur *in §. fin. in authent. quibus modis natur. effici. sui. & est de mente gloss. in dicto capit. naturales. & ibi Iac. Aluar. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agn. & ita tenet Iac. de Belui. in §. & quoniam. in authent. quib. modis natu. effic. sui. Salyc. in auth. item si quis. i. C. de nat. lib. Ioan. de Imola in cap. nisi cum pridem. §. persona. de renunt. dominus Alexan. in l. ex facto. in princip. in 9. colum. ff. de vulg. & pupilla. & in dicto consilio 187. quinti voluminis. in 6. colum. ad finem. vbi dicit istam esse communem conclusionem Doctorum. & idem dominus Alexander in consilio penultimo, quinti volum. quod incipit, Perspectis verbis dicti priuilegij. in penul. col. vbi etiam dicit, quod istud communiter tenetur. Imo fortius tenet Ang. §. si quis igitur. 1. ad fin. in auth. quib. mod. nat. effic. sui.* per illum tex. per quem vltimo notat ibi esse casum, quod pater possit facere legitimari filium spurium in præiudicium filiorum legitimorum, tamen † ipse filius naturalis, vel spurius semet 17
non posset facere legitimari in præiudicium filiorum legitimorum. Ex quo colligit optimum argumentorum, quod Comes sacri Palatii, qui habet potestatem legitimandi filios naturales ex priuilegio imperiali, nõ posset legitimare naturales ad petitionem ipsorum naturalium, existentib. filiis legitimis sed bene posset legitimare ad petitionem patris, etiam existentibus filiis legitimis & naturalibus. Ergo multo fortius ipse Papa, vel ipse Imperator. Refert & sequitur dom. Alex. *in d. l. ex facto. in princ. in 10. col. ff. de vulg. & pupill.* quamuis istud vltimum dictum Angel. ipsemet dominus Alexander *in dictis duobus consiliis proxime relatis*, dicat se non ponere pro constanti, tamen illud aliter non impugnat, & (vt dixi) ipsemet dominus Alexander sequitur *in illa leg. ex facto.* Sed circa hoc vltimum non est aliter insistẽdum in casu præsenti, in quo legitimatio fuit facta per Papam, & nõ per Comitem Palatinum. ¶ Quarto moueor. Nam in isto priuilegio Papali legitimationis adest clausula sic formaliter concepta, videlicet, &

quibusuis

quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, nec non legibus imperialibus, & ſtatutis municipalibus quatitercunque roboratis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantib. & in dicta clauſula formaliter conſuluit Per. n de Anch. n *in conſ. 337. incip. Viſo diligenter tenore indulti apoſtol. in 2. columna.* quod iſta clauſula ſic formaliter 18 concepta, † vt retuli, ſufficit ad derogationem legum & canonum contrarium vel aliter diſponentium. Et idem operatur iſta generalis derogatio quo ad omnia ſub genere comprehenſa, quod operaretur ſpecialis quo ad ſpeciē. *l. duo. de admi. tut. & l. omnes. C. de quadrien. præſcrip. & ca. ſi ſacerdos. de off. ordin.* Item ſecundum eum iſtud eſt quoddam priuilegiū, quod priuat legem, ſiue eam corrigit in hoc caſu: & ideo tantum eſt dicere hoc caſu, non obſtante aliqua lege, ac ſi diceret, non obſtante nominatim tali lege, præſuppoſita ſcientia principis, vel Papæ, qui præſumitur habere ſciētiam omnium legum, *l. omnium. C. de teſtam. c. 1. de conſtitut. in ſexto. iuncta regula l. 2. & 3. ff. de liber. & poſthum.* Præterea Papa priuilegiando dictos legitimos voluit legibus & canonibus contradicentibus derogare: quia priuilegium eſt priuans legem; *vt 3. diſtinct. cap. priuilegia. Et ita dicit tenere Hoſtienſ. in ſumma ſua in tit. de reſcript. in §. quas vero. in verſ. ſi vero ſit contra ius. & in verſic. ſequenti. Allegat etiam plene notata per Ioan. And. in c. 1. de exceſſ. præla. in 6. in nouella.* & ſubdit, quod poſito, quod in hoc reperiretur lex ciuilis derogatoria, & prohibēs expreſſe hoc à principe impetrari, vel diſponens talem impetrationem irritam eſſe, quod tamen ſecundum eum non dicit ille, *§. fin. in authentic. quibus modis natural. effic. ſui.* tamen cum hic non ſimus in terris imperii, ſed eccleſiæ Romanæ, prout etiam eſt in caſu noſtro, non debet tale indultum apoſtolicum regulari ſecūdum leges ciuiles: quia neque Imperator habet in dicto territorio aliquam poteſtatem, nec aliquod imperium: *vt in clement. ne Romani. de iureiurando.* Nec indulta Papæ, maxime cum dicta clauſula generali de- 19 rogatoria legum, † debent ſubiacere legibus, cum diſtinctæ ſint poteſtates. *96. diſtinction. cap. cum aduerum. ita formaliter tenet ibi Petrus de Ancharano.* Et eum etiam formaliter refert & ſequitur dominus Alex. *in præallegato conſilio 187. quinti voluminis. in 7. columna. & ſeq.* Ergo in terminis noſtris vigore dictæ clauſulæ derogatoriæ, ſic vt ſupra conceptæ, & ex deciſione ſpecifica Petri de Ancharano in conſilio præallegato, apparet derogatum eſſe per Papam omnibus legibus & canonibus contradicentibus huic legitimationi, & conſequenter legi ciuili diſponenti, quod in legitimatione debebat fieri mentio de filia legitima & naturali. ¶ Quinto facit: Nam Papa per dictam clauſulam derogatoriam ſupra proxime 20 relatam intendit ſuper omni defectu, † & ſuper omni impedimento diſpenſare ac legitimare, præſertim dum dicit, *quibuſcunq; legib. imperialibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus.* Ex quo ergo derogat legibus imperialibus & cæteris omnibus, quæ contrariantur, ergo videtur ſaltem in genere cogitaſſe de iſta obiectione filiæ legitimæ & naturalis, cum videatur implicite cogitaſſe de omnibus defectibus, qui eſſe poſſent in tali legitimatione, quos omnes tollere voluerit. Vnde poſito quod ignorauerit, qui & quales eſſent, tamen ex quo fuit iſtius propoſiti omnes tollere, ſi ſciuiſſet, dico quod omnes ſunt ſublati. o caſus eſt *in l. qui iure militari. ff. de mil. teſt.* o Poteſt enim de aliquo vel aliquibus cogitari generaliter, † licet non ſpecialiter, *l. ſub prætextu ſpecierum.* 21 *in fin. vbi hoc bene probatur. C. de tranſactio. Ita ad literam tenet Pau. de Caſt. in conſil. 221. incipiente, Super puncto iſto plura ſubtiliter & copioſe ſcripta ſunt, &c. ad fin. Et idem etiam vult Ioan. And. in cap. 1. de exceſſ. prælator. in 6. in nouella.* ¶ Sexto principaliter multum moueor pro hac parte; quia iſta filia legitima & naturalis erat omnino excluſa per teſtamentum auitum, vt nullo modo ſuccedere poſſet, per clauſulas geminatas in illo teſtamento appoſitas, quarum prima eſt, quod nulla filia fœmina poſſit aliquo modo hæreditare, neque ſuccedere, ſed quod dotes conueniētes tantum habere debeant & condignas, prout etiam dotatæ fuerunt aliæ duæ neptes ipſius teſtatoris. Secunda clauſula eſt de filiab. fœminis à ſucceſſione ſemper & in perpetuum totaliter excludendis, etiam ſi ipſemet teſtator aliam vxorem caperet, & ex ea filias fœminas procrearet. Clarum eſt autē, quod tales clauſulæ geminatæ † multum operantur, & enixam vo- 22 luntatem teſtatoris oſtendunt, p *l. baliſta ff. ad Trebell.* p *Bal. in c. eam te. in 2. col. de reſcrip. & in l. fructus. C. de actio. empt.* Præſertim cum adſint verba multum vniuerſalia, ſcilicet *aliquo modo, ſemper, & in perpetuum totaliter excluſis*; prout de dictione, *nullo modo,* q eſt gloſ- q ſa notabilis *in clement. 1. in verb. concedatur. de ætate & qualitate. quam ad hoc notant & reputant ſingularem Angel. & Ioan. de Imol. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. & Io. de Im. in c. 2. extra eodem. de teſta. dominus Alex. in l. ſi. C. de teſta. milit. facit tex. notabilis in §. ſanctiſſimas. in authen. de alie. & emphy.* Similiter dictiones, *ſemper & in perpetuum excluſis*, etiam multum operantur, vt in iuribus prælegatis. & de dictione, *ſemper*, habetur ordinarie, *l. 1. ff. ſol. mat.* Ergo cum iſta filia legitima & naturalis fuerit ſemper & in perpetuum excluſa, ergo nullo vnquam tempore ad ſucceſſionem admitti poteſt. ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quod dicta filia legitima & naturalis intelligatur excluſa in teſtamento aui paterni, ſcilicet exiſtentibus maſculis, & de legitimo matrimonio procreatis: ergo eis non exiſtentibus, prout nunc nō exiſtunt, ipſa nō intelligitur eſſe excluſa ſed vocata: quia dico, quod vigore ſtatuti vrbis Romę, de quo dicam infr. in ſequenti fundamento, filiæ fœminæ vel nepotes dotatæ à patre, vel ab auo condito teſtamento non ſuccedunt, ſed ſint cōtentæ dotibus, & nihil vltra cōſequi poſſint, etiam non extantibus filiis vel nepotibus maſculis. Vnde diſpoſitio teſtatoris intelligitur & declaratur † ſecun- 23 dum diſpoſitionem ſtatuti, præſertim loquentis ex teſtamento. r *ſecundum Bart. & alios in l. hæredes mei. §.* r *cum ita. & in l. hæredib. §. 1. ff. ad Treb. & in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. Saly. in authen. item hæreditas. ad ſi C. de bo. quæ li.* Nam teſtator cenſetur cogitare illud, quod lex vel ſtatutum diſponit: *ſecundum Bal. in l. precibus. in 13. col. C. de impuber. & aliis ſubſtit. argum. l. ſi duo ff. de acquirend. hæred.* ¶ Secundo reſpondetur, quod ex quo in teſtamento auito ſunt verba admodum præciſa, & in perpetuum excludentia fœminas, nec adſunt aliqua verba ſuſpenſiua, videlicet quouſque vel donec, vel quoad fuerint filii maſculi: *vt declarat Bartol. in l. fin. §. 1. in 2. colum. ff. ad Tertullian. & in conſilio ſuo 20. quod incipit, Factum ſic ſe habet, quidam dominus Iacobus. in 1. & 2. columna.* Ergo cum tempore mortis aui paterni

paterni supereſſet eius filius maſculus, ſcil. dominus Vrſinus, & duo nepotes legitimi & naturales, ſcilicet dominus Bertholdus, & Ioannes Robertus, qui erãt fratres legitimi & naturales iſtius dominę Violantæ filiæ legitimæ & naturales. Ergo cum per eos ſemel fuerit excluſa ab vniuerſali hæreditate aui paterni, intelligitur in perpetuum remanere excluſa, dato, quod poſtea filius & nepotes maſculi ſint mortui poſt auum paternum: *prout decidit Bartolus in d.l.fin.§.1.ff.ad Tertullian.* vbi determinat, quod ſtante
24 ſtatuto, quod maſculus excludat fœminam † à ſucceſſione patris, vel aui, ſatis eſt, quod tẽpore eorum mortis extiterit filius maſculus, ad hoc vt fœmina ſ perpetuo excludatur. ſ *Idem tenet notabiliter Bal.in c.1. §.cum etiam.in ſecundo notabil.per illum tex.in tit.epiſc.vel abbat.* vbi notat ex illo text. quod fœmina ſemel excluſa à maſculo, in perpetuum eſt excluſa, ita quod mors maſculi deinceps non patrocinatur fœminæ: quod ſecundum eum eſt notatu dignum ad ſtatuta, quæ dicunt, quod patre moriente cum maſculis fœmina non ſuccedat. Nam licet maſculi mortuo patre ſine liberis moriantur, tamen non patebit locus fœminæ, niſi ſtatutum diceret, quod filia fœmina non ſuccedat, donec, vel quouſque maſculus ſuperest. Nam tunc non eſt excluſa à ſucceſſione, ſed ſuſpenſa, vt ibi per eum. Et idem tenet Baldus *in auth. ſed & ſi quis. in quarta columna. & in l. in quibus. C. de ſecundis nuptiis. & in l.ſi quis poſthumos. §.1.ff.de lib.& poſthum. & in l. cum vxori. C. quando dies legat. ced. dominus Franciſcus de Aretio in conſilio 159. incipiente, Viſo puncto ad me tranſmiſſo. in penultima columna. circa finem.* Ergô cum iſta filia legitima & naturalis nullo modo eſſet ſucceſſura, de ea non debuit fieri mentio in legitimatione: quia Doctores ſuperius in oppoſitum adducti, qui volunt, quod in legitimatione debeat fieri mentio, quod pater habebat filios legitimos & naturales, loquuntur, quando erant ſucceſſuri ipſi
25 patri; eo quia paria † ſunt filios non extare vel extare, & nõ poſſe ſuccedere. *l.2.§.ſed ſi ſint ſui.ff.ad Tertul. l.1.§.fin.ff.de contra tab.l.ſi necem.§.ſi deportatus. ff.de bon. libe.* ¶ Confirmo per illud, quod decidit Paul. de Caſtro *in conſil. 226. incipiente, Dicendum eſt, dictam hæreditatem pertinere.* vbi tenet, quod legitimatio potuerit fieri in præiudicium neptis legitimæ & naturalis
26 ex filia legitima prædefuncta, † poſtquam vigore ſtatuti per agnatos à ſucceſſione excluditur: & ſic talis legitimatio ſibi non præiudicat, quamuis ibi Comes Palatinus haberet poteſtatem legitimandi limitatam, ſcil. ſine præiudicio legitimorum. Nam intelligitur de legitimis, qui poſſunt ſuccedere, non autem de illis, qui ſunt excluſi ex forma ſtatuti, & ſic ſuccedere non poſſunt: vt ibi per eum. Ad idem facit, quod notabiliter decidit Ludouicus Romanus *in conſilio quadrageſimotertio, incipiente, Ad primum quæſitum breuiter dicendum eſt, Franciſcum.in 3.dubio.* vbi tenet, quod authent. *licet.* & in corpore vnde ſumitur. C. *de natur. liber.* quæ diſponit, quod pater poſſit relinquere filiis naturalib. totam ſuam ſubſtantiam, quando non habet legitimam ſobolem vel paren-
27 tes, † procedit etiam, quando haberent filias, quæ non poſſent ipſi patri ſuccedere [t] vigore renuntiationis factæ cum iuramento: *iuxta capitul.quamuis de pact.in 6.* eo quia, vt etiam dixi ſupra, paria ſunt filios non extare, vel extare, & nõ poſſe ſuccedere, *l.1.* §. *ſi ff. de contra tab. & l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bon.liber. & reputat eſſe ſuum nouum dictum & veriſimum.* Prædicta planius procedunt, cum iſta filia legitima & naturalis fuerit totaliter excluſa ab vniuerſali ſucceſſione, non ſolum ex teſtamento aui paterni, quod ſupra proxime retuli, ſed etiam ex teſtamento patris proprii. Nam pater ſequendo voluntatem primi teſtatoris patris ſui in eius teſtamento, dictam dom. Violantam eius filiam legitimam & naturalem hæredem particularem inſtituit in dote ſibi promiſſa, & vlterius in mille florenis, & voluit eam eſſe contentã, & ꝙ plus de bonis ipſius teſtatoris petere non poſſit quacunq; occaſione vel cauſa; & duobus filiis maſculis hæredib. vniuerſaliter inſtitutis ſubſtituit certos extraneos, per quorum ſubſtitutionem dicta filia legitima & naturalis remaneret omnino & penitus excluſa, dato etiam, quod legitimatio non valeret, & teſtamentum do. Vicini tunc inciperet à ſecundo gradu, & ſic à ſubſtitutione. *l.3.§.fi.ff.de libe.& poſthu.cum aliis concord.ſuperius alleg.* ¶ Septimo principaliter moueor: Nam ſupradicta domina Violanta filia legitima & naturalis non ſolum eſt excluſa ab vniuerſali ſucceſſione ex teſtamento aui paterni, & ex teſtamento patris proprii, ſed etiam ex diſpoſitione ſtatuti. Nam in vrbe Roma adſunt duo ſtatuta: vnum ſub rubrica de ſuccedentibus † ex teſta- 28
mento, diſponens, ꝙ filiæ fœminæ, vel neptes natæ ex filiis præmortuis, ſeu filiabus, dotatæ à patre, vel auo in vltima voluntate vel inter viuos, ſint cõtentæ dotibus, & nihil vltra conſequi poſſint. Aliud eſt ſtatutum ſub rubr. de ſucceſſoribus ab inteſtato, diſponens, quod ſi quis deceſſerit inteſtatus, relictis filiis maſculis, vel nepote ex filio maſculo ꝑmortuo, quod filiæ fœminæ maritatæ & dotatæ in nullo ſuccedant patri, ſed ſint cõtentę dotibus datis. Et quod dictum eſt de filiabus, intelligitur de neptibus natis ex filiis ſeu filiabus maritatis & dotatis; & idem iuris ſit in filiabus & neptibus non maritatis nec dotatis, & quibus non ſit conſtituta dos per patrẽ vel auum, dummodo frater germanus ſit paratus cum effectu dotare ſororẽ ſeu neptem ſupraſcriptam. Modo aduertendũ eſt, ꝙ vigore primi ſtatuti loquentis, condito teſtamento, vt eſt caſus noſter, filię fœminæ vel neptes dotatæ à patre vel auo, ex teſtamẽto non ſuccedunt, ſed debent eſſe contentę dotibus, & nihil vltra conſequi poſſunt, & tale ſtatutũ procedit etiam non relictis filiis vel nepotibus maſculis; patet clare, quia in primo ſtatuto non dicitur, *relictis filiis maſculis vel nepote ex filio maſculo prædefuncto*, prout dicitur in ſecundo ſtatuto. Ergo apparet, quod primum ſtatutum loquens ex teſtamento, & excludẽs filias fœminas dotatas, procedit, ſiue ſuperſint filii vel nepotes maſculi, ſiue non. ¶ Præterea poſito, ſine veri præiudicio, quod primum ſtatutũ deberet intelligi exiſtentibus filiis maſculis, adhuc ſtante dicto ſtatuto clare diſponente, quod filii excludant fœminas; † filii legitimati ſimiliter excluderent: [u] quia legiti- 29 u
matio extendit ſe ad illud ſtatutum, cum legitimatio ſit verus ſtatus legitimatorum, licet non ſit verum principium. *ſecundum Bald. in l.cum acutiſſimi. & in l.eam quam.in 6.colum. ad finem. & in 10.columna. C. de fideicommiſſ. Paulus de Caſtro in l.ſi ita quis. §.fina. ff. de legat.2. & in rubric. C. de iur.aur. anul. & in conſil. 225. incipiente, Videndum eſt primo de ipſo Allarico. ad finem. & in*

consilio 227. incipiente, Super primo dubio videtur dicendum. in 4. colum. dominus Martinus Laudens. in disputatione sua, quæ incipit, Augerius. in qua ponit materiam legitimationis. in 19. colum. ad finem. dominus Franciscus de Aretio, & dominus Philippus Carneus in l. liberos. argument. illius textus. C. de collatio. Ergo cum ista filia legitima & naturalis esset penitus & omnino exclusa ab vniuersali successione, de ea non fuit habenda mentio in legitimatione. ¶ Octauo moueor, quia prædicta domina Violanta filia legitima & naturalis non solum est exclusa à successione vniuersali ex duplici testamento, tam auito, quam paterno, & ex statuto vrbis Romæ, vt dixi in fundamento proxime præce-
50 denti, sed etiam in istis dominiis, † castris, feudis, & fortiliciis ac bonis dominorum Vrsinorum, quæ defendi armata manu conuenit, prout experientia rerum magistra docet. *cap. quam sit. in principio. de elect. in 6.* fœminæ nec de iure, nec de consuetudine
x admittuntur, x ne alias tranleant in alienas & exteras familias. *cap. 1. §. hoc autem notandum. & ibi gloss. & Doctor. qui feud. dar. poss. cap. 1. in principio. & §. filia. de succ. feud. cap. 1. quemadmodum feud. ad fis. pertin. & cap. 1. in princip. de grad. succ. in feud. & cap. 1. vbi textus notabilis, de eo qui sibi & hæred. suis. & cap. 1. § finali. in quibus causis feud. amitt. & cap. 1. in principio. vbi etiam est text. notabil. de bene. fœmin. & cap. 1. in principio. vbi gloss. & Doctor. de natu. succ. feud.* Et dicit notabiliter Bal. *in l. quoties. in*
31 *3. col. C. de suis & legit.* quod † fœmina regulariter repellitur à feudo quinque rationibus: *Primo*, naturali ratione, quia arma ferre non valet. *Secundo*, propter iustitiam honestatis, quia non debet se immiscere cœtibus virorum, & maxime illustrium, *vt l. si qua illustris. C. ad Orficianum. Tertio*, propter fragilitatem consilii, quia non est apta nata solidis cõsiliis. *Quarto*, propter lubricitatem voti, quia ter mutatur in hora. *Quinto*, propter periculositatem secreti, quia
y nescit secreta retinere, y quæ omnia sunt discrepantia à natura feudi: *vt in cap. 1. de no form. fideli.* Et sic etiam ex isto capite non fuit de hac filia legitima & naturali habenda mentio in legitimatione. ¶ Nono
32 & vltimo accedat, quod etiam in dubiis † debemus
z sustinere actum, vt valeat potius quam pereat: z *per regulam l. quoties in stipulationibus ff. de verbor. obliga. & l. quoties. ff. de regulis iuris. & l. 3. ff. de testament. mili. & cap. abbate sancti Syluani. de verborum significat. & l. diuus. in principio. ff. de vsu & habit. quem textum multum notat dominus Franciscus de Aretio in l. quod in rerum. §. 1. ff. de*
33 *legat. primo.* Et ideo in dubiis iuris præsumptio † non adaptatur ad impugnandum id, quod agitur, sed
a potius adaptatur ad confirmandum. a *ita notant Bal. & Floria. in l. si quis à filio. in princip. per illum textum. ff. de legat. primo.* Et hoc maxime procedit in casu nostro
34 in legitimatione: quia legitimatio † est fauorabilis
b & amplianda, cum sit patris & principis donum. b *authentic. item si quis. C. de natur. liber. secundum Baldum in l. seruus. C. de legatis. Geminia. post Lapum in cap. 1. §. 1. in penult. colum. de filiis presbyter. in 6. Petrus de Ancharano in consilio 242. incipiente, Ex tenore priuilegij Apostolici. in principio. & in consilio 427. incipiente, Circa primum quæsitum fuit satis expedieus. circa principium.* ¶ Per ista nouem fundamenta quamuis remaneant etiam resoluta in oppositum adducta, tamen vt veritas adhuc magis eluceat, ad ea particulariter respondetur. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod legitimatio redditur nulla: eo quia legitimatio non prodest, filiis existentibus legitimis, nisi quando legitimatio fieret per oblationem curiæ, vel subsequens matrimonium, quia respondetur illud esse verum, † nisi talis legitimatio fieret per Papam vel 35
per Imperatorem, vt in casu præsenti, prout dixi supra in secundo fundamento, vbi fortius dixi, quod omnes scribentes fatentur, quod Papa seu Imperator posset dare potestatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam existentibus legitimis & naturalibus. ¶ Nec obstat illud, quod fortius tenet And. de Isern. *in dict. cap. naturales. in 1. columna.* quod princeps etiam cum clausula, *non obstante*, non potest legitimare naturales vel spurios, quantum ad successionẽ, † vbi adsunt filii legitimi: quia respon- 36
detur, quod istud dictum est falsum, & reprobat dominus Alexander *in l. ex facto. in prin. in 9. col. ff. de vulg. & pupill. & contrarium etiam tenet Bald. in cap. filij nati. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat.* Imo fortius, omnes fatentur, quod princeps potest dare potestatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam existentibus legitimis, prout dixi supra in secundo fundamento. ¶ Non obstat secundo, dum dicebatur, quod ista legitimatio videtur reddi surreptitia, & consequenter nulla, ex eo quod in ipsa legitimatione non fuit facta mentio de filia legitima & naturali. Et quia istud videtur prima fronte fortius cæteris omnibus obstare, ideo respondeo clare altero de quatuor modis. ¶ Primo, quod quan- 37
do pater viuens facit filios illegitimos legitimari per Papam vel Imperatorem, non est necesse, quod in ipsa legitimatione fiat mentio, seu nominatio de existentia filiæ legitimæ & naturalis: *secundum quod consuluerunt Feder. de Senis, dom. Grisolus de Monte Polic. auo, & Baldus in duobus suis consiliis, prout dixi & retuli supra in primo fundamento.* ¶ Secundo respondeo, quod Papa ad supplicationem patris fecit istam legitimationem cum clausula, † *non obstante*, concep- 38
ta sub verbis late derogantibus quibuscunque iuribus contrarium vel aliter disponentibus: per quam clausulam censetur derogasse legi ciuili disponenti, quod in legitimatione debeat fieri mentio de filia legitima & naturali, prout dixi supra in 4. fundamento. ¶ Tertio respondeo, quod Papa in ista legitimatione intendit dispensare super omni defe- 39
ctu, † & super omni impedimento, quod huic legitimationi contrarietur: ergo saltem in genere cogitauit de isto impedimento filiæ legitimæ & naturalis, posito sine veri præiudicio, quod in specie ignorauerit: ideoq; illi intelligitur esse derogatum, prout dixi supra in 5. fundamento. ¶ Quarto notabiliter respondetur, quod de ista filia legitima & naturali fuisset habenda mentio in legitimatione, † quando 40
alias cessante legitimatione fuisset successura patris: ita loquuntur omnes authoritates allegatæ supra in isto secundo fundamento contrario. Sed in casu præsenti ista filia erat penitus & omnino exclusa ab vniuersali successione patris, dato ẽt quod legitimatio non interueniisset, tam ex duplici testamento auito & paterno, quam ex statuto vrbis Romæ, & ex iure communi & consuetudinario, prout late deduxi supra in 6. fundamento, & duobus sequentibus. ¶ Non obstat tertio, dum dicebatur, quod quando pater in vita vult facere legitimari filios

spurios, quod requiritur citatio filiorum legitimorum: *secundum Bald. in l. nam ita diuus in princ. ff. de adopt.*
41 quia respondetur, † quod contrarium tenet idem Bal. expresse *in consilio 306. secundi volum. incipiente, Casus quæstionis talis est, A. coniugatus. & in consil. 106. quinti volum. quod incipit, primo respondetur.* etiam fatendo, sine veri præiudicio, quod illud dictum Baldi sit ve-
42 rum, † procedit, nisi legitimatio fieret per Papam, vel Imperatorem, cum clausula, *non obstante*, prout deduxi supr. in tertio & quarto fundamento. ¶ Tertio respondetur, quod quando legitimatio fieret ad instantiam ipsorum filiorum illegitimorum petentium se legitimari in vita patris etiam consentientis & supplicantis, prout contingit in casu nostro, vbi in legitimatione dicitur, *ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati*, †tunc non requiritur citatio aliorum filiorum legitimorum. Ita expresse tenet dominus Antonius de Butrio *in capitul. per venerabilem. in 27. col. qui filij sint legit.* vbi formaliter tenet domin. Ant. de But. quod quando legitimatio fit ad instantiam filii illegitimi, & in vita patris, quod tunc non
c requiritur consensus, nec citatio agnatorum, c & maxime quando sunt vlteriores agnati: sed de fratribus ipsius legitimati esset maius dubium secundum eum, quia in vita patris videntur habere quasi dominium, *l. in suis. ff. de liber. & posthum. & § sui Insti. de hæred. qual. & differ.* tamen tenet dominus Anton. quod istud non vitiaret legitimationem. & ita dicit tenere Iacob. Butr. *in l. adoptio. §. 1. ff. de adopt* ¶ Non obstat quarto illud, quod dicit Bald. *in cap. filij nati.* quod Imperator, q legitimat filios spurios existente filio legitimo & naturali, videtur esse vnum pecus, & non habere præ oculis iustitiam publicæ honestatis: quia respondetur, quod Baldus ibi expres-
44 se firmat, quod † Imperator potest legitimare filios spurios, etiam existente filio legitimo & naturali, licet velit illud inconsiderate fieri: ergo non facit in oppositum. ¶ Secundo respondetur, quod illud posset procedere, quando supereesset talis filius legitimus & naturalis, qui alias esset successurus patri, quod non est in casu præsenti in ista filia domina Violanta, prout late deduxi supra in sexto fundamento, & duobus sequentibus. ¶ Non obstat quinto, dum dicebatur, quod si Papa fuisset certificatus de tali filia legitima & naturali, saltem non ita de facili talem legitimationem concessisset: Ergo debet
45 subreptitia censeri: quia respondetur, quod † imo ita de leui & facili concessisset, ex quo filia erat talis, quod nullatenus erat patri successura, prout dixi in illo sexto fundamento, & duobus sequentibus. Secundo dico, quod voluntas Papæ fuit remouere omnia contraria & obstantia huic legitimationi. Ergo voluit etiam istud remouere, quod pater hanc filiam legitimam & naturalem haberet, ideoq; multo fortius hoc feciisset, si fuisset in specie certificatus, prout dixi supra in 5. fundamento. ¶ Tertio dicitur, quod in istis dominiis, feudis, & fortilitiis, ac bonis dominorum Vrsinorum, quæ vi & armis defenduntur, prout Papa Alexander diutius in curia Romana, & in minoribus, & in pontificatu versatus, & habens magnam conuersationem cum patre legitimatorum sciebat, quod fœminæ nullatenus admittebantur: ergo talem legitimationem omnino concessisset, dato quod fuisset certioratus de dicta filia legitima & naturali, quam etiam pater & auus ab vniuersali successione funditus excluserant: si sic, etiam ipse Papa nihil curasset. ¶ Non obstat sexto, dum dicebatur, q̃ dato, quod legitimatio valeret, tamen filii legitimati non debent plus habere de bonis patris, quam auus de filiis legitimis & naturalibus, qui † minus habeat, *per textum singularem in §. & quoniam. in authentic. quibus modis natural. effic. sui.* quia respondetur, quod istud non potest procedere in filia legitima & dotata, ac omnino exclusa ab vniuersali successione, vt in casu præsenti, & dixi supra in sexto fundamento, & duobus sequentibus. Secundo notabiliter respondetur, quod ille textus non habet locum, stante statuto, quod fœminæ ex testamento nullatenus succedant, sed sint dote cõtentæ. Item etiam ab intestato non succedant existentibus filiis, vel nepotibus masculis, prout in casu nostro sunt statuta in vrbe Roma, prout retuli supra in septimo fundamento. Et quod tunc filia dotata, quæ ex forma statuti non succedit
patri, † non impediat legitimatos plus habere, pro- 47
batur per illud, quod singulariter notat Ang. *in §. optime.* d *in auth. de nupt.* vbi per illum textum in verb. d *ingratitudinis*, dicit Angelus not. singulariter istum textum iuncta gl. dicit statutum, quod filia dotata patri non succedat, modo pater vxori suæ secundæ reliquit plus quam reliquerit filiæ dotatæ, nunquid illud plus irritetur: dicit Angel. ibi videri casum quod non: quia ex quo nõ poterat ista filia dotata patri succedere patre inuito, sicut nec filius ingratus potest succedere patri eo inuito: ideo sicut filius ingratus non irritat tale relictum, ita nec etiam filia dotata tale relictũ poterit irritare. Confirmatur optime: quia ex quo filia vigore statutorum vrbis Romæ prohibetur succedere præsertim ex testamento, prout est casus noster, certe etiam si statutum loqueretur, existentibus filiis, filii legitimati eam excluderent, prout dixi supra in septimo fundamento: ergo ipsa non potest impedire, quin filii legitimati totum consequantur.

ADDITIO.

a Matrimonium.] Idem Iasl Gallus. §. & quid si tantum. numero 93. de liberis & posthumis. declarat Ias. infra eodem consil. n. 35.

b And. de Isern.] Falsum est, vt dicit Ias. d. §. & quid si tantum. n. 98. & hoc cons. n. 36.

c Habebat.] Ias. d. §. & quid si tantum. n. 103. cons. 184. circa legitimationem num. 10. supra lib. 2. consil. 110. contra legitimationem. colum 1. lib. 4. Corn. cons. 34. in hac consultat. num. 5. lib. 1. Curt. sen. consil. 13 statuto numero 22. consil. 19. viso. 3 dub. consil. 35. statuto. num. 28. Bertrand. cons. 112. visis quibusdam. n. 28. lib. 2 Dec. cons. 52. viso eleganti. in fin cons. 85. de grad. col. pen. vers. 3. quæritur. cons. 288. quæritur in effectu col. 2. vers. 2. non obstat. cons. 392. quæritur an filia. n. 4. & cons. 698. in causa. sub nu. 3.

d Notabiliter.] Ias. d. cons. 110. col. 2. ver. 3. contra dictam. Dec. d. consil. 302. in fin. consil. 393. Consului. nu. 6. & d. cons. 698. num. 3. Curt. sen. consil. 16. clarus vir. num. 24. Sed contractum firmat Ias. infra eod. cons. n. 41. cum seqq. vbi declar. 2. modis.

e Humanum.] Ias. d. cons. 184. n. 12. & 13. & d. cons. 110. col. 2. versic. 4. facit.

f Ita de leui.] Vide eund. cons. 105. in causa mota. supr. lib. 1. & cons. 233. c. 1. vers. 10. lib. 2. & vtrobique addo.

g Habeat.] Idem Iason d. §. & quid si tantum. numero 108. & l. vni. numero 31. C. quando non peten. part. quod ampliat Dec. d. cons. 393. sub n. 2. & limit. Ias. infra eo. cons. cap. fin.

h Terminis nostris.] Idem Ias. d. cons. 110. col. 3. ver. moueor in primis, & Feder. de Sca. Bald. Ias. hic. & G. Pap. sequentes referŧ

refert Tiraq.d.l.si vnquam. verſ.donatione largitus.nu.311.C. de reuoc.donat.

i Iuxta gloſſ.] Vide eundem conſilio 70. ſuper vtraque. columna vltima. verſic.confirmo & 2. infra eodem.vbi loquitur in Imperatore.

k Item Papa.] De poteſtate Papæ tradit idem Iaſ.conſ. 145. circa primam. ſupra lib.2.

l Naturalibus.] Et Bald. refert & ſequitur idem Iaſon d.§. & quid ſi tantum. num.97.conſilio 127. dubitatur. col.4.poſt princip. infra libro 4. Alexand. conſil.94. conſideratis. nu.6. lib.1. Dec.d. conſil.288. col.2. d.conſ.307 colum.1. d.conſilio 392.num.4.conſ.579. in præſenti caſu.ad fin.& conſi.624.copioſe. num.10. Ceph.conſ.23.feudum.nu 18.Rolan.conſil.12. legitimationem.num 32 lib.4.vbi hoc & alia conſil. citat Aldobran.inter conſil. Crot. conſil.vlt. num.28.vbi & ipſe huius conſ. meminit.

m Naturali.]Iaſ.d. conſ.110.col.4.verſ.2.principaliter.

n Pet de Anch.] Quem refert & ſequitur idem Iaſ.d.conſil. 110.col.4.verſ.3.moueor. & pariter refert Rimi.iun.conſ.230. circa poſſeſſorium. n. 31.

o Sublati.] Iaſ. d conſil.110. colum.5. verſ.4.ad idem facit. & arg.text.d.l.qui iure.inquit Dec.l.1. nu 39.de off.eius.quod quis in genere poteſt cogitare de eo,quod ignorat. idem Dec. conſil.137. & diligenter. ſub nume.4.conſil.142. & pro tenui. ſub num. 1. verſ. 3. dato. & de cogitatione in genere in remiſſione fideicommiſſi, text. dict.l.qui iure.optime inducit Dec. conſil.346. viſis his.ſub num.2. verſ.ſed tamen ſupradictis. & num.3.à quo hæc ad verbum mutuatus eſt Curt.iun.conſ.49. habita.colum.vltima.& vide eundem Dec.conſil.490. viſis & circumſpectis.colum.1. verſ. primo in genere. late Tiraquell. in præfat. l.si vnquam. num.80.C.de reuoc. donat. Mandoſ. ad Rom.conſ.122.nu.1.verſ.præmiſſis tamen 1. addit. vbi dicit hanc opin. magis communem. pro declar. Cagno.l.ſi qua Illuſtriſs.n.26.C.adOrphic.& omnino Pariſ.conſ.20.conceſſio. nu.86.lib.1.

p Oſtendant.] Iaſ.ſup.lib.1.conſ.9 venerabilis. vbi dixi.

q Nullo modo.] Vide eundem conſ.166 videretur.n.7.ſup. lib.2.& conſ 53.circa primum.nu.10. hoc lib.

r Ex teſtamento.] Iaſon conſilio 41.dominus.num.16.lib 1. vbi dixi.

ſ Excludatur.] Idem ſuper eo.lib.conſ.66.viſo teſtamento. n.21.vbi dixi. & dictum Bal.c.1. § quinetiam. in tit.epiſco.vel abba.refert & ſequitur idem Iaſ. conſ.220. nodoſa, ſuper li.2. vbi vide quæ addidi.

t Succedere.] Iaſ.conſ.72.viſis. num.10.infra eod.Soc.iun. conſ.43 perſpectis.nu.2.lib.3. Crot.arguendo conſ.171.cap.1. numero 37. & Roman.dicto conſil. 43. refert Pariſ. conſil.69. dominus. numer.64.lib.3. Ruin.arguendo conſil.87.in facto. num.2.lib 2.& conſil.107.ex omni.nu 8.lib.3. & vide Roland. conſ.95.in hoc articulo.n.20.lib.3.& Mandoſ.in addit.ad Roman.d.conſ.43.

u Excluderent.] Idem Iaſ.l. adoptiuum. quam legit cum l. 2.§.vlt.ff.de in ius voc.l. cum filiofamilias.colum.vlt. de leg.1. l.generaliter.§.cum autem.col.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.1. colum.3. verſ.hinc eſt quod ſtante. C.de bon.poſſ.contra tab. vbi tamen non firmat Dec.conſil.365.viſo conſ.num.7.& ſeq. Gozad.conſil.6.prima facie.num.38. colum.5. verſ.5.iſtud priuilegium. cum aliis, vt per Tiraquell.d.l.ſi vnquam.verb.ſuſceperit liberos. num.82. C.de reuoc. donat. Sed contra Bald. conſuluit Curt. ſen. conſ.16. clarus vir.colum.3.vbi alios adducit Palleo. inter conſ.eiuſdem.conſ.17.viſo puncto. 1. dub. idem Curt.conſ.35.ſtatuto.colum.5.verſ.venio modo ad 2.& conſ.73. ſuper memorata. verſ.tranſeamus modo ad tertium. Dec. ſibi contrarius conſ.52.viſo eleganti. num.3. vbi dicit opinionem communem eſſe contraBald.conſ.383.viſo puncto. n.1.& d.conſ.392.nu.3.Brun.tract.de ſtatu.exclu.fœm.art.12. princ.quæſt.3.

x Admittuntur.] Iaſ.conſilio centeſimo decimoquarto. ad obiecta. ſupra lib.1.

y Retinere.] Tiraq.tract.de leg.connub.l.12.n.13. vbi citat Iaſ.hoc loco.

z Quam pereat.] Iaſ.conſ.98.accedo.ſupra lib.1.vbi dixi.

a Confirmandum.] Idem conſ.183.præſens.nu.19.ſupr.lib. 2. vbi addo.

b Principis donum.] Addo ſup.conſ.184. cap. legitimationem.n.1.l.2. vbi videatur.

c Agnatorum.] Iaſ. d.conſ.112.col.vlt. verſ.3.reſpondetur. Cuma.conſ.98.ſuppoſito.in fi. Gabr.com.opin. lib.2.de cita. concluſ.1.num.140.cum ſeqq.& maxime num.135. vbi ait ſecus eſſe, ſi fiat mortuo patre, quia tunc citatio agnatorum eſt neceſſaria.

d Optime.] Refert Roland. conſil. 95. in hoc articulo. numero 20.lib.3.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXIX.

THEMA.

STATVTVM terræ Zibelli effectualiterdiſponit,quod filia vel neptis competēter dotata,vel dotandaab auo, patre vel patruo, non ſuccedat patri, exiſtentibus agnatis vſque ad quartum gradum computandum ſecundum ius canonicum, ſaluo ſi nubat in territorio, tunc excludatur tantummodo ab agnatis maſculis exiſtentibus in primo gradu. Dubitatur,an patruus,qui eſt in primo gradu ſecundum Ius Canonicum, *vt eſt text.in cap. ad ſedem.& in capitul. parentelæ.35.quæſtione 5. notatur in capit. finali.de conſanguin.& affinitat.* & eſt in ſecundo gradu ſecundum ius ciuile, *vt l. Iuriſconſultus.§. ſecundo gradu. ff. de gradibus.* per Bartolum & omnes *in l. ſecunda. C. de ſucceſſ. edic.* excludat filiam ab hæreditate patris ſui, vigore ſtatuti proxime relati. Et ſic eſt dubium,an iſtud ſtatutum faciens in ſecūda parte ſimpliciter mentionem de primo gradu,intelligatur ſecundum computationem iuris canonici,vel iuris ciuilis.

SVMMARIA.

1 *Teſtator, quando voluit intelligi de filiis maſculis, expreſſe dixit,& ideo vbi poſtea filios dixit, debet intelligi de filiis maſculis & fœminis. num. 4. & ſeqq. & iterum nu.ſeqq.*

Gradus. Si de gradu fiat mentio in ſtatuto ſecundum ius canonicum, & in alia parte fiat mentio de gradu ſimpliciter, intelligitur ſecundum ius ciuile, quia fuiſſet facile exprimere ſecundum ius canonicum, ſi de eo intellexiſſet. numero 1.& 2. Sed contra num.4. & ſeqq.

3 *Statuta cum ſint iuris ciuilis, ſi ſimpliciter faciāt mentionem de gradu, intelligi debent ſecundum ius ciuile. & num. 13.*

5 *Exceptio debet eſſe de regula, & intelligi ſecundum regulam.*

6 *Dictio(ſaluo)eſt modificatiua præcedentium.*

7 *Præcedentia declarant ſequentia, & vbi præcedentia ſunt expreſſa & determinata, & ſequentia ſunt obſcura vel generalia,tunc præcedentia determinant ſequentia. & num.ſeqq.*

8 *Præcedentium quadruplex eſt virtus.*

9 *Scriptura vicinitas inter regulam & exceptionem declarat,quod idem proſequatur.*

10 *Exceptio, quæ non habet perfectam diſpoſitionem, debet ſuppleri ex verbis regulæ proxime præcedentis.*

11 *Separata. Ex separatis non sit bona illatio, & separatorum separata est iuris dispositio.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

QVOD secunda pars dicti statuti intelligi debeat secundum computationem graduum iuris ciuilis, & non iuris canonici. facit, quod in simili decidit Petr. de Anchara. [a] *in consilio 119. incipiente, Pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate. ad fin.* vbi decidit, quod quando testator vo-
1 luit distinguere sexum masculinum à fœminino, † expresse dixit, filiis masculis. Vnde vbi postea simpliciter dixit, filios, debet intelligi de filiis masculis & fœminis: *iuxta l. maximum vitium. C. de liber. prater.* Ita in proposito, quando statutum voluit fieri computationem graduum secundum ius canonicum, il-
2 lud expressit, † ergo quando simpliciter dixit de existentibus in primo gradu, debet intelligi secundum ius ciuile. Nam si statuentes intellexissent etiam isto secundo casu de computatione fienda secundum ius canonicum, facile fuisset eis hoc exprimere, sicut expresserunt in casu præcedenti, *l. vnica. §. sin autem ad deficientia. in fi. C. de cadu. toll. c. inter corporalia. de translat. prælat.* Item cum ista statuta sint iuris ciuilis,
3 *l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.* quando † faciunt simpliciter mentionem de gradu, debet in dubio intelligi secundum ius ciuile, *§. sed quoties. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Sicut quando rex Anglorum facit simpliciter mentionem de iure, intelligitur de iure suo Anglicano secundum Baldum *in cap. cum venissent. in 2. colum. de eo qui mitt. in possess. cau. rei seruan.* Et si Papa concedat alicui, quod possit testari, intelligitur secundum ius suum canonicum, & non secundum ius ciuile, *secundum Baldum in l. si quando. circa fin. prin. C. de inoffic. testament.* Sed præmissis non obstantibus contrariam partem arbitror esse de iure veriorem,
4 quod secunda pars dicti statuti † debeat intelligi de existentibus in primo gradu, secundum computationem iuris canonici, secundum quam, vt supra dixi, patruus est in primo gradu, & consequenter debet excludere istas filias etiam nubentes intra territorium, dummodo eas congruenter dotet, iuxta tenorem dicti statuti. Moueor in primis quia excen-
5 ptio † debet esse de regula, [b] & intelligi secundum
b regulam: *vt est gloss. & ibi Bartol. in l. 1. ff. de regul iuris. & gloss. eodem titul. in 6. super rubric. Barto. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in 2. colum. ad fin. ff. si quis caut. & in l. in his. ff. de legi.* Vnde cum in dicto statuto ponatur regula exclusiua fœminarum existentibus agnatis vsque ad quartum gradum computãdum secundum ius canonicum: deinde ponatur exceptio in versiculo, saluo, quando talis fœmina nuberet intra territorium, quia tunc excluditur tantummodo ab agnatis masculis existentibus in primo gradu: ergo cum regula loquatur de gradibus secundum ius canonicum, similiter exceptio, vt sit bona, intelligetur de gradibus secundum ius canonicum. Confir-
c matur, quia prædicta dictio, *saluo,* [c] est modificati-
6 ua † præcedentium: *secundum Angelum in consilio 289. incipiente, Thema tale est, inter catera capitula pacis. in quarta columna. gloss. in l. item Labeo. §. primo. ff. famil. erciscun.* ergo modificatio intelligi debet secundum regulam præcedentem. ¶ Secundo facit; quia regula præcedens declarat illud, quod in exceptione sequenti simpliciter dicitur, † cum præcedentia de-
7 clarent sequentia, *l. qui filiabus. in principio. & l. si seruus plurium. §. finali. ff. de legat. primo.* Item vbi præcedentia sunt expressa & determinata, & sequentia
8 sunt obscura, vel generalia, tunc præcedentia † determinant sequentia, ita notabiliter [d] Baldus post
d Cynum *in l. legatorum petitio. §. finali. ff. de legat. secundo. per textum in l. si cum fundum. ff. de verborum significationibus. idem notant Baldus, Imola, & Moderni in l. cohæredi. §. qui discretas. per illum textum. ff. de vulgar. & pupillar. Alibi notat idem Baldus in l. quoties. 2. in fine. per textum. C. de fideicommiss.* quod antecedens non sapit naturam sequentis, sed bene econtra, sequens antecedentis. Alibi dicit egregie idem Baldus *in consilio 357. quinti voluminis, incipiente, Nota pro ducatu Turroniæ, &c.* quod præcedentium quadruplex est virtus; scilicet declarandi, supplendi, ampliandi, & restringendi, vt iuribus ibi per eum allegatis: Ergo ex dicta quadruplici virtute regulę præcedentis debet declarari, suppleri, ampliari, & restringi fallentia subsequens. ¶ Tertio facit vicinitas scripturæ in-
9 ter † regulam & exceptionem, quæ declarat, quod idem prosequatur, [e] *l. hæredes palam. §. sed si notam. ff.*
e *de testament. & l. si seruus plurium. §. finali. ff. de legat. primo. ita dicit gloss. notabilis in §. item lapilli. in verb. inuentoris. Institut. de rerum diuisionibus.* Ergo vicinitas scripturæ ostendit, quod eandem computationem graduum secundum ius canonicum prosequatur. ¶ Quarto facit; quia cum exceptio posita in dicto versiculo, saluo, non habeat perfectam dispositionem, cum solum dicat de existentibus in primo gradu, & non exprimat, quomodo intelligi debeat ille primus gradus: † ergo necessario suppleri debet 10
ex verbis regulæ proxime præcedentis, & istud in specie exprimentis: *vt in simili habetur per Bartolum in l. prima. in principio. ff. de pupill.* ¶ Nec obstat, quod in contrarium adducebatur simile, quod decidit Petrus de Anchar. *in præallegato consilio 119.* quod quando testator voluit intelligi de filiis masculis, illud expressit: ergo quando locutus est de filiis simpliciter, intelligitur tam de masculis quam fœminis. Ergo similiter in casu præsenti, cum statuentes expresserint computationem graduum secundum ius canonicum, ergo vbi non expresserunt, sed simpliciter loquuti sunt de primo gradu, debet intelligi secundum ius ciuile: quia respondetur, quod casus noster est valde diuersus à casu, quem ponit Petrus de Anchar. Vnde ex separatis † non fit bona illatio, 11
l. inter stipulantem. §. sacram. in versicul. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verborum obligationibus. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & l. fin. in fin. ff. de calum. Item separatorum separata debet esse ratio, & separata iuris dispositio, *l. si maritus l. 1. in fine. & ibi Bald. ad hoc notat. C. de donation. inter virum & vxorem.* Nam in casu præsenti, in statuto ponitur regula, deinde in versiculo, *saluo,* quæ est dictio modificatiua & exceptiua, ponitur exceptio, quæ debet intelligi, vt sit de regula, & sic intelligatur secundum regulam, vt in superioribus dixi, quod non est in casu Petri de Ancharan. Præ-

terea

terea contra illam decisionem Petri de Ancharano tenuit in eisdem terminis dominus Abbas, Panor. *in consilio 37. incipiente, Videtur primo quod sic. in vltima colum.* vbi tenuit, quod si testator in testamento fe-
12 cit mentionem de filio masculo, † videtur semper intellexisse de masculo. Vnde si postea faciat mentionem de filio simpliciter, intelligetur de masculo: *per dictam l. si seruus plurium. §. finali. & dicta l. qui filiabus. in principio. ff. de legat. primo.* Et per ista apparet similiter non obstare, dum dicebatur, quod ista
13 statuta sunt iuris ciuilis, † ergo faciendo simpliciter mentionem de primo gradu, debent intelligi computando secundum ius ciuile: quia respondetur, quod istud non potest procedere in casu præsenti propter regulam generalem, quæ ponitur in principio statuti, & exceptionem, quæ ponitur in versiculo, saluo, quæ exceptio ad hoc, vt sit bona, intelligitur secundum regulam præcedentem, & per alia, quæ superius sunt adducta.

ADDITIO.

a Pet.de Anch.] Contrarium tenet idem Iaſ.conſ.140. ſpectabilis.n.45.& conſ.ſeq.n.34.35.& 39.ſupr.lib.2.& infra cod. conſ.nu.12.

b De regula.] Paul.de Caſt. conſilio 79. pro plenioti. num. 3. lib. 1.

c Saluo.] Dixi conſilio 74. D. Don Paulus. numero 14. & ſequent. addo Menochium conſil. 4. ambigitur. numero 24. conſil. 81. controuerſi. num 17. Crot. conſil. 79. factum. num. 36. Roland. de lucro dot quæſt. 32. nu. 8. 9. Olaſc. deciſ. 164. alia ſæpe. num. 8.

d Notabiliter.] Iaſon conſilio 207. in præſenti. num. 12. ſupra lib. 2.

e Proſequatur.] Paul. Caſtr. conſil. 460. viſo inſtrumento. num. 2. lib. 1. vbi quod ex vicinitate ſcripturæ altera ſcriptura declaratur. & vide quod ſcribit Corn. conſilio 261. viſo. in princip. lib 3. quod vicinitas præcedentis commiſſionis inducit præſumptionem actus ſequentis. Natta conſil. 404. examinato. num. 2. vbi quod voluntas maxime declaratur ex vicinitate ſcripturarum.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXX.

SVMMARIA.

1 *Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi ex priuilegio imperiali, poteſt legitimare in toto Romano imperio, & ſic in toto dominio Venetorum. Sed contra nu. 4. & ſeqq. & max. n. 26.*

2 *Imperatoris ſumma eſt poteſtas nullis circumcluſa limitibus, & imperat in vniuerſa ditione mundi, quæ aſcendentem videt & deſcendentem ſolem, & in meridie & ſeptentrione.*

3 *Imperatorem qui dicit non eſſe dominum totius orbis, eſt hæreticus.*

4 *Imperator non poteſt legitimare in terris ſubiectis eccleſiæ vel Papæ, quoad temporalem iuriſdictionem, nec contra Papa in terris ſubiectis Imperatori. & numero 9.*

Venetorum ciuitas & dominatio neminem recognoſcit ſuperiorem, ſed vice Imperatoris fungitur in ſuo dominio. num. 4.

5 *Præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non extat, poſſunt quæri iura Imperatori reſeruata.*

6 *Venetorum ciuitas ex priuilegio exempta eſt, vt non ſubſit Imperatori.*

7 *Imperatorem ciuitates non recognoſcentes de facto, nec alium ſuperiorem, ſunt loco Imperatoris, & in terris poſſunt omnia, quæ poteſt Imperator, & hoc deciditur in Venetorum dominatione, & Florentina ciuitate.*

8. *Venetiarum ciuitas eſt quidam quaſi Paradiſus delitiarum.*

10 *Imperator non poteſt legitimare ad feudum eccleſiaſticum, nec contra Papa ad feudum imperiale. & nu. 17. vbi idem ait in Comite Palatino.*

11 *Pater in legitimatione filiorum illegitimorum non poteſt ſe ſubijcere iuriſdictioni alterius principis vel comitis legitimantis ſine conſenſu ſui domini.*

12 *Iuriſdictionem alterius principis in legitimatione non poteſt prorogare alteri ſubiectus: & ponuntur huius dicti duæ rationes. nu. ſeqq.*

13 *Legitimationis ius videtur reſeruatum ſummo principi in ſignum ſpecialis priuilegij.*

14 *Legitimatio non videtur eſſe ſimpliciter voluntaria iuriſdictionis quo ad agnatos, qui alias ſucceſſuri eſſent ab inteſtato. & cætera.*

15 *Comes Palatinus creatus ab Imperatore non poteſt legitimare in ducatu Mediolani, quamuis infeudato ab ipſo Imperatore ſine conſenſu ducis Mediolani.*

16 *Dux Mediolani poteſt in ſuo dominio ea omnia facere, quæ poteſt Imperator in vniuerſo orbe.*

17 *Comes Palatinus creatus à Papa inter cætera habens poteſtatem legitimandi, & legitimatos reſtituendi ad honores & dignitates, poterit etiam legitimare ad feuda, dictante priuilegio, non obſtante quacunque lege. Sed contra num. 18.*

18 *Legitimatio. In legitimandi generali poteſtate conceſſa per Papam vel Imperatorem Comiti Palatino, non venit poteſtas legitimandi ad feuda, niſi hoc ſpecialiter & nominatim expreſsum ſit, nec ſufficeret dare poteſtatem legitimandi ad dignitates. & numeris ſequentibus.*

19 *Signo. de Homod. laudatur.*

20 *Reſtituti natalibus per ſimplicem gratiam principis non ſuccedunt in feudo præſertim antiquo & nobili, etiamſi pater curauit eos legitimari, niſi poteſtatem habens ſpecialiter & nominatim legitimet eos ad feuda ſine legitimorum agnatorum præiudicio.*

21 *Legitimatus etiam ab Imperatore non ſuccedit in feudo, niſi ſit ſpecialiter legitimatus ad feuda.*

22 *Feuda non continentur in generali poteſtate, vel in generali ſermone, niſi de eis nominatim ſit dictum, & eodem modo non cadunt in generali obligatione. vt numero 25.*

23 *Feudalia non veniunt in reſcriptis ſimpliciter impetratis, niſi de eis ſit facta ſpecialis mentio.*

24 *Statutum de dote lucranda non habet locum in re feudali.*

25 *L. 1. & auth. præterea. C. vnde vir & vxor. non habet locum in feudis.*

27 *Legitimandi poteſtatem habens ad beneficia curata & non curata non dicitur habere poteſtatem legitimandi ad feudum, quamuis dicatur beneficium. & numero ſequent.*

28 *Beneficiorum eccleſiaſticorum alia ſunt curata, alia non curata.*

29 *Præcedentia declarant ſequentia.*

30 *In legitimatione ad feuda requiritur citatio domini & agnatorum, qui poſſunt læsi.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimę virginis nominibus pro veritatis & iuſtitię ſuffragio inuocatis.

SVPER vtraque legitimatione facta de filiis ſpuriis ac illegitime natis magnifici quondam domini Proſdocimi de Comitibus ciuis & nobilis Patauini, adeo plene & accurate ſcriptum fuit & conſultum per excellentiſſimum vtriuſque cenſurę Doctorem dominum Bartholomæum Socinum Senẽſem patrem colendiſſimum, quod ea, quæ in præſens addenda occurrunt, paucioribus à me veniant abſoluenda. ¶ Circa primam legitimationem factam à Comite Palatino, habente amplam poteſtatem legitimandi ſibi conceſſam ab imperiali culmine, dubium in eo conſiſtere videretur, an dictus Comes Palatinus potuerit talem legitimationem facere in dominio Venetorũ abſq; expreſſo cõſenſu dominii. Et prima fronte videre-
1 tur dicendum, quod Comes † Palatinus habens poteſtatem legitimandi ex priuilegio imperiali ſimpliciter, vt in caſu præſenti, poſſit legitimare in toto Romano imperio, & ſic in toto dominio Venetorum libere & abſolute, ex quo talis auctoritas legitimandi non cohæret alicui territorio, ſed eſt de per ſe & in genere ſubſiſtens: prout dicit Bal. *in conſilio 146. primi volum. quod incipit, Titulus principis Achaię. in 2. colum. quod conſilium eſt duplicatum in quinta parte, in conſil. 388. incipiente, Reſpondendo ad dubia.* Sed Imperator de iure imperat in vniuerſa ditione mundi,
2 quæ † aſcendentem videt, & deſcendentem ſolem, & ex vtroque latere meridiem & ſeptentrionem, §. *& hoc conſiderantes. in authentic. vt om. obed. præſid. prouinc.* Item imperat in omnibus inſulis vſque ad Oceani receſſus, §. *quod ergo. in authentic. vt eccleſ. Roma.* Item imperium in altiſſimo ſuo ſitu & circulo eſt ſumma poteſtas nullis circumcluſa limitibus. ita egregie inquit Bal. prædicta ponens in procœmio Digeſtorum, *in 3. col. in fin.* Item omnes nationes, ciuitates, principes & reges de iure ſubſunt Imperatori, & ſunt ſub eius poteſtate, *cap. Adrianus. 2. & ibi gl. 63. diſtinct. 8. diſtinct. ca. quo iure. & 11. q. 1. in cap. omnes. §. hoc ſi quis. & cap ſequenti. vbi text. valde notabilis. & 23. quæſt. 8. in cap. conuenior. & vulgata l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iac.* in tantum quod ſi aliquis diceret, Imperatorem
3 non eſſe † dominum & monarcham totius orbis, eſſet hæreticus: quia diceret contra determinatio-
a nem eccleſiæ, [a] & contra text. ſacri Euangelii, dum dicitur Lucæ 2. cap. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. ſecundum Bartolum in l. hoſtes. in 2. columna. ff. de capti.* ¶ Sed iſtis non obſtantibus concurro in ſententiam præſtantiſſimi domini
4 Conſultori, quod Comes Palatinus creatus † ab Imperatore non potuerit legitimare in dominio Venetorum, & ſic in ciuitate Patauina perſonas Patauinas quo ad bona ibidem exiſtentia, abſq; expreſſo conſenſu excelſi dominii Venetorum, eo quia conſtat & notorium eſt, quod illuſtriſſima dominatio Venetorum neminem in temporalibus in ſuperiorem recognoſcit, & ſic ſublime dominium Venetorum in toto dominio ſuo, & tota ſua ditione, ac ciuitatibus ſibi ſubiectis, cenſetur eſſe Imperator, & vim Imperatoris gerit, ſiue dicamus, quod ſereniſſima dominatio Venetorum de iure non ſubſit Imperatori, vel ex præſcriptione tanti temporis, cuius † initii memoria non ſit in contrarium, *cap. ſuper* 5 *quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignificatio. cap primo. in fin. de præſcript. in ſexto. l hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiu.* Nam tanto tempore poſſunt præſcribi iura reſeruata Imperatori vel Papæ in ſignum ſpecialis priuilegii, & ſupremæ poteſtatis, per iura præallegata: *ſecundum dom. Abb. in cap. cum nobis. in prima columna. ad finem. de præſcript. poſt Bartol. in l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publica.* Item per tantum tempus poſſet præſcribi. quod quis non ſubſit Imperatori: [b] ſe- b
cundum D. Cardinalem *in capitul. præſenti. in 7. quæſt. de cenſi. & in clem. paſtoralis. §. vt illud. in ſecunda oppoſit. de re iudicata.* ſiue etiam dicamus, quod excelſa dominatio Venetorum ex priuilegio † ſit exempta, vt 6
non ſubſit Imperatori: *ſecundum Bartolum in dict. l. hoſtes. in 2. colum. ff. de capti.* Et dicit Alber. de Roſa. *in l. cunctos populos. in 2. charta. C. de ſumma Trinitat. & fide cathol.* ſe vidiſſe priuilegium imperatorium exemptionis & libertatis ab imperio conceſſum Duci & ciuitati Venetiarum, bullatum bulla aurea. Siue etiam dicamus, quod inclyta dominatio Venetorum de facto non ſubſit Imperatori, certe ciuitates, quæ de facto non recognoſcunt [c] Imperatorem, nec a- c
lium ſuperiorem, † ſunt loco Imperatoris, & in ter- 7
ris ſuis poſſunt ea omnia facere, quę Imperator poteſt facere per totũ orbem, & tantam poteſtatẽ habent in ſuis ciuitatibus, quantam Imperator in vniuerſo orbe: *ſecundum Bartolum in l. 1. §. de qua re. in fin. ff. de poſtul. & in l. infamem. in fine. ff. de public. iudic. & in l. acta. §. 1. ff. de re iudica. & eſt text. in cap. per venerabilem. §. inſuper. qui filij ſint legit. quem text. Abb. Panor. ibi in 2. colum.* ad hoc pro ſingulari multum notat, & reputat perpetuo tenendum menti. Et tanto fortiùs quando Imperator in talibus ciuitatibus nullam penitus exercet iuriſdictionem per ſeipſum, vel per vicarios ſuos perpetuos, aut per ſuos officiales temporales per eum miſſos: ſecundum Paulum de Caſtro *in conſilio 227. incipiente, Super primo quæſito videtur dicendum. in tertia columna.* Hinc eſt, quod communitas Florentiæ in regimine ciuitatis, & omnimoda iuriſdictione tenet locum Imperatoris: [d] ſe- d
cundum Petrum de Ancharan. *in conſilio 86. incipiente, Omiſſo primo dubio. in prima columna.* Quanto ergo fortius hoc idem dicemus in excelſa ciuitate Venetiarum, † quæ eſt quidam quaſi Paradiſus delitia- 8
rum: *ſecundum Baldum in conſil. 473. primi vol. quod incip. Quidam emerunt ad incantum.* Cum ergo dominium Venetorum vel de iure, vel de facto non ſubſit Imperatori, nec Imperatorem recognoſcat, & diſtinctæ ac ſeparatæ ſint iuriſdictiones: ergo ſequitur euidenter, quod Comes Palatinus creatus ab Imperatore non potuit legitimare in ciuitatibus Venetorum abſque expreſſo conſenſu [e] illuſtriſſimi do- e
minii Venetorum: ſicut dicimus in ſimili, quod Imperator non poteſt legitimare in terris ſubiectis eccleſiæ [f] vel Papæ, quoad temporalem iuriſdictio- f
nem, nec e contra Papa in terris ſubiectis † Impera- 9
tori, *cap. per venerabilem. vbi Canon. qui fil. ſint legit. Pet. de Anchar. in c. 1. de ſponſa. in 6. latius in conſ. 321. incipiente, Primum dubium non eſt nouum. Bart. in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Bald. in l. 1. in 2. colum. C. de iur. aur. anul.*

late

late.domi.Marti. Lauden. in disputatione sua, quæ incipit, Augerius Seio in 11. colum & quatuor sequentibus. Item communis opinio est, quod Imperator non possit legitimare subditum de terris ecclesiæ sine consensu Romani Pontificis: *secundum Ioannem de Imol.ita formaliter dicentem in cap.pastoralis.in prin.in primo notabili,de offi.ordi.* Item Imperator non potest legitimare
10 ad feudum ecclesiasticum, † nec econtra Papa ad imperiale feudum: quia vnus non potest subtrahere aliquid de vniuersitate alterius: *vt l.consulta diualia C.de testa.secundum Bald. in l.eam quam in 7. colum. C. de fideicom. & in consilio 129. tertiæ partis, incipiente. Ad euidentiam præmittendum est, quod licet filius D.Signo.de Homodeis in consilio 223. incipiente, Quidam nomine Cabrius. in 3.dubio. late Marti Lauden.in disputatione sua quæ incipit, Augerius Seio.* Item nemini licitum est immittere falcem in messem alienam: *vt est text. notabilis in cle. pastoralis. in pen. col. de re iudi. & in c. venerabilem.circa prin.de elec.& 6.q.3.in cap.scriptum est.* Non ergo fuit licitum comiti palatino creato ab Imperatore legitimare in ciuitate Patauina non subiecta Imperatori. & sic extra territorium Imperatoris in quo censetur priuatus. *l.extra territorium. ff. de iurisdictione om. iudi. & l.3.ff.de offi. præsidis. & cap 2. de consti. in 6.* item legitimare personas non subiectas Imperatori,& similiter circa bona non subiecta imperio, & sic nec locus,in quo facta est legitimatio nec personæ, nec bona subsunt imperio: ergo legitimatio redditur nulla. ¶ Confirmo prædicta optime: quia pater in
11 legitimatione filiorum † illegitimorum non potest se subijcere iurisdictioni alterius principis, vel comitis legitimātis sine consensu sui domini: *vt est text. ad hoc multum notabilis in d.cap.per venerabilem.& ibi do. Anto.de Butr.& alij ad hoc multum notant,qui fil.sint legi. Et ibidem D. Abbas Panorm. in duobus locis ad hoc multum notat illum text.in primis in 3.colum.in prin.notat & dicit quod ibi est text.multum singularis in verb.iurisdictioni nostræ,* quod legitimatio, quæ est iurisdictionis, non est prorogabilis ex consensu partium, in eo quod Papa ibi dicit, quod rex Franciæ potuit se subijcere iurisdictioni Papæ: quia non recognoscebat superiorem in temporalibus, sed nobilis ibi supplicans erat subiectus alteri: ergo manifeste colligitur ex illo text.& alibi non ita bene probatur, quod pater non potest in legitimatione filij subijcere se iuris-
9 dictioni alterius principis & vel comitis legitimantis sine consensu sui domini. similiter idem D. Abb. Panorm. *in illo cap.per venerabilem in 7.colum. in princip.* dicit se indistincte tenere, quod iurisdictio legitimandi non fit prorogabilis per patrem, per textum apertum ibi in versiculo, insuper, vbi pater supplicando petebat, quod Papa legitimaret filios suos, sicut legitimauerat filios regis Franciæ: & Papa inter cætera respondet, quod rex Franciæ non recognoscit superiorem in temporalibus, ideo potuit sine iuris alterius læsione se in eo subijcere iurisdictioni Papæ, sed ille pater nobilis supplicans erat alteri subiectus: ergo apertissime probat ille text.
12 quod alteri † subiectus non possit in legitimatione prorogare iurisdictionem alterius etiam principis.
13 Cuius dicti potest esse duplex ratio. ¶ Prima: quia † legitimare videtur reseruatum summo principi in signum priuilegij specialis. Item tanquam arduum: quia videtur monstruosum vt non legitimus efficiatur legitimus: *vt probatur ibi in versiculo, Insuper facit l.1.§.ait prætor.in versic.de qua re ff.de postu. & videtur text.in §.illud in verb.per rescriptum nostrum.in authe. qui mo.na.effi sui.* Ista ergo, quæ sunt reseruata supremo principi, non debet posse ab eo creatus in alios transferre, qui non sunt suæ iurisdictionis. ¶ Secunda ratio: quia licet legitimare videatur † esse iu- 14
risdictionis voluntariæ eo respectu: quia exercetur in volentem,& filius inuitus non potest legitimari, ne cogatur transire in potestatem patris *§. generaliter. in authentic.qui.mo.na.effici.sui.* tamen alio respectu ista potestas, seu iurisdictio legitimandi non est pure voluntaria, in quantum excludit agnatos inuitos, qui succederent ab intestato. Vnde Imperator,qui non habet iurisdictionem in terris ecclesiæ non posset hoc præiudicium afferre non subiectis sibi, & tollere honorem reseruatum principi, ita ibidem resident D. Abb. Panorm. ergo in proposito nostro dominus Prosdocimus ciuis Patauinus dum in humanis ageret non potuit facere legitimari filios suos illegitimos à comite Palatino creato ab Imperatore, & se submittere iurisdictioni illius comitis legitimantis sine consensu domini sui, & sic sine consensu illustrissimi dominij Venetorum. *ita expresse determinat do.Abb. in d. c. per venerabilem.per illum text.in ductis duobus locis,in 3.colum.in princ. & in 7.colum. in princ. & ibidem etiam do. Anto. de Butr. & communiter alij cano* ¶ Confirmo etiam prædicta per illud,quod in longe fortioribus terminis tenuit domi.Franciscus de Curte doctor Papiensis & magnus practicus, *in consilio 73. incipiente, Super memorata facti narratione in 5. dubio principali.* Vbi fortius tenuit,quod comes Palatinus creatus ab Imperato- 15
re non potest legitimare in ducatu Mediolani, h h quamuis infeudato ab ipso Imperatore, sine consensu ducis Mediolani, cum in illo ducatu Mediolanensi sit effectus princeps perpetuus, & in eum sit translata omnis potestas imperialis. Nam dux Mediolani potest in terris † & locis suis omnia, 16
quæ Imperator potest facere per totum orbem: secundum Paulum de Castro *in consilio 227. incipiente, Super primo dubio videtur dicendū.* Et vltra ibi adducta per eū bene facit: quia dux Mediolani in terris suis est sicut Imperator,& habet plenitudinem potestatis,& sic potest facere quicquid sibi placet sicut& Imperator: *secundum Ang.in consilio 217. incipiente. In causa accusationis in 2. colum.* Si ergo comes Palatinus creatus ab Imperatore non potest legitimare filios spurios, vel illegitimos in ducatu Mediolani absque consensu ipsius Ducis, quanto minus poterit in excelso dominio Venetorum, & in ciuitatibus ei subiectis, absque consensu ipsius sereniſſimi dominij Venetorum, per ea, q iæ superius deducta fuerunt. ¶ Circa secundam legitimationem factam ad feuda ecclesiastica à comite Palatino creato per Papam: quia, vt etiam dictum est supra, Imperator & multo minus comes per eum creatus non potest legitimare † ad feuda ecclesiastica: *secundum* 17
Bald.in l.eam quam in 7. colum. C. fideicom. & in consilio 129.tertiæ partis,quod incipit, Ad euidentiam præmittendū est,quod licet filius dominus Signorolus de Homodeis in consilio 223. incipiente, Quidam nomine Cabrius in 3. dubio late D. Martinus Lauden. in disputatione sua, quæ incipit, Augerius Seio. Dubium vertitur,an dictus comes Pala

tinus summi Pontificis potuerit dictos filios spurios magnifici quondam domini Prosdocini de Comitibus ciuis & nobilis Patauini legitimare ad dicta feuda ecclesiastica. Et pro parte affirmatiua facere videtur: quia dictus comes Palatinus creatus ab Eugenio Papa inter cætera habet potestatem legitimandi & legitimos restituendi ad honores & dignitates: sed eo ipso quod in priuilegio legitimationis est descriptum, quod possit legitimare quoad honores & dignitates, poterit etiam legitimare ad feuda dictante priuilegio, non obstante quacũque lege: secundum D. Marti. [i] Lauden. *in q. per eum disputata in materia legitimationis incipiente, Augerius Seio. circa finem. vbi refert ita notabiliter fuisse decisum per notata in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & in c. naturales. si de feu. fue. controu. inter do. & agna.* ¶ Hoc tamen non obstante contrarium puto esse de iure verius, & concurro cum opinione consummatissimi consultoris domini Bartholomæi Socini Senensis, quod iste comes non potuerit legitimare ad dicta feuda ecclesiastica ex defectu causæ efficientis: quia ista potestas legitimandi ad feuda ecclesiastica non legitur in eius priuilegio, & erat necessaria, ad hoc allegat prædictus eximius dominus consultor notata *in d. cap. naturales. si de feu. fue. controu. inter dom. & agna.* Ego confirmo in specie & in indiuiduo: quia in generali potestate legitimandi concessa per Papam vel Imperatorem comiti Palatino non venit potestas legitimandi ad feuda † nisi specialiter & nominatim fiat mentio de potestate legitimandi quoad successionem feudorum, [k] nec sufficeret, quod in priuilegio detur potestas legitimandi ad dignitates. ita notabiliter determinat D. Signorolus de Homodæis doctor Mediolanensis *in consilio 223. incipiente, Quidam nomine Cabrius.* Vnde dicit, quod ipse in priuilegio sui comitatus notanter fecit apponi specialem potestatem legitimandi quoad successionem feudorum, cum derogatione. *d. cap. naturales. Istam decisionem domini Signoroli refert & sequitur D. Cardi. Alexandrinus in capitul. per venerabilem. §. quod autem in 18. charta. qui fil. sint legiti. Alibi Bald. in cap. clerici. de iudi.* referens ad aliud propositum prædictum D. Signorolum de Mediolano in consilijs suis eum appellat laudabilis memoriæ † doctorem, eum etiam appellat profundum & famosum doctorem Iaco. Alua. Patauinus *in cap. 1. in princip. in 7. colum. in titul. quis dica. dux vel marchio. in vsib. feudo.* Istud idem, quod in generali potestate legitimandi concessa comiti Palatino non veniat potestas legitimandi ad feuda, nisi specialiter & nominatim fiat mentio de potestate legitimandi quoad successionem feudorum, tenuit similiter D. Alexan. *in consilio 60. secundi volum. quod incipit, Visa legitimatione facta de domina Marmorina. in 1. col.* ¶ Confirmo optime: quia restituti natalibus per simplicem gratiam principis non succedunt in feudo præsertim antiquo & nobili, etiam si pater facit † eos legitimari, nisi potestatem habens specialiter: & nominatim legitimet eos ad feuda, sine legitimorum agnatorum præiudicio. ita notabiliter tenet Bald. *in cap. licet. in 2. colum. de transla. præla.* ¶ Confirmo & secundo bona ratione: quia legitimatus etiam ab Imperatore non succedit in feudo, nisi sit † specialiter legitimatus ad feuda: [l] *vt est tex. in d. cap. naturales. cum glo. ibi à doctoribus communiter approbata*: Ergo non plus debet operari legitimatio facta par comitem Palatinum habentem simpliciter potestatem legitimandi ab Imperatore, quam si ipse Imperator simpliciter legitimasset, quo casu non censeretur esse legitimatus ad feuda, vt dixi. Item & tertio pro confirmatione prædictorum benefacit, quod in generali potestate, vel in generali sermone non continentur feuda, † nisi de eis nominatim sit dictum: [m] *vt est text. in cap. in generali. si de feu. fue. contro. inter do. & agna.* sic in rescriptis simpliciter impetratis non veniunt feudalia, † nisi de eis sit facta specialis mentio. [n] ita singulariter notat *Bald. in capit. cum ordinem in 4. colum. de rescrip. arg. illius text. sed melius facit text. in ca. ex parte B. circa medium, de fo. compe.* Similiter statutum de dote lucranda non habet † locum in re feudali. [o] *ca. 1. §. quamuis. & ibi Bald. notat de inuesti. de re alie. fac. Bald. in c. 1. an mari. succe. vxo. in beneficî. cum concor. quas alias legendo dedi. in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Similiter † dispositio *d. l. 1. & authenticæ præterea. C. vn de vir. & vxor.* non habent locum in feudis: [p] secundum Ludo. Rom. & dom. Alexan. *in vtroque loco.* Similiter feudum non cadit in generali obligatione: [q] secundum Specu. *in titulo de pigno. in princip. in versiculo fi.* ¶ Et per ista apparet non esse verum illud, quod tenet dominus Marti. Lauden. *in d. disputatione Augerius. circa fin.* quod quando in priuilegio legitimationis fuit dictum, quod possit legitimare quoad honores & dignitates quod tunc etiam posset legitimare ad feuda. Istud est falsum per ea, quæ supra dicta sunt. Et contrarium in specie & indiuiduo tenent D. Signorolus de Homodæis & D. Cardi. Alexan. in locis superius relatis. ¶ Non obstat etiam, si diceretur, quod in dicto priuilegio Papæ detur potestas legitimandi ad beneficia omnia curata, & non curata, & quod feudum est beneficium. *cap. 1. §. in primis. in quibus cau. feu. amitt.* respondetur, prout etiam respondet † præstantissimus D. consultor, quod illa verba, *beneficia curata, & non curata*, intelliguntur de beneficijs ecclesiasticis, quorum aliqua sunt curata, † & aliqua non curata. *cap. dudum 2. & ibi Abb. in 2. colum. notat de elec. gloss. in cap. si gratiose. in verb. beneficia. & ibi Gemi. de rescrip. in 6. & gloss. in cle. auditor. eo. tit. & in cle. 1. in verb. beneficia. de re. permut. & in regula prima. de regu. iur. in 6.* quod etiam patet ex verbis præcedentibus Papæ loquentibus de beneficijs ecclesiasticis, dum dicit dignitates, præbendas, beneficia omnia, curata & non curata: cum verba precedentia † declarent sequentia. *l. qui filiabus. in prin. cipio & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. Bald. notabiliter in l. legatorum petitio. §. fi. in fi. ff. de lega. 2. Imo. & moderni in l. cohæredi. §. qui discretas, per illum text. ff. de vulga. & pupill.* ¶ Postremo in ista legitimatione ad feuda ecclesiastica, quando etiam comes Palatinus habuisset de hoc à Papa expressam potestatem requirebatur citatio reuerendissimi do. episcopi & agnatorum proximiorum, de quorum præiudicio agebatur, prout etiam attingit excellentissimus D. consultor. Nam quando † pater facit in vita sua legitimari filios suos spurios, tunc alij non sunt citandi: quia hoc principaliter tangit patrem, qui potest disponere de bonis suis quomodo vult [r] secundum Bart. & alios doctores, *in l. Gallus. §. & quid si tantum. in vlt. col. ff. de lib. & posthu.* Ergo à cessante ratione, si pater non

ter non potest disponere de rebus, puta quia sunt feudalia, tunc requiritur citatio domini, & aliorum agnatorum, de quorum præiudicio agitur. ita infert & expresse notat D. Marti. Lauden. *in præallegata disputatione sua, quæ incipit, Augerius Scio. in 18. colum. & bene.*

ADDITIO.

a Ecclesiæ.] Refert Rolan. cons. 88. In causa n. 7. cum seqq. lib. 1.

b Posset præscribi.] Refert & sequitur Aymo tract. de antiq. temp. parte 4. sect. materia ista nu. 73.

c Recognoscunt.] Quod Serenissima Venetorum Respublica non recognoscat Imperatorem, scribit idem Iasl. ex hoc iure nu. 26. de iust. & iure. & l. cunctos populos 1 lect nu. 11. C. de sum. trin. Alex. l. more colu. vlti. vers. subest de acq hæred. Cepol. tract. de seru. rusti. præd. c. de mari. col. 2. vers. & propterea dicit Bald. Alua. c. 1. in prin. quis dica. Dux, Comes vel March. colum. vlt. vers. quid de Duce Venetorum Castr. cons. 317 viso colum. 3. vers. 3. & vlt. lib. 1. Soc. iun. cons. 73. pulchra nu. 5. lib. 1. & cons. 100 pro habenda numero 10. & 11. libro 2. Mantua cons. 188. cum alias. num 25. lib. 2. & Menoch. cons. 2. magni nu. 63. & seqq. Alibi Gig tract. de pœn. q. 93. numero 4. inquit eam esse aliarum reginam. & Franc. Marz. in epit. de fideicom. 2. par. q. 20. in fin. post Mandos. in reg Cancel. 13. q. 5. ait vrbem Venetam esse præclarissimam & quod est decus & splendor totius Italiæ virtutibus diuitiis ac religione ornata, & cuius magistratus non aliter admiratus est, quam admiratur dum legit illos antiquorum.

d Imperatoris.] Dec. cons 317. In causa Magnifici nume. 2. Purpu. l. 1. nu. 329. de offi. eius. Restau. Castal. tract. de Imper. q. 54. nu. 11. & Menoch. d. cons. 2. num. 66. vbi hoc cons. citat. Gabr. com. opin. lib 5. de acq rer. dom. concl. 3. numero 13. 15. & 16.

e Consensu.] Late Soci. iun. cons. 100. pro habenda num. 11. cum seqq. vsque ad nu. 18. lib. 2. cons. 99. viso themate nu. 36. eo. lib. Rolan. d. cons. 88. num. 25. vbi magis communem asserit. addo Soc. iun. cons. 21. diligenter nume. 6. 7. lib. 4. vide tamen Soc. sen. cons. 47. In præsenti nu. 21. 28. & 37. lib. 4. vbi de legitimatione facta in terris Florentinorum. Port. cons. 105. quia inter plura num. 1. cum seqq. Sed opin. Socini iun. sequitur incertus author inter cons. Port. cons. 106. D. Constantinus num. 9. cum seqq. & numero 15. 16. vbi addit rationem, & hic consultor est Ferd. de Thien. vt inquit Marza. in epitom. de fideicom. 2. par. q. 30. in princ. Gabr. d concl. 3. nu. 12. & 17. Zanch. l. hæredes mei § cum ita q. par. n. 31. ad Trebel. vbi hoc cons. citat.

f Subiectis ecclesiæ.] Refert Iasl. hic Siluester Aldobrand. inter cons. Crot. cons. vlt. nu. 14. lib. 3. Soc. iun. cons. 142. viso puncto. nu. 1. lib. 1 cons. 91. Visis nu. 25. libro 4. Crot. cons. 296. Capio primum sub nu. 34. vers. Sed hoc non obstante libro 3. Menoch. d. consil. 2. num. 70. vbi & ipse huius consil. meminit.

g Principis.] Soc. iun. d cons. 100. nu. 30. 31. & seq. vbi hoc cons. allegat. Rolan. d. cons. 88. n. 35. Aldobran. d cons. vlt. nu. 28. vbi refert Iasl. Didac. in epitom. par. 2. cap. 8. §. numero 14. Rui. cons. 66. perlectis nu. 3. lib. 3. potest tamen hæc iurisdictio prorogari patre & filio consentientibus. Gabr. consi. 29. Lucius num. 7.

h Mediolani.] Iasl. consil. 1. numer. 21. supra eo. consil. 101. Immunitas colum. 3. in prin. infra lib. 4. Soc iun. d. consil 100. num. 21. Cotta in memo. verb. legitimatio facta per Imperatorem. refert & sequitur Iasl. hic Sylvester Aldobran. d. cons. vlt. numero 13. & 23. Rolan. d. cons. 88. numero 26 27. & numer. 36. Rimin. iun. cons 68. multa nume. 17. vide tamen Roland. consil. 22. viso test. numero 13. 39. cum seqq. libro 3. vbi contrarium affirmat. Sed opin. Cur. sequitur Ceph. consilio 23. feudum numero 77. cum seq. Paris. consilio 2. legitimatio nume. 18. lib. 2. Soc. iun. consil 126. In causa numero 22. lib. 3. & Menoch. d. consil. 2. nume. 105. vbi & ipse hoc cons. adducit.

i Secundum d. Martinum.] Falsum est vt dicit idem Iasl. infra eo cons. nu. 26.

k Feudorum.] In generali potestate legitimandi concessa Comiti Palatino non dicitur concessa potestas legitimandi ad feuda. vt trad. Beroi. consil. 179. In hac numer. 17. cum seqq vbi similia adducit lib. 2. nisi expresse concedatur huiusmodi potestas, vt dicit Iasl. hic & Paris. consil. 2. nu. 123. lib. 2 vbi dicit communem & in Comite Palatino Papali idem Paris. cons. 14. Cum in facto num. 29. eo lib. omnino Cur. iun. tract. feu. 3. par. prin. q 17. numero 39. & is qui scripsit in consuetud. Paris. §. 8. gloss 1. numero 38. Clar §. feudum q 82. numero 3. vers. & hæc quidem refert Fichar. com. opin. lib. 10. vers. legitimatus à comite. Amplius legitimatus ad feuda non intelligitur legitimatus ad feuda nobilia & dignitatis, nisi sit expresse dictū vt vult Rimin. iun. consil. 69. Illustris. nu. 21. 22.

l Ad feuda.] Cur. iun. consil. 157. præsupponitur sub nu. 15. vers. ex præmissis vbi dicit gl. communiter approbatam. Sylua consil. 3. quo ad primum sub n. 49. Clar. d. §. feudum q. 82. num. 1.

m Sit dictum.] Tiraq. de vtroque retr. tit. 1. § 1. gl. 3. num. 4. addo Rolan. tract. de iuer. dot. q 54. nu. 8.

n Specialis mentio.] Iasl. cons. 224. videretur col. 1. supra lib. 2. consil. 152. vera col. 1. infra lib. 4. Tiraq. d. loco nu. 4. & tract. le mort saisit le vif. par. 4 decla. 5. numero 9. vbi hæc cons. citantur.

o Feudali.] Iasl. d. cons. 224. col. 1. vers. Item statutum d. cons. 152. col. 1. vers. hinc est quod statutum loquens & l. 1. colum. 6. vers. nota etiam quod istud. C. de sum. trin. & alios adducit Tiraq. d. loco num. 5. & d. tract. le mort. loco supracitato nu. 3. 4. addo Dec. l. 1. col. 2. & auth. præterea. C. vnde vir. & vx. Soc. iun. cons. 72. proposita nu. 50. lib. 1. & Rolan. alios adducentem. d. q. 54. nu. 15.

p In feudis.] Idem d. consilio 224. columna. 1. vers. similiter disp. d. consil. 152. col. 1. vers. Item disp. Tiraq. d. tract. & loco numero 5. & d. tract. le mort. præallegata par. & declarat numero 5.

q Obligatione.] Iasl. cons. 6. exhibentur num. 45. supra eo. & cons. 124. viso test. colum 4 vers. ad idem etiam facit infra lib. 4. Alex. consil. 16. viso dicto numero 4. & 168. requisitus numero 6. lib. 2. Tiraq. d. loco num. 6. & d. tract. le mort. 4. par. decl. 3 numero 16. vbi citat d. Iasl. consil. 6. Soc. d. consilio 72. num 50. vers. similiter etiam & pro declaratione vide Aymo. consil. 256. In casu numero 4. 5. & consilio 305. quæritur numero 4.

r Quomodo vult.] Dida. alios adducens in epit. de spons. 2. par. cap. 8. §. 9. nu. 7.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXI.

SVMMARIA.

1 *Ordinatio facta per consiliarios loci cum sit generalis seu vniuersalis debet censeri valida, & præsertim accedente iudicis auctoritate vt nu. 3.*
Consiliariorum ordinatio facta per eos generaliter seu vniuersaliter debet valida censeri. vide verbo ordinatio.

2 *Consilium repræsentat totum populum, & consilium ciuitatis illud idem potest quod totus populus, & illud quod consilium facit pulsata campana omnes de populo facere videntur.*

4 *Consilium potest ordinare super ijs, quæ sunt communitatis & sunt communia pluribus vt vniuersis, nec requiritur in ijs maior pars capitum domorum.*

5 *Consiliarij possunt statuere quæ sibi opportuna videntur super rebus proprijs.*
Res qualibet præsumitur libera nu. 5.
Res. In re sua quilibet est moderator & arbiter etiam in abutendo nu. 5.

6 *Populus etiam carens iurisdictione potest statuere in ijs quæ pertinent ad bonorum suorum administrationem etiam sine authoritate superioris.*

7 *Statutum in municipio ità potest disponere sicut Imperator in toto orbe.*

8 *Vtilitas publica præfertur cuicunque priuatæ.*

9 *Vniuersitas seu consilium debet conuocari sono Campana*

pana more solito in loco publico & authoritate superioris.

10 *Approbatio non minus fit factis quam verbis.*
Facta sunt fortiora ad declarandum voluntatem quam verba. quæ sæpenumero proferuntur contra intentionem proferentis nu.10.

11 *Collecta imponitur pro necessitate vniuersitatis, & ad tales collectas arctatur quilibet de vniuersitate etiam inuiti & reluctantes, sed in administratione rerum propriarum vniuersitatis, vt quod soluatur pensio pro vsu pascuorum vel aquarum non requiritur aliqua necessitas & nu.12.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

ORDINATIO consiliariorum loci Crescentini disponens quantũ pensionis ab vtentibus solui debeat pro pascuis & aquis ipsius communitatis, de iure valida censeri debet, cum 1 † sit generalis, seu vniuersalis, & in ea dicatur, quod 2 quælibet persona [a] de Crescentino, seu ibidem habitans, cuiusuis qualitatis & conditionis existat, soluere teneatur communi Crescentini &c. Ergo generaliter statuendo ita disponere potuit. *l. venditor §. si constat. ff. com. prædi. l. Antiochensium. ff. de priuileg. credi. Bar. in l. toties. §. 1. ff. de pollici. & in l. fin. §. 1. ff. de appel. recip.* Item in ea consenserunt omnes consiliarij ipsius communitatis, & est facta ex causa publicæ vtilitatis, & super rebus etiam proprijs comunitatis: Ergo iuridica est censenda, cum hic concurrat habilitas omnium quatuor causarum, scilicet efficiẽtis, materialis, finalis, & formalis. In primis adest causa efficiens, hoc est consiliarij dicti loci, qui dictam 3 ordinationem condiderunt. Nam consiliũ † repræ- b sentat totum populum: [b] *prout tenet glo. ordina. in rubrica. C. quæ sit long. consue. quam sequitur Bart. in l. 2. ad fi. C. de decur. lib. 10. & in l. non ambigitur. ad fi. ff. de legi. Ang. in l. nulli. in princ. in 1. col. ff. quod cuiusque vniuersi.* Vbi dicit, quod illa gl. non est alibi, & per eam notat, quod consilium ciuitatis illud idẽ potest quod totus populus. Illam gl. etiam sequitur & reputat esse valde singularem Io. de Imo. *in l. municipibus. ff. de condi. & demon.* Item illud quod consilium facit, pulsata campana, omnes de populo facere videntur. *ita dicit gl. notabilis in l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo.* Item interuenit 3 authoritas iudicis † & sic superioris, ergo tale ordinamentum debet de pleno validum iudicari: *secundum Bar. in l. omnes populi. in 1. q. primæ q. principalis. ff. de iusti. & iur. & notabiliter per Ang. & alios in l. 1. ff. quid quisque iur.* Nec isto casu requiritur maior pars capitum domorum, imo sufficit consilium dicti loci, 4 cum ista pascua & iura aquarum † sint communitatis, & consequenter sint communia pluribus vt vniuersis, & sic non dicantur esse singulorum. *l. sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. iuncta l. per fundum. vbi gloss. & docto. ff. de serui. rusti. prædi.* Et tunc quod maior pars facit, omnes fecisse dicuntur. *l. quod maior. ff. ad municipa. l. aliud. §. refertur. cum glo. ff. de regu. iur. gloss. & doc. in cap. cum omnes de constitu.* ¶ Secundo concurrit habilitas causæ materialis: quia ista ordinatio fuit facta super rebus proprijs communitatis. Nam ista pascua & aquæ sunt in dominio ipsius communitatis, † & nulli priuato seruitutem debent, tum quia 5 quælibet res præsumitur esse libera, c *l. altius. C. de* c *serui. & aqua. l. cum eo. ff. de serui. vrba. prædio. glo. notabilis in l. si prius. in verb. egisset. ff. de operis no. nun. Bal. in aut. sicut. C. de sac. sanc. eccle.* tum quia pascua propria vniuersitatis non debent cæteris seruitutem: secundum Bar. *in l. testatrix. §. 1. ff. si serui. vendi.* Et in re pro- d pria quilibet est moderator & arbiter. [d] *l. in re mandata. C. mand.* etiam abutendo. *l. sed & si lege. §. consuluit. in verb. dum se abuti putat. ff. de peti. hærede.* Item iustum est vnicuique sua committere. *l. nemo exterus C. de iudæ.* sicut econtra, iniquum est ingenuis hominib. liberam rerum suarum administrationem auferri *l. non vsque adeo. ad si. ff. si quis à paren. fue. manu.* Item populus etiam carens † iurisdictione, potest statue- 6 re super ijs, quæ pertinent ad bonorum suorum e ad e ministrationem, etiam sine authoritate superioris. secundum Bar. *in l. omnes populi. in prima q. 1. q. principalis. ff. de iusti. & iur. & in l. si quod extraordinarium. C. de lega. lib. 10. Bal. & Salyc. in l. fi. C. de iurisd. om. iudi. Bald. in l. nulli. C. de sententiis. & in l. 1. C. quæ sit long. consue. & in titulo de pace Constan. in verb. in causis. ad fin. cano. in c. cum omnes. & in cap. cum accessissent. de constitu.* Item statutum in municipio ita disponere potest, † sicut 7 Imperator in toto orbe: *secundum Bal. in l. bene à Zenone. in 1. col. C. de quadri. præscrip.* ¶ Tertio concurrit habilitas causæ finalis, quæ est causa publicæ vtilitatis, vt prouideatur futuris oneribus, seu necessitatibus occurrentibus, vt est nunc expensis præsentis litis: sed publica vtilitas † cuicunque priuatæ vtilitati 8 præponi debet. *l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. l. vnica. §. fin. & ibi Bartol. notat C. de cadu. tol. & 7. q. 1. c. scias.* Nam sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur. *ita dicit tex. notabilis in c. licet. ante fi. de regu.* Item ista ordinatio super pensione soluenda à percipientibus commoditatem ex vsu pascuorum & aquarum cõmunium est naturalis & æqua, vt qui commodum ex rebus communitatis sentiunt, etiam aliquam pensionem [f] præstent. *l. secundum naturam ff. de regu.* f *iur. & c. qui sentit. eod. titu. in 6.* ¶ Quarto de causa formali patet: quia † conuocata & congregata fuit 9 credentia communis & hominum Crescentini sono campanæ, more solito: [g] *& iuxta gloss in d. l. sed si ex* g *dolo. §. 1. ff. de dolo. & in l. aliud §. refertur. ff. de regu. iur. notat Bart. in l 2. per illum text. in verb. solenniter. C. de decur. lib. 10.* Item super domo communis in quadam eius sala, vbi solet fieri & congregari credentia: quia consilium populi debet conuocari in loco publico: h *vt est text. in d. l. 2. in verb. ad curiam. & ibi Bartol. ad* h *hoc notat. C. de decur. libro 10. & in l. si quod extraordinarium in fin. C. de legá. lib. 10. Bald. in l. ad sententiam. C. de senten.* Item de mãdato domini potestatis dicti loci: quia consilium debet conuocari authoritate superioris: [i] *vt notat Bart. in prælegata l. 2. in 3. notabili. per* i *illum text. gloss. & doct. præsertim Bald. in l. nulli ff. quod cuiusque vniuersitá.* Et sic dicta ordinatio fuit facta seruata legitima forma. ¶ Quinto pro confirmatione prædictorum facit: quia illi qui nunc aduersantur consignantes: secundum tenorem & formam dictæ ordinationis, videntur ex actu consignationis

ipsam

ipsam ordinationem approbasse, argumento *l. ad solutionem. C. de re iudi. & c. quod ad consultationem. extra eod. tit. de re iudi.* quia approbatio non minus fit factis
10 †quam verbis *l. Paulus respondit nō tantum verbis. ff. rem ratam haberi. & l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edic.* imo facta sunt fortiora ad confirmandum & declarandum voluntatem, quam verba, quæ sæpenumero proferuntur contra intentionem proferentis: [k] *vt in c. dilecti. de appellatio. & in c. æstimant. 11. q. 3. secundum d. Abb. Panor. in cons. 223. incip. Illud de iure queritur, vtrum visa remissione. in pe. col. in prin. quod est consil. 115. 2. vol.* ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod dicta ordinatione dicitur, eam fieri propter casus onerum emergentium seu imminentium ipsi loco Crescentini, & tamen nulla suberat necessitas ita ordinandi, cum dicta communitas longe maiores prouentus habeat, quam sint eius onera & sumptus: quia respondetur, quod ista non est collecta, seu talea, quæ
11 imponatur †pro necessitatibus vniuersitatis; *vt notat Bart. in l. 1. §. quod si nemo. per gloss. ibi. ff. quod cuiusque vniuer. & in l. 3. per illum tex. ff. de alimen. & ciba. lega. & in l. 4. §. si actor. in princ. ff. de re iudi. & in l. 1. in 4. col. C. de mune. & in quo loco. lib. 10. Specu. in titulo de execu. sententiæ. §. sequitur. versiculo, quid si vniuersitas. & gloss. ordinaria in §. si quis igitur ex ijs. in verb. persoluet. & ibi not at Ange. in authentica: qui. mo. na. effi. sui. Ang. in d. l. 4. in princip. ff. de re iudi.* vbi dicit se habuisse de facto Paduæ quæstionem. & obtinuisse, quod villa poterat sibi collectam imponere ex causa necessitatis. [l] D. Alex. *in cons 52. quinti volu. incipiente, Visis ijs quæ in themate continentur D. Abb. in c. fi. de his quæ fiunt à maiori parte capituli:* Et tales collectæ & taleæ arctant quoslibet de vniuersitate, etiam inuitos, & reluctantes, sed nos sumus in administratione rerum propriarum communitatis
12 †de quibus, qui vult commodū & vtilitatem etiam debet onus sentire, & sic sumus in pensione præstāda ex vsu pascuorum & aquarum communiū, quæ neminem inuitum cogit, sed imponitur voluntarie vtentibus dictis rebus communitatis. Et ista non fit ob necessitatem, & ideo inepte & frustratorie quæritur per aduersantes de reditibus & facultatibus ipsius communitatis, cum nihil ad propositum conferat respectu validitatis vel inualiditatis dictæ ordinationis factæ per consiliarios dictæ communitatis.

ADDITIO.

a Persona.] Refert Plot. tract. de in lit. iur. §. 48. nume. 33. in fin.

b Populum.] Ias. l. 2. in prin. vlt. col. num. 13. quod quisq. iur. vbi infert ad not. decis. cons. 140 communitas column. 1. vers. sed pro parte in fin. infra lib. 4. Dec. l. 1. num. 29. de iur. om. iud. d. l. 1. numer. 21. quod quisq iur. & l. ciuitas. in prin. si cer. peta. cons. 404. viso eleganti sub num. 3. cons. 580. quæritur num. 2. cons. 600. & inspecto sub nu. 2 Aymo cons. 195. vniuersitas nu. 8. vbi omnino videndum. Ceph. cons. 328. sententia numero 65. & de transactione facta per cons. & Syndicos Bertr. consilio 168. non puto nu. 1. lib. 3. & de venditione facta per cons. an valeat. Bertr. cons. 294. pro validitate nu. 1. & 2. & 3. libro 6. Cagn. remissiue. l. 2. num. 145. de orig. iur. & Roland. consilio 90. primo quidem num. 1. lib. 1. pro declaratione. vide Osasc. decis. 95. Anno numero 13. & 22. Sylua. cons. 71. præsuppositа num. 9.

c Libera.] Ias. cons 81. communitas. nu. 15. infra eo. Hinc est quod res magis præsumitur allodialis quam feudalis. c. nimis de iureiur. vbi Host. Ioan. And. Anch. Card. & alii Alex. cons. 129. ponderatis. nu. 1. lib. 1. sequitur Dec. cons. 32. & pro tenui. nu. 3. vers. præterea. cons. 85. & diligenter sub numero 1. cons. 252. agitur. nu. 4. vers. 2. cons. 269. consultus numero 1. cons. 413. consuluit cons. 424. proponitur vtrobique n. 7. cons. 467. bene numero 8. cons. 468 superiori nu. 6. cons. 498. viso nu. 2. & 3 & cons. 588. viso puncto nu 8. & 9. Cur. iun. consil. 41. præsupponitur. nu. 7. cons. 108. c. controuersiam nu. 15. consil. 140. superioribus numer. 4. & cons. 184. præsupponitur numero 1. Soc. iun. cons. 75. quanquam vt audio num. 25 lib. 1. cons. 102. non sum. num. 17. & cons. 115. præsens consultatio numero 31. lib. 2. Ceph. cons. 67. circa Castellaniam. numer. 28. Roland. cons. 1. nu. 30. cum seq. lib. 4. Viui. com. opin. lib. 1. op. 113. feudalis res & Gabr. alios adducens com. opin. lib. 3. de feud. conclus. 3. numero 1. vbi ait omnes admittere hanc conclusionem. comprobat Natta cons. 514. Tria proponuntur numero 26. & ampliat idem Natta cons. 267. electus sum, in fin. procedere etiamsi prædia vicina essent feudalia & cons. 313. visis his numero 1.

d Arbiter.] Ias. cons. 58. mihi quoque placet n. 7. supra eo. vbi addo.

e Bonorum.] Ias. d. l. omnes populi col. 7. vers. quid tenendum omnino Aymo cons. 728. vicarius nu. 1. & Rol. cons. 99. viso statuto. nu. 14 cum seqq lib. 2.

f Pensionem præstent.] Idem Ias. cons. 33. viso themate. nu. 20. supra eo. Dec. cons. 190. c. primum. col. 3. vers. 3. ad hoc facit. cons. 656. Iuridicam. nume. 5 Aymo. cons. 195. vniuersitas nu 6. cons. 245. Stephanus col. 3. vers. & quod ista fuerit. & sim. cumulat Nicon. rub. solu. matr. nu. 94. cum seqq. Sic econuerso qui in aliquo peragendo incommodum passus est & periculum subiit, ex eodem etiam commodum reportare debet arg. l. secundum naturam & c. qui sensit. hic allegatorum. Hinc dicit Imperator l. vlt. §. alia quoque dubitatio. C. de fur. quod vbi est periculum ibi & lucrum collocati debet: & ea ratione si socius actum gerit in quo ipse solus subeat periculum etiam ipse solus ex eodem facto debet lucrum habere secundū Bart. l. quia poterat. in fin. ad Treb. Soc. iun. cons. 68. maximi num. 184. cum seqq. li. 3. sic qui commodum non sentit incommodum etiam sentire non debet Anch. iun. q. 61. quidam n. 5. par. 2. Ideo Bar. tract. de duo. Fratr. col. 2. dixit, quod stante statuto quod muliere decedente in matrimonio sine filiis vir lucretur dimidiam dotis, hoc casu si pater mariti sustinet onera matrimonii faciendo expensas filio & vxori suæ, & decedat ipsa vxor filii sine filiis, tale lucrum dimidiæ dotis acquiretur patri & non marito, licet statutum dicat quod acquiratur marito refert & sequitur Marc. sing. 164. cum sequuntur. hæc tamen reg. non procedit in dote. Dec. d. l. secundum naturam. numero 2. vers. 2. reg. Bald. Nouel. tract. dot. par. 7. priu. 13. Natta cons. 37. pater num. 6. Roland. cons. 79 numero 34. cum seqq. lib. 3.

g Solito.] Corn. cons. 224. considerata n. 3. lib. 4. Ruin. cons. 189. ca. 1. in prin. libro 1. Aymo cons. 134. scripsi alias num. 5. & Ias. hic citat Rolan. d. cons. 90. nu. 17.

h Publico.] Rui. d. cons. 189. in prin. Corn. d. cons. 224. nu. 13. Aymo cons. 4. præsupponit nu. 19. Rolan. d. cons. 90. nume. 3. & 17.

i Superioris.] Rui. d. cons. 189. in prin. Corn. d. cons. 224. n. 9. Rolan. d. cons. 90. nu. 3 & 17 & Ias. citat Tiraq. de iur. primog. q. 16. n. 5. & hoc intelligitur respectu validitatis actus. Aymo. d. cons. 4. n. 20. Menoch. cons. 28. est grauis n. 21. vbi hoc consi. citat.

k Proferentis.] Ias. cons. 3. In causa nu. 18 super eo. vbi dixi.

l Necessitatis.] Menoch. d. cons. 28. nu. 34. Natta cons. 105. superuacuum. numero 6 & cons. 150. super eo. num. 3. Rip. l. 4. in prin. nu. 28. de re iud. distinguit Aufer. Capella Tholos. decis. 347. Item fuit & Rimin. iun. cons. 10. Contendunt numero 16.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXII.

SVMMARIA.

1 *Testamenti verba accurate & subtiliter sunt considerāda.*

2 *Verbum commune adiectum certæ quantitati nunquam trahitur ad vniuersum nec ad vniuersitatem bonorum: & nu. 17.*

3 *Verbum* succedat *est commune & nu. 17.*

* Ver-

4 *Verbum* substituit *est commune & nu.17.*
Substitutio quando est facta in quantitate & non in aliqua quota hæreditatis, in ea non habet locum ius accrescendi. vide verbo ius accrescendi.

5 *Ius accrescendi non habet locum quando substitutio facta est in quantitate & non in aliqua quota hæreditatis. & nu 17. & 18.*

6 *Ius accrescendi non habet locum in dispositionibus limitatis. & nu.19. & 20.*

7 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

8 *Substitutio, quando vniuersaliter substituti sunt præmortui viuis hæredibus expirauit & est effecta quasi caduca.*

9 *Substitutus in certa quantitate & in eadē oratione cum alijs vniuersaliter substitutis & per verba directa ciuilia, habetur pro vniuersaliter substituto.*
Institutum nullum esse vniuersaliter, vel esse exclusum morte aut repudiatione sunt paria. Vide verbo paria sunt.

10 *Paria sunt vel nullum esse vniuersaliter institutum, vel esse exclusum morte aut repudiatione.*

11 *Hæredis verbum est verbum directum & ciuile.*

12 *Substitutio tunc dicitur facta per verba mere directa quando cum verbo (substituit) iungitur terminus hæredes.*

13 *Substitutus in re certa vel in certa quantitate per verba directa ciuilia admittitur in totum si non reperiatur alius vniuersaliter substitutus tempore purificatæ conditionis. Diuersum si per verba obliqua esset substitutus.*

14 *L.1.§.si ex fundo de hæred.inst. ampliatur.*
Institutio sicut se habet ad institutum, ita se habet substitutio ad substitutum nu.14.
Substitutio ita se habet ad substitutum sicut se habet institutio ad institutum. nu.14.

15 *Substitutus in certa quantitate in totum admitti debet, si substituti vniuersaliter sint præmortui antequam euenerit casus substitutionis.*

16 *Signor. de Homod. laudatur.*

19 *Ius accrescendi non impeditur per dictionem taxatiuam.*

21 *Filia si sit dotata & instituta in dote, & iussa plus non petere, masculus autem sit institutus ex vniuerso, tunc eo repudiante filia habebit totum.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIsis substitutionibus factis in testamento domini Philippi de Rubeis, in quib. consistit pondus præsentis controuersiæ, & eorum verbis accurate & subtiliter consideratis † *iuxta text. in §. nos igitur. in authentic. de restit. fideicommiss. quem notat Bald. in cap. 1. de feu. guar. & Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. in fin. ff. soluto matrimonio.* videretur prima consideratione dicendum, quod do. Lucia filia testatoris non possit de iure admitti ad fideicommissum vniuersale; eo quia testamento inter cætera dispositi, quod casu quo dicti eius filij hæredes vniuersales decederent sine filijs & filiabus legitimis & naturalibus, quod Lucia & Caia eius filiæ legitimæ & naturales pro quantitate florenorum sexcentorum vltra dotem superius relictā, Franciscus & Zaninus fratres de Morbijs pro vna medietate, & Ioann. Anthonius de Balchono pro alia medietate, dictis filijs & hæredibus taliter decedentibus succedant, & eo casu Luciam & Caiam pro dictis quantitatibus, Franciscum Zaninum & Ioan. Antonium pro reliquis dictis filijs & hæredib. taliter, vt supra decedētibus, sibi hæredes substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Vnde succedere videtur regula, quæ habet, quod verbum commune † prout est verbum, *succedant*, & verbum, *substituit*, adiectum certę quātitati, vt in casu prę̄senti, nunquam trahitur ad vniuersum, nec ad vniuersitatem bonorum: *vt l.cogi. §. & generaliter. & ibi Dy. Bar. Ang. & alij ad hoc notant. ff. ad Trebell. Bart. in l. centurio. in pe. charta, in versiculo, quæro vlterius, quid si substitutio compendiosa fuit in re certa. ff. de vulg. & pupil. & in l. his verbis. in prin. ff. de hære. instit. gl. in l. si vero nulla. in verb. relictis in authentica, de hære. & falci. & est bonus text. in l. Lucius. §. filiam. ff. de lega. 2. de quo facit magnum festū Are. in d. l. centurio in pe. col. dicens illum tex. esse ad hoc ineuitabilem & meliorem de iure.* Quod autem verbum, succedent [a], sit commune, † firmat Bart. & ibidē alij *in d. l. centurio in vlt. col. in 5. q. & in l. restituta. §. fi. per illum tex. ff. ad Treb. & in cons. 13. quod incipit, Ex facto proposito plura dubia oriuntur. in 5. col. & est gl. in c. si pater in verb. absque deductione. de testa. in 6. & ibi Bald. in repetitione, & in l. si. in vlti. col. C. de sac. sanc. eccle. facit tex. in l. non solum ff. de in integ. restitu.* Similiter verbum † substituit, est commune. [b] *l. iam hoc iure. in prin. in versi. sed si alter. ibi, hoc communi verbo. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant. ff. de vulg. & pupil.* ¶ Secundo pro eadem parte facit: quia Lucia fuit substituta in quantitate florenorum sexcentorum, & non in aliqua quota hæreditatis. Ergo in ea non potest habere locum † ius accrescēdi: quia portio accrescit portioni, [c] & non personæ. *l. si totum ff. de acquiren. hæreditate. l. si Titio vsus fructus. in fi. ff. de vsufruct. l. interdum. ff. de vsufruct. accres. l. hæc scriptura. §. si. ff. de condi. & demon.* ¶ Tertio ad idem facit: quia substitutio Luciæ fuit limitata in sexcentis florenis, sed in dispositionibus limitatis non habet locū ius accrescendi: secundum Bald. *in l. 1. in vlt. col. C. de secundis nup. per text. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebell. per quem tex.* alibi tenet Bald. *in l. si arrogator. in princip. ff. de adop. & in repetitione l. 1. in 17. col. C. de sacrosanct. eccle.* quod dictio taxatiua impedit ius accrescēdi. Vnde si testator instituit duos hæredes, vnum in decem vncijs tantū, aliū in duabus vncijs tantum, vno repudiante vel mortuo non accrescit alii. Sequitur Ludo. Roma. *in l. vnica. in principio ff. si quis ius di. non obtemp.* Bene facit, ꝙ si duob. sunt relicti fructus vnius fundi ad alimenta, vno repudiante vel mortuo non accrescit alij. *l. dominus. §. 1. ff. de vsufruct.* ratio est secundum Bal. ibi: quia legatum alimentorum naturaliter est taxatum, ideo impedit ius accrescendi: *per tex. in d. §. quæ habebat in fin.* Confirmantur prædicta per tritam regulam, † quæ habet, quod limitata causa limitatum producit effectum. [e] *l. in agris ff. de acqui. re. do. l. age. & ibi Bal. & Saly. notat C. de transact. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen.* ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, quod Lucia admitti debeat ad fideicommissum vniuersale, & sic ad vniuersi-

tatem

tatem bonorum. ¶ Moueor in primis: quia ſubſtituti vniuerſaliter ſunt præmortui viuis hæredibus, g ergo ſubſtitutio in eorum perſona expirauit; † & f effecta eſt quaſi caduca f *leg. ſed ſi plures. in prin. ff. de vulga. & pupilla. l. toties. in fin. ff. de acquirenda hæreditate. leg. ſi ex pluribus. in fin. ff. de ſuis & legi. le. ſubſtitutio. cum gloſ. ff. de acqui. re. do. gloſ. & doc. in leg. vnica. Cod. de his qui ante aper. tab.* Ergo Lucia, quæ ſola eſt ſupereſt, & in vna & eadem oratione & conſtructione, & eodem capitulo eſt ſubſtituta in certa quantitate cum 9 aliis vniuerſaliter ſubſtitutis † & ſubſtituta per verba directa ciuilia, vt ſtatim dicã: ergo habetur pro vniuerſaliter ſubſtituta. *l. 1. §. ſi ex fundo. & l. quoties. §. duo. ff. de hære. inſti. & ita tenent Bar. & communiter ſcribentes in l. quoties. Cod. de hære. inſti. Bartol. Bald. Ange & Imol. in leg. ex facto. in principio. ff. eod. & Bartol. in d. leg. quoties. §. ſi duo. eodem titulo. Ang. & Imo. in d. leg. 1. §. ſi ex fundo. Ioann. And. in addi. Specu. in titulo de teſta. §. in primis. in prima additione magna in principio. Bald. in repetitione cap ſi pater. in 16. columna de teſta. in 6. Ioan. de Imol, in commento cap. Rainutius. ſuper gloſ. 2. de teſta.* Confir- 10 mantur prædicta: quia paria ſunt † vel quod nullus ſit vniuerſaliter inſtitutus, vel quod ſit excluſus g morte, aut repudiatione. *leg. ſecunda. §. ſed & ſi ſint ſui. ff. ad Tertul. leg. 1. §. pen. ff. de contra tabul. leg. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. de bo. libert.* Quod autem in caſu præſenti ſubſtitutio Luciæ ſit facta per directa ciuilia patet: quia teſtator dixit, quod Luciam & Caiam pro dictis quantitatibus & Franciſcum Zamnum & Ioannem Anthonium pro reliquis ſibi hæredes 11 ſubſtituit, ſed verbum, † hæredes, eſt verbum directum & ciuile. *lex. lege obuenire. ff. de verb. ſignificatio. Bartol. & omnes in d. leg. centurio. in ſecunda charta. & etiam circa finem in pe. quæſt.* Ad idem optime facit: quia 12 quando cum verbo, *ſubſtituit*, † iungitur terminus, hæredes, vt in caſu præſenti, tunc ſubſtitutio dicitur facta per verba mere directa: *ſecundum Bald. in le. precibus. in 12. columna. ad fin. C. de impub. & aliis ſubſtitutio.* quem ſequitur Ioann. de Imol. *in commento d. cap. Rainutius. in materia compendioſa ſubſtitutionis. de teſtamen. Ange. in conſilio 101. incipiente, Conſiderandum eſt. dominus Alexand. in leg. iam hoc iure. in principio. ff. de vulga. & pupilla.* ¶ Secundo ad iſtud idem facit: quia ſubſtitutus in re certa: vel in certa quantitate ad- 13 mittitur in totum, † ſi non reperiatur alius h vni- h uerſaliter ſubſtitutus tempore purificatæ conditionis: *text. eſt notabilis in leg. cohæredi. §. fi. ſecundum primam lecturam glo. ibi ff. de vulga. & pupilla. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant illum textum qui text. eſt ſingularis & non reperitur alibi in iure: ſecundum Dyn. Bald. Imol. & moder. ibi.* Et hoc quando ſubſtitutio in certa quantitate eſſet facta per verba directa ciuilia, vt in caſu noſtro, in quo dicitur, *hæredes ſubſtituit*: cum verbum, *hæredes*, ſit mere directum & ciuile, vt dixi in præcedenti fundamento. Secus quando ſubſtitutio in certa re vel quantitate eſſet facta per verba obliqua, aut communia, puta ſi teſtator diceret, inſtituo filios hæredes vniuerſales, & ſi hæredes non erunt, vel moriantur ſine filiis, volo, quod Lucia ſit contenta tali re vel quantitate: certe quia tunc ſubſtitutio in certa quantitate non eſt facta per verba mere directa, non traheretur ad vniuerſalem ſub- i ſtitutionem. ita notabiliter declarat i Barto. *in d. leg. centurio. in quarta vel 5. columna in verſicu. quaro vlterius, quid ſi teſtator ſubſtituit aliquem ſub compendio. & in penul. charta, in verſiculo, quæro vlterius, quid ſi ſubſtitutio compendioſa. cum concordantijs quas ibi dedi. Idem tenet Bald. in leg. humanitatis. in quarta quæſtio. principali, Cod. de impu. & aliis ſubſtitutio. Ludoui. Roma. in conſilio 200. incipiente, Quia Valorimus teſtator. & in conſilio 58. incipiente, Viſis narratis in puncto. in princip. in 5. quæſtio. principali. ff. de vulgari & pupilla. & in conſilio 44. incipiente, Habita ſuper his, de quibus dubitari contingit. in 7. columna ad fin. & princip. ſequen.* † ¶ Tertio pro con- 14 firmatione prædictorum facit: quia ſicut ſe habet inſtitutio ad inſtitutum, ita ſe habet ſubſtitutio ad ſubſtitutum. *le. in ratione. §. filio. ff. ad l. Fal.* ſed hærede inſtituto in re certa, vel in certa quantitate accreſcit vniuerſum, ſi non eſt datus coheres vniuerſalis, vel eſt inutiliter datus, vel eſt excluſus morte, aut repudiatione. *d. l. 1. §. ſi ex fundo. & le. quoties. § ſi duo. ff. de hære. inſtitu.* Ergo ſimiliter ſubſtituto in re certa vel in certa quantitate accreſcit vniuerſum, ſi vniuerſalis ſubſtitutio eſt effecta caduca: *vt eſt text. in d. l. cohæredi §. fin.* Et hoc quando ſubſtitutio in re certa eſt facta per verba directa. ita formaliter tenet Bald. *in conſilio 296. quarti volu. quod incipit, præmittendum eſt ad euidentiam.* ¶ Quarto idem in terminis tenet dom. Sipnorolus de Homodeis *in conſilio 184. incipi. Quidam vocatus A. habuit quendam filium &c.* Vbi arguit ad partes, & poſtea in fi. determinat pro ſubſtituto in certa quantitate, quod in totum admitti debeat, ſi ſubſtituti vniuerſaliter ſint præmortui, antequam euenerit caſus ſubſtitutionis; † vnde ni- 15 hil nocere debent ſubſtituto in certa re vel quantitate, quin ſolidum capere debeat, motus præcipue per text. *in leg. ſi poſt mortem. §. liberi. maxime in ratione illius text. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tabu.* Et eſt aduertendum, quod termini quæſtionis formatæ per dominum Signorolum ſunt fortiores, quam caſus noſtri: quia ipſe loquitur in ſubſtitutione particulari facta in certa quantitate cum taxatiua, tantum, quæ taxatiua non eſt in caſu noſtro. Conſtat autem domi. Signorolum de Homodæis Mediolanenſem fuiſſe famoſum † & ſolennem doctorem. *Vnde Bald.* 16 *in cap. clerici. de iudi.* eum commendat & appellat laudabilis memoriæ Doctorem, eum etiam appellat profundum & famoſum Doctorem k Iacobus k Aluarotus *in ca. 1. in principio, in 7. columna in titulo, quis dicatur dux vel Marchio. in vſibus feudorum.* ¶ Per iſta quatuor fundamenta licet remaneant ſublata, quæ in oppoſitum adducebantur, tamen vt veritas adhuc clarius eluceſcat, ad ea particulariter reſpondetur: & ex reſponſionibus, quas dabo, fortificabuntur fundamenta ſuperius adducta. ¶ Non obſtat ergo dum primo dicebatur, quod verbum commune adiectum certæ quantitati nunquam trahitur ad vniuerſum: reſpondetur hoc eſſe veriſſimũ. & dum dicebatur, † quod in caſu præſenti ſubſti- 17 tutio fuit facta per verbum, *ſuccedant*, & per verbum, *ſubſtituit*, & quod ambo verba ſunt communia: reſpondetur hoc etiam eſſe verum: ſed dicitur, quod etiam fuit adiectum verbum, *hæredes*, quod eſt mere directum & ciuile, vt dixi ſupra in primo fundamento. ſed quando in ſubſtitutione reperiuntur aliqua verba obliqua, & etiam reperitur verbum mere directum, vt in caſu præſenti, tunc talis ſubſtitutio cenſetur facta per verba mere directa

secundum electionem substituti. *leg. si quis seruo. ff. de manu. testa. le. recusare. l. Titius. ff. ad Treb. ita expresse & valde notabiliter determinat Bartol. in d. leg. centurio. in 4. quæstio. principali, & ibidem alij sequuntur. & Barto. Ang. & Pau. de Castro. in d. leg. recusare. §. Titius. D. Abb. Panor. in consilio 139. incipiente, Circa duo dubia præscripta.*

1 ¶ Non obstat secundo,[l] dum dicebatur, quod Lucia fuit substituta in certa quantitate, & non in quota hæreditatis, & portio accrescit portioni: quia respondetur, quod in casu præsenti non tractatur
18 proprie de iure accrescẽdi, † nec ista filia instituta in certa quantitate habet vniuersum per ius accrescendi, sed eo quia substitutis vniuersaliter præmortuis viuo hærede, ipsa habetur ac si in principio ipsa fuisset vniuersaliter substituta, absque aliqua mentione quantitatis. *d. le. 1. §. si ex fundo. & leg. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. & ita declarant Ange. & moder. in d. leg. quoties. C. de hære. institu. & expresse domi. Signorolus de Homodeis in præallegato consilio 184. in secunda colum.* ¶ Non obstat vltimum, dum dicebatur quod in dispositionibus limitatis non habet locum ius accrescendi, & quod dictio taxatiua, *tantum*, impedit ius accrescendi: quia respondetur, prout fu-
19 pra proxime dicebatur, quod in casu præsenti non tractatur de iure accrescendi, nec in casu nostro in substitutione particulari adest taxatiua, tantum. Quinimo quod taxatiua non impediat ius † accre-
20 scendi, tenet do. Signorolus de Homodeis in præallegato *consilio 184. & expresse Ange. & Imol. in d. leg. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. Imo. in repetitione d. le. 1. §. si ex fundo. in 33. columna.* bene facit, quod si filia sit
21 dotata & instituta in dote, † & iussa plus nõ petere, masculus autem sit institutus ex vniuerso, tunc eo repudiante filia habebit totum: secundum Ange.
n qui dicit se ita consuluisse[n] *in leg. penul. ff. de iniust. rup. & idem dicunt cõsuluisse Bald. & Ang. in d. l. quoties. §. si duo. refert & sequitur Io. de Imo. in commento ca. Rainutius in 47. col. de testa.*

ADDITIO.

a Succedant.] Idem Ias. l. centurio. numer. 71. dicens communem. de vulg. vbi Rip. num. 192. alios plures citat Soc. iun. num. 340. & Galiau. num. 525. Ang. consilio 84. domina. colu. 1. versi. 2. ex natura. Alex. consi. 3. circa præmissam in prin. lib. 7. Ioan. de Ami. consi. 15. In causa num. 6. & 8. Cur. iun. consi. 23. ex præfata. num. 5. versi. hac igitur. Soc. iun. consi. 92. quoniam. num. 3. lib. 1. Paris. consi. 18. consideratis. num. 15. lib. 2. Beroi. consi. 6. quamuis nihil. num. 5. lib. 2. Grat. consi. 29. In præsenti. num. 27. lib. 2. Ceph. con. 274. Illustris. nume. 10. & seq Natta. con. 551. quoniam super. nu. 2. & Sfort. Odo tract. de subst. compen. par. 4 verbo succedant fol. 64. vbi late agit. Verbum tamen succedat, additum nomini impuberi: puta succedat impuberi, dicitur directum nec amplius est habile ad fideicommissum. ita declarat Bald. l. vlt. prope fin. versicu. idem dico de ver. succedat. C. de sac. san. eccl. Dec. l. precibus. num. 17. versicu. sed replicari potest. C. de impub. & Soc. iun. con. 95. proponitur. nu. 22. li. 1.

b Commune.] Vide eundem con. 4. Nicolaus. nu. 11. supra lib. 1. d. l. centurio. nu. 72. vbi Rip. nu. 187. Soc. iun. nu. 331. Galiau. nu. 521. de vulg Alex. con. 36. Viso. n. 2. li. 3. Dec. con. 643. Viso eleganti. nu. 3. Bertr. con. 16. Dudum fuit. nu. 6. li. 1. consi. 13. substitutio. nu. 2. con. 23. ex themate. nu. 17. lib. 2. & consi. 460. Iam pridem. nu. 4. li. 7. Cur. iun. consi. 23. ex præfata. n. 5. in prin. Paris. con. 17. ex lectura. nu. 3. con. 26. ex tenore nu. 4. con. 30. dubitatum. nu. 16. li. 2. Neuiz. con. 26. postquam præsens. nu. 36. Menoch. con. 43. Iusta ratione. nu. 6. Rolan. consi. 69. Visis. nu. 3. li. 1. Ceph. consi. 231. Testator. nu. 9. & con. 411. Cum Magnificus. num. 19. vbi alios citat. Sfor. Odo tract. de subst. compend. par. 3. verb. substituo in prin. fol. 63. fallit quãdo adiunctum esset verbum hæres: ita declarat Ias. infra eo. consi. nu. 17. & d. l. Centurio. nu. 59. versi. limita decisionem. Rip. nu. 89. con. 41. Visa nu. 9. li. 2. Neuiz. con. 53. vbi Christus nu. 4. & 5. & Gabr. con. 130. Dominicus nu. 6.

c Portioni.] Declara vt per eundem infra eo con. nu. 18.

d Accrescendi.] Ias. consi. 61. quod legitima in final. supra eod. l. re cõiuncti. n. 199. de l. 3. l. 1. col. 1. & 2. si quis ius dic non obtemp. le. si mora. 4. not. solu. matr. Cagno. in rub. C. quan. non peten. par. nume. 56. Aymo. tract de antiq. temp. 4. par. in prin. n. 130. versi. 1. casus. vbi citat Ias. d. con. 61. declarat Ceph. consi. 60. In primis. nu. 20. cum seqq.

e Effectum.] Dixi consilio 171. videretur. numero 22. super lib. 2.

f Caduca.] Alex. consi. 198. perspectis n. 2. li. 6. cum aliis vt per Soc. consi. 7. In facto num. 2. li. 4. Ceph. arguendo tamen consili. 114. Magnificus. nume. 1. Natta consi. 68. Viso legato. nume. 5. con. 191. Viso testamento. nume 2. & Viui. commun. opin. libr. primo opin. 335. substitutus. & pro declaratione dictorum per Ias. hic vide omnino Ceph. consil. 231. Testator. num 21. 22.

g Repudiatione.] Ias. con 68 dicta legitimatio. n. 27. supra eo. vbi addo.

h Alius.] Alex con. 161. c. primum. sub n. 2. li. 2. vbi Gallus Paris. in addit. verb. Totam hoc con citat.

i Declarat.] Ias. supra eod. con. 8. pro ista infante. n. 43. vbi addo.

k Doctorem.] Idem Ias. con. 70. super vtraque. n. 19 supra eo Cotta in mem. versi. Iuris ciuilis.

l Secundo.] Refert Ceph consi. 231. Testator sub nu. 13. vers. 5. considero.

m Consuluisse.] Sequitur Paris. con. 62. Titius duos. nu 20. li. 2. Brun. tract de statu. exclud. fœmi. 8. arti. quæstione. 9. vbi plura adducit & dicit istam esse veritatem.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXIII.

THEMA.

DVBITATVR, an valida & iuridica cẽseri debeat donatio fructuũ & reddituum cuiusdam membri abbatiæ Lucedij in loco Burgi sancti Martini diœcesis Papien. qui sunt communis valoris & æstimationis ducatorum trecentorum in anno, vel circa, facta per reuerendum dominum Commendatarium dictæ Abbatiæ Lucedij in vita ipsius commendatarij reuerendissimo domino Alexandro de sancto Georgio Apostolico protonotario: eo quia videtur excessiua, & facta fuit absque consensu capituli, & authoritate superioris, sed est facta ob benemerita dicti protonotarij: quia nonnulla alia membra dictæ abbatiæ magnæ importãtiæ & reddituum forte ducatorum mille & sexcentorum in anno & amplius: quæ alias cuidam cardinali nnc defuncto in pensione assignata fuerũt, summus Pontifex dimẽbrare intendebat, sed eius opera & cura remanserunt vnita dictæ abbatiæ. Nec per talem donationem cum dicta abbatia videtur enormiter grauari, cum amplissimos reditus habeat ascendentes singulis annis ad sum-

summam sex millium aureorum & vltra. Item talis donatio facta fuit cum expressione dictorum benemeritorum, & interueniente iuramẽto commendatarij. Quęritur quid iuris.

SVMMARIA.

1 *Donatio fructuum cuiusdam membri Abbatiæ valoris scutorum tercentum annorum facta ob merita non valet: & nu.seqq Sed contra n.10.& seqq.& nu.23. & seqq.*

2 *Prælati possunt benemeritis iuxta seruitij meritum elargiri, tamen illud meritum non est in occasionem sumendum, sed vere præcedere debet meritum & n. 26.*

3 *Donatione permissa ob benemerita, debet de meritis apparere aliter quam per assertionem donantis & numero 8.*

4 *Donatio, quæ permittitur ob merita debet meritis cõmensurari, alioqui nulla est, & num.5.& 9.vbi comprobatur.*

5 *Permissionis causa finita, permissio quoque finita est.*

6 *Fraus in donatione arguitur ex magno excessu.*

7 *Donatio, quæ magna est quantitate requirit decretum superioris & consensum capituli, etiamsi sit temporalis: alioqui nulla est & n.23.& seqq.*

10 *Episcopus potest alicui concedere ad vitam possessionem ecclesiæ pro seruitiis impensis ecclesiæ.*

11 *Clem.prima.de reb.eccles.non alien.quando non procedat & nu.25.*

12 *Res prohibitæ alienari possunt alienari ex causa remunerationis.*

Remunerationis gratia donari & alienari possunt res alias alienari prohibitæ. nu. 12.

Donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed est quædam permutationis species. nu.12.

13 *Personæ alias prohibitæ alienare possunt alienare ex causa remunerationis beneficij vbi hoc exornatur & numero 14.*

Tutores & curatores qui alias prohibentur donare res minorum possunt donare benemerentib. ex causa remunerationis nu.13.

Decuriones ciuitatis possunt donare de bonis ciuitatis, vt remunerent benefacientes & benemeritos. numero 13.

14 *Bona ecclesiæ possunt penitus & ex toto alienari propter remunerationem seruitiorum impensorum ipsi ecclesiæ.*

15 *Prælatus licite remunerat de bonis ecclesiæ eos qui exhibent se obsequiales ecclesiæ.*

16 *Prælati secundum generalem consuetudinem donant pecuniam, fructus & res mobiles pro libito voluntatis.*

17 *Prælatus potest facere concessionem ad vitam de iis quæ spectant ad suam mensam.*

18 *Donatio fructuum & redituum cuiusdam membri Abbatiæ, in qua non solum interuenit vtilitas ecclesiæ, sed etiam necessitas euidens valida censeri debet.*

Papa. Quæ à Papæ potestate dependent, censentur difficilia & impossibilia. vide verbo princeps.

19 *Princeps. A principis potestate quæ dependent censentur difficilia & quodammodo impossibilia. & idem dicitur de Pontifice.*

20 *Concessio redituum cuiusdam membri Abbatiæ ad vitam commendatarij facta non dicitur perpetua concessio vel alienatio sed temporalis & nu.seqq.*

21 *Decima, seu fructus decimæ concedi possunt laico ad vitam.*

22 *Concessio temporalis rei ecclesiasticæ facta per prælatum alicui ad vitam illius, valet sine solennitatibus alias requisitis in alienatione perpetua.*

27 *Merita non probantur per instrumentum quando de eis fit mentio in genere, secus si in specie, & maxime accedente iuramento. vt nu. 28.*

29 *Concessio facta à prælato alicuius partis bonorum alicui ad vitam ob benemerita, dicitur magna quando excederet duas partes redituum episcopalium vel relinquitur iudicis arbitrio.*

30 *Iudicis arbitrio relinquitur quando tutor vel curator dicatur creditor pupilli in magna quantitate.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PRo parte negatiua, quod prædicta donatio de iure non valeat, † videretur prima consideratione multum facere illud, quod late consuluit Oldra. Lauden. *in consilio 226.incipiente, Quidam episcopus cuius mensæ episcopalis reditus &c.* vbi format talem quæstionem. Quidam episcopus, cuius mensæ episcopalis reditus summam quatuor millium librarum annuatim non excedunt, pro pensione quadringentarum librarum donationem, & concessionem se cuidam nobili ad vitam suam propter eius benemerita, & quia dictam ecclesiam & eius bona promisit in futurum defendere, fecit. Quæritur an talis donatio de iure valeat? Arguit quinq; mediis pro parte affirmatiua quod valeat, postea contrarium concludit tribus in effectu principalibus fundamentis. ¶ Primo, quia licet prælati possint † benemeritis iuxta seruitij meritum elargiri, *vt sextadecima quæst. 1. cap. possessiones & quæst.6.cap.illud.& extra de testa.cap.ad hoc.& cap.relatum. 2. §. & licet. tamen illud meritum non est in occasionem sumendum: argumento leg. famosi. §. hoc tamen crimen.ff.ad leg.Iuliam maie.* Sed vere præcedere oportet tale benemeritum: *vt leg. iubemus. 2. circa princip. Cod.de sacrosanc.eccle.ibi,* scientes nulla occasione, vel tempore ad vicissitudinem beneficij colorati, vel gratiæ referendæ, donandi aliquam facultatem esse permissam: † Et in talibus sui natura prohibitis, vt in casu præmisso, non statur simplici assertioni exercentis actum illum prohibitum, sed debet subesse causa, quæ permissionem inducit: *leg.qui testamentum.ff de proba.& leg.cum quis decedens.§. Titia ff.de leg. 3.* Vnde dicunt Doct. quod donatio non dicitur celebrata, vt in benemeritum, quamuis donans donatarium vt benemeritum appellauerit: quia veritatem spectamus, non ꝙ quis fingit: *vt l.si forte.ff.de cap.pecu.notat glos.& doctor.in leg.si donatione.C.de colla.* Cum igitur in ista donatione non appareat donatarij merita præcessisse, constat manifeste eam nullius existere firmitatis. ¶ Secundo principaliter mouetur, vbi donatio esset permissa ex parte causæ adductæ: tamen non tenet, eo quod effusa nimis fuit.

Circa quod duo sunt considerandа. Primo, quod omnis actus ex causa permissus debet commensurari causæ in quantitate & tempore. Vnde si merita donatarij sunt causæ concedendæ donationis in
4 prælato, ergo debet donatio † commensurari meritis: *vt dicto cap. relatum. 2. §. & licet de testamen. & le. magis puto. §. item prætor. ff. de re. eorum. ibi*, ne propter æs alienum possessio magna distrahatur. Et sicut debet esse in quantitate mensura, similiter & in
5 tempore. Vnde finita causa permissionis, † finita est permissio, & actus permissus: *vt leg. plane. ff. de ope. lib. & l. quod ait lex. §. fin ff. de adulter. & le. geometri. in fin. ff. de excusat. tuto.* Et ob hoc iura in casu meritorum donationem permittentia semper dicunt, quod liceat aliqua donare. *d. cap. ad hoc. & d. cap. relatum. 2. §. & licet.* Hæc autem dictio, *aliqua*, arctat significatum orationis ad rem modicam: *vt l. hanc legem. ff. de contrab. empt & argumen. leg. diuus. ff. de bo. dam.* Cum igitur hæc donatio non sit commensurata ad quãtitatem meritorum, quæ vel nulla vel modica præcesserunt, & ipsa etiam de se sit magna, manifeste concluditur, ipsam nullius esse momenti: quia et-
6 iam excessus † talis argumentum fraudis in donatione adducit: *vt l. cum secunda. §. modus. ff. de transactio. & l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. creditor. & l. per diuersas. Cod. mandati. & notatur in l. 1. in fin. Cod. vt lit. pend.*

7 ¶ Tertio principaliter mouetur: † quia donatio ista magna est quantitate, necessarium ergo fuit superioris decretum: *vt 17. quæst. 4. cap. in venditionibus.* ¶ Nec obstat, si dicatur quod temporalis est: quia nihilominus ex quo est de magna quantitate, decretum requirebatur, argumento *le. 3. §. nos generaliter. ff. de impen. in re. dota. factis. & l. sancimus. in fin. C. de dona. & notat per Innocen. & Hostiens. in cap. secundo, de iis quæ fiunt à præ. sine con. cap.* Ideo cum non interuenerit, ipso iure nulla fuit. *l. iubemus. & authentica, hoc ius porrectum. Cod. de sacrosanct. eccles. & leg. cum ij. §. si prætor. ff. de transactio. & leg. magis puto. §. ne tamen. & §. manet actio ff. de re. eorum. ita residet Oldr. in consilio præallega. & ad contraria respondet vt ibi per eum refert & sequitur Petrus de Ancharan. in clemen. 1. in 3. quæst. de rebus ecclesiæ non alienan. Istud consilium Oldra. effectualiter ponit & sequitur, licet de eo non faciat mentionem, Ioann. Andr. in additio. Specul. in titulo de rebus ecclesiæ non alie. super rubri. vbi dicit ita fuisse iudicatum. Et illam decisionem Ioannis Andr. refert breuiter & simpliciter sequitur dom. Alexand. in consilio 431. quarti voluminis incipiente, Visis & ponderatis iis quæ continentur in processu in 1. columna ad fin. & princip. sequentis. & de illa decisione Ioann. Andr. etiam facit mentionem Paul. de Castr. in leg. iubemus nulli. in principio. C. de sac. sanctis ecclesiis.* ¶ Ista tria fundamenta Oldr. Laud. videntur prima animaduersione militare in præsenti donatione: Ergo videtur, quod iudicari debeat nullius esse roboris vel firmitatis.

¶ In primis de assertis benemeritis non constat aliter quam per assertionem commendatarii exercentis actum sui natura prohibitum: Ergo eius assertioni stari non debet. Et vltra Oldra. Lauden.
8 istud probatur in specie in terminis nostris: † quia licet prælatus benemerito possit de bonis ecclesiæ concedere ad vitam, *vt ca. fin. de pecu. cleri. & 16. quæst. 1. in cap. possessiones.* tamen nisi constet de benemeritis aliter quam per confessionem prælati, non valet concessio: quia sæpe benemerita exprimuntur ad vicissitudinem beneficij collocari: *vt dicit tex. in d. le. iubemus nulli. circa princip. in versiculo, scientes. Cod. de sacrosanctis eccles. ita in specie tenet Petrus de Ancha. in clemen. 1. in 4. notabili, de reb. eccle. non alie. vbi etiam ad hoc bene allegat Barto. in leg. si forte. in vlti. notabili per illum textum ff. de castr. pecu. Idem tenet Pau. de Cast. in d. l. iubemus nulli. in princip. in 3. notabili.*

¶ Secundo, ista donatio videtur esse † excessi 9
ua, & non commensurata meritis: ergo videtur nulla. *cap. cæterum in versicu. datæ rei quantitas. de dona. & cap. ad hoc. in verb. moderate aliqua de testa.* Bene facit quod notat dom. Abbas *in cap. cum olim. 2. de priuileg. in duobus locis, scilicet in octauo notabili, per illum textum in glo. in verb. restitutionem.* In quibus locis notat, episcopum vel alium prælatum non posse magnam donationem facere etiam monasterio de rebus episcopatus, etiam si sit pecunia numerata, quod reputat esse tenendum menti. ¶ Tertio hic non interuenit consensus capituli, qui videbatur requiri: *vt cap. primo & cap. continebatur. & c. tua nuper. de his quæ fiu. a præla. sine con. cap.* nec etiam interuenit decretum superioris, quod similiter videbatur esse necessarium: *vt 17. quæst. 4. cap. in venditionibus.* Ergo censeri debet nulla.

¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem ex infrascriptis fundamentis ex quibus apparebunt esse sublata ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Moueor in primis per illud, quod in specie notat dom. Abb. Panor. *in capit. fin. in vltimo notabili, per illum textum. de pecu. cleri.* Vbi notat, quod † pro seruitiis impensis ecclesiæ 10
potest episcopus alicui concedere ad vitam possessionem ipsius ecclesiæ, & idem tenet ibi glos. *fin. in verb. præstatione. quæ ad idem allegat text. 16 quæst. 1 in ca. possessiones. & quæstione. 3. in cap. cleri. & etiam. quæstio. 6. in cap. illud.*

Pro ista conclusione addo bene facere, quod clemen. *1. de re. ecclesiæ non alie.* † quæ prohibet fru- 11
ctus vel reditus ecclesiæ alicui concedi ad vitam, non habet locum quando talis reditus ecclesiæ, vel beneficij ecclesiastici concederetur laico benemerito ad vitam: *secundum Ioannem de Imo. post Guil. in dicta cle. 1. in nona columna.* ¶ Confirmo optime, quia generaliter res alias prohibitę alienari, [a] tamen pos- a
sunt ex causa remunerationis † alienari: secundum 12
Bartol. *in proœmio digestorum. in vltima columna vbi ad hoc allegat leg. iubemus nulli. Cod. de sac. san. eccle.* ratio rationis est, quia donatio, quæ fit propter remunerationem non est proprie donatio: *vt ibidem vult Bartol per text. notabilem in leg. sed & si lege. §. consuluit. in fin. in verb.* & velut genus quoddam hoc esse permutationis. *ff. de peti. hære. & per tex. in l. Aquilius Regulus. in verb. non veram donationem esse. ff. de donatione & in d. §. consuluit. in fin. est text. notabilis*, quod donatio remuneratoria est species quædam permutationis, quem text. Bald. ibi ad hoc notat, & reputat tenendum menti. Item personæ alias prohibitæ alienare, † tamen possunt alienare ex 13
causa remunerationis beneficij: *vt leg. viuus libertus. ff. si quid in frau. patro.* Ideo tutores, & curatores. & similes, qui alias prohibentur donare res minorum,

tamen

tamẽ possunt donare ex causa remunerationis bene merentibus: [b] *vt l. cum plures. §. penulti. ff. de admi. tuto. & l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tute. & rati. distra.* Similiter decuriones ciuitatis possunt donare de bonis ciuitatis, vt remunerent bene facientes & bene meritos, *dicta leg. iubemus nulli. §. scientes. & ibi notatur per glos. & doc. C. de sac. sanc. eccle. & dicta leg. cum plures. §. penul. & leg. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tuto. & leg. diuus. §. fin. ff. de bo. dam.* nec per hoc eorum decreta dicentur esse ambitiosa, nec rescindi po- [c] terunt. [c] *ita notabiliter tenet Bartol. in leg. ambitiosa. in prima columna & in prima quaestione. ff. de decre. ab ordi. faci.* ¶Secundo principaliter pro ista parte affirmatiua moueor. Nam bona ecclesiæ possunt penitus & ex toto alienari † propter remunerationẽ seruiti- 14 orum impensorum ipsi ecclesiæ. [d] cap. per tuas. & [d] ibi Abbas *in secundo notabili, de dona. cap. relatum. 2. de testa. cap. quicunque. & cap. ecclesiasticis. & capit. si quos. vbi glos. notabilis. 12. quaest. 2. & d. cap. possessiones 16. quaest. 1. & quaest. 3. cap. clerici, & quaest. 6. cap. illud. & leg. iubemus nulli. in prin. vbi glos. Bartol. & omnes. C. de sac. sanc. eccle. idem notat Bartol. in leg. iuxta. per illum textum. ff. de manu. vindi.* Ergo multo fortius debet valere concessio temporalis bonorum ecclesiæ, quæ fit solum pro tempore vitæ prælati concedentis, vt in casu præsenti. ¶ Confirmantur prædicta, quia prælatus 15 † licite remunerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhi- [e] bent [e] se obsequiales ecclesiæ. *ita notat do. Abb. in cap. consensus. per glos. primam ibi, de re. ecclesiæ non alie. Alibi dom. Abb. in cap. ad hæc. in secundo notabili, de testa.* notat ex illo text. practicam, quam debet obseruare prælatus, si de rebus ecclesiæ vult aliquam intuitu ecclesiæ, vel pro remuneratione seruitij erogare, vt actualiter donet, dum viuit, non autem relinquat conferendum post mortem, quod est notabile. Alibi tamen determinat singulariter Spec *in titu. de legato. §. finitur. in fin.* quod defuncto legato successor eius tenetur beneficiare & remunerare seruitores legati, quos ille non remunerauit. Item ad prædictorum confirmationem accedat, quod generalis 16 consuetudo tenet, † quod prælati pecuniam, fructus, & res mobiles donant pro libito voluntatis: secundũ Host. *in summa in tit. de dona. §. & quid. ver si. si.* 17 Item ad prædicta facit, quod prælatus potest facere concessionem ad vitam de his, quæ spectant ad suam mensam arg. *c. tua. de his quæ fi. à prælato sine consensu capituli. secundum Hosti. in summa in titu. de his quæ fiunt à prela. in fin. quæ refert & sequitur Fede. de Sen. in consilio 52. incipiente, Quidam prælatus exemptus.* ¶ Tertio principaliter moueor. Nam in ista donatione fructuum & redituum cuiusdam membri Abbatiæ 18 Lucedij, non solum interuenit vtilitas ecclesiæ, † sed etiam necessitas euidens, ergo valida censeri debet: *iuxta cap. primum, cum similibus, de rebus ecclesiæ non alie. in 6. & cle. 1. eo. tit.* Quod autem hinc fuerit causa necessaria patet, quia nonnulla membra dictæ Abbatię fuerunt alias assignata in pensionem cuidam cardinali nunc defuncto, & illa membra iam pensionata summus Pontifex decreuerat separare & dimembrare à dicta abbatia. Vnde pro recuperatione dictorũ membrorum abbatiæ, ne separarentur à suo toto, licita fuit dicta concessio temporalis vnius ex dictis membris facta in alium ad vitam prælati, seu commendatarij, qui alias recuperare talia membra non poterat, *argu. text. optimi in capit. 2. de feudis.* Nam illud quod non potest impetrari nisi à solo Papa, censetur adeo difficile, † quod reputatur quodam 19 modo impossibile. *leg. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. 1. & ibi Bartol. in secundo notabili* notat, quod illud quod non potest expediri nisi Romano Pontifice volente, censetur adeo difficile, quod reputatur quasi impossibile. [f] *idem notat Bart. in leg. continuus. §.* [f] *cum quis. in fi. per illum textum cum gl. ff. de verb. oblig. & idem Bartol. in tractatu minoritarum, in secunda parte, in capitu.* ¶ Quarto moueor. Nam ista temporalis concessio redituum cuiusdam membri abbatiæ facta ad vitam commendatarij non dicitur † esse perpe- 20 tua concessio, vel alienatio, sed dicitur esse temporalis. *leg. iubemus nulli. §. sane. Cod. de sac. sanc. eccle. facit, quod habetur 12. quæst. 2. cap. hoc ius porrectum. & capitu. perpetua. & ita tenet Oldra. Laud. in prædallegato consilio 226. in 3. columna. & Federi. de Senis in dicto consilio 52. incipiente, Quidam prælatus exemptus.* Vbi confirmat bono simili, quia decima potest concedi laico ad vitam, seu fructus decimæ: *vt est glos. ordina. in capi.* 21 *quamuis. de decimis. & glos. 16. quæstione 1. cap. vltimo. in glos. 4.* Ergo non est perpetua: quia tunc prohiberetur. *capit. 2. de locato. cap. ad hoc. de decimis. facit, quod notat Hostien. in summa sua, in titu. de feu. in §. perpetuum.* Vbi tenet, quod feudum non est perpetua alienatio, eo quia non transit ad hæredes. Item quod concessio fructuum facta ad vitam nõ dicatur proprie alienatio perpetua: patet, propter dubium temporis, cum posset concedens infra modicum tempus decedere, & sic non videtur concessio perpetua, sed potius temporalis: secundum domi. Abba. *in dicto cap. quamuis. de deci.* Sed sic est, quod concessio temporalis † rei ecclesiasticæ facta alicui 22 pro benemeritis per prælatum ad eius vitam tenet sine solennitatibus alias requisitis in alienatione perpetua: *vt est text. secundum communem intellectum in capit. continebatur. de iis quæ fi. à præla. sine consen. capi. & ibi glos. 1. & ibidem Innoc. & Hostien. idem tenet Federic. de Senis in prædallegato consilio 52. & Hostien. in cap. 1. in verb. perpetuis. de reb. eccle. non alie. in 6.* Vbi tenet, quod in temporali alienatione non requiratur expressus consensus capituli: *dicto cap. continebatur.* eo quia per talem alienationem temporalem non ita læditur ecclesia. Et per hoc fundamentum apparet non obstare illud, quod supra in oppositum adducebatur, quod in ista donatione temporali redituum non interuenit consensus capituli, nec authoritas superioris: quia tripliciter respondetur. ¶Primo, quod ista non requiruntur in donatione temporali, prout supra proxime dictum † & fir- 23 matum fuit, & prout etiam tenet in specie glos. notabilis. *16. quæstione. 1. in cap. possessiones.* ¶ Secundo respondetur, quod quando concessio temporalis fructuum non est magna, † habito respectu ad alios 24 summos reditus ipsius ecclesiæ, vt in casu præsenti, tunc non requiritur consensus capituli, nec authoritas superioris, & sic tunc non debent interuenire solennitates requisitæ in alienatione perpetua: *vt l. sancimus. in fin. Cod. de dona. & leg. 3. §. 1. ff. de impen. in re. dot. fa. secundum Ioann. Andr. in addi. Specu. in titu. de reb. eccle. non alie. super rubrica, in fine. Federic. de Senis in prædallegato consilio 52.* Et ambos refert & sequitur post alios dominus Abbas *in dicto capit. continebatur.*

in primo notabili. ¶ Tertio notabiliter respondetur, *quod clemen. 1. de reb. eccl. non alien.* quæ prohibet fru-
25 ctus bonorum ecclesiæ, vel reditus, † per administratorem alicui concedi ad vitam sine consensu capituli, & authoritate superioris, non habet locum, quando talis concessio fieret propter benemerita recipientis: *prout tenet Io. de Imol. ibi in 9. colum. post Guil.* & retuli etiam supra in primo fundamento: Ergo apparet, quod in tali concessione temporali, quæ fit per prælatum ad eius vitam de fructibus bonorum ecclesiæ propter benemerita recipientis, non requiritur consensus capituli, nec decretum superioris. ¶ Non obstat etiam consil. Oldra. supra relatum *in consil. 226.* quia respondetur, quod loquitur in terminis diuersis & separatis à casu nostro. Nam loquitur Oldra. quando merita
26 erant penitus incerta & pendentia à futuro, de quibus non constabat, nisi per simplicem assertionem prælati donantis, sed in casu presenti benemerita sunt certa & specificata, & de præterito, & firmata cum iuramento prælati ita asserentis. Item Oldra. ibi loquitur, quando nulla vel modica merita interuenerunt, vt ibi dicit Oldra. *in secundo fundamento.* Sed in casu præsenti interuenerunt merita, & quidem magna, & non solum vtilia, imo necessaria ipsi ecclesiæ, prout deduxi supra in tertio fundamento. Sed sic est, quod quando in instru-
27 mento fit mentio certorum meritorum in † specie vt in casu præsenti, tunc statur instrumento: *vt l. Aquilius Regulus. ff. de dona.* secus quando fit mentio meritorum in genere, vt in casu quem ponit Oldra. Lauden. & tunc per tale instrumentum non probantur benemerita, quia talis incertitudo ge-
g nerat obscuritatem. *Ita notabiliter tenet & declarat Bald. in l. illud. in 4. quæstio. C. de sacrosanc. eccl. quem refert & sequitur Rapha. Co. in d l. Aquilius Regulus. vbi dicit ita limitari notata per glos. & doc. in d. l. si donatione. C. de colla. & per Bartol. in d. l. si forte. per illum text. ff. de castren. pecu. Istud idem in terminis tenet ipsemet Oldr. Lauden. in consilio 5. incipiente, Titius dedit duobus coniugibus, ad finem.* Vbi tenet, quod quando donator non descendit ad speciem recepti seruitii, quod remunerare voluit, sed stetit in verbis generalibus nudo sermone effusis, tunc videntur magis posita ad colorē, *arg. l. quod vēditor. & quod ibi not. ff. de dolo. & l. si quid venditor. & l. sciendum. in princ. ff. de adil. edi.* Alibi dicit notabiliter Bald. *in c. scisitatus. in 4. col. de rescr.* quod certam quantitatem meritorum verba generalia non probant, sed bene specialia. Alibi tenet Bald. *in capitul. edoceri, in 4. column. ad fin. de rescrip.* quod si instrumentum dicat, quod donauit pro bonis & legitimis meritis, non probat: *per glos. in d. l. si donatione.* tamen si æquiualentia merita nominentur specialiter & expresse, tunc bene statur confessioni: per gloss. *in l. qui testamentum. ff. de proba.* Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo non solum benemerita fuerunt specialiter & expresse specificata, sed etiam interuenit iuramen-
28 tum ipsius commendatarii † concedentis, quibus duobus concurrentibus, instrumentum optime
h probat ipsa benemerita: [h] *secundum Bald. in dict. leg. si donatione. in prima column. in versicul. sed quid si pater. quem sequitur domin. Alexand. in consilio 8. secundi volum. incipiente, Visis & consideratis his quæ in themate continentur. circa fin. licet idem domi. Alexand. sibi contrarium reprobet in d. leg. si donatione. in 3. columna.* Sed pro conclusione Bald. quam semper legendo tenui, bene facit, quod tenet idem Bald. in præludiis feudorum *in 3. diuisione*, vbi tenet, quod si prælatus cum capitulo confiteatur feudum, de quo aliquem inuestiit, esse antiquum, licet non stetur tali confessioni, tamen si apponeretur iuramentum, præsumeretur esse vera. ¶ Non obstat etiam dum dicebatur, quod in casu præsenti ista donatio dicatur magna, & sic excessiua, seu immoderata: quia respondetur, quod consideratis amplissimis reditibus Abbatiæ, per eam non dicitur enormiter grauari. Nam donatio fructuum vel redituum alicuius partis bonorum ecclesiæ facta alicui ad vitam, ob eius benemerita, † tunc diceretur magna vel immoderata, quando excederet duas partes redituum episcopalium vel Abbatiæ: secundum Ioann. And. *in addi. Spec. in titul. de rebus eccle. non alie. in rubri. quem sequitur Pau. de Cast. in leg. iubemus nulli. in princ. Cod. de sac. sanc. eccle.* Tamen cum istud non sit limitatum à iure, relinquitur arbitrio bōni viri: *per regulam leg. 1. in fin. ff. de iure delibe. & cap. fin. de transac.* Sicut etiam quando tutor vel curator dicatur creditor pupilli in magna quātitate, † relinquitur arbitrio iudicantis: [i] *secundum Bartol. in authen. minoris debitor. in 1. columna ad finem. Cod. qui dari tu. pos. glos. in corpore vnde sumitur illa authen.* 29 i

ADDITIO.

a Alienari.] Ias. consili. 227. pro enucleanda, supra li 2. vbi addo.

b Benemerentibus.] Tiraq. le 6 vnquam. verb. donatione largitus. n. 25. C. de reuo. dona. addo Beroi. con. 61. Visa sententia. num. 27. li. 1.

c Poterunt.] Vide eundem l. si non sortem §. libertus. 6. effectu. de cond. indeb. consilio 102. Immunitas. colum. 3. versi. 3. & adhuc infra lib. 4. Tiraq. d. versicu. donatione largitus. num. 32.

d Ecclesiæ.] Ias. con. 222. de Archiepiscopo. col. 1. versi. benefacit quod sing. supra lib. 2. vbi addo.

e Exhibent.] Idem Ias. d. con 222. col. 1.

f Impossibile.] Alexand. consilio 224. in re iam graui. numero 4. lib. 6. & vide quod Feli. aic. cap. accepimus numero 5. de fide instru. Barb. cap. Raynutius. numero 51. cap. pri. de testā. Bertr. consilio 126. existimo. numero 3. & 4. lib. 1. vbi not. agit. post Aret. consilio 142. ex facto. numero 1. & hoc procedit etiam in alio principe inferiore. Soc. iun. consili. 74. Viso testamento. num. 23. lib. 1. Ceph. consilio 407. Magnificus numero 40. & 41 & in alio magno viro loquitur Alexan. d. consilio 214. numero 4. Ceph. d. loco. numero 41. & consil. 207. illustrissimus. numero 79. 80. Tamen si solita sint concedi non reputantur impossibilia. Dec. le. ea quæ raro in fi. de reg. iur. l. 1. num 31. de offi. eius. & cap. ecclesia S. Mariæ sub numero 55. versicu. conclusio tamen de const. Tiraq. de vtroque retr. par 1 §. 32. numero 52. cum seqq. & maxime numero sexagesimo primo & seqq. Ceph. consilio 304. Scipio. nu. 124.

g Notabiliter.] Idem Ias. trad. d. consilio 22. nume. 38. vbi addo.

h Benemerita.] Dixi. d. consilio 227. numero 38. versi. 9. pro ista.

i Iudicantis.] Aret. §. fi. n. 5. versi. & prædicta sunt vera inst. de auth. tuto. Alex. con. 121. Viso processu. nu. 5. lib. 7. Tiraq. l. si vnquam, versi. omnia vel partem. nu. 31. C. de reuo. donat. & trad. Menoch. tract. de arb. iud. libr. 2. cent. 2. casu 196. numero 3.

FRANC. BECIVS.

CON-

CONSILIVM LXXIV.

THEMA.

INSTRVMENTVM transactionis initæ inter nobiles de Cono Sõcinatis ex parte vna, & homines Galignani ex parte altera, quãtum ad præsens propositũ, continet tria capitula. Primũ, quod omnes malgarii partium suprascriptarum possint pascere in dicto pascuo suas bestias quolibet anno per totum mensem Aprilem cuiuslibet anni, & nõ vltra. Secundum, quod neutra dictarum partium, nec eorum malgarii possint pascere, seu pasci facere quouis tempore in dicto pascuo cum ouibus & pecudibus per se, nec per alias personas aliquo modo. Tertium, quod suprascriptæ omnes partes, & eorum fictabiles possint pascere, seu pasci facere in dicto pascuo suas bestias, & masseriorum suorum libere ad eorum libitum voluntatis per totum annum, exceptuatis tamen pecudibus, quas nullo tempore, nec vllo modo possint pascere in dicto pascuo. Modo reperitur, quosdam esse malgarios & fictabiles simul, dubitatur, an isti possint pascere in dicto pascuo per totum annum, etiam elapso mense Aprili.

SVMMARIA.

1 *Contractus transactionis loquens de iis qui sunt malgarij, vel fictabiles per se, non comprehendit casum, quando est malgarius, & fictabilis simul, quasi sit casus omissus.*

Casus omissus debet relinqui dispositioni iuris communis. nu. 1.

Casus mixtus non continetur sub simplicibus in contractibus, qui sunt stricti iuris. nu. 2.

2 *Mixtum non comprehenditur sub simplicibus in contractibus, qui sunt stricti iuris, & in quibus stricta fit interpretatio.*

3 *Verba transactionis dubia debent contra eum interpretari, qui in eis se fundat.*

4 *Qualitas adiecta facit ens mutari, & eius naturam.*

5 *Dispositio respiciens primum exercitiũ, desinit, quando ex vno exercitio quis transit ad aliud, & maxime si primum exercitium cum secundo sit incõpatibile.*

6 *Principaliter quod agitur attendendum est vbi comprobatur.*

7 *Actus vbi est mixtus vel compositus ex duobus simplicibus debet denominari ab altero ex illis simplicibus, quem principaliter intendit facere ille qui agit actum mixtum.*

8 *Qualitates duæ quando concurrunt in vno subiecto, debet attendi illa in qua magis versatur.*

9 *Mixtum. In mixtis etiam debet attendi illud quod præualet.*

10 *Causæ duæ vbi concurrunt quarum altera est potentior, illa est præponenda minus potenti.*

11 *Causa, quæ prodest quando est potentior ita vt offuscet, & perimat illam, quæ nocet, tunc inspicimus id quod prodest.*

Causæ duæ vbi concurrunt, quarum vna nocet, altera prodest, attenditur causa, quæ nocet. Intelligevt ibi not. num. 11.

12 *Qualitates duæ vbi concurrunt in personam vnius, & respectu vnius resultat dispositio affirmatiua & permissiua, respectu alterius negatiua & prohibitiua, certe attenditur illa est affirmatiua & sic permissiua.*

13 *Qualitas permissiua potius attenditur q̃ prohibitiua.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN casu præsenti videretur prima consideratione dicendum, quod illi, qui sunt malgarii & fictabiles simul, nõ debeant admitti ad pascendum, post mensem Aprilem, eo quia verba dictæ transactionis † loquuntur solũ de his, qui sunt malgarii de per se, vel fictabiles de per se, & omittunt istum casum, quando quis simul & semel esset malgarius & fictabilis: Vnde videtur, q̃ iste casus tanquam omissus relinqui debeat dispositioni iuris cõmunis. *l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissime. ff. de lib. & posthu. c. susceptum. de rescrip. in 6.* ¶ Secundo, quia iste videtur esse casus mistus, sed † in contractibus, qui sunt stricti iuris, cum in a eis fiat stricta interpretatio. *l. quicquid adstringenda, in prin ff. de verb. obli.* sub simplicibus non cõprehenditur casus mistus. a *l. si ita scriptum, ff. de lib. & posthu. l. a vim passum, § præscriptioni, ff. de adulte.* Notatur plene per Dd. *in l. 2. in prin ff. de verb. oblig.* Et ita in specie, quod in contractibus quia fit stricta interpretatio, sub simplicibus non contineatur casus mistus, *tenet do. Alexan. in consi. 140. quinti volum. incipiente, Circa primum dubium videretur prima consideratione, in 2. col. vbi ad hoc ponderat not per Bart. in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau.* ¶ Tertio facit: quia dictis nobilibus de Cono, qui se fundãt in dicta transactione, videtur imputandũ, quare legem † apertius nõ dixerunt. *l. ve-* 3
teribus, ff. de pac. & in regu. contra eum. & ibi glos. de reg. iur. in 6. & l. Labeo scripsit obscuritatem. ff. de contrah. emp. & l. stipulatio ista, §. in stipulationib. ff. de verb. oblig. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrarium arbitror de iure præualere ex infrascriptis, ex quibus apparebunt resulta superius in oppositũ adducta. ¶ Moueor inprimis, quia illi, qui erãt malgarii, & postea effecti sunt fictabiles, desinunt esse malgarii, & cõuentio partium facta super malgariis, non habet amplius locum in eis: eo quia qualitas † addita enti facit mutari ens & eius naturam: b *vt in cap. statutum, iuncto cap. licet canon. de elect. in 6.* Vbi licet quis prohibeatur tenere ecclesiam parochialem, nisi infra annum sumatur ad sacerdotium, tamen si ecclesia parochialis efficiatur collegiata, poterit eam retinere. ecce quod ista qualitas collegiata mutat naturam entis. ¶ Confirmatur, quia quando ex vno exercitio quis transit ad aliud, † primum desi- 5
rit, & consequenter desinit dispositio respiciens

illud primum exercitium. *l.cui.ff.quib.mod. vsusfruct. amit.gloss.in l.legatis,§.si ex officio. ff.de lega.3.* Ista fortius procedunt in casu præsenti,in quo videtur incompatibile & repugnans, quod quis simul & semel possit esse malgarius & fictabilis: quia malgarius dicitur ille,qui per tempus, quo durat fœnum venditum tenet vaccas à lacte sub caffinis,& tanquam aduena nihil habet vlterius firmitatis, sed post mensem Aprilem traducit bestias suas ad pascua: sed ista non possunt conuenire fictabilibus, qui habent limitatum tempus ad aliquod fœnum venditum. Vnde malgarius effectus fictabilis,solum dicitur fictabilis habens & tenens bestias non solum ab opere, sed etiam vaccas à lacte, quas libere tenet toto tempore, quo affictatio durat. Et per ista apparet, quod hic non est casus mistus,sed solus casus de fictabilibus, nec est casus omissus in transactione, & sic non est quod imputari possit nobilibus de Cono,& sic cessant omnia superius in contrarium deducta. ¶ Secundo principaliter moueor;quia ēt posito,sed non cōcesso, & sine veri p̄iudicio,q̄ isti durarent tanquam malgarii & tanq̄ 6 fictabiles, † tamen attendi debet q̄ principaliter a- c gitur. c *l. si quis nec causam, in prin.eum vulga. ff.si cert. peta. & l.quamuis. & ibi Bart. ff.de aur.& argen. lega & l.verum. & l. qui iniuria, in princ. ff.de fur. & l. qui Titij testamentum ff.de his quibus vt indig.* Sed isti principaliter sunt ibi vt fictabiles, ergo istud principale attendi debet. Confirmo per illud,quod tenet gloss. valde notabilis *in l. non videtur. ff. ex quibus cau. ma.* quæ tenet, quod si quis est in legatione partim p̄pter Rempublicam, & partim propter negotium suum priuatum,inspicitur illud,quod principalius d intendebat. d *& notat do. Abb. in cap. cum pro causa. de procur.* Ad idem bene facit quod tenet Bal. *in ç. dilecti, 1. in pen.col. de appel.* quod si aliquis iter arripit ad e Papam pro appellatione, e & etiam pro alia causa, principalius motiuum inspicitur. Confirmatur; quia vbi actus est mistus, vel compositus ex duobus simplicibus,debet denominari ab altero ex illis 7 simplicibus,quem principaliter † intendit facere ille,qui agit actum mistum. ita notat Gemin. *in cap. num expediat, per gloss. ibi de elect.in 6.* ¶ Tertio facit; quia quando in vno subiecto cōcurrunt duæ qua- 8 litates, † debet attendi illa, in qua magis versatur, & secundum illam debet disponi. *l.legatis. §. si vnus, ff.de lega.3.& l.eius qui,§.1. ff.ad municipa.* Sed isti magis versantur tanquam fictabiles, cum sit maioris ponderis & importantiæ:ergo de eis debet iudicari tanquam de fictabilibus, & nō tanquam de malgariis. ¶ Quarto ad idem confirmandū facit; quia 9 etiam in mistis attendi debet † illud, quod præua- f let. f *l.quæritur.ff.de fla.ho.& l.sed est quæsitum.de libe.& posthu.* sed esse fictabilem longe præualet malgario, vt patet ad sensum: ergo illud attendi debet. Confirmatur; quia vbi concurrunt duæ causæ, qua- 10 rum altera est potentior, † illa est præponenda minus potenti. *ita notat do.Abb.in cap.cum non sit,in 3.notabili, per illum tex. de deci.* Ad idem bene facit: quia vbi duo permiscentur, quorum vnum sit potētius altero, tunc potentius trahit ad se naturam minus potentis, etiam si minus potens excedat in numero illud, quod est potentius. *ita notat Gemi. in cap.si duo,per illum tex.de offic.deleg.in 6. facit tex.in ca.quod in dubiis. & ibi Abb. in 2.notabili.de consecra. eccle. vel alta.* ¶ Quinto facit; quia quando in eodem subiecto concurrunt duo, quorum vnum prodest, & aliud nocet, † licet regula sit, quod attendi debeat illud, 11 quod nocet. *l.3.§.fin.& ibi Bartol ff.ad Syllania.l.2.§.si à pupillo. ff.de vsucap.pro empto. & l.cum pater,§.Mauio. ff. de legatis secundo. & l.Fulcinius.§. quid ergo ff.ex quibus caus.in pos.ea.* tamen quando causa, quæ prodest, est potentior, ita quod offuscat & perimit illam, quæ nocet,tunc inspicimus, id quod prodest. g *l.* ¶ *non intelligitur. §.si quis palam. ff.de iure fisci. l.si vir vxori.& ibi Bartol ff.pro donato.& l emancipatum,§. fina.in fin.ff.de senator. Bartolus in dicta l.3.fina.ff ad Syllania.dominus Alexand in consilio centesimo.tertij voluminis,quod incipit, Ex inspectione dictorum statutorum, in vltima columna.* Sed in casu nostro esse fictabilem est causa potentior, & quæ offuscat illam de malgario, vt non dicatur amplius malgarius, prout deduxi supra primo fundamento:ergo illa debet inspici. Bene facit illud, quod tenet Andr.de Isernia *in capit.1. §.1.in penult. columna,de mili.vasal. qui contu. est.* quod quando illud, quod prodest est fortius, illud præualet ei, quod nocet, quod est minus forte. ¶ Sexto & vltimo quod vbi in personam vnius con- concurrunt † duæ qualitates & respectu vnius re- 12 sultat dispositio affirmatiua & permissiua, respectu alterius negatiua & prohibitiua, certe attendenda est affirmatiua, & sic permissiua. ita h notat h Gemin. *in capit. statutum,§. primo,de rescript.in 6.Confirmo per tex.in l.1.§.veteres,in verficu.si ex parte.ff.de acquiren. possessio.* vbi potius attenditur qualitas permissiua, † quod seruus sit legatus, quam prohibi- 13 tiua, quod sit hæreditarius. & ibi moder. Senen.in tertio notabili ad hoc notant illum textum. Ergo in proposito nostro attendenda est potius qualitas permissiua pascendi, quod sint fictabiles, quam prohibitiua,quod sint malgarii.

ADDITIO.

a Mixtus.] Refert Aymo cons.276.subtilius in fin.Soc.iun. consi.131.iam annus est,nu.20.lib.3 Osas.decis.176. Andreas nu.13. Cotta in mem.vers. mixtum. vbi hoc consilium citat. Hoc autem verum est in odiosis vt loquitur Aymo d loco. Ruin.consilio 167. perspectis nu 20.lib.1. Iacob. Nouel. tracta.Foll.reg.101. secus est in fauorabilibus vt per Cor. consilio 66.Dominus,num.5.versic.contr.lib.1.Ruin.consilio 145. quamuis,num.14.lib.3. Ceph.consilio 69. Sigismundus,numero 15. adde tamen quod continentur in odiosis, si est eadem ratio. Alex.consil.144. viso.num.9. lib.6. & in quacunque materia siue fauorabili siue odiosa. Tiraq. de legi.connub.glo.5.num.70.cum seqq. & num.76. Menoch.consil.11. dubitatur. num.20.

b Naturam.] Ias. l.ius autem ciuile, ff.de iust. & iure. late Marsing.520 qualitas.Gomes.§.in personam,nu.16.inst.de actio. Menoch.tract.de arb iud.lib.1. q.11.nu.13. tract.de recup.pos.remed.6.nu.8.& remed.9.nu.397.& arguendo. consil.35.cum hæc.num.13 & consil.104.proposita,num.37.& 56. vbi declarat.

c Agitur.] Idem Ias.consi.147. circa primam,nu.23. supra lib.2.vbi addo.

d Intendebat.] Vide eundem l. si quis nec causam.nu.18.& cert.peta.& d.consi.147 nu.24.

e Appellatione.] Dixi d.consi.247.nu.24.

f Præualet.] Vide Gabr.cons.2. in eo tractatu. nu.17 18.& cons.50.puto.nu.6. & quod dicit Alex.cons.108.viso. num.2. lib.4.sequitur. Dec.cons.213 visis.nu.3.vers.nec vlterius. Aymo consi.276.subtili. colum.vlt.vers.5 respondeo. vbi infert quod vbi est ius patronatus clerici iudicatur vt clericale in totum. quia qualitas clericalis est dignior & potentior post Rotam decis. 166. Nota quod Papa. in antiq. & pro corroborat. regulæ

regulæ, vide Iaſ.l.imperium,nu.3.vbi etiam Dec.nu 6. de iur. omn. iudic. & dicit per d.l. quæritur. Tiraq.de legi. connub. verb.contracter. glo.5. nu 75. in fine. quod mixtum ſequitur eius naturam cui magis accedit.

g Id quod prodeſt.] Dixi d.conſ.247. num.22. & vide eundem l.ſi arrogator,nu.48. & ſeq.de adopt. vbi declarat.

h Ita notat.] Natta conſ.463. perſerutatus ſum,nu.17.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXV.

THEMA.

VENERABILIS dominus Zentilinus de Mayno, prępoſitus ſanctæ Mariæ de Bruciano capite plebis ducatus Mediolani ſuũ condidit teſtamentum, in quo hęredem ſuum vniuerſalem inſtituit Hieronymum Emilium de Mayno filiũ ſuum ſpurium, quem voluit legitimari, & ſi decederet ſine filiis, ſubſtituit Dominos deputatos ſcholæ quatuor Mariarũ Mediolani pro medietate, & dominos Bernardũ ac alios fratres ſuos de Mayno pro medietate. Deinde dictus dominus teſtator mortuus eſt ad finem menſis Decembris anni milleſimi quingenteſimi, & tempore mortis ſuæ reperta ſunt in eius præpoſitura multa bona mobilia, videlicet blada diuerſi generis, boues, plauſtra, & omnes fictus exigendi ex dicta præpoſitura. Vnde omnia dicta bona mobilia,& fictus, ſeu reditus ſupradictos præpoſiti quatuor Mariarum exegerunt tanquam hæredes ſupraſcripti domini præpoſiti defuncti. Dictus vero filius domini Zentilini mortuus eſt non legitimatus infra duos annos, vel circa, à morte præfati domini teſtatoris. Dubitatur,an dicta bona mobilia, blada,& reditus ſpectantes dictæ prępoſituræ de iure ſpectauerunt deputatis quatuor Mariarum, tanquam hæredibus dicti teſtatoris, an vero debeantur ſucceſſori in dicta præpoſitura?

SVMMARIA.

1 *Verba teſtamenti quando ſunt clara, nulla interpretatio melior ſenſu exiſtit, & non admittitur quæſtio voluntatis. vbi comprobatur.*

2 *Determinatio eadem reſpiciens duo determinabilia debet ea æqualiter determinare.*

3 *Bona mobilia & blada reperta in præpoſitura & reditibus eiuſdẽ poſtea exacti, de iure ſpectant ad ſucceſſorẽ in præpoſitura nec de eis poteſt ꝑpoſitus teſtari. Fructus blada ac bona mobilia reperta in præpoſitura ſpectant ad ſucceſſorem in præpoſitura. vide verbo bona mobilia.*

4 *Præpoſitus habens adminiſtrationem & ſic curam animarum & dignitatem ſeparatam à congregatione in vita æquiparatur vſufructuario, vt de fructibus perceptis ex præpoſitura poſſit in vita ſua diſponere, ſed moderate: in morte vero æquiparatur vſuario, & ſic non poſſit de fructibus præpoſituræ aliquid teſtari.*

Clericus non poteſt teſtari de bonis mobilibus ac fructibus quos habet tempore mortis, ſed reſeruantur ſucceſſori in beneficio. vide verbo præpoſitus. & verbo bona mobilia.

5 *Clerici percipientes fructus beneficiorum ſuorum tenent medium inter vſuarium & vſufructuarium.*

6 *Clericus habens vel non habens adminiſtrationem prohibetur indiſtincte de fructibus perceptis & reconditis teſtari, ſed eccleſia vel eius ſucceſſor ſemper admittũtur, quia clerici in beneficiis ſuis ſemper æquiparantur vſuariis & non vſufructuariis, nec faciunt fructus ſuos qui ſuperſunt deductis expenſis. & nu.7. ex magis communi opinione.*

7 *Clericus beneficium habens non facit fructus ſuos, niſi quo ad fidelem diſpenſationem, & contrarium aſſerere hæreticum eſt.*

8 *Prælatus quamuis de acquiſitis ex induſtria ſuæ perſonæ, vel ex diſtributionibus quotidianis poſſit teſtari & habere ſucceſſores, tamen diuerſum eſt in fructibus ſui beneficij.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis.

NON videtur dubitandum, quin dominus Bernardus & eius fratres de Mayno ſint hæredes ſupraſcripti domini Zentilini eorũ fratris pro medietate vigore teſtamenti iſtud clare diſponentis:& quando verba teſtamenti ſunt clara & aperta, nulla † interpretatio melior 1
ſenſu teſtatoris exiſtit: *vt inquit tex.in l.3.ad finem.C. de libe.præte.* Item rebus claris non eſt locus coniecturis.*l.continuus, §.cum ita.ad fin.de verbor.obligatio.& l.pediculis.§.argento.ff.de aur.& argen.lega.per quẽ text. notat Bal. in l.voluntatis, in primo notabili.C.de fideicommiſ.* quod dubium relinquitur interpretandum, ſed non id quod eſt certum. Item vbi verba teſtamenti ſunt clara,non admittitur quæſtio voluntatis: ſecundum Bartol.*in l.iam hoc iure.§.fina.per illum text.ff.de vulg.& pupilla.* ſupraſcripti ergo,dominus Bernardus & fratres ſunt hæredes teſtamentarii dicti domini teſtatoris pro medietate,& conſequenter etiam debent habere medietatem bonorum mobilium, & bladorum, & redituum dictæ præpoſituræ exactorum per deputatos quatuor Mariarum, ſicut & ipſi deputati, cũ eodem modo ſint inſtituti hæredes pro medietate, ſicut & ipſi deputati. Vnde eadem determinatio † reſpiciens duo 2
determinabilia debet ea æqualiter determinare. [a] *l.* a *iam hoc iure.§.ſed ſi alter. & ibi Bartol.& Doct.ad hoc notant. & l.Lucius, ff. de vulg. & pupil. l. hæreditatem. & l. quamuis, C.de impuber. & aliis ſubſtitu. & l.in teſtamento, C. de teſtamento militis.* Circa iſtud vlterius non inſiſtam, ne rem claram videar dubiam reddere, & quia fides veritatis verborum adminicula non deſiderat: *vt inquit textus in lege prima, C.ſi vt ſe ab hæredita. abſtin.* & hoc quando dicta bona mobilia

dictæ

dictæ præposituræ possunt de iure spectare ad hæredes testamentarios dicti domini præpositi testatoris. Superest ergo videndum, an dicta bona mobilia & blada, reperta in dicta præpositura, & reditus eiusdem postea exacti, de iure spectent ad hæredes dicti domini præpositi, an vero eius successorem in dicta præpositura ? In quo puncto, licet materia sit ampla & diffusa, strictim procedendo
3 dicitur, quod † de iure spectant ad successorem in præpositura: *per text. in capit. præsenti, de offi. ordi. in 6. circa prncipium, in verb. quæ morientium bona in vtilitatem ecclesiæ expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari. & tex. in cap. cum in officiis, ad fin. de testa. in verb. siue intestati decesserint, siue alij conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere. Ad idem text. in cap. ad hæc. & in capit. relatum, 2. de testa. & tex. in cap. fina. de peculi. cleri. Ad idem tex. in cap. hæc huius 12. quæst. 2.* & ibi gloss. notabilis dicit, quod mobilia prædecessoris pertinent ad successorem. *Ad idem gloss. 12. q. 1. in cap. duo sunt genera. in verb. proprietatem.* quæ dicit, non esse bene concedendum, quod clericus sit dominus fructuum collectorum. & licet proprietas fructuum sua sit, tamen non potest eam in morte eius alicui largiri ratione testamenti: sicut hæres, licet sit dominus rerum, quas tenetur per fideicommissum alii restituere, tamen nihil potest inde alienare. *l. deducta. §. fin. & l. quidam. §. si quis. ff. ad Trebel.* Item prædictus Dom. præpositus Brutiani cum haberet administrationem, & sic cu-
4 ram animarum † & dignitatem separatam à congregatione in vita, æquiparatur vsufructuario, vt de fructibus perceptis ex dicta præpositura potuerit in vita sua disponere, sed moderate: *per notata in cap. 2. & in cap. caterum, de dona.* In morte vero æquiparetur vsuario. & sic non possit de fructibus dictæ præposituræ aliquid testari: *vt est gloss. in cap. cum olim. & ibi dominus Abbas in fin. de rerum permut. & gloss. in cap. fin. in verb. fruatur. & ibi do. Abb. de pig. & gloss. in cap. peruenit, de fideius. & glo. in cap. possessiones, de re. eccle. non alie. facit bene tex. in c. cum M. Ferrarien. & ibi do. Anto. de Butr. ad hoc notat, de consti. Ad idem bene facit, quod tenet Bald. post Iaco. But. in l. 2. C. de episcop. & cleric.*
5 Vbi quærit, an clerici, qui percipiunt † fructus beneficiorum suorum dicantur vsuarii, vel vsufructuarii? & determinat per illam l. 2. quod teneant medium inter vsuarium & vsufructuarium. Nam in percipiēdo sunt vsufructuarii, sed in disponendo & distribuendo rediguntur ad instar vsuarii. *Ad idem facit, quod tenet idem Bald. in authen. licentiam, ad fin. C. de episcop. & cleric.* vbi quærit, pone quod Rector ecclesiæ percipit fructus, & potuit plus cōsumere, quam cōsumpserit, donec ipse viuit, nunquid moriens possit de eis disponere, & in testamento pauperibus relinquere, vel in subsidium terræ sanctæ: & refert cano. tenere quod non; quia viuens æquiparatur vsufructuario, & ideo habet liberam administrationem fructuum, sed in morte assimilatur vsuario, qui suum facit, quantum consumit & non vltra. Et ideo de talibus non potest testari secundum cano. & licet Pet. de Bellapert. eos reprehendat, quia dicat, quod hoc effet incidere *in l. Fusiam Caniniam*, quod possit quis in vita & non in vltima voluntate disponere: tamen secundum Bal. cano. dicunt veritatem, quia in administratoribus potentius est ius in vita quam in morte. Nec obstat fundamentum Pet. quia loquitur in habentibus dominiū, quod transmitti potest, sed administratio non potest transmitti. *l. cuius bonis. ff. de cura. furio.* suprascripta in casu nostro præsenti planius procedunt, siue teneamus opinionem Hostien. *in cap. fin. de pecu. cleri.* qui distinguit inter clericos beneficiatos habentes administrationem, † & tales 6
in vita æquiparantur vsufructuario, sed in morte æquiparantur vsuario, qui non potest testari de fructibus. Si autem sint clerici non habentes administrationem, sed simplex beneficium, & tunc æquiparantur vsufructuario in vita & in morte, & sic de illis libere poterunt testari in morte, & in vita largiri. *c. requisisti, de testa.* Sed præfatus quondam præpositus Brutiani habebat administrationem, cum haberet curam animarum, & dignitatem separatam à congregatione: *iuxta gloss. in cap. ex tua, de cleri. non re. Gemin. & alij in d. cap. præsenti, in princip. in 6. colum. dom. Abb. in d. cap. requisisti, in 2. colum. de testa.* & istam opinionem sequitur glos. ordinaria & magistra *in c. præsenti.* [b] *in prin. in verb. reseruari, de offi. ordi.* b
in 6. quæ dicit, quod generalis consuetudo quasi vbique istam distinctionem approbat. & ista opinio seruatur de consuetudine: secundum Io. Calderi. *in d. cap. fin. de pecu. cle.* Et dicunt d. Anto. Butr. & Io. de Imo. *in c. relatum, 2. de testa.* quod ista opinio communiter seruatur in practica. *Et ilam glo. in dicto cap. præsenti* quomodo procedat, declarat dom. Abb. *in capit. 2. in 3. & 4. colum. de deci.* Si vero etiam in casu præsenti teneamus opinionem Archidiaco. & Innoc. adhuc fortius prædicta procedent. Nam tenet Archidiaco. post Innoc. *in cap. statutum. §. assessorem, de rescript. in 6.* quod indistincte siue clericus habeat administrationem, siue non, prohibeatur de fructibus perceptis & reconditis testari: sed ecclesia vel eius successor semper admittantur: quia clerici in beneficiis suis semper æquiparantur vsuariis, & non vsufructuariis, nec faciunt fructus suos, qui supersunt deductis expensis. & dicit Archidia. *in d. §. assessorem,* hæreticum esse asserere, quod de iure cano. beneficiatus † faciat fructus suos. Et si repe- 7
riatur expresso iure cautum, quod sint domini fructuū, intelligitur quo ad fidelem dispensationem. allegat, quod habetur *in cap. omnino 31. distinct. in cap. studeat. distinct. 12. q. 2. cap. episcopus. & 12. quæstione. 1. cap. episcopi.* non enim dicuntur domini, sed procuratores, *14. q. 1. in fin. & capit. pastoralis, & cap. 2. de dona. facit bene tex. in cap. clericus, in verfic. si autem, 12. q. 1.* vbi text. loquens de clerico dicit, quod habere debet victum & vestitum, & his esse contentus. quem tex. ad hoc allegat do. Abb. *in comment. cap. cum esses, in 12. colum. de testa. & Gemin. in dicto capitu. præsenti, in prin.* Ad idem bene facit tex. *in capitu. episcopus ecclesiasticarum, in verficu. participet autem, 12. quæstione 1.* Et ista opinio Archidiaconi & Innoc. est magis communis, & magis communiter approbata. Et istam opinionem tenet Ioan. de Lignano in clemen. gratiæ de rescript. dom. Anto. de Butr. *in cap. fin. de cau. pos. & proprie. & in capitu. relatum, 2. de testa. & ibidem Petrus de Ancha. dominus Abbas in capi. fina de pecu. cleri. & ibidem Ioan. de Imol. & idem dominus Abbas in capi. relatum, 2. & in capit. requisisti, in 2. colum. per illum tex. de testa. & latius in repetitione c. cum esses, in 12. col. de testa.*

Petr. de

Petr.de Ancha.Ioan.de Imol.& Gemin.in dicto cap.præsenti.in prin.de offic.ordi.in 6. Et licet fructus dignitatis, & sic habentium administrationem sint sui, quando sunt separati à solo, & in horreis reconditi, *vt est tex.in capit.1. §.fin.& ibi notat Gemin. de cleri. ægro.in 6.* est verum dum viuunt, sed eis mortuis sunt ecclesiæ vel successoris. Item licet prælatus de acquisitis & ex industria personæ suæ, vel ex † distributionibus quotidianis [c] possit testari & habere successores: *cap.quia nos,& cap.relatum,2.de testa. Gemi.in dicto cap. præsenti, in princi.in 7.colum. de offi.ordi.& est bonus tex. in cap.1.§.penult.de cleri.non resi. in 6.* & ibi Gemin. ad hoc bene notat, tamen secus est de fructibus beneficii sui. Nam de fructibus beneficii etiam perceptis, & in horreo reconditis potest clericus disponere inter viuos ad similitudinem vsufructuarii, sed non in vltima voluntate: *secundum do.Cardi.Floren. in dicto cap. fin.de pecu. cleri.* Suprascripta omnia adhuc longe fortius & clarius procedunt in casu nostro præsenti, in quo prædictus do. Zentilinus quondam præpositus ecclesiæ sanctæ Mariæ Brutiani nihil in testamento suo expresse disposuit de fructibus vel reditibus dictæ præposituræ. Vnde cum haberet bona propria & ecclesiastica manifeste distincta, & tunc de propriis potuit testari, sed non de ecclesiasticis. *12.quæstio. 1.capitu.sint manifeste. & ita firmat Bald.in authen.licentiam,in prima colum.C. de episcop. & cleri.* Testatus ergo censetur de bonis suis propriis,& non de ecclesiasticis,nec de fructibus vel reditibus suæ præposituræ,præsertim cum de illis testari, aut in vltima voluntate disponere à iure prohibeatur: vt superius late fuit demõstratum.

ADDITIO.

a Determinare.] Ias.consi.*161.* In causa,nu.7.supra libr.2. consilio 79. super vsufructu. numero 9. infra eod. Dec.consilio 211.subtilis est,num.4. consi 394.pro vera resolutione,numero 3. l.in testamento, num.8.C.de test.mil. Rip.l.miles,§. decem,in fi.de re iudic.& secundum hanc reg. arg. etiam Socin.consil.42.subtiliter,nu.9. versi.confirmatur,lib.4. Ruin. consil.97.visa renunciatione,nu.18. lib.1 consi.177. proponitur,nu.6.lib.2. Patis.consil.79.vide præsentem, num.23.lib.3. cum aliis cumulatis per me,consil.101. In proposita, num.65. quibus addo Patis.consil.46. Paucis,num.27. lib.1. consil.23. ser Franciscus,num.14.consi.74.vidi testamentum,consi.108. vidi testamentum vtrobique,nu.48. lib.3.consil.5.vnio istius, nu.14.consil.71.Testamenti,num.17.consi.143. quod terminus,num.9 libr.4.Soc.iun.consil.148 In causa,num.4.libr.1. consil.167.præsens,nu.25.consil 185.perspectis,num.11.lib.2. consi.62.viso puncto,nu.20.consi.79.viso puncto,n.69.consil.85.Consideratis,nu.29.consi.122.& si præsentis,nu.19.lib. 3.consil.16.ad veram, nu.8.consilio 51. super proposita, num. 6.& consil.74.viso testamento,num.10.libr.4 pro ampliatione.vide Ang.consi.143. Tria videntur,ad finem. Soc.d.consilio 42 colum.penult. Curt.iun.consilio 10. visa,num.5.Patis. consil.45. satis concludenter,num.77. libr.1.Ruin.consil.86. Cum ista,nu.9 lib.5. Aliter ampliat Ceph.consil.67.cap.Castellaniam,num.22. Pro limitatione,Soc.iun.consil.80. viso, num.15.lib.2. Rolan.consil.64 quia de pluribus,num.12.13. & sequentib.lib.2 Menoch.consil.76.Respondendum,num.13. cum sequentib.

b Præsenti.] Bald.consil.313. præmittendum est, nu.2.& 3. lib.2.Corn.consil.314 videtur,num.2.lib.3.opin.etiam Host. & glo.hic relatam sequitur Bertr.consi.296.non est dubium, num.6 libr.6.Boer.consil.48.viso certo, nu.1. vbi ait quod illam glo. sequuntur communiter scribentes,& hanc opinionem nouiss.sequitur quicquid dicat Ias.hic,Clar.§.testamentum, q.27. nu.7. vbi inquit quod eam vidit semper & vbique seruari saltem in fructibus collectis & reconditis. Viui.com. opin.lib.1.opi.41.Clericus,versi.Sed contrariam,vbi ait quod eam sequi debemus tanquam verissimam & per generalem consuetudinem approbatam. In contrarium tamen vltra Ias. vide Barb.consi.33.cum ista sit causa,nu.1. lib 1. Vasq.de succes.par.1.§.22.num.39. cum seqq. Bologn.in addit ad Anna. consi.87.c.dubium,nu.4. Mandel.consi.79 proponitur, n.15. Franc.Marc.decis.440. quæritur an episcopus,nu.1.& 2.cum seqq.par.1. refert & sequitur Menoch.consi 39. noua,nu.45. Dida.c.cum in officiis,num.6. extra de testam.vbi & ipse huius consi.meminit.

c Quotidianis.] Bologn.ad Anna.d.consi 87.num.5.Paris. consi.33.ecclesia,num 8.9 libr.4. vbi communem dicit,refert Clar.d.q.27.nu.10. versi.5. dixi.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXVI.

SVMMARIA.

1 *Compromissum facere tenetur affinis vel consanguineus ex forma statuti sic disponentis altero affine vel consanguineo petente.*

2 *Statuto disponente quod causæ inter consanguineos cõpromittantur, consanguineus qui vendicat possessionem, super qua per alium consanguineum fuit mota lis,potest tanquam is, qui venit ad defendẽdum emptorem petere ex persona sua,vt fiat compromissum, nec hoc casu dicitur fieri mutatio iudicis vel iuris dictionis ex magis communi opinione.*

3 *Opinio communis. à communi opinione in iudicando & consulendo non est recedendum.*

4 *Statutum cogens agnatis consanguineos & affines ad compromissum, dicitur esse fauorabile, & debet extendi etiam ad casus improprios, vt etiam comprehendat eos qui large & improprie sunt agnati.*

5 *Restitutio & gratia principis sortitur statim suum effectum à die concessionis, & trahit secum omnimodam executionem, etiamsi nondum venerit in notitiam restituti,nec ad eius manus.*

6 *Libertas data per testatorem in testamento trahit secum executionem, dato quod nondum peruenerit ad notitiam eius cui libertas relicta est.*

7 *Scire quis dicitur illud de quo est certificatus ab homine fide digno.*

8 *Gratia seu priuilegium acquiritur absenti ex die certiorationis quamuis nondum ei fuerit præsentata.*

REVERENDISSIMI & magnifici Senatores & patres obseruandissimi, quod in causa vertẽte inter magnificum dn. Ambrosium de Moyno ex parte vna, & do.Io. Baptistam eius ex fratre, & etiam ex cognata nepotem ex parte altera,fieri debeat compromissum patet euidenter, sic dicente statuto huius inclytæ vrbis Mediolani,disponente,quod vbi aliqua causa,lis,controuersia, seu quæstio sit inter affines affinitate præsenti vel præterita super aliquo, † quod compellantur ad compromittendum in aliquem amicum communem altero petente: ergo petente ipso dn. Ambrosio fieri compromissum, vt petit, illud omnino concedendum est,nec vllo modo potest ex iustitia denegari, cum ipse dominus Ambrosius: etiam ex sua persona, & suo nomine, & tanquam procurator in rem suam velit assistere ipsi causæ ad defensionem cameræ Regiæ, & habentium causam ab ea, prout ipse habet ex facto suo, de quo imputatus & condemnatus fuit: & sic ei compe- 1

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

competit beneficium, quod possit cõpellere prædictum dn. Ioan. Baptistam nepotem suũ ad compromittendum in aliquem amicum cõmunem vigore statuti prænominati, cũ quæstio inter regiam cameram, & magnif. dom. Ambrosium venientem ad defensionem causæ, ex persona sua, & do. Io. Baptistam tota vertatur super redditione rationis ad-
a ministratæ tutelæ, & curæ. Istam conclusionem [a] in terminis nostris firmat Bart. *in l. 1. C. vbi in rem ac.* vbi determinat, quod stante huiusmodi statuto, quod causæ quæ inter consanguineos vertuntur, veniant compromittendæ, & quidam cõsanguineus
z vendidit alicui aliquam possessionem, super qua per alium consanguineum fuit mota lis, si ille qui vendidit veniat ad defendendum emptorem, poterit petere ex persona sua, quod de tali causa fiat compromissum, quia tale beneficium competit consanguineo defendere volenti ex persona sua, non autem ex persona emptoris, quæ ab eo causam habuit. Nec per hoc dicitur fieri mutatio iudicis vel iurisdictionis, imo causa deciditur coram eodem iudice, cum arbitramentum sit quædam transactio: *vt notat gl. in authen. vt diffe. iudi. in prin. notatur in authen. si vero contigerit, C. de iudi.* Et quando petitur compromissum, est petere, quod transigamus secundum arbitrium talis, & sic non est mutatio iudicis vel iurisdictionis. Præterea cum veniat ad defendendum tanquam procurator in rẽ suam, & pro suo interesse potuerit allegare beneficium dicti statuti ex persona sua. *l. idemque. §. generaliter, ff. mand. l. procuratorum ad exhibendum. §. 1. ff. rem ra. habe. ita ibi formaliter tenet Barto.* Ergo pariformiter in casu præsenti magnifico domino Ambrosio venienti ad defensionem cameræ regiæ, quæ habuit causam ab eo ex facto suo, vt supra dictum est, competet beneficium petendi causam ipsam compromitti in aliquem amicum communem vigore statuti superius relati ex persona sua, non autem beneficio ipsius cameræ: *per decisionem Bar. in terminis superius formaliter deductam. Istud idem tenuit ipsemet Barto. in l. venditor. in princ. ff. de iudi. & in d. l. procurator ad exhibendum. §. 1. ff. rem ratam haberi. & in l. si minori. C. de iure fisci, lib. 10. & diffuse in quæst. 2. per eum disputata, quæ incipit, Pisanæ ciuitatis consilium decreuit. idem tenet Ange. in l. qui absentem, ad fin. ff. de procura. Anto. de Butr. in capi. quoniam frequenter. §. quod si super. in 8. colum. vt lite non contesta. Petr. de Ancha. in capitu. significasti, de foro compe. Paulus de Castr. in d. l. 1. C. vbi in rem ac.* vbi dicit, quod semper teneret istam determinationem Bar. reiectis subtilitatibus Bald. ibi, quas non curat referre, & secundum eum Bal. ibi tenuit cõtrarium, plus studio cõtradicendi, quam pro veritate. idem tenet dom. Lanfrancus de Oriano *in tractatu suo de arbit. in q. 47. vltimæ partis, vbi dicit, quod opinio Bart. est communior, & quod Bal. in d. l. venditor, in prin. tenet idem quod Barto sed in d. l. 1. tenet contrarium.* & sic cum Bald. in hoc articulo sit sibi contrarius, ideo de eo non est curandum secundum eum. & à communi opi-
3 nione in iudicando † & consulendo non est recedendum, *secundum Innocen. & cano. in cap. ne innitaris, de constitu. Bartol. & alios in l. fi. C. de pœn. iudi. qui male iudicarunt.* & ibi dicit Angelus *in lectura Florentina*, quod supina ignorantia est iudicare contra opinionem communiter approbatam. Item aduertatur quod dictum statutum cogens agnatos consanguineos † vel affines ad compromissum dicitur 4
esse fauorabile, [b] cum sit introductum causa li- b
tium inter eos dirimendarum, argum. *l. fin. ff. famil. ercisc.* & sic cum sit fauorabile est extendendum, etiam quod est fortius, ad casus improprios, vt etiam comprehendat eos qui large & improprie sunt agnati, [c] *ita signanter tenet Bald. in l. qui se patrũ, in vlti.* c
colum. C. vnde lib. & ibidem Paulus de Castro, & dominus Alexan. in penult. colum. sequuntur & reputant singulare, & tenendum menti. Et ita etiam vult ipse Bald. in l. affinitatis. C. commu. de succes. cum aliis concor & additionibus traditis per dom. Alexan. in dicta l. qui se patrũ, idem tenet dom. Alexan. in l. 1. §. lex Falcidia, in prima colum. ff. ad leg. Falcidiam. & in rubrica. ff. solut. matrim. 7. colum. & seq. Ludouic. Roman. in consilio 82. incipiente, Quo ad id quod quæritur, an Andreas. & per illam multum singularem decisionem Bald. dicit Paulus de Castro, *in dicta l. qui se patrũ.* se alias consuluisse in ciuitate Florentiæ, vbi est statutum, quod affines cogantur ad compromissum, & duo erant adinuicem affines, sed in secundo genere affinitatis, de quo ius ciuile nihil curat: tamen de iure canonico olim illud secundum genus affinitatis erat prohibitoriũ nuptiarum, hodie non: dicebatur, quod tales affines non cadebant sub statuto, quia est affinitas sine effectu. *dicit Paulus de Castro, se contrarium consuluisse ex prædicta doctrina Bald.* quia quemadmodum secundum Bald. statutum de compromissis, quod est fauorabile, extenditur ad eos, qui non sunt proprie agnati, sed largo modo, eodem modo statutum de affinibus extendetur ad tales affines. ¶ Suprascripta adhuc multo fortius militant & procedunt in casu præsenti, in quo magnificus dominus Ambrosius potest venire tanquam principalis ad defensionem suimet, & bonorum suorum, & præcipue in hac causa tutelari, in qua per dominum Ioannem Baptistam eius nepotem petitur reddi rationem tutelæ, & curæ per eum administratæ, cum redditione reliquorum: & sic istud est domesticum & familiare iudicium, quod iure merito petente domino Ambrosio ad compromissum in aliquem communem amicum remitti debet. Nam magnificus dominus Ambrosius fuit plenissime restitutus & redintegratus à Christianissimo & clementissimo rege nostro ad omnia bona sua, & in statu in omnibus & per omnia constitutus, prout prius fuerat ante dictam condemnationem, & se composuit pro bonis suis rehabendis cum donatariis regiis habentibus similiter causam à camera, vt notorium est, & publicis apparet documentis. De ipsa autem restitutione & gratia regia constat ex literis magnifici domini Vicecomitis, quibus scribit ipsam gratiam & restitutionem iam vsque ad secundam diem mensis Ianuarii proxime præteriti fuisse expeditam & sigillatam. Sed restitutio & gratia sortitur statim suum effectum † à die concessio- 5
nis, & secum omnimodam trahit executionem, dato quod nondum venerit in notitiam restituti nec ad eius manus: vt vult Bartolus, quem alii ibi sequuntur, *in l. fina. C. de senten. pas. in tertia colum. in versic. quæro quid si filius fecit testamentum.* Sicut in si- 6
mili dicimus in libertate data per † testatorem in testamento, quæ trahit secum executionem, dato

quod

quod nondum peruenerit ad notitiam eius, cui libertas relicta est: *vt l. eius qui in prouincia, §. fina. ff. si certum petatur. secundum Bartol. in dicta l. fina. idem tenet dominus Felinus Sandeus in cap. 2. in 5. colum. de constitut.*

7 Præterea dicitur quis pro certo † scire, quando est d certificatus ab homine [d] fide digno, ita notat Gemin. *in cap. de capitulis, per illum text. 10. distinct.* vbi etiam ad hoc allegat *cap. sicut pro certo, de simo. Archidia. in cap. in domo, de pœniten. distinct. 1. facit, quod vult gloss. e notabilis* [e] *in l. Titio fundus, ff. de condi. & demonstr. cum aliis suis concor.* Item priuilegium seu gratia acquiritur absenti ex die certiorationis, † quamuis nondum sibi fuerit præsentata [f]: *secundum Bartol. in l. fi. in 2. columna, ff. de constitu. princi. vbi ad hoc allegat l. fina. cum gl. in verb. præstitis, C. de consuli. lib. 12. refert & sequitur dominus Alexander in l. qui absenti. in princip. ff. de acquirenda possessione.* Laus Deo, & beatissimis Ambrosio & Hieronymo.

ADDITIO.

a Conclusionem.] Aret. consilio 129. consultiss. numero 3. Communis tamen est contra Bartol. hic relatum vt dicit Alex. consil. 65. In causa, nume. 5. cum seq. libr. 7. Tu autem ne recedas ab opinione Barto vti æquiori probabiliori ac magis communi doct. calculo approbata, quam etiam sequitur Blanc. tract. de comprom. quæst. 3. nu. 49. vbi etiam respondet adductis in contrarium. Socin. sen. consilio 91. casus super quo, numero 12. libr. 3. Aret. rub. inst. de excep. numero 13. versicu. sed tu aduertas. & vide Dec. declarantem, consil. vlt. colum. 2 & seq.

b Fauorabile.] Alex. consil. 207. ponderatis, num. 1. libr. 6. consil. 125. viso processu, num. 14. lib. 7. Ruin. consil. 46. super his, num. 2. lib. 1. Marsi. sing. 467. viget statutum. Soc. iun. consil. 15. duplex inspectio, num. 25. consil. 16. excellentissimi, numero 3. lib. 1. & consil. 136. Iustissimi, numero 8. lib. 2. Roland. consilio 57. visis iuribus, numero 13. lib. 2. late disputat Blanc. d. tracta. quæst. 1. nu. 3. adde Bertran. consil. 132. suo benigna. num. 11. lib. 10.

c Agnati.] Iason. l. non dubium, nu. 42. vers. 2. adde. C. de legi. l. quod Seruius, sub num. 3. vers. 2. & fortius. de cond. causata l. qui se patris, num. 52. cum multis seqq. C. vnde libe. l. sed & si hac quam legit cum l. in ius vocari. §. prætor ait, nu. 4. cum seq. de in ius vocan. l. venia, num. 5. C. eo. tit. & l. de quibus, num. 17. de legi. Marsi. consi. 85. post redditum, num. 12. & 13. Ceph. consilio 35. in causa fiscali, num. 38. Blanc. d. tract. q. 3. num. 1. vbi disputat & respondet contrariis. Rolan. consilio 72. statuto, numero 65. lib. 1. vbi loquuntur de emancipatis & dicto consilio 57. numero 14. cum sequentib. Bertran. d. consil. 132. sub num. 11.

d Ab homine.] Idem Iason. l. 1. num. 19. ff. de eo per quem factum erit. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, nu. 11. de no. ope. nunc. l. properandum § fin autem alterutra. num. 9. C. de iud. Curt sen. consil. 71. Princeps, num. 58. Marsi. consil. 128. plura profecto, num. 30. Tiraquel. tract. de pœn. temper. cau. 51. nu. 31. cap. fin.

e Notabilis.] Quæ vult quod credens homini fide digno excusatur. quam exornat Marsi. l. 1. §. 1. nu. 8 de quæstio. consi. 62. In causa inquisitionis, nu. 10. d. consil. 128. plura. num. 27. cum sequentib. & in practi. crimin. in princ. nu. 8. cum seqq. Curt. iun. consil. 19. Viso nu. 5. Paris. 57. & si ad exhibendum, num. 50. libr. 1. consil. 52. dixi in alio, num. 32. lib. 4. Socin. iun. consil. 37 præsens consultatio, num. 20. lib. 2. Tiraquel. tract. de pœnis temper. causa 51. num. 27. & seqq. Iason. d. l. 1. num. 17. & d. §. si quis ipsi prætori, num. 10. vers. 2. adde in quantum. & l. admonendi, num. 180. alias num. 199. de iureiur. Felin. c. super his, colum. vlt. de accusa. Berot. consi. 161. præsens, num. 9. lib. 3. Simon de Prætis consil. 5. postquam, nu. 12. & Menoch. consil. 1. num. 8. & dixi ego consilio 60. proponitur, num. 14. consil. 95. cum executio, num. 21. & consil. 96. viso processu, numero 16.

f Præsentata.] Declarat Dec. c. 2. 1. lect. nu. 17. de consti.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXVII.

SVMMARIA.

1 *Statutum Mediolani disponens, quod nullus doctor possit esse de Collegio, nisi sit originarius ciuitatis, & pater profectus ad aliam ciuitatem animo redeundi ad propriam ibi suscepit filium, habet locum in dicto filio, quia dicitur esse originarius non ciuitatis in qua nascitur, sed ciuitatis paternæ. & ita seqq.*

2 *Filius natus alibi quam in ciuitate originis paternæ dicitur originarius paternæ ciuitatis, si pater ad aliam ciuitatem profectus habuit animū redeundi ad propriam ciuitatem.*

3 *Statutum Mediolani disponens quod nullus recipiatur in collegium, nisi ipse vel pater eius sit inde oriundus, est benigne & non rigide interpretandum, ex quo nullius præiudicium versatur.*

4 *Testis vnicus plene probat, vbi non agitur de alicuius præiudicio, & ideo per vnum testem plene probatur quod aliquis sit baptizatus, vel quod ecclesia sit consecrata, similiter sacerdotium probatur per vnum testem.*

5 *Domicilium non censetur quis in aliqua ciuitate constituisse etiam morando per centum annos, quando semper habuit animum reuertendi ad propriam ciuitatem, & fuit in ea in qua habitauit semper tractatus vt forensis.*

6 *Vxoris traductio facta in aliqua ciuitate, non inducit ciuitatem in ea ciuitate, nec incolatum.*
Vxor efficitur incola seu ciuis originis mariti. nu. 6.

7 *Oriundus quis dicitur, de aliqua ciuitate cuius pater ibi natus est, & sic originem duxit.*

Redemptoris crucifixi, & glorioſissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

PLACET suprascripta clarissimorum Doctorum consultatio reddita in fauorem egregii domini Christophori Panigarolæ, quod de iure ingredi debeat venerandum collegium iudicum excelsæ ciuitatis Mediolani, cum habeat † requisita statuti dicti collegii, cum sit de antiqua familia, & sit oriundus ipse vel pater eius à ciuitate vel ducatu Mediolani. Et quia præsentem materiam prædicti consulentes accurate tetigerūt, cum multa iurium, rationum, & authoritatum copia: ergo eorū fundamentis & vestigiis inhærens quæ dicturus sum, paucioribus absoluam. Vnde teneo, quod dominus Franciscus pater domini Christophori dicatur oriundus à Mediolano, & sic verificata sit altera pars dicti statuti, in quo dicitur, nisi sit oriundus vel ipse vel pater eius à Mediolano. Assumptum probatur ex duobus præcipuis fundamentis. ¶ Primum, quia dominus Christophorus senior ciuis Mediolanensis & natus Mediolani iuit habitatum Genuæ, vbi dictum dominū Franciscum filiū suscepit eo animo & proposito redeūdi ad ciuitatem originariam Mediolani, & semper Genuæ & Mediolani quò ad omnes suos actus tam iudiciarios quam mercantiles fuit tractatus vt ciuis Mediolani: Ergo filius ibidem susceptus dicitur oriundus † à Mediolano. *Ita in termino clare determinant*

minant Paul. de Cast. & dom. Alex. in l. huiusmodi. §. legatum, ff. de lega. 1. vbi ita determinant in statutis Bononiæ & Paduæ disponentibus, quod nullus Doctor possit esse de collegio, nisi sit originarius ciuis ciuitatis: & pater alio profectus ad aliam ciuitatem animo proposito redeũdi ad propriam ciuitatem, habuit filium in illo alio loco, certe talis filius dicitur esse originarius ciuis non loci in quo nascitur:
a sed ciuitatis [a] paternæ, ex quo pater ibidem erat non vt perpetuo, sed ad tempus ibi moram traheret. *& ita dicit Paul. de Castr. se vidisse de facto obseruari. Refert & sequitur do. Felin. in cap. Rodulphus, in 16. col. de rescrip.* vbi etiam ipse dicit, quod ita vidit seruari in pluribus doctoribus, & quod ita etiam fuit in ipso obseruatum in collegio Ferrariensi, in quo vigebat tale statutum, licet origo sibi fuerit ex Felina oppido diœcesis Regiensis, cum origo eius patris esset ex Ferraria, & prædictæ authoritates non sint calumniandæ, nec dictum statutum Mediolani est amare interpretandum, sed ciuili & æquo modo: *secundum Bal. in l. 1. in vlt. col. C. qui accus. non pos.* Quinimo tale statutum Mediolanense disponens, quod [illegible] recipiatur in collegiũ, nisi ipse vel pater eius
3 sit inde oriundus, † benigne & non rigide interpretandum, ex quo nullius præiudicium verlatur, & ex eo quod neminem lædit benignior via est sequenda. *l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluuia arcen. secundum Bal. in consi. 183. secundi volum. incipiente, statuto ciuitatis Veronæ cauetur.* sicut in simili vnicus testis
4 plene probat, † vbi non agitur de alicuius præiudicio. *ita notat do. Abb. in c. proposuisti, per glos. ibi, de consecra. eccle. vel alta. do. Anto. de Butr. in cap. veniens, el 1. de testi. & est gl. in c. nuper. eod. tit. de testi.* & ibi per hoc notabiliter infert Bald. quod per vnum testem plene probatur, quod aliquis sit baptizatus, vel quod
b aliquis sit ordinatus, [b] vel quod ecclesia sit consecrata: & similiter sacerdotium probatur per vnum testem, quia per ista nemini præiudicatur. ¶ Nec prædictis habet obstare, si diceretur, quod dominus Christophorus senior ciuis & natus Mediolani, qui venit habitatum Genuæ, ibidem diutius & longo tempore moram traxerit, & filios ibi susceperit: quia respondetur, q̃ per ista vel similia non dicitur effectus ciuis Genuæ, nec ibidem domicilium constituisse, cum multæ coniecturæ in contrarium militent, imo claræ probationes, q̃ nunquam voluit fieri ciuis Genuæ, sed semper remanere ciuis Mediolani, cum proposito ad eũ reuertendi. Nam Gennæ semper tractatus fuit † & vt
5 forensis, & vt ciuis Mediolani, & nunquam subiit aliqua onera tanquam ciuis Genuæ. Quo casu, etiam si per centum annos Genuæ habitasset, nõ per
c hoc diceretur domicilium ibi cõstituisse, [c] nedum effectus ibidem ciuis: *vt legitur & notatur in l. quæsitum, in prin. & ibi Bartol. ff. de iniuriis. & in l. 2. C. de incol. lib. 10.* Et ita consuluit do. Abb. Panorm. in persona eximii artium & medicinæ doctoris magistri Salmonetæ, quod nunquam Senis domicilium cõtraxerit, quamuis ibi vltra decennium moram traxerit. Imo etiam si per centum annos ibidẽ habitasset, & quamuis etiam ibidem domũ & alia immobilia emerit, etiam per hoc non dicitur ibi effectus ciuis, imo nec ibi domicilium contraxisse: *vt l. libertus. §. sola domus. & ibidem Bartol. ff. ad municipa.* nec etiam ex eo quod ibi vxorem duxerit. Nam capere vxorem, seu traductio vxoris facta in ciuitatem Senarum, † non inducit ciuilitatem in illo loco, 6
nec incolatum. *l. ciues. C. de incol lib. 10.* Imo ipsa vxor efficitur incola seu ciuis originis mariti: [d] *vt l. fin.* d
§. idem rescripserunt. & ibi Bar. ff. ad municipa. & per glos. in l. ciues. C. de inco. & in l. origine. C. de muni. & origi. lib. 10. ita consuluit dominus Abbas Panorm. in consilio centesimo, secundi voluminis, quod incipit, Illud in dubium reuocatur, an eximius artium & medicinæ doctor. ¶ Secundum fundamentum, quo probatur assumptum superius factum, scilicet quod dominus Franciscus pater domini Christophori præsentis dicatur oriundus à Mediolano, & sic dicatur satisfactum requisito statuto collegii, est quia ille dicitur oriundus de ciuitate Mediolani, † cuius pater ibi na- 7
tus est, & sic originem duxit. *L. assumptio, §. filius, ff. ad municipa. per quem tex. ita in terminis tenet gloss. in cap. 1. §. 1. in verb. alienigenas.* [e] *de vsur. in 6. facit, quod vult gloss.* e
in rubri. C. de municip. & orig. li. 10. quæ vult q̃ quis dicatur originarius ab origine patris. *& gl. in l. ciues. gl. in princip. C. de incol. libr. 10.* Sed pater domini Franciscí natus est Mediolani: ergo etiam dominus Franciscus dicitur à Mediolano oriundus. Et sic verificata est altera pars statuti Mediolanensis, cum pater domini Christophori præsentis sit à Mediolano oriundus.

ADDITIO.

a Ciuitatis.] Ias. l. huiusmodi. §. legatum, nu. 11 cum seqq. de leg 1. Ripa tract. pest. par. 2. de priui contr. cau. pest. nu. 181. & seqq. Cagn. rub. ff. de orig. iur. col. vlt. vbi hoc consil. citat. Gram. decis. 103. Illustrissima, nu. 112. cum seqq Beroi. consil. 155. visis, nu. 19. libr. 2. & alios adducit Rimin. iun. consilio 15. In præsenti, nu. 116. vbi etiam hoc consil. refert Mazol. consilio 74. Paucis. nume. 10. 11. vbi loquitur de simili statuto Regij.

b Ordinatus.] Idem Ias. consi. 120. Iuridicam, col. 1. versic. sicut in simili infra lib. 4. l. rescripta, nu. 7. C. de preci. imper. offer. l. admonendi, nu. 180. alias nu. 199. de iureiur. & d §. legatum, nu. 20. Felin. c. licet vniuersis in fi. de testi. Boer. decis. 171. præsuppono, nu. 24. cum aliis vt per Gabr. com. opin. libr. 1. de testi. concl. 1. nu. 16.

c Constituisse.] Et Ias. hic sequitur Paris. consil. 12. In præsenti, nu. 17. cum seqq. consi. 34 statutum de dote, nu. 22. lib. 3. Mazol. cons. 86 Iuridicam, nu. 31. cum seqq.

d Originis mariti.] Corn. consil. 55. pro decis. col. antepen. consi. 81. primus consultationis, col. 5. ver. ideo cum vxor. lib. 1. cum aliis apud Tiraq. tract. de legi. connub. in primam leg. connub. gl. 1 p. 1. nu. 29.

e Alienigenas.] Ias. d. l. huiusmodi. §. legatum, nu. 18. Cotta in memo. verb. statuto cauetur quod in multis. in fi. ver. vlterius addi potest. vbi hoc consi. citat: & de originario vide Menoch. consi. 80. plura efficiunt. nu. 9. cum seqq.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXVIII.

THEMA.

BERNARDINVS Iacobi de Assaltis de Firmo condidit testamentum: in quo nullos habens liberos instituit hęredẽ vniuersalem D. Casandram eius vxorem, fratribus in quinque solidis institutis. Ad impugnan-

pugnandum tale testamentum per Nicolaum Iacobi de Assaltis fratrẽ dicti testatoris, seu curatorem, fuit opposita exceptio vsuraria, quod dictus testator esset vsurarius manifestus, & decesserit non præstita cautione de restituendis vsuris, vt sic eius testamentum sit ipso iure irritum: & ad eius instantiam examinati sunt testes quamplurimi numero quadraginta,& vltra,ex quibus conatur probare de cõmuni opinione,& publica voce,& fama,& quod prædictus testator erat paratus omnib. ad mutuandum sub vsuris,& plures ex eis dicunt se mutuo sub vsuris habuisse. Ex aduerso pro parte hæredis institutæ, sunt producti testes numero ferme quinquaginta ad probandum de bona vita,& probitate dicti testatoris,& de publica voce, & publica bona fama. Quæritur,an per dictos testes probatum sit dictũ testatorem esse vsurarium manifestum,& sic eius testamentum esse ipso iure irritum, cum decesserit non præstita cautione?

SVMMARIA.

1 *Testamentum vsurarij manifesti, qui decessit non præstita cautione de restituendis vsuris est ipso iure irritum. Sed contra.nu.6.& seqq.*

2 *Vsurarius manifestus quis probatur & conuincitur per solam famam & per argumenta.*

3 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*

4 *Testes tres sufficiunt ad probandum quem vsurarium manifestum, & sufficit testes scire aliquem reputari pro vsurario manifesto quamuis eum non viderint publice fœnerari.*

5 *Testamentum in dubio præsumitur valere & pro eo in dubio est iudicandum.*

6 *Testamentum eius quem erat probatum per plures testes vsuras exercuisse & esse de hoc publicam vocem & famam, & demum confessus fuerat se vsuras exercuisse valet : quia non est sufficienter probatum eum esse vsurarium manifestum.*

7 *Vsurarius manifestus non aliter probatur quam si duo probentur factum & qualitas facti.*

8 *Manifesti qualitas duobus modis deprehenditur.*

9 *Probatio, quæ fit contra vsurarium post eius mortem non probat illum fuisse manifestum vsurarium in præteritum. & num.vigesimo quinto, vbi bene comprobatur.*

10 *Testes deponentes aliquem sibi mutuasse sub vsuris non probant, cum sint singulares ratione contractuum locorum & temporum. & nu.seq.*

Testis vnus deponens de contractu celebrato vno tempore alij de alio contractu celebrato alio tempore,vnus de contractu celebrato in vno loco, alij de contractu celebrato in alio loco non probant tanquam singulares.nu.10.& seq.

Testes singulares non probant aliquem esse vsurarium manifestum.Vide verbo vsurarius manifestus.

11 *Vsurarius manifestus quis non probatur per testes singulares.*

12 *Statutum episcopi quod per quatuor testes singulares quis probetur vsurarius, non valet.*

13 *Testes deponentes sibi fuisse mutuatum sub vsuris non probant, quia ad eos spectaret commodum ex suo testimonio, nisi protestentur se nolle ex suo testimonio aliquod ius quærere.*

14 *Consuetudo patriæ excusat vt quis non dicatur vsurarius.*

15 *Vsurarius manifestus quis non dicitur ex hoc quod vendit charius fide habita de pretio.*

16 *Cap.quanquam, de vsu.in 6.quando non habeat locum. & ibi quod est odiosum & restringi debet. & vide num.26.*

17 *Fama ad hoc vt probetur requiritur vt testes deponant audiuisse dici publice à maiori parte populi.*

18 *Fama publica debet habere originem ab honestis personis, & ideo non probatur per testes, qui non nominant personas à quibus audiuerunt.*

19 *Testis deponens de fama debet exprimere personas à quibus audiuit, etiamsi non sit de hoc interrogatus.*

20 *Fama proueniens solum ex voce populi si non probetur aliqua præsumptio ex qua ea originem traxerit probationem nullam facit.*

21 *Vsurarius manifestus vt quis dicatur, requiritur quod in peccato publice sit deprehensus coram populo vel coram magna parte hominum, vel quod præcedentibus probationibus & infamia episcopus mandauerit eum vitari tanquam vsurarium, vel quod ipse sit confessus in iudicio.*

22 *Vsurarius manifestus dicitur is qui passim & in oculis totius vel maioris partis populi vsuras publice exercet,& ita vt non possit hoc non esse liquidum populo, vel quando apparent codices vsurarum extortarum.*

23 *Fama publica cum adminiculis contra vsurarium est sufficiens vt per hoc episcopus possit illum publicare, ex qua publicatione & non ante potest dici vsurarius manifestus.*

Episcopus potest publicare eum vsurarium qui mutuat in camera sua sub vsuris omnibus volentibus, & post publicationem dicitur manifestus : sed quando tenet banchum paratum ad mutuandum omnibus vel mutuat per ministros, tunc dicitur manifestus sine alia publicatione episcopi. vide verbo vsurarius.

24 *Vsurarius manifestus dicitur is, qui mutuat in camera sub vsuris omnibus volentibus, quando episcopus eum publicauit, sed quando tenet banchum,vel mutuat per ministros, dicitur manifestus etiam absque episcopi publicatione.*

27 *Probatio bonæ famæ & vitæ elidit contrariam famam & eius effectum offuscat.& nu.seq.*

28 *Probationi bonæ famæ standum est fauore rei, quamuis sit etiam mala fama probata.*

29 *Testibus deponentibus de probitate & bona fama testatoris in materia criminis vsurarij, magis stari debet quam deponentibus de mala fama, etiamsi deponentes de mala fama essent multo plures numero.*

30 *Testes ex parte rei præferuntur,licet testes actoris vel accusatoris sint aliquando magis idonei.*

Redemptoris crucifixi,& gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIsis depositionibus testium vtrinque productorum, videretur prima consideratione cõcludendum, probatum esse dictum testatorem vsurarium manifestum, & consequenter eius testamentum esse † ipso iure irritum, cum decesserit non præstita cautione de restituendis vsuris: [a] *per tex. in capi. quanquam, §. fin. in fi. de vsur. in 6.* & illa constitutio est seruanda vt thesaurus; secundum Io. And. & Gemi. ibi. Nam per solam famam & argumenta probatur quis † & conuincitur vsurarius manifestus: *vt est tex. notabi. in c. cum in diœcesi, de vsu. & ibi dominus Abbas in primo notabili, ad hoc multum notat illum textum & reputat esse singularem, & alibi non probari.* Ratio, quia vsurarii non possunt de facili conuinci de vsuraria prauitate. *clemen. 1. de vsuris.* ideo sufficit fama publica cum aliis argumentis. Item dicitur vsurarius manifestus non solum qui tenet banchum publicum, sed etiam qui mutuat † in camera sua sub vsuris cuilibet ad se venienti. *l. palam, in princ. ff. de rit. nupt. & l. 3. in princ. ff. ad Maced. secundum Bar. in l. 3 ff. de fur.* Nam quæ fiunt in camera, cum ad lucem veniunt, manifesta fiunt: & ideo licet quis clam fœneretur, & de nocte scribantur libri fœneraticii, cũ exit in publicum manifestatio veritatis, manifestum est de delicto vsuræ, quamuis per hoc non sit manifestus modus delinquendi; secundum Bald. *in consilio 473. primæ partis, incip. qualiter accipiatur manifestum.* Item ad probandum quem vsurarium † manifestum tres testes sufficiunt secundum Bald. *in l. scripturas, in vlt. colum. C. qui pot. in pigno. hab. per illam l. quam dicit ad hoc optime facere. Idem tenet Bald. in l. 1. in 3. colum. C. de sacrosanct. eccles. per text. d. l. scripturas, quem ad hoc reputat singularem.* Item sufficit, quod testes sciant aliquem reputari pro publico & manifesto vsurario, quamuis eum non viderint publice fœnerari, *arg. d. l. 3. in prin. in verb. publice. ff. ad Maced. ita signanter tenet Bald. in l. 1. in 8. col. ante fin. C. de testa. refert & sequitur Laur. de Rodulphis in sua solenni rep. capit. consuluit, de vsu. in 88. quæst. secundæ partis. & Io. de Anan. in cap. quia in omnibus, de vsu. in 3. colum.* ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure præualere, & sic quod testamentum conditum à domino Bernardino debeat validum censeri, cum etiam in dubiis † præsumatur testamentum [b] valere.

[b] *l. si post diuisionem. & ibi gl. & Bar. in fi. notant. C. de iu. & fact. igno. Bart. in l. 1. C. de iur. cal.* Item in dubio iudicandum est pro testamento, *l. si pars, ff. de inofficio. test. & cap. fin. de re iud.* quia causa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem. *l. vel negare. ff. quemad. test. aperi. & est tex. expressior de iure in l. Gallus. §. quid si is, in ver. vtilitate. & ibi Bald. & alij ita notant, ff. de lib. & posthu.* Et tanto magis cum in casu præsenti non sit probatum bene & sufficienter dominum Bernardinum tempore eius mortis fuisse † publicum vsurarium, vt infra clare demonstrabitur. Ad ita tenendum adduco in terminis bonam decisionem Baldi *in consi. 459. quartæ partis, incip. visa d. pe. atque articulu & attestationib. &c.* Vbi consuluit in terminis adhuc fortioribus, quam sint nostri, in quibus erat probatum per plures testes, quod vsuras exercuerat, & quod erat de hoc publica vox & fama, & sic concurrebant argumenta & adminicula cum fama, quæ videntur sufficere vt conuincatur vsurarius manifestus: *d. c. cum in diœcesi.* Item cõcurrebat ibi confessio partis; quia testator fuerat confessus se vsuras exercuisse, quæ confessio inducit notorium iuris. *c. cum olim, de verb. sign.* Et tamen istis non obstantibus determinauit illud testamentum valere, & non esse sufficienter probatum, quod ille testator esset manifestus vsurarius. Mouetur per multa bona fundamenta, quæ videri debent, præsertim quia ad probandum quem vsuriariũ manifestum duo oportet probare, † scil. factum & qua- 7
litatem facti: factum est ipse contractus vsurarius, quia contractus sunt facti. *l. consilio. §. fin. ff. de cura. furio.* qualitas autem est ipsum manifestum. Nã notorium & manifestum habent se per viam qualitatis ad factum seu contractum. *c. 1. vbi gl. ff. de of. del. in 6. & per Inno. in c. tua, de cohabi. cle. & mulie.* Sed in illo casu neutrum erit probatum. Nam non erat probatũ de facto, id est, de contractibus vsuriariis, quia testes super contractib. vsuriariis deponentes erant singulares ratione contractuum, locorum & temporum: ergo eis nõ creditur. *c. bonæ, de elect. c. cum dilecti, de accus.* Item non erat probata qualitas, id est, ipsum manifestum, quia super huiusmodi qualitate nullus testis deponebat, & talis qualitas manifesti deprehenditur dupliciter. Primo ex euidentia
facti, † vt quia publice & palã mutuabat. vel men- 8
sam paratam tenebat ad mutuandum: *vt dicit gl. in c. 1. de vsu. in 6.* Secundo deprehẽditur manifestum ex dispositione iuris, vt in condemnato, confesso, vel conuicto. *c. cum olim, de verbor. signif.* sed nullum illorum erat ibi probatum. & quamuis probetur fama publica, non tamen probatur, quod quis sit vsurarius manifestus; quia aliud est probare factum vel qualitatẽ, aliud est probare famam super facto vel qualitate. *c. inquisitionis. §. quasiuisti, de accus.* Item diligenter aduertendum est secundum eum, quod
probatio, † quæ fit contra vsurarium post mor- 9
tem vsurarii non probat illum fuisse manifestum vsurarium. hæc enim probatio, ex qua inducitur notorium iuris, inducit hoc notorium ex parte probationis, & tunc illo tempore manifestum inducit, non autem inducit retro fuisse manifestum. *24. q. 2. cap. si forte.* Vbi si post mortem vsurarii reperiantur eius libri, non tamen diceretur illum fuisse manifestum vsurarium. & ideo non potest iudicari illum fuisse tempore vitæ atq; mortis manifestũ vsuriariũ. Si autem in vita vsurarii recipiantur probationes, tunc si probatio esset legitima, bene constitueret tunc eũ manifestum vsurarium. ¶ Secundo principaliter moueor. Nam per testes partis aduersæ tria principaliter deduci videntur, quibus bene discussis, remanebit bene enucleata veritas præsentis casus. Nam plærique testes deponere videntur quod eis mutuauit ad vsuras, quidam deponunt, quod vendebat oleum carius ad credentiam non interueniente pecunia: quamplures vero deponũt de publica fama, quod habebatur & reputabatur pro publico vsurario, & quod erat paratus omnib. mutuare sub vsuris. Quantũ ad primos, qui deponunt quod eis mutuauit ad vsuras, isti nihil probant, † eo quia oẽs sunt singulares ratione contra- 10
ctuum, ratione locorũ, & ratione temporũ. Nam vnus deponit de vno contractu, alius de alio contractu.

tractu. Item vnus de vno contractu celebrato vno tempore, alius de alio contractu celebrato de alio tempore; vnus de contractu celebrato in vno loco, alius de alio contractu celebrato in alio loco, ideo eis non creditur. *d.cap.bonæ. & d.c.cum dilecti. & ita notab.firmat Bald.in prælleg.consi.459. quartæ partis, in 1.col.* & ibidem etiam *in vlt.col.* tenet testes singulares cum fama non sufficere ad condemnandum: per casum, *in c.tam literis, de testi.* Item si vnus testis deponit, quod Titius est vsurarius, quia mutuauit Seio decem sub vsuris. alius testis deponit, quod mutuauit Caio decem sub vsuris, tanquam singulares non probant eum vsurarium [c]: *secundum D. Ant.de Butr.in c.cum oporteat, in 9.quæst.ante fin. de accu.* & quod per testes singulares non probetur quem
11 esse † vsurariũ manifestum, *tenet Fed.de Senis in consi. 64.incip.pridie cum procuratore, circa fin. Lau. de Rodulphis in repe.d.cap.consuluit, in q.117. secundæ partis. late D. Abb.Pan. qui videatur in consi.43. incip. ex multis agitatis in iudicio. & D.Alex.in cons.174. secundi volu. inci.inspecto diligenter processu in 3.col. imo fortius tenet Fed. de Senis in consil. 117. incip. quæstio talis est, nunquid constitutio* d *episcopi, &c.* [d] Vbi tenet nõ valere statutum episco-
12 pi, quo † cauetur, quod per quatuor testes singulares quis probetur vsurarius, quum hoc sit contra ius, contra quod episcopus statuere non potest: vt ibidem latius per eum. Et istud communiter tenetur secundum Abb. *in c.cum in diœcesi, ad fin. de vsu.* Itẽ isti testes deponẽtes, quod eis mutuauit ad vsuras,
13 vltra quod sint singulares † etiam ad eos spectaret commodum ex eorum dicto, ideo nisi protestentur quod nõ intendunt ex hoc testimonio aliquod ius quærere, sunt repellendi tanquam in re propria commodum certitudinarie expectãtes deponant.
e *ita notabiliter tenet Bal.* [c] *in l.dictantibus. C.de testam.refert & sequitur Laur.de Rodulphis in d.repe. c. consuluit, in q.117.secundæ partis. D.Alex.in d.consi.174.secundæ partis, in 5.col. Idem tenet Fede. de Senis in prælleg.consi.64.circa fin.* ¶ Quantum ad secundum de testibus deponentibus quod vendebat oleum carius ad credentiam quam fecisset interueniente pecunia, & sic censeri debet vsurarius, *c.in ciuitate, c.consuluit. & c. nauiganti. de vsu.* aduertẽ. est quod tria obstant cõtra istos testes. ¶ Primo, quod super hoc sunt singulares, ergo non probant, vt dixi in præcedenti fundamento. ¶ Secundo, quia in ciuitate Firmi communiter reputatur, quod sit licitum vendere ad tẽpus carius, & istud ibi communiter fit palam & publi-
14 ce: Ergo patriæ consuetudo excusat † vt non dica-
f tur vsurarius [f] simpliciter, & multo minus manifestus: prout egregie notat Bart. *in l.quis sit fugitiuus. in §.apud Labeonem. per illum tex. ff.de ædili.edi.* vbi ex illo §. notat, quod si quis facit aliquem actum, qui æstimatur communiter licitus, contrarium tamen est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, ex hoc non dicitur vsurarius. ¶ Tertio, quia ille, qui vendit carius ad credentiam, non per hoc dicitur vsu-
15 rarius manifestus, † vt cadat sub dispositione *d. cap. quanquam, ad fin. de vsu. in 6. Ita notab. tenet Pau.de Cast. in consil.383. incip.ad primum quæsitum respondetur, quod vendere mercantias, &c. in 3.dubio*, vbi tenet quod pœna, *d.c.quanquam.* annullantis testamentum vsurarii manifesti, si non præstitit cautionem, cum sit odio-
16 sa, & sic restringibilis, † non habeat locum in testamentis vendentiũ oleum, g vel quid aliud, ad tem- g
pus carius, propter terminũ datum ad solutionem pretii, eo quia non sunt proprie & formaliter vsurarii, licet peccent, eo quia vsura formaliter colligitur in contractu mutui. & non in aliis regulariter; *vt notat Host.in summa de vsu.circa prin.* ergo verba dicti canonis debẽt proprie intelligi in his, qui vacant principaliter pecuniis mutuandis sub vsuris, qui proprie dicuntur vsurarii, sed illi, qui vacant principaliter mercibus vel aliis rebus vendẽdis, dicuntur honesto nomine negociatores, seu mercatores. Et quamuis in eorum contractibus aliquando committant vsurariam prauitatem, istud est secundario, nec dici possunt simpliciter vsurarii, sed secundum quid. Sed verba canonis debent intelligi in significatu simplici, & non in significatu secundum quid. *l. hoc legatum. ff.de lega.3. vt ibidem plenius per eum*, quamuis contrarium teneat D.Abb. *in c.ad nostram, in primo notabili, de empt. & ven.* Sed D. D.Andr.Barto. ibi eum reprobat, & sic tenet idem quod Paul.de Castr. licet de eo non faciat mentionem. ¶ Quantum ad tertium de pluribus testibus deponentibus de publica fama, quod reputaretur pro publico vsurario, & quod erat paratus omnibus sub vsuris mutuare, licet eorum attestationes plus in proposito facere videantur ad probandum istum testatorem fuisse vsurarium manifestum, tamen contra eos septem principaliter obstant, ex quibus apparet per eos non sufficienter probari de publica fama. ¶ Primo, quia † non deponunt au- 17
diuisse publice dici à maiore parte populi, prout requiritur, vt probetur fama, [h] secundum Bart. *in l.de* h
minore. §.plurimum quoque. ff.de q. in 3.colum. in vers. quæro qualiter probabitur fama. Item per famam non probatur vsurarius manifestus, & sic infamis, nisi testes dicant audiuisse apud omnes, vel maiorẽ partem populi, alias probatio nullius esset momenti: secundum Bald. *in consi.447. quintæ par. incipiente, ad euidentiam præmittendum est, quis dicatur vsurarius manifestus, in 2.colum.* vbi allegat ad hoc gl. quam dicit esse ordinariam, & non esse alibi, & quam approbant omnes moderni *in l.cum lege. in gloss. magna, in fi. ff.de test. facit text. in l.si arbiter, in verb. omnium est opin. ff.de prob.* ¶ Secundo, quia dicti testes deponentes super publica fama, interrogati non nominant personas à quibus audiuerunt; Ergo eorum testimonium non valet, cum fama publica debeat ha-
bere originem ab honestis personis, † & non pos- 18
set sciri, an habeat originem ab honestis personis, vel ne, nisi illæ personæ manifestentur [i] & nomi- i
nentur. *ita notabil tenet Bartol.in d.l.de minore, § plurimum quoque. in penult. colum. in ver. quæro si testis interrogatur. a quibus personis audiuisti dici. Salyc. in l. ea quidem. C.de accus. & in l.3. §. eiusdem. ff.de testi. An.de Butr. & Io.de Imol.in c.cum oporteat. de accus. D.Alex.in consil. 150. quinti volu. quod incipit, in causa & lite vertente inter D.Lucretiam, in 8.col. & in consi.153. quinti volu. quod incipit, visis narratis in themate, in vlt.col. & notabi. D.Fran. de Aret.in consi.73.incip. diligenter & mature consideratis omnib. actis in 8.col. & sequentib. vsq; ad fin.* imo fortius testis deponens de fama † debet exprimere perso- 19
nas, à quibus audiuit, etiam si non sit de hoc interrogatus: [k] *secundum Angel.in repe.l.ea quidem, in 3.col.* k
C.de accusa. Ludouic.Roman.in l.1.in princip. ff.de ope. nou.

nun. D. Alex. in præall. consi. 153. quinti volum. in vlt. colum. & in consil. 155. quinti volum. quod incipit, alias consultus respondi in causa matrimoniali, in 2. colum. ¶ Tertio, quando fama est probata solum ex voce populi, vt in casu præsenti, & non probatur aliqua præsumptio, ex qua dicta opinio & fama originem traxerit, non probat, quia magis dicitur vana vox populi, † quæ non est audienda, [l] *vt l. decursionum, C. de pœnis. ita signanter tenet Bartol. in d. l. de minore. §. plurimum quoque, in vlt. col. Bald. in l. proprietatis. C. de proba. & in l. diffamari. in princ. C. de inge. & manu. Ang. in repe. d. l. ea quidem, in 4. col. D. Abb. in c. cum causam quæ inter archiepiscopum, in 1. col. & in cap. veniens, 1. in 2. col. de test. D. Alex. in præallegato cons. 150. quinti volu. in 6. col. & in consil. seq. quod incipit, repetitus in causa matrimoniali. in penult. colum.* Item fama est quoddam somnium, & quidam rumor, qui sæpe à veritate discordat: *secundum Bal. in c. vigilanti. in 2. col. de præscr.* ¶ Quarto, quia in casu præsenti nulla apparent instrumenta vsuraria, nulli libri rationum vsurariarum, nulla confessio Bernardini, nec iudicialis, nec extraiudicialis, nec aliqua eius ordinatio super vsuris extortis restituendis: *iuxta cle. 1. de vsu. & gl. in d. c. quanquam, in princip. in verb. manifesti.* Ergo nulla adminicula, nulla argumenta concurrunt: ergo simplex fama nihil [m] probat. Nam ad probandum [m] quod quis sit vsurarius manifestus, requiritur quod in peccato publice sit deprehensus coram populo, † vel coram magna parte hominum, vel quod præcedentibus probationibus & infamia episcopus mandauerit eum vitari tanquam vsurarium, vel ꝙ ipse sit confessus in iudicio, & sic publice, vel ꝙ in testamento in multitudine hominum. Nam illud est manifestũ, quod non potest excusari, neq; celari, quin ad publicam notitiam peruenerit: *secundum Bal. in cons. 17. primæ partis, quod incipit, factum super quo consilium exposcitur, ad fin.* Sed in casu præsenti nullum istorũ interuenit, igitur, &c. Itẽ ille dicit vsurarius manifestus, qui passim, † & cuidẽter & in oculis omniũ, vel maioris partis populi vsuras publice exercet: *secundum Bald. in l. vnica. §. similiq; modo 2. ad fin. C. de lati. lib. tol.* Item dicitur vsurarius manifestus, quando toties, & tot personis publice fœnerauit, quod nõ potest esse nisi liquidum in populo. *l. pælam. ff. de rit. nup.* vel quando apparent codices vsurarum extortarum. *cle. 1. de vsur. secundum Bal. in l. 1. in 3. col. C. de fal. cau. adie. leg.* ¶ Quinto, fama publica cum adminiculis, est sufficiens, vt per hoc episcopus posset illum publicare, † ex qua publicatione, [n] & non ante, potest dici vsurarius manifestus. *ita tenet Fed. de Senis in consi. 64. quod incipit pridie cum procuratore. ante fin. refert & sequitur dom. Abb. in consi. 35. quod incipit, attingam iuxta ordinem prælibatum, in 3. colum.* vbi dicit, quod istud d. Fede. habet æquitatem, ne solum fama cum indiciis, non data prius facultate illa purgandi, puniatur quis, & ne testamentum eius ipso facto irritetur. Idem sequitur D. Abb. *in cap. quia in omnibus, circa fin. de vsu. Bald. in consil. 573. tertiæ partis, quod incipit, qualiter accipiatur manifestum.* Ergo cum in casu præsenti ista qualitas manifesti non fuerit probata in vita testatoris, nec per iudicem fuerit declarata, ergo non potest dici manifestus vsurarius. Facit quod notabiliter tenet Ange. *in l. 1. ff. de fur.* vbi tenet, quod quando quis mutuat in camera sua sub vsuris omnibus volentibus, † tunc episcopus poterit eum publicare, & erit manifestus vsurarius, sed quando tenet altare, vel bancum paratum ad mutuandum omnibus, vel quando mutuat cum ministris, qui rem faciunt manifestam, tunc dicitur manifestus, sine alia publicatione episcopi. *ita ibi Ang Ad idem bene facit, quod tenet signanter Bald. in consi. 459. quartæ partis, quod incipit, visa d. peti. in 2. col. post princ. & in 3. colum. ad fin. quem etiam supra retuli.* vbi dicit diligenter esse aduertendum, quod probatio, quæ fit contra vsurarium post mortem vsurarii, † non probat illum fuisse manifestum vsurarium; quia talis probatio non inducit retro fuisse manifestum. *24. quæst. 2. cap. si forte.* Vbi si post mortem vsurarii reperiantur eius libri, non tamen diceretur illum fuisse manifestum vsurarium; secus si in vita vsurarii legitimæ probationes reciperentur, tunc bene constituerent eum vsurarium manifestum. *Ad idem facit, quod tenet Baldus in l. 1. in 2. colum. ad fin. C. de fal. cau. adie. leg.* Vbi tenet, quod si esset scriptura clausa, vel secreti codicis rationum postea exhibiti post mortem testatoris, non irritaretur testamentum; quia tempore mortis non erat manifestus, nec retro fuerat publicus vsurarius; & cessante qualitate, cessat eius pœna; *vt l. in delictis. §. si extraneus, ff. de noxa.* etiam si in codicibus confiteatur se manifestum vsurarium, vel se tenuisse altare paratum ad mutuandum, vt ibidem per eum. Ad idem bene facit, quod notabiliter tenet Baldus *in consilio 447. quintæ partis, quod incipit, ad euidentiam præmittendum est, quis dicatur vsurarius manifestus, in vlt. colum.* Vbi determinat, quod si executores deputati in testamento post mortem testatoris soluerunt vsuras extortas pluribus personis; ista declaratio executorum facta post mortem testatoris nõ trahitur retro, nec facit in vita testatoris fuisse manifestum illud, quod nondum sciri potuit, nec viuo testatore poterat per executores declarari. Vnde etiam si testator mandat male ablata restitui secundum declarationem executorum, istud testamentum valet: licet executores declarent, quod ista male ablata sint vsuræ, alias de facili esset inuenire viam ad multa testamenta subuertenda: & ideo donec illuminentur abscondita tenebrarũ, non est dubium rem occultam esse, & testamentum valere. Secus si expresse in testamento † confessus fuisset se vsurarium, & commisisset alteri declarationem faciendam post mortem. & ita loquitur & intelligitur *d. cap. quanquam. cum sua glo. 1. responso. vt ibi plenius per Bald. hoc etiam probantem euidenti ratione, de qua ibi per eum.* ¶ Sexto, per testes productos ex parte D. Casandræ hæredis institutæ, probatum est de contraria fama bona, † & communi opinione probitatis & bonæ vitæ d. Bernardini, ergo elisa ac sublata redditur fama contraria, & eius effectus offuscatus: per ea quæ tradit Bartolus *in d. l. de minore. §. tormento. in penult. colum. in verficu. quæro, quid si est probata fama contraria. D. Anton. de Butr. & alij in c. cum oporteat, de proba. Dominus Abbas in cap. cum in tua. in 2. notabili, per illum textum, cum gl. de sponsa. Baldus in l. qui accusare. C. de eden. & in l. diuus, ff. de mili. testam. & in l. sacrosancta, in fin. C. de episcopis & clericis. & in l. si tutor petitus. in fin. C. de peri. tuto. & in l. ea quidem, in 17. columna. C. de accusa. Bene facit, quod signanter tenet Baldus in l.*

in l. fina. in 7. columna, in ver. ex hoc deciditur. ff. de feri. Vbi tenet, quod si est probata mala fama, & bona
28 † quod statur bonæ fauore rei. refert & sequitur Pe. de Anch. *in cõmẽto c. canonũ statuta. de cõsti. in 48. charta in ver. subijcio similem quæsti.* ¶ Septimo facit, quod in oppositione istius criminis vsurarij manifesti magis stari debet testibus deponentibus de probi-
29 tate & bona fama testatoris, † quam deponentibus de fama mala, dato etiam quod illi deponentes de mala fama essent multo plures numero: per glo. solemnem & reputatam singularem. *81. dist. cap. clerici. quam allegat Bald. in leg. data opera. in 17. columna. Cod. qui accusa. non pos quam glo. Ludo. Rom. dicit esse singularem, & se à Bal. didicisse in leg. in illa in vltima columna ff. de verb. obl. & in leg. 2. §. 1. ff. si ex no. cau. aga. & per illam glo. tenet Do. Abb. in capit. ad nostram. de probatio.*
30 quod testes † ex parte rei præferuntur, licet testes actoris, vel accusatoris sint aliquantulum magis idonei.

ADDITIO.

a Vsuris.] Clar. §. testamentum q. 26. nu. 1. Viui. comm. opi. li. 1. opi. 443. vsurarius. Ceph. con. 402. testator n. 13. cum seq. Dilect. de rte testan. ti. 1. cau. 7. nu. 1. & quod non valeat Por. con. 30. facti species. nu. 18. & an vsurarius qui non potest testari, possit donare causa mortis. Menoch. con. 11. dubitatur n. 6. 14. & 21. vbi tres casus distinguit.

b Valere.] Iaſ. con. 26. omissis nu. 4. con. 124. dico quod secundum n. 2. supra li. 1. Dec. con. 11. & pro tenui n. 8 con. 509. exhibentur nu. 3. & Marsil. 1. §. si serui quasi. n. 6. in fi. de quæstio. vb. declarant.

c Vsurarium.] Dida. var resol. li. 3. c. 3. nu 4. circa finem. & Iaſ. hoc loco: & alios adducit Gab. commu. opi. li. 7. de crimi. concu. 20. nu. 11.

d Episcopi.] Refert Did. d. c. 3. nu 5. ver. imo episcopi constitutio.

e Tenet Bal.] Aymo con. 6. plura videnda nu. 102. conſ. 73. dicendum n 4. & 29. cum seqq. cum aliis vt per Rol. con. 95. si perspicere nu. 14. con. 98. Viso processu nu. 13. li. 4. Osaſ. decis. 72. inquiritur nu. 6. vbi hoc con. citant. & decis 99. Reuerendus nu. 40. Ceph. d. con. 402. n. 7. quib addo. Alex. consi. 72. inspecto nu. 7. li. 1. Dec. con. 342. In causa sub n. 4. ver. accedit etiam illud Marsi. con. 2. oportuna nu. 46. & conſ. 29. in hoc casu nu. 26.

f Vsurarius.] Dec. con. 170. viso themate col. pen. versi. vltimo non obstat l. 1. nu. 17. C. de æden. Aymo d. conſ. 6. nu 103. cum seq. Benuen tract. de merca. par. 1 nu. 37. vbi huius con. meminit Gabr. d. concl. 20. n. 5. Rolan. con. 75. primo quidem nu. 42. 43. li. 1. addo Soc. iun. con. 83. circa præsentem n. 21. li. 2. Grat. consi. 87. in præsenti nu. 21. li. 1. consi. 39. visis, nu. 4. & consi. 49. proponitur nume. 12. libro 2 Nattam consilio 498. deductum fuit numero 25. & consilio 586. ex instrumentis num. 9. facit quod dicit Ber. consil. 329. illud certissimum nu. 5. lib 7.

g Oleum.] Refert Benuen. d. tract. de merca. pat. 1. n. 3. circa fi. versi. non tamen me latet.

h Probetur fama.] Alex. consi. 94. in causa nu. 11. lib. 2. conſ. 70. in causa nu. 7. lib. 3. & con. 20. in causa nu. 9. li. 4. Cur. sen. con. 82. capio sub nu. 9 Dec. c. quia nos 2. not. de appell. Soc. iun. con. 86. disputatur sub nu. 30. ver. præterea fama li. 2. vbi hoc consi. citat. ad. Gram. voto 34. in causa nu. 16. Cor. consi. 68. repetito nu 2. & con. 32. videtur numero 4. li. 2. Paris. conſ. 104. in præsenti numero 101. lib. 1. & vide Ceph. consilio 65. in præsenti. numero 47. Nattam consilio 18. viso n. 12. & & con. 473. quædam n. 16. Rol. consi. 3. deuenio nu. 54. li. 1. & con. 49. legitimationem. nu. 49. li. 4.

i Manifestentur.] Dec. c. 1. numero 20 de appell. consilio 37. in causa numero 9. in fin. consilio 57. in causa sub numero 4. consilio 133. viso sub numero 4. versi. magister Gram. d. voto 34 numero 14. Soc. iun. d. consilio 86. numero 30. vbi refert. cum aliis apud Rol. consilio 11. ex pluribus numero 13. 14. lib. 4. addo Iaſ. consilio 2. inter clarissimos numero 34. sup. eo. Alexand. consilio 25. in causa numero 5 libro 4. Natt. d consilio. 18. numero 12. vet. item debet. & d. consi. 473. numero 16. ver. item non deponunt. Ber. consilio 170. visa copia nume. 12. lib. 3. Mazol. consil. 47. causa nu. 57. 58. & Rol. con. 54. viso processu nu. 17. li. 1.

k Interrogatus.] Iaſ. d. consi. 2. num. 34. ver. præterea testes. Alex. d consi. 25. num. 6. & d. consi. 94. numero 11. ver. imo secundum Dec. d. consi 37. num. 10. & consi 524. visis num. 8. & Iaſ. d. consi. 2. refert Ceph. d. consilio 65. numero 49. Rol. d. con. 3. nu. 51. 52. Simon de Præt. consi. 167. Sciunt omnes numero 13. Anch. iun. quæst. 55. statutum nume. 15. 16. vbi refert Iaſ. d. consi. 2. p. 2.

l Audienda.] Iaſ. d. consi. 2. num. 34. versi. præterea quando Alexan. d consi. 70. nume. 6. & huius meminit Rolan. d conſ. 11. num. 16. Natta d. consil. 18. numero 1. versi. item requiritur quod testificetur. & d. consi. 473. sub nu. 16. ver. præterea testes deponentes & Rol. d. consil. 3. numero 50. & d. consil 54. num. 16.

m Probandum.] Quis dicatur vsurarius manifestus. Dec. l. 1. numero 17. C. de eden. le. eius qui in prouincia, in prin nu. 2. si cer. pet. Soci sen. consil. 127. quoniam numero 1. lib. 3 Soc. iun. d. consi. 99. num. 20. Dida. d. c. 3. nu. 4. Clar. in prac. cri. §. vsura. nu. 15. & in rationib. dubitandi. Ceph d. con. 402. nu. 1. cum seqq. Mazol. consi. 78. spectabilis nu. 4. Gab. d. concl. 20. nu. 6. 7. & 8. Gra. post Iaſ. hic citatum d. con. 39. num. 9 Natta con. 670. viso nu. 2. & 9. & latissime Menoch. de arb. iud. li. 2. cent. 3. casu 235. n. 4. cum seqq.

n Publicatione.] Dida. d. c. 3. sub nu. 4. ver. 3. etiam dicetur. Gab. d. conclusio. 20. n. 9. & vterque hoc conſ. citat. Menoch. d. casu 235. nu. 30. & 31.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXIX.

SVMMARIA.

1 *Testamenti verba sunt diligenter consideranda & caute respicienda.*
2 *Bonorum appellatione venit vsusfructus qui est pars dominij.*
3 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium quam sequens ad determinationem præcedentium.*
4 *Testamenti verba ita interpretari debent ne resultet repugnantia.*
Testator videtur vsumfructum reliquisse ei, quem liberauit à ratione reddenda de vsufructu & non alij numero 4.
5 *Testator præsumitur plus dilexisse filias proprias quam vxorem.*
6 *Vsufructuaria vniuersalis omnium bonorum non tenetur ad legata.*
7 *Interpretatio ita facienda est ne sequatur absurdum.*
8 *Verba illa, quod vxor sit donna & domina: important præeminentiam quandam in domo.*
9 *Determinatio plura determinabilia respiciens debet determinare vniformiter.*
10 *Dictio (quibuscunque) cum sit masculina comprehendit tam masculum quam fœminam.*
11 *Dictio* donec *facit conditionem temporalem, & facit vt legatum vsusfructus vniuersalis pro primo anno dicatur esse purum, & pro sequentibus conditionale.*
12 *Testator qui post nominationem factam & de vxore filiabus apposuit conditiones temporales, censetur apposuisse in personis omnium maxime quãdo filiæ sunt nominatæ cum vxore per copulam.*
13 *Conditiones appositæ in legato inter plures personas nõ censentur repetitæ in illis personis, quibus non conueniunt: quod declaratur vt ibi.*
14 *Conditio cohabitandi cum matre apposita in persona filiarum intelligitur vsquequo fuerint matrimonio copulatæ.*

15 *Vsusfructus legatum factum vxori stante filio masculo intelligitur de alimentis: intellige hoc procedere vt ibi.*

16 *Angel. cons. 153. declaratur.*

17 *Conditiones appositæ post plures personas quamuis non possint cadere in vna persona sicut in alia, tamẽ censentur appositæ in persona illius cui conueniunt respectu tamen vtriusque personæ.*

18 *L. si mulieri cum liberis. de vsuf. accres. declaratur.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

SVPER vsufructu vniuersali omnium bonorum relicto D. Iustinæ vxori testatoris, dubitatur, an ea mortua consolidetur cum proprietate, an vero per ius accrescendi pertineat filiab. d. D. Iustinæ. Et pro parte hæredis, quod dictus vsusfructus ad eius proprietatem redierit, reddita sunt tria egregia consilia ex aduerso in fauorem filiarum. Vnum consilium fuit absolutum, & sic hinc inde materia fuit accurate discussa, vt mihi angustior ad scribendum locus fuerit derelictus. Ego diligenter cõsideratis verbis testamenti: † *iux. tex. in §. nos igitur. in auth. de rest. fideic. quem notat Bal. in c. 1. de feudo guardiæ*: & quia verba testamenti caute sunt respicienda: *secundum Bal. in l. si cum dotem. §. si pater. ad sc. ff. sol. ma.* concurro in sententiam trium consultorum, quod talis vsusfructus sit consolidatus cum proprietate[a], exclusis filiab ex infrascriptis fundamentis. ex quib. apparebunt sublata, quæ in contrarium per alium D. consulentem adducebantur. ¶ Moueor in primis: quia testator dictis duab. filiab. reliquit dotes, & ornamenta, ac alimenta decentia, & congrua, & in his eas tacitauit, vt nihil aliud in bonis suis petere, recuperare, aut habere possent: sed appellatione *bonorum* venit vsusfructus, † qui est pars dominii. *l. 4. ff. de vsuf. l. in venditione. in princ ff. de bo. au. iud. pos. iuncta l. bonorum appellatione. ff. de ver. sig.* Vbi appellatione *bonorum* venit dominium. & ista clausula, cum sit præcedens, est † maioris efficaciæ ad determinationẽ sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium[b]; *vt no. Bar. in l. quisquis. per gl. ibi. ff. de leg. 3. & in l. auia, in prin. ff. de cond. & dem. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium in 1. col. ff. de eden. Paul. de Cast. & Raph. Fulg. in l. 1. Cod de lib. præt.* Ergo per istam clausulam præcedentem testator noluit, quod dictæ filiæ haberent aliquem vsumfructum, sed solum alimenta condecentia & congrua, donec maritabuntur: Ergo per aliam clausulam inferius positam, in qua disposuit, quod D. Iustina eius vxor cum dictis filiab. sit domina, & vsufructuaria omniũ bonorum suorũ, non debet intelligi, quod voluerit aliquem vsumfructum relinquere filiab. † & hoc ne voluntas testatoris videatur ad inuicem contrariari. *§. quib. in prima constitut.* C. Ergo illa alia clausula debet intelligi, vt vsusfructus vniuersalis sit solum relictus vxori, sed non filiab. quas superius tacitauit, & voluit, quod nihil amplius possent cõsequi, vel detrahere in eius bonis, sed quod ipsa vxor debeat communicare talem vsumfructum cum filiabus donec cum ea in domo testatoris caste & honeste cohabitauerint, & sic donec ad matrimonium peruenerint, & isto modo bene concordatur voluntas testatoris, ne sit sibi contraria: iuxta ea quæ traduntur per *Bartol. & alios in l. fi. §. idem quæsit. ff. de cond. ind. & in l. scripturæ. C. de fi. inst.* Ergo apparet, quod vsusfructus vniuersalis fuit principaliter dictus soli vxori cum conditionibus in ea insertis, sed eo debet participare cum filiabus, ergo mortua vxore extinctus est in totum vsusfructus exclusis ipsis filiabus. ¶ Secundo pro confirmatione prædictorum, quod dictus vsusfructus vniuersalis sit principaliter & in totum relictus vxori & non filiabus patet: quia testator liberauit vxorem ab omni ratione reddenda de vsufructu. & voluit ab ea non posse exigi aliquam rationem dicti vsusfructus in ampla forma, quæ ibi videri potest, ergo apparet, quod noluit filias habere dimidiam dicti vsusfructus, & quod mortua vxore totus vsusfructus accresceret filiabus, quia si testator istud voluisset, ita & multo magis liberasset filias à reddenda ratione vsusfructus, sicut liberauit vxorem cum testator † præsumatur plus dilexisse filias proprias quam vxorem. *le. scripto. in fin. ff. vnde liberi. & le. cum ratio. in fin. ff. de bon. damna. & le. isti quidem in fin. ff. quod met. cau. facit l. fi. Cod. de institut. & sub.* ergo cum solum liberauerit vxorem à reddenda ratione vsusfructus, apparet testatorem in totum reliquisse ipsum vsumfructum vxori, & non aliquam partem filiabus. Nam verba testamenti debent interpretari secundum quod ratio naturalis & necessitudo sanguinis dictat. *ita dicit Bald. in l. Lucius. vltima per illum tex. ff. de hær. institutio.* ¶ Tertio moueor; quia testator expresse prohibuit alienationem bonorum immobilium. & voluit, quod legatariis, & aliis debitis soluatur ex fructibus & reditibus bonorum immobilium, † sed clarum est, quod vsufructuaria vniuersalis omnium bonorum non tenetur ad legata prout tenet Bartol. *in leg. fin. in fin. ff. de vsufruc. lega. domin. Abb. in consil. 4 secundi volum. quod incipit, in quæstione, quæ vertitur super interpretatione voluntatis in 3. & 4. colum.* Ergo si verum esset, quod post mortem vxoris vsusfructus accresceret filiabus, & postea vna carum mortua accresceret filiæ superuienti totus vsusfructus, sequeretur maximum absurdum, quod legata & debita testatoris multum retardarentur in solutione, & sic nunquam deberẽt solui, donec aliqua ex filiab. superuiueret: quia (vt dixi) vsusfructuarius vniuersalis non tenetur ad solutionem legatorum, † ergo vt tale absurdum non sumatur. *l. nam absurdum ff. de ope. lib. & l. scire oportet. §. sufficit. ff. excu. tu.* intelligenda est mens testatoris sane, quod vsumfructum vniuersalem solum & principaliter reliquerit vxori, & non filiabus. ¶ Quarto facit: quia testator in relicto vniuersali vsusfructus sic ordinauit, quod D. Iustina vxor sua vna cum dictis filiabus, & quibuscunque posthumis nascituris sit donna, & domina, hæres & vsufructuaria in vsufructu omnium bonorum, sed illa verba, donna & domina, important præeminentiam quandam in [d] domo † sicut erat præeminens domui ante mortem mariti sui: secundum quod declarat Bartol. *in l. Titia cum test. §. fin. ff. de leg. 2. & in consil. 9. quod incipit super eo quod quæritur, quid habere debeat:*

1 ti: † *iux. tex. in §. nos igitur. in auth. de rest. fideic. quem notat Bal. in c. 1. de feudo guardiæ*

a solidatus cum proprietate

2 fructus, † qui est pars dominii. *l. 4. ff. de vsuf. l. in venditione. in princ ff. de bo. au. iud. pos. iuncta l. bonorum appellatione. ff. de ver. sig.*

3 est † maioris efficaciæ ad determinationẽ sequentium, quam sequens ad determinationem præce-

b dentium[b]; *vt no. Bar. in l. quisquis. per gl. ibi. ff. de leg. 3. & in l. auia, in prin. ff. de cond. & dem. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium in 1. col. ff. de eden. Paul. de Cast. & Raph. Fulg. in l. 1. Cod de lib. præt.*

4 vsumfructum relinquere filiab. † & hoc ne voluntas testatoris videatur ad inuicem contrariari. *§. quib. in prima constitut.* C.

5 quam vxorem. *le. scripto. in fin. ff. vnde liberi. & le. cum ratio. in fin. ff. de bon. damna. & le. isti quidem in fin. ff. quod met. cau. facit l. fi. Cod. de institut. & sub.*

6 vniuersalis omnium bonorum non tenetur ad legata prout tenet Bartol. *in leg. fin. in fin. ff. de vsufruc. lega. domin. Abb. in consil. 4 secundi volum. quod incipit, in quæstione, quæ vertitur super interpretatione voluntatis in 3. & 4. colum.*

7 non sumatur. *l. nam absurdum ff. de ope. lib. & l. scire oportet. §. sufficit. ff. excu. tu.*

8 declarat Bartol. *in l. Titia cum test. §. fin. ff. de leg. 2. & in consil. 9. quod incipit super eo quod quæritur, quid habere debeat:*

debeat: sed ista talis præeminentia non potest conuenire filiabus, ergo nec ipse vsusfructus vniuersa-
9 lis, qui simul in vna & eadem oratione est positus,
e cum vna & eadem determinatio debeat † vniformiter & pariter determinare e: *vt in cap. maiores. ad fi. principij, & ibi D. Abbas notat de baptismo. facit regula le. iam hoc iure. in prin. & leg. Lucius. ff. de vul. & pup. & l. hæreditatem, & l. quamuis. C. de imp. & aliis subsitit.* ¶ Quinto pro ista interpretatione multum me mouet: quia, vt proxime retuli, testator disposuit, quod vxor sua cum dictis filiabus & quibuscunque posthumis suis nascituris sit domina, & vsufructuaria vniuersalis: ergo voluit, quod sola vxor esset insolidum vsufructuaria, & non filia, quod ostenditur ineuitabiliter, quia testator dixit, vna cum filiabus & quibuscunque posthumis suis nascituris, sed sic est, quod posthumum masculum nasciturum instituit superius hæredem vniuersalem, ergo impossibile fuit, quod haberet vsumfructum. *leg. vti frui. in prin. ff. si vsusfru. pe.* Si ergo in dicto relicto vsusfructus vniuersalis facto vxori cum filiabus & quibuscunque posthumis nascituris, non potest intelligi relictum aliquid de vsufructu posthumis, qui sunt instituti hæredes vniuersales, ergo etiam non potest intelligi, quod aliquid de vsufructu sit relictum filiabus: ergo necessario apparet, quod verus sensus & vera mens testatoris fuerit, quod sola vxor sit domina vsufructuaria omnium bonorum suorum, sed quod illum debeat communicare cum filiabus & posthumis quibuscunque nascituris. Nec obstat, si diceretur, quod dictio, *posthumis*, intelligatur de fœminis, & fœminæ posthumæ non sunt vniuersaliter institutæ, sed in dotibus tantum, & sic sunt legatariæ, quia isto modo diceretur, posthumabus sicut dicit filiabus. Item bis in eodem capitulo dicitur, *& quibuscunq; posthumis*, illa dictio vni-
10 uersalis, *quibuscunq;* † comprehendit posthumos tã masculos q̃ fœminas. Et q̃ dictio, *quibuscunque* cũ sit masculina, comprehẽdat masculũ sicut fœminam, *probatur in leg. quicunque, & ibi Bal. Cod. de ser. fugi. facit, quod vult Bartol. in leg. hoc articulo. ff. de hær. instit.* & tanto magis cum illa dictio, *quibuscunque posthumis*, sit, vt dixi, in eodem capitulo geminate posita, & geminatio multum operatur *leg. balista. ff. ad Trebel. glo. in cap. requisisti. in verb. decens est. de testamen.* ¶ Sexto moueor; quia tale legatum vsusfructus vniuersalis est relictum sub multis conditionibus temporalibus, scilicet donec casta & honesta steterit, & ad secundas nuptias non transierit, & dotem suam non exegerit, & cum dictis filiabus suis, & quibuscunque posthumis sibi nascituris in domo sua debite, caste, & honeste cohabitauerit. sed dictio *donec*,
11 † facit conditionem temporalem f: *vt est bonus text.*
f *in leg. si oleum. in princip. ff. de dolo. & in l. ambiguitatem. & ibi Bartol. not. Cod. de vsuf. Bartol. in leg. 1. in 2. quæstio. princip ff. de condi. & dem. Bald. D. Alexand. & alij in leg. 1. Cod. de leg.* Item illa dictio, *donec*, facit, vt tale legatum vsusfructus vniuersalis pro primo anno dicatur esse purum & pro sequentibus annis dicatur
g esse conditionale g sub conditionibus supradictis, *leg. legatum. & leg. filiæ. ff. de annuis le. l. qui concubinam. §. vxor. ff. de le. 3. lex. pater Seuerinam. §. fin. ff. de cond & dem. & in specie Bartol. in leg. Titia cum testament. §. fin. in vltima columna post medium. ff. de lega. secundo. & in consilio 171. incipien. Nicolaus Ser. Amati. & notabili. Bald. in leg. cum filius. §. qui mutiana. ff. de leg. 2. Ang. in auth. hoc locum. Cod. si mulier secundo nup.* Ergo, cum per mortem vxoris dictæ conditiones temporales defecerint, & sint sublatæ, per consequens etiam in totum defecit ipse vsusfructus. ¶ Septimo facit, quia testator post nominationem factam de vxore cum filiabus, apposuit suprascriptas † conditiones tem- 12
porales, ergo censentur appositæ in personis omnium. *leg. mulieri & Titio. & ibi Bartol. in 1 oppositione ad hoc notat. ff. de cond & dem.* & tanto fortius, cum dictæ filiæ sint simul nominatæ cum domina Iustina vxore domini testatoris per copulam, *cum*, quo casu etiam dato quod dictæ conditiones essent appositæ vni ex personis nominatis, intelligerentur etiam repetitæ in personis aliorum similiter nominatorum. *leg. Iulius Paulus per locum à speciali. ff. de cond. & dem. & ibi Bartol. ad hoc notat & addit glo. in leg. si seruo. ff. de statulib.*

¶ Nec obstat illud, quod respondetur per clarissimum dominum consultorem partis aduersæ, quod prædictæ conditiones appositæ in dicto legato vsusfructus in personam D. Iustinæ † non 13
conueniunt dictis filiabus. Ergo in eis non censentur repetitæ: *per doctr. Bart. in leg. Seia. §. Caio. in vltima columna. ff. de fund. inst.* quia Bartol. ibi decidit contrarium secundum doctrinam, quam ibi tradit, quod quando plures personæ sunt positæ in eadem oratione per dictionem, *cum*, vt in casu præsenti, tunc conditione apposita principali intelligitur etiam posita in persona accessoria per dictionem, *cum*: & intelligit Bartol. etiam quando talis conditio non posset vniformiter cadere in persona accessoria, vt adhuc in ea intelligitur repetita. patet, quia secus dicit Bartol. esse quando tales personæ essent positæ in eadem oratione per dictionem, &, quæ est principalis in oratione, tunc si non potest vniformiter cadere, non intelligitur repetita per. *leg. fin. §. Seio ff. de leg. 2. Et idem tenet Bartol. in d. leg. Iulius Paulus. per illum textum. ff. de cond. & dem. facit lex. cum seruus. ff. eo. ti.* Secundo, dicitur, quod imo illa conditio temporalis, quoad in domo sua caste & honeste cohabitauerit, conuenit etiam filiabus: quia conditio temporalis cohabitandi in domo testatoris cum ipsarum matre, congruit ipsis filiabus. Ergo mortua persona, cum qua debebant cohabitare ex dispositione testatoris, extinguitur legatum vsusfructus, cum tantum sit speciale in legato alimentorum, ergo in aliis legatis est secus. *l. qui concubinam §. vxori. ff. de l. 3. & l illis libertis. ff. de cond. & dem. ponunt doc. in l. 1. C. de leg.* Nec ad hoc obstat duplex responsio data per D. consultorem in contrarium: & primo dum dicit, quod prædicta conditio cohabitandi cum matre, debet intelligi & restringi vsque quo maritatæ non fuerint, † sed postquam fuerint 14
maritatæ, debent cum maritis cohabitare: quia respondetur hoc esse verum, sed cum relictum vsusfructus sit conditionale vsq; ad illud tempus, ergo illo tempore eueniente tale legatum deficiet: & cum per mortem matris non potuerint vlterius cum ea habitare, dictum legatum vsusfructus etiam tunc extinguetur. Secundo subtiliter respondere conatur idẽ D. consultor cõtrarius, q̃ cũ testator reliquerit ventrẽ vxoris p̃gnantẽ, & instituerit

masculum

masculum ex ea nasciturum, ergo interim donec
15 masculus potuit nasci, tale relictum vsusfructus † intelligitur de alimentis tantum: secundum glo. Bartol. & alios *in leg. 1. Cod. si mul. sec. nup. per Bartol. & alios in leg. Titia cum test. §. fin. ff. de leg. 2.* & tale relictum cœpit postea habere vim pleni vsusfructus, postquam vxor fecit abortum, & sic fuit certum nõ extare filium masculum testatori. Vnde ex quo in prin. c. dictum relictum non valuit nisi in vim alimentorum: certe legatum alimentorum non dicitur defeciſſe, licet secuta sit mors illius, cũ quo filiæ debebant habitare *leg. 1. & ibi doc. præsertim dom. Alex. Cod. de le. & leg. Caio. §. imperator. & ibi Bartol. ff. de ali. & cib. leg.* quia ad hoc dicitur, prout dicit iurisconsultus *in leg. antiqui. in princip. ff. si pars hære. pe.* quod ventri ita antiquiores prospexerunt, vt in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruarent. Vnde existens in vtero antequam nascatur non facit vt legatum vsusfructus relictum vxori interpretetur de alimentis, prout fit interpretatio, quando institutus est filius iam natus. *& ita proprie loquuntur glo. Barto. & omnes in d. leg. 1. Cod. si muli. sec. nup. & in d. leg. Titia cum testa. §. fin.* nec de abortiuo curandum est, quia non mutat, nec alterat dispositionem testatoris. *leg. 2. & ibi Bal. d. & alij Cod. de posth. hær. inst.* præterea in casu præsenti verba talis legati vsusfructus vniuersalis sunt adeo plena, & lata, vt non possint intelligi de alimentis, & nisi fuissent ita lata & clara, vigore statuti Placentini clare hoc disponẽtis fuissent alias interpretata de alimentis. ¶Per prædicta etiam apparet non obstare illud, quod decidit Ang.
16 *in consilio 153. incip. rusticus quondam.* † quia non loquitur in conditione temporali morandi cum certa persona prout est casus noster, & loquuntur leges præallegatæ & doc. præsertim domi. Alexand. *in d. leg. 1. Cod. de leg.* sed loquuntur in alia conditione apposita duobus si morabuntur in seruitio certi monasterij, vbi sunt duæ conditiones diuersæ cuilibet eorum singulariter conuenientes: quia aliud est seruitium & mora vnius, & aliud alterius. *leg. inter artifices. ff. de sol. leg. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. ind. vt ibi dicit Ang.* & quia ibi vsusfructus, vel potius commoditas erat relicta pluribus ad certum & determinatum vsum, ideo vno deficiente, eius portio alij accrescit. *le. dominus fructuario. §. si. cum gl. ff. de vsuf. it a ibi Ang.* Sed hęc dissimilia sunt ad casum nostrum, vt inquit text. *in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obl.* Vnde ex separatis non fit bona illatio. *le. Papinianus exuli. ff. de minorib. & l. si. in fi. ff. de calu.* ¶Octauo & vltimo pro hac parte multum me mouet vna notabilis regula, quæ est valde ad propositum præsen-
17 tis casus, † quod quando conditiones appositæ post plures personas non possunt cadere in vna persona sicut in alia, tamen conditiones censentur appositæ in persona illius, cui conueniunt, respectu tamen vtriusque personæ, ita probat text. *not. in leg. mulieri & Titio. ff. de condi. & dem. & ibi Raph. Co. ad hoc ibi bene notat illum tex. & ibidem excellens iurisc. D. Barth. Soc. Senens. in 3. notab. licet de Raphaele non faciat mentionẽ.* Et ita formaliter contigit in casu nostro, in quo ẽt fatendo sine veri præiudicio illud, in quo multũ se fundare nititur D. consultor contrarius, ꝙ dictæ cõditiones appositæ relicto vniuersali vsusfructus non possent cõgruere filiab. tamẽ ex quo tales conditiones sunt appositæ post personas matris & filiarum prius nominatas, quamuis non possent cadere nisi in persona matris, & in eius persona censeantur appositæ cui conueniunt, tamen censentur appositæ etiam respectu ipsarum filiarum. Et per hoc cessant plura adducta per dominum aduocatum aduersantem. ¶Postremo prædictæ determinationi † non habet obstare text. *in l. si mulieri cum liberis. ff. de vsufru. accres.* vbi legato vsufructu 18
mulieri cum liberis suis, mortua matre filii habent vsumfructum per ius accrescendi: quia ille text. nihil facit in casu nostro, vt clare patet ex multis fundamentis superius adductis, quia in casu præsenti mater sola debet habere totum vsumfructum participandum cum ipsis filiabus, ipsis vero filiabus nihil fuit relictum de ipso vsufructu, vt multis mediis supra demonstraui, ergo non sumus in casu *dict. l si mulieri cum liberis.* Secundo respondetur, prout respondent consulentes pro hac parte, quod *d. l. si mulieri* loquitur in legato vsusfructus puro & simplici, non autem in legato conditionali seu suspensiuo, prout est in casu præsenti. Et ad istam solutionem allego in terminis Raphaelem Ful. ciuem Placẽtinum ita formaliter tenentem in illa *le. si mulieri cum liberis. in 1. colum. in gloss. super verbo, habent.* vbi dicit, quod l. Iulius Paulus. ibi allegata per glos. non affert aliquam dubitationem ad illum text. quia ibi loquitur in legato conditionali, & dubitabatur, an in alio coniuncto talis conditio esset repetita per coniunctionẽ, cum, ibi, si rationes reddiderit cum contubernali sua, sed tex. *in d. l. si mulieri cum liberis.* loquitur in legato vsusfructus puro & simplici. Ita ibi formaliter tenet Fulgo. Præterea *d. l. si mulieri cum liberis,* loquitur quando testator reliquit talem vsumfructum mulieri extraneæ puta sorori ipsius testatoris, secus esset in ascendente, vt ibidem expresse declarat Bald. similiter Bartol. *in l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & posthum in 2. column. in fin. intelligit l. si quis Titio.* cum qua continuatur d. l. si mulieri. loqui in penitus extraneis, sed casus noster est in parte legante vxori cum filiabus, in quibus non potest dici relictus vsusfructus, ex multis per ipsum patrem in eius testamento dispositis, quæ superius fuerunt oportune ponderata.

ADDITIO.

a Proprietate.] Consolidetur cum proprietate. est text. § fin. inst. de vsufr. Corn. consi. 165. circa primum nu. 28. lib. 2 Soc. iun. consi. 111. viso themate nu. 6. lib. 2.

b Præcedentium.] Iaſ. conſ. 64. facti contingentia num. 12. supra lib. 1. & con. 217. immunitas in fin. lib. 2. & vtrobique addo.

c Legata.] Communis opinio est quod hæres teneatur soluere legata non vsufructuarius, vt dicit Dec. consi. 590. testator col. 1. & secundum opi. Bart consuluit etiam Cor. consil. 195. circa hoc videtur li. 4 & sequitur Iaſ. l. prima in princ. col. 3. in 2. lect. ff. ad Treb. Soci. iun. consi. 109. paucis vtar nu. 27. & seq. & consi. 115. circa primam n. 10. lib. 1. vbi amplectitur tanquam magis communem. Aymo con. 187. testator col. 1. & 2. refert omnino Roland. qui disputat & respondet contrariis conſ. 8. ponderatis num. 20. cum seqq. lib. 2. distinguit Picus l. Titia. §. Titia nu. 154. de leg. 2. & pro declaratione vide Dida varia resolutio. lib. 2. cap. 2. num. 7. versi. sexta conclusio.

d Mariti.] Addo Bar. conſ. 56. Bartholomæus num 5. lib. 1. Dec. c. causam quæ 2. not. nu. 2. de offi. deleg. & consil. 278. non leuis num. 2 Pariſ. con. 21, viso testamento: per totum & maxime

maxime.nu.9.lib.2.Soci.iun.consi.99.præposita nu.12. lib. 1. cum aliis vt per Tiraq.de l.connub.in l. 10 connub gl. 1 par. 10.nu.7.addo Rom.& ibi Mandos.consi 118.quoad primum.

e Determinare.] Ias.cons.75 non videtur nu.2.supra eo.vbi addo.

f Temporalem.] Ias.l.vlti.col.vl.in prin. C. de ind. vid.tol. cum aliis vt per Ceph.con.158.testator nu.39.& con.450.casus iste nu.28.addo Dec.consi.485.casus nu.6.con.537.Casus de quo quæritur nu 5 Soc.iun.con.58.in hac.nu 8 li.3.

g Conditionale.] Idem Ias.l.si fundum sub conditione §.si paterfamilias.sub nu.3.vbi dicit communem. ff.de leg. 1. l.si contratabulas vbi similia congerit.de vulg. Dec.consil.476. conclusionem sub nu.3.ver.2.respondetur.& d.con.485.nu. 12.ver.secundo respon.& vide Nattam con.297.ex testamento nu.1.vbi hoc consi.citat.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXX.

SVMMARIA.

1 *Domicilium seu incolatus per decennium contrahitur.*
2 *Forum sortiri in loco,vel statutis illius loci subijci,à pari procedunt.*
3 *Statutum excludens matrem, vt non possit in aliqua parte hæreditatis filiorum succedere, multo fortius excludit auiam maternam.*
4 *Remotior in gradu non debet esse melioris conditionis eo qui est proximior.*
5 *Statutum excludens proximiorem in gradu fortius censeri debet excludere remotiorem.*
6 *Statutum exclusiuum fœminarum cum sit odiosum non porrigitur ad bona alibi sita:& nu.seq.*
7 *Statutum quod filia dotata non succedat extenditur ad bona sita extra territorium statuentium.*
8 *Statutum priuans quem beneficiis suis intelligitur de beneficiis sitis in loco statuentis & non alibi.*
9 *Statutum non ligat forensem, & semper ita restringi debet ne alienigena vel forensis censeatur comprehensus in hoc vt ei prosit vel noceat.*
10 *Statutum afficit subditum suum etiam respectu bonorũ in alieno territorio existentium.*
11 *Statuto in vno loco permittente relinqui vxori secũdum ius commune & altero statuto contrarium in alio loco disponente,si quis sit originarius vnius, & alterius ciuis, quodlibet statutum in suo territorio præualebit.*
12 *Statutum loci originis vbi testator moritur attendi debet,& non statutum loci in quo bona sunt sita.*
13 *Statutum ciuitatis præferens aliquem in successione cõtra ius commune extenditur ad bona alibi sita.*
14 *Statutum disponens quod mater luctuosa succedat filio æqualiter cum fratre consanguineo, non habebit locum in auia materna.*
15 *Statutum.in statuto derogatorio iuris alterius, nomine matris non venit auia materna.*
Auia materna non venit nomine matris,quando statutum est derogatorium iuris alterius, vide verbo statutum.
16 *Statutum priuilegians patruum in succedendo non videtur priuilegiare patruum magnum.*

Redemptoris crucifixi,& gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitia suffragio inuocatis.

VIsa facti narratione superius posita,& tribus statutis exhibitis secũdum primum statutum ciuitatis Casalis, quod multum ample loquitur, dicta auia materna, quamuis præterita in testamento filij excludi debet, attento quod testator erat originarius Casalensis, & ibidem per plures annos domicilium contraxit, & ex conuentione generali alias facta inter ciues, & eos,qui forenses reputabantur, in omnibus pro ciue existimabatur, & in dicta ciuitate Casalis testamentũ condidit, in quo Hieronymum fratrẽ suum germanum, ex patre tantum coniunctum hæredem vniuersalem instituit, & Casali vita functus est. Planum est autem,quod domicilium † seu incolatus per decennium [a] contrahatur. *leg.2.& 3.& leg.ciues & vtrobique notatur.Cod.de incol.lib.10.* Item planum est, quod ista à pari procedunt, † videlicet quem sortiri forum in loco, vel statutis illius loci subiici [b]: *vt notat glo.8.dist.cap. quæ contra mores. & 12. dist.in cap.illud & ibi notant doc.in rub. extra de consu.& plene Ioann. Calde.in disp. sua incipiente,quidam Flor.D. Alexand. in consilio 44. quinti vol. incip. Alphonsus quondam ciuis Ianuen. in 4.columna.* Sed dict.testator sortiebatur forum Casalis,ergo etiam statutis illius loci subiiciebatur,& ligabatur.Similiter considerato alio statuto loci Ocimiani, dicta auia materna redditur in totum exclusa.Nam tale statutum † excludens matrem vt non possit in aliqua parte hæreditatis filiorum succedere, multo fortius excludit auiam maternam [c]:secundum Bald.*in le.illam. in prin. in 1.not ab.Cod.de colla.* Vbi tenet,quod statutum excludens matrem,fortius excludit auiam,quia venit per matrem præsentando eam, & fortior est ratio in excludendo auiam quam matrem:*vt no.Cyn.in l.1. Cod.quæ sit longa consuetu. iſtud idem no. Bald.in leg. Nesennius.in 1.columna ad fin.ff.de neg.gest.per illum textum in verb.repetere.* vbi illud,quod erat statutum in matre, infertur ad auiam, ergo de matre & auia idem est iudicium. Et illa allegatio facit ad statutum disponẽns,quod mater non succedat extantibus fratribus vt nec etiam auia succedat, sicut ibi statutum,quod mater non repetat alimenta,interpretatur, quod nec auia repetat; nec habemus in iure text.qui melius faciat ad hanc quæstionem: secundum Bald. ibi. quamuis contrarium & minus bene teneat idem Bald.sibi contrarius post Iacobum Butrigarium *in le.quod vero contra in secunda quæstio. ff.de legi.* motus fragili ratione, quia casus de auia est omissus, ergo stamus iuri communi. *vt leg. si vero.§. de viro.ff.sol.mat.* & sic secundum eum erit melioris conditionis auia quam mater.*sed istam vlt. opi. Iacob. But. & Bal.refert & reprobat, & bene, Raph. Ful. in le.de quibus in quarta columna.ff.de legi.* quia ratio, quæ inducit statutum ad excludendam matrem, fortius inducit ad excludendam auiam, & vltra, cum absurdum esset, quod auia, quæ est remotior, esset † melioris conditionis, quam ipsa mater : 'contra *leg.si viua matre. Cod.de bo. ma.& leg.Publius.§.fin.ff.de cond.& dem.* item quoticscunque per statutum excluditur proximior in gradu, certe remotior † fortius debet excludi [d] *vt est glo.not. in lege prima in princip.in verficu. fisco. ff. si quis ali. test. probi. facit regula leg. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscrip. &c.au-*

1 2 a b 3 c 4 5 d

& c. authoritate. ad fin. de concessione præben. in 6. ¶ Ad prædicta, quod dictum statutum excludens matrem fortius excludat auiam maternam, facit, quod notabiliter decidit Bartol. *in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul.* ¶ Restat videre de tertio statuto loci Camaniæ disponente, quod mater luctuosa succedat filio cum fratre consanguineo æqualiter: nunquid saltem quo ad bona testatoris sita in dicto loco Camaniæ dicta auia succedere possit æqualiter cum fratre germano testatoris hærede vniuersaliter instituto? Et in hoc prima consideratione videretur dicendum, quod sic, per illud quod tenet Bar. *in leg. cunctos populos. C. de summa tri. in 6. q. ad fin.* vbi tenet,
6 quod statutum excluſiuum fœminarum, cum sit o-
e diosum † non porrigitur ad bona alibi posita. e Istud idem tenet ibi Bald. *in 15. colum. in ver. sed hic quæro de effectu.* non per rationem Bart. quia tale statutum sit odiosum, immo principaliter est fauorabile, *arg. leg. qui exceptionem. ff. de cond. ind.* sed per aliam rationem: quia statutum non extenditur ad bona extra territorium sita, vbi contraria est iuris dispositio, quia legis contraria dispositio impedit ius accrescendi: *vt l. mulieri & Titio. ff. de cond. & de. Idem tenet Bal. in con. 131. secundi vol. inci. circa prædicta videndum est primo. Idem tenet Bal. in l. 2. in vltima columna. C. quæ sit long. consue.* Vbi tenet, quod si est consuetudo, vel
7 statutum † Perusij, quod filia dotata non succedat, & pater habet diuersa patrimonia, vnum Perusij, aliud in Alemania, quod quantum ad locum Perusij consuetudo, vel statutum vincit legem, sed non in bonis Alemaniæ. Facit, quod per prædicta infert dominus Abbas *in c. postulasti. in 4. col. de foro compet.*
8 quod statutum priuans † quem beneficiis suis intelligitur de beneficiis sitis in loco statuentis, & non alibi. Ad idem facit, *quod tenet Bartol. in d. l cunctos populos. in 7. quæstione. in versi. sed posset dubitari de tali quæ. in Anglia est consuetudo &c.* Vbi quærit Bart. quidam habens bona in Anglia, vbi est consuetudo, quod primogenitus succedat in omnibus bonis, decessit in Italia, vbi statur iuri communi: decidit, quod cũ statutum disponat circa personam, & talis decedens erat Anglicus, quod tunc primogenitus succedat solum in bonis, quæ sunt in Anglia, in aliis vero
f bonis succeditur de iure communi, f vt ibidem latius per eum. & sequitur Petrus de Ancha. *in commento capitu. canonum statuta. de constitutio. in 12. quæst. principali, & sequenti. Lap. allegatione 91. incipiente, casus est talis: quidam Nicolaus. dominus Alexan. in consilio 16. primi voluminis, incipiente, viso titulo quæstio. & in consi. 128. primi volum. incipiente, consideratis verbis instrumenti. Istud idem tenet Paul. de Castr. in consil. 224. incipiente, circa primum quæsitum notandum est. circa princip.* Vbi in terminis nostris tenet, quod statutum Racanati excludens matrem à successione filiorum existentibus consanguineis defuncti à parte patris vsque ad tertium gradum, non extenditur ad bona sita Paduæ, in quibus debet seruari vel statutum Paduanum, vel dispositio iuris communis: motus ex notatis per Barto. & Bald. *in d. leg. cunctos populos prout retuli.* ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure probabiliorem, q̃ ista auia materna non possit ẽt se iuuare statuto loci Camaniæ, eo quia statutum Camaniæ non ligat, nec ligare potest testatorem, nec auiam maternam,
9 † quia ambo erant penitus forenses à d. loco Camaniæ, & habebant domicilium per multos annos in ciuitate Casalensi: *per text. in l. 1. in fin ff. de tuto. & curato. da. ab hu. & in leg. etiam. ff. de tute. & in leg. neque. C. qui dari tu. poss. & in leg. finali. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in capit. vt animarum in fin. de constitu. in 6.* Statutum enim semper ita debet tractari, quod extra
g neus vel forensis non contineatur, g. ita tenet Gui do de Susaria in quæstionibus suis statutorum, *in quæst. incipiente, quæstio talis est, Bononiensis cõuentus &c. allegat ad hoc leg. 1. finali. ff. quod quisque iur. & quod habetur 12. distin. in capitu. illud. & in capitu. cum venissent. de eo qui mit. in possess. cau. rei seruan.* Item statutum nunquam intelligitur comprehendere forensem quantum ad hoc, vt ei prosit, vel ei noceat: h secun h
dum eundem Guidonem de Suzaria in alia quæst. incipiente, sed pone. quæstio statutum non tenet. Istas duas decisiones Guidonis de Suzaria formaliter refert & sequitur dominus Alexand. *in consi. 44. quinti volum. quod incipit, Alphonsus quondam Ciuis Ianuensis. in colu. 3. ad fi.* ¶ Secundo moueor: quia statutum loci Camaniæ non ligat personam habentem alibi domicilium, vt in casu præsenti, licet bona in illo loco habeat: quia, vt prædixi, tale statutum non ligat forensem. & ad hoc specialiter adduco Bartol. qui supra in oppositum adducebatur, *in dicta leg. cunctos populos. in 7. quæstione. in dic. versicu. sed posset dubitari de tali quæst. in Anglia est consuetudo &c.* Vbi quærit stante consuetudine Anglicana, quod primogenitus succedat in omnibus bonis, & quidam haberet bona in Anglia, & etiam in Italia, vbi non est talis consuetudo, quærebatur, quis ei succedere deberet? Determinat formaliter Bartol. quod si talis decedens non erat de Anglia, sed ibi bona haberet, quod tunc talis consuetudo Anglicana, vel tale statutum non porrigitur ad eum, seu ad eius filios, cum tale statutum non porrigatur ad forensem, *prout dicit se dixisse supra in 3. quæst. ad fi.* & ita est in casu præsenti, vbi testator decedens non erat de loco Camaniæ, licet ibi bona haberet, ergo illud tale statutum non porrigitur ad eum, nec ad eius auiam maternam, cum sint ambo ab illo loco penitus forenses. ¶ Confirmatur per illud, quod decidit Ioannes Calderi. *in consi. 34. i posito sub titulo de testamentu, quod incipit, statuto Ferrarien si cauetur.* vbi sequitur de- i
cisionem Barto. proxime relatam. Mouetur etiam: quia statutum afficit subditum suum † etiam re- 10
spectu bonorum in alieno territorio existentium, vt ibidem per eum, quem refert & sequitur dominus Alexander *in præallegato consilio 44. quinti voluminis. in secunda & tertia columna.* ¶ Confirmo etiam; quia ex quo nec defunctus testator, nec auia ma- m
terna habebant domicilium, nec originem in loco Caminiæ, quamuis defunctus ibidem aliqua bona haberet, tamen ipsa auia materna habens domicilium Casalense non potest iuuari statuto loci Camaniæ: *per illud quod notabiliter decidit Bald. in leg. si arrogator. k in penultima columna. ff. de adoptio.* vbi dicit se k
pridie consuluisse Bononiæ (vbi consuetudo permittit relinqui vxori secundum ius commune, & contrarium † statutum est Regij, & quidam Regius 11
origine, ciuis tamen Bononiensis reliquit vxori) quod in ciuitate Bononiæ seruanda est consuetudo Bononiæ, & in ciuitate Regij consuetudo Regia.

Nam

Nam cum sub vtraque patria sit, ex diuersitate patriæ diuersitas statutorum procedit, & quodlibet in suo territorio prævalet. *arg. eorum quæ habentur in l. apud eum. ff. de manumiss.* Item cum sit subiectus diuersis patriis, ideo Regii censetur Regius, sed Bononiæ censetur Bononiensis, ideo fit separatio bonorum. Sicut alibi facit prætor *in le. 1. ff. de separ. bon. ita ibi tenet Bald. quem refert & sequitur dominus Alex. in consil. 16. incipiente, viso titulo quæstio. in secunda colu. istud idem tenet Salycetus in dict. l. cunctos populos in 8. column.* vbi etiam ipse dicit se ita pridie consuluisse in quæstio. vertente inter hæredes domini Bertolini de Regio & eius vxorem, qui ibi erat ciuis effectus, & multa bona vxori reliquerat, vltra quam permitteret statutum Regii, & dicit quod eius consilium approbarunt famosissimi Doctores Domini Richardus de Salyceto, & Ioannes de Lignano. Modo in proposito, si testator vel auia materna habuissent originem ciuitatis Casalensis, & domicilium loci Camaniæ, tunc quo ad bona in illo loco sita posset auia materna eius statuto se iuuare: sed cum ambo essent penitus forenses à dicto loco, igitur, &c. Ad idem bene facit, quod late & per multas rationes tenet Salycetus *in dict. l. cunctos populos. in 11. column, & tribus sequentibus,* vbi per
12 quinque fundamenta concludit, quod † attendi debet statutum loci originis, in quo testator moritur, & non statutum loci, vbi bona sunt sita. & refert, quod ita alias consuluit, & de facto obtinuit, & quod in hac opinione concurrerunt valentissimi Doctores tam in Bononia quam in Florentia; non refero fundamenta Salyce. breuitatis causa, qua ibi videri possunt: quicquid teneat [1] dominus Alexand. *in consilio 128. primi voluminis. incipien. consideratis verbis instrumenti.* ¶ Confirmatur per illud, quod etiam tenet ibidem *in dict. l. cunctos populos Salyçet. in versicul. ex prædictis infero ad decisionem. & etiam in versicul. præcedenti,* vbi tenet, quando sta-
13 tutum ciuitatis † præfert aliquem ad successionem contra ius commune, vt in casu præsenti in statuto Casalensi, non extenditur ad bona alibi sita, si cuius origine Casalensis legi alterius loci per domicilium vel incolatum ante mortem se subiecit *le. 1. ff. ad municip. refert & sequitur ipse domin. Alexand. in dicto consilio 16. primi volum. quod incipit, viso titulo. quæst. præmissa. in secunda columna.* Sed in casu nostro testator ciuis Casalensis origine, & ibidem domicilium habens, ante mortem non subiecit se statuto, vel legi loci Camaniæ per incolatum, vel habitationem dicti loci, ergo statutum Casalense extenditur etiam ad bona sita in loco Camaniæ. ¶ Ad idem tenendum, quod ista auia materna non possit se iuuare dicto statuto loci Camaniæ, vltra prædicta moueor alia consideratione; quia dictum statu-
14 tum disponit, † quod mater luctuosa succedat filio æqualiter cum fratre consanguineo; ergo cum tale statutum loquitur de matre luctuosa, non habebit locum in auia materna, quia de auia materna nihil est scriptum in tali statuto, ergo habetur pro omissa; *vt dicit textus in lege si vero. §. viro. ff. soluto matrimonio.* Item quando lex,
15 vel statutum est derogatorium iuris alterius, † tunc nomine matris non venit auia materna; *secundum Baldum in lege secunda, Cod. de bonis matern.* Et licet statutum excludens matrem, fortius excludat auiam, quia fortior est ratio excludendi auiam, quæ est remotior, quam matrem, vt dixi supra in secundo statuto loci Ocimiani, tamen in isto tertio statuto statutum admittens matrem luctuosam non intelligitur admittere auiam remotiorem. Istud confirmo per illud quod notabiliter tenet Bald. *in leg. quod vero contra. ff. de legi. in penul. quæstio. in versicu. sed pone statutum priuilegiat.* vbi notabiliter decidit, † po- 16
ne statutum priuilegiat patruum in succedendo, an videatur priuilegiare patruum magnum? & dicit fuisse consultum per omnes Docto. Bononiæ, & per ipsum [m] quod non: quia minor ratio est in re- m
motiori gradu ad includendum ipsum quam in propinquiori, & ideo cessat statutum, & ratio statuti. *Idem tenet Bald in leg. omnes populi. in 14. columna. ff. de iustit. & iur. & sequitur dominus Alexand. in consilio 97. secundi volum. quod incipit, Andreas habens duos filios. in penultima columna.* Item prædictum statutum & in Rubro & in nigro cum mysterio dicit, *luctuosa mater,* & non simpliciter loquitur ad ostendendum, quod tale statutum est personale in persona matris luctuosa, & sic quod extendi non debeat ad auiam maternam, argumen. *leg. fi in verb. luctuosam. C. de insti. & substi. sub condi. factis.*

ADDITIO.

a Decennium.] Socyn. Sen. con. 79. si essemus num. 20. lib. 4 Rimina. Sen. consil. 30. in præsenti nume. 9. consi. 242. in causa numero 5. & consi. 434. dubium num. 3. Port. consi. 21. notabilis numero 69. Roland consil. 79. in præsenti numero 53. lib. 3. Paris. consi. 12. in præsenti nume. 53. lib. 3. Mazol. cons. 20. in incunda numero 34. dummodo tempus fuerit continuum, secus si fuerit interpellatum. Beroi. consi. 60. in hac consultatione numero 25. lib 2 Mazol. d. consil. 20. nu. 54 & con. 110. cum domina n. 46. Paris. consi. 34. statutum nu. 20. lib. 3.

b Subiici.] Dixi consi. 62. quod constituitio nume. 20. quibus addo Alexand. consi. 150. nume. 3 lib. 2. Dec. c. quæ in ecclesiarum numero 5. de constitu. & leg. fin. in princip. de iurisd. omn. iudic. Socyn. iun. consi. 25 pro vera numero 2. lib. 3. Beroi. consi. 173. in causa numero 32. libr. 1. & consi. 155. visis numero 16. libr. 2. Riminald. Sen. consi 278. visa facti numero 13. Ruin. consil. 200. viso themate numero 14. libr. 2. Aymo. consil. 201. præsupponitur numero 24. Ceph. consi. 169. statutum numero 4. consi. 309. quæstio ista numero 66. consi. 414. illustris. numero 48 Menoch consi. 74. dubitatur numero 3. Riminald. iun. consi 23. illustrissi. numero 126. & consi. 42. petit numero 57. Roland. tracta. de lucr. dot. quæstione 30. nume. 6 & Natta con. 149. veritissima nu. 20. & declarat Ruin. con. 49 viso nu. 5 & 10. li. 3.

c Maternam] Addo supra consi. 221. ista puto numero 22. libr. 2.

d Excludi.] Dixi d. consi. 221. col. 3. versi. 6. facit.

e Posita] Iaso. consi. 163. in isto numero 3. supra libr. 2. vbi dixi.

f Communi.] Dixi d. con. 163. n. 8. addo Gabr. com. opin. li. 6. de statu conclu 8 n. 31.

g Contineatur.] Ruin. con. 18. de pluribus n. 7. lib 5.

h Noceat.] Alex. consi 100. ex inspectione nu. 2. li. 3 Ruin. d. consi. 18. nu. 12. & vide Tiraq. tract. de iure primogen. quæstione. 44. n. 4. & Mandos. alios adducentè ad Rom. con 224. ista captura num. 6. addo Ruin. con. 195 ex themate num. 10. libro 2 Roland. tract. de lucr. dot. quæstio 30. n 12. cum seqq. & dict. con. 79. nu. 50.

i Bald.] Consi. 34. quem refert & sequitur Ruin. consi. 110. viso ac perlecto nu. 18. li 1. d. con. 195. nu. 9 & consi. 48. vt eius sub nu. 4 li. 3.

k Si arrogator.] Vbi Iaso. dicit esse singu. decisionem num. 42. versicu. 2. principaliter. & numer. seqq. quos refert & sequitur Cotta in mem. versi. statuto ciuitatis Regij, in principp.

& Alc. consilio 200. lecto. columna secunda in principio.
l Teneat.] Rationibus tamen Salycet. post Alexan. d. consi. 128. respond. Tiraquel. de iure primogen. quæstione 46. num. 18. vsque ad fin. & Roland. cons. 80. dubium nu. 40. versi. non obstat lib. 4.
m Peripsum.] Idem Ias. consi. 220. Hodesa. col. penultim. versi. 2. respondetur lib. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXI.

THEMA.

COMMVNITAS Boschi prætendit se esse in quasi possessione exigendi pedagium seu vectigal à quibuscunque hominibus Fregarolij habentibus prædia super territorio Boschi, pro fructibus inde exportandis de suis possessionibus ad locum Fregarolij, soluendo solidos sex pro quolibet plaustro, & hoc conata est probare ex depositionibus tredecim testium in eius fauorem productorum. Ex aduerso communitas Fregarolij prætendit se esse in quasi possessione libertatis nihil soluendo de dicto pedagio, seu vectigali, quam ex attestationibus plurium testium deducere & probare visa est. Quæritur, quæ dictarum communitatum in ista causa possessorij potiora & meliora iura habeat.

SVMMARIA.

1 *Causa possessorij dicitur parua & modica & nu. 31.*
Possessorii causa dicitur parua & modica vide verbo causa possessorii.
2 *Possessorium. In possessoriis iudiciis sufficit constare de iure agentis summatim per famam vel per semiplenam probationem, & nu.*
3 *Possessio. Per duos vel tres actus probatur quasi possessio in iuribus incorporalibus, & nu. 32.*
4 *Possessio. Quasi possessio in iuribus incorporalibus probatur per executionem facti & sic per capturam pignorum. & nu. 32.*
5 *Possessio. In quasi possessione alicuius iuris incorporalis quis esse non potest nisi aduersario sciente & patiente & nu. 32.*
6 *Possessio. Quasi possessio iuris incorporalis excipiendi vectigal ab hominib. alicuius loci non probatur ex eo quod aliqui particulares illud soluerint, sed probari debet quod ab omnibus vel à maiori parte hominum solutum fuerit.*
Factum singularium paucarum personarum non potest præiudicare aliis nu. 6.
7 *Testes qui dicunt vectigal exactum fuisse à certis personis & ab aliis de loco, non probat exactum ab omnibus, vel à maiori parte hominum.*
8 *Verba* (& ab aliis) *possunt verificari in duobus tantum.*
9 *Probatio quæ de necessitate non concludit nihil releuat, & probatio non concludens non est probatio, & non solum non releuat, sed etiam non facit rem dubiam de iure vel de facto.*
10 *Indefinita in dictis testium non æquipollet vniuersali.*
11 *Vectigalium exactio facta ab aliquibus personis non obest aliis personis contra quos non fuit facta, quia illud quod fit contra vnam personam non extenditur ad alias personas.*
12 *Pedagium exigendi qui dicit ius se præscripsisse, & probat se solitum colligere de talibus rebus, in illis tantum de quibus apparet vsus, ius exigendi quæsiuit.*
13 *Argumentum de rebus ad personas validum est.*
14 *Consuetudo & præscriptio proprios facti terminos non excedunt.*
15 *Res qualibet & persona præsumitur libera, nisi probetur affecta vel obligata.*
16 *Vectigalia non sunt licita nisi quando exigũtur per imperatorem vel per Reges aut summos Pontifices.*
17 *Vectigalia transeuntibus per sua maria non possunt imponere Veneti nec Genuenses nisi hoc habeant à summo principe.*
18 *Possessorium. In possessorio is dicitur esse potior cui ius commune fauet, & nu. 25.*
19 *Testibus de aliquo loco deponentibus pro vniuersitate eiusdem loci minus credi debet.*
20 *Testes singulares in dictis suis nihil probant etiamsi essent mille.*
21 *Testes singulares sufficiunt vbi tractatur de probando aliquid in genere vel aliquid vniuersale, puta quem esse in quasi possessione iurisdictionis. Sed contra nu. seqq.*
Testis non assignans causam vel assignans minus sufficientem non probat. nu. 22.
23 *Testes singulares in probatione actus generalis putæ iurisdictionis nihil probant, sicut non probant actum particularem.*
Testis se referens ad librum seu scripturam quæ non producitur non probat nu. 23.
24 *Instrumentum publicum faciens mentionem de alio non facit fidem nisi illud producatur, etiamsi aliud instrumẽtum relatum fuisset confectum manu eiusdem notarij.*
25 *Testes qui concordant cum iure communi præferuntur aliis, qui contrarium deponunt, tanquam verisimiliora deponentes.*
26 *Testes deponentes de libertate & exemptione præferendi sunt testibus contrarium deponentibus, quamuis alias essent pares numero & dignitate.*
27 *Testibus duobus asserentib. affirmatiuam magis creditur quam decem deponentibus de negatiua. quod declara vt nu. 28. cum seq.*
28 *Gloss. l. diem proferre. §. si plures. de arbitr. limitatur & numeris seqq.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIDERETVR prima animaduersione concludendum, communitatem Boschi esse de iure præferendam; eo quia p̃sens cã possessorij† dicitur esse 1
parua & modica. a *l. vnica. C. si de momẽ. a pos. fue. appel. & l. momentaneæ. C. qui legiti. person. habẽt.*
secundum

secundum Ioan. Andreæ in capitul. ex insinuatione. de procura. quem refert & sequitur Bartol. & cæteri scribentes in l. admonendi. in penultima columna ff. de iureiurand. dominus Anton. de Butr. in capitul. final. in 8. colum. extra eodem. dominus Alexand. in cons. 91. quinti voluminis incipiente, in causa & lite vertente inter Iacobum. Vnde in iudiciis possessoriis videtur, quod sufficiat constare de iure agentis summatim per famam, † vel per
2 semiplenam probationem; secundum Bartolum *in l. 2. in versicul. fina. C. vbi in rem actio. & in l. 1. C. quorum bon. & in d. l. momentaneæ. & dominus Mathesilan. in suo notabili tertio.* cum per hoc non fiat præiudicium nisi in possessione, & non in proprietate: Sed in casu præsenti communitas Boschi videtur probasse suam quasi possessionem exigendi dictum pedagium, seu vectigal, non solum per vnum testem, sed etiam per tredecim; ergo debet victoriam præsentis controuersiæ obtinere. ¶ Ad idem
3 facit; † quia per duos vel tres actus probatur quasi possessio in iuribus incorporalibus: *secundum Bald. in capit primo. §. si vero vasallus. in titul. quid sit inuestit. in vsibus feud. canonista præsertim 1mo. in capit. querelam de elect. habetur in cap. cum ecclesia Sutrina. de cau. possessio. & propriet. per Innocen. in capit. dilectus. de capit monach.* Sed cõmunitas Boschi videtur probasse plures & diuersos actus exactionis istius pedagii, seu vectigalis; ergo videtur dici posse, quod sit in quasi possessione illud exigendi. ¶ Tertio ad idem facit; quia per executionem facti, puta per capturam
4 pignorum, † probatur quasi possessio in istis iuribus incorporalibus: *secundum Bald. in capitul. primo. §. sacramentum. in vltima colum. de consuetud. recti feudi.* Sed communitas Boschi videtur probasse capturam plaustrorum & boum factam illis de Fregarolio volentibus dictum vectigal seu pedagium fraudare: ergo dicitur esse in quasi possessione illud exigendi. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror esse de iure probabiliorem, ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta, quæ superius in oppositum adducebantur. ¶ Moueor in primis; quia non potest quis esse in possessione alicuius iuris incorporalis
5 nisi † aduersario sciente & patiente, quoniam ipsa scientia & patientia aduersarii est quasi possessio. *l. penultim. ff. de seruit. titul. generali. & ibi Bartol. ita notat* & per hoc subdit, quod per hoc sis semper memor
b facere [b] articulum, quod ille vsus est eo iure aduersario sciente & patiente. Ad idem est tex. *in l. ratio. §. si iter. ff. de actio. emp. idem tenet Bartol. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & in l. 2. in princip. ff. de aqua plu. arc.* Ergo in casu præsenti, ad hoc vt communitas Boschi dicatur esse in quasi possessione istius iuris incorporalis exigendi tale vectigal, seu pedagium, requirebatur scientia & patientia totius communitatis, vel maioris partis Fregarolii, vel saltem maioris partis hominum Fregarolii habentium prædia in territorio Boschi: sed talis scientia & patientia non est probata per testes productos per communitatem Boschi, qui nihil dicunt, aut deponunt de dicta scientia vel patientia, præter solum secundum testem, scilicet Ioann. Augustinum Guarantum, ergo per communitatem Boschi nullatenus fuit probata quasi possessio istius iuris incorporalis exactionis vectigalis, vel pedagii. ¶ Secundo ad idem be-
ne facit: quia testes producti per communitatem Boschi deponunt dictum pedagium seu vectigal fuisse exactum à certis paucis & singularibus personis, & non dicunt fuisse exactum ab omnibus, † vel saltem maiore parte: Ergo per tales testes non 6
dicitur fuisse probata quasi possessio istius iuris in corporalis, ex quo non fuit facta solutio ab omnibus, imo nec à maiori parte: ergo ista asserta quasi possessio istarum paucarum & singularium personarum non debet posse opitulari communitati Boschi. *leg. quod maior. vbi gloss. & Barto ff. ad municip. leg. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. leg. vbi absunt. ff. de tuto. & curato. da. ab his. capitu. 1. de his quæ fiunt à ma. par. capitu. c. quia propter. & capi. auditis. de elec. capitu. pastoralis. in princip. in versicu. plures. de rescrip. gloss. & docto in capitu cum omnes de constitu. & glo. in capitu. 1. in verb. tractatus. de rebus eccles. non alie. in 6.* Nam factum singularium paucarum personarum, & sic longe minoris partis, non potest præiudicare aliis. *leg. per fundum. ff. de seruitu. rusti. prædio. leg. finali. ff. communia prædio. gloss. & scribentes in leg. maiorem. ff. de pactis.* Nam ex puris & meris particularibus nihil sequitur: *vt inquit ad literam text. in capitu in genesi. circa medium. in versicu. quemadmodum. de electio. & idem dicitur secundum logicos. ita etiam dicit Bartol. in leg Labeo. §. primo. ff. de pactis.* Non ergo sequitur, aliqui pauci particulares soluerunt istud vectigal, ergo communitas Boschi per hoc dicitur esse in quasi possessione exigendi tale vectigal ab omnibus hominibus Fregarolij habentibus prædia super territorio Boschi. Certe istud nullatenus sequitur. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod tres ex testibus communitatis Boschi deponant se exegisse à certis personis, † & 7
ab aliis de loco Fregarolij habentibus prædia super territorio Boschi; per quæ verba videtur probari exactio dicti pedagij; *per illud quod in simili tenet Bartol. in leg. de minore. §. plurimum quoque. ff. de quæstio. in penultima columna. in versiculo quæro si testis interrogatur à quibus personis audiuisti dici &c.*

Vbi tenet quod si testis deponens super fama diceret se audiuisse à pluribus, & neminem nominaret, quia diceret se non recordari, eius testimonium non valeret, [c] sed si nominaret in specie se audiuisse c
à tali, & à pluribus aliis, de quibus dicit se non recordari tunc bene probaret. *& idem tenet Salyce. in leg. ea quidem. Cod. de accusa. & in le. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. Antonius de Butr. & Ioann. de Imol. in capit. cum oporteat. de accu. Alexand. in consilio 150. quinti voluminis, quod incipit, in causa & lite vertente inter dominam Lucretiam. in octaua columna.* Quia ad hoc respondetur, quod illa dictio, *& ab aliis*, potest verificari in duo- 8
bus tantum. *le. inter illam. in fine. ff. de verborum significatio. & leg. libertas. §. fin. ff. de manu. testamen.* Ergo tales testes concludenter non probant exactionem dicti pedagij factam fuisse ab omnibus hominibus Fregarolij, vel saltem à maiori parte dictorum hominum, & sic talis probatio, † quæ de necessitate 9
non concludit, nihil releuat. [d] *leg. non hoc. & ibi Bart.* d
in fine. & alij ad hoc notant. Cod. vnde legitima. & leg. penultim. §. docere. & ibi Bartol. ad hoc notat. ff. ne quis eum qui. & capitu. in præsentia. de probat. & capitu. fina. de succes. ab intesta. notat dominus Abbas in capitu. recepimus. in secundo notabili, per illum textum. de priuilegiis. Nam probatio non concludens non est probatio. *leg. ma-*

trem. & ibi Baldus ad hoc notat. C. de probatio. Imo probatio non concludens nedum non releuat, vt dixi, sed etiam non facit rem dubiam de iure, vel de facto: *secundū Bal. notab. in l. 2 in vlt. col. C. de bonorū possess. secundum tabu.* Item illa indefinita, & *ab aliis personis,*
o ie prolata à testibus non æquipollet vniuersali, [e] nec comprehendit omnes homines loci Fregarolij, nec maiorem partem, cum dictum testis debeat de necessitate concludere, *prout dixi. & ita tenet notabiliter dominus Abbas in capitu. auditis. in quinta columna. post Innocent. ibi de præscrip. & in capitu. 2. de coniugio lepro. Petrus de Ancha. & Imola in capitu. quanto. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capitu. dominus Alexa. in consilio 110. primi voluminis incipiente. visis acutissimis dubitationibus. in secunda columna. & in consilio 210. incipiente, viso & bene discusso processu. in quarta columna. & in consilio. 250. incipiente, in causa & lite vertente inter dominos. in vltima columna. & in consilio 476. incipiente, viso superiori themate. in quarta columna. & in consilio 495. incipiente, viso processu causæ vertentis inter dominum Franciscum. ad finem.*

Et sic quantum ad præiudicandum aliis personis communitatis Fregarolij illa verba, & ab aliis personis, indefinita non obstant, neque præiudicant, quamuis alias sufficerent ad probandam famam simpliciter, prout loquitur Bartolus *in dicto §. plurimum quoque. in penultima columna.* ¶ Tertio ad idem facit, quia dato quod exactio pedagij, de qua deponere videntur testes communitatis Boschi, facta contra certas paucas singulares personas Fre-
11 garolij haberet eis præiudicare, attamen talis † exactio non habet obesse aliis personis, contra quas non fuit facta, quia illud quod fit contra vnam personam, non extenditur ad alias personas; *per regulam leg. sæpe. ff. de re iudic. & capitu. cum super. in fine. & capitu. quamuis. eodem titulo. & ita in specie tenet Innocent. in capitu. dilectus. de capel. monach. Specu. in titul. de iurisdictione omnium iudicum. §. 1. versicu. illud etiam. Paul. de Castr. in leg. restituta. in principio. ff. ad Trebellia.* Et ratio est secundum Innocentium ibi, quia licet sub iurisdictione tanquam sub vniuerso comprehendantur omnes partes, & omnes actus iurisdictionales, non tamen sub vna persona comprehenduntur aliæ, quæ sunt diuersæ & separatæ. Quinimo illæ tales exactiones factæ contra illas paucas singulares personas non faciunt, vt etiam communitas Boschi dicatur esse in quasi possessione exigendi contra illas personas singulares, ex quo tales exactiones fuerunt vnicæ & non multiplicatæ contra easdem, vt superius dixi secundo fundamento partis contrariæ, & dicetur inferius. ¶ Ad prædicta bene facit, quod notat Bartolus *in leg. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itine. actuque priua. per illum textum cum*
12 *gloss.* vbi notat, quod † si aliquis vult dicere se præscripsisse ius colligendi pedagium, & probat, quod solitus est colligere de talibus rebus, quod in illis
f tantum quæsiuit, de quibus apparet vsus, [f] idem tenet Bartol. *in leg. si publicanus. in fine. ff. de publica. Bal. in capitu. 1. de feudi cogni. Ioannes de Imola in leg. inter pares. ff. de re iudi. Ludouicus Romanus in leg. vectigalia. ff. de public.*

13 Ergo arguendo de rebus ad personas, † [g] quod
g argumentum est validum in iure. *leg. qui plures liberos. ff. de vulgari & pupillari. leg. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de legatis primo. Bartol. in leg. miles ita. §. primo. ff. de militari testamento.* Sicut exactio pedagij facta de certis rebus non præiudicat quo ad alias res, ita exactio vectigalis facta contra certas singulares personas non debet contra alias vniuersale præiudicium inducere. Nam consuetudines restringuntur per actus, per quos inducuntur, † sicut restrin- 14
guntur præscriptiones, vt proprios facti terminos non excedant; *secundum Bald. in leg. fin. in penultima columna. in principio. C. communia vtriusque iudi.* ¶ Quarto facit, quia commune & homines Fregarolii habent fundatam suam intentionem de iure communi, quod sint liberi à tali exactione pedagij, † 15
quia de iure communi quælibet res, & quælibet persona præsumitur libera, nisi probetur affecta, vel obligata. [h] *leg. altius. Cod. de seruit. & aqua. leg. aum* h
eodem ff. de serui. vrba. prædio. & est gloss. notabilis in leg. si prius. in verb. egisset. ff. de ope. no. nun. notat Bald. in authentic. sicut. Cod. de sacrosanct. eccles. Alibi tenet Bald. in capitu. 1. de eo qui mit. in poss. quod si habes vnum molendinum, & fiscus habet aliud, sicut molendinum fisci præsumitur liberum, ita etiam & tuum. Item quia vectigalia non sunt licita, nisi quando exiguntur per imperatorem, † vel per reges, aut sum- 16
mos Pontifices, & sic castrum non potest exigere pedagium: quia istud est de regalibus: *vt in capitu. 1. quæ sint regalia habetur in leg. 4. §. si actor. ff. de re iudic.* Ius enim percipiendi pedagium cohæret solo, sed non ad soli vtilitatem: [i] *secundum Bartol. in leg. locare. ff. lo-* i
cati. Bald. in leg. si ea lege. in fine. Cod. de vsuris. Et ideo ad fiscum pertinet perceptio, seu exactio pedagij, & non ad castrum, vel territorium castri; *secundum Bald. in consilio 244. quinti volum. incipiente, ius percipiendi pedagium.*

Similiter Baro non potest exigere pedagium à transeuntibus per terram suam. Imo fortius, Veneti, Ianuenses, † & Pisani non possunt imponere ve- 17
ctigalia nauigantibus per eorum mare, nisi hoc habeant à summo principe: *secundum Arge. notabiliter in lege secunda. §. fina. per illum textum. ff. ne quid in loco pub.* Cum ergo commune Fregarolij habeat præsumptionem iuris pro se, quod sit liberum à solutione talis pedagij, & sic communitas Boschi habeat præsumptionem iuris contra se: ergo † in possessio 18
rio ille dicitur esse potior, cui ius commune fauet; quia cum eo est iuris adminiculum: *secundum Bald. notabiliter & ad propositum in capitu. si diligenti. in vltima columna de præscrip. motus per illud quod tenet Innocent. in cap. auditis. eodem titu. & ibidem dominus Abbas in 4. columna.*

¶ Quinto facit; quia testes deponentes pro communitate Boschi sunt de ipso loco, † & sic de- 19
ponunt in causa vniuersitatis suæ, ergo minus eis debet credi; [k] *secundum Archidiaco. 12. quæstione. 2. in* k
summa & 14. quæstio. 2. in capitu. super prudentia. Bald. & Alberic. de Rosa. in leg. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. dui. Anton. de Butr. & Ioannes de Imol. in capitu. cum nuntius. de testi. domi. Alexand. in consilio 43. quarti volumi. quod incipit, visis & ponderatis his, quæ continentur in instrumento. in secunda columna. & notabiliter Ioann. Andreæ in additionibus Specu. in titu. de teste. in versicu. Sed nunquid causa vniuersitatis. Item omnes dicti testes sunt singulares in dictis suis, † nec dant alios pro 20
contestibus, ergo nihil probant. [l] *capitu. licet causam.* l
de proba.

de proba. & capitu. bona. 2. de electio. cum aliis vulgaribus. quia etiam si essent mille testes singulares, nihil probant; *secundum Specula. in titu. de in quisi. §. nunc videndum. in versicu. Item nota. alias est versicu. si autem semplene. quem refert & sequitur Bald. in leg. iurisiurandi. Cod. de testibus Anton. de Butr. in capitu. veniens. I. ad fin. extra eodem. de testibus. dominus Alexand. in consilio 150. quinti volumi. quod incipit, In causa & lite vertente inter dominam Lucretiam. ad finem.* ¶ Nec ad hoc obstat, si diceretur, quod vbi tractatur de probando aliquid in genere, vel de probando aliquod vniuersale, puta quem esse in quasi possessione iu-
21 risdictionis, † quod tunc testes singulares sufficiant; *per gloss. quæ reputatur singularis, in leg. ob carmen. §. finali. ff. de testibus. Bald. in leg. 1. in 8. quæstio. Cod. de testa. & in leg. actor. Cod. de probat.* Quia dicitur, quod imo contrarium est verius, quod etiam ad probandum quasi possessionem iurisdictionis, vel alterius iuris
22 incorporalis, † & sic totius vniuersalis, testes singu-
m lares non sufficiant: [m] *prout notat gloss. in quæstio. 9. in capitu. nihilominus.* quia dictum testis regulatur secundum causam, quam assignat: vnde si non assignat causam, vel assignat minus sufficientem, non probat. *capitu. cum causam. de testibus. notatur in capitu. si quando. de rescript.* & ideo ex quo testis est singularis in causa per eum allegata, nec habet contestem, non probabit. Item qua ratione testes singulares
23 non probant actum particularem, † quia est probatio imperfecta. *capitu. in omni negotio. de testib. & le. vbi numerus. ff. eodem.* eadem ratione non actum vniuersalem. & ita etiam tenet Hostiensis post Goffredum *in summa sua, in titul. de testi. §. quæ diuersitas. in versicu. quid si agatur de decima. & notabiliter ac plene dominus Abbas Panormi. in consilio 43. incipiente, ex multis agitatis. idem late tenet dominus Alexander in consilio 72. primi voluminis, incipiente, inspecto diligenter processu. in quarta & quinta columna in consilio 100. primi voluminis, quod incipit, super primo casu. in octaua & nona columna. & in consilio 104. tertij voluminis, incipiente, in causa & lite vertente inter Ioannem. in vltima columna. & in consilio tertio quarti voluminis incipiente, super processu causæ vertentis inter dominam Iacobam. in penultima columna.* Item dicit notabiliter Bald. *in capitu. licet causam. in septima columna. de proba.* vnum esse notatu dignum, quod in probatione actus generalis, puta iurisdictionis, testes singulares nihil probant, & de hoc dicit esse text. expressum ibi melius quam reperiatur alibi, secundum eum. Item aliqui ex quibus communitatis Boschi se referunt ad suum quaternetum, ergo non debet eis credi, nisi ille quaternetus fuerit in iudicio exhibitus, quia etiam instru-
24 mentum publicum † faciens de alio mentionem
n non facit fidem, nisi illud producatur. [n] *authen. si quis in aliquo. C. de eden.* etiam quod est singularius, si instrumentum faceret mentionem alterius instrumenti, quod fuisset confectum manu eiusdem notarij. ita singulariter tenet Ange. *in leg si donatio. Cod. de dona.*

¶ Sexto & vltimo facit; quia per testes communis Fregarolij probata est libertas à solutione dicti vectigalis per annos quadraginta & vltra, ergo præferendi sunt testibus communis Boschi, cum habeant præsumptionem iuris pro se, quod sint liberi à solutione dicti vectigalis, & præsumptio iuris sit contra commune Boschi, quod non possit tale vectigal seu pedagium exigere, prout deduxi supra in quarto fundamento: sed sic est, quod testes, qui concordant iuri communi, † præferuntur aliis, qui contrarium deponunt, quia dicunt verisimiliora, 25
o secundum Innocent. *in capitu. auditis. de præscrip. &* o
ibidem dominus Abbas in quarta columna. & idem Dominus Abbas in capitu. licet causam. in tertia columna. per illum textum de probat. & in capitu. in nostra. in secundo notabili, de testibus. gloss. in capitu. 1. in gloss fin. ad fi. & ibi Petrus de Ancha. & alij de præscrip. in 6. Bene facit & ad propositum nostrum illud, quod signanter tenet Bald. in capit. si diligenti. in vltima columna de præscript. quod quando dubitatur de possessione vel quasi, ille erit potior, cui ius commune fauet; quia cum eo est iuris adminiculum. Itē testes deponentes pro libertate & exemptione, quia sunt fauorabiliores, † præferendi sunt testibus contrarium deponenti- 26
bus, quamuis aliis essent pares numero & dignita-
te; *vt est text. notabilis* p *in l. lege Iulia & Papia. ff. de mu-* p
numis. quem text. ad hoc reputat valde notabilem Bald. in capitu. 1. de conten. inter me. & do. & eum reputat singularem idem Bald. in capitu. 1. §. ad hæc. in titu. hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. ¶ Nec obstat, si diceretur, quod magis creditur duobus testibus 27
asserentibus affirmatiuam, † quam decem depo-
nentibus de negatiua, q *prout tenet gloss. ordinaria in le.* q
diem proferre. §. si plures. & ibi Bartol. & alij. ff. de arbitr. Bartol. in leg. 1. circa fin. principij. per illum textum. ff. de ven. inspi. quia multipliciter respondetur. ¶ Primo, illa gloss intelligitur secundum Bartol. post Iacob. de Aretio & Oldra. ibi, & *in le. heredes palam. in principio ff. de testa. vt illa gloss.* procedat & sit vera, quando † 28
testes negatiui simpliciter dicerent se nescire, secus autem si negatiuam suam coarctarent loco & tempore, r vt in casu præsenti: *iuxta gloss. notabilem in leg. 1.* r
§. 2. ff. de itin. actuque priua. quia tunc standum esset dicto maioris partis: secundum gloss. *in leg. ob carmen. §. finali. ff. de testi* Et pro ista limitatione est text. *in capitul. cum ecclesia. sutrina. & ibi Bald. in 3. columna. in fin. adhoc notat. de caus. pos. & propri. & gloss. notabilis in capitu. 1. in gloss fin. de præscrip. in 6. Bald. in leg. 1. in 5. quæstio. Cod. de test.*

¶ Secundo respondetur, † quod gloss. *in d. §. si* 29
plures. procedit, quando ex illa negatione non resultat aliqua probatio, vel quia est impossibilis, eo quia non est coarctata, vel quia non est reddita causa scientiæ, alias pari passu ambulant affirmatiua & negatiua. ita notabiliter s limitat Bald. *in leg. cum hi.* s
§. nihil. ff. de transact. Sed in terminis nostris ex dispositionibus testium Fregarolij deponentibus de libertate & exemptione dicti vectigalis, resultat probatio talis negatiuæ, quod non teneantur soluere, ergo eorum dictum est præferendum, & tanto magis cum habeat præsumptionem iuris pro se, vt dixi supra in quarto fundamento.

¶ Tertio dicitur, quod gloss. *in dicto §. si plures.* habet locum, † quando affirmatiua est plene pro- 30
bata: t *vt probatur in capit. ad nostram. de proba. & ibi ita* t
declarat Petrus de Ancha. Sed in casu præsenti affirmatiua solutionis istius vectigalis non est plene probata per testes productos per communitatem Boschi, prout oportune deduxi supra in secundo & tertio fundamento. Prædicta veriora appare-

buntrespondendo his, quæ superius in oppositum adducebantur, quamuis responsiones de se satis appareant ex fundamentis superius factis.

¶Non obstat ergo in quantum primo loco dicebatur, quod causa possessorij dicatur esse modica & parua: quia respondetur hoc esse verum † attenta qualitate personarum; quia causa iudicatur esse magna vel parua secundum qualitatem personarum: *secundum Bartolummet & doct. in d leg. admonendi. in penultima columna. per leg. sed & si susceperit. §. primo. cum gloss. in verb. modica. & ibi Barto. & Ange. ff. de iudi.*

Quando ergo causa possessorij moueretur ab vno priuato contra vnum alium priuatum, tunc bene posset dici causa esse parua, sed quando causa possessorij intentatur contra vnam communitatem, vt in casu præsenti, ad subiiciendum totam vniuersitatem, & sic tot personas in quasi possessione seruitutis soluendi pedagij, quis sanæ mentis non dicat, talem causam censeri magnam, & grauem, & arduam? Nam causæ vniuersitatum de per se censentur esse graues, præsertim quando agitur de eius subiectione: *secundum Bald. in capitu. edoceri. in 2. columna de rescript.*

¶Non obstat etiam dum dicebatur, quod per duos vel tres actus probatur quasi possessio † in iuribus incorporalibus, & similiter per executionem facti, puta per capturam pignorum; quia respondetur vno verbo, esse verum contra illos, contra quos exercentur, non autem contra alias personas, ne contingat quod factum paucarum personarum præiudicet toti communitati in vniuersale præiudicium omnium, prout deduxi supra in secundo & tertio fundamento. Item prædicta procederent, quando tales actus fuissent facti sciente & patiente communitate Fregarolii, vel saltem maiore parte, quia absque scientia & patientia non potest acquiri quasi possessio in incorporalibus, vt dixi supra in primo fundamento.

ADDITIO.

a Modica.] Alexand. consilio 103. super eo dubio columna secunda libro septimo. Soc. leg. rem quæ nobis 7.] quæst. princip. de acquir poss. Deci. consilio 56. in causa numero secundo consilio 252. agitur numero secundo verficu. rest. t. & Cod. de appellationibus. ad fin. extra de appel. Aymo consilio 258. efficaciora numero secundo vbi omnino videndum. Videatur tamen idem Deci. cap. edoceri. sub numero octauo versicu sed tamen ista conclusio. de reserip. & cap. causam sub numero tertio versicu. sed tamen aduertendum. de iud. tenendo priorem opinionem infertur quod in iudiciis possessoriis sufficit semiplena probatio. vt dicit Iaso. hic & leg. admonendi numero 221. vbi Curt. Iun. numero 61. de iure iurand. Soc. consilio 266. in causa numero vigesimosexto columna nona libro secundo. Cale. consilio 100. quod veniant numero 16. columna penultima numero sexto. Affli. Decis. 364. fuit decisum. numero quinto vbi tamen tenet contrarium in remedio reintegrandæ. Deci. 52. columna prima Cod. de Carb. edi. le vltima quinto not & columna octaua ad med C. de edi. dim. Adr. toll. cap. cum causam columna secunda de probat. & consilio 56. in causa columna consilio 236. in causa columna secunda & alibi sæpe. Marsi. sing. 413. Trita. & vulgatis & singu 620. causa possessorij Ruin. consilio 106. in hac lite. numero 18. libro quinto. Aymo consilio 218 visis actis. numero duodecimo. Marant. de iud. 4. parte. distin. 9. numero 43. contrariam sententiam quod plena requiratur probatio tenet gloss. l. 1. versic. filium C. quo. bono. sequuntur ibi Buttrig. Ang. & Sal. idem tenet Barto. sibi contrarius dicens opin. contrariam procedere in possessoriis summarissim. in quibus non tractatur de pleno præiudicio illius actus de quo agitur vt in Carboniana bonorum possessione. & quæ venttis nomine conceditur. Bartol. in extrauag. ad reprimendum. versf. summariæ col. 2. versf. si vero non ita. & cum hac distinctio. videntur transire Orian elem. sæpe ver. simpliciter iis. 7. concl. sub n. 26. de verb. sig. Alexan. qui hanc dicit esse communem opin. cons. 139. circa primum. in fi. lib. 6. cons. 187. visa copia in fi. lib. 7. Curt Sen. d. l. admonendi. n. 323. Afflict. d. Dec. 304. nu. 5. Dec. sibi contrarius d c. edoceri. col. pen. in fin & d. c. causam col. 2. versf. expeditis not Rip. d. l. 1. nu. 8 C. quor. bon. l. si constante. n. 17 soluto matrimonio. & is qui scripsit additiones in Alex. præcitato cons. 139. quod ita obseruatur. & magis communem dicit opi. Cagn. l in pari. de reg. iur. sed cum semiplena probatio regulariter possit suppleri versf. vt de causa possessoria tradit Alex. consil. 91. in causa n 2. lib. 5. Dec. d. con. 136. in fi. Marsf. d sing. 620. iis. & ideo scias post Alexa. d. cons. 91. non videtur hæc difficultas magni facienda. vide Plot. l. si quando nu. 123. vbi alios allegat & num. 115 C. vnde vi.

b Memor.] Abb. cons. 18. in cã col. vl. vbi decidit pulchrum casum. & cons. 23. col. vlt. lib. 2. Fel. post Abb. ibi. ca. de quarta colum penult. m. versi dum subdit. Abb. de præscrip. Rip. qui pulchre loquitur. cap. cum ecclesia sutrina n. 64. de caus. possessi. & propr. limitat. Iason. l. 1. numero 65. de acquiren. possess.

c Non valeret.] Imo et si nominaret duos, deinde diceret se non recordari de aliis adhuc non probaretur fama. Iason. l. licet Imperator colum. 4. nume. 20. de leg. 1. quem refert & post eum commendat & dicit bene notand. Aymo. con. 249. in causa notabilis col. 8. versf. Amplius.

d Releuat.] Iasf. cons. 36. in causa nu 16. supra eodem Dec. cons. 321. in causa quæ. num. 5 Ruin cons. 69. in causa nu. 11. lib. 4. Bertrand. cons. 49. viso processu nume. 2. consil. 122. intentio. num. 5. lib. 2. consil. 4. patum refert. num. 10. lib 3. con. 15. multa. num. 9. cons. 64. egregie num. 4 l. b. 5. consil. 72. & si processus. numer. 2. lib. 6. consi. 47. etiamsi. num. 2 cons. 93. libro 7. cons. 164 existimo num. 3. lib. 8 consil. 115 etiamsi possessio. numero 7. cons. 282. vidi processum. num 2. lib. 9. consil. 218. quamuis ante. num. 1. & cons. seq. num 1. lib. 11. Natta consi 161. secundus de Carro num. 2. cons. 520. perstringendo num. 13. & exornat idem Natta cons. 38. Crebro adducitur num. 2. & cons. 592. in causa. nume. 15 Beroi consi. 160. in causa nume. 2. lib. 2. cons. 98. in causa. quam nu. 4. & 6. libr 3. Loffr. consi. 19. Tota vis numer. 4. Chassan. consi. 5 an ex hoc num. 12. consi. 19. nobilis. num. 8. & seq. Aymo. consi. 208 viso testamento consi. 262. protestor. vt rob que nume. 3. & 33. debitor sub num. 1. Roland. consi. 27. asserta sententia nu. 10. & consil. 46 in præsenti num. 29. lib. 3 Riminald. Iun. con. 26. cum nonnulli num. 44 latissime Marf. Rubrica. C. de proba. num. 310. & seq. & procedit hæc conclusio etiam in materia fauorabili. Alexand. consi. 152. viso processu colum. 2. libr. 5. Dec. d. consi 321. num 6. & l. non hoc num 7. vbi Curt. iun. n. 33. C. vnde legitim. Natta d. consi. 585. num 2. Riminald. Iun. cons. 59. Anno Domini num. 29. Tiraquel. tract. de retr. consang. §. 1. gloss. 16 num. 4. & seq & Bologn. cons. 11. in facto n. 22 vbi citant Iaso. d. consi. 36.

e Vniuersali.] Iasf. cons. 13. videretur numero 18. supra eodem. vbi addo Crot. consil. 150. in præsenti numero 12.

f Apparet vsus.] Iason consil. 163. in isto passu num. 11. supra lib 2. Corn. consil. 199. circa primum num. 13 libr 1. Dec. cons. 85 & diligenter numer. 6. versic sed tamen his Brun. tractat. de augm. mon. conclus. 27. versic. prædicta & in seruitute pascendi Aymo con. 292 in causa num. 1. & Barto. dictum refert & sequitur Rip. cap. cum ecclesia sutrina sub num. 133. extra. de causa possessio. & propr. Gabr. qui alios citat com. opinio. lib. 5. de præscrip. conclu. 2 numer. 1. Roma. con. 368. præsens consultatio num. 8. cum multis seqq. vbi Mandos. in addit. addo Roland. consil. 69. in præsenti numer. 32. libr. 3. & Riminald. Iun. (in rationibus dubitandi) consil. 26 licet nonnulli num 12 & vide Nattam declarantem multis modis cons. 98. in causa nu 12. & 23. cum seq.

g Personas.] Iasf. si ita sit scriptum, nu. 6. & l. si domus, §. in pecunia, nu. 16. de leg. 1. Natta cons. 274. communitas, nu 18.

Ceph.

Ceph consil.58 proponitur,n.32.& arguendo.consil.309.quæstio ista,nu 19 & consil.408. in præsenti, nu.55. Ioan Baptista de S.Blas.inter consil. Crot consil.411. viso casu,nu. 38. Kiminal iun.consil.6.causa illustrium,nu 90. & arguendo d.consil. 26 num. 13.

h Obligata.] Dixi consil 71. ordinatio, nu.5. supra eodem. refert Rimmal.iun. d.consil.26.nu.2.

i Vtilitatem.] Refert Tiraquell. de retr. parte 1. §.1 gloss.7. num.34.

k Debet credi] Iasl.2.§.patronum,nu.7.ff.de in ius vocan. vbi sequitur Archid. & dicit ita tenendum. & Natta consilio 520.perstringendo,nu.17. & consil 522. conantur,nu 8.

l Nihil probant.] Ias.consil.2. inter clarissimos, nu.41. supra eodem.

m Sufficiant] Contraria est magis communis, vt patet ex his quæ dixi consil.154. ad habendam.nu.31.supra lib 2. addo Socin.iun.consil.99 viso nu 15.& seq.lib 2.

n Producatur.] Ias d.consil.154.nu.30.

o Verisimiliora.] Dixi d consil.163 num.9.addo Ruin.consil 92 in causa,num.16.lib.4. Rolan.consil.24.in causa, num. 55.lib 1.

p Notabilis.] Pro hoc amplissime vide Dec. consil. 302. & pro tenui,nu.21.cap.1. num.45.de probat.c.ex literis, sub nu. 5.versic.prædicta conclusio, eodem tit. & vide Crot. tract. de testi.nu 365 fol.23.

q Negatiua.] Ias.l. vt vim.nu.6. de iust.& iure. & Rubri.de iureiur.nu.8. Alex consil.54.circa primum,num.6.lib.6.Deci. 1.in paribus causis,num.9 de regulor consil 173. viso processu,ad finem,consil 534 procedendo,num.3 Kipa d.cap.cum ecclesia sutrina,num.89. Natta consil 373.si vera sunt,num.5. vbi adducit rationem. Soc.iun. consil. 146. in causa turbatæ, nume.38.lib.1 & consil 88 circa præsentem,nume.20 lib.2 & alios adducit Gabr.com.opin.lib 1. de testi conclus.4 nume. 2 addo Roland.consil.93. in causa de qua agitur, num.1 & 2. vbi ampliat,lib.4.

r Tempore.] Clau Aquensl vt vim,num.95. de iust.& iure Gabr.d.conclus.1 num.2.quem refert Roland.d.consil.93. num 5. qui duo posteriores hoc consil citant.Bertran.consil. 189 non est credendum,ad fin.libr.2. consilio 4. quicquid sit, num.5.lib.4.

s Notabiliter.] Cors.in sing 368. verb.testis. incip. duo testes affirmantes Ruin consil.63. viso processu in fine. & consilio 164.visa prius,num.7.lib.4.Grat consilio 93. viso instrumento,num 15.libro 1.& consil 81.viso legato,num 68 lib 2. Gabr.d.conclus.1.num.3.vbi alios citat & Rolan. dict.consil. 93 num.6.

t Probata.] Gabr.d.concl.4.nu.12. vbi hoc consil.citat.

u Personarum.] Refert & sequitur Aymo consilio 258. efficaciora,num.3.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXII.

SVMMARIA.

1 *Testamentum cæci, in quo non fuerunt seruatæ solennitates à iure requisitæ, vt in l.hac consultissima C. qui testa.face.pos.non valet.*

2 *Fo mæ om ssio vitiat actum quantumuis fauorabilem.*

3 *Solennitas l. hac consult ssima. C.qui test.em.face.possunt, non requiritur in donatione causa mortis facta per cæcum.*

L.hac consultissima. C. qui testam.face. pos. solennitas non requiritur in donatione causa mortis per cæcum facta vide verbo solennitas legis.

4 *Testamentum vitiat paries vel cortina media inter testatorẽ & testes, secus est in donatione causa mortis.*

5 *Donatio causa mortis quo ad sui confectionem & sic quo ad productionem in esse, magis accedit contractui quam vltimæ voluntati.*

Legata relicta in testamento cæci non possunt valere etiam iure donationis causa mortis,quando non interuenit præsentia donatariorum, item non interuenit stipulatio donatariorum, vel saltem pactum nudum, quæ de necessitate requiruntur. vide verbo donatio causa mortis.

6 *Donatio causa mortis necessario requirit donatariorum præsentiam, item & eorundem donatariorum stipulationem,vel saltem pactum nudum, alias non valet, & non possunt sustineri legata facta in testamento cæci iure donationis causa mortis.*

Conditio pœnalis habetur pro non adiecta, quando illud quod non valet,nec potest fieri per testatorem via dispositionis apponitur per viam conditionis pœnalis. vide verbo pœna priuationis.

7 *Pœna priuationis hæreditatis adiecta per testatorem si hæredes dicerent testamentum non esse solenne, non valet tanquam legibus interdicta.*

8 *Testator non potest derogare legibus introducentibus certam seu firmam solennitatem.*

9 *Testator sicut non potest derogare solennitatibus à lege introductis in testamento cæci, ita non potest apponere pœnam priuationis hæreditatis hæredib. impugnantibus tale testamentum.*

10 *Pœna priuationis hæreditatis,quando est adiecta contra ius,si contra fiat,cessat.*

11 *Testamentum si non valet quod est principale,nec etiam debet valere illud, quod est pœnale, & sic accessorium: & si non valet testamentum non valet clausula cassans & irritans in eo apposita.*

12 *Actus principalis si non valet, non etiam valet pœna in eo apposita.*

13 *Hæredes instituti qui consenserunt testamento cæci etiam inualido, & omnibus & singulis in eo contentis, & promiserunt testatori stipulanti nullo tempore contrafacere, habent necessitatem implendi voluntatem defuncti:sed contra num.17.vbi ponitur ratio. & vide nu.20.& 21.*

14 *Testamenti approbatio facta per hæredes ad instantiam alicuius legatarij respectu illius approbatio præiudicat.& nu.18.*

15 *Testamenti approbatio facta per hæredes præsentibus illis quorum interest valet, quia habet vim pacti. & num.19.*

Legata relicta in minus solenni voluntate sunt naturaliter debita secundum magis communem opinionem.nu.15.

16 *Pactum nudum super eo quod naturaliter est debitum, actionem producit tanquam constitutum.*

17 *Hæredes non possunt consentiendo testamenti derogare solennitati & publicæ formæ requisitæ in testamento maxime cæci.*

20 *Errans non consentit, & errantis nulla est voluntas.*

21 *L.non dubium.C.de testam.quomodo procedat.*

Redemptoris crucifixi,& gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIso testamento condito per dominum Anton. Guidonem de Oyelo de Locarno cæcum, & vtroque lumine ex accidenti orbatum, non puto multis insistendum circa eius inualiditatem, quia constat tale testamentum cæci non valere, † eo quia in eo non fuerunt obser- 1

uatæ solennitates à iure requisitæ, quas ponit text. *in l. hac consultißima, C. qui testa. face. pos.* & ibi Bartol. dicit illam l. tenendam menti; quia poteris habere multum de honore ex ea; quia sæpe homines excœcantur propter infirmitatem, vel alia accidentia, & faciunt testamentum de iure cõmuni, & non valet, & ideo est notandum & tenendum menti secundum eum. Vnde formam obseruandam in testamento cæci tradit Speculator magister practicæ *in titu. de instrumen. edit. §. vt autem, in versicu. illud quoque non est ignorandum. & Ange. de Aretio in §. cæcus autem, insti. qui. per. non est fa. te.* Vbi etiam subdit, quod vidit aliquos etiam peritos errare in confectione testamenti cæci. Non enim in præsenti testamento cæci fuit obseruatus ordo traditus *in d. l. hac consultißima.* vt ex eius inspectione euidenter apparet. Nec interuenit subscriptio, & sigillatio septem testium vltra tabellionem, prout requiritur *in d. l. hac consultißima.* Omissio ergo & non obseruatio istarum solennitatum reddit testamentum ipso iure nullum. *& facit tex. in d. l. hac consultißima, ante finem,*
2 *in verb. & ante lata forma declarant.* Nam † omissio
a solennitatis & formæ vitiat actum. [a] *l. cum hi. §. si prætor, ff. de transactio. l. constitutionibus, in fine. ff. ad municip.* Nam formæ nihil addi, vel detrahi potest: *secundum Bald. in l. finali, in 2. columna, C. de suis & legitim.* in tantum quod omissio formę vitiat actum quan-
b tumcunque fauorabilem. [b] *l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, ff. de verb oblig. secundum Bal. in l. testamentum non ideo. in 2. notabili. C. de testam.* ¶ Tria tamen principalia sunt, omissis leuibus, per quæ videretur quod legata relicta in dicto testamento cæci, quamuis inualido, possent de iure sustineri. ¶ Primo; quia in tali testamento adest clausula codicillaris, videlicet, quod tale testamentum, & omnia & singula in eo contenta valeant iure testamenti, aut iure codicillorum, aut donationis causa mortis, prout melius & validius tenere poterit; sed sic est, quod
c in donatione causa mortis c facta per cæcum non
3 requiritur † solennitas *dict. l. hac consultißima.* quia non est mere vltima voluntas, vnde stamus iuri communi, & sic solennitati introductæ in donatione causa mortis, *per l. fina. C. de donatio. causa mortis, prout expresse firmat Baldus in dicta l. hac consultißima, in penultima columna, in principio.* Vbi secundum eum illa litera merito posuit verbum, *in codicillis*, vt restringeret se ad vltimam voluntatem simpliciter, & sequitur ibidem Raph. Fulgo. idem etiam tenet dominus Alexander *in l. 2. in princip. ff. de verborum obligatio. & notabiliter idem Baldus in consilio 248. quinta partis, incipiente, an cæcus possit causa mortis donare.* Et ab ista decisione neminem discrepare inuenio. Pro ista differentia inter testamentum & donationem causa mortis, quod solennitas, quæ requiritur in testamento cæci non habeat locum in eius donatione causa mortis, *bene facit illud, quod singulariter tenet dominus Mathesilanus in notabi. 125. quod incipit, nota quod licet regulariter valeat testamentum, &c.*
4 Vbi concludit, quod licet paries vel cortina † media inter testatorem & testes vitiet testamentum, *vt per Cyn. & omnes in l. si non speciali. post gloss. ibi. C. de testam. Bartol. & alij in l. 2. §. idem Labeo. 2. ff. de aqua plu.*
d *ar. cum aliis suis concordantiis.* Attamen secus est [d] in donatione causa mortis: quia paries, vel cortina media inter donantem causa mortis & testes non vitiaret donationem causa mortis; eo quia iura solum loquuntur in testamento, in quo maior solennitas requiritur. & illud dictum domini Mathesilani refert & sequitur dominus Alexander *in dicta l. si non speciali. in vltima columna. C. de testamen.* Ad prædicta bene facit, quia donatio causa mortis quo † ad sui confectionem, & sic quo ad produ- 5
ctionem in esse, magis accedit contractui quam vl-
timæ voluntati: [e] *iuxta gloss. reputatam singularem* e
in l. 2. in principio, ff. de do. prælega. de qua per omnes, in l. 2. ff. de legatis primo, cum suis concordantiis. ¶ Sed hoc non obstante teneo, quod legata relicta in dicto testamento cæci non possint etiam valere iure donationis causa mortis; eo quia non interuenit præ-
sentia donatariorum [f] quæ de necessitate requiri- f
tur in donatione causa mortis; † *vt l. inter mortis.* 6
ff. de donatione causa mortis. Bartolus in l. 1. & in l. tamis. §. 1. ff. eodem. gloss. in l. 1. C. eodem. Item non interuenit stipulatio donatariorum, quæ etiam requiritur in donatione causa mortis. *dicta l. inter mortis. & l. mortis causa donatio. & l. seruatus. §. finali. ff. de donatio. causa mortis. Bartolus in dicta l. 1. ff. eodem.* vel hodie saltem pactum nudum: *iuxta gloss. quæ reputatur singularis in l. cum pater. §. Meuio. ff. de legatis secundo. & gloss. in lege secunda, Cod. de iur. dot. cum suis concordantiis.* & in terminis nostris ita expresse tenet Baldus *in l. Labeo. in princ. ff. de pact.* vbi dicit, ꝙ cum in donatione causa mortis, q̃ non põt fieri inter absentes, requiratur p̃sentia alterius partis, ex hoc apparet secundum eum, quod testamentum non transit in contractum ex illis verbis, *si non valet iure testamenti, valeat iure donationis causa mortis*, cum non sit præsentia donatarii recipientis, quod reputat Baldus tenendum bene menti. ¶ Secundum principale videtur obstare; quia testator in testamento expresse apposuit pœnam priuationis, casu quo aliquis hæredum impugnaret in toto, vel in parte eius testamentum, aut impugnare niteretur, & in dicto casu illi sic impugnanti in eius parte substituit cõuentum sancti Francisci de Loçarno; quia dicitur, quod quando testamentum non habet suas solennitates à iure requisitas, vt in casu † præsenti, 7
quod si testator apponat pœnam priuationis, si hæredes, vel aliquis eorum dicerent, testamentum non esse solenne, talis adiectio pœnæ nihil penitus valet; *quia est legibus interdicta. l. vnica. C. de iis quæ pœn. nomi. & §. fina. in fin. instit. de leg.* Nam testator non potest derogare † legibus introducen- 8
tibus certam formam seu solennitatem, prout in testamento cæci introducit. *dicta l. hac consultißima, prout est regula l. nemo potest. ff. de legatis primo. & l. testandi. C. de testamen.* & sicut testator non potuit derogare solennitatibus introductis à lege in testamento cæci, ita etiam non potuit † apponere pœ- 9
nam priuationis hæreditatis hæredibus impugnantibus tale testamentum, & dicentibus illud non esse solenne, & sic inualidum: *per regulam, quam ponit textus in l. Seius & Augerius.* g *ff. ad leg. Falcid.* vbi traditur regula, quod illud, quod non valet, nec potest fieri per testatorem per viam dispositionis, si apponatur per viam conditionis pœnalis, reiicitur conditio, & pœna habetur pro non adiecta. & ideo si testator, qui illo iure digestorum

non

non poterat prohibere detractionem falcidiæ. *l. quod de bonis. §. primo, ff. ad l. Falci.* prohibet in testamento hæredes petere falcidiam, & eo casu quo petant eos priuat hæreditate, & alios substituit, illa pœna est pro non adiecta, quia est ascripta in fraudem legis, & per illam regulam Barto. & scribentes ibi inferunt ad plures decisiones, de quibusibi per eos. Alibi dicit ad propositum nostrum Bald. *in l. vnica in 7. quæstione. C. de his quæ pœn. nom.* quod quando
10 pœna † priuationis hæreditatis est adiecta contra ius, certe si contra fiat, cessat illa pœna priuationis;
11 *per l. cerdonem, ff. de oper. liber.* Item si non valet † testamentum, quod est principale, nec etiam debet valere illud, quod est pœnale, & sic accessorium. *l. quod per manus, ff. de iure codicil. & l. cum principalis. ff. de regu. iur. Facit l. non dubium, in versic. pen. & fin. C. de legi.* Item si non valet testamentum, non valet clausula cassans & irritans in eo appositа; *secundum Barto. in l. si iure. ff. de legat. 3. Bald. in l. sancimus, in prima columna, C. de testam.* Item si actus principalis non valet, non
12 quoque † valet pœna in eo appositа: [h] *vt est gloss. notabilis in l. si patronus. §. patronum, in verb. in Fautana. ff. si quid in fraud. pa. facit quod vult gloss. notabilis in capitu. significantibus, in gloss. fina. & ibi docto. de officio delegat.* ¶ Tertium principale videtur obstare, quia hæredes instituti in dicto testamẽto cæci præsentes eius confectioni, intellecto eius tenore consenserunt
13 dicto testamento, † & omnibus & singulis in eo contentis, & promiserunt testatori stipulanti nullo tempore contrafacere, aut contrauenire huic testamento: ergo ex quo hæredes consenserunt tali testamento, & sua sponte agnouerunt, & si voluntas defuncti circa legata, seu fideicommissa non sit legibus subnixa, tamen implendi eam necessitatem habent; *vt est text. formalis in l. non dubium, in ver. illud. C. de test.* Item quando talis approbatio fit ad
14 instantiam alicuius legatarii, tunc † respectu illius approbatio præiudicat hæredibus, *per gloss. in l. 2. in verbo, præstiterat, C. de fideicommiss. per quam gloss. ita tenent Salyc. & dominus Alexan. in dicta l. non dubium, C. de testa.* Ergo similiter debet præiudicare in casu præsenti, cum talis consensus & approbatio hæredum fuerit facta ad instantiam & requisitionem testatoris. Item quando approbatio hæredum fit præ-
15 sentibus illis, quorum interest, † & tunc valet; quia habet vim pacti, *arg. l. tale pactum, in princip. ff. de pact. & notat Bart. in l. 1. circa medium. C. de pactis.* & cum legata relicta in minus solenni voluntate sit naturaliter debita, *secundum magis communem opinionem, vt notant gloss. & docto. in l. 1. ff. de condi. indebit. & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. & in cap. fin. de sol.* certe pactum nudum super eo, quod naturaliter debeba-
16 tur, † producit actionem tanquam constitutum. *vt §. de constitut. instit. de act. & l. 1. §. debitum ff. de consti. pec.* & sic poterunt peti legata per actionem de constituta. *ita tenet Raph. Fulg. & dominus Alexan. in d. l. non dubium. C. de testa.* ¶ Sed istis non obstantibus concluditur, quod quamuis hæredes consenserint dicto testamento, & promiserint testatori stipulanti nullo tempore contrauenire huic testamento, tamen talis consensus simplex & extraiudicialis eis non præiudicat, & ista promissio nihil valet; quia quando testamentum nõ valet propter defectum formæ, vel solennitatis non seruatæ, non potest approbari per hæredes institutos, † vel per venien- 17
tes ab intestato, & hoc est verũ per simplicem approbationem, vel consensum, sed bene per solutionem, vel per solennem promissionem legatariis stipulantibus factam: [i] *secundum glo. Bartol. & omnes in d. l. non dubium. & ibidem Paul. de Cast. C. de testa.* Ratio; quia non est in potestate hæredum consentientium testamento inualido derogare solennitati & publicæ formæ requisitæ in testamento, præsertim cæci, & sic derogare solennitati inductæ fauore publico. *l. testandi, C. de testam. l. nemo potest, ff. de leg. 1. secundum Paul. de Cast. in l. 2. C. de fideicom.* quia esset facere fraudem legi, & sic per indirectum inducere, quod directo fieri non potest, *contra l. non dubium, C. de legi. & l. fraus. ff. eod.* Item in casu præsenti consensus hæredum non fuit præstitus ad instantiam alicuius legatarii, ex quo legatarii erant ab-
sentes, † & sic non sumus in casu limitationis posi- 18
tæ per Saly. *in d. l. 2. C. de fideicom. quam etiam sequitur do. Alex. in d. l. non dubium, vt supra retuli.* Et testator non potuit stipulari pro legatariis absentibus cum non sit persona publica, sed priuata, & per liberam personam non potest alii stipulari. *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig. l. solutum. §. per liberam. ff. de pign. ac. l. 1. C. per quas pers. no. acquir. & l. 3. C. de inutil. stipul.* Nec sumus in aliquo ex casibus in quibus licitum sit alteri stipulari, qui enumerantur *per gl. magistram in §. si quis alij, instit. de inutil. stipu. per Bar. & alios in d. l. stipulatio ista, §. si stipuler.* Item ex quo legatarii † erãt 19
absentes, non potest dici, quod consensus hæredum habeat vim pacti, vel constituti, & sic non sumus in limitatione Rapha. Fulgo. & do. Alex. *in d. l. non dubium.* Item hæredes instituti credebant testamentum istius cæci valere, & habere debitas solennitates requisitas † à iure, ideo consenserunt, & p- 20
pterea talis consensus & talis approbatio eis non præiudicat, vt est de mẽte gloss. doctorum & Paul. de Cast. *in d. l. 2. C. de fideicommiss.* nihil enim est magis contrarium consensui quam error. *l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omn. iudic.* Item errantis nulla est voluntas. *l. sed hæc ita ff. de aqua pluui. arcen. & l. cum testamentum, in fi. C. de iur. & fact. igno.* Prætera *d. l. non dubium.* † cum aliis supra in contrarium deductis 21
loquuntur, quando hæredes approbarunt testamentum non solenne post mortem ipsius testatoris: *iuxta l. si quando, §. 1. in verb. & post obitum patris. C. de inofficios. testamen.* Ratio est; quia tunc nemo eos cogebat promittere vel approbare testamentum inualidum: *vt dicit in simili text. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. re. act. non da.* Sed in casu præsenti hæredes consenserunt testamento in ipsa confectione testamenti, ergo nihil debet operari: quia non fuit consensus liber & absolutus, sed ideo consenserunt, ne testator turbaretur, & alios instituere hæredes, *argumen. l. conficiuntur, in principio. ff. de iure codicillorum.*

ADDITIO.

a Vitiat actum.] Iaf. consi. 26. omissis supra lib. 1.

b Fauorabilem.] Dixi consi. 149. in ista, sub nume. 12. supra libro 2.

c Causa mortis.] Iaf. d. consil. 26. num. 2. vbi addo. & vltra ibi citatos vide Dilect. de arte testan. tit. de his qui non hab. test. fact. caut. 8. nu. 5.

d Secus est.] Addo eundem d. consi. 26. nu. 2. vbi scripsi.

e Volun-

c Voluntati.] Ias. consilio 6. primum dubium, num. 29. supra cod. vbi dixi.
f Donatariorum.] Refert & sequitur Rolan. consi. 82. 1. facie, nu. 27. 28. lib. 1.
g Augerius.] Late Ias. consi. 40. cap. primum. nu. 6. 7. supra lib. 1. vbi addo.
h Apposita.] Ias. consi. 147. cap. primam. num. 4. & 5. supra lib. 2. vbi dixi.
i Factam.] Soc. sen. consi 79. si essemus, nu 19. lib. 4.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXIII.

THEMA.

PEr imperialem maiestatem concessa fuit immunitas quondam Raymondello Banę de Grazano, & Gulielmo eius filio, pro se & quibuslibet eorum hęredibus ab vniuersis & singulis daciis, collectis, fodris, impositionibus, rodiis, auariis, guardiis, & scaraguardiis, exactionibus, & quibuscunq; oneribus personalibus, realibus, siue mistis, vel etiam extraordinariis quibuscunq; nominibus appellentur, de prædiis acquisitis & acquirendis, non obstantibus aliquibus statutis, ordinationibus, capitulis, seu constitutionibus scriptis vel municipalibus in contrarium editis vel edendis. Quidam nobiles prætendentes se eorum descendentes & hęredes, acquisiuerunt quamplura prædia à singularibus personis de Roxignano, quæ erant allibrata & descripta in libro æstimi, seu regiſtri cōmunis & hominum Roxignani. Quæritur, an dicti nobiles possint ex dicto priuilegio imperiali se immunes de iure tueri à quibuscunque oneribus personalibus, realibus, & mistis, ordinariis, & extraordinariis, necnon & à collectis in dicto loco Roxignani?

SVMMARIA.

1 *Prædia per regiſtrationem & æstimum sunt affecta & obligata quibuscunq; oneribus & collectis. & num. seqq.*
Æstimum. In æstimo prædia descripta sunt affecta & obligata quibuscunq; oneribus & collectis. vide verbo prædia.
2 *Forenses qui alias sunt de iure exempti à muneribus etiam mixtis & collectis, si emant rem scriptam in æstimo communis, quæ est affecta pro collectis, tenentur soluere onera vetera & noua. & nu. 7.*
3 *Res affecta transit cum onere suo.*
4 *Ecclesia ad quam transit fundus habens onus annexum soluendi censum vel tributum, tenetur illud præstare.*
5 *Ecclesia acquirens prædia iam descripta & allibrata pro oneribus patrimonialibus & collectis, tenetur pro illis soluere onera & collectas.*
6 *Prædia allibrata non possunt alienari sine onere soluendi censum, vel tributum, vel collectas.*
8 *Collectæ imponuntur etiam forensibus possidentibus prædia in territorio ex generali consuetudine Italiæ.*
Forensibus possidentibus prædia in territorio imponuntur collectæ ex generali consuetudine Italiæ. vide verbo collectæ.
9 *Statutum sicut potest facere, vt oēs ingredientes portam aliquid soluant, ita potest facere vt omnes, qui colunt vel coli faciūt prædia in suo districtu soluant.*
Reſcriptum. per Imperatoris reſcriptum non possunt remitti collectæ, dacia, vel gabellæ, nisi esset adiecta clausula, non obstante tali lege. vide verb. Imperator.
10 *Imperator per reſcriptum suum non potest remittere collectas, dacia, vel gabellas, nisi adiecta sit clausula, non obstante tali lege.*
11 *Clausula. per clausulam* (non obstantibus statutis) *non intelligitur derogatum legi, & sic iuri communi.*
12 *Immunitas concessa per reſcriptum imperatoris non intelligitur concessa pro prædiis, quæ iam antea erant regiſtrata.*
13 *Reſcriptum Imperatoris concessum, non obstante lege à muneribus, in dubio intelligitur solum de extraordinariis, nisi sit dictum à muneribus ordinariis & extraordinariis.*
Immunitas concessa per reſcriptum Imperatoris ab oneribus intelligitur in dubio de extraordinariis, nisi dictum sit à muneribus ordinariis & extraordinariis. vide verbo reſcriptum.
14 *Imperator concedens alicui remunerationis gratia immunitatō simpliciter, nisi nominatim aliud sit comprehensum, non intelligitur concedere à muneribus ordinariis tantum, & si sit expressum à muneribus ordinariis, non intelligitur nisi à personalibus tantum, nisi aliud sit nominatim in reſcripto comprehensum, quamuis aliud sit in extraordinariis.*
15 *Immunitatis priuilegium concessum ab Imperatore pro prædiis acquisitis, & acquirendis, intelligitur de prædiis acquirendis, quæ erant libera tempore acquisitionis.*
16 *Ecclesia non tenetur soluere censum vel tributum pro prædiis liberis, quæ peruenerint ad eam, secus si prædia prius erant tributaria.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

DIcta prædia acquisita per istos nobiles à certis hominib. de Roignano iam erant allibrata & regiſtrata in libro æstimi seu regiſtri communis & hominū Roxignani pro supportandis quibuscunque oneribus ordinariis, & extraordinariis. & pro collectis dicti loci: ergo per regiſtrationē, seu per † æstimum talia prædia sunt affecta & obligata quibuscunque oneribus & collectis: [a] *vt est glo. in l. incola, la 2. & ibi Bartol. ff. ad municip.* Hinc est quod forenses, † qui alias sunt de iure exempti à muneribus etiam mistis, & à collectis. *l. reſcripto. §. fin. ff. de muner. & hono. Bar. in l. 1. in 4. col. C. de mulie. in quo loc. lib. 10.* tamen si emerent rem descriptam in æstimo cōmunis, [b] quæ est affecta pro collectis, tunc tenerentē soluere onera vetera & noua; *secundum Bal. in l. 1. §. quod si nemo. in 2. & 3. q. ff. quod*

1 a 2 b

cuiusq; vniuer. & in l.etiam, in vlt.col. C.de execu.rei iudi. & sequitur do.Alex. in consi.146. secunda part. quod incipit, Quoniam abunde. Paul.de Cast. do Alex. & Aret. in l. 3 *apud Iulianum.§.hæres ff. de lega.1.* Vnde res † affecta c seu obnoxiata munerib. transit cum onere suo. c *l. alienatio, ff.de contrah.empt. c.pastoralis. & c.cum in tua. de decimis. & c.ex literis, circa finem, de pignorib. & 16.q. 1.c.si quis laicus, gl. in c.1.in verb. bono. de immu. eccle. in 6. & in specie immunitatis de qua agitur. do.Abb.in c.non minus, in 5.col de immu.eccle.* Hinc est & fortius, quod si 4 fundus habens onus annexum † soluendi censum vel tributum transiret ad ecclesiam, etiam ecclesia tenetur illud præstare. *11.q.1.c.si tributum. & 23.q.8.c. tributa.& 16.q.1.c.placet.vbi Bartol.& alij C.de sacrosan. eccles.& ita in terminis tenet gl ordinaria & approbata in d.capit.1.in verb.bono.de immu.eccle.in 6. & ibi Ioan.And. Archi.Geminia.& Petrus de Anchar.idem tenent. Idem tenet dominus Abbas in cap.non minus, in 5. colum. de immu. eccle. & latius in cap. 1. vbi multa ad hoc adducit, de censibus. Ange. in consilio 24. quod incipit, Ecclesia non tenetur ad munera tributorum. Idem tenet notabiliter Baldus in titulo de pace Constan.in 6.colum.* vbi notabiliter deter- 5 minat quod si possessio per † ecclesiam acquisita erat iam descripta & allibrata pro muneribus patrimonialibus & collectis, *iuxta l.rescripto.§. fi.& l.munerum. §. patrimoniorum. ff.de mune.& ho.* quod tunc res illa est onerata, & cum illo onere transit, adeo quod clericus ad quem peruenit pro illa soluere d tenetur. d *l.alienatio. ff. de contrahenda emptione. l.traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. & l. omnes. Codic. sine censu vel reliq.* Nam pro talibus collectis bona sunt hypothecata, imo sunt quodammodo supposita seruituti cuidam; & ideo ad quemcunq; transeunt, debent transire cum onere suo. *l.in venditione, ff.de act. empt.* Ergo multo fortius in casu præsenti dicendum est, quod prædia quæ erant registrata pro quibuscunque oneribus & collectis in æstimo communis Roxignani, transiuerunt ad istos nobiles cum onere soluendi dicta onera, & collectas. 6 Prædium enim allibratum non potest † alienari sine onere soluendi censum, vel tributum, vel collectas. *l.imperatores, ff.de publi. l.2. & l.omnes. & auth.sed periculum. C. sine censu vel reliq.* Item quando prædia iam sunt effecta tributaria, vel iã sunt affecta & ob- 7 noxiata oneribus † & collectis dicti loci, tunc ad illa tenentur etiam forenses talia prædia habentes; quia tunc dicuntur imponi rebus & non personis, *secundum Bar. in d.l.1.in 5.col.C.de mulie.in quo loc.lib.10.* Item generalis consuetudo per totam Italiam disponit quod etiam forensibus possidentibus præ- 8 dia in territorio † collectæ imponantur: e secundũ e Bar. *in d.l.1. in pen.col. C.de mulie.in quo loco lib.10. & in l.cum neque.C.de incol.lib.10.d.Alex.in consi.101.primi volu.incip.Visis instrumentis exemptionis, in 5.col.& in cons. 68.secundi vol. quod incipit, Viso & bene discusso processu. vbi late examinat, an & quando forensibus possint collectæ imponi.& idem do. Alexan.in consi 52. quinti vol.quod incipit, Visis his quæ in themate continentur.* Alibi dicit e- f gregie f Bald *in l.vnica, in 7. col. C. de senten. quæ pro eo quod interest*, quod quemadmodum statutũ potest 9 facere † quod omnes ingredientes portam aliquid soluant, ita potest facere quod omnes qui colunt, vel coli faciũt prædia in suo districtu soluant. Nam ex hoc quod ibi colunt, ibi seminant, ibi metunt, quasi contrahere videntur. *arg.l.omnem, ff.de iudi.&* quia cum gaudeant possessionibus, consequens est quod soluant onera; *vt notatur in d.l.1.C.de mulie in quo loco, lib.10.* ¶ Non obstat suprascripta immunitas per priuilegium Imperiale cõcessa, super quam isti nobiles se fundare nituntur; quia respondetur quod † per rescriptum Imperatoris non possunt 10 remitti collectæ, vel gabellæ. g *l.omnem.& ibi Bald.* g *in fin.ita expresse notat.C.de vectig.& commiss. & tex.clarus in l.vacuatis. C.de decu.lib.10.& in l.nec damnosa. cum gl.C.de preci.impe.osse.* nisi Imperator in tali rescripto diceret, non obstante h tali lege; *secundum Bartolum,* h *Baldum, & Angelum in dicta lege vacuatis.* Sed in isto priuilegio immunitatis Imperator solum dicit, *non obstantibus aliquibus statutis, ordinationibus, vel capitulis,* sed per istam clausulam (*non obstantibus statutis*) non intelligitur † derogatum legi, & sic iuri communi; 11 secundum dominos de Rota *in decisionibus nouis, in titu. de præben. decis.1. vbi allegant Ioan. Monach. in c.cum aliquibus, de rescript. in 6. & ita refert & sequitur Geminia.in cap. si pro clericis, in 1.colum.& in cap.ei cui, de præben.in 6.Alberic.de Rosa. in prima parte statutorum, quæst. 147. incip. Statuto alicuius ecclesiæ, in 3. colum.& sequen.* Item per tale † rescriptum Imperatorium non in- 12 telligitur concessa immunitas, pro prædiis quæ ante acquisitionem iam erant registrata, & obnoxiata muneribus, & collectis communis Roxignani. Hoc patet clare in terminis fortioribus. Nam ecclesia de iure communi habet priuilegium immunitatis ab omnibus muneribus & collectis. *authen. item nulla potestas. C. de episcop.& cleric.& cap 1. de immu.eccle.in 6.* & tamen si prædium prius obligatum censui vel tributo transeat in ecclesiam, quia intelligitur transire cum suo onere, ecclesia tunc tenetur soluere onus census vel tributi, nec tunc vtitur suo priuilegio immunitatis, vt superius late fuit concluſum: Ergo idem multo fortius dicendum est in casu præsenti. Item rescriptum Imperatoris concessum, non obstante lege, † ad hoc vt habea- 13 tur immunitas, debet dicere à muneribus ordinariis & extraordinariis, alias in dubio viderentur solum extraordinaria esse remiss.; *vt l.ei qui.& l.his honoribus.§.qui muneris ff.de excu.mune.secundum Bart.& Angel.in d.l.vacuatis.& Bart. in l.2.ff de iure immu.* Sed in isto priuilegio non fit expressa mentio de muneribus ordinariis: ergo munera ordinaria non intelliguntur esse remissa. *similiter dicit Bald. in d. l. vacuatis, in 2.colum.* quod si Imperator volens remunerare personam aliquam cõcedat immunitatem simpliciter, † nisi nominatim aliud sit compre- 14 hensum, non intelligitur concedere à muneribus ordinariis, sed ab his quæ extra ordinem emergunt. *l 1.C.de vaca.mun.ciui.lib.10. & l.hi qui.ff.de vaca. mun.*& si sit expressum à muneribus ordinariis non intelligitur nisi à personalibus tantum: *vt l.3. C.de mune.patrimo.lib.10.* nisi aliud sit nominatim in rescripto comprehensum. *l.neque Dorotheum. & l. decurio. C.de decu. lib.10.* diuersum in extraordinariis: quia immunitas ab his concessa intelligitur etiam concessa à realibus. *l.cui muneris, secundo responso. ff.de vaca. mune.* & ista sunt bene notanda, secundum Bal.ibi. ¶ Non obstat q; in dicto priuilegio imperatorio dicatur, de prædiis acquisitis & acquirendis, quia intelligitur † de prædiis acquirẽdis, quæ erunt 15

libera

libera tempore acquisitionis, nō autem quæ erunt allibrata & registrata, & sic affecta & obnoxiata oneribus seu collectis, quia illa transeunt cum oneribus suis, vt superius late dixi. sicut etiam dicimus
16 in ecclesia, quod † si prædia libera peruenerint ad ecclesiam, non tenetur ecclesia pro eis soluere aliquem censum vel tributum: *vt l.fi. & ibi Bar. C. de exacto. trib. lib. 10.* Si autem prædia prius erant tributaria, & sic affecta muneribus realibus antequam efficerentur ecclesiæ, si postea fiant ecclesiæ, transeunt cum onere soluendi onera & collectas, *secundum Iac. But. Bar. & Salyc. in l. placet, C. de sacrosanct. eccles. & d. Abb. in c. 1. in 2. col. circa fin. de censib.*

ADDITIO.

a Collectis.] Nobiles de iure communi habentes iurisdictionem in loco non possunt collectari. Iser. c. 1. verb. & plaustrorum, quæ sint regal. Natta consil. 460. perlectis, nu. 16. & ita fuisse iudicatum in parlamento Gratianopolitano testatur Guid. Pap. q. 384. sed quid de nobilib. sequitur Chassan. consi. 64. viso processu nu. 6. & seq. Tiraq. tract. de nobil. q. 7. idem voluit Bertran. consil. 141. visis duob. colum. 1. lib. 1. addo Brun. consi. 103. casus iste. per totum maxime num. 3. cum seq. Nattam consil. 406. vertitur lis. & consi. 431 circa ea quæ vbi extendit ad onera Cęsarea & consuluit pro nobilib. Montilii pro quibus fuit iudicatum. & pro nobilibus Viarisii. idem Natta consi 520. perstringendo, nu. 22. cum seqq. vbi dicit ita fuisse iudicatum. Alcia. late consil. 168. conclusio, per totum. & consi. 185. circa constitutiones, in prin. ita etiam in fauorem dominorum villæ consuluit Deatus cuius consil. ascripsit sibi Sylua. consilio 60. considerato vbi inseritur subscriptio Alcia. quæ est impressa in consi. Alcia. consilio 80. vbi is in specie attestatur ita fuisse consultum non per Syluanum, sed per Deatum. Et hæc conclusio est verissima, nisi prius bona essent registrata, & postea acquirerentur per nobiles loci, vt inquit Ias. hic & consuluit pro communitate Casurtii. Curt. iunior consil. 174. in causa vertente. & pro communitate Titii consi. 209. diligenter ac mature. nume. 24. libr. 3. & dixi ego consilio 73. quæst. nu. 3. & 16.

b Communis.] Paris. cons. 25. primo aspectu, nu. 77. lib. 1.

c Onere suo.] Afflict. decis. 95. Ang nu 4. Paris. consil. 127. nu. 12. lib. 4. Socin. iun. consi. 70. prosequendo nu. 14. lib 1. (& arguendo) consi. 74 licet præsentis, nu. 8. lib. 30. Natta consi. 101. videretur nu. 17. Tiraq. de retract. conjang §. 1. gl. 10. nu. 13. Menoch. consi. 2. magni, nu. 31. consi. 75 hæc iamdiu, num. 88. & consil. 80. plura efficiunt, num. 79. addo Socin. iun. consilio 4. Themate, num. 18. libr. 2 consil. 94 consideratis nu. 19. lib. 3. vbi hoc consil. citat. & consil. 76. viso themate nu. 28. & 38. lib. 4. Ceph. consi 281. Magnifici, nu. 7. Riminal. consi. 40. annis elapsis, nu. 10. & alios adduxi consilio 24. cum magnificus, num. 28.

d Soluere tenetur.] Beroi. cons. 150. viso nu 19. lib. 3. & refert Sylua. cons. 66. quæritur, nu. 6. nam bona descripta in æstimo dicuntur tacite hypothecata pro collectis vt post Ias. hic citatum trad. Osas. decis. 95. anno 1554. nu. 32. Rolan. consil. 79. & si vnusquisque nu. 2. lib. 4. Boss. de prin. n. 102. & seq. & de fisco nu. 26. Beroi. d. cons. 150. nu. 29.

e Imponantur.] Dec. cons 358. placet mihi, nu. 2. cons. 694. pro resolutione nu. 2. vers. sed tamen his. Roch. de Cur. c. fin. nu. 720. cum seqq. de consue. Rub. consi. 9. in causa num. 10. Parpal. l. placet au. 20. C. de sacrosanct. eccles. Aymo. consilio 111. spectabilis, nu. 1. & consil. 201. præsupponitur, sub nu. 14. Soc. iun. consil. 58. magnifici, num. 15. lib. 1. d. consil. 76. num. 26. cap. fin. & con. 33. pulchra est, num. 10. in fi. lib. 3. Curt. iun. consi. 60. casus in facto, sub num. 2. & consi. 61. habita num. 5. Natta consilio 150. super eo. in fi. cons. 157. in casu nu. 10. consil. 218. licet de iure. sub nu. 3 & consi. 304. in præsenti, num 4. Purpur. inter consil. feud. diuers. consi 6. placet, num. 5. Gabr. com. opin. lib. 6. de iure immu. concl 2. nu. 6 7. Rolan. vbi hoc consil. citat. consil. 32. primo quidem, num. 8. cum seqq. l b 1. & d. consil. 79. num. 18 & Ias refert Rimin iun. consilio 2. illustriss. num. 31. & pro declaratione vide eundem consilio 25. in causa illustriss. num. 25.

f Egregie.] Alex. consi. 52. visis his, nu. 6. lib. 5. Firma. in re-per. verb. collecta quib. vers. 11. addo Dec. d. consi. 694. sub nu. 6. versi & sicut virtute consuetudinis. Cur. iun. d. consi 60. sub nu. 2. versic. sic etiam & d. consi. 61. sub nume. 5. versi. sic etiam dixit Bald. Brun. tracta. quod statutibus mascu. 6. articu. col. 6. Natta consil 389. quod statutum, nu. 4. cum aliis adductis per Aymo. vbi etiam hoc consil citat. d. consil. 201. sub nume. 14. Gabr. d. concl. 2. nu. 15. vbi alios adducit Ceph. consi. 171. multa adhuc, nu. 24 & Rimin. iun. consi. 10. contendunt, num. 14. vbi Ias. refert. opin. tamen Bal. improbat Ruin. consi. 111. viso prolixo. col. pen. lib. 5. Natta. cons. 447. quoniam abunde. nu. 4. 5 & seqq. & Rimin. iun. d. consi. 25. nu 33. 34 sed pro declaratione dictorum Bal. vide Nattam consil. 157. in casu nu. 10. 11. & consi. seq. nu. 1. cum seqq.

g Gabellæ.] Ias. consi. 20 in præsenti, nu. 18. supra lib. 1.

h Obstante.] Idem Ias. consil. 101. immunitas, col. 3. ver. 4. respondetur infra lib. 4.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXIV.

THEMA.

VERBA conuentionis seu inuestituræ ita formaliter se habent. Item pro satisfaciendo requisitioni factæ per commune & homines de Rosascho præfatis magnificis dom. Cicho Simonetę & Petro de Galarate, volentes certam quantitatem aquæ pro adaquandis pratis, & implendis foueis, & purganda terra Rosaschi, suæ magnificentiæ, vt ostendant quod eos ament, & contententur de eorum vtilitate, sunt contenti dare & concedere, & ex nūc dant & concedunt in emphyteusin perpetuam, cum omnibus solennitatibus opportunis & necessariis in tali concessione, vncias sex aquæ pro adaquando prata & terrenum super territorio Rosaschi tantum, & aliis eorum propriis terrenis vicinis & annexis proprio territorio Rosaschi vsq; ad summam perticarum trecētarum. ¶ Dubitatur an vigore dictorum verborū cōmune & homines Rosaschi possint passim irrigare super territorio Rosaschi quācunque terreni quantitatem, & vltra hoc alias perticas trecentas alterius terreni annexi ipsi territorio Rosaschi? an vero compurato territorio Rosaschi & aliis prædiis annexis, habeant solum facultatem irrigandi perticas trecentas & non vltra?

SVMMARIA.

1 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, si non subest ratio quare magis ad vnum quam ad aliud referatur, & numero 17. & cum duob. seqq. vbi declaratur.*

2 *Interpretatio facienda est contra eum qui se fundat in aliquo pacto, quia legem apertius non dixerit. & numero 20.*

3 *Mens & voluntas contrahentium magis debet inspici quam conceptio verborum: & nu. seq. & num. 5. vbi hoc ait esse verum, quamuis verba essent ambigua.*

4 *Contra-*

4 *Contractus. In contractibus magis sensus quam verba spectandus. & hoc verum est quando constat de sensu vt ibi.*

Concessio aquæ pro irrigando seu adaquando prata & terrenum super territorio Rosaschi tantũ & aliis eorum propriis terreniis vicinis & annexis proprio territorio Rosaschi quomodo intelligitur num. 5.

6 *Dictio* tantum. *Natura termini taxatiui* (tantum) *est sic excludere extranea vt cuncta pertinentia ad ipsum includat.*

7 *Precij seu pensionis quantitas ostendit quid & quantum in contractu veniat, & ex quantitate precij & mercedis discernitur emptor à conductore & num. seqq.*

8 *Verisimilitudo resultans ex quantitate precij vel qualitate rei in contractibus semper inspici debet.*

Interpretatio in contractibus debet semper sic fieri, vt non sit vana & elusoria & num. seqq.

10 *Vsufructuarius non tenetur soluere tributa & onera reipublica, sed bares pro eo, quã lo alias legatũ vsusfructus efficeretur inane & frustratorium.*

11 *Clausula vnius instrumenti potest declarari per aliam alterius instrumenti facti inter easd. m personas & de eadem re.*

12 *Aqueductus. In aqueductibus attenditur longa consuetudo & numerus seqq.*

13 *Aqueius quod cõpetit ex consuetudine est fortius quam illud quod competit ex pactis priuatorum.*

14 *Emphyteuta & solenniter inuestitus præsumitur quis qui per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem.*

15 *Causa ampliat vel restringit restruationem vel exceptionem.*

16 *Interpretatio talis in contractibus fieri debet, vt nõ sequatur absurdum.*

Interpretatio ita fieri debet ne sequatur absurdum, vide ver. interpretatione.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

CONSIDERATIS diligenter verbis suprascriptæ conuentionis. Videretur prima animaduersione dicendum quod talis concessio aquę intelligatur limitata & restricta ad solas perticas trecentas territorij Rosaschi & aliorum prædiorum annexorum, quia illa clausula, *vsque ad summam perticarum trecentarum*, posita in fine illius concessionis, debet referri ad omnia præcedentia, cum sit clausula quæ de per se stat, nec apparet quod sit apposita magis ad qualificandum terrenum annexum quam terrenum Rosaschi. Vnde succedit trita re-
1 gula, † quod clausula in fine posita refertur ad o-
a mnia præcedentia, [a] si non subest ratio quare magis ad vnum quam ad aliud referatur. *l. 1. in fin. C. de liber. prater. l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & capit. secundo requiris. de appella.* ¶ Secundo, quia ex quo communitas Rosaschi vult se fundare in dicto pacto, im-
2 putandum † est ei quare legem conuentionis apertius non dixerit. *l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo scripsit obscuritatem. ff. de contrahend. empt. & l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. & in reg. contra eum. & ibi gloss. de regu. iur. in 6.* Hinc est quod vbicunque probatio necessario non concludit, semper interpretatur contra probantem, [b] *vt est gloss. in capit. in* b
præsentia. de probat. quam pro singulari ad hoc notat Bald. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. instituend. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure prævalere, quod vigore dictæ conuentionis commune & homines Rosaschi possint passim & absolute irrigare super territorio Rosaschi quamcunque terræ quantitatem, & vlterius perticas trecentas alterius terreni annexi territorio Rosaschi, ex fundamentis infrascriptis, ex quibus apparebunt sublata in oppositum adducta ¶ Moueor in primis, quia in materia contractuum ista est vna maxima in iure, quod mens & voluntas contrahentium † magis debet inspici quam verborum concep- 3
tio. [c] *ita dicit text. in l. fin. C. quæres pign. obl g. poss.* & c
in l. in conuentionibus. ff. de verbo. ũ signifi. & in. l. sed Celsus. §. 1. ff. de contrahend. empt. & in l. ita stipulatus. in vers. Sabinus. in verb. ex sententia contrahentium. cum gloss. ff. de verbo. oblig. Alex. in consil. 125. quinti volumi. quod incipit, Attentis verbis inuestiturę. in fin. Alibi notat gloss. *in l. si in venditione. in gloss. fin. ff. commu. prædio.* causam verborum & mentem contrahentium inspiciendam, non tantum significationem. quam gloss. Bald. & Paul. de Castr. ibi reputant valde tenẽdam menti. Alibi multum egregie notat Bald. *in l. etiam. in pr mo notabili per illum text. Cod. de iur. dot.* sensum in cõtractibus magis † quam verba esse spe- 4
ctandum; *vt ibi & in §. conditio. ff. de adi. leg. & institu. de leg. in pr. incip.* Nam habito sensu, habemus finem siue finalem intentionem, & habito fine, non curamus de modo siue qualitate verborum, & istud est verum vbi de consensu constat, siue per legis interpretationem, siue per naturalem rationem, vel per æquitatis suggestionem, vel per aliqua indicia, dum tamen iste sensus possit aliquo modo ex verbis concipi; *vt l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & posth. & l. si alij. vbi notatur. ff. de vsufr. leg. facit c. intelligentia. de verb. sign. & 21. quæst. 1. cap. Marchio.* ita ibidem opportune & multum ad propositũ dicit Bald. quia, vt infra subiiciam, per naturalem rationem, & per æquitatis suggestionem, & per multa indicia ostendam mentem contrahentium fuisse in illis verbis conuentionis, q̃ commune Rosaschi posset in territorio Rosaschi quancunque terræ quantitatem irrigare, & vlterius alias perticas trecentas alterius territorij ei annexi. Item vbicunque de voluntate contrahẽtium apparet quamuis verba sint ambigua, † semper intentio 5
præferenda est, cum nusquam verborum series potentior existat. *l. 3. ad fi. Cod. de liber. prater. secundum Ang. in consil. 2. quod incipit, C. tum est. in pen. colum.* ¶ Quod autem in proposito nostro mens & voluntas ipsorum cõtrahentium talis fuerit, qualem proxime dixi, ostenditur ex quinque principalib. ¶ Primo ex ipsis verbis conuentionis dum dicitur, *pro adaquando prata & terrenũ super territorio Rosaschi tantũ.* pondero multum illam dictionem taxatiuam, *tantum*, quæ excludit limitationem trecentarum perticarum infra positam, & ostendit quod solum super territorio Rosaschi non est limitatum aliquod terrenum, nec aliquis numerus perticarum, quia natura termini taxatiui, † tantum, est sic excludere 6
extranea, quod cuncta pertinentia ad ipsum includit.

d dit. [d] *text. est solennis in clemen. exiui. in versic. cum autem natura. de verborum significa. quem text. ad hoc reputat aureum, singularem, & peregrinum Ioann de Ana. in consilio 36. incip. Verum cosani.* Et illa taxatiua, *tantum*, non fuit apposita in ista conuentione ad alium effectum, nec aliud potest importare, nisi hoc solum quod super territoria Rosaschi tantum liceat adaquare quæcunque prata, & quodcunque terrenum. ¶ Secundo ex quantitate pretij. & sic ex
7 quantitate ficti præsumitur † quid & quantum in
e contractu veniat: *vt est gloss. notabilis* [e] *in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. in gloss. magna. circa medium*, quæ notabiliter vult quod ex qualitate rei præsumitur, quid sit actum à contrahentibus. & illam gloss. reputat ibi Bartol. esse tenendam menti ad multa, & præsertim, quod si vendo tibi istam possessionem vsque ad talem domum pro mille, quod ex quantitate pretij præsumitur an illa domus includatur. *& ita etiam tenet Bart. in l. patronus. §. 1. in 2. columna. ff. de lega. 3. dominus Alexander in consilio 26. quarti volum. quod incipit, Consideratis verbis & aliis quæ in themate continentur. circa fin.* Item in contractibus debemus semper inspicere verisimilitudi-
8 nem resultantem ex quantitate pretij † vel qualitate rei; *per dictam gloss. in l. semper in stipulationibus; secundum Bartol. in l. Paulus. circa princip. ff. de solut.* Alibi dicit Bartol *in l. cum tabernam. in princip. ff. de solut.* Alibi dicit Bart. *in l. cum tabernam. in princ. ff. de pignor.* venditionem & alienationem proprietatis debere stricte intelligi, nisi ex quantitate pretij vel ex alia coniectura aliud præsumitur. allegat ad hoc gloss. *in dicta l. semper in stipulationibus.* Item ex quantitate pretij præsumitur quid in contractu veniat: *vt per Ang. & Imol. in l. quicquid astringendæ. in princip. ff. de verborum obligat.* Item ex quantitate pretij & mercedis discernitur emptor à conductore. *ita dicit gloss. notabilis in l. 1. §. 1. in verb. agendo. ff. de superficiebus. & ibi Bartol. circa fina. reputat esse valde notandam.* Modo in proposito, quantitas dicti ficti, quæ est ducatorum triginta singulo anno, clarissime ostendit quod irrigatio possit fieri pro quantacunque quantitate terræ in territorio Rosaschi, & vlterius in aliis trecentis perticis in alio terreno illi annexo: quia si non posset fieri irrigatio nisi pro solis perticis trecentis tam in territorio Rosaschi, quam in illi annexo, non solueretur tanta quantitas ficti triginta ducatorum pro solis perticis trecentis. & hoc constat per naturalem rationem, & per æquitatis suggestionem: *vt pulchre dicit Bald. in dicta. l. etiam. in primo notabili. Cod. de iur. do. quem supra retuli.* Et sic illa verba, vsque ad summam perticarum trecentarum, referuntur ad verba proxima ibi, & aliis eorum propriis terrenis vicinis & annexis, non autem referuntur ad alia præcedentia. ¶ Tertio, quod talis fuerit mens & voluntas contrahentium qualem dixi, o-
stenditur. Nam alias eluforia & frustratoria fuisset concessio sex vnciarum aquæ, si intelligeretur solum pro irrigandis trecentis perticis, pro quibus lõge minor quantitas aquæ fuisset sufficiens, sed con-
9 cessio in contractibus semper debet † sic intelligi vt
f non sit vana & eluforia: [f] *vt l. fin. in princip. in verb. alioquin nec quicquam mihi caueatur. & ibi Paul. de Castr. & dominus Alexander ad hoc notant. ff. si certum petatur. & l. hanc legem. ff. de contrahend. emptio. facit l. si quando. in princip. ff. de lega. 1. & capitu. si Papa in princip. de priui. in 6. & text. notabilis in capitu. commissa. §. porro. de elect. in 6. in verb. ne statutum ipsum fiat Iudibrio debitoque frustretur effectu. Accedat etiam text. notabilis in l. qui concubinam. §. qui cr. os. cum gloss fin. ff. de lega. 3.* Vbi hæres tenetur soluere pro vsufructuario tributa & onera reipublicæ, quando † alias lega- 10
tum tale efficeretur inane & frustratorium. *quem text.* [g] *ad hoc commendat Bartol. in l. hu verbu. §. 1. ff. de* g
leg. 3. & ad hoc reputat singularem Aretin. in l. huiusmod. ff. de verborum obliga. Accedat quod dicit Bald. *in Rubric. Cod. de contrahend. empt. in 9. quæstio.* quod in contractibus nihil debet censeri appositum sine effectu operandi. [h] ¶ Quarto, ista mens & voluntas h
contrahentium expresse declaratur ex alio instrumento conuentionum initarum per communitatem Rosaschi cum eodem magnifico domi. Petro de Galarate, quod possent extrahere de dicta rugia vncias sex aquæ, & de dictis vnciis sex disponere, prout hominibus dictæ cõmunitatis placuerit, pro implendo foueas dictæ terræ, & pro adaquando omnes illas terras quas adaquare voluerint super dicto territorio Rosaschi tantum, etiam extra dictum territorium Rosaschi perticas quinquaginta tantum, vicinas dicto territorio. Vnde clausula vnius
instrumenti † potest declarari per aliam alterius in- 11
strumenti factam inter easdem personas, & de eadẽ re; sicut in simili quando dubitatur de volũtate defuncti potest p̃bari & declarari per aliam suam scripturam: [i] *vt notat Bartol. in l. alimenta. in princip. ff. de* i
ali. & cib. legat. per illum text. in §. 1. Accedat quod singulariter tenet Ioann Andr. *in addit. Specu. in tit. de depositio. super Rubri.* Vbi tenet quod promissio nuda quæ reperitur in libro mercatoris, suppletur à causa quæ potest colligi ex aliis scripturis præcedentib. in eodem. lib. refert & simpliciter sequitur Aretin. *in l. triticum ff. de verborum obliga.* ¶ Quinto cõmune & homines Rosaschi per spatium annorum decem & septem & vltra, vsi sunt dictis sex vnciis aquæ ad irrigandum quamcunque quantitatem terræ sitæ in territorio Rosaschi circa perticas bis mille vel circa, vltra alias trecentas perticas territorij vicini & annexi scientibus & patientibus his qui concesserunt. Vnde succedit illud quod dicit text. notabilis *in l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen.* qui dicit † cõ- 12
suetudinem longam, velut iure impositam, seruitutem videri. *& text. egregius in l. fin. ff. eodem.* qui dicit solere eos qui iuri dicundo præsunt tueri aquæductus quibus authoritatem vetustas daret, tametsi ius non probaretur. *& gloss. ibi in verbo. vetustas.* intelligit scilicet decem annorum. ¶ Confirmatur optime, quia ius aquæ quod † competit ex consuetu- 13
dine est fortius, quam illud quod competit ex pactis priuatorum; [k] *ita eleganter dicit Bald. in titu. de pace Constan. in 31. colum. in versic. saluo iure aquæ Labrensis.* k
quem refert & sequitur dominus Bartholomæus Veronensis in tractatu seruitutum rusticarum. in titu. de serui. aquæductu. in 1. colum. facit bene text. in l. si filius. Cod. de petit. hared. & quod notat Bartol. in l. cum de in rem verso. in penultima columna. ff. de vsur. & in l. 1 tibus. C. de agri & censi. lib. 11. Accedat quod si aliquis per decennium rem tenuit tãquam emphyteuta, [l] & solenni l
ter inuestitus; *vt est gloss. in l. 2. in gloss. magna, vbi al qvãdo plene dixi. Cod. de iure emphyteutico. Bartol. in l. 3. §. ex*

contra-

contrarij. ff. de acquir. poss. & in d.l. litibus. Bald. in l. si certis annis. Cod. de paēt. & in c. ecclesia sutrina. ad fi. de caus. poss. & proprie. Salyc. in d. l. cum de in rem verso. in 6. quæst. Ang. & modern. in l. prætor. in princ ff. de eden. Facit bonus text. in c 1. qualiter olim feudum poterat alienari. Accedat etiam quod notant Bartol. & Bald. in l. cum post. in princ. per illum text. ff. de iure dot. vbi notant qꝑ patientia sola inducit pactum allegatum contra patientem. Item aduertendum quod si in iuribus prę- allegatis vsus aquæ decem annorum sufficit ad probandum titulum, & seruitutem, quanto magis in proposito debet sufficere vsus dictæ aquæ spatio septemdecim annorum ad declarādum quantitatem terreni, quæ possit ex dicta aqua irrigari. argument. *l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. & capit. pastoralis. §. 1. de appella.* ¶ Sexto pro eadem parte bene
15 facit † quia causa ampliat vel restringit reseruationē vel exceptionem. *ita notant Bald. & Angel. in l. si in venditione. per gloss. ibi. ff. commu. prædio.* Vnde in casu præsenti illa limitatio seu exceptio quæ ponitur vsque ad summam perticarum trecentarum, si consideremus eius causam, restringitur solum ad perticas trecentas territorij annexi territorio Rosaschi, quia eius causa fuit apposita talis limitatio seu exceptio, non autem restringit aliquid de ipso territorio Rosaschi, vt satis apparet ex aliis fundamentis superius adductis. ¶ Septimo & vltimo facit, quia etiam in
16 contractibus debet fieri talis interpretatio, † quod
m non sequatur absurdum. [m] *l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verborum obligat. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tut. cum vulgaribus. dominus Alexand. in consilio 125. quinti volum. quod incipit, Attentis verbis inuestituræ. circa fin.* Sed si diceremus vsum dictarum sex vnciarum aquæ restringi solum ad perticas trecentas tam territorij Rosaschi quam alterius territorij sibi connexi, sequerentur multa absurda, quæ patent ex superius deductis: præsertim quod non expediret tanta quantitas aquæ pro irrigandis solis perticis trecentis, prout docet experientia rerum magistra. *capitu. quam sit. in princip. de elect. in 6.* Item pro perticis trecentis non fuisset taxata tam magna quantitas ficti triginta ducatorum singulo anno. ¶ Tenendo istam partem in fauorem communis & hominum Rosaschi, quæ est de iure vera, non obstant ea quæ superius in oppositum adducebantur: quia licet ex septem fundamentis superius factis sublata remaneant, tamen ad ea adhuc particulariter respondetur. ¶ Et primo non obstat dum dicebatur quod illa clausula, vsque ad summam perticarum trecentarum, posita in fine illius conuentionis debeat referri ad omnia præcedentia: quia respon-
17 detur hoc esse verum nisi ex aliis verbis eiusdem † conuentionis, & ex mente contrahentium, & quantitate ficti, & ex longo vsu aliter appareat: vt ex fundamentis supra factis ostenditur. Item illa regula, quod clausula in fine posita debeat ad omnia præcedentia referri, non procedit quando ita referendo
18 dispositio † redderetur inutilis, [n] vt in casu præsen-
n ti. *l. cum vulgari. ff. de do. prælega. & ita dicit Bartol. in dicta l. talis scriptura. §. 1. & §. hanc autem. ff. de lega. 1.* Item clausula in fine posita non refertur ad omnia præcedentia, quādo ex tali relatione sequeretur ab-
19 surdum, † vel aliquod incōueniens, [o] vt in casu no-
o stro, *vt est text. in capitu. ecclesia nostra. el 2. de electio.* & ibi dom. Abbas *in 6. notabili* ad hoc multum nōtat, & dicit quod ille text. est ad hoc semper tenendus menti, & quod nescit sibi similem in toto corpore iuris canonici, sed addo similem text. *in cle. ne in agro. §. cæterum. iuncta gloss. de statu. reg. quem ad hoc allegat idem dominus Abbas in capitu. secundo requirit. de appella.* ¶ Non obstat aliud dum dicebatur quod imputandum est communitati Rosaschi, quare legem istius conuentionis apertius nō dixerit, ex quo vult in ea se fundare; quia respondetur † quod talis con- 20
uentio est satis clara in fauorem communis & hominum Rosaschi, consideratis verbis & quantitate precij, seu ficti, & numero vnciarum aquæ, & vsu ipsius aquæ, per longum tempus, necnon considerata mente & voluntate ipsorum contrahentium, & naturaliter ratione, & æquitatis suggestione. Item etiam consideratis pluribus absurdis, quæ alias sequerentur, vt ex fundamentis superius deductis euidenter apparet.

ADDITIO.

a Præcedentia.] Iaſ. consil. 47. circa dicta numero 1. supra eodem.

b Probantem.] Vide eundem. l. non hoc num. 4. C. vnde legit. consil. 36. in causa mota num. 17. supra eodem. C. rot. cons. 47. visa num. 22. Tiraquel. de vtroq; retr. parte 1. §. 1. glos. 16. num. 4. vbi alios adducit, & vide quæ dicit Iaſ. circa probationem non concludentem & ibi per me addita consilio 81. videretur num. 9. supra eodem.

c Conceptio.] Iaſ. l. si tibi. colum. 1. si certum peta. l. in conuentionibus nor. de verborum obligat. Parisi. consil. 32. nu. 10. libro 1. Gabr. consil. 90. Anno 1504. numero 16. consilio 164. Bernardinus numero 9. & consil. 181. existimo num. 19. Natta consil. 34. præsupponitur num. 1. Rolandi. consil. 37. capit. præsentem num. 22. consil. 61 quoniam duæ numero 33. cum seqq. libro 2. consil. 58. in præsenti num. 34. cum seqq. libr. 3. & hoc procedit quando de mente clare constat, & verba proprie vel saltem improprie conueniunt menti: alias standum est verbis Roland. consilio 59. in causa agitanda numero 42. libro 3. omnino Tiraquell. l. si vnquam verb. libertis numero 38. vbi Iaſ hic refert. C. de reuoc. donat. addo Socin. Iun. consil. 94. consideratis num. 36. lib. 3. vbi & ipse huius consil. meminit, sicuti & Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita 3. parte num. 49.

d Includit.] Idem Iaſ. l. cognitio in princip. num. 7. ff. de officio eius.

e Gloss. notabilis.] Alexand. consil. 68. visis in fin. lib. 5. cōsil. 104. quoniam numero 5. libro 6. Iaſ. l. 1. post numero 23. vers. dictam tamen gloss. C. de iure emphyteut. Socin. Sen. consil. 248. nunquid colum. 2. vers. quia ex qualitate consil. 266. in causa numero 8. libro 2. & l. 1. num. 8. de rebus dub. Corne. consil. 326. videtur num. 12. libro 1. consil. 14. quatuor num. 5. libro 3. Dec. consil. 43. pro tenui ad fin. consil. 302. & pro tenui numero 21. consil. 319. præclarissime columna vlt. consil. 347. 1. facie sub numero 2. in fine. & consil. 500. in causa sub num. 5. Curt. Iun. consil. 80. habita numero 2. Aymo consil 105. casus talis est num. 9. consil. 301. de Anno colum. vltim. Roma. consil. 396. in casu propositæ sub numero 2. vbi Mandoſ. in addit. alios adducit. quibus addo Socin. Iun. d. consil. 94. num. 28. Aymo. consil. 234. ex in datione numer. 3. vers. 4. an aliquid dicatur. Ruin. consil. 131. visis num. 9. libr. 1. Tiraquel. l. boues. §. hoc sermone 12. limitatione num. 2. & 3. de verborum signif. vbi mentionem facit vtriusq; gloss. & Menoch. consil. 13. videbatur num. 12. vbi hoc consil. & alia citat. Facit quod dicit Abb. consil. 76. in præsenti numero 1. libr. 1. & Affl. capit. 1. §. illud quoque numero 9. versic. & pro hoc facit de prohib. feud. aliena. per Frideric. Pro limitatione vide Barba. consilio 54. equidem visis columna 1. libro 4. & Ruin. consil. 50. in quæstione. numero 4. & 18. libro 1.

f Elusoria.] Refert Soc. Iun. d. consil. 94. num. 21. & facit quia dispositio quælibet ita est interpretanda ne reddatur elusoria. l. si prætor. in prin. de iud. c. si ciuitas de sent. exc. lib. 6.

Dec.cõs. 660 reuocatur nu.9. quẽ refert Ceph. cõs. 243. magnificus nu 31. Soc.Iun.cõs.119. viso instru.nu.25. & cons.129. in præsenti nu.22.lib.3. vbi ampliat hoc procedere etiam si dispositio sit pœnalis: allegat d. c. si ciuitas. & in consuetudine Aymo cons.118. in hac causa num. 24. cons. 135. verba decreti nu.25. & in cons.175. edictum num. 3. vbi loquitur de statuto Menoch.consil.37. Mirari num.120. consil.80. plura efficiunt numero37. & tract. de arbi. iud. libro 2. casu 199. num.19. sic decretum debet semper sic intelligi ne de facili reddatur elusorium. Ias.consil.85. quando habemus col.vlt. versic.3. infra eodem.

g Quem text.] Ias.l.fructus nu.18.ff.sol.matr.& l.cũ seruus nu.6. & l si res obligata nu.10.de leg.1. Rom.singu.157. tu scis quod vsufructuarius. vbi dicit ita fuisse iudicatũ & cons. 230. præsupponitur vbi Mandos. in addit. Affl. c.1. §.præterea ducatus num.18.de prohi.feud.alie.per Frid.vbi dicit gl.bonam. Dec. l. postquam liti num.23. C. de pac. Arius Pinel.l.1.2.par. nu.72. vers.limitatur.7. C.de bon.mater. Natta cons.415.hæc mulier num.2. & 3. vbi nota.comprobat.

h Operandi.] Ias.cons.45 aggredior num.14. supra lib.1.& consil.90. dubitatur in fin. infra eodem.

i Scripturam.] Dec.consil.454. iuridicas. ad finem.

k Priuatorum.] Idem Ias. consil.150.quod opus num.6.supra lib.2. Menoch. cons.43. propositis num.6. vbi hæc consil. citat.

l Emphyteuta.] Ias.l.sciendum numero 17. versic.similiter qui diu. de verborum oblig.l.si certis annis num.9.C.de pact. Gabr. qui alios adducit. com. op. lib.1. de præsumpt. conclu. 1. num.18.

m Absurdũ.] Et in qualibet dispositione loquitur Crot. cõsil.263. in causa vertente num.12. & seq. lib. 2.

n Inutilis.] Ias.l.1.2.fall.C.de lib.præte.Gabr.Ias.hic, & alios adducens com.op.lib.6.de claus.conclu.9. num.10.

o Inconueniens.] Idem Ias. consil.163. ista quæstio nu. 24 supra lib.2.vbi dixi. addo Aymo.Ias.hic referentem cons.296 quæritur. colum.3.vers 3.licet.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXV.

SVMMARIA.

1 *Statuti vel decreti determinationem vbi habemus non debemus vlterius inuestigare rationem.*

2 *Statuti forma ad vnguem est obseruanda, & statuti verbis est inhærendum.*

3 *Statutum seu decretum de continuanda possessione defuncti in hæredem, est æquum & validum.*

4 *Hæres scriptus præsumitur hæres & possessor, & sustinet partes defensoris, & aduersarius partes actoris.*

5 *Statutum vel decretum disponẽs quod possessio defuncti continuetur in hæredem, non vendicat sibi locum si mortuo restitutore possessio medio tẽpore per alium fuerit apprehensa, quia illa actualis apprehensio impedit continuationem inductam à statuto seu decreto. sed contra num.6. & seqq.*

Decretum disponens quod possessio defuncti cõtinuetur in hæredem, &c. vide verbo statutum.

7 *Possessio apprehensa statuto vel decreto resistente est nullius momenti & effectus, & præsertim quando in eo est clausula annullatiua.*

8 *Statutum vel decretum quando habet clausulam annullatiuã, adeo factũ in cõtrarium dicitur esse nullũ, vt si etiam interueniret consensus ambarum partium, tamen adhuc diceretur esse nullum, quamuis lex sit introducta ad ipsarum vtilitatem & commodum.*

Lex habens clausulam annullatiuam efficit vt factũ in contrarium nullius sit effectus, etiamsi partium cõsensus interueniret. vide verb. statutum.

9 *Consensus partium nihil potest operari quando adest clausula decreti annullatiua.*

10 *Possessionem rerum hereditariarum mortuo testatore ingressus propria auctoritate, non per hoc habet possessionem nec naturalem nec ciuilem, imo nec corporalem possessionem, sed solum nudam tenutam, & nudam detentationem facti.*

11 *Mulier etiam pro iure dotis non potest propria auctoritate apprehẽdere possessionem rerum hæreditariarum, imo nec etiam dotalium.*

12 *Constitutum appositũ in instrumento dotali vxoris collatum post mortem constituentis non operatur trãslationem possessionis.*

13 *Statutum seu decretum ita interpretandum, ne de facili elusorium reddatur.*

14 *Legis factum potentius est facto hominis.*

Statuti vel legis factum potentius est facto hominis. vide de verbo legis factum.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

QVANDO habemus determinationem statuti vel decreti, non † debemus vlterius inuestigare rationem: [a] *secundum Bald. in l. Gallus. § si eius. in 2. col. & 2. notabili. ff. de liber. & postli.* ¶ Nam † forma statuti debet ad vnguem obseruari: *secundum Bald. in l. cessante. in vltima columna. Cod. quomo. & quando iud.* Item statutum est tenaciter obseruandum, & verbis eius inhærendum, cum sit præcisum, nec vẽdicat sibi locum arbitrium in materia statutorum; secundum Bald. *in repet. l. quid ergo. §. pœna grauior. in 5. colum. ff. de insp.* sed decretum ducale [b] disponit quod possessio defuncti nõ vacet nec vacare dicatur. † sed continuetur immediate in hæredem, nec per quenquam hæreditate iacente apprehendi possit, & si in contrarium aliquid actum fuerit, id nullius sit roboris & momenti ipso iure; & quod decretum præcisum sit, nec vllam recipiat distinctionem aut interpretationem, sed ad literam, prout iacet, obseruetur. Vnde stante dicto decreto plano & claro, monasterium sancti Sixti Placentiæ scriptum hæres à dom. Antonieto tuendum est in possessione, non obstantibus exceptionibus oppositis per filiam & vxorem. & tale decretũ est æquum & validum [c] *secundum Bald. in capit. contingit. in secunda columna. de dolo & contuma. argumen. capit. ex parte. & melius in capitu. ex literis. de consuet.* Et si statutum dicit quod possessio defuncti continuetur hæredi in executione statuti, fit missio quasi recuperandæ possessionis; [d] *secundum Bal. in c. item cum quis. in prima col. de restit. spol.* Item sicut scriptus in testamento præsumitur esse hæres, ita ex forma statuti præsumitur in eum cõtinuata possessio, † & sic in ea possessione debet defendi, & partes iudicis sunt defendere scriptum hæredem in dicta possessione, & mandare aduersario ne eum inquietet in possessione, donec de iure suo probet, cũ hæres scriptus qui præsumitur possessor teneat partes actoris: [e] *vt l. liberis. §. vltimo. ff. de libe. caus. secundum Bald. notabiliter tradentem hanc practicam in terminis dicti decreti in consilio*

silio 454. primi voluminis quod incipit, Quidam Ioannes decessit condito testamento. ¶ Vnum refragari videtur,
5 quia dictum decretum sibi locum vendicat † nisi mortuo testatore possessio medio tempore fuerit
f per alium apprehensa, f quia illa actualis apprehensio impedit illam continuationem inductam à decreto quod recipit limitationem à iure communi. ita notabiliter determinat Rapha. Com. dicens se ita alias allegasse de facto in statuto disponente quod possessio defuncti continuetur in hæredem quo ad omnes effectus. *in l. Pomponius. §. quæsitum. per illum textum. ff. de acquirenda possessio.* quam limitationem pro valde notabili refert sed eam non firmat dom. Alexand. *in l. cum heredes. in principio. ff. de acquiren. poss. sed firmat idem dominus Alexand. licet de Rapha. Comensi mentionem non faciat in consilio 83. secundi volum. incip. Visa facti narratione. in secunda columna. ego etiam legendo secutus sum in l. si sorori. Cod. de iure deliber. allegans pro hoc gloss. ordinariam in l. cum miles in principio in gloss. magna ad fin. ff. ex quibus caus. maio.* Cum ergo in casu præsenti dictæ mulieres statim mortuo domino Antonieto ingressæ sint possessionem bonorum hæreditariorum, talis possessio medio tempore per eas apprehensa impedit continuationem possessionis à defuncto in hæredem vigore dicti decreti: quia respondetur multipliciter; & primo quod dicta limitatio Rapha. Com. nullatenus potest in terminis nostris adaptari stantibus
6 verbis decreti, prout stant, quæ expresse dicunt † quod possessio defuncti non vacet, nec vacare dicatur, sed continuetur immediate in hæredem, nec per quenquam hæreditate iacente apprehendi possit. Cum ergo decretum expresse disponat quod possessio defuncti non vacet, nec dicatur vacare, nec per quenquam hæreditate iacente apprehendi possit: ergo dictæ mulieres non possunt dici medio tempore apprehendisse possessionem, quia hoc esset contra expressam dispositionem decreti; & sic cum decreto resistente apprehenderint est fundi-
7 tus † nulla, & nullius effectus. *l. quemadmodum. Cod. de agri. & censi. libr. 11. & l. non dubium. Cod. de legi.* & quæcunque contra leges vel decreta fiunt habentur pro infectis, *vt iuribus præallegatis. & 10. distinctio. capitul. vides.* præsertim cum istud decretum habeat clausulam annullatiuam, quod si in contrarium aliquid sit vel fuerit actum id nullius sit roboris, ac momenti ipso iure. Vnde quando lex vel decre-
8 tum † habet clausulam annullatiuam, adeo illud quod est factum in contrarium dicitur esse nullum, quod si etiam interueniret cõsensus ambarum partium, tamẽ adhuc diceretur esse nullum dato quod lex sit introducta ad ipsarum vtilitatem & commodum. *ita notat Gemini. in capitu. fina. in verficu. 1. per gloss. ibi, de officio delegat. in 6.* Et facit ratio, quia vbi
9 adest clausula decreti annullatiua actus, † tunc con-
g sensus partium nihil potest operari: g *vt est gloss. notabilis in capitu. statutum. ad fin. princip. in verb. committatur. de rescript. in 6. & in capitulo primo. in gloss. 1. & capit. dispendia. in verbo. processus. eodem. titu. & gloss. 2. iuncto text. in dicta l. à diuo Pio ff. de rit. nupt. & est text. solennis in capitu. dilecto. circa finem. in verficu. nisi forte. & ibi canon. pro valde singulari notant de prabend. Gemini. post Archidiacon. in capitulo cum beneficia. de prabend. in 6.* Limitatio ergo Rapha. Comen. procedit quando possessio medio tempore apprehensa fuisset licita, h non autem quando decretum h
expresse prohibet eam apprehendi, & eam annullat, vt in decreto prædicto, tunc enim cum apprehensio possessionis sit ipso iure nulla, nullum effectum potest operari. Nam ex actu nullo nullus effectus sequi potest, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: *vt in reg. non præstat impedimentum. de regu. iur. in 6.* ¶ Secundo etiam posito quod decretum non prohiberet expresse per quenquam, hæreditate iacente, possessionem apprehendi, & non annullaret ipso iure apprehensionem, prout expresse facit, tamen adhuc istæ mulieres, quæ mortuo testatore sunt ingressæ propria authoritate possessionem rerum hæreditariarum, nõ per hoc habent possessionem nec naturalem, neq; ciuilem, imo nec corporalem possessionem, † sed solum nudam tenutam, & nudam detẽ- tõ
tationem facti; *vt patet ex traditis per Bartol. & alios scribentes in l. 1. in principio. in 2. charta. ff. de acquirenda possessione.* Vbi declarat Bartol. quotuplex sit possessio, & ex ibi per eum declaratis clare apparet istas mulieres non habere aliquam possessionem iuris, sed nudam detentationem facti. sed Rapha. Comen. loquitur quando possessio medio tempore est per alium legitime apprehensa, ita quod habeat naturalem, vel ciuilem, aut saltem corporalem possessionem, quod non est in casu præsenti; si enim haberet saltem ciuilem possessionem, tunc videretur quod statutum locum non haberet; i *secundum Ioan. i de Imol. in consilio 16. quod incipit, Viso casu transmisso. in vltima columna. quod non est hic.* Et tanto minus, cum in casu præsenti mulieres etiam pro iure dotis non † possint propria authoritate apprehende- ii
re possessionem, k etiam quod est fortius rerum do- k
talium: *vt est text. notabilis in l. dotis. Cod. soluto matrimo. nec etiam pro sua legitima;* l *secundum Bartol. in l. 2. l in princip. C. quando & quibus quarta pars debetur. libro 10. Bald. in l. si quis in suo. C. de inoffi. io. testament. dominus Alexand. in consilio 134. quarti voluminis, quod incipit, Attentis narratis in themate.* Nec obstat assertum constitutum positum in instrumento dotali vxoris, quia cum sit collatum post mortem constituentis, † quo tempore possessio defuncti est extincta. *l. pri- 12
ma. §. Scæuola. ff. si quis testament. lib. esse iussus fuer.* non operatur translationem possessionis: m *vt singulari- m
ter tenet Angel. in l. quamuis. §. si conductor. argument. illius textus. ff. de acquirend. poss. & ibidem dominus Alexander in consilio 82. secundi volumi. incipiente. Perspectis his quæ in suprascripto themate narrantur. in quarta columna.* ¶ Tertio, si diceremus quod istæ mulieres quæ asseruntur probasse defuncto domino Antonieto mandasse colonis vt earum nomine laborarent, per hoc præuenissent dispositionem dicti decreti, tanquam medio tempore possessionem apprehendissent. certe decretum de facili redderetur eluforium, quia facile esset prætendentibus successionem ab intestato mandare massariis vt eorum nomine colerent, & laborarent, † sed decre- 13
tum debet sic intelligi, ne de facili eluforium reddatur. n *l. si prætor. in principio. ff. de iudi. & est text.* n
notabilis in capitu. commissa. §. porro. de electio. in 6. ibi, ne statutum ipsum fiat ludibrio debitoq; frustretur effectu. ¶ Quarto, quod prædicta limitatio Rapha.

Comen. non habeat locum in terminis decreti suprascripti disponentis quod possessio defuncti immediate continuetur in hæredem, prout expresse cantat prædictum decretum, est expressa decisio Bald. volentis quod quando statutum vel decretum facit hæredem immediate possessorem, impossibile est quod alius, etiam qui alias ab intestato succede-
14 ret, cum eo in possessione concurrat, † quia factum legis potentius est facto hominis, & magis immediate operatur: o *vt notat Innocent. in capitu. præterea requisisti. de appellat.* & quia tunc est impossibile quod duo insolidum possideant. *l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. ita formaliter in terminis nostris tenet Bald. in consilio 454. primi volumi. quod incipit, Quidam Ioannes decessit condito testamento, &c. in fine.*

ADDITIO.

a Rationem.] Iaſ.conſ.188. quia multa num.13. ſupra lib.2. vbi addo.

b Decretum Ducale.] De illo decreto mentionem facit Iaſo. l. ſi ſorori colum.1. verſ. ita tamen. Cod. de iure delib. conſil.198. conſului in princ. ſupra lib.2. Dec. conſ.467. conſulte. colum. prima. Cotta in memor. verb. decreto Mediolanenſi. & illud vigere in tota pene Italia atteſtatur Bello. conſilio 42. communiter in Italia. in principio omnino Tiraquell. tract. le mort ſaiſit le vif in præfat. ſecunda declarat. numero 3. cum ſeqq.

c Validum.] Iaſ.conſ.147. circa primam nu.27. vbi addo ſupra lib.2.

d Recuperandę.] In contrarium vide Iaſ.conſil. 21. quatuor ſunt num.25. ſupra eod. vbi addo.

e Actoris.] Refert Tiraq. tract. le mort ſaiſit le vif. par. 6. declar. 7. num.1.

f Apprehenſa.] Vide tamen Iaſ. & ibi addita dicto conſil. 147. num.28. & 35.

g Operari.] Idem Iaſo. l. pacta quæ contra numero 2. C. de pact. l. non dubium numero 17. C. de legi. l. omnium num. 8i C. de teſta. & l. inter cætera num.12. ff. de lib. & poſthu. Gabr. Iaſ. hic & alios adducens com. opi. lib.6. de clau. conclu.3. numero 18. & num. ſeq. & maxime num. 25. cum ſeqq. adducit tenentes contrarium: demum diſtinguit & vtranque opinionem limitat.

h Licita.] Iaſ.conſ.146. præſuppoſita col.2. verſ. nec dicatur infra lib.4. Cotta in memor. verb. decreto Mediolanenſi verſ. ſed debet intelligi. refert Tiraq. d. tract. le mort. 5. par. 3. declara. nu. 15. & 18. Plot. tract. de in lit. iuran. §. num. 13. vbi & ipſe huius conſil. meminit.

i Locum non haberet.] Idem Iaſ. d. conſ.147. nu.44. conſ. 152. vera & iuridica. in princip. infra lib. 4. Tiraquel. alios citans d. tract. le mort ſaiſit le vif. 3. parte. 2. declara. numero 1. 2. & 3.

k Poſſeſſionem.] Dec. l. dotis nu.2. C. de collat. & conſ.232. Dura admodum ſub nu.2. vbi allegat Ang. l. dotis actione. C. ſolu. matrim. & Bald. conſil.35. lib.3. Roland. conſil.77. præſuppoſita. nu.35.36. libro 1. vbi allegat Bald. Ange. & Dec. d. locis.

l Legitima.] Idem. Iaſ. l. 3. §. 1. incertam. col. pen. de acq. poſſ. vbi alias auctoritates adducit.

m Poſſeſſionis.] Idem trad. Iaſ. l. 1. in prin. col. penult. verſ. confirmatur quia etiam. de acq. poſ. l. quoties num. 17. ver. nota tamen diligenter C. de rei ven. d. conſil. 147. num. 39. & conſ. 6. primum dubium num. 42. ſupra eo. Dec. l. contractus. col. 6. ver. item notandum eſt. de reg. iu. conſ. 247. in cauſa magnifici col. 2. ver. vlterius etiam non habet & col. 3. verſ. vlterius etiam tali conſtituto. & conſ. 400. viſo eleganti nu. 9. Neguz. tract. de pigno. par. 2. membro 2. nu. 3. Pariſi. conſ. 98. quoniam Reuerendi. nu. 21. lib. 2. Tiraq. tract. conſt. 3. par. 2. limi. num. 1 vbi alios adducit. Ber. conſ. 58. in cauſa ſpolij numero 14. li. 3. Natta conſil. 189. viſo proceſſu nu. 1. Rol. conſil. 61. quoniam duæ nu. 46. lib. 2.

n Reddatur.] Tiraq. d. tract. le mort. 5. par. 3. decla. numero 12. vbi hoc conſilium citat. Sic conceſſio in cõtractibus debet ſemper intelligi vt non ſit vana & eluſoria. Iaſ. conſilio 84. conſideratis numero nono. ſupra eodem vbi addo.

o Operatur.] Iaſ. conſ. 221. ſtatuto ciuitatis num. 36. ſupra lib. 2. Tiraq. tract. le mort ſaiſit le vif par. 2. declar. 18. nu. 2.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Crimen læſæ maieſtatis committens intelligitur priuatus ipſo iure quocunque beneficio eccleſiaſtico & nu. 6. & ſeq.*

2 *Cõfœderatio pro ſe & ſuis defendẽdis eſt licita & permiſſa, & iure naturali & gẽtium introducta ad vim propulſandam, quicquid ſit aliter in conuentionibus & coniurationibus ad malum & num. ſeq.*
Coniurationes quæ fiunt ad bonum licita ſunt & permiſſe. vide verbo confœderatio.

3 *Vnio & coniuratio ad malum non eſt permiſſa.*

4 *Delictum non eſt vicinum de facto defendere, & violenter expulſum eſt de iure licitum & permiſſum.*
Vicinum vel amicum de facto expulſum defendere licitum eſt & permiſſum. num. 4.

5 *Rebelles dicuntur qui rebellant contra proſperitatem Papæ vel imperatoris, & omnes exiſtentes in proterua & notoria inobedientia & nu. 10.*

6 *Crimen læſæ maieſtatis non dicuntur committere, qui nihil perpetrarunt contra Pontificem, vel ſedem Apoſtolicam vel adhærentes lateri Pontificis. & numero 10.*

7 *Pœna priuationis beneficiorum nunquam habet locũ, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

8 *Cauſa qualibet etiam iniuſta & temeraria excuſat à dolo & ſic à delicto.*

9 *Statutum ſi eſt factum contra turbantes vel turbare volentes ſtatum ciuitatis intelligitur principaliter non ſecundario & ſic occaſionaliter.*

10 *Officialis vel capitaneus Papæ nõ debet plus de iure poſſe facere quam ipſemet Papa, cum nuncius præſtet nudum miniſterium.*

11 *Vaſallus non poteſt priuari feudo niſi ſit conuictus de culpa ſeu felonia.*

12 *Feudum eſt contractus nominatus.*

13 *Vaſallus in feudo habet vtile dominium:*

14 *Imperator & Pontifex ſicut non poſſunt per reſcriptũ auferre directum dominium ſine cauſa, ita nec vtile, quia vtile dominium eſt effectus directi dominij inducti à iure gentium.*

15 *Officiali aliquid iniuſte & de facto facienti vel exequẽti licitum eſt de facto reſiſtere & conuocare amicos & vicinos ad reſiſtendum.*

16 *Verbis enunciatiuis ſeu narratiuis Papæ videtur ſtandum, quando ſuper eis Papa fundat intentionẽ ſuam & num. 17. & ſeqq. vbi declaratur.*
Principis verbis narratiuis videtur ſtandum, quando is ſuper huiuſmodi verbis fundat intẽtionem ſuam nu. 16. & nu. 17. & ſeq. vbi declaratur.

18 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*

21 *Delictum nullum poteſt ita eſſe notorium, vt non poſſit quis exhibere excuſationes rationabiles & circumſtantias occultas.*
Notorium nullum poteſt delictum ita eſſe vt non poſſit quis exhibere excuſationes rationabiles vide verbo delictum.

22 *Remiſſio facta per viam contractus non poteſt amplius*

per

per concedentem, nec per eius successorem etiam de plenitudine potestatis reuocari etiam in sibi subdito.

Indulgẽtia concessa per viam contractus nõ potest amplius per concedentem, nec eius successorem reuocari; etiam de plenitudine potestatis etiam in sibi subdito. vide verbo remissio.

Gratia facta per viam contractus non potest per concedentem nec eius successorem reuocari. vide verbo Remissio & verbo indulgentia.

23 Contractus non sunt subiecti potestati Imperatoris vel Pontificis imo ex eis efficaciter obligantur.

24 Remissio seu indulgentia probatur ex matrice & per testes attestãtes se vidisse literas gratiæ in forma authentica, & illas legisse & legi audiuisse concordantes cum tenore matricis.

25 Gratiæ deperditæ tenor probatur ex matrice & per testes attestantes se vidisse literas gratiæ in forma authentica.

26 Papa potest cõmittere alicui vt alium citet per edictũ maxime in crimine lesæ maiestatis.

27 Actus non vitiatur quando aliquid nõ requiritur si inepte interueniat.

28 Iudex si procedat tanquam super notorio, quamuis ei non constaret esse notorium, ex quo tamen vere est notorium sententia irreuocabiliter tenet.

29 Papa vel princeps possunt ratificare sententiam nullam.

Princeps potest ratificare sententiam nullam numero 29.

30 Papa. de Papæ potestate disputare crimen est sacrilegij.

31 Citatio etiam in notoriis requiritur. Intellige vt num. sequenti.

32 Citatio de necessitate non requiritur in facto notorio, quando nulla potest defensio competere: alias secus.

33 Citatio per edicta nihil valet quando quis nunquã fuit personaliter citatus, qui non procurauit quoquo modo ne posset citari.

34 Citatio per edicta fit contra incertos vel contra quæsitum & non inuentum in loco vbi citari valeat.

35 Citatio ad locum manifeste nõ tutum est ipso iure nulla etiam absq; partis exceptione, & nu seqq.

36 Citatus ad locum non tutum non tenetur cõparere etiam cum literis salui conductus, nec quando citatus habet per territoria inimicorum transire, vel aliter posset in manus inimicorum incidere, & aliis similibus casibus vt ibi & num. seqq.

37 Citatus ad locum non tutum non tenetur mittere procuratorem, si causa est ardua.

38 Notorium licet non releuat ab onere proponẽdi, sed solum ab onere probandi, tamen fallit in notorietate loci non tuti, quæ etiam non debet proponi.

39 Papa de plenitudine potestatis supplẽdo omnes defectus tam iuris quam facti, intelligitur solum supplere defectus inductos de iure positiuo, non autem intelligitur supplere defectus iuris naturalis.

Princeps de plenitudine potestatis supplendo oẽs defectus tam iuris quam facti, intelligitur supplere defectus inductos de iure positiuo, nõ autem defectus iuris naturalis num. 39.

40 Papa vel Imperator etiam de plenitudine potestatis non possunt supplere in sententia contra omnino non citatum, vel contra citatum ad locum notorie non tutum.

41 Resignatio episcopatus facta contra formam mandati est ipso iure nulla.

Actus factus contra formam mandati est ipso iure nullus num. 41.

42 Mandatum est seruandum sicut & qualitas in eo apposita.

Sententia lata cõtra substantiam formæ mãdati sicut non valet, ita nec contra qualitatem num. 42.

43 Dictio legitime, importat ordine iuris seruato secundum quod leges & canones disponunt.

44 Verba non aliter nec alio modo sunt verba valde precisa & multũ prægnantia, & denotant nihil actum, & non patiuntur dispositionem contrahentium recipere aliquem alium intellectũ vel modificationem separatum à verbis, & habent vim condictionis.

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN causa R. D. Gentilis electi Vrbeuetani contra R. Do. Io. prætendentem sibi prouisum de eodem episcopatu: quia per alios eximios dominos consulentes fuit prius copiose & accurate scriptum, & causa agitur coram R. D. Cardinali Regino, viro eruditissimo, & adeo perspicaci quod ad solum labiorum motum ex paucis plurima percipiet, ideo quæ dicturus sum paucioribus absoluam. Quatuor principaliter attingam, in quibus tota vis, & substantia præsentis consultationis consistere videtur. Primum erit titulus delicti imputati R. D. Gen. an sit verus, & de iure punibilis. ¶ Secundo, eiusdem delicti remissio, seu indulgentia. ¶ Tertio, nullitas processus & sententiæ priuatoriæ. ¶ Quarto, an resignatio de dicto episcopatu facta per procuratorem episcopi præcessoris de iure valeat. ¶ Circa primum, titulus criminis imputati R. D. G. dicitur esse rebellio, & crimen læsæ maiestatis contra papam, & sedem apostolicam, quæ per Alexandrum Sextum põtificem maximum in commissione per eum motu proprio facta reuerendissimo dom. Cardinali Salernitano asseruntur esse notoria tali notorietate, quæ nulla tergiuersatione celari possint: & propter tale crimen læsæ maiestatis intelligitur ipso iure † priuatus quocunque beneficio [a] ecclesiastico: *vt in c. felicis. in §. si qua vero. & §. seq. de pœ. in 6. iuncto prin. illius text. ibi*, sicut reus criminis læsæ maiestatis. ¶ Duo obiiciuntur, quæ videamus an inducant rebellionẽ, & crimen læsæ maiestatis cõtra Papam, & sedem apost. ¶ Primo, quod dom° Balionia primaria & vetustissima ciuitatis Perusiæ contraxerit ligam, seu confœderationem cum magnifico D. Pandulpho Petrucio primate Senensi, & cum illustrissimo D. Ioanne Bentiuolo Bononiensi, & cum Vrsinis, ac Vitelotiis, tanquam Perusini, Senẽses, Bononienses, ac alij prænominati mutuo inter se conspirassent, & sic contra sedem apostolicã rebellassent. ¶ Secũdo, dum Cæsar dux Valentinus Vrbinum proditorie occupasset, Balionem ducem Vrbini in recuperando suo statu iuuerũt; & auxiliares copias subministrarunt. ¶ Ista sunt quæ Alexander sextus summus pontifex intitulat esse re-

[a] *seq. de pœ. in 6. iuncto prin. illius text. ibi*

bellionem & crimen læsæ maiestatis contra Papam & sedem apostolicam commissa, & adeo esse notoria quod sint inexcusabilia, & nulla tergiuersatione celari possint. Sed si oculo iustitiæ & veritatis bene aduertatur, nedum ista nõ sunt crimina ita enormia & atrocia, prout per Alexandrum sextum pontificẽ maximum taxantur, immo nec etiam sunt delicta simpliciter, quinimmo sic faciendo dabant operam rei illicitæ, & à iure permissæ. Nam Cæsar Dux Valentinus contractis maximis copiis totam Romandiolam suæ ditioni, annuente põtifice summo, subiugare statuerat. Deinde Thusciæ ciuitates inexplebili dominandi cupiditate ambire cœperat, maiora adhuc animo molitus; sic cœpit per Romandiolæ vrbes hostiliter grassari, dum aliquos statu & patriis sedibus eiicit, alios carceri mancipat, quamplures ferro crudelissime ac immanissime trucidat. Hæc omnia, & adhuc deteriora, (vt ipse taceam) non solum Romãdiola, immo tota Italia, immo verius totus Christianus orbis palam loquitur & prædicat. Imminentibus tot vitæ, & status, & fortunarum periculis Baliones Perusij Primates, cũ aliis vicinis potentatibus confœderationem licitam contraxerunt pro sese & suis defendẽdis. Hæc quidem coniunctio
a licita est & † permissa, & iure naturali & gẽtium in-
b troducta ad propulsandã vim & iniuriam. [b] *l. vt vim. ff. de iusti. & iur. c. significasti. el 2. de homicidio.* Nam si aliqui rationabiliter timent oppressionem inimici sui & coadiuuant consanguineos, & amicos, ac vicinos, qui iurant simul esse cõfœderati ad propulsandam iniuriam, si alicui eorum ab alio fieret, istud licite faciunt, quia coniurationes quæ fiunt ad defensionem dicũtur esse licitę, & fieri super re licita. *16. q. 7. c. sane. & per glos. 10. q. 2. in c. si qui clericorum. ita formaliter tenet And. de Iser. summus feudista in c. 1. §. conuenticulas. de pace iura. fir.* Secus quando plures conuenirent & coniurarent ad malum, puta ad aliquid per q status communis fidelium, vel sedis apostolicæ, vel imperij perturbaretur, tunc istæ essent conuenticulæ à iure prohibitæ & reprobatæ, de quibus loquitur text. *in d. §. conuenticulas. & ibi Andr. de Iser. & alij ad*
3 *hoc notãt.* Sic etiam † prohibetur vnio, quæ fit ad flagitium committendum: *secundum Bald. in l. 1. §. huius studij. in penult. colum. ff. de iust. & iur.* Sic etiam prohibentur conspiratio, & coniuratio, quæ in malum sonãt, & sunt machinatio ad aliquod illicitum perpetrandum; *vt declarat dom. Cardinalis Florent. in cle. pastoralis. in princ. in 7. notabili, de re iudi. Gem. in cap. constitutionem. de ver. sig. in 6.* Sed confœderationes quæ fiunt ad defendendum se, & suos, & proprios status, & propriam patriam, omni iure etiam gentium & naturali permittuntur, cum tendant ad vim & iniuriam propulsandam, vt supra proxime dictũ est. ℊ Secundum quod obiicitur, est quod Baliones, qui sunt vicini & coniuncti, ducem Vrbini proditorie electum in recuperando suo statu adiuuarunt contra ducem Valentinum. Certe istud non est nedum delictum atrox, immo nec delictum simpliciter, immo est de iurè licitum & permissum, scilicet
4 defendere vicinum de facto, † & violẽter expulsum: *vt est text. solennis in c. dilecto. in vers. & quidem. de sent. exc. in 6. vbi dicit text.* Et quidem licitum est cuilibet vicino, vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impertiri auxilium, imo si potest, & negligit, videtur iniuriantem fouere. *ita ibi dicit text. & glos. ibi in verb. vicino.* infert ex illo text. quod quilibet tenetur vicinum suum defendere, *cum concordantijs ibidem per glos. allegatis. Ad idem text. in l. deuotum. C. de meta. lib. 12. per quem text. Bar. ibi in fi. notat ibi esse text. expressum,* q̃ si aliquis vult me expellere de possessione mea, quod amici mei, & etiam vicini mei, immo etiam peregrini possunt impune percutere volentẽ me expellere, vt me nõ expellat. [c] quod est valde no- c
tabile, secundum Bart. idem notabiliter Bartol. *in l. prohibitum. in tertio notabili. C. de iure fisci. libr. 10.* Vbi tenet quod etiam absq; eo q̃ conuocentur ad resistendum possunt vicini & amici sine vocatione venire, & resistere: *per l. si quis in seruitute. § fi. ff. de fur. & notabiliter glos. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. & sequitur D. Abb. in cap. si quando. de offic. delega. & per illum text. in d. l. si quis in seruitute. in fi. notat ibi Bart. in fi.* q̃ quilibet potest iuuare & defendere offensum, non solum ad defensionem personæ, sed etiam ad defensionem rerum; *vt ibi dicit text. idem notat do. Abb. in c. olim. el 1. in 9. col. per illum text. de rest. sp. & est glos. notabilis 23. q. 8. in c. 1.* Item dicit Cicero Romanæ eloquentiæ princeps *in 1. lib. de offi.* quod qui non defendit hominem ab iniuria, cum possit, tam est in vitio, quam si patriam, & parentes deserat, quod dictum apud legistas refert & declarat Andr. de Iser. *in c. 1. §. 1. in 2. col. ad fi. & seq. de pace tc. & in c. fi. §. præterea in 1. & 2. colum. quæ sit prima cau. benefic. amit.* ℊ Ex prædictis patet quod illa duo quæ obiiciebantur in delictum rebellionis & criminis læsæ maiestatis, nedum non sunt talia delicta atrocia, immo nec sunt delicta simpliciter, imo sunt licita & permissa à iure, & per dãtes operam rei licitæ & permissæ. Et sic apparet q̃ nullatenus possunt dici rebelles. ℊ Rebelles [d] enim d
dicuntur illi † qui rebellant contra prosperitatem 5
papæ vel Imperatoris, secundum Bar. *in extrauagãt. qui sint rebelles. in ver. rebellando. in 1. col.* & dicit Bertachinus *in repertorio suo in verb. rebellis.* quod ita illo anno consultus respondit reuerendissimo tunc do. Cardin. Rothomagensi Camerario pro interesse cameræ apostolicæ. Item rebelles dicuntur omnes existentes in proterua, & in notoria inobedientia: *secundum Angel. in l. 2 §. fi. ff. de iudi. notant Canonistæ in cap. sanc. el 2. de offic. delega. & in c. inter quatuor de maio. & obedi.* Minus etiam dici possunt incidisse in crimen læsæ maiestatis, ex quo nihil perpetrarunt contra papam, † vel sedem apostolicam, vel contra 6
adhærentes lateri papæ; *iuxta l. quisquis. vbi Cyn. & alij. Cod. ad l. g. Iul. maiesta.* nec aliquid commiserunt de numeratis, *in cle. pastoralis. in princip. de re iu.* Ergo non possunt dici incurrisse in pœnam priuationis beneficiorum ecclesiasticorum propter crimen læsæ maiestatis: *per text. in d. c. felicis. §. si qua vero. & §. sequenti. de pœn. in 6.* Nam † pœna priuationis benefi- 7
ciorum nunquam habet locum, nisi vbi lex vel canon hoc dicit, & sic nisi in casibus à iure expressis: [e] e
vt §. cum igitur. in auth. de non eligen. secun. nuben. quem tex. ad hoc notat Bal. in auth. ex testament. in penul. col. C. de secun. nup. & est gl. notabilis in c. si quam. do. Abb. & alij ad hoc valde notant de iure patron. & gl. notabilis 19. q. 1. in summa. & notabiliter And. de Iser. in c. 1. qualiter vasallus iurare debeat fidelitat. Accedat ad prædictorum confirmationem trita regula, quod quælibet causa 8
etiam † iniusta & temeraria excusat à dolo [f] & sic f
à deli-

à delicto. *l. 4. §. poteſt. ff. de libe. cau. gloſ. in l. plagij criminis accuſatio. & ibi pulchre Ang. C. ad le Flaui. de plagia. & gloſ. in l. 1. in fi. ff. de abige. & notabiliter Ang. in l. 1. ad fin. principij. ff. de eo per quem factum erit. multum ſignanter Ang. in l. prætor. §. hac actione. ff. vi bon. rapto.* Prędicta omnia adhuc plenius ꝓcedunt in caſu prę-
ſenti, in quo nulla confœderatio facta eſt principaliter contra papam, nec contra ſedem apoſtolicam, immo tali cõfœderatione fuit expreſſe reſeruata ſuperioritas, & fidelitas, ac obedientia papæ, & ſedis apoſtolicæ. Item nihil fuit principaliter factum aut attentatum quod tenderet contra perſonam Papæ, vel ſedis apoſtolicæ, ſed ſolum contra Cæſarem ducem Valentinum, ſic hoſtiliter per Romandiolam graſſantem. Vnde ſuccedat illud quod notabiliter decidit Bal. *in l. 1. §. huius ſtudij. in 3. col. ff. de iuſt. & iu.* quod ſi ſtatutum eſt factũ contra turbantes, vel tur-
9 bare volentes ſtatum ciuitatis, † intelligitur princi-
g paliter, non ſecundario, g & occaſionaliter. *l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. & ſequitur Alexand. in conſil. 113. ſecundi vol. quod incipit, Viſo inſtrumento treuga. ad fi. & in conſil. 1. tertij vol. incip. Viſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra Antonium. in 10. col. ad fi.* Nec prædictis habet obſtare ſi diceretur, quod dux Valentinus veniebat in Romandiolam & contra Vrbinum tanquam capitaneus & confallonerius papæ, & eccleſiæ Romanæ, cum ampla (vt creditur) poteſtate, quo caſu dicuntur rebelles qui rebellant contra re-
10 ctores per Romanã eccleſiam poſitos † cum rebellent contra proſperitatem papæ ſeu Romanæ eccleſiæ; ſecundum Bar. *in extrauaganti. qui ſint rebelles. & in ver. rebellando. in 2. col. in ver. ſed quid ſi aliquis rebellat contra rectores, &c. & in l. hoſtes. in vlt. col. ff. de capti.* quia reſpondetur quod officialis aut capitaneus papæ non debet plus de iure poſſe facere, quam poſſet ipſemet papa, cum nuntius præſtet nudum miniſterium, & cenſeatur tanquam pica vel organum. *l. qui autem. §. fi. & l. ſeq. vbi gl. ff. de conſtitut. pecu. gloſ. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Modo dicitur quod Vrbinum eſt feudum eccleſiæ Romanæ, vt eſt notorium; vnde dux Vrbini non potuit etiam per
11 papam priuari tali feudo, † niſi demum fuiſſet con-
h uictus h de culpa ſeu felonia: *vt eſt text. in cap. 1. & ibi Bald. & alij, de nat. feud. & rex. in c. 1. de feudo ſine culp. non amit. gl. & Bald. in c. 1. §. fi. qui feu. da poſ.* & ibi Bald. dicit quod ideo papa vel Imperator non poteſt infringere iura vaſallorum, nec eos priuare feudo, niſi conuicta culpa, eo quia naturales cõſuetudines feudorum ligant principem, quia potentius eſt ius na-
i turale quam principatus i, vt ibi latius per eum. facit bene text. *in §. præterea. in auth. de reſe: endarijs.* I-
12 tem, facit aperta ratio, quia feudum † eſt contractus
k nominatus: k *ſecundum Bart. in l. iur: ſgentium. §. quinimmo. in penult. col. ad fi. ff. de pac. ſed contractus nominati ſunt irreuocabiles. l. ſicut. C. de actio. & obligat. & l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda.* Iſtam rationem in ſpecie aſſignat Bald. *in conſil. 327. prima partis, quod incipit, Pridie enim conſului. in prima colum. dominus Abb. in c. quæ in eccleſiarum. & ibidem dominus Felyn. de conſtitut. Paul. de Caſtr. in conſil. 159. incipien.* Viſo & examinato. ad fi. Deus enim ſubiecit papæ & Imperatori leges, ſed non ſubiecit cõtractus ex quibus obligantur: *ſecundum Bal. in d. c. 1. de natu. feu.* qui etiam ſubdit per iſta dixiſſe ꝙ Imperator Fridericus primus fecerat commune Papiæ comitem in certis caſtris & terris ei ea conferendo ſub iuramento fidelitatis, quod nec ipſe conceſſor, nec eius ſucceſſor poterat reuocare ſine culpa communis Papiæ. Accedat ad prædictorum confirmationem. † Nam vaſallus 13
in feudo habet vtile dominium. l *c. 1. & ibi gl. & Bal.* l
de controuer. inueſti. & gloſ. & Bald. in c. 1. §. 1. de inueſt. de re aliena facta. & in c. 1. §. præterea. cum concordantibus. de cap. Conrad. do. Abb. in c. ſi diligenti. in tertio notabili. de præſcript. Sed ſic eſt quod papa vel imperator ſicut per reſcriptum non poſſunt † auferre directum do- 14
minium ſine cauſa: ita nec vtile. ita notabiliter Bartol. *in l. 2. in fin. per illum text. C. de fundis patrim. libro 11. Paul. de Caſt. in conſ. 317. incip. Viſo & examinato puncto ſupradicto. ad fin. lib. 1. do. Alex. in conſil. 3. quinti volu. quod incipit, Ex his quæ in themate narrantur. dom. Feli. in c. quæ in eccleſiarum in 34. colum. de conſtit.* & eſt ratio rationis, quia dominium vtile eſt effectus directi dominij inducti à iuregentium. ita Bar. in dicta extrauaganti, qui ſint rebelles. *in verb. rebellando in 5. colum.* Sicut ergo per reſcriptum principis vel Papæ non poteſt ſine cauſa auferri directum dominium, ita nec vtile, quod eſt eius effectus: *ſecundum do. Fãciſc. de Aret. in l. 1. in princip. in 14. colum. ff. de acq. poſſ.* Modo cum in propoſito noſtro dux Valẽtinus vellet de facto & hoſtiliter priuare ducem Vrbini feudatarium eccleſiæ, non conuictum de aliqua culpa, vel felonia, dato quod dux Valentinus fuiſſet officialis vel capitaneus eccleſiæ Romanæ: tamen etiam contra officialem papæ vel eccleſiæ Romanæ † ali- 15
quid iniuſte & de facto facientem, vel exequentem, licitum eſt de facto reſiſtere, & conuocare amicos & vicinos ad reſiſtendum, qui etiam ſine conuocatione poſſunt venire & reſiſtere. m *l. prohibitum. & ibi expreſſe notat Bartol. in 2. & 3. notabil. Cod. de iure fiſci. lib. 10. Bald. in l. vt vim. in 7. quæſt. ff de iuſt. & iur. & in repetitione l. 1. C. vnde vi. in 10. colum. in verſic. 12. quæritur an induci poſſit reſiſti. Do. Abb. & alij in c. ſi quando, de offic. delega. do. Alexa. in conſil. 144. ſecundi volu. quod incipit, Poſt redditum primum conſilium. in 1. col.* m
¶ Sed fortaſſis diceret aliquis: ſupraſcripta omnia videtur tolli & confundi ex eo quod Alexan. papa ſextus in commiſſione quam fecit reuerendiſſimo dom. Cardina. Salernitano, declarauit talia delicta rebellionis & criminis læſę maieſtatis contra papam & ſedem apoſtolicam fuiſſe delicta notoria tali notorietate quod nulla tergiuerſatione celari poterant. Sed ſic eſt quod verbis enunciatiuis ſeu narratiuis Papæ videtur eſſe ſtandum; † quando ſuper talibus narratis 16
Papa fundat intentionem ſuam, prout facit in caſu iſto; *per text. iuncta gloſſ. in cle. 1. de proba.* Quia dicitur † Deo teſte, quod quando Papa ita dixit, non 17
quidem ſpiritus, ſed caro & ſanguis ei reuelauit, & nimia illa indulgentia quam erga Cæſarem ducem Valentinum propenſius gerebat, prout notorium eſt in vniuerſo orbe Chriſtiano. Item multa dicuntur notoria, & tamen non ſunt; *dicit text. in cap. conſuluit. de appell.* Item vt ex prædictis patet, prædictæ imputationes non ſunt delicta, imo licite & permiſſe fuerunt factæ: Ergo cum non ſint delicta etiam ſimpliciter, non quoque poſſunt dici delicta notoria, quia qualitas ſeu † quidditas non poteſt eſſe ſi- 18
ne ſubiecto. n *l. eius qui in prouincia. verſic. penult. ff.* n
ſi cer. pet. c. 1. vt eccleſ. bene. gloſ. in l. ſi arbiter. in gloſ. magna.

gna. ad fi. ff. de proba. Nec verbis narratiuis papæ videtur standum, etiam si super illis fundet intentionem suam, quãdo per talem assertionem papæ vel imperatoris, si ei staretur, tolleretur defensio, quæ est de iure naturali, contra non auditum nec legitime citatum, vt fuit in casu præsenti, vt dicam infra in tertio dubio principali. text. est de hoc apertus in clem. o pastoralis. o de re iudica. vbi licet Henricus Imperator per sententiam suam declarauerit rebellionem regis Roberti fuisse notoriam, vt ibi dicit text. *in i. colum.* tamen illi declarationi imperatoris nõ statur contra non legitime ad hoc citatum & non auditũ; alias per indirectum, si tali assertioni papæ staretur, tolleretur defensio reo quæ est de iure naturali, *vt ibi in §. cæterum. & ita per tex. expressum dicta cle. pastoralis. notabiliter limitatur dicta clem. 1. cum gl. de probatio.* Alias papa vel Imperator possent simplici verbo, & simplici assertione supplantare, & auferre defensionem rei, quæ est de iure naturali: *secundum Bald. in l. edita. in pen. col. C. de eden. quod est contra text. in d. §. cæterum.* ¶ Secundo, quod stari debeat verbis narratiuis Papæ, procedit quando papa se fundat in fa- 19 cto à se gesto. † & ita loquitur text. *in dicta clemen. 1.* secus quãdo sunt verba papæ narratiua de facto alie- p no, p & alibi gesto, vt in casu præsenti: *secundum do. Cardin Flor. in consil. 98. incip. Papa vniuit. & late domin. Francis. de Are. in consil. 164. incipien. Sicut Ioannes scripsit in Apocalypsi. in 4. & 5. col.* ¶ Tertio dicitur quod verbis narratiuis papæ, in quibus papa se fundat, dato sine veri præiudicio q̃ esset standum etiam quando se fundat in facto alieno, procedit solum quo ad 20 hoc vt præsumatur p̃ tali assertione papæ, † sed bene tunc potest probari contrarium, & in cõtrarium q probatio admittitur. q ita notabiliter limitat dom. Abb. *in c. dudum. circa med. de priuileg. & idem do. Abb. in dicta clemen. 1. de probat.* Sed in casu præsenti fuit apertissime ostensum oppositum eius quod papa asseruit, scilicet non fuisse commissam aliquam rebellionem, nec aliquod crimen læsæ maiestatis, sed omnia fuisse licita, & iure permittẽte attentata, vt ex superioribus apparet. Et tanto fortius ostẽditur talem assertionem papæ à veritatis tramitte omnino deuiare, cum papa attestetur dicta prætensa delicta fuisse notoria tali notorietate, quæ nulla tergiuersatione celari posset, quia immo in casu præsenti non fuerunt delicta: ergo nõ possunt dici notoria vt superius fuit dictum, & habent naturales, & legitimas, ac veras, & patentes excusationes, omni iure concessas. Vnde vt dicit dominus Antonius de But. & bene, *in commento cap. vestro. de coha. cle. & mulie.* 21 nullum maleficium potest dici esse ita notorium, † vt non possit quis exhibere excusationes rationabiles, siue circumstantias occultas excusantes. Item notorietas semper potest habere excusationes: secundum D. Ant. de Butr. *in c. præterea. in 12. colum. de dila. post Ioan. And. ibi.* ¶ Per ista remanet expeditũ primum dubium principale. ¶ Venio ad secũdum, scilicet ad remissionem seu indulgentiam prætensorum delictorum rebellionis, & criminis læsæ maiestatis. Posito sine veri præiudicio quod ita essent in facto & in iure: tamen Alexander papa sextus remissionem & indulgentiam plenariam concessit de suprascriptis prætensis delictis, & talem remissionem fecit per viam contractus, vnde non potuit amplius per ipsum Papam qui concessit, nec per eius successorem, etiam de plenitudine potestatis † reuocari, 22 etiam in sibi subdito. *l. quod semel. cum gloss. & ibi Bar. ff. de decre. ab ordi faci. l. item eorum. §. ex hu. ff. quod cuiusque vniuersi. Bart. in l. omnes populi. in 4. q. 3 q. principalu. ff. de iust. & iur. Bald. in l. qui se patru. 8. & 9. col. C. vnde liber. late D. Alex. in consil. 101. incip. Visis instrumẽtis exemptionũ. in 1. 2. & 8. col. & in consil. 215. secundi voluminũ. quod incipit, Nec arguendi sumus. in 2. & 3. col.* & dicit in specie ad propositũ nostrum Pau. de Cast. *in l. digna vox. C. de legi.* prædicta esse notanda pro terris subditis ecclesiæ Romanæ, vt est Bononia, quod si papa faciendo pacẽ cum ea faciat aliquas promissiones, teneatur ipse & eius successores eas obseruare, nec possit eas rumpere etiam de plenitudine potestatis: secundum eum: idem tenet Paul. de Cast. *in l. fi. C. de transa. post Bald. ibi.* Et quod gratia facta per viam cõtractus non possit postea per principem reuocari, r tenet etiam Paul. de Castr. *in consil. 164. quod* r *incipit, In præsenti causa quæ vocatur maior Hispalensis. in 13. col. ad fi. lib. 2.* Nam Deus licet subiecerit leges papæ & Imperatori, † non tamen subiecit cõtractus, 23 ex quibus efficaciter & irreuocabiliter obligantur; secundum Bal. *in c. 1. de natura feu. & retuli etiam supra in arti. præcedenti.* Alibi dicit etiam multum egregie Bald. *in consil. 275 secunda partis, incipien. Quod pro regula in feudu, traditur. in pen. col.* quod natura contractuum sunt Papæ & Imperatori quædam elementa: & ideo sicut papa non est dominus elementorũ, ita non est dominus cõtractuum. Item si princeps non obligaretur ex contractib. certe nec alij obligarẽtur ipsi, ex regula correlatiuorũ, & sic principi & papæ esset interdictum commercium, & esset tanquam exul, ſ qui est omnium præsul. ita dicit notabiliter ſ Bald. *in l. prin. eps. ff. de legi. facit bene tex. in l. complures. §. 1. ff. de admin. tut.* Vnde de talib. prætensis criminibus per remissionem papæ sublatis, amplius inquiri t non potest. C. *de hu. vbi gloss. & docto. de accusat. l. si cui.* t §. *iisdem. ff. de eo.* de remissione autẽ & de indulgentia papę in forma amplissima concessa, cõstat ex matrice existente † apud reuerẽdissimum do. Cardina- 24 lem olim dicti Alexandri pontificis Sexti secretarium, ad hoc iuridice compulsum, *vt est text. in cap. ad audientiam de præscript.* Item etiam constat ex dictis testium attestantibus se vidisse dictas literas papæ in forma authentica, & illas legisse & legi audiuisse, u u concordãtes cum tenore dictæ matricis. Vnde cum originales sint deperditæ † tenore dictæ absolutio- 25 nis & remissionis per prædicta dicitur esse sufficienter probatus: *vt c. cum olim essemus, & ibi notabiliter do. Abb. in vlt. notabili. de priuil. & l. testium. vbi Bart. & alij. C. de test. per Bar. & alios in authent. si quis in aliquo documẽto. C. de eden.* ¶ Circa tertium, scil. circa nullitatem processus & sententiæ priuatoriæ, præsupponitur in facto, q̃ Alexander Papa sextus motu proprio commisit & in mãdatis dedit reuerendissimo dom. Cardinali Salernitano, vt ipso R. Do. G. coadiutore, certo modo per edictum vocato, procederet ad declarationem incursus pœnarum propter prætẽsam rebellionem & crimen læsæ maiestatis, quę idem põtifex asseruit esse notoria tali notorietate, quæ nulla tergiuersatione celari possent, concedẽdo etiam saluum conductum præfato coadiutori, si personaliter in curia comparuisset: cuius commissionis vigore,

re, idem Cardinalis quoddam pœnale monitorium contra dictum coadiutorem per affixionem in certis locis exequēdum decreuit. Deinde in prætensam contumaciam ipsius coadiutoris, seruatis quatuor terminis iuxta tenorem dictæ commissionis per audientiam contradictarum processit ad sententiam diffinitiuam, per quam declarauit ipsum coadiutorem priuationis & depositionis, & alias pœnas in dicto monitorio contentas incurrisse. Quam sententiam Alexander in secreto consistorio, vt idem Cardinalis refert, de fratrū consilio confirmauit, & quatenus opus sit sublatis processuum nullitatibus, supplendo iuris ordinem de nouo in scriptis, vt dicitur, promulgauit. Modo prima consideratione non videtur dubitandum quod papa potuit committere
26 quod Cardinalis citaret per edictum, † præsertim in crimine læsæ maiestatis; *vt in extrauaganti, ad reprimendum. in verb. per edictum* Alibi etiam Bart. dicit quod delegati à papa, vel ab Imperatore possunt ci-
x tare per edictum. x *& idem glos. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Cy. in auth. qui semel. C. quomo. & quan. iud.* Itē processum fuit tanquam super notorio. vbi non videtur requiri citatio: *vt ca. quāto. de transla. prælato & in cap. cum sit Romana. ad fin. de appell. & in cap. bonæ. in ver. porro. & in c. veneralibem. in versic. sunt enim notoria. iuncto principio, ibi, cum citata non fuerit. & vt vbique dom. Abb. de ele. & in c. cum olim. de rei iudica.* Item in notoriis non desideratur ordo iudiciorum: *vt est text. in cap. ad nostram. el. 3. de iureiurād. glos. in l. ictus fustium. ff. de infami. quam Bald. ibi in 2. colum. ad hoc multum notat.* Si ergo non requiritur citatio, ergo
27 multo fortius potuit citari per edicta; † quia quando aliquid non requiritur, si inepte interueniat, non
y viciat y actum: *per regulam l. vnica. in princip. Cod. de rei vxor. actio. & est glos. in l. vinum. in glos. magna. ad finem. vbi late moderni. ff. si certum pet.* Item quando
28 iudex processit tanquam super notorio, † licet sibi non constaret factum esse notorium, nec sibi esset probatum, ex quo tamen vere est notorium, sententia eius irreuocabiliter tenet. ita notabiliter a tenet
a Inno. *in cap. tua. ad fin. de coha. cle. & mul. quem simpliciter sequitur dom. Abb. in c. cum olim. in vltim. colum. de re iudic. facit quod vult glos. notabilis in l. 1. Cod. vbi & apud quos. & glos. in d. c. ad nostram. el 3. & ibi Abb. in penult. colum. notat de iureiurand. facit text. in c. dudum. in verb. vel si notorium. & ibi Abb. in 1. col. ad hoc notat. de elec. & text. in cap. de illo. & ibi do. Abb. in vlt. notab. de eo qui cogno. consang. vxo. sua.* Item papa confirmauit dictam sententiam, & quatenus opus esset sublatis processuum nullitatibus, supplendo iuris ordinem, de-
29 nuo dictam sententiam promulgauit. Vnde † papa vel princeps potest ratificare sententiam nullam. *l. adoptio non iure facta. ff. de adopt. c. hoc quippe. 3. quæst. 6. glos. notabilis. 9. q. 2. in c. nullus alterius. & per illam glos. etiam ita tenet Bald. in l. rescripta. in 3. columna. Cod. de preci. imper. offer.* Idem etiam tenet Angelus in *l. licet. ad*
30 *fi. ff. de iudic.* Et disputare de † potestate papæ est crimen sacrilegij. *l. 2. Cod. de crim. sacrileg. & cap. nulli. 19. distinct.* & dubitans de potestate papæ dubitat de fide catholica, & tanquam sacrilegus est censendus: *secūdum Bald. in consil. 575. primæ partis, quod incipit. Quæritur vtrum papa.* ¶ Sed præmissis non obstantibus cōtrarium est de iure apertissimo verius, quod & processus & sententia priuationis sunt ipso iure nulla, stantibus his quæ concluſi, & verissima sunt, in primo & in secundo dubio, scilicet quod in casu præsenti nullum sit delictum, & multomin° potest dici quidditas, scilicet notorium, cum ea quæ asseruntur perpetrata fuerint licita, & à iure permissa, nec in hoc statur narrationi papæ asserenti cōmissum fuisse crimen rebellionis, & læsæ maiestatis, ita notorie quod non possint tergiuersari, vt firmaui plene supra in primo dubio. Item de talibus prætensis delictis idem Alexander papa sextus concessit indulgētiam & remissionē in forma pleniſſima, & per viam contractus, & sic irreuocabiliter: ergo amplius inquiri non potest etiam de plenitudine potestatis, vt firmaui supra in secundo dubio. Et sic cessat illud quod dicebatur, supra, quod hic procedebatur tanquam super notorio crimine in quo non requiritur citatio: quia cum hic vere non sit delictum; ergo nō potest dici notorium. Item etiam in notoriis requiritur citatio, † *vt est argumentū expressum in c. fi. n ver-* 31
sic. 1. & ibi notat Gemi. de elec. in 6. tenet glos. in d. c. ad nostram. el 3. in gloss. 2. de iurei. iurand. Idem notat dom. Cardin. Floren. in clem. pastoralis. in princ. in 13. notabili. de re iudi. per illum text. in ver b. citat am. Item in facto notorio in quo nulla potest defensio competere, & hoc est certum, tunc non requiritur de necessitate citatio. b sed vbicunq; potest cōpetere defensio, † sem- 32
per ibi requiritur citatio, quantumcunque factum b
dicatur esse notorium ita *est text. expressissimus in d. c. cum sit Romana. in versic. fin. de app. & ita ibi notat dom. Abb. in pe. notabili, & idem do Abb. in c. 1. n 2. col. de cau. possess. & propriet. & in c. bonæ. el 1. in 4. colum. de ele. & in c. vestra. prope fi. de coha. cle. & mul. & in c. causam quæ. in 1. col. ad fi. de rescri. & latius in c. cum olim. in 6. col. & seq. de re iudic. & in consil. 68. secundi vol. quod incipit, Quanquā super vacatione data. circa fi* Sed in casu præsenti omni iure, naturali, gētium, ciuili, canonico, & diuino, competebat vera & realis defensio, vt deduxi oportune supra in primo dubio ¶ Similiter † citatio facta per edicta nihil valuit, cum R. Do. 33
G. nunquam fuerit personaliter citatus, nec procurauit quoquo modo ne possit citari, & ad locum sui domicilij poterat citans tute accedere, & præfatus R. Dom. G. in ciuitate Florentiæ vel Lucana sui citandi copiam faciebat; *vt est text. in cle. 1. & ibi glos. & doc. de iud. D. Abb. & mod. in c. quoniam frequenter. §. porro. vt l te non contesti. Bart. in extrauag. ad reprimēdum. in verb. per edictum. Paul. de Castr. in l. ad peremptorium. ff. de iudic.* Citatio enim per † edicta fit contra incer- 34
tos. c *auth. si omnes. C. si vt se ab hared. abstin. l. si eo tem-* c
pore. C. de remiss. pigno. & c. fi. de elec. in 6. vel contra quæsitum, & non inuentum in loco vbi citari valeat. *l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. & c. fi. de dolo & contuma. & cap. tuæ. de cle. non resi.* Vnde quando proponitur edictum contra certam personam de qua sciebatur vbi erat, & ei nihil fuit notificatum per literas, vel per nūcium, tale edictum fuisse propositum, sententia virtute talis edicti lata est ipso iure nulla, præsertim in criminalibus. *l. 1. §. item cum ex edicto. ff. de requirēd. & ita determinat* d *in specie Olera. Laudens. in consil.* d
43. quod incipit, Quæritur vtrum citatio facta in 5. quæst. ¶ Præterea & fortius † citatio facta per edictū non 35
debet plus operari quam si personaliter fuisset per nūcium citatus: sed sic est ꝙ citatio ad locum manifeste

feste non tutum vt in casu præsenti, est ipso iure nul-
c la, c nec est necesse quod pars exceptionem oppo-
nat: *vt est text. in d. cle. pastoralis. in §. pisana. de re iud. & in c. ex parte tua. & ibi Do. Abb. de appell. Bar. & alij in l. de ætate. ff. ad Treb. quam legem Bar. legit sub. l. recusare. § si quis alio. & idem Bart. in l. fi. in 3. col. ff. de in integ. rest. & in l. sciendum. §. fi. per illum text ff de legatio. Old. Lauden. in præalleg. consil. 43. incipit. Quæritur vtrum citatio facta. dom Abb. & alij in c. 2. de dilatio. do. Anto. de But. in*
36 *c. vestra. in vlt. charta, de cohabi. cle. & mul.* Item † cita-
tus ad locum nō tutum non tenetur comparere, et-
f iam cum literis salui conductus f *vt est text. in c. accedens. el 2. vt lite non contesta. glos. in cap. statutum. §. cum vero. in verb. secure. de rescript. in 6. gloss. in d. cap. ex parte tua. de appel. Angel. in l. 2. §. quod diximus. per illum tex. ff. si quis cautio.* Item quando citatus habet per territoria inimicorum transire, vel aliter posset in manus inimicorum incidere, tunc non tenetur etiam cum saluo conductu comparere *secundum Angel. in quæstione per eum disputata quæ incipit, Bononiensis. in 5. dubio.* Item si familiares alicuius potentis inimicantur citato, non tenetur ibi comparere, etiam si aliter de odio potentis non constet; secundum Oldra. Lauden. *in præallega. consil. 44. in 2. colum. Fel. in c. accedens. 5. el. 2. in 5. quæst. vt lite non cont.* Item quando citatus timet vim inferri, non solum personæ suæ, sed etiam causæ principali, puta propter partialitates, tunc nec ibi per procuratorem comparere tene-
g tur. g *ita nota. tenet Ange. in d. disputatione, quæ incipit, Bononiensis. in quarto dub o. & in d. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio.* Item citatus ad locum non tutum non
37 tenetur mittere procuratorem † si causa est ardua: *vt in casu præsenti. capitulo querelam. vbi gloss. & doc. de procur. gloss notabilis in clemen. 1. in verb. fautoribus & ibi dom. Abb. & alij de fo. compe. Imol. & latius dom. Alexand. in d. l. de ætate. in 2. col. ff. ad Treb. ll. & gloss. in ca. bona. el. 1. in verb. secure. & ibi d. Ant. de But. de ele. Et ita proprie loquitur text. in d. clem. pastoralis. in vers. Pisana. de re iudica.* Nec tenetur tunc etiam mittere excu-
h sator em; h secundum Io. de Imo. *in c. præterea. ante fi. de dila.* Item licet alias notorium non releuet ab one
38 re proponendi, † sed solum ab onere probandi. *l. si adulterium cum notestu. §. idem Pollion. ff. de adult. gloss. in clem. appellant. de appell.* fallit in notorietate loci non
i tuti, i quæ etiam non debet proponi: *secundū Abb. & alios in d. ex parte el. 1. ad fi. de appel.* De capitali autem inimicitia ducis Valentini & Alexandri Papæ sexti cōtra Balliones, vt ipse taceam. tota loquatur Italia, & tota Italia testis est, cum dicti Balliones patria iam profugati essent, & plerique morti traditi, & aliqui carceribus mancipati, ita quod manifestissime apparet R. D. G. nullatenus tutum fuisse Romam se trāsferre in manibus apertissimorū inimicorum, in discrimen euidentissimum & personæ, & causæ, ergo citatio facta ad locum notorie non tutum est ipso iure nulla, non solum facta per edicta, vt in casu præsenti, sed etiam si facta fuisset personaliter per nuncium, & consequenter processus & sentētia lata vigore talis citationis ipso iure nullæ, redditur ipso iure nulla, vt dictū est. ℣ Nec obstat quod papa suppleuerit defectus nullitatis & ordinis iuris: quia dicitur q̄ papa de plenitudine potestatis supplēdo omnes defectus tam iuris quam facti intelligitur solum supplere, quo ad defectus inductos de iure positiuo, † non autem intelligitur supplere de 39
fectus iuris naturalis, & sic citationis seu defensionis: k *vt est text. expressius in clem. pastoralis. §. cæterum.* k
in vers. nec prædicta supplet io. de re iud. & ibi dom. Cardina. in 3. notabi. & ibidem dom. Anton. de But. Ioann. de Imol. Spec. in titu. de legato. §. nunc ostendendum. in vers. 18. Archi. & Gemi. in ca. Cenomanensem. 56. d ist. Hostien. dom. Anton. de But. & dom. Abb. in cap. 1. de transactio. do. Ant. in cap. illa. per illum text. de elec. Bald. in rubrica. extra, de consue. in vlt. col. dom. Abb. in c. illa cotidiana. de electio. & in cap ea quæst. in vlt. col. de re iud. & in c. inter dilectos. in 8. colum. de fide instru. Ioan. de Imol. in l. quidam consulebant in 8. colum. ff. de re iud. dom. Alex. in consil. 79. incip. Circa primum de quo quæritur si licet coram quo domino in octaua colum. libro 1. Item Papa vel Imperator non possunt etiam de plenitudine potestatis supplere in sententia contra omnino non citatum, † vel contra citatum ad locum notorie nō tu- 40
tū: quia per hoc auferret sibi ius defensionis, quod est de iure naturæ, & sic immutabili. *ita signanter tenet Angel. in l. si accusatorib. Cod. de accusatio.* dicens de hoc hodie factum esse casum *in d. clem. pastoralis*, quod reputat tenendum menti. refert & simpliciter sequitur dom. Feli. *in c. cum olim. in 13. col. de re iudic. & Moder. Arminenses in additio. tractatus maleficiorum, in gl. §. in vers. qui iudex commissi. l. præconis quod bannat.* ℣ Ad vltimum an resignatio de dicto episcopatu facta per procuratotem prædecessoris episcopi, & admissa per Alexādrum Papam sextum, de iure valeat. Præsupponitur in facto quod mandatum dicti procuratoris erat qualificatum & limitatū, videlicet quod non resignaret, nisi prius videret literas patentes legitimę priuationis ipsius coadiutorie: & non aliter, nec alio modo: sed talis procurator resignauit nedum antequam videret literas patētes legitimæ priuationis, sed etiam antequam contra dictum R. D. G. esset lata aliqua sententia priuationis; Ergo † cum excesserit fines mandati, resignatio fuit 41
nulla, cum fuerit facta contra formam mandati l *l.* l
diligenter. in prin. ff. manda. c. per tuas de arbi. cap. porro. de priuileg & c. cum de non sacerdotali §. vltimo. de præbend. in 6. Item omne quod fit non solum contra, immo præter formam commissionis, est ipso iure nullum. *l. illud. §. sed si ita. & ibi Bar. ff. quod cuiusque vniuersi. & c. pisanus. de rest. spo.* Item non solum seruandum est mandatum, † sed etiam qualitas man- 42
dati. *cum venissent. & ibi ad hoc not. Bald. de eo qui mittit. in possess & facit bonum simile:* quia sicut non valet sententia lata contra substantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatem: *vt est text. in d. c. pisanus. & ibi dom. Abbas. in 4. notabili. & ille text. est ad hoc singularis, secundum Bald. in c. 2. circa princip. de sen. & re iud.* Item in dicto mandato dicitur quod non resignaret nisi prius videret literas patentes legitimæ priuationis. Ponderetur illa dictio, *legitimæ* † quæ importat 43
ordine iuris seruato secundum quod leges & canones disponunt; *vt est glos. in capitulo, cōsanguinei. in glos. 1. & ibi dominus Abbas. de re iudica.* quod non potuit contingere in casu præsenti, vt supra proxime dixi. Item in dicto mandato dicitur, *& non aliter nec alio modo*, quæ verba sunt valde præcisa, † & multum 44
prægnantia, & denotant nihil actum; *vt est glossa notabilis in l. si quidem.* m *& ibi Bald. C. de exceptio. Bald. in* m
c. 1. §. denique. in vlt. col. in vers. sed pone patr. quæ fuit

prima

prima cauſ. benefic. amit. dom. Alexand. in conſil. 3. incip. Viſo inſtrumento conceſſionis, in 3. col. vbi dicit, quod dicta verba, & non aliter nec alio modo, ſunt valde præciſa, & multum prægnantia, adeo quod nõ patiuntur diſpoſitionem contrahẽtium recipere aliquem alium intellectum, vel modificationem ſeparatam à verbis. Allegat ad hoc gloſſ. & Bald. *in dicta l. ſi quidem.* Item prædicta verba, non aliter nec alio modo, habent vim conditionis, ſecundum Baldum *in auth. ingreſſi. in 4. col. C. de ſacroſan. eccleſ.* Sed conditio debet præciſe impleri & in forma ſpecifica, *l. qui hæredi. in princip. & l. Mæuius ff. de condi. & demonſt.* Ergo talis reſignatio facta per procuratorem fuit nulla, & per conſequens non induxit vacationem beneficii: ſecundum Inno. & ſcribentes *in c. cum vniverſum. de rer. permut.* & conſequenter collatio facta R. Do. Ioanni tanquam de beneficio vacante, quod non vacabat, fuit nulla, *clem. 1. & quæ ibi notantur. de renun.* ¶ Ex ſupraſcriptis omnibus concluditur R. D. G. nec familiam Babyloniam commiſiſſe rebellionem, aut crimen læſæ maieſtatis contra Papam vel ſedem apoſtolicam, ſed ad neceſſariam defenſionem vitæ, perſonarum, ſtatus, & fortunarum iure permittente proceſſiſſe, & ex abundanti ſuper prætenſis criminibus ab Alexandro Papa ſexto remiſſionem & indulgentiam in forma ampliſſima per viam contractus habuiſſe, & ſic ſucceſſiue proceſſum & ſententiam priuationis fuiſſe ipſo iure nullam, & reſignationem dicti epiſcopatus factam à procuratore contra formam mandati multum limitati & conditionalis eſſe ipſo iure nullam; & cum à dicta prætenſa ſententia R. Domin. G. appellauerit, ac de nullitate dixerit, nec non reſtitutionem in integrum petierit, & cauſa appellationis nullitatis & reſtitutionis in integrum reuerendiſſimo domino Cardinali Regino fuerit commiſſa: ergo Reuerend. Dom. G. appellando remanſit integer in officio & honore dicti epiſcopatus: quia mediante appellatione fingitur non damnatus, nec priuatus: ergo in eius quaſi poſſeſſione licite perſeuerauit: *per gloſſam notabilem in capitul. ſæpe. in verb. ſententia. de appellation. quæ gloſſ. communiter approbatur à Doctoribus: ſecundum dominum Abbatem ibi.*

ADDITIO.

a Beneficio.] Refert Socin. iunior. conſilio 68. maximi. numero 51 lib 3.

b Iniuriam.] Et Iſern. refert & ſequitur idem Iaſon conſil. 20. pro liberatione. num 23. verſicu. 2. pro abſolutione. ſupra cod. Soc. iun. d. conſil. 68. num. 66. 67. Oſaſc. deciſ. 138. Anno. num. 29. & Menoch. conſ 28. eſt grauis. nu. 12. & 29. vbi huius conſ meminerunt.

c Expellat.] Dixi d. conſ. 20. nu. 23. verſ. bene facit.

d Rebelles.] Qui dicantur rebelles vide Iaſon. conſil. 139. in præſenti. in fin. infra lib. 4. Alexand. conſil 103. videtur. in fin. lib. 1. Felyn. cap 2. col. 3. de maior. & obed. Dec. c. ſane. 2. de of. dele. conſ. 604. in caſu. n. 1. & conſ. 606. ſereniſſimus. n. 2. Cur. iun. conſ. 137. habita. nu. 12. Boſ. de cri. læſ. maieſt. n. 15. Gram. deciſ. 15. in cauſa magnifici. & deciſ. 18. in cauſa magnifici. vbi de materia.

e Expreſſis.] Iaſ. conſil. 118. omitto. num. 10. ſupra lib. 1. l. diuortio. §. ſi fundus. ſol. mat. l. cum quidam. col. 4. verſ. 3. adde. de lib. & poſthu. & l. 1. C. de tranſaction Barba. conſ. 31. venio. nu. 18. lib. 1 Dec. conſil. 19. & pro tenui. nn. 3. in prin. conſil. 90. & pro tenui. nu. 1. conſil. 164. non fuiſſet. col. 2. ver & hoc confirmatur. conſil. 476. ſtante. n. 8. conſ. 553. in ciuitate. num. 4. & conſ. 581. viſo. n. 10. Soc. iun. conſ. 16. viſo themate. nu. 31. lib. 2. conſ. 3. videtur. nu. 32. lib. 3. Tiraq. qui alios citat. l. ſi vnquam. verſ. reuertatur. n. 249. cum ſeqq. C. de reuoc. don. Oſaſ. deciſ. 147. agitur. n 4. Crot. conſil. 17. teſtator. n. 16. conſ. 115. factum. nu 6. conſil. 217. viſis. nu. 40. conſil. 377. circa primum. nu. 20. conſil. 379. quæſtio. nu. 21. & conſil. 388. viſo inſtrumento. nu. 13. Roland. conſil. 27. illuſtriſſime. nu. 14. lib. 1. & conſil. 86. reuerendiſſime. nu. 22. lib. 2. Aym. conſil. 205. pernoctatio. n. 31. Cephal. conſil. 39. in hac cauſa. num. 44. conſil. 300. aduerſus. num. 8. conſ. 317. cum magnificus. nu. 21. & conſil. 407. magnificus. n. 44. Rim. iun. conſ. 15. in præſenti. n. 29. & conſ. 23. illuſtris. n. 276. Menoch. de arb. iud. li. 2. cent. 3 caſu 275. & conſil. 85. propoſita. n. 107.

f Dolo.] Idem Iaſ. conſ. 84. omiſſa. num. 10. ſupra lib. 1. conſilio 41. omiſſis. colum. vlt. & conſ. 46. pro fiſco. n. 21. ſupra eõ. vbi addo.

g Secundario.] Idem Iaſ l. ſi quis nec cauſam. num. 6. ſi ceſſerat. Fel. rubr. de treuga & pace. col. 3. in fin. Marſ. ſingu. 247. principale. & in l. 1. numero 3. & 4. C. de ficar. vbi ſimilia adducit. & dictum Bal. refert Grammatic. voto 19. auditum eſt. num. 2. & referens ſequitur Rolandus conſilio 41. viſo themate. num. 18. lib. 4.

h Conuictus.] Dixi conſ. 227. pro enucleanda. n. 19. ſup. lib. 2. addo Menoch. citantem Iaſ. conſ. n. 397.

i Principatus.] Addo ſupra conſ. 1. n 2. lib. 1.

k Nominatos.] Iaſ. d. conſ. 227. n. 20. vbi addo.

l Dominium.] Idem Iaſ. d. conſ. 227. n. 21. cum ſeqq.

m Reſiſtere.] Vide eundem d. conſ 20 n. 20.

n Subiecto.] Iaſon conſilio 24. in cauſa. num. 27. ſupra eod. Dec. conſil. 147. & pro tenui. in fin. conſil. 222. viſo puncto. nu. 4. conſil. 317. viſis colum 3. conſil. 348. de duobus. col. pen. ver. vltimo non obſtat. conſil. 508. conſului. col. vlti. & conſil. 583. iuridicam. colum. vlt. Corn. conſil. 197. viſa. num. 5. lib. 2. Cur. iun. conſil. 14. vt veritas. num. 8. Neuiz. in Sylua lib. 1. numero 230. Balb. l. Celſus. 5. not. de vſucap. Pariſ. conſil. 3. numer. 5. & conſil. 30. in cauſa. num 35. lib. 4. Crot. conſil. 237. in cauſa. numero 15. 16. & conſil. 339. memini. num. 1. & 2. & dixi conſ. 37. non video. numero 16. & conſilio 56. in cauſa. num. 56. cum ſequentibus.

o Paſtoralis.] Iaſ. conſ. 34. ad motiua n. 11. vbi dixi ſup. lib. 1. Dec. conſ. 410. in cauſa mota. nu. 9. 10. Cepha. conſ 301. Ludo. n. 120. cum ſeqq. vbi Iaſ. hic & alios citat. & huius conſ. meminit Aym. conſ. 293. ardua. nu. 4.

p Alieno.] Dec. conſ. 544. ſereniſſimus. n. 14. & non videtur hoc probare Tiraq. de vtroq; tetract. par. 1. §. 1. gl. 14. num. 49. cum ſeq.

q Admittitur.] Iaſ. d. conſ. 34. & conſ. 65. viſis & diligenter. n. 13. ſupra eod. Grammatic. deciſione 65. excellens. nume. 59. Aym. conſilio 135. verba decreti. numero 42. & tractat. de antiquitate temporis parte prima. in principio. num. 14. vbi hæc conſil. Iaſ. citat. & vide Gabr qui Iaſ. hic & alios adducit com. opinion. libro 1. de probation. concluſione 2. numero 43. cum ſeqq. vbi addo.

r Reuocari.] Addo d. conſ. 1. n. 15. lib. 1.

s Tanquam exul.] Iaſ. d. conſ. 1. ſub n. 2. ver. & propterea dicit Rolan. conſ. 66. quoniam. n. 35. cum ſeqq. lib. 1. & conſ. 45. ſtante inſtrumento nu. 10. lib. 3. latiſſime Mandoſ. in addit. ad Rom. conſ. 352. quæritur. n. 24.

t Inquiti.] Anna conſil. 17. viſa relatione. col. 3. Io. de Ami. conſ. 32. non eſt dubitan. n. 5. conſ. 37. in cauſa inquiſitionis. in princ. Dec. l. bona fides. nu. 4 de reg. iur. & conſ. 137. & diligenter. in prin. Aret. conſ. 58. diligenter. col. pen. Maran. tract. iud. 6 part. 1. diſtinct. num. 2. Fel. c exceptionem. nu. 40. cum ſeq. de except. Grat. conſil. 42. viſis elegantiſſimis. nu. 22. lib. 1. Sylua. conſil. 75. in præſenti. num. 6. & 16. & ſeq. Roſs. tit. de ſent. num. 64 Clar. in pract. crim. §. final. quæſtione 57. in princip. Ceph. conſilio 39. in hac cauſa. num. 13. 14. Natta conſil. 225. decreueram. num. 1. vbi de abſoluto diffinitiue ob non probatum delictum. & de hoc vide prolixe Gandi. tract. malef. ſub rubr. vtrum ille, contra quem fuit per inquiſit. fol. 131. & pro declaratione. Didacus variarum reſolution. libro 2. capit. 10. per totum.

u Audiuiſſe.] Vide addita conſ. 42. in præſenti. ſup. lib. 1.

x Edictum.] Io. And. c. ſi quis contra clericum. gl. penul. de foro comp. Soc. Sen. tract. de citat. ar. 4. princip. nu. 11. & artic. 3. num. 2. Rebuff. in comment. ad Reg. conſtit. Galliæ. tomo 3. tit. de citation in præf. t. numer. 94. Maran. tract. iud. 5. prine. diſtinctione. num. 53. fol. 41. Menoch. conſil. 100. quæ nunc. num. 95. & 96.

y Non vitiat actum.] Iaſ. ſupra conſ. 3. fine alio faſtu. nu. 24. lib. 1. vbi dixi.

a Notabiliter.] Afflict. decis. 178 in causa filiorum. nu. 7. refert Gabr. commun. opin. lib. 2. de execut. rei iudic. conclus. 3. numero 12.

b Citatio.] Ias. cons. 169. quatuor reuisores. n. 4. supr. libr. 2. vbi dixi. addo Menoch. tract. de recup. poss. remed. 15. nu. 259. vbi hoc cons. refert.

c Incertos.] Aym. cons. 319 proponitur. in fi. Mar. tract. ind. 7. par. n. 89. fol. 117. Menoch. tract. de recup. poss. reme. 8. n. 113. vbi Ias. & alios adducit.

d Determinat.] Refert Menoch. d. tract. de recup. possess. remed. 8. n. 111.

e Est ipso iure nulla.] Patis. cons. 28. ad resolutionem. nu. 4. lib. 4. Mars. cons. 81. ex tenore. n. 43. l. de vnoquoque. n. 151. de re indic. & sing. 261. exceptio.

f Salui conductus.] Vide Fel. cap. cum R. canonicus. nu. 1. versic. amplia 2. de offic. delegat. Roland. consil. 68. viso processu. n. 20. 23. & seqq. lib. 2. & alios adducit Menoch. qui contra Roland. consuluit d consil. 100. nu. 186. & num. 216. & seq. vbi declarat.

g Tenetur.] Marsil. singul. 311. citatus. & dicto consilio 81. num. 46.

h Excusatorem.] Fel. c. cum inter. n. 20. vers. ex quo. de excep. Rol. d. cons. 68. n. 21. declarat Menoch. d. cons. 100. n. 200. cum seqq. vbi videndum.

i Loci non tuti.] Rol. d. cons. 68 n. 22.

k Defensionis.] Alex. cons. 52. in causa & lite. num. 11. lib. 7. Soc. sen. consil. 120. memini. nu 4. lib. 3. Dec. cons. 410. in causa mota. num. 23. versic. non obstat clausula. & cons. 528. pro resolutione. numero 8. Ruin. consilio 229. visa licentia. num. 11. lib. 1. consilio 79. primo videndum. libro 3. & consilio 36. primo. circa num. 5. lib. 5. Marsil. sing. 79. confirmatio superioris. Crotus consilio 269. ex facti narratione. num. 36 cum sequentibus. Roland. consilio 12. vt ex themate. numero 57. lib. 3. & consilio 35. dixi alias. numero 21. lib. 4. refert & sequitur Menochius consilio 1. num. 412. Rimin. iun. consilio 46. duo sunt. numero 126. & consilio 54. pro intelligentia. numero 50. Tollit tamen defectus iuris positiui, vt dicunt prædicti Doctores, & præter illos Riminaldus iunior consilio 56. illustris. numero 62.

l Formam mandati.] Ias. consil. 200. tria subtiliter. n. 2. supra lib. 2. vbi addo.

m L. si quidem.] Et ibi Bal. addo supra consil. 4. Nicolaus. n. 15. lib. 1.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM LXXXVII.

THEMA.

CLARISSIMVS Vtriusque Iuris Doctor domin. Ioannes Franciscus à Canali in matrimoniũ copulaturus dominam Constãtiam vnicam eius filiam magnifico equiti domino Cæsari de Gonzaga, procurator & procuratorio nomine spectabilis domini Hieronymi patris sui viuentis promisit dare præfato dom. Cæsari in dotem & nomine dotis prædictæ dom. Constantiæ ducatos mille auri ante consummationẽ matrimonii, & ducatos quadringentos auri in bonis mobilib. Item & librarum septem millia in bonis immobilibus, computatis omnibus quæ debẽtur ipsi D. Constãtiæ ex dote materna, dandas post mortem Do. Ioannis Franciscj decedentis post mortem ipsius D. Hieronymi, vt appareret ex instrumento publico rogato de anno 1445. die secundo Februarii, per dominum Simonem de Fabio Notarium Ferrarien sem. Eodem anno die decimoseptimõ Februarii, & sic post dies quindecim à die celebrationis primi instrumenti fuit confectum aliud instrumentum, in quo prefati do. Hieronymus, & do. Ioannes Franciscus & vterq; principaliter & in solidum promiserunt dare domino Cæsari in dotem, & nomine dotis do. Constantiæ ducatos mille auri, antequam præfatus do. Cæsar traducat D. Constantiam ad domum suam, & ducatos quadringentos in bonis mobilib. pro eius donariis, & post mortem D. Ioannis Franciscj decedentis post mortem Do. Hieronymi eius patris ducatos ter mille auri de bonis ipsorum dom. Hieronymi & dom. Ioannis Franciscj, & ducatos mille auri de bonis ipsius domini Ioannis Franciscj de dote dominæ Syluiæ eius domini Ioannis Franciscj, vxoris & matris dominæ Constantiæ. Et de hoc confectum est publicum instrumentum per dominum Ludouicum de Superbis Notarium Ferrarien sem. Et in hoc secundo instrumento nulla fit mentio primi instrumenti. ¶ Mortuis domino Hieronymo & dom. Ioanne Francisco orta est controuersia inter dom. Constantiam, seu magnificum D. Cęsarem ex vna parte, & do. Syluiam ex alia, an ambæ quantitates in vtroq; instrumento promissæ ex causa dotis debeantur, an vero D. Constantia, seu eius maritus altera eatum debeat esse contentus.

SVMMARIA.

1 *Quantitates pecuniarum positæ in diuersis instrumentis ex vna causa puta dotis non intelliguntur multiplicatæ: & nu. 2. vbi contra, quando quantitates sunt diuersæ. & nu. 10.*

Legatum dotis non duplicabitur, quando testator disposuit, quod legata duplicentur. nu. 1. & nu. 2. vbi contra. & iterum nu. 10.

Obligationis diuersitas præsumitur propter diuersitatatem summarum & quantitatum, & ambæ quantitates censentur esse debitæ. vide ver. quantitatum vel summarum diuersitas.

2 *Quantitatum vel summarum diuersitas facit, vt diuersitas obligationis præsumatur, & ambæ quantitates censentur esse debitæ. & nu. 3. vbi ampl.*

4 *Obligationum diuersitas præsumitur ex diuersitate instrumentorum vel scripturarum, & ambæ summæ debentur. & nu. 5.*

6 *Obligationum diuersitas præsumitur ex diuersitate personarum, nisi fuerit in promissione dictum eandem pecuniam.*

7 *Obligationum multiplicatio inducitur ex diuersitate temporum, quando duo instrumenta sunt confecta diuersis temporibus, nam probant duo esse debita separata.*

8 *Quantitates diuersæ si promissæ sint, ambæ debentur, nisi*

nisi dictum sit, quod in secundo instrumento computetur omnis alia promissio, vel omne aliud instrumentum.

Nouatio videtur facta, si dictum sit computato omni alio instrumento. nu. 8.

9 *Nouatio hodie nunquã inducitur, nisi hoc expresse actum sit à partibus, & in casibus etiam, in quibus olim fiebat ipso iure, hodie non fit nec ipso iure, nec ope exceptionis, nisi expresse actum sit à partibus.*

19 *L. Lucius. §. impuberem. de leg. 2. declaratur.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN præsenti consultatione videretur prima consideratione dicendum, quod vnica tantum summa ex causa dotis debeatur, & non intelligantur † multiplicatæ ambæ quantitates: *per textum in l. Lucius. §. impuberem. ff. de lega. secundo.* vbi etiam in fortioribus terminis, quando testator disposuit, quod legata duplicarentur, tamen nõ duplicabitur legatum dotis. *Ad idem facit text. in l. Titia cum testamento. §. qui in vita. ff. de legat. 2.* vbi dicit text. non enim est verisimile patrem duplici præstatione dotis filium, eundemq; hæredem onerare voluisse. ¶ Præmissis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod ambæ quantitates cum sint diuersę, & in diuersis instrumentis promissę ex causa dotis debeantur. ¶ Moueor: quia propter diuersitatem summarum [a] vel quantitatum præsumitur diuersitas obligationis, & ambæ † quantitates censentur esse debitæ, cum sint diuersæ: *vt l. si is qui ducenta. in princ. & ibi gloss. ff. de rebus dub. Et ita tenent Bald. Angel. Io. de Imol. & Paul. de Cast. in l. scire debemus. in prin. ff. de verbor. oblig. Bart. post Iac. de Aret. in l. cum centum. in princ. ff. de adimen. legat. do. Alex. in consil. 4. primi vol. quod incipit, Circa primum quæsitum. in tertia columna. imo plus tenet Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig.* quod etiam si sit eadem quantitas † de decem bis ab eadem persona, & ex eadem causa mutui promissa, in dubio intelligitur de diuersis decem, & sic ambæ quantitates debentur: [b] *per l. quinquaginta. cum gloss. ff. de probat. & sequitur do. Alex. in l. qui bis idem. ad fi. ff. de verbor. oblig.* ¶ Similiter propter diuersitatem scripturarum seu instrumentorum præsumitur diuersitas obligationis, & † ambæ quantitates debentur. Vnde si reperiuntur duo instrumenta de eadem quantitate, & contra eandem personam facta, duo censentur esse debita seperata. *ita notat Nicol. de Neap. in l. ne casu. C. de discussor. lib. 10. per illum textum. secundum secundam lectur. gloss. vbi dicit esse expressum. Idem tenet Specul. in titu. de instrument. edit. §. postquam. in versicul. sed nunquid casu perdito instrumento. & in vers. seq. qui incipit, pone ergo promisisti. & in vers. vbi autem instrumentum.* Nam quot sunt instrumenta, tot videntur esse debita contracta, *l. scire debemus. in prin. ff. de verb. oblig. & l. cum plures. ff. de euict.* ¶ Ad idem facit quod notanter tenet Ang. *in l. plane. §. si eadem. ad fi. ff. de leg. 1.* vbi signanter tenet, quando vna quantitas in pluribus scripturis vel instrumentis reperitur, quarum quælibet stat per se, & vna non pendet ex altera: exemplum; si reperiantur duo instrumẽta ex causa mutui de summa quinquaginta, † non erit vna summa, imo plures: vel si reperiuntur duæ quittationes de quinquaginta diuersis temporibus factæ, aut etiam eodem tempore intelligentur duæ diuersæ summæ, & non vna: *vt dicta l. quinquaginta. ff. de probationibus. & dicta l. ne casu. C. de discusso. libro 10.* Vnde secundum Angelum, vt euites omnem telorum amaritudinem, facias scribi in vltima scriptura, computata in hac quantitate, alia quantitate apparente manu talis notarii, vel manu talis mercatoris. *Et idem quod Angel. tenet etiam Io. de Imol. in d. §. si eadem. & do. Alexan. in prælleg. cons. 4. primi volum. in 2. col.* ¶ Similiter ex diuersitate personarum, [c] puta mariti & vxoris, eadem summa † de centum videtur duplicari, nisi fuerit in promissione dictum, eandem pecuniam, & sic apparet, quod partes senserunt de eadem pecunia: *secundum Bar. in l. si Stichum. §. fi. ff. de nouat.* similiter & multo magis ex diuersitate temporũ [d] inducitur multiplicatio obligationum, quando duo instrumenta sunt confecta diuersis temporibus, † nam tunc probant duo esse debita separata. *ita notat Bal. in d. l. ne casu. per illum tex. C. de discusso lib. 10. quem text. ad hoc reputat singularem idem Bal. in l. seruo. §. si à primo. ff. de legat. 1. Idem tenet Bal. in l. Sempronius. in 2. notabili. & ibidem Ioan. de Imol. ff. de lega. 2. do. Alex. in prælleg. consil. 4. primi volum. in 2. colum.* ¶ Prædicta fortius militant in casu præsenti, in quo omnia prædicta quatuor simul concurrunt, [e] quorum vnumquodque per se sufficeret. ¶ In primis concurrit diuersitas summarum: quia primum instrumentum erat de ducatis mille quadringentis, & librarum septem millibus. Secundum autem instrumentum est de ducatis mille quadringentis, & etiam de ducatorum quatuor millibus. ¶ Secundo concurrit diuersitas scripturarum seu instrumentorum: quia adsunt duo diuersa instrumenta facta à diuersis notariis. ¶ Tertio concurrit diuersitas personarum promittentium: quia prima promissio primi instrumenti fuit facta per dom. Ioannem Franciscum tanquam procuratorem, & procuratorio nomine patris. Secundam vero promissionem secundi instrumenti fecerunt do. Hieronymus pater, & dom. Ioan. Franciscus filius nomine suo proprio, & vterque eorum obligauit sese principaliter & insolidum. ¶ Quarto concurrit diuersitas temporum: quia ista instrumẽta fuerũt facta diuersis temporibus, & per diuersos notarios. Vnde cum in casu præsenti adsint diuersæ quantitates & diuersa instrumenta, & diuersitas personarum, & diuersitas temporum, diuersitas notariorum: relinquitur quod cum dictæ summæ sint ita diuersæ in quantitatibus, in scripturis, in personis, & in temporibus: ambæ debeantur, tanto magis, cum in secundo instrumento non sit facta mentio primi instrumenti, & primæ obligationis, nec sit additum quod in isto secundo instrumento computetur † omnis alia promissio: *vt dicit Bart. in d. l. triticum. circa medium. & Angel. in d. l. plane. §. si eadem. ad fin. ff. de legat. 1.* Nec dictum fuit computato in hoc omni alio instrumento: quia ex hoc videretur facta nouatio præcedentium. [f] *arg. l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de legat. 3. secundum Bar. in l. 2. ff. de nouat. Angel. in l. fin. C. de nouat. & in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obli do. Alex. in cons. 2. quarti voluminis, quod incipit, Ex enarratis in themate. in 3. col. ad fin.*

¶ Item adhuc fortius aduertatur, quod in dicto secundo instrumento nō est facta aliqua mentio primi, nec aliqua computatio eius, quod in primo instrumento debetur, vt dictum est, imo idem dom. Ioan. Franciscus in alio instrumento per eum confecto de anno Domini 1503. die 27. Aprilis, in quo facit augmentum dotis dom. Constantiæ expresse dicit, in quibus tamen bonis voluit ipse dom. Ioannes Franciscus computari debere libras septies mille, ad quas est obligatus, vt apparet ex instrumento rogato per dominum Gentilem de Sardis Notarium publicum Ferrariensem. vnde sicut ibi expressit computationem debere fieri de contentis in instrumento, istud idem dixisset in secundo instrumento superius relato, si eiusdem fuisset voluntatis, *l. vnica. §. sin autem ad deficientis. & in fine. C. de caduc. toll. & in c. inter corporalia. de transla. præla.* Ad idem facit, quia nō potest dici, quod per secundum instrumentum fuerit facta nouatio primi instrumenti, & primæ obligationis: quia hodie nunquā inducitur nouatio, † nisi hoc expresse agatur [h] à partibus: *vt l. fi. C. de noua. & §. præterea. Inst. quib. mod. toll. oblig. Et dicit Bal. in l. vnic. in 7. col. C. de his quæ pœ. no.* quod in contractibus non fit nouatio, nisi creditor velit, quod sit nouatio. Et Spec. *in tit. de procu. §. 1. vers. sed nunquid defensor.* tenet, quod nouatio non fit nisi vtroq; valente. Item etiam in casibus, in quibus olim fiebat nouatio ipso iure, hodie non fit, nec ipso iure, nec ope exceptionis, [i] nisi expresse agatur à partibus. Et ita tenent Io. de Imo. Pau. de Cast. & Raph. Co. *in l. pen. ff. de pra. stip. & in l. 2. ff. de noua. Io. de Im. in l. delegare. eod. tit.* Et late do. Alex. post multos Doct. per eum allegatos *in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obli. & in cons. 10. visis dispositionib. n. 6. cons. 13. visis & consideratis verbis primæ scripturæ. nu. 6. & consil. 72. visis & diligenter ponderatis. in princ. lib. 2.* ¶ Ex prædictis omnibus concluditur ambas quantitates in vtroque instrumento ex causa dotis promissas deberi. Et ita tenendo non obstat dicta l. *Lucius. §. impuberem. ff. de legat. 2.* quæ supra allegabatur in oppositum: quia multipliciter respondetur. ¶ Primo, secundum Bartolum ibi, quod ideo ibi legatum dotis nō duplicatur, † eo quia dos consistebat in specie, quæ non est multiplicabilis, *dict. l. plane. §. si eadem. & l. si pluribus. ff. de legat. 1.* ¶ Secundo respondetur, etiam posito, quod dos ibi consisteret in quantitate, adhuc non potest duplicari, eo quia ibi mulier admittitur ad dotem, vt ad æs alienum: secundum aliam lol. gl. ¶ Vel tertio secundum Bar. ibi, quia testator legauit ibi dotē, quæ est quoddam ius vniuersale, sicut hæreditas, & peculium, *l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. do. fac.* ideo non duplicatur: secus si legasset quantitatem pro dote, tunc bene duplicaretur: *per illum §. secundum Bart. cum quo alij tenent, & ita est in casu nostro.* ¶ Vel quarto potest aliter & bene responderi, prout ibi respondent Dyn. & Rapha. Comen. quod ibi testator dixit, quæcunque primis tabulis dedi, eadem in duplum dari volo. vnde in illis verbis dos non comprehenditur: quia dos non dicitur dari, sed reddi, *leg. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de legat. secundo.* ideo ibi dos non duplicatur.

g *Ad deficientis.*] Ias. consil. 108. absolui. num. 1. supra lib. 1. vbi addo.

h *Expresse agatur.*] Dec. consilio 400. viso eleganti. in prin. Rub. consil. 5. pro fundamento. numero 4. Beroi. consilio 197. visa. numero 1. lib 1. & consil. 103. in causa. numer. 16. lib. 3. Paris. consil. 78. conclusione. numero 18. lib 3. Cepha. consil. 351. cum instrumento. numero 23. Rimin. iun. consil. 201. superioribus. numero 18. Censetur tamen inducta nouatio si constet id voluisse contrahentes ex aliquibus probabilibus coniecturis Alexand. consilio 13. visis. num. 8. lib. 2. Menoch. consilio 95. & si docte. num. 35. 36. Soc. sen. consil. 22. visis numer. 3. libro 1. In materia nouationis vide consil. Crot. 167. multum ac diu. num. 23. Gabr. consil. 155. Iacobus. & Grat. consilio 89. omissis. lib 1.

i *Exceptionis.*] Ias. l. 1. in fi. C. de iud. qui dicit communiter teneri. Rip. l. 4. §. si ex conuentione. n. 8. de re iud. & vide addita ad Alex. consil. 13. visis. n. 6. lit. b. verb. verius. lib. 2. & Gabr. qui alios plures citat com. opin. lib. 3. de nouat. concl. 1. nu. 56. vers. contractum. & Rimin. iun. d. cons. 201. n. 8. cum seqq. vbi dicit magis communem.

FRANC. BECIVS.

ADDITIO.

a Summarum.] Ias. l. plane. §. si eadem. num. 11. de legat. 1. & l. triticum. num. 8. de verbor. obligat. Aym. cons. 282. de tribus videndum est. col. 2. vers. sed præmissis. Menoch. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. casu 213. n. 11. & seq.

b Debentur.] Ias. d. l. triticum. num. 9. & cons. 4. D. Baptist. num. 22. supra eod. Aym. d. cons. 282. colum. 2. vers. 2. amplius considero. vbi hoc cons. refert. Menoch. d. casu 213. nume. 27. cum seqq & nu. 31. vbi meminit huius cons. & cautelæ traditæ per Ang.

c Personarum.] Idem Ias. l. triticum. n. 8. vers. similiter & ȝ. & ibi Alcia. n. 22. Aym. d. cons. 282. n. 2. vers. 3. ista duo instrumenta. Menoch. d. casu 213. n. 22.

d Temporum.] Ias. d. l. plane. §. si eadem. col. 4. super gloss. ver. ostendatur. num. 16. de leg. 1. Alex. cons. 3. in causa. num. 3. vers. aliud etiam vehementer. lib. 2. Aym. d. consil. 282. nu. 2. versic. 4 concurrit. Menoch. d casu 213. num. 19. vbi hoc cons. referunt.

e Concurrunt.] Quod actuum pluralitas præsumatur, vbi adest personarum, temporis, & summæ diuersitas, vult Menoch. d. casu 213. n. 24 post Soc. sen. cons. 24 visis. col. 9. vers. 3. principaliter. lib. 1. & Ias. hic citat.

f Præcedentium.] Ias. cons. 45. aggredior col. pen. versic. 7. considero. supr. lib. 1. vbi dixi. addo Aymo. consil. 294. verba transactionis. col. 4.

CONSILIVM LXXXVIII.

THEMA.

PEr sententiam diffinitiuam ducaliū delegatorum latam in fauorē quondam dom. Franceſcinæ de Montafia, contra fiscum, fuit pronuntiatum, præfatam quondam D. Franceſcinam, & eius fratrem & hæredem do. Ambrosium Scarampum fuisse & esse verum creditorem quondam nobilis Paridis de Montafia, cuius bona fuerunt confiscata de quadam quantitate debita ex causa dotis ipsius dominæ Franceſcinæ, contenta in transactione iurata inita inter dominos Ludouicum, Antonium, & cæteros fratres de Montafia hæredes dicti Paridis, & ipsam quondam dom. Franceſcinam. Item declarauerunt, bona dicti quondam Paridis fuisse & esse obligata pro dicta summa pecuniarum dotalium, & quod dicta transactio rata & firma haberetur, per quam nonnulla prędia dicti quondam

quondam Paridis fuerunt in solutum data dictæ dom. Francescinæ, cum pacto redimendi dicta prædia intra nouem annos proxime secuturos: & cum onere soluendi interim certos annuos fictus, prout in d. transactione, & in dicta sententia seriosius continetur: & prædicta sententia præfatorum ducalium delegatorum transiuit in rem iudicatam. Postea illustrissimus tunc Aurelianensis Dux, & nunc Christianissimus Gallorum Rex noster donauit præfato domino Antonio de Montafia bona & hæreditatem quondam dicti Paridis de Montafia in ducalem cameram confiscata, quæ bona idem dominus Antonius de præsenti tenet & possidet. Vnde dubitari contingit, an executio dictæ sententiæ latæ in fauorem quondam dominæ Francescinę contra fiscum possit de iure fieri contra dominum Antonium de Montafia, in quem donationis titulo à fisco peruenerunt bona dicti Paridis.

SVMMARIA.

† *Executio sententiæ non potest peti contra singularẽ successorem fisci condemnati, tenentem aliqua bona condemnati, sed petenda contra condemnatum, vel eius hæredem vniuersalem. Sed contra nu. 18. & seqq. vbi declaratur.*

2 *Obligatio non debet transire in donatarium etiam vniuersalem hæreditatis.*

3 *Hæres, qui semel fuit, non potest definere esse hæres.*

4 *Sententia habens relationem ad transactionem, quæ dicitur nulla, debet pariter dici nulla, sicut dicitur de sententia, quæ habet relationem ad statutum vel consuetudinem nullam. & numero 22. & seqq. vbi contra.*

5 *Datio in solutum facta de quibusdam bonis immobilibus minoris, per tutores sine decreto iudicis est nulla. & num. 28.*

6 *Datio in solutum facta in transactione incerta ratione loci & quotæ ipsorum prædiorum, non facta prius electione & æstimatione duorum confidentium redditur nulla. & nu. 28.*

7 *Datio in solutum redditur inualida propter pacta in ea apposita. & nu. 29.*

8 *Hæreditas est ius vniuersale continens omnes obligationes actiue & passiue.*

9 *Hypothecaria, quæ est actio in rem, debet dari contra quemcunque tenentem aut possidentem res hypothecatas.*

10 *Executio sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam ratione hypothecæ, & sic iuris realis, potest intentari etiam contra singularem successorem, & etiam contra tertium possessorem habentem causam ab eo, contra quem iam fuerat causatum ius ex sententia.*

11 *Executio sententiæ vel instrumenti guarentigiati contra possidentes bona debitoris obligati peti potest per creditores habentes actionem hypothecariam, quæ tanquam realis sequitur singularem successorem.*

12 *Princeps per suum beneficium nunquam intelligitur iuri tertij derogare, imo semper intelligitur concessum sine alterius iniuria.*

13 *Emens à fisco, vel aliter acquirens sicut tenetur ad omnia onera, & ad omnes obligationes passiue, ad quas fiscus tenebatur, ita fortius acquirens ex fisco titulo lucratiuo.*

Fiscus. In fisco speciale est, vt qui emunt, vel aliter ab eo acquirunt hæreditatem, teneantur ad omnia onera & obligationes passiue, ad quas fiscus tenebatur. num. 13.

14 *Contractus omnis, per quem fit alienatio, venit appellatione alienationis.*

15 *Authoris sui titulo vtens debet illo vti cum omnibus qualitatibus suis. & nu. seqq.*

Confiscatio. Ex confiscatione ius acquisitum debet quis habere cum omnibus suis oneribus & obligationibus. num. 16.

16 *Contractus debet acceptari cum omnibus pactis & clausulis in eo appositis.*

17 *Fiscus donando nõ potest plus iuris in donatarium transferre, quam ipse habeat.*

Ius tertij non licet allegare, quando in totum non est exclusiuum iuris agentis ipso iure.

24 *Confessio se referens ad quoddam instrumẽtum nullum, non per hoc redditur nulla.*

25 *Testis dictum referens se ad aliud dictum suum non solenne nec validum, valet.*

26 *Transactio in dubio censeri debet valida.*

27 *Statutum Astense, quod minor non possit contrahere sine consensu propinquorum & solennitate in eo expressa, non habet locum in contractu iurato ex communi opinione.*

30 *Contrahentium verba debent intelligi cum effectu, ita vt effectus duret.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

IN præsenti consultatione videretur prima cõsideration dicendũ, quod † executio talis sententiæ non pos- † 1
sit peti nisi contra fiscum condemnatum, vel eius hæredem vniuersalem, non autem contra singularem successorem fisci condemnati, tenentem aliqua bona obligati: *prout tenet expresse gloss. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. & ita in specie notat Bal. & Ang. in l. si debitori. per illum text. C. si aduer. cre.* vbi dicunt hoc esse notandum contra procuratores & aduocatos ignorantes. *Idem notant Ang. Imol. & dom. Alex. in l. 1. §. si hæres præcepto. per illum text. ff. ad Trebellia. Bald. in l. 1. in 1. colum. C. communia de legat.* Et dicunt Angel. & præfati Moderni *in dict. §. si hæres præcepto.* quod fatui sunt creditores, qui petunt executionem sententiæ, vel instrumenti guarentigionati contra possidentes bona debitoris obligati, nisi intentarent actionẽ hypothecariam, & sic actionem realem, quæ bene sequitur singularem successorem: vt ibi in gloss. ¶ Secundo, ex quo bona dicti Paridis semel peruenerunt in fiscum, & fiscus fuit obligatus erga dom. Francescinam occasione dictę dotis, certe ista obligatio non debet transire † in 2

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

donatarium etiam vniuersalem hæreditatis, *l.2 C.de pactis. & l.2.C.de hæred.vel act.vend.* quia fiscus, qui se-
3 mel fuit hæres, non potest † amplius desinere esse hæres, *l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. gloss. in l. in substitutione. ff. de vulgar. & pupillar.* Et sic hæres vendendo hæreditatem non se exonerat ab oneribus hæreditariis: *vt in iuribus præallegatis. & l.2. §.si venditor.ff.de hæred.vel action. vend. & l. hæreditatem. ff.de donation.* ¶ Tertio dicta sententia lata contra fiscum facit relationē ad dictam translationem, quæ est nulla: ergo etiam ipsa sententia debet reddi nulla. Sicut in simili dicimus, quod sententia se referens
4 ad statutum nullum, † vel ad consuetudinem nullam, est ipso iure nulla: secundum Baldum *in ca. cum causa. de re iudic. per illum text. quem ad hoc notat & dicit esse meliorem de iure.* Quod autem dicta transactio sit nulla, patet: quia in ea fit datio in solutum de quibusdam bonis immobilib. per tutorem sine decre-
5 to iudicis: † ergo nihil valet. *l. magis puto. §. ne passim. & per totum titulum. ff. de rebus eorum.* Item nec minores potuerunt facere alienationem rerum immobilium in dicta transactione assignatarum sine consensu propinquorum, & sic sine solennitate statuti Astensis. Item in solutum datio facta in dicta transactione ratione incertitudinis loci & quotæ ipsorū
6 † prædiorum, non facta prius electione per ipsam do. Francescinam, & æstimatione duorū confidentium redditur frustratoria & nulla. *l.3. §. incertam. & ibi Bart. & Doctor. & l.locus.ff.de acquir.possess.* Vnde dicit Bart. *in dicto §.incertam.per illum text.* se alias dixisse in contingentia facti, cum quidam emisset 100. tabulas terræ in prædio tuo in illa parte, quam eligeret, ille emptor egit rei vendicatione, antequam eligeret partem: dicit Bart. se dixisse, quod licet venditor constituerit se nomine illius possidere, quod nihil facit: quia non potuit, cum esset in certa ratione loci & quotæ: & cum Barto. tenent ibi alii. & ita consuluit Bartolus *in consilio 74. quod incipit, Petrus vendidit Bertæ suæ sorori.* ¶ Quarto facit: quia in dicta transactione dicitur, quod ad obseruantiam dicti contractus dicti fratres de Montafia non teneantur, nisi pro eo tempore, quo tenebunt & possidebunt hæreditatem, & bona dicti quondam Paridis, & si cōtingat, quod ipsa hæreditas ab eis auferretur de iure, vel de facto, quod à dicta in solutum datio-
7 ne, † & à dicta ficti præstatione sint liberi & quieti, & dictus contractus & datio in solutum remaneant inualida. Iste casus euenit: quia bona dicti quondam Paridis fuerunt per fiscum ablata: ergo cum dicta transactio & datio in solutum fuerit resoluta: ergo de ea non potest fieri fundamentū, & sic sententia ad eam se referens nullius debet esse momenti. ¶ Ista sunt in effectu & in substantia principaliora fundamenta, quę in fauorem præfati dom. Antonii de Montafia facere videntur. ¶ Sed præmissis non obstantibus, licet satis vrgere prima fronte videantur, contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & æquiorem, ac de iure veriorem. Nam in dom. Antonium de Montafia peruenerunt titulo ducalis donationis bona & hæreditas quondam Paridis de Montafia, prout cantat instrumentum dictæ ducalis donationis, sed hæreditas est ius vniuer-
8 sale continens omnes † obligationes actiuæ & passiuæ. *l.hæreditas.ff.de regul.iuris. & l.nihil aliud est hæreditas. ff. de verbor. signif. declarat Bart. in Rubric.ff.de acquir. hæred.in 1.q.* Ergo dom. Antonius, ad quem peruenit hæreditas quondam Paridis, debet teneri ad obligationem dotis quondam do. Francescinæ, quæ effectualiter ad manus ipsius Paridis peruenit. ¶ Secundo facit: quia ducales delegati in prædicta sententia lata contra fiscum, & quæ transiuit in rem iudicatam, expresse declarauerunt bona dicti quondam Paridis fuisse & esse obligata & hypothecata pro soluenda quantitate dotis dominæ Francescinæ. Similiter etiam in dicto instrumento transactionis pro in solutum datione, & aliis contentis in ea, dicti fratres de Montafia obligarunt & hypothecarunt etiam bona dicti quondam Paridis, cuius fuerunt hæredes: ergo cum dicta bona Paridis nunc peruenerint ad do. Antonium de Montafia: planum est, quod hypothecaria, † quæ est actio in rem, *l.pig. C.* 9
de pignor. §.item Seruiana. Inst.de act. debet dari contra quemcunque res hypothecatas tenentem aut possidentem, *l.si fundus.ff.de rei vendicat. ff. de pignor.l.1.& 2. C.si aduers.cred.* Item executio talis sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam ratione hypothecę, & sic iuris realis, potest intentari etiam contra singularem successorem, † & etiam contra tertium possel- 10
sorem habentem causam ab eo, contra quem iam fuerat causatum ius ex sententia dictæ l. *si superius. §. 1.ff.de pign.& l.si mater. §.1.& l.iudicatæ.§.fin.ff.de except. rei iudic. & ita concludit Bart.in repet.l.3.C.de pig.in 8.col. in vers.videamus ergo an ius exequendi.* [a] *do. Ant. de Butr.in c. quia V. in vlt.q.de iud. Bene facit quod in proposito tenent Angel.Imol.& do. Alex.in l.1.§.si hæres præcepto.in 1. not ab. ff.ad Trebell.* vbi tenent, quod creditores habentes a- a
ctionem hypothecariam, † & sic actionem realem, 11
quæ bene sequitur singularem successorem, vt ibi in glosl. possunt petere executionem sententiæ vel instrumenti guarentigionati cōtra possidentes bona debitoris obligati. ¶ Confirmatur in casu præsenti bona ratione: quia nisi executio sententiæ latæ contra fiscum, quæ transiuit in rem iudicatam, haberet effectum contra donatarium ipsius fisci, sequeretur, quod fiscus seu princeps per suam donationem fecisset deterius ius dominæ Francescinæ, quæ habebat executionem sententiæ, & rei iudicatæ contra ipsum fiscum, si eam similiter non haberet contra eius donatarium talia bona possidentem: sed sic est, quod princeps per suam donationem, † 12
& sic per suum beneficium nunquam intelligitur iuri tertii [b] derogare, imo semper intelligitur sine b
alterius iniuria, *l. secunda. §. merito. & §. si quis à principe. & vtrobique notat Bartolus. ff. ne quid in loco publico. & capitul. super eo. de offic. delegat. & cap. quamuis. de rescrip.in 6.* Item ex persona donatarii hæreditatis non debet immutari conditio seu obligatio, quæ erat contra fiscum, *l.2.§.ex his. & l.in executione.§.pro parte. ff.de verb.obl.& l.qui fundus.in fi. ff.de cond. & dem.& l.2. in fi.C.de fru.& lit.expen.* ¶ Tertio pro ista parte optime facit: quia speciale est in fisco, vt qui emunt à fisco hæreditatem, † vel aliter acquirunt, teneātur ad 13
omnia onera, & ad omnes obligationes passiue, ad quas fiscus tenebatur: *text.est in l.1. C. de hæred. vel act. vend.& in l.eum qui bona.ff.de iure fisc.& in l. nec vllam.§. item si quis à fisco.ff.de pet.hæred.* Et ratio est secundum Bal. & Sal. *in d.l.1.in 2.oppos it.C.de hæred.vel act.ven.* quia quando fiscus vendit hæreditatem, de cuius natura est

tã est habere in se onera, *vt l. si hæreditatem ff. manda.* intelligitur sic vendere, vt tunc ad onera teneatur emptor & non fiscus, vt ibi: quia tunc vẽdit vt onerosum, quod apparet ex natura & aptitudine rei vẽditæ *ſ. hæreditatis*: *vt l. hæreditas ff. de ver ſig.* Et illa iura quæ loquuntur in emente hæreditatem à fisco, & sic in habente titulũ onerosum, multo fortius procedunt in donatario hæreditatis habente titulũ lucratiuum à fisco, cum magis succurratur tractantib. c de dam. euit. quam tractantib. de lucro c quærendo *l. fi. §. licentia. C. de iu. del. & l fi. in fi. C. de codic. & ita tenet gl. in l. 2. in ver. comparauerint. C. de quad. præscri.* Accedat quod venditionis appellatione venit omnis 14 contractus, † per quem fit alienatio. *l. ſtatuliberi à cæteris. §. quintus. circa fin. ff. de ſtatul.* ¶ Quarto facit; quia D. Ant. de Montafia, qui vtitur titulo fisci, & sic authoris sui, debet eo vti cum omnib. suis qualita- 15 tib. † & omnibus suis obligationibus & vitijs *l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poſſ.* Item ille cui acquiritur ius ex confiscatione, debet illud habere cum omnib. suis onerib. & obligationib. sicut ille cui ac- 16 quiritur ius ex contractu debet † acceptare cum omnib. pactis, & clausulis in eo appositis d. *l. Caius. ff. de manu. tit. gene. & l. ſin autem. ff. de pact. & l. cum fundus §. ſeruum tuum imprudens. in verſic. pen. & ibi mod. ff. ſi cert. pet. & ita notat Bal. per iura præallegata in l. contra iuris ciuilis. §. fi. ff. de pact.* ¶ Quinto facit: quia fiscus donando non potuit transferre plus iuris in donata- 17 rium † quam ipse haberet e. *l. nemo plus iuris. ff. de reg.* e *& l. traditio. ff. de acq. rer. do. & in reg. nullus. de re iu. in 6. & c. nuper. de don. inter vi. & vx.* Vnde fiscus donando non potuit facere quin transactio & sententia eius vigore lata, quæ præiudicabat fisco, cum transiuerit in rem iudicatam: & cuius executio contra fiscum competebat, etiam præiudicet D. Antonio de Montafia habenti titulum lucratiuum ab eo, alias fiscus donando tertio posset per indirectum facere quod directo non potest, contra regulam *cap. cum quid vna via. de reg. iuris in 6.* ¶ Prædicta veriora apparebunt respondendo his quæ superius in oppositum adducebantur. ¶ Non obstat ergo primo 18 dum dicebatur † quod non potest peti executio sententiæ nisi contra condemnatum, vel eius hæredem vniuersalem, non autem contra singularem successorem tenentem aliqua bona condemnati: quia respondetur pluribus modis & quidem clarissime. ¶ Primo, quod doctores ibi allegati superius cum mysterio loquuntur contra singularem 19 successorem tenentem aliqua bona condemnati, † sed in casu præsenti D. An. successor non tenet aliqua bona, immo omnia bona quondam Paridis olim confiscata. ¶ Secundo Ang. Imo. & do. Alexan. *in præallegata l. 1. §. ſi hæres præcepto*, loquuntur in creditore petente executionem sententiæ contra possidentem bona debitoris obligati vigore actio- 20 nis personalis, † secus si intentaret actionem hypothecariam, & sic actionem realem, vt in casu nostro, in quo bona quondam Paridis sunt obligata & hypothecata pro restitutione quantitatis dotis quondam domin. Francescinæ, prout declaratum fuit per sententiam ducalium delegatorum, quæ transiuit in rem iudicatam, & prout deduxi supra in 2. fundamento. ¶ Tertio respondetur quod D. Antonius non est singularis successor, immo vniuersalis, cum habuerit à fisco titulo donationis hæreditatem quondam Paridis, quæ hæreditas dicitur esse ius vniuersale, vt deduxi supra in primo fundamento. ¶ Secundo non obstat dum dicebatur quod ex quo bona quondam Paridis peruenerunt in fiscum, & sic fiscus fuit obligatus D. Francescinæ: ergo † illa obligatio passiua non debet transire in 21 donatarium hæreditatis *d. l. 2. C. de pact. & dict. l. 2. C. de hære. vel. act. ven.* quia respondetur, quod illa iura non procedunt in eis qui emunt à fisco hæreditatem, vel alio titu. acquirunt. Nam speciale est in fisco vt tales teneantur ad omnia onera & obligationes passiue; *vt est text. in d. l. 1. C. de hære. vel act. vendit. & dixi supra in tertio fundamento.* Præterea iura præallegata loquuntur in obligationibus & actionibus personalibus, quæ sunt affixæ ossibus, & separari non possunt. *l. quis ergo casus. ff. de pecu. gloſſ. notabilis in l. 3. in princi. ff. pro ſoc. ſecus est in actionibus realibus l. 1. C. vbi in rem actione.* & sic secus est in hypothecaria, de qua nos loquimur, prout deduxi supra in 2. fundamento. ¶ Non obstat tertio dum dicebatur, quod sententia lata contra fiscum facit relationem ad transactionem, quæ dicitur esse nulla; ergo etiam pariter sententia debet dici nulla: † quia respondetur non 22 esse verum quod transactio sit nulla, vt statim apparebit dum respondebitur fundamentis quibus dicitur transactionem esse nullam. Sed posito sine veri præiudicio quod talis transactio esset nulla, dicitur quod fiscus contra quem sententia transiuit in rem iudicatam, non potuisset allegare nullitatem transactionis; † quia fuisset allegare ius tertij, quod 23 non est licitum quando in totum non est ipso iure excluſiuum iuris agentis. *l. cum ſeruum quiſpiam. vbi gloſſ. & doct. C. de ſer. fugi. late Barto. in l. 2. ff. de except. rei iudi.* Ergo nec similiter debet posse opponere Do. Ant. habens causam in dictis bonis à fisco, ne alias videatur plus iuris habere, quod non est dicendum *vt dixi ſupra in 4. & 5. fundamento.* ¶ Secundo quod sententia habens relationem ad transactionẽ nullam, † non per hoc dicitur nulla, sicut confessio se 24 referens ad quoddam instrumentum nullum, non per hoc redditur nulla, secundum quod notabiliter determinat f Bal. post Innocentium *in l. alia C. de his* f *quib. vt indig. in 2. col. in verſi. ſed pone quod quis confitetur.* Sicut etiam in simili valet dictum testis, † licet si re- 25 ferat ad aliud dictum suum non solenne, nec validum g; secundũ Doc. *in l. legata inutiliter. per illum tex.* g *ff. de le. 1.* & licet Bar. ibi non determinet, tamen determinat idem Bar. *in l. eos in prin. in 2. col. ff. de falſis.* Angelus & moder. præsertim do. Alex. *in d. l. legata inutiliter. cum concor. ibidem per D. Alex. allegatis.* ¶ Tertio adhuc planius respondetur non esse verũ quod dicta transactio sit nulla, imo est valida † prout in dubio 26 censeri debet: *per regulam l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. obliga. cum ſimi. & c. Abbate. de ver. ſignificatio.* Et dicit text. notabilis *in l. vbi. ff. de rebus dub.* quod semper in dubijs id agendum est, vt quam tutissimo loco res sit bona fide contracta. ¶ Nec obstat quod in ea sit facta insolutum datio de bonis immobilibus per minores adultos, tamen non seruata solennitate statuti Astensis; quia dicitur quod cum talis insolutũ datio fuerit iurata † per ipsos minores ad- 27 ultos, tamen statutum Astense non habet locum in alienatione minoris iurata h, & non obstante sta- h

tuto Astensi prohibente minores contrahere sine solennitate, quæ non interuenit, propter iuramentum validatur alienatio: eo maxime quia statutum Astense non facit mentionem de iuramento. *ita tenent canonistæ. dom. Anto. de But. & Ioan. de Ligna. & Io. de Imo. in c. cum contingat. de iureiu. & ibidem dom. Abb. in 4. & 5. colum. & seq. & idem D. Abb. in c. petitio. in 1. notab. de iureiu. & in c. ad apostolicam. in 1. notabili, per illum text. de regul. Salyc. in authen. sacramenta puberum in vlti. col. & ibidem Raph. Ful. C. si aduer. ven. Rapha. Comen. & Paul. de Castr. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. late D. Alexand. per decem fundamenta quæ ibi videri possunt in consilio 27. primi volum. quod incipit, Viso libello producto per procuratorem Petri de Villa in antepen. col. & duabus sequent.* Vbi dicit, quod ita communiter tenent canonistæ, & legistæ. *& idem D. Alex. in consil. 125. primi vol. incip. Visis & consideratis statutis in 11. col. & seq. & in consil. 100. 4. volu. quod incipit, Cum statutum. D. Franc. de Aret. in consil. 54. quod incipit, In causa magistri Blasij. & idem D. Franc. de Are. in l. is cui bonis præsertim in 8. col. ad fi. ff. de verb. oblig.* Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo fuit in solutum datio iurata per minores facta propter debitum dotis quondam do. Francescinæ, & sic fuit alienatio necessaria facta de immobilibus quæ non est prohibita minoribus *l. 1. C. de prædi. mino. facit*
28 *l. 1. ff. de fun. do. & l. senatus. in prin. ff. de l. 1.* ¶ Non † obstat etiam dum dicebatur quod insolutum datio facta in d. transactione de quibusdam immobilibus inualidetur ratione incertitudinis loci & quotæ; quia respondetur quod quamuis in solutum datio videatur habere incertitudinē, per hoc tamen trāsactio non est nulla, præsertim cum talis incertitudo possit certificari postea per electionem factam per hæredes D. Francescinæ: prout in d. in solutū datione continetur. & ita est aperte de mente Barto. & doc. *in d. l. 3. §. incertam.* dum dicit Bar. antequam eligeret. ergo post electionem posset vendicare. Nam idem iudicamus de re postea certificata, quod de re certa *arg. l. ait prætor §. 1. & l. in summa in prin. ff. de re iud.*
i ¶ Quarto & vltimo [i] non obstat dum dicebatur, quod transactio & in solutum datio reddebantur inualidę propter pactum in ea appositum, videlicet quod casu quo de iure vel de facto hæreditas d. quond. Paridis ab eis auferretur, quod essent liberi à dicta insolutum datione, & quod datio insolutum remaneret inualida, & iste casus euenit: quia bona quond. Paridis fuerunt per fiscum ablata: quia re-
29 spondetur, quod de bonis d. quond. † Paridis fuit facta dicta insolutum datio, & bona Paridis postea fuerunt confiscata, deinde eadem bona & hæreditas Paridis fuerunt donata D. Antonio de Montafia, qui iurauit in dicta in solutum datione; ergo talia bona non dicuntur effectualiter ablata, ex quo adhuc reuersa sunt ex causa lucratiua ad ipsum D. Antonium. Nam ablatum seu euictum dicitur illud quod durat euictum argu. *l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem ver.* Nam verba contrahentium de-
30 bent intelligi cum effectu, † ita quod effectus duret *l. 1. §. fi. ff. quod quisque iu. & c. relatum. de cle. non resi.* & D. Ant. habens à filco bona quond. Paridis: quæ erant hypothecata pro debito dotis quond. D. Francescinæ, non potest dicere quod talia bona fuerint ab eo ablata, cum rehabuerit tit. lucratiuo, & vniuersali hæreditatis. Ergo proculdubio tenetur ad dictum debitum dotis, & ad prædia quond. Paridis eligenda per hæredem quond. D. Francescinæ æstimanda per duos communes amicos, sicut cantat instrumētum transactionis, & sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, & quæ fuit lata contra fiscum, à quo ipse D. Ant. causam lucratiuam & vniuersalem habet.

ADDITIO.

a Exequendi.] Vide Neuiz. consi. 20. contra Egidium nu. 13. Osas. dec. 65. supereſt nunc per totam, vbi recitant distinctionem Bar.

b Iuri tertij.] Dec. conſ. 373. viſo conſ. nu. 10. conſ. 468. ſuperiori nu 19. & 20. conſ. 498. viſo caſu nu. 15. conſ. 520. in cauſa nu. 3. conſ. 525. viſis his nu. 6. ver. tertia concluſio & nu. 8. ver. & iſta vbi ait hoc procedere etiam in minimo præiudicio & in modico idem Dec. c. quæ in eccleſiarum num. 26. ver. quartus caſus de conſt. conſ. 544. Sereniſs. nume. 34. cum ſeq. conſ. 580. quæritur nu. 2. & ſeq. & conſi. 689. viſo puncto nu. 9. cum 2. ſeq. Ceph. de priuilegio legitimationis loquens conſ. 186. magnificus nume. 31. vbi ſimilia adducit quem refert Rimin. iun. conſ 231. adducitur nu. 25. vbi loquitur de comite legitimante, & vide de præmiſſis Nattam conſilio 4. in cauſa nu. 5. vbi pulchre & late comprobat. facit quod dicit idem Natta conſil. 204. vertitur nume. 18. & ideo ſi princeps concedit alicui priuilegium faciendi molendinum, intelligitur ſine præiudicio tertii Rol. poſt Bal. conſi. 80. in caſu num. 36. cum ſeq. lib. 3.

c De lucro.] Dixi conſ. 90. non videtur ad finem.

d Appoſitis.] Iaſ. conſ. 148. aggredior in fi. ſupra libro 2. vbi ad do.

e Quam ipſe haberet.] Iaſ. conſ. 225. in quæſtione nu. 2. lib. 2. vbi loquitur de iure patronatus, & de patre quod non poſſit transferre c. vilitatem in filios quam non habet Ceph. conſil. 246. magnificus numer. 23. & de primogenito hærede ſcripto quod non poſſit tranſmittere hæreditatem ad fiſcum quam non adiuit Cepha. conſilio 321. inſignis nume. 24. & de arbitro quod non poſſit cedere iura quæ ipſe non habet Dec. conſilio 446. nu. 4. & de remiſſione ſeu ceſſione facta per filiam Aymo conſ. 288. Margarita nu. 1. & de iure redimendi quod dicatur eſſe in bonis debitoris cedentis bonis Aym. conſilio 213. ad primum ſub nu. 4. & vide poſt Bart. inquit Rol. conſ. 100. nu. 101. cum ſeqq. libro 4. Crot. conſi. 277. in cauſa numero 1. Port. conſi. 167. prima quidem n. 78. Bertr. conſi. 262 ſubſtitutio nu. 4. lib. 9. Pariſ. conſ. 25. vidi. numer. 30. lib. 4. & alibi ſæpe doct.

f Determinat.] Affl. dec. 25. in cauſa n. 5. Dec. c. cum venerabilis nu. 27. de excep.

g Nec validum.] Aymo conſ. 290. egregii col. 6. verſ. 12. vbi hoc conſ. citat.

h Iurata.] Vide Iaſ. & ibi addita conſ. 216. Gab. & fratres nu. 15. ſupra li. 2. Gab. com. opi. li. 3. de iurei. concl. 5. n. 14. vbi alios citat.

i Et vltimo.] Similia colligit Marſ. l. is qui cum telo n. 53. cu ſeqq. C. de ſicar. & dixi conſ 57. Baptiſta nu. 8.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM CXXXIX.

THEMA.

SPectabilis Do. Carlinus Ang. D. terræ Tromelli communitatis Papiæ, conſiderans & attendens quamplura beneficia hactenus ſibi diuerſimode collata per D. Ioannem Iacobum de Rubeis, per ſe, eiuſque hæredes, & ſucceſſores, & quibus dederint, fecit, & conſtituit ipſum D. Ioannem Iacobum pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus immunē & exemptum

à datio

à datio imbotaturæ vini & bladorum d. terræ Tromelli, pro vino & bladis quæ contingeret ipsum D. Io. Iacobum percipere, & habere in dicto loco Tromelli, tam de eius D. Io. Iacobi terris, proprietatib. & bonis, quã aliter quocunq;, & qualitercunq; per D. Io. Iacobum, vel dictos eius hęredes, & successores habendis, & reponendis in dicto loco & eius territorio: & hoc quantũ est respectu dicti domini Io. Iacobi, & dictorũ eius hæredũ, & successorũ tantum, non autẽ quantum est respectu fictabilium & massariorum, qui non intelligantur comprehẽsi in præsenti exemptione, & immunitate. Ita cantat instrumentum publicum superinde confectum. Postea D. Io. Iacob. vendidit & insolutum dedit suprascripta bona Tromelli D. Ioanni Antonio de la Ecclesia, & sociis incantatoribus salis Bergamini pro debito dicti salis. Quæritur, an dicta immunitas concessa domin. Ioan. Iacobo Rubeo vt supra transeat ad dominum Ioannẽ Antonium de la Ecclesia; & sic ad singularem successorem.

SVMMARIA.

1 *Immunitas concessa pro se hæredibus & successorib. videtur singularem quoque successorem comprehendere, & nu. 9. & seqq. vbi contra & iterum nu. 15. 16. & n. 18. & seq.*

2 *Successor singularis licet non comprehendatur appellat. hæredis tantum, vel successoris tantum, tamen tunc singulares successores comprehenduntur quando in eadem dispositione ambo ista vocabula cumulata sunt, scilicet hæredibus & successoribus, & numero 9. & seqq. vbi contra: & rursus numero 15. 16. 18. & seq.*

3 *Immunitatis concessio est donatio proueniens ex largitate concedentis, & ideo debet large interpretari in præiudicium ipsius concedentis, & ita vt appellatione* hæredum & successorum, *comprehendatur etiam singularis successor & numero 4. & iterum num. 20.*

5 *Immunitatis concessio pro bonis & terris alicuius loci, & sic respectu rei præsumitur realis, vt ad quẽcunque transeat res debeat etiam transire exemptio & nu. 6. & rursus nu. 21. vbi declaratur.*

7 *Verba illa* (quibus dederint) *faciunt vt concessio videatur realis, & sic transitoria ad singularem successorem, & nu. 26.*

8 *Ius excipiendi transit ad singularem successorem, & numero 27.*

Excipiendi ius transit, ad singularem successorem. vide verbo ius excipiendi.

9 *Immunitatis concessio in dubio censetur esse personalis, & sic non potest transire ad singulares successores, & numero 13.*

10 *Immunitates censentur esse stricti iuris & non extenduntur vltra rem vel personam in eis nominatam.*

11 *Immunitas alicui concessa propter benemerita censetur esse personalis, & non debet transire ad singularem successorem.*

12 *Dictio taxatiua,* tantum *facit vt concessio immunitatis intelligatur esse personalis & non refertur ad singulares successores, de quibus non est facta expressa mentio.*

14 *Successorum appellatione comprehenduntur successores vniuersales tantum, & non singulares, nisi esset adiecta dictio vniuersalis* quibuscunque, *quia tum comprehenderetur etiam singularis successor & sic etiam legatarius.*

16 *Emphyteusis. Rem in emphyteusim accipiens, pro se, & suis hæredibus & successoribus intelligitur de hæredib. vniuersalib. qui sunt hæredes de iure ciuili, & de successoribus vniuersalibus qui succedant de iure prætorio, & non potest eam transferre in singularem successorem.*

17 *Immunitatis concessio indeterminate facta præsumitur concessio mere personalis, & non realis. & numero 21.*

19 *L. fluminum. §. adijcitur. de dam. inf. quomodo intelligatur.*

20 *L. vltima. de consti. prin. qtomodo procedat.*

22 *Doctori quamuis magno non est credendum nisi dictum suum probet per authenticam scripturam, & non est inspiciendum quis dicat, sed quid dicatur.*

23 *Doctori vario & sibi contrario non est credendum.*

24 *Doctoris vnius duæ authoritates prævalent vni.*

25 *Opinio communis est quæ plurium testimonio comprobatur, et ab ea non est in iudicando recedendum.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

IN presenti consultatione videretur prima cõsideratione dicendũ, quod talis immunitas debeat transire ad singularem successorem, † cũ fuerit 1
concessa pro se, suisque hæredib. & successorib. Nam licet alias appellatione *hæredis tantum*, vel *successoris tantum*, non † comprehendatur 2
singularis successor, sed tantum vniuersalis *l. quædam §. his autem. & ibi Bal. Ang. & alij ff. de eden.* tamen quando in eadem dispositione ambo ista vocabula cumulata sunt, scilicet *hæredib.* & *successoribus* vt in casu præsenti, tunc comprehenduntur etiam singulares successores: *per tex. in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. inf.* alias illud verbum, successorib. esset superfluum, nisi hoc importaret: *contra l. si quando. in princ. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de Priuileg. in 6. Bene facit quod dicit Bal. in rubrica. C. de contrahenda emptio, in 9. q.* ¶ Secundo facit: quia ista concessio immunitatis est donatio proueniens ex largitate cõcedentis, † ergo debet large in 3
terpretari in præiudicium ipsius concedentis. *c. cum dilectus. de don. ca olim tibi. vbi not at Io And. de ver. signific. Bar. & alij in l. si. ff. de const. princip.* Sed in talibus beneficiis, in quib. fit largissima interpretatio, appellatione hæredum vel successorum comprehenditur etiam singularis † successor: vt notabiliter determinat 4
Specul. *in titu. de testa. §. 1. vers. si. & sequitur Baldus in l. liberti libertaque C. de ope. liber in vers.* Sed quid si epicopatus. Io. de Imo. *in l. ex facto 2. ff. de hared. institu. in*

vers.

vers. & ad prædicta benefacit. ¶ Tertio facit; quia ex quo ista immunitas est facta pro bonis & terris Tromelli, & sic respectu rei præsumitur realis, † vt ad quemcunque transeant res, debeat etiam transire exemptio. *c. cum venissent. & ibi notatur, de inst. notat gl. 25. q. 2. in summa. Spec. in ti. de instru. edi. §. nunc autem, ver. dubium autem Io. And. in c. priuilegium. de reg. iu. in 6. in mercurialibus. Bartolus in l. pater. ff. de ser. lega. Bal. in d. l. liberti libertæque in 10. col.* ¶ Quarto ita in terminis nostris per suprascripta tria fundamenta consuluit expresse D. Alex. *in consi. 192. secundi volum. quod incipit, ex themate præmisso de pluribus dubitari contingit in 1. & 2. colu.* Et ibidem subdit non referre, quod in venditione nihil dictum fuerit de immunitate, prout etiam cõtigit in casu præsenti: quia concessio immunitatis, quum fuerit realis, † transit ad quemcunque transit ipsa res, vt dictum est, *bene facit l. si aqueductus. cum l. seq. ff. de contrahend. empt. & l. testatrix. §. 1. ff. si ser. vend.* Item cum dicta immunitas fuerit acquisita domino Io. Iacobo Rubeo pro se, hæredibus, & successoribus suis, ergo absque alia translatione expressa ipsius immunitatis, & absque aliquo facto domin. Ioann. Iacobi, in continenti transiuit immunitas in do. Io. Antonium de la Ecclesia, quamprimum de iure fuit effectus successor domin. Ioann. Iacobi Rubei: *vt l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. & c. 1. in prin. de succes. feu. & quod notat Bar. in l vt iurisiurandi. §. si liberi. in vers. secundum dubium est. ff. de oper. libe. ita dominus Alexan. in consilio præallegat.* ¶ Quinto facit: quia ex parte domini Carlini donantis fuit dictum per se eiusque hæredes, & quibus dederint: & illa verba, quib. dederint, faciunt, vt concessio videatur † esse realis, & sic etiam transitoria ad singularem successorem: *c. 1. de feud. non hab. pro. natu. feu. Bal. & Ang. in l. cum essent. §. per plurium arg. illius text. ff. de ser. ru. prædi. Bal. in l. 1. in 45. & 48. q. ff. de re. diuisio.* Ergo etiam debet censeri realis ex parte acquirentis, vt seruetur inter eos æqualitas, *arg. l. si iudex. ff. de mino. Bal. in c. 1. in 7. col. de iudi.* præsertim cum vnum capitulũ priuilegij declaret aliud. *l. vtrum in princi. vbi Bar. & alij notant. ff. de pet. hæred. l. quemadmodum. §. hæc verba. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. scire oportet. §. aliud in fi. ff. de excusa. tuto. facit l. qui filiabus. in prin. & quod ibi Barto. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1.* ¶ Sexto facit: quia saltem excipiendo, quia † ius excipiendi transit ad singularem successorem. *l. fin. ff. de except. rei vend. & l. etiam ff. de iureiurand. Bar. in l. si tertius. §. si quis prius, ff. de aqua plu. arcend. dominus Alexander in d. l. quædam. §. nihil interest in primo notabili. ff. de edend.* Sed dominus Ioan. Anton. veniens excipiendo & opponendo debet gaudere beneficio exemptionis & immunitatis, quamuis sit singularis successor. ¶ Ista sunt in effectu, & in substantia principaliora, & fortiora fundamenta, quæ in fauorem D. Ioann. Anto. de la Ecclesia adduci posse videantur. ¶ Sed præmissis nõ obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, quod immunitas concessa eo modo quo supra, nullatenus transeat ad D. Io. Antonium de la Ecclesia singularem successorem, & ita est tenendum, si veritatem & ius amamus. Ad ita tenendum moueor ex infrascriptis fundamentis ex quib. apparebit allegata in contrarium nihil obstare. ¶ In primis moueor: quia † in dubio concessio immunitatis censetur esse personalis [a], & sic non transire ad singulares successores *l. semper §. immunitati. ff. de iure immunit. l. forma. §. quamquã. ff. de censi. gl. & doctor. in c. cum venissent. de institutioni. & in l. fordidorũ. C. de excusatio. mune. lib. 10. gl in l. medicos. in verb. filijs. C. de professo. & medicis lib. 10.* Et quod in dubio concessio immunitatis censeatur esse personalis, & sic nõ sit trãsitoria ad singulares successores, tenet in specie Io. de Imol. *in l quia tale. ff. soluto matrim. & do. Alex. ad hoc plura allegans in cons. 101. primi vol. quo i incipit, visis instrumentis exemptionis. in vlt. col.* Bene facit: quia tales immunitates † vel exemptiones censentur esse stricti iuris [b], & sic non extenduntur vltra rem, vel personam in eis nominatam. *c. cum personæ & capit. sane de priuileg.* ¶ Secundo facit, quia ista immunitas fuit cõcessa propter benemerita & quamplura beneficia collata per D. Io. Iacobum de Rubeis erga Do. Carlinum donatorem, vt expresse cantat instrumẽtum cõcessionis, † ergo cẽletur esse personalis, ergo non debet transire ad singularem successorem; *vt est tex. in l. 1. §. fi. ff. de consti. prin.* quia quãdo persona fuit causa concedendæ immunitatis [c], tũc censetur esse mere personalis, & non transit ad singularem successorem *secundum Bart. & doc. in d. l. 1. ff. de const. prin. facit l. quia tale ff. sol. mat.* quia illud, quod conceditur ex affectione personæ, censetur esse mere personale, & non esse transitorum ad alium, *text. est in l. pater filiæ ad fi. ff. de ser. lega.* ¶ Tertio facit taxatiua, *tantum* apposita in concessione istius immunitatis, quæ, fuit facta respectu D. Io. Iacobi, & eius hæredũ & successorum tantũ, vt dicit instrumentũ. Sed illa taxatiua, † *tantum*, facit, vt cõcessio intelligatur esse personalis, & nõ extendi nisi ad personas expresse nominatas, & non ad singulares successores de quib. non est facta expressa mentio: *vt l. nisi hoc actum. & ibi Bart. & alij. ff. de pac. & l. non solum 2. § tale ff. de libera. lega. & l. si pactum. ff. de probatio. Bar. in l. qui in futurum. §. 1. circa finem. ff. de pactis.* ¶ Quarto, quod concessio istius immunitatis fuerit personalis, & sic non sit transitoria ad singulares successores, † patet euidenter ex verbis ipsius concessionis in quib. dicitur, & hoc quantum est respectu D. Io. Iacobi & dictorum eius hæredum & successorum tantum; non autem quantum est respectu fictabilium & massariorum dicti D. Io. Iacobi, & eius hæredum & successorũ: per quæ verba expresse demõstratur, quod illa cõcessio D. Carlini fuit mere personalis, non autem realis, quoniã si fuisset realis, sequeretur rem ipsam quocunque trãsiret. *l. cum in fundo. & l. seq. ff. de ser. rusti. prædio.* & non fuisset limitata & taxata, prout fuit in casu præsenti. ¶ Quinto bene facit; quia ista immunitas fuit concessa limitate & taxatiue, vt dixi, pro se suisque hæredibus, & successoribus tantum, sed † appellatione successorum comprehendũtur successores vniuersales tantum, & non singulares [d]. *text. est in l. quadam §. his autem. & ibi Bal. Ang. & alij ad hoc notant. ff. de eden. Bal. in l. emptorem in 3. colu. C. loca.* & facit ratio: quia verba debent intelligi in potentioti significatu [e]. *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. & l. quæritur. ff. de sta. homi.* Et in hoc nemo discrepat, nisi esset adiecta dictio vniuersalis, *quibuscunque*; puta quia dictum fuisset, *pro se & suis successoribus quibuscunque*, tunc propter illam dictionem, *quibuscunque*, bene comprehenderetur etiam singularis successor [f], & sic etiam legatarius: *secundum Bald. in cap. impetrante*

petrante. in prin. in pe. col. de probi feu. alie. per Frid. & in c. 1. §. donare. in 2. colum. qualiter olim feud. pote. alie. & in l. 1. in 48 q. ff. de re. diui. D. Abb. in consi. 110. quod incipit, nitar in præsenti causa. in tertio dubio. Lud. Roma. in l. id tempus. §. 1. ff. de vsuca. Sequitur etiam vbique D. Alex. scilicet in d. l. quædam. §. nihil interest. in 1. col. ff. de eden. & in l. si patroni. in prin. in pen. & vl. col. ff. ad Treb. & in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & post. & in l. quod dicitur. in vl. char. ff. de verb. ob. & in l. etiam in princ. vbi etiam Ludo. Ro. ff. sol. ma. Sed in casu præsenti, in instrumẽto immunitatis non adest dictio *quibuscunque*, sed simpliciter est facta mentio de successorib. Ergo intelligitur de vniuersalib. non autem de singularib. ¶ Sexto bene facit; quia etiam quando ista duo vocabula, *hæredib. & successorib.* simul cumulantur in eadem oratione, quia dicitur *pro se, hæredib. & successorib.* prout in casu præsenti, adhuc appellatione *successorum* nõ † veniũt singulares successores, quia quando dicitur, *hæredib.* intelligitur de hæredibus vniuersalibus, qui succedunt de iure ciuili, & dum dicitur, *& successorib.* intelligitur de successoribus vniuersalibus, qui succedũt de iure prætorio. *l. stipulatio ista. in princip. cum gloss. in verb. cæterorum. ff. de verb. obli.* Et ita per hanc rationem, quod quando ista duo vocabula sunt simul iuncta, quod adhuc non veniat singularis successor tenet expresse Io. de Imo. *in l. quod dicitur. in pe. col. ff. de ver. obliga.* Vbi per hoc decidit, quod si quis accepit rem in emphyteusim pro se, & suis hæredib. & successorib. intelligitur de hæredib. vniuersalibus qui sunt hæredes de iure ciuili, & de successoribus vniuersalibus, qui succedant de iure prætorio: *per d. l. stipulatio ista. in prin. cum gl. in verb. cæterorum.* & ideo secundum eum recipiens dictam emphyteusim, non poterit eam transferre in singularem successorem g. nisi seruata solennitate *l. fi. C. de iure emphyteu.* Istam decisionẽ Imo. refert, & expresse sequitur D. Alex. *in d. l. quædam. §. nihil interest. in primo not ab. & idem do. Alex. in d. l. quod dicitur in vl. chart.* quamuis contrarium, & male teneat idem D. Alex. sibi contrarius *in prædallegato consil. 192. secundi volumi.* Sed, vt dixi, ibi male loquitur, vt infra apertissime ostendã respondendo his quæ supra in oppositum sunt adducta. ¶ Septimo facit: quia cõcessio istius immunitatis est indeterminate facta; † patet, quia est facta tam pro terris, proprietatib. & bonis do. Io. Iacobi in dicto loco Tromelli, quam aliter quomodocunq; & qualitercunque per dictum D. Io. Ia. vel eius hæredes, & successores habendis & reponendis in d. loco Tromelli, & eius territorio: Ergo præsumitur concessio h mere personalis h, & non realis. *l. pe. & ibi Bar. ff. de ser. rust. prædio. Bar. in l. pen. ff. de ser. leg. & in l. 1. ff. de constitu. princip. Bald. & Imol. in l. apud Iulianum. § si quis alicui. ff. de leg. 1.* ¶ Per ista septem principalia fundamenta apparent sublata & resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas adhuc clarius elucescat ad ea particulariter respondebo. ¶ Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod licet alias appellatione hæredis tantum, † vel appellatione successoris tantum, non comprehendatur singularis successor: tamen vbi in eadem disputatione ambo ista cumulata sunt, vt in casu nostro, tũc comprehendãtur etiã singulares successores. Istud primum fundamentum, quod facit D. Alexander *in prædallegato consilio 192. secundi volum.* est falsum, & contrarium expresse tenet Ioann. de Imo. & ipsemet D. Alexan. sibi contrarius in duobus locis, prout retuli supra in sexto fundamento. ¶ Nec obstat text. per quem mouetur D. Alex. *in d. l. fluminum. §. adijcitur. ff. de damn. infecto.* quia respondetur dupliciter. Primo, quod ille † textus loquitur quo ad stipulationem committendam, scilicet vt committatur stipulatio de damno infecto, etiam si contra singularem successorem fiat: *secundum Bal. ita declarantem in l. si tibi. §. pactum conuentum. ff. de pac.* Secundo respondetur, quod ideo ibi stipulatio damni infecti erat in rem scripta; eo quia erat plenius & largius concepta, quã in casu nostro, sed nomine hæredũ vel successorum vel eorum, ad quos ea res pertinet: ita ibi cantat tex. Ideo his verbis etiam singularis successor continetur; qa alias frustratorie essent ibi adiecta alia verba s. & eorum, ad quos ea res pertinet. Minus quoque valet alia ratio D. Alexandri, dum dicit, quod quando ambo ista cumulantur, scilicet *hæredibus & successoribus*, quod illud verbum, *successoribus*, esset superfluũ, nisi importaret successores etiam singulares: quia dicitur, quod D. Alex. salua eius honorificentia debuerat istud fundamentum omittere, quia nihil valet, & est falsum, quia nulla cadit superfluitas. Nã quando dicitur de hæredib. intelligitur de heredib. vniuersalibus, qui succedunt de iure ciuili, & dum dicitur, & successoribus intelligitur de successorib. vniuersalibus, qui succedunt de iure prætorio: *prout expresse tenet gl. in d. l. stipulatio ista. in princip. in verbo cæterorum. ff. de verbo. obliga. expresse Io. de Imol. & Dom. Alexand. sibi contrarius in duobus locis, prout retuli supra in sexto fundamento.* ¶ Non obstat secundum principale fundamentum, quod ista concessio immunitatis est donatio procedens ex liberalitate domini Carlini concedentis: ergo debet large interpretari contra ipsum concedentem, † vt appellatione successorum veniant etiam singulares successores; quia respondetur, quod ista larga, vel largissima interpretatio debet fieri respectu principis concedentis i, & sic in beneficijs principis. ita loquitur *d. l. fi. ff. de consti. princ. cum alijs superius adductis*, secus est in inferiore à principe, prout est casus noster. *ita expresse tenet Bar. in l. pe. ff. de ser. lega.* Istam limitationem Bartol. probant egregie duo tex. simul iuncti scilicet *in l. Paulus. §. patroni filius. iuncta l. etiam §. 1. & 2. ff. de bo. liber.* & hoc reputat singulare Ludo. Rom. *in l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligatio.* ¶ Non obstat tertium quod ex quo ista immunitas est facta pro bonis & terris Tromelli, & sic respectu rei, præsumitur realis, vt ad quemcunque transeat res, debeat etiam transire exemptio: quia respondetur, hoc procedere, quando concessio fieret determinate, † secus quando fieret indeterminate; *prout tenet Bar. in d. l. pater. ff. de ser. lega. & in l. pe. per illum text. ff. de ser. rust. præd.* Sed in casu nostro fit indeterminate, non solum pro vino & bladis, quæ continget ipsum Do. Ioan. Iacobum percipere & habere in dicto loco Tromelli & eius territorij, tã de eius do. Io. Iacobi terris, proprietatib. & bonis, quam aliter quomodocunque habendis & reponẽdis in dicta terra, & sic indeterminate & incerte. Ita expesse cantat dictum instrumentũ exemptionis, & sic facit ad propositum, prout etiam deduxi supra in septimo fundamento. ¶ Quarto non obstat, q contrarium

trarium in terminis nostris expresse consuluit do. Alexand. *in præall. consil. 192. secundi volu.* quia nihil authoritas D. Alexandri, sed tantum iuris ratio patrocinari debet; *vt inquit Bald. in l. si quis ad declinandum in*
22 *8. colum. C. de episco. & cleric.* Item quia † non est considerandum quis dicat, sed quid dicatur, *dicit textus 19. distinct. in c. secundum.* & veritas à quocunque prolata præferenda est cuiuscunque authoritati. *gloss. in c. ego solis 9. dist. & gl. 2. q. 8. in c. quæritur.* Vnde de illa decisione Do. Alexand. non est curandũ, ex quo non est vera: quia fundamenta, quibus mouetur, sunt falsa, vt dixi supra respondendo tribus præcedentibus fundamentis, quibus fundatur D. Alex. & male & inaduertenter in illo consilio: & non debemus credere alicui Doctori, licet magno, nisi dictũ suum
k probet per auth. scripturam [k], aut vere iuris fundamento; *vt notat Archid. in c. nolite 11. q. 3. per illum text. & 9. distinct. ego solis. Bald. in l. respublica. C. ex quibus cau. ma.* ¶ Secundo dicitur, quod Do. Alex. est in hoc sibi de directo contrarius in duobus locis, quos retuli su-
23 pra in sexto fundamento; vnde † cum sit sibijpsi
l contrarius, non est audiendus [l] *l. 1. C. de fur. & c. vnico. in vers. omnibus. vt ecclesiastica benef. sine di. confe. & c. penul. in fi. de offic. del. in sexto.* Tertio dicitur, quod ex quo D. Alexand. in consi. tenet vnum, & in duobus
24 alijs locis tenet contrarium, † certe duæ authori-
m tes eiusdem doctoris vincunt vnam ipsius [m]: secundum Bal. *in l. precib. in 12. col. in fin. C. de imp. & alijs substitut.* Quarto dicitur, quod contra illud, quod tenet D. Alexan. *in præallegato consi. tenet gloss. ordinaria. & Ioan. de Imol. & ipsemet. Do. Alexand. sibi contrarius in duobus locis, prout retuli supra in sexto fundamento.* Ergo contra illud, quod tenet solus Do. Alexand. in illo consi. est proculdubio tenendum, cum in contrarium sit communis opinio. Nam communis
25 † opinio dicitur esse illa, quæ plurium doctorum testimonio comprobatur; *vt est text. in l. 1. in vers. & sane crebrior. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de offic. quæsto. & in l. diui fratres. in verbo. plurium etiam iuris authorum. ff. de iur. patro. & in cap. nouimus. de verborum signifi. in verb. opinio à pluribus approbata. & ibi dominus Anto. de Butr. & domin. Abbas ad hoc notant, & tex. in ca. de iudicijs, ibi in quo plurimi concordant 3. q. 3. & gl. de pœniten. distinct. 1. c. fin. & ita etiam alias legendo reprobaui illud consilium D. Alexandri in d. l. quædam. § nihil interest.* & à communi sententia non est in iudicando recedendum: *secundum Bart. & alios in l. fin. C. de pœna iudi. qui male iud.* Et ibi dicit Ang. *in lectura Florentina*, quod supina ignorantia est iudicare contra opinionem magis communiter approbatam. & ita etiam notant Canonistæ *in c. ne innitaris. per illum tex. de const. Gem. in c. 1. in penultima col. de postu. prela. in sexto.* ¶ Quinto non obstat, quod ex parte donantis fuit dictum, & quib. dederint, quæ verba faciunt, vt concessio videatur esse realis, & sic transitoria ad singularem successorem, ergo idem debet censeri ex parte acquirentis: quia respondetur, quod istud facit ad oppositum
26 † quia ex persona D. Carlini concedentis, & sic actiue, bene dicitur *pro se, eiusque hæredibus, & successoribus, & quibus dederint*, sed ex persona D. Ioann. Iacobi dicitur taxatiue, *pro eo domino Iacobo, eiusque hæredibus & successoribus tantum*, non autem adijciuntur illa verba, *& quibus dederint*. Præterea & fortius posset dici, quod etiam si ex persona D. Ioann. Iacobi fuisset dictum, *& quibus dederint*, tamen cum in casu nostrõ D. Ioan. Iacobus non dederit, nec concesserit talem immunitatem, non dedit, neque concessit D. Ioan. Antonio de la Ecclesia, nec eius socijs, vt patet ex instrumento in solutum dationis: Ergo non possunt verificari isto casu illa verba, *& quibus dederint*, quum nihil de tali immunitate sit datum, vel concessum per ipsum D. Ioannem Iacobum. ¶ Nõ obstat vltimum, quod saltem ius excipiendi debeat transire ad singularem successorem: quia respondetur, istud non esse verum † quando concessio 27
fuisset mere personalis, prout est in casu nostro, prout late per plura superius demonstraui. Item etiam non habet locum in emptore qui emit à successore vniuersali, quia non competit neque ius agendi, neq; ius excipiendi. Ita notabiliter tenet Bar. *in d. l. si tertius. §. si quis prius in 2. col. ff. de aqua. plu. arcen.* Præterea in casu præsenti D. Ioan. Anto. de la ecclesia non venit, nec venire potest excipiendo, imo venit agendo, petendo, & supplicando, vt ex processu apparet

ADDITIO.

a Personalis.] Ias. cons. 217. Immunitas nu. 1. supra lib. 2. vbi dixi addo Nattam cons. 163. In casu proposito numero 16. Menoch. consil. 70. sine controuersia num. 1. vbi hoc cons. referunt.

b Stricti iuris] Dixi cons. 217. nu. 1. vers. facit.

c Immunitatis.] Natta qui Ias. refert cons. 164. Illustris. n. 20 vers. ad ista omnia.

d Singulares.] Ias. l. quædam. §. nihil interest. nu 2. de æden. & l. Pomponius §. quæsitum nume. 11. de acq. poss. quandoque tamen appellatione successoris comprehenditur successor singularis vt trad. Alexand. cons. 193. ex themate libro 2. & in donatario. Dec. cons. 237. In causa numero 10. licet hoc dictum falsum dicat Iason. infra eo. consilio numero 22. cum seqq.

e Significatu.] Idem cons. 180. commune nu. 7. supra lib. 2. vbi addo.

f Singularis successor.] Ias. cons. 125. punctus præsentis col. vlt. infra lib. 4. vbi dixi.

g Successorem.] Trad idem Ias. d. §. nihil interest n 3. vers. 2 limita. Paris. cons. 23. prima in huiusmodi nu. 182. lib. 1. Rolan. cons. 23. visis iuribus nu. 51. lib. 1. cons. 33. ex tenore nu. 12. 13. & 14. lib. 3. contrarium tamen vult Ceph. cons. 7. Bona præposituræ nu. 13.

h Personalis.] Natta cons. 163. In casu proposito nume. 10. & cons. 164. Illustris. domine nu. 23. vbi hoc cons. citat.

i Concedenti.] Ias. d. l. quædam. §. nihil interest nu. 4. vers 3. limita. de æden.

k Scripturam.] Ias. cons. 16. videretur prima nu. 13. supra eo. vbi addo.

l Audiendus.] Refert Ias & sequitur Aymo cons. 204. vniuersitas nu. 20.

m Vnam ipsius.] Idem Ias. cons. 136. In præsenti col. 5. in fi. infra lib. 4. Rolan. cons. 67. primo quidem aspectu nu. 33. libro 1. cons. 28. articulus super quo in fi. cons. 60. In præsenti consultatione sub nu. 14. vers. non obstat dictum Bald. lib. 2. Menoch. cons. 1. nu. 192. cons. 3. quod à me nu. 29. & cons. 85. proposita nu 90. in fine.

n Excipiendi.] Competit tamen singulari successori ius agendi & excipiendi ex persona sui auctoris vt post Bal. inquit Natta cons. 164 nu. 27.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XC.

SVMMARIA.

1 *Dotem restituere promittens in omnem casum dotis restituendæ cum renunciationibus multum amplis & generalibus, non intelligitur renunciasse lucro dotis, quod defertur per statuta & nu. 6. vbi contra, & iterum nu. 11. & seqq.*

Re-

Renunciatio. In renunciatione generali non comprehenditur lucrum dotis, nisi de eo sit facta specialis mentio numero 1. & nu. 6. vbi contra & rursus numero 11. & seqq.

2 *Dotis petendæ iuri non intelligitur renunciatum per generalem hæreditatis renunciationem, & in generali quitatione de omnibus legatis sibi factis, non includitur legatum dotis.*

3 *Liberatio generalis facta per mulierem filijs & heredibus mariti de omnibus & singulis iudiciis legatis & prælegatis ipsi mulieri per maritum testamẽto factis, non comprehendit legatum dotis vxori factum de dote per maritum vere recepta.*

Legatum dotis factum vxori de dote per maritum vere recepta, non comprehenditur in generali liberatione facta per mulierem filijs de omnibus & singulis iudiciis legatis & prælegatis. vide verb. liberatio generalis.

4 *Statutum generaliter loquens & aliquid generaliter requirens pro solennitate actus cum clausula annullatiua, non intelligitur loqui in dotibus fauore dotium.*

5 *Verba dubia interpretari debent contra eum qui se fundat in verbis.*

7 *Maritus qui potest retinere tertiam partem dotis vigore pacti vel statuti, si promittat dotem simpliciter restituere, adhuc potest retinere tertiam partem quam lucratur ex forma statuti.*

8 *Statuto stante quod muliere decedente in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dimidiam partem dotis: si pater stipulatus fuit à genero filia præmortua totam dotem sibi reddi, isto casu maritus non potest retinere illam partem quam lucrari debebat ex forma statuti & nu. 9.*

10 *Renunciatio facta statutis & decretis per verba generalia & vniuersalia, præiudicat & excludit à lucro dotis renunciantem, & vide etiam numero 8. & 9.*

12 *Renunciatio facta in specie vel in genere si illud genus non possit verificari nisi in specie, æquiparantur.*

13 *Clausula imo nec etiam minimum verbum debet esse sine virtute aliquid operandi in contractibus.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

DVBITATVR, [a] an Spectabilis dominus Gotofredus de Scarampis, qui in instrumento dotali promisit restituere dotem in omnem casum & euentum dotis restituendæ, cum renunciationibus multum amplis & generalibus, intelligatur renunciasse lucro dotis, quod defertur per statuta, vel decreta marchionalia, quibus disponitur, quod decedente vxore in matrimonio maritus lucretur dotem. Videretur prima consideratione dicendum quod non, † eo quia in generali renunciatione non videtur esse renunciatum lucro dotis, nisi de eo fiat specialis mentio. Sicut in simili dicimus, quod in generali renunciatione hęreditatis † non intelligitur renunciatum iuri petendæ dotis: & in generali quittatione de omnibus legatis sibi factis non includitur legatum dotis sibi relictum: [b] secundum Pau. de Cast. *in consil. 131. quod incipit, licet ista domina Lisa. in secundo dubio, quod est repetitum in consil. 233.* Sicut etiam si mulier fecit liberationem & quittationem generalem filijs & hæredibus mariti de omnibus & singulis iudicijs, legatis, † & prælegatis ipsi mulieri per maritum in testamento factis, non comprehenditur legatum dotis factum ipsi vxori de dote per maritum vere recepta: prout notabiliter consuluit Rapha. Ful. *in consil. 39. incipiente, ad id, de quo quæritur videtur concluſiue dicendum*, quamuis istud consilium non habeatur impressum. Similiter lex vel statutum generaliter loquens, & aliquid generaliter requirens pro solennitate actus, cum clausula annullatiua, non intelligitur loqui † nec habere locum in dotibus fauore dotium, ex quo de dotibus non facit specialem mentionem. Ita singulariter notat Salyc. *in l. fi. in princi. C. de iure do. in quarto notabili per illum tex. cum gloss. facit text. in l. promitten do. in prin. ff. de iure do.* ¶ Secundo ad idem facere videtur quia imputandum videtur istis volentibus repetere hanc dotem, quare ipsi vel authores sui legem apertius non dixerunt, quia non fecerunt fieri expressam † renunciationem lucri dotis delati ex forma statutorum vel decretorum ducalium: *iuxta regulam l. veteribus. ff. de pact. & l. Labeo scribit obscuritatem. ff. de contrahend. emp. & l. stipulationibus. ff. de verb. obli. & in regul. contra eum. de regu. iur. in sexto.* ¶ Sed præmissis [c] non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, quod domin. Gottofredus in promissione dotis restituendæ intelligatur renunciasse lucro dotis alias sibi delato ex forma statutorum, vel decretorum marchionalium; † eo quia renunciationem fecit multum generalem & amplam sub istis formalibus verbis, videlicet, *præfatus dominus Gottofredus promisit dictam dotem restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ, & renunciauit omnibus iuris canonici, ciuilis, & municipalis, ac statutorum, & ordinamentorum ciuitatis Alexandriæ, & loci Camini, ac ducalium, & marchionalium decreterum editorum, ac edẽdorum auxilijs, quibus contra, supra, vel infra facere, aut venire, vel se iuuare posset, in totum vel pro parte.* Per quæ verba ita generalia, & vniuersalia, ac geminata, intelligitur renũciasse lucro dotis, vt in iuribus vulg. ¶ Et quia circa vniuersalia sermones sunt faciliores, circa autem particularia sunt veriores, vt ait Philosophus in secundo ethicorum, ideo omissis generalibus deueniendo ad particularia adduco in specie illud, quod ad terminos nostros tenet Bal. *in l. fin. C. ad l. Falci.* Vbi tenet, quod si maritus, qui potest retinere tertiam partem dotis vigore pacti, vel statuti, † promittat dotem simpliciter restituere, [d] quod adhuc potest retinere tertiam partem, quam lucratur ex forma statuti, quia promissio indefinita moderatur legis moderamine. Ecce qualiter Bald. cum mysterio loquitur, quando maritus simpliciter promisit dotem restituere, & sic quando non renunciauit omnibus legibus, statutis, ordinamentis, ac decretis marchionalibus, prout fecit in casu præsenti. Ad idem bene facit, quod notabiliter decidit Ray. *in l. potest dotem. ff. sol. ma. & ibidem D. Alexand. ad fin. refert & sequitur.* Vbi tenet, quod

stante statuto quod muliere decedente in matrimonio sine liberis maritus lucretur dimidiam par-
8 tem dotis, †quod si pater fuit stipulatus à genero filia præmortua totam dotẽ sibi reddi, quod isto casu maritus non possit retinere illam partem, quam lucrari debebat ex forma statuti. Allegat *d. l. fin. cum ibi notatis per Cy. C. ad l. fal.* Modo si maritus quando promittit restituere dotem, apponendo illam dictionem generalem, *totam*, intelligitur renunciare lucro dotis sibi delato per statutum. Ergo multo magis in casu præsenti, vbi per verba multum ampla, ac multum generalia, ac vniuersalia renunciat omnibus legibus, statutis, ac decretis, quæ alias impedirent restitutionem dotis. Idem tenet Ange. *in l. damni infecti. vltima. §. cum parietem. ff. de dam. infect.* Vbi per illum text. tenet, quod si maritus, qui ex forma statuti lucratur partem dotis muliere prędecedente in matrimonio sine liberis, promisit restituere hæredibus mulieris dotem, quod intelligitur promisisse secundum formam statuti, scilicet de
e tracta d. parte, secus si promisisset e totam reddere,
9 †quia tunc intelligeretur renunciasse lucro statuti, & sequitur Ioann. de Imol. ibi & *in l. si patronus. ff. de dona. D. Alexand in consil. quinto, tertij volum. incipiente, circa primum dubium videretur prima consideratione dicendum. in secundo dubio, & in consilio 133. quinti volum. quod incipit, super quæstis, de quibus in themate. in 1. & 2. colum. Ita etiam notabiliter tenet Bald. in l. quod nomine ff. de condi. in lebi.* Ad idem bene facit; quia generalis renunciatio statutorum & decretorum marchionalium facta per D. Gottofredum per verba
10 ita generalia †& vniuersalia, debet sibi præiudicare, & eum excludere à lucro dotis: *per text. notabilem in l. fin. C. de do. promis. sibi*, ne, dum effuso sermone sese iactat, in promptum incidat periculum. & ibi Angel. multum notat illum tex. ad illud, quod dicunt Perusini, quod nemo debet verba sua ita late effundere. Et per illum text. Bald. notabiliter *in l. pactum. in 16. q. C. de colla.* dicit se consulere, quod cauẽant sibi renunciantes à verbis generalibus, ne in promptum ex effuso sermone incidant periculum. Prædicta planiora sine scrupulo redderentur, si (vt in facto relatum fuit) per testes probaretur, quod dicta renunciatio præcise facta fuit ad tollenda statuta vel decreta marchionalia disponentia de lucro dotis, quæ tamen probatio ex prædictis non videtur in casu præsenti esse aliter necessaria. ¶ Nec prædictis habent obstare ea, quæ superius dicebantur, quod in generali renunciatione non intelligatur esse renunciatum doti, nisi de ea fiat specialis mentio: quia respondetur, quod prædicta lo-
11 quuntur in filia, in †qua dos succedit loco legitimæ *vt per Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon.* Sed in generali renunciatione facta de hæreditate paterna nunquam intelligitur renunciatum legitimæ, nisi de ea fiat specialis mentio, f *vt est tex. notabilis in l. si quando. § fi. in verb nisi specialiter. C. de inoffi. testa. & ibi Bal. Saly. & Pau. de Castr. ad hoc notant illum tex. Ad idem tex. notabilis in §. cæterum in authen. vt cum de appella. cog. Idem tenent Guisel. de Cug. Albe. de Rosa. Bal. & Ang in l. de his. ff. de transact. quæ ratio cessat in ca-*
12 *su præsenti.* Præterea, paria †sunt, vel quod renũciatio fiat in specie, vel quod fiat in genere, & illud ge-
g nus non possit verificari nisi in specie, g vt est in præsenti renunciatione *l. 2. ff. de lib. & posthu. & §. nominatim. insti. de exhære. liber.* Nam in casu præsenti ista generalis renunciatio facta omnibus legibus, statutis & decretis marchionalibus non potest verificari, nisi in statutis & decretis deferentibus lucrum dotis marito præmoriente vxore: ergo est perinde, ac si in specie talibus statutis fuisset renunciatum. Prætẽrea, si dicta renunciatio tam ampla non operaretur
13 renunciationẽ lucri dotis delati à statuto, certe esset frustratoria, & nihil operaretur, & tot verba vniuersalia & geminata apposita in ipsa renunciatione essent frustratoria, & nihil operarẽtur: *contra l. si quando in prin. cum vulg. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuileg. in 6.* Nã in contractibus nedum clausulæ, imo nec etiam minimum verbum debet esse sine effectu aliquid operandi: h *secundum Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in*
h *9. q. & est gloss. notabilis in cap. solitæ. in verb. tanquam. de maio. & obedien. & gloss. in l. 1. §. 1. §. quod met. cau. & gloss. in 1. §. ait prætor. in verb. si familia. ff. de vi & vi arma.*

ADDITIO.

a In eadem facti specie consuluit.] Dec. consilio 195. studendo.

b Relictum.] Ias. cons. 157. aggrẽdior nu. 19. supra lib. 2. vbi addo.

c Præmissis.] Vide omnino Rolan. tract. de lucro dot. q. 42. Matitus qui promisit. per totam. vbi tamen huius cons. non meminit.

d Restituere.] Dec. cons. 402. In causa n. 4. & in l. 1. 76. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Ceph. cons. 327. cum magnificus nu. 19.

e Promisisset.] Dec. cap. sua nobis colum 2. vers. 5. & vlt. de confirm. vti. vel inut. Gozad. consil. 59. prima facie nume. 14. Ruin. consilio 84. quoniam abunde numero 13. libro 1. consilio 148. pro decisione numero 3. consil. 159. quamuis loquendo numero 5. in fine libro 3. & alios plures vltra Iason. hic adducit Rolan. d. tract. de lucro dot. q. 38. numero 9. & d. quæstione 42. numero 8. & consil. 45. Castrum. numer. 48. libro 4. Marsi. sing 687. verbum integre. Rub. consil. 43. ex testamento num. 13. Port. cons. 142. magnificus numero 55. Aymo consilio 294. verba transactionis numero 1. vers. similiter. Natta consilio 416. clarum est numero 5. & consilio 582. verba inuestituræ numero 27. & Menochius consilio 71. non caret. numero 12.

f Mentio.] Ias. cons 162. in causa contradictionis n. 9. supra lib. 2. vbi addo.

g In specie.] Dixi cons. 15. In præsenti nu. 2. supra lib. 1.

h Operandi.] Ias. cons. 45. aggrediar nu. 14. supra lib. 1. vbi dixi. & vide eundem. cons. 84. consideratis numero 10. supra eo.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XCI.

SVMMARIA.

1 *Veritas & iustitia magnum fundamentum est ad mentem iudicis vehementissime mouendam.*

2 *Minor 25. annis non potest patrimonialia sine curatore vniuersaliter exercere.*

3 *Sententia lata contra minorem curatore carentem est ipso iure nulla. & nu. 4. & seqq.*

4 *Sententia non potest dici lata contra minorem indefensum, ex quo interuenit Syndicus generalis & castaldio seu factor generalis principis.*

5 *Principi agenti annos 20. temerarium est petere curatorem dari, & forte etiam periculosum.*

6 *Terminatio confinium facta per officiales principis, & per eum deinde confirmata sub fide veri principis, debet omninò vires obtinere.*

7 Fi-

7 *Fidei præstatio & iuramentum æquiperantur quantum ad obligationem inducendam.*

8 *Beneficio ecclesiastico suo sicut potest quis priuari ratione periurij, ita ratione fidei violatæ.*

9 *Transactioni iuratæ per Deum contraueniens, sicut incidit in pœnas l. si quis maior. ita contraueniens transactioni promissæ per fidem.*

10 *Terminatio confinium facta inter aliquos non tam sententia dici potest quam quædam transactio.*

11 *Minor adultus non habens curatorem habetur in contractibus vel quasi pro maiore 24. annis quo ad se obligandum, & quo ad hoc vt gesta per eum valeant.*

12 *Verba etiam enunciatiua principaliter inter ipsas partes prolata disponunt, maxime quando sunt de antiquo in quo disponunt.*

13 *Verba enunciatiua prolata à principe inducunt dispositionem.*

14 *Verba enunciatiua iurata disponunt.*

15 *Verba enunciatiua etiam inter alias personas, & propter aliud prolata fauore dotis disponunt.*

16 *Verba enunciatiua geminata disponunt.*

17 *Prædo etiam est manutenendus in sua possessione.*

18 *Interdictum. In interdicto retinendæ probans de antiquiori possessione maiorum suorum præferri debet, quia posterior possessio præsumitur aut violenta aut iniusta. Intellige vt nu. 20.*

Probans de antiquiori possessione maiorum suorum in interdicto retinendæ præferri debet. vide verbo interdictum.

Possessio prior & antiquior præferri debet, quia posterior præsumitur aut violenta aut iniusta num. 18. & quia prior possessio impedit ne sequens possideat vt n. 19. & nu. 20. vbi declaratur.

21 *Possessione maiorum vti volens, debet vti cum suis causis.*

22 *Interdictum vti possidetis intentans probare debet se possidere & per aduersarium turbari.*

23 *Possessionem ciuilem videtur amittere quis iudicem adeundo, quia videtur suspicari se posse repelli. Secus contra nu. 24. & seqq.*

25 *Metus non præsumitur inferri à principe iusto, nec in loco iustitiæ.*

26 *Possessionem suam nō videtur negligere, qui iura sua prosequitur, nec qui non valde longo tempore permisit possessionem per alium occupari.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

VIsis ac diligenter cōsideratis omnibus his, quæ in facti narratione proponuntur, manifesta iustitia deprehenditur in fauorem illustrissimi D. Ludouici de Ioliano filij & hæredis vniuersalis illustrissimæ dominæ Gabrielæ, super curia Pauleti Veronensis tam in possessorio retinendæ intentato, quam etiam in petitorio. Ideo pro non modico fundamento propono veritatem & iustitiam pro eo militare, ad cuius finem institutæ sunt, † & sufficere debet ad mentem iudicis vehementissime mouendam. *Ita inquit D. Anto. de Butr. in cons. 27. quo incipit, visis præsentibus actis. in 3. col.* Veritatem confidenter attingam, quā scio bonis & integris viris amicissimam, & eo cōfidentius, quod mihi facile persuadeo illustrissimū marchionem Mantuæ non ægre laturum, cum sit iustissimus & clementissimus princeps, & male suasum sit illustrissimæ dominationi suæ, ius aliquod ei competere vel in petitorio, vel etiam in possessorio. ¶ In primis adest terminatio facta per magnificum quōdam D. Franciscum Sicchum, suæ excellentiæ affinem, & locumtenentem generalem ex commissione ipsius principis, interueniente Syndico & factore marchionalibus, & eis sæpius auditis, & iuribus vtriusque partis, & probationibus mature & diligenter intellectis, per quam declarauit, quod medietas quarundam vallium, de quibus erat controuersia, spectaret illustrissimo D. Marchioni, & alia medietas remaneret magnificæ dominæ Gabrielæ, vna cum curia sua Pauleti Veronensis: & talis terminatio fuit facta de communi consensu ambarum partium annis viginti transactis, & de ista terminatione extat instrumentum publicum authenticum, & literæ marchionales superinde confectæ, nec à tali terminatione fuit per aliquam partium reclamatum. Quid ergo vltra egemus testibus? ¶ Contrà istam terminationem opponitur per interuenientes pro illustrissimo D. Marchione, quod tempore dictæ terminationis ipse D. Marchio erat minor viginti quinque annis † ergo non potuit patrimonia- 2
lia sine curatore vniuersaliter exercere *l. 1. §. 1. ff. de decu secundum Bartol. & alios in l. quidam consulebant. ante fi. ff. de re iudi. d. Abb. in cap. cum vicesimum. de offic. deleg. facit text. in cap. grandi de supplen. negli. præla. in sexto.* Et sententia lata contra minorem † carentem cu- 3
ratore, & sic indefensum, [a] est ipso iure nulla. *l. cum a minores. C. si aduer. rem iudic. & l. acta. §. fin. & l. contra pupillum. in princip. ff. de re iudic.* ¶ Sed certe non potest in casu præsenti dici sententia lata contra minorem indefensum, ex quo interuenit syndicus generalis, †& castaldio, seu factor generalis principis: *vt l.* 4
hæc autem. §. 1. ff. ex quibus causis in poss. ea. & l. 1. C. si ex fal. allega. ¶ Secundo, ineptum est dicere, tantum principem in sua ciuitate, in sua ditione, & territorio fuisse indefensum, in qua habet tot suos officiales, & extat tanta cōpia peritorum: *iuxta ca. statutum. §. assessorem de rescrip. in 6.* ¶ Tertio dicitur, quod si non est datus curator ipsi Marchioni in administratione totius status & vniuersalis iurisdictionis, †ac patrimonij, *iuxta d. c. grandi:* cum iam esset ma- 5
ior viginti annis, eo quia prudentia tanti principis supplebat ætatem *l. 3. C. si minor se maio. dix.* quomodo debuit peti in vna causa priuata contra ipsum principem mota, in qua si petitus fuisset curator dari tam excellentissimo principi, temeraria fortassis, & periculosa fuisset, ac scandalosa talis petitio. ¶ Quarto dicitur, quod ipse Marchio talem terminationem eius consensu & voluntate factā expresse approbauit sub fide veri principis, sed nihil est † cū 6
lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: *vt inquit text. in epistola, inter claras. C. de summa tri. & fide catho.* In quantum ad obligationem inducendam fidei præstatio & † iuramentum æ- 7
quiparantur. *cap. 1. in princip. & ibi notat Geminia. de sepul. in sexto.* Et subdit ibidem Geminia. *in 1. colu.*

circa fin. post Ioan. And. quod parum differt, an dicatur *iuro ad sancta dei Euangelia*, an dicatur *promitto sub fide mea*; vt colligitur ex text. *in cap. & si Christus. de iureiurand.* & quod æquiparantur quantum ad obligationem & obseruantiam promissio sub fide & iuramentum, *est tex. in cap. ad aures. quod met. cau. & in c. ex rescripto. de inreiurand. gl. notabilis in c. 2. de sponsa. & in c. pe. de iureiuran. & in c. peruenit. in gl. fi. de fideiuss. & in cap. fi. ne præla. vi. su. & in c. constitutus. de transact.* Alibi tenet singulariter d. Abb. *in ca. querelam. in pe. & vlt. col.* 8 *de iureiuran.* quod sicut ratione periurij potest † quis priuari suo beneficio ecclesiastico, quod idē est ratione fidei violatæ. Idem tenet Geminia. *in c. 1. circa fi. principij, post Io. And. de sepul. in sexto. & in c. fi. de iureiur. in sexto.* Item sicut contraueniens transactioni iura- 9 tæ per Deum incidit in † pœnas. *l. si quis maior. C. de transac.* ita contraueniens transactioni promissæ per b fidem: b secundum Specu. *in titu. de arbi. §. fi. in verfic. sed pone compromissum per fidei Io. And. & dominum Anto. de Butr. in c. cum tempore. de arbi. D. Alex. in d. l. si quis maior. vlti. col. quamuis contrarium teneat Io. de Imol. in d. cap. cum tempore. quem reprehendit D. Alexan. in d. l. si quis maior.* Quinto dicitur, quod ista non est sententia iudicialis, sed quædam compositio, & confinium terminatio facta per magnificum quōdam dominum Franciscum Sicchum de communi consensu ambarum partium, scilicet syndici & factoris, & de scientia & voluntate illustrissimi dom. Marchionis, necnon de consensu & voluntate magnificæ dominæ Gabrielæ, seu eius procuratoris, prout apparet 10 ex instrumento publico, & literis ipsius principis, † & sic ista est potius quædam transactio: *iuxta gloss. in §. si vero. in authen. vt diff. iudi. Bart. & doct. in authen. si vero contingit. C. de iudi.* sed adultus non habens curatorem habetur in contractibus, † vel quasi contractibus pro maiore 25. annis, quo ad se obligandum, & quo ad hoc vt gesta per eum valeant: *vt l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. mino.* ¶ Secundo principaliter dicitur, quod ista curia Pauleti Veronensis fuit data in dotem magnificæ dominæ Gabrielæ per illustrissimum quondam dominū Ludouicum Mantuæ Marchionem eius patrem, & auum paternum præsentis Marchionis, prout apparet ex instrumento publico confecto anno à natali Christiano 1406. quod instrumentum fuit per partem aduersam productum, in quo dicitur: cum hoc sit; quod illustrissimus princeps & excellentissimus domin. Ludouicus Marchio Mantuæ alias assignari fecerit magnificæ dominæ Gabrielæ de Ioliano eius filiæ possessionem suam Pauleti Veronensis pro dote & nomine dotis ipsius dominæ Gabrielæ, ex cuius reditibus & introitibus anno singulo percipere posset ducatos trecentos auri, eamq; possessionem annis pluribus tenuerit, & postmodum allegauerit non percipere dictos trecentos ducatos, præfatus dominus Marchio eandem possessionem in se recepit & retinuit, & loco fructuū & redituū ipsius anno singulo numerari fecit præfatę dominæ Gabrielæ, siue eius nuncijs, ducatos trecentos auri, & ita in futurum promisit singulo anno numerari ducatos trecentos auri, donec & quousque eidem dominæ Gabrielæ, aut hæredibus suis assignari fecerit vnam aliam proprietatem idoneam & sufficientem ex cuius proprietatis prouentu & reditu singulo anno eadem domina Gabriela, seu eius hæredes percipere possent supralscriptos ducatos trecentos auri: & prædicta omnia idem princeps iurauit attendere, & obseruare, & in nullo contrafacere, vel contrauenire sub fide veri & legalis principis, & hoc præsente & consentiente illustrissimo domino Friderico eius primogenito. Vnde stante tali instrumento iurato & producto per partem aduersam, quid vltra egemus testibus, quod dicta curia Pauleti Veronēsis fuit data in dotē D. Gabrielæ, cū de hoc in dicto instrumento sint verba clara & dispositiua? & quādo etiam sunt verba enunciatiua, † ex quo sunt princi- 12 paliter inter ipsas partes prolata, disponunt. *vt l. ex hac scriptura. & ibi plane Bar. & alij ff. de dona. habetur in l. ex his verbis. C. de testa. mili.* & tanto magis cum ista verba enunciatiua sint de antiquo, & tale instrumentum est centum annorum, & in antiquis c verba enunciatiua disponunt: secundum D. Anto. de But. *in c. fi. de succes. ab intesta. & in cle. si summus Pontifex per illum tex. de senten. excom. & expresse D. Alex. in consil. 74. quarti volum. quod incipit, visis & ponderatis narratis in themate in 3. col. vbi ad hoc allegat quod volunt Bal. Saly. & alij in l. cum aliquis. C. de iure delibe.* ¶ Tertio, verba enunciatiua prolata à principe, † vt est in casu no- 13 stro, inducunt dispositionem *gl. in cle. 1. iuncto text. de proba.* ¶ Quarto, verba enūciatiua iurata, † vt in casu 14 præsenti, similiter dispositionem inducunt: d *secun-* d *dum Bart. in d. l. ex hac scriptura. in 3. & latius in 4. col. ff. de dona. Bal. & Ang. in d. l. ex verbis. C. de testa. mili. Petr. de Ancha. in cle. 1. de proba. facit l. cum quid decedens. §. codicillis. & ibi Bar. ff. de lega. 3.* ¶ Quinto, fauore dotis, e vt est e casus noster, † verba enunciatiua etiam inter alias 15 personas, & propter aliud prolata, bene disponūt. *l. 2. cum gloss. C. de dot. promis.* per quam ita expresse tenet Bar. *in consil. 123. incipiente, factum sic se habet. Titius & Seius venerunt ad diuisionem. Sequitur Ludouic. Roma. in l. 1. ff solu. matrimo. & ibi do. Alexand. in 12. columna. & idem do. Alexand. in consilio 146. primi volum. incipiente, videretur inspectis. in 7. colum. Paulus de Castro in consilio 82. incipiente, Finis de Belais.* ¶ Sexto, quod ista curia Pauleti Veronensis fuerit data in dotem dominæ Gabrielæ, vltra prædictum instrumentum hoc idem dicitur in instrumento publico terminationis factæ per magnificum quondam dominum Francisc ū Sicchū, quo † casu etiam vbi verba enun- 16 ciatiua geminata f disponunt: *secundum Bart. & Ang.* f *in l. cum scimus. per illum tex. C. de agric. & censi. lib. vndecimo. Paul. de Castr. in d. l. ex hac scriptura. Ludo. Roma. in l. gerit. ff. de acquirēda hæredita. & in cons. 65. quod incipit, viso themate proposito circa id, de quo quæritur. dom. Abb. in cap. si cautio. ad fi. de fid. instrum. & in repetitione ca. tuas in 9. col. de arbi. vbi ad hoc allegat bonum tex. in l. 1. C. de plus peti. ibi & secundū confessionibus siue insinuatæ sint, siue non.* ¶ Nec prædictis habet obstare, quod illustrissimus quondam dominus Ludouicus in prædicto instrumento 1406. conduxerit dictam curiam à magnifica domina Gabriela pro ducatis tercentum singulo anno soluendis, quia istud facit pro confirmatione iuris dotalis dominæ Gabrielæ. *l. non solet. ff. loca. l. si quis conductionis titulo. C. eod. loca. & l. si aliquam rem. ff. de acquirend. posses.* Præterea illustrissimus dominus Federicus filius & successor præfati domini Ludouici renuntiauit dictæ conductioni, retentis quibusdā pratis, & solutis seu compensatis excellentiæ

suæ

fuæ ducatis mille ducentis pro melioramentis in ea factis, vt apparet ex actis, & ita ipsa magnifica domina Gabriela perseuerauit in possessione dictæ curiæ Pauleti Veronensis pacifice & quiete vsque ad mortem præfati illustrissimi domini Federici patris præsentis illustrissimi Marchionis. ¶ Ex istis plane apparet & aperte concluditur, dictam curiam Pauleti Veronensis esse dotalem, & sic proprium patrimonium dominæ Gabrielæ: *iuxta l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc.* & nunc esse propriam illustrissimi domini Ludouici de Ioliano eius filij & hæredis vniuersalis. Et qui aliter retulit illustrissimo præsenti Marchioni declinauit à recta via, & à tramite veritatis & iustitiæ. Et hæc sufficiant quantum ad petitorium. ¶ Circa possessorium, illustrissima domina Gabriela possedit annis quinquaginta, vel circa dictam curiam Pauleti Veronensis, prout testes deponunt in actis producti. Vnde etiam
17 prædio manutenendus est in sua † possessione *capitu. in literis. de restitu. spolia. & l. prima. §. qui vi à me. ff. de vi & vi arm.* Et ex quo illustrissimus dom. Marchio propria authoritate & parte non citata occupari fecit possessionem dictæ curiæ, videtur incidisse in pœnam. *l. meminerint C. vnde vi.* per quam videtur amisisse ius, si quod prætendebat. Et si diceretur, quod illustrissimus domi. Marchio probat de antiquiori possessione maiorum suorum, ergo in
18 isto interdicto retinendæ, †& sic, vti possidetis, præferri debet. *l. si duo. ff. vti possid. & capitu. licet causam. de probat.* quia posterior possessio præsumitur aut violenta, aut iniusta. *l. cum quærebatur. C. vnde vi. Bald. in l. non ignorabit. post medium. C. ad exhiben. & in l. ordinarij. in 5. columna C. de rei vend. & in l. si super longi. in vltima columna. C. de præscript. longi tempo. & in l. si de proprietate ad fin. C. si à non compe. iud. & in l. si quis diuturno. ante fi. ff. si ser. vend. dominus Abb. in dicto capitulo licet causam in 8. notabili.* Et quod posterior possessio præsumatur esse clandestina, tenet etiam Bal. *in l. arboribus. §. nam & si agrum ff. de vsufruct.* Item qui prior est in possessione reportat palmam victoriæ, † quia eius possessio impedit, ne sequens possideat. Ita egregie tenet
19 Bal *in cap. si diligenti. in vltima columna de præscript.* quia respondetur, quod possessio dominæ Gabrielæ est cum titulo speciali dotis. Vnde quod possessio ti-
20 tulata est potior, † quia magis iustificatur per viam rationis: *vt dicto capit. licet causam. de proba. & ita notabiliter tenet Bal. reputans tenendum menti in l qui accusare prope fin. C. de eden. & in l. data opera. ad finem. C. qui accus. non poss. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune in 2. columna. ff. de acquirend. poss.* & titulus dotis do. Gabrielæ est multum fauorabilis, & alijs præfertur. *l. assiduis. C. qui potio. in pign. habe. Bar. & alij in l. 1. in 1. col. ff. sol. matr.* Item illustrissimus d. Marchio allegat possessionem maiorum suorum, à quibus do. Gabriela habuit titulum dotis, & etiam habuit possessionē, ergo præferri debet. Nam qui vult vti possessione maiorum
21 suorum, † debet vti cum suis causis *l. Pomponius. §. cum quis ff. de acquiren. poss. & l. Caius Seius. ad fin. ff. de manumiss.* Item contra illustrissimum do. Ludou. de Ioliano, qui intentauit possessorium retinendæ, & sic interdictum vti possidetis, videretur, quod posset
22 sic opponi: quia intentans tale † remedium debet probare se possidere, & per aduersarium turbari: *vt per Bartol. in l. 1. §. interdictum. ff. vti possideti. per doct. in c. licet causam. de proba.* sed illustrissimus do. Ludouic. nullam videtur habere possessionem, quam probare possit, ergo debet succumbere: non quidem naturalem, quia nec ipse, nec alius suo nomine naturaliter possidet, sed castaldiones nomine illustrissimi do. Marchionis eam occuparunt, & sunt in corporali, & sic in naturali possessione. Non quoque potest dicere se habere ciuilem possessionem, quæ solo animo per absentem retinetur: *vt l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poss.* & pro qua competit interdictum retinendæ, quia illam talem ciuilem duplici ex capite videtur perdidisse. Primo, quia adeundo iudicem, & sic eligendo viam 23
iudicij videtur meticulosus, & sic ciuilem perdidisse; prout videtur sentire Bald. *in l. 2. in 10. q. C. de seruit. & aqu. quem sequitur Aret. in dic. §. qui ad nundinas. in 9. col. ad fin.* Secundo, ex quo suspicatus est se posse repelli, videtur ciuilem perdidisse. *d. §. qui ad nundinas. & l sequenti.* ¶ Sed istis non obstantibus veritas aperta se habet in oppositum, quod imo habet ciuilem possessionem, nec est verum, quod proprietarius ad
eundo iudicem † perdat ciuilem possessionē. Ita ex- 24
presse firmat Bald. *in l. 2. C. de iure emphyt. in 3. columna in versic. sed an proprietarius adeundo iudicem &c.* Mouetur, quia alias sequeretur, quod etiam ille, qui ageret, vti possidetis, perderet possessionem, quod est falsum: *vt notatur in §. hodie. instit. de interdict.* Et pro illa determinatione Bal. allego glossam *in l. 1. §. in operis. & ibi. domi. Alexand. in 1. notabili idem tenet. ff. de oper. no. nun.* Nec per hoc, quod castaldiones & saltuarij sint ingressi possessionem illustrissimi principis, per hoc nunquam perdidit ciuilem possessionem, quia non est suspicatus se posse repelli: *vt l. si id quod §. fin. & l. quod meo. §. fin. & l. clam possidere. §. fin. cum l. sequen. ff. de acquirend. poss.* Et quod non fuerit
suspicatus se posse repelli, patet, † quia non timuit, 25
nec timere debuit vim sibi inferri à iustissimo principe Mantuano, nec à ministris suis; *vt l. non est verisimile. in princ. ff. quod met. cau.* per quem text. notat ibi Barto. quod in omni loco vbi viget iustitia, non est verisimile, nec præsumptio metus aut violentiæ. Item per illum tex. *in dict. l. non est verisimile. dicit Innoc. in cap. 2. circa fin. de alien. iudi.* quod non est verisimile, quem pati violentiam in loco iustitiæ. *facit l. 1. C. de his qui per met. iudi. non appell.* Et quod non timuerit, nec suspicatus fuerit se repelli, patet: quia in 26
ra sua prosequitur, † & suam ciuilem defendit, & sic per exteriora animus declaratur: *vt per gloss. in l. apud Celsum. in princ. quam Bart. ibi multum notat. ff. de except. dol. & per gl. in l. Fulcinius. §. quid si autem. ff. quib. ex caus. in poss. ea.* Item non neglexit tanto tempore, vt talem ciuilem videatur perdidisse: *vt per Bar. & alios in l. si de eo. §. 1. ff. de acq. poss. per Abbatem in cum venissent in vlt. col. de resti spolia.*

ADDITIO.

a Indefensum.] Roland. cons 68. viso processu nu. 33. lib. 2. quando autem dicatur minor vel pupillus indefensus dixi consi. 12. cum proximis. nu. 36. cum seq. promissæ per fidem. Idem Iaso. §. item si quis 2. nu 54. insti. de act. Feli. c. querelam col. 2. cap. fi. de iureiur. c præterea columna 4. de sponsa. cum aliis infra vltra Ias. hic adductis per Gabriel com. opin. lib 3. de transact. conclu. 1. num. 28. addo Rimin. Iun. loquentem in principe consi. 13. superioribus nu. 19. vbi citat Iason. l. si quis maior. vbi Cagn. numero 101. communem dicit C. de transact.

c Antiquis.] Ias. cons 85. visis nu. 8. supra eod. vbi addo,

d Inducunt.] Ias.l.ex his verbis 6 limitatione.C.de testam. mil.Gram.voto 16.in causa nu.5.Ceph.consi.192. magnificus nume.35.Viui.com.opin.lib.1.opin.440. verba enuntiatiua vers.coarctatur 3.Aymo tract de antiq.temp. par.1.sectione propositum num 47.vers.3. respondeo.vbi hoc cons. adducit & notat Ias.contrarium tenuisse cons.36.supra eod.

e Fauote dotis.] Ias.l.ex his verbis col.1.nume.2. vbi etiam Dec.num.10. & cons.135. ad iustificationem numero 2. Alex. cons.190.plura narrata.numero 28. lib.6. consilio 99. super 1. nume.2.lib.7.Io.de Ami.cons.136.domina numero 6.Rimin. Iun.cons 42.petit illustris.num.8. vide tamen Chasten. cons. 3.an ex hoc nu.2.& 5 Menoch.cons.81.causa hæc nume.22.& Rimin.Iun.cons.31.dubitant nu.5.& nu.36.38.39.40. vbi declarat.

f Geminata.] Ias.cons.114.ad obiecta col 6.vers.præterea & 4.lib.1.cons.2.inter clarissimos n.25.supra eod.Barb.cons.114. deum inuocent.n.10.& 11 lib 3.Rimi.Sen.cons.199. visa facti nu.11.Crot.cons.352.præsens nu.24.Ceph.cons.47 tres sunt nu.32.d.cons.192.nu.37.vbi Ias.citat d.cons.&cons.443.arbitror nu.9.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XCII.

THEMA.

ILLVSTRISSIMVS dom. Ludouicus de Ioliano conquestus est se molestari per castaldiones, seu factores illustrissimi domini Marchionis Mantuæ in sua possessione curiæ Pauleti Veronensis, quæ tradita fuit in dotem illustrissimæ dominæ Gabrielę de Ioliano eius matri. Et cum per testes in causa productos probasset de possessione annorum quinquaginta, vel circa, syndicus Marchionalis voluit simul de petitorio cognosci ex cõmissione, vt asserebatur, illustrissimi do. Marchionis, quamuis ab ordine iudiciario abhorreret, & sic producta fuit terminatio facta per magnificum quondam dominum Franciscum Sicchum Marchionalis excellẽtiæ affinem & locumtenentem generalem, per quam declarauit, quod medietas quarũdam vallium, de quibus erat controuersia, spectaret illustrissimo domino Marchioni, & alia medietas remaneret illustrissimæ dominæ Gabrielæ vna cum curia sua Pauleti Veronensis. Et talem terminationem eius consensu & voluntate factam illustrissimus domin. Marchio expresse approbauit, & promisit sub fide veri principis nunquam cõtrauenire, & ita extat instrumentum publicum, & literæ Marchionales in actis productæ. Cum ergo syndicus Marchionalis cognosceret, illustrissimum dominum Marchionem nullum ius nec in possessorio, nec in petitorio habere, tandem produxit quoddam assertum instrumentum, quod asseritur factũ anno à natali christiano 1406. in quo dicitur. Cum hoc sit, quod illustrissimus princeps, & excellentissimus dom. Ludo. Marchio Mantuę alias assignari fecerit magnificæ domi. Gabrielæ de Ioliano eius filiæ possessionem suam Pauleti Veronensis, pro dote & nomine dotis ipsius domi. Gabrielæ, ex cuius reditibus & introitibus anno singulo percipere posset ducatos trecentos auri, eamque possessionem annis pluribus tenuerit, & postmodũ allegauerit non percipere, nec vllo modo retrahere ex ipsa possessione dictos trecẽtos ducatos, prout sibi fuerat promissum, præfatus domin. Marchio eandem possessionem in se recepit, & vsque in præsentem diem retinuit, eaque gauisus & vsus fuit & est, locoque fructuum & redituum ipsius anno singulo numerari fecit prædictæ dominæ Gabrielæ siue eius nuncijs ducatos trecentos auri, & ita in futurum promisit singulo anno numerari facere dictos ducatos trecentos auri, donec & quousque eidem do. Gabrielæ aut hæredib. suis assignauerit, aut assignari fecerit vnã proprietatem idoneam & sufficientẽ, ex cuius proprietatis prouentu & reditu anno singulo, eadem domina Gabriela, seu eius hæredes percipere possent suprascriptos ducatos trecentos auri, & prædicta omnia idem princeps iurauit attendere, & obseruare, & in nullo contradicere, vel contrauenire, sub fide veri & legalis principis, & hoc præsente & consentiente illustrissimo domino Federico eius primogenito. Contra istud instrumentum multa fuerunt opposita per procuratorem illustrissimi domini Ludouici de Ioliano, præsertim quod caret solennitatibus, à iure requisitis, quia in eo deficit indictio, cuius omissio vitiat instrumentum: *secundum gloss. in cap. inter dilectos, in verbo.indictionis. de fide instr. Bar. in l. si librarius. ff. de reg.iur. & in l.nominatim.ff. de condi. & dem. Bal.in l.imperator. ff. de statu ho. & in l. fi.in 3.colla.C. de fideicom.* Itẽ in tali instrumẽto deficit nomen Papæ, quod cum Mantuæ sit solitũ apponi in instrumentis, eius omissio vitiat: *secundum Io. And. dominum Anton. de But. & Abbatem in proœmio Gregoriano.* ¶ Sed posito, sine veri præiudicio, quod tale instrumentũ esset validũ & solenne, certe nõ habet in aliquo opitulari illustrissimo domino Marchioni, sed potius habet prodesse filio & hæredi do. Gabrielæ, ex multis per eum tam in facto quam in iure sapiẽter deductis. Sed non attentis dictis exceptionib quæ veræ erant & iuridicæ, reuerendi & magni-

magnifici domini de consilio Marchionali pronuntiauerunt & sententiauerunt, licere illustrissimo do. Marchioni apprehendere, & apprehensam in se retinere curiam Pauleti Veronensis totam & integram cum omnibus suis pertinentiis, cui D. Marchioni de iure spectare, & pertinere declarauerunt cum onere annexo soluendi singulis annis ducatos trecentos præfato illustrissimo domino Ludouico ratione dotis maternæ, ad quam quantitatem quolibet anno cum effectu soluendam præfatum illustrissimum dominum Marchionem condemnauerunt, & hoc quousque & donec præfatus dominus Marchio eidem domino Ludouico assignauerit vnam proprietatem liberam, & idoneam, seu partem dictę curiæ Pauleti Veronensis, prout eidem magis expedire videbitur, ex qua percipiatur, & percipi valeat summa dictorum ducatorum trecentum per præfatum dominum Ludouicum: qua assignatione facta præfatum illustrissimum dominum Marchionem liberauerunt, & ex nunc liberatum esse declararunt à solutione prædictorum ducatorum trecentorum. Quæritur de effectu dicti instrumenti, & de viribus dictæ sententiæ?

SVMMARIA.

1 *Veritatis & iustitiæ maiestas non est offendenda gratia faciendi rem gratam principi.*
2 Assigno, *verbum importat translationem dominij, cum præcedat causa dotis, quæ est habilis ad dominij translationem.*
3 *Traditio rei præcedente causa habili transfert dominiũ: & idem est in dimissione rei facta ex causa habili.*
4 Recipere, *verbum non importat retranslationem dominij, nisi esset adiectum obligationi generis, quia tunc importaret translationem dominij, non quidem ex natura ipsius verbi, sed ex natura rei in genere cui adijcitur.*
5 *Vendens aliquid in genere, puta decem saccos frumenti, tenetur transferre dominium, non quidem ex natura ipsius contractus emptionis & venditionis, sed ex natura ipsius rei venditæ, quæ consistit in genere.*
6 *Locatio inducitur ex eo, quod ad gaudimentum fructuum fit solutio mercedis seu pensionis in pecunia numerata.*
7 *Instrumentum factum ad fauorem alicuius non debet ad eius odium & perniciem retorqueri.*
8 *Priuilegium nunquam sic est interpretandum, vt sit noxium ei cui conceditur, nec debet vnquam contra eum interpretari.*
9 *Causa cessante, debet etiam cessare effectus instrumenti.*
10 *Causa cessante, cessat effectus, quando actus non est perfectus.*
11 *Princeps potest ex causa rem suam auferre alicui, tamen si causa cessat, debet illa res restitui si potest.*
12 *Contractum pro parte sua qui prius non adimplevit, non potest super tali contractu se fundare, & sufficit vel in minimo capitulo contrauenisse, vt non teneatur pars contractum obseruare pro sua parte.*
13 *Contractus. In contractu innominato adhuc re integra potest repetere rem traditam tanquam propriam.*
14 *Iuri possendi permutare præscribitur spatio 30. vel 40. annorum.*
15 *Iuri redimendi, & sic promissioni de retrouendendo rem quandocunq; oblato certo pretio præscribitur triginta annis.*
16 *Præscriptio centum annorum funditus tollit omne ius competens ciuitati, vel principi & etiam ecclesiæ, & ita piæ causæ.*
17 *Præscriptio centum annorum nunquam intelligitur excludi, etiam vbi lex vel statutum per verba vniuersalia & negatiua disponeret, quod nulla currat præscriptio.*
18 *Tempus centum annorum est longissimum tempus vitæ hominum.*
19 *Statutum disponens, quod instrumentis dotalibus nulla currat præscriptio, nunquam intelligitur excludere præscriptionem centenariam.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimę virginis nominibus pro veritatis & iustitię suffragio inuocatis.

NON est pro aucupanda † principum r gratia veritatis & iustitiæ maiestas offendenda. Seneca dicebat malle se veris offendere, quam adulando placere. & Andre. de Isernia summus feudista *in capitul. 1. §. finali. in 7. colum. ad fin. de cap. qui cur. vendi.* Dominus, inquit, dissipet membra eorum, qui principibus placent in iudicando. Ego non declinans, vt ait Scriptura, neque ad dextram, neque ad finistram, veritatis & iustitiæ cultor, quid iuris fuerit, confidenter aperiam, quod etiam iustissimo ac clementissimo domino Marchioni non erit graue, vt spero, nec molestum. Dico instrumentum superius commemoratum à parte aduersa productum esse in fauorem illustrissimæ dominæ Gabrielæ, seu eius filii & hæredis, & eius intentionem aperte comprobare, & in nihilo prodesse illustrissimo domino Marchioni, & propterea sententiam super eo fundatam nullius esse roboris & firmitatis. Dictum enim instrumentum expresse probat, curiam Pauleti Veronensis esse dotalem, & fuisse datam in dotem illustrissimæ dominæ Gabrielæ, prout cantant verba clara & dispositiua ipsius instrumenti, quæ etiam quando essent enuntiatiua plene probarent, & disponerent, ex quo sunt principaliter inter ipsas partes prolata, & per modum causæ, & sunt de antiquo, imo de antiquissimo, scilicet centum annorum, & prolata à principe, & iurata. Vnde ex omni capite plene disponunt, præsertim fauore dotis, prout hæc omnia seriosius deduxi in alio consilio per me in hac eadem causa reddito.

¶ Secundo, dictũ instrumentũ non solum probat titulum dotis, & sic quod cura Pauleti Veronensis fuerit data in dotem illustrissimæ dom. Gabrielæ,

vt prædixi, sed etiam probat, quod dominium dictæ curiæ fuit translatum in dominam Gabrielam, & hoc dupliciter. Primo, quia dicit, quod illustrissimus dominus Ludouicus assignari fecit dominæ Gabrielæ possessionem suam Pauleti Veronensis,
2 † sed verbum, *assigno*, importat translationem dominii, cum præcedat causa dotis, quæ est habilis ad
a translationem dominii, [a] *l. dotis fructus. §. finali. & l. sequenti. ff. de iure dot. & l.1. circa medium. ff de vsucap. pro dote. & ita tenent Bart. & Doct. in l. si constante. in princ. ff. solut. mat. in 2. q. 4. q. principal. cum concordantiis ibi traditis per dominum Alex. & ita etiam tenet Bald. in c. constitutus. in 2. col. de rescript. Aret. in l. si plurib. in 3. nota. per illum text. in verb. assignatur. ff. de leg. 1.* Secundo: quia instrumentum dicit, quod domina Gabriela ipsam possessionem annis pluribus tenuit. Vnde siue dicamus, quod illustrissimus dominus Lud. sibi tradidit possessionem, planum est, quod translatum fuit domi-
3 nium: † cum præcederet causa habilis, scilicet causa dotis: *per reg. l. traditionib. C. de pact. & l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. do.* siue etiam dicamus, quod ipsa curia esset penes do. Gabrielam, similiter dimissio ex causa habili importat translationem dominii, *l. qua ratione. §. interdum. ff. de acqu. re. do. & §. interdum. inst. de re. diuis.* ¶ Tertio dicitur in dicto instrumento, quod præfatus D. Marchio eandem possessionem in se re-
4 cepit. † Sed verbum, *recipere*, non importat translationem dominii: *vt est tex. in l. naturalis. §. 1. & ibi Bart. & alij ad hoc notant. ff. de præscript. verb. idem Bart. in l. fi. ff. de condi. ob cau. & in l. 1. ff. de rerum permutat. Rapha. Fulg. Paulus de Castr. & alij Modern. in l. cum mota. C. de transaction.* nisi verbum, *reciperet*, esset adiectum obligationi generis, tunc bene importaret translationem dominii, non quidem ex natura ipsius verbi, *reciperet*, sed ex natura rei in genere, cui adiicitur, *d. l. cum mota. in verb. partem bonorum susciperet. iuncta glossa. & ibi Bartol. & ita in specie declarant Bartol. & Doctor. in dicta l. naturalis. §. primo. & in aliis locis præallegatis.* sicut obligatus ad genus ex quocunq; contractu, & quomodocunque promiserit, semper tenetur dare, & sic dominium transferre. Vnde etiam ille, qui vendit aliquid in genere, puta decem saccos frumẽti in
5 genere, † tenetur transferre dominiũ, non quidem ex natura ipsius contractus emptionis & venditionis, *l. 1. circa medium. ff. de rer. permuta. & l fin. ff. de condi. ob caus.* sed ex natura ipsius rei venditæ, quæ consistit
b in genere, [b] *l. qui concubinam. §. si hæres. & ibi Bartol. ff. de legat. tertio. Bartol. in l. ex empto. in princip. ff. de actio. empt. & in l. 2. ad fin. princip. ff. si cert. petat. Bart. & Paul. de Castr. in d. l. naturalis. §. 1.* Ergo apparet, dominium dictæ curiæ fuisse & esse do. Gabrielæ, & eius hæredum & successorum, nec vnquam fuisse ab ea abdicatum, & translatum in illustrissimum dominum Marchionem primum datorem, nec in aliquem ex successoribus suis: ergo iniquum videtur, quod do. Gabriela vel eius filius debeat inuitus priuari dominio rei suæ sine aliqua iusta causa: cõtra reg. *l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & l. fi. cum simil. ff. de pact.* Et ex hoc ostenditur iniustitia sententiæ in contrarium latæ, iuribus partis non cognitis, nec allegationibus iuris auditis. ¶ Quarto, in eod. instrumento dicitur, quod præfatus D. Marchio ipsa possessione gauisus & vsus fuit & est, & quod loco fructuum & redituum ipsius anno singulo numerari fecit dominæ Gabrielæ du-
catos tercentos auri, † quæ verba denotant solam 6
locationem & conductionem, non autem translationem dominii, *l. non solet. ff. locat. & l. si quis conductionis titul. C. eodem. & l. si aliquam rem. ff. de acquirend. rerum domin.* nam actus relatiuus pensionis in pecunia numerata existentis ad gaudimentum fructuum, vt in casu præsenti, facit simplicem locationem, & non sapit aliquam alienationem: secundum Baldum *in consil. 116. primi voluminis, quod incipit, Columbinus dedit in emphyteusim. in secunda columna.* Et sic non video, qua ratione præfati duo cõsiliarii declarauerint totam & integram curiam Pauleti Veronensis cum omnibus suis pertinẽtiis de iure spectare & pertinere illustrissimo domino Marchioni, cum reuera dominus Marchio nullum ius & nullum dominium habere videtur in dicta curia, quæ est dos, & sic proprium patrimonium dominæ Gabrielæ, & cuius dominium ipsa habuit, & eius filius nunc habet. ¶ Quinto, dictum instrumentum fuit factum principaliter in fauorem illustrissimę dominæ Gabrielæ, vt ex eius tenore apparet, ad hoc vt domina Gabriela effectualiter haberet reditus tercentum ducatorum, quos ipsa allegabat non percipere, nec vllo modo retrahere ex ipsa possessione, vt expresse cantant verba ipsius instrumenti. Ergo
tale instrumentum factum † in fauorem dominæ 7
Gabrielæ, non debet nunc in eius damnum & perniciem retorqueri, [c] nec in damnum & perniciem c
filii sui, *l. quod fauore. C. de legib. & cap. quod ob gratiam. de regulis iur. in sexto.* vt sic filius inuitus spolietur & priuetur iure suo, & dominio, quod habet in dicta curia Pauleti Veronensis. Nam priuilegium nun-
quam sic est † interpretandum, vt priuilegiato sit 8
nociuum, *l. diuus. in versicul. nec vllorum magis interest. & ibi ad hoc notat Angelus, ff. de milit. testamen.* Nec priuilegium vnquam debet interpretari contra priuilegiatum: *vt notat Baldus in leg. Ruffinus. C. de testament. milit.* ¶ Sexto, dictum instrumentum fuit factum ob causam expressam, scilicet quia illustrissima domina Gabriela non poterat percipere, nec vllo modo retrahere ex ipsa possessione curiæ Pauleti Veronensis dictos tercentum ducatos, prout sibi fuerat promissum, ideo præfatus dominus Marchio eandem possessionem in se recepit, &c. Vnde cum ista causa nunc cesset, quia nunc dicta summa & amplior ex
ipsa curia percipitur, † debet etiam effectus instru- 9
menti cessare, *l. 2. §. fin. ff. de donation. & l. filio. §. matrem. & ibi Bartol. ff. de adimen. leg. & cap. cum cessante. de appell. & cap. post translationem. vbi gl. & Doct. de renun. & ca. & si Christus. circa fin. de iureiur.* Et quando actus non est
perfectus, † vt in casu præsenti, & tunc cessante cau- 10
sa, cessat effectus; *secundum Bartol. & alios in d. l. 2. § fin. circa fin. ff. de donat.* Bene facit, quod in proposito signanter tenet Innocent. *in c. quia plærique. de immunit. eccle.* vbi egregie tenet, quod licet princeps † ex cau- 11
sa possit auferre rem suam alicui, *l. item si verberatum. in prin. ff. de rei vend. & l. Luc. ff. de euict. gl. & Doct. in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. public.* tamen si illa causa cessat, debet illa res restitui, [d] si potest. Idem tenent d
dominus Antonius de Butrio, & Ioannes de Imola *in c. quæ in ecclesiarum. de constitut.* ¶ Septimo, illustrissimus quondam Marchio dominus Ludouicus promissor nunquam assignauit illustrissimæ dominæ Gabrielæ aliquam proprietatem, quæ sit reditus

annui

annui ducatorum tercentum. Similiter nec illustrissimus Marchio præsens talem proprietatē assignauit, ergo illustrissimus dominus Ludouic. de Ioliano adhuc habet dominium dictæ curiæ Pauleti Veronensis penes se, ergo etiam in petitorio debet obtinere contra illustrissimum dominum Marchionem, qui prius non impleuit contractum pro parte sua, & sic dictam proprietatem nondum assignauit. Vnde † qui non adimpleuit prius contractum pro parte sua, non potest ex tali contractu se fundare. e *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empt.* Item, qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet: *secundum Baldum in cap. 1. in vltima colum. qualiter dominus proprietate priuet. & in cap. 1. §. porro. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. & in authent. dos data. per illum text. C. de donatio ante nupt. facit tex. in c. peruenit. & ibi do. Abb. de iureiur. & in l. ædiles. §. fin. & ibi gl. ff. de ædil. edict.* Imo etiam propter minimum capitulum contractus non obseruatum, vel non adimpletum, licitum est alteri parti cōtractum non obseruare, & agenti obstat exceptio in principali. *ita notat Baldus in l. pacta conuenta in secundo notabili. ff. de contrahend. emption. quam legit in l. iuris gentium. post § adeo. ff. de pactis.* Vnde non video, quo iure, vel qua ratione potuerit sententialiter declarari, prout factum fuit, totam & integram curiam Pauleti Veronensis cum omnibus suis pertinētiis de iure spectare & pertinere illustrissimo domino Marchioni, cum omne dominium dictę curię sit penes illustrissimum dominum Ludouicum de Ioliano. ¶ Octauo, contractus in prædicto instrumento celebratus inter illustrissimum quondam Marchionem dominum Ludouicum, & illustrissimam dominam Gabrielam fuit effectualiter cōtractus permutationis, † & sic contractus innominatus, *l. ex placito. C. de rerum permutat.* quia pro curia Pauleti Veronensis dominus Marchio debebat assignare aliam proprietatem, ex qua singulis annis perciperetur reditus tercentum ducatorum, & sic antequam permutaretur res pro re, & sic antequam assignaretur illa alia proprietas, adhuc re integra potest illustrissimus dominus Ludouic. repetere curiam, quæ est sua propria, & in qua habet dominium: *vt est textus in l. naturalis. §. 1. & ibi Bartol. & alij. ff. de præscript. verb. notatur in l. si pecuniam. in princip. ff. de cond. ob cauſ.* ¶ Nono & hic beneaduertatur, illustrissimus dominus Marchio vigore prædicti instrumenti poterat assignare aliam proprietatem pro dicta curia Pauleti Veronensis, & sic habebat ius possendi permutare: ergo cū iam sint elapsi 30. & 40. anni, & adhuc multo plures: ergo tale ius est extinctum, † & præscriptione sublatum, *l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* sicut etiam in simili, iuri redimendi & sic promissioni de retrouendendo rem † quandocunq; oblatō certo pretio, præscribitur f 30. annis: secundum Angel. notabiliter *in consil. 55. incip. Guilelmus & Franciscus. & Pet. de Ancha. in consil. 332. quod incipit, Visis diligenter actis & actitatis. in 2. col.* Imo in casu præsenti à tempore celebrati dicti instrumenti iam sunt elapsi centum anni: ergo per lapsum centum annorum proculdubio est extinctum & sublatum omne ius, quod illustrissimus dominus Marchio prætendere alias posset vigore dicti instrumenti: † quia omne ius, & omnis obligatio etiam competens ecclesiæ, & sic piæ causæ. vel ciuitati, vel principi, extinguitur funditus per præscriptionē centum annorum, *l. finali. C. de sacrosanctis eccleſiis.* Immo plus etiam vbi lex vel statutum vniuersaliter negatiue disponeret, quod nulla præscriptio currat, nunquam intelligitur † excludi præscriptio centum annorum: g *vt est gl. notabilis & solennis in §. de cætero. in verb. nulla tempo-rum præscriptione. in authent. vt de cætero commu. rer. eccle. non fiant. quam gl. multum notant Bald. & Angel. in l. 1. C. ne rei dom. vel temp. & in l. 1. in princ. in 2. col. C. de anna except. & in l. omnes. ad fin. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Ang. in l. non solum. in princ. ff. de vſucap. Florian. in l. an vſusfructus. per illum text. ff. de vſufruct.* quia omne, quod sub mundiali machina gubernatur, renouatur in centum annis, quod est longissimum tempus vitæ † hominum: *vt est in l. si vſusfructus municipibus. ff. de vſufru. leg. & l. fin. C. de sacroſanct. eccle. secundum Bald. & Ang. in d. l. 1 in 2. col. C. de anna. excep.* Et ideo si statutum disponat, quod instrumentis dotalibus nulla † currat præscriptio, nihilominus præscriptio centenaria finiet actionem, & non obstantibus illis verbis statuti curret præscriptio centum annorum. *ita notat Angel. in dicto §. de cætero. per gloſſ. ibi. Bald. & Angel. in l. 1. C. ne rei dom. vel temp. & in dicta l. 1. in secunda columna. C. de annal. except.*

ADDITIO.

a Dominii.] Iason consilio 92. facti. numero 1. supra lib. 1. vbi addo.

b Genere.] Idem Iaſ. l. cum mota. n. 2. C. de transact. l. naturalis. §. 1. in 2. not. de præscrip. verb. videtur tamen hæc opinio reddi dubia, per ea quæ trad. Dec. l. 2. in prin. n. 22. in 3. lect. si certum pet.

c Retorqueri.] Port. conſ. 16. contingit. n. 73. Ctot. conſ. 217. visis. n. 15. conſ. 552. in præsenti. n. 16. & conſ. 367 post concesſum. n. 7. Aym conſ. 33. nobiles. n. 8. Natta conſ. 173. accedo. n. 4. & seq. dixi conſ. 87. Camillus n. 6. limit. Dec. conſ. 361. omiſſa. col. vlt.

d Reſtitui.] Iaſ. l. 1. n. 61. verſ. 4. adde. de off. eius. Tiraq. Iaſ. citant. tract. ceſſan. cau. part. 1. n. 20.

e Fundare.] Addo conſ. 208 videretur. n. 11. sup. lib. 2.

f Præſcribitur.] Iason l. si mater. ad fin. C. de inſtit. & ſubſti. l. petens. num. 10. verſ. circa istam vbi Dec. num. 7. C. de pact. Fel. conſil. 25. diligenter. num. 17. Rub. conſil. 3. dicitur. num 7. conſil. 75. præſupponitur. num 3. Soc iun. conſil. 145. viſo puncto. num. 34. cum seqq. lib. 1. Crot. conſil 61. teſtator num. 32. Cepha. conſil. 43. monaſterium. num. 12 Balb. tract. præſcript. 4. part. ſecundæ part. princip. q 3. cum aliis, vt per Gabr. com. opin. lib. 5. de præscript. concluſ. 6. num. 1. quibus addo Rolan. & Menoch: latiſſime diſputantes & reſpondentes contrariis. huic conſil. 143. conſultationis, illum vero conſil 21. viſis his. lib. 2. per totum maxime. num. 42. & seq. & in casu Menoch. conſuluit Decia. conſilio 87. perpenſa. lib. 7. & declarat Ceph. conſil. 40. magnifica. num. 2. & nu 57. & seq. & vide multa ſimilia cumulata per Tiraq. tract. de retract. part. 1. §. 36. gl. 2. n. 36. cum multis seqq.

g Annorum] Balb. tract. de præscript. 5. par 2. par. prin. q. 9. Aym qui Iaſ. hic allegat, de antiq. tempo. 4 part. ſect. materia iſta n. 43. fol. 287.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XCIII.

SVMMARIA.

1 *Feudum est contractus nominatus, & in contractu nominato non est locus pœnitentiæ nec reuocationi. & num. seqq.*

Contractus. In contractu nominato non est locus pœnitentiæ nec reuocationi. nu. 1.

2 *Imperator vel Rex non possunt deinueſtire vaſallos, &*

eos priuare feudo sine causa, & hoc ne de plenitudine quidem potestatis. & numer. seqq. & maxime numero 6.

3 *Imperatori vel principi, quamuis sint subiectæ leges, non tamen eisdem sunt subiecti contractus, qui sunt iuris gentium.*

4 *Vasalli secundum consuetudinem feudorum non possunt feudo priuari, nisi prius per pares curiæ iudicentur indigni, & ideo Imperator non posset statuere contrarium, & abusiuas facere dignitates.*

5 *Imperator non potest immutare statum nec imminuere honorem suorum vasallorum, idq; etiam si motu proprio contrarium statueret.*

7 *Statutum, quod transiuit in contractum, postea efficitur irreuocabile.*

8 *Contractus. In contractu innominato, si sit impletus ab vtraque parte non est locus pœnitentiæ.*

9 *Concessio secundo loco facta vni de castro, cum esset iam primo facta alteri, est nulla tanquam obreptitia.*

QVANTA mihi iniustitia facta sit, quot quantisque iniuriarum gradibus indigne affectus fuerim, præter, imo verius, contra voluntatẽ Christianissimi Gallorum Regis nostri, vt ad te scriberem, duę me potissimum causæ impulerunt. Prima, quod in ampla Gallicarum & Italicarum rerum puppi sedens summum iustitiæ clauum regis. Deinde, quod rebus meis, & meis omnib. fortunis adeo accurate faues, vt maiorem rerum mearum, quam tuarum curam & solicitudinem semper gessisse videaris. Posteaquam sereniſſimus Rex noster adeptus est Mediolanense imperium, multis mediis me ad legendi prouinciam solicitauit, præsertim medio reuerendissimi Cardinalis Rothomagensis, ac medio Triuulcii militaribus copiis præfecti, & Episcopi Lucionensis. Ego, qui iam vltra nouennium à legendi munere vacaueram, omnibus me interpellantib. passim lecturus negaui. Propositum intermissum tot annis legendi munus non vlterius reassumere, tetra quadam lippientium oculorum, & quasi cœcutientium caligine correptus. Verum vbi rex ipse propriis affatibus rem istam desiderare expressit, quasi quasdam faces propius admouisset, statim obtemperaui regiis verbis, qui à nullo vnquam, vt id facerem, adduci potuissem. Rex ergo per contractum, & quidem mihi admodum onerosum castrum Pioperæ transpadanum cum prædiis & prouentibus in feudum dedit, pro toto tempore vitæ meæ, siue legerem, siue non, aduersa valetudine, vel alio impedimento detentus. Legi vsque ad profligatum Mauri ex Germania reuersi exercitum, vbi rex cumulatiore gloria imperium Mediolanense recuperauit, hostibus partim captis, partim in turpẽ fugam actis. Tunc mihi locus Pioperæ in feudum onerosum datus, ablatus fuit per quendam dominum de Corchu, quem dicunt regiæ domus magistrum, sine vlla penitus vera causa, nec vera culpa, qui nec citatus vnquam fui, nec ad hanc causam vocatus. Vides quanta hæc sit iniustitia, & quam enormis iniuria. ¶ Feudum † contractus est nominatus: [a] *vt tenet Bartolus & communiter scribentes in l. iuris gentium. §. quinimo. in vltim. colum. ff. de pact.* & in contractu nominato nõ est locus pœnitentiæ, nec reuocationi, *l. sicut. C. de act. & oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. c. licet. & ibi not. Abb. de voto.* & ista regula nunquam fallit, *secundum Bar. in l. si pecuniam. in prin. in 3. col. ff. de con. cau. da.* Hinc est, quod Imperator †vel Rex Francorum non possunt deuestire vasallos, & eos priuare feudo sine causa, [b] *c. 1. & ibi not. abil. Bal. de nat. feud.* Et prædictam rationem assignat do. Abb. *in c. quæ in ecclesiarum. in pe. col. de constitu. Pau. de Cast. in cons. 156. incip. Viso & examinato. ad fi. & ante eos Bal. in cons. 327. primæ partis, incipiente, Pridie enim consului. in 1. colum.* Deus enim subiecit leges regibus & principibus,† sed non contractus: quia iuris gentium sunt: secundum Baldum *in cap. 1. de natu. feud. & dicit egregie Baldus in consilio 275. secundæ partis, incipiente, Quia pro regula in feudis traditur. in penult. col.* quod natura contractuum sunt Papę & Imperatori quædam elementa, & ideo sicut Papa & Imperator non est dominus elementorum, ita non est dominus contractuũ. ¶ Item Rex vel Imperator non possunt † priuare vasallum feudo, nisi prius de culpa conuictum & condemnatum, *cap. 1. de feud. sine culpa non amitt. cap. sancimus. quo tempore miles.* cum beneficia principum debeant esse perpetua: *vt in regul. decet beneficium. & §. præterea. in authentic. de referenda.* Item ex quo cõsuetudo feudorum dictat, quod Rex non possit priuare† vasallos feudo, nisi prius per pares curiæ iudicentur indigni, certe Imperator non posset statuere contrarium, & abusiuas facere dignitates. [c] *d. cap. 1. de nat. feu.* quia consuetudo feudorum, quæ disponit in ipsum principem, maior est ipso principe. Ita tenet Bald. *in authent. omnes peregrini. C. commun. de succes.* Item Imperator non potest mutare statum, nec † minuere honorem suorum vasallorum: *vt est expressum in d. §. præterea. in authent. de referenda.* etiam si motu proprio Imperator contrarium statueret, quia fingitur circumuentus, nec potest probari contrarium: *vt est expressum in l. prædia. C. de loca. præd. ciuilium. libro vndecimo. & in l. penultima. C. de diuers. præd. libro vndecimo. secundum Baldum in præallega cons. 327. primæ partis. in 2. col.* Imo fortius, Imperator † etiam de plenitudine potestatis non potest priuare vasallum feudo non conuictum de culpa. ita singulariter tenet Bald. *in cap. 1. circa principium. de natura feudi* ¶ Prædicta fortius militant in casu meo, vbi feudum Pioperæ fuit expresse concessum per viam contractus valde onerosi, scilicet vt legerem. Vnde etiam statutum, quod transiuit in cõtractum, postea † efficitur irreuocabile. [d] *l. quod semel. & ibi Bart. ff. de decre. ab ord. fac. l. item eorum. §. ex his. ff. quod cuiusque vniuersi. Bart. in l. omnes populi. in 4. q. 3. quæst. princip. ff. de iust. & iure. Canonistæ in cap. nouit. de iudic.* Item prædicta fortius militabunt, si dicamus istum fuisse contractum innominatum, *do vt facias*, scilicet, *do tibi castrum Pioperæ, vt tu legas*, cum res nõ sit integra, † quia vtrinque contractus fuit adimpletus, præsertim ex parte mea, qui semper legi vsque ad dicti castri expulsionem. Vnde non relinquitur locus pœnitentiæ & reuocationi, *l. si pecuniam. in principio. ff. de condi. ob causam.* ¶ Item ex quo Christianissimus Rex primo loco mihi concessit castrum Pioperæ, si postea concessit, quod nullatenus credo, domino de Corchu, certe cõcessio † secundo loco facta est ipso iure nulla, *l. si qua loca. C. de fundis & saltibus rei dominica, libro 11. & ibi gl. ordin.* quæ dicit, quod impetratio

tio castrorum Comitis Vgolini fuit obreptitia, & ipso iure nulla. Idem dicit Bal. *in l. 1. per illum tex. & ibi. Fulg. & Paul. de Cast. C. de leg. Ad idem est text. in l. prædia. & ibi Bart. notat. C. de loca. prad. ciuil. lib. 11. Bald. in l. 1. in 1. col. ff. de constitu. princ.* Ego tamen sæpissime sum conquestus, quod de facto, perperam, inique & indebite priuatus fuerim feudo oneroso, non conuictus de aliqua culpa, imo nec vnquam citatus. Sed non plus profeci, quam proficiant, qui lunæ aut soli calamitates suas lamentantur. Destinaui nuntium ad regiam maiestatem, vbi tu mihi oportunas literas restitutionis feudi expediri iussisti, & quidem gratis, pro ea singulari, qua me complecteris, beneuolentia. Sed nec tales regiæ literæ quicquam emolumẽti attulerunt, eas accepi, qua die Rothomagensis Cardinalis ex Papia in Galliam erat profecturus. tota ea die hostiarios Lucionensis episcopi figillatim rogaui, vt literas regias domino de Corchu intimarẽt, omnibus respuentibus, intercluso omni aditu ad ipsum episcopum. Quod reliquum fuit, per potestatem Pioperæ à Corchu designatum, literas regias eidem intimaui, qui impudenter iterum atque iterum respondit, quod literas illas regias ad prostibulum deferrem. Postmodum Lucionensis episcopus iussit per quendam cursorem literas regias intimari ad locum Pioperæ, Gallis ibi in arce existentibus. Vbi nuntius Pioperam applicuit, Galli ibi existentes impetu in eum facto per crines eum correptum, pugionibus euaginatis, pugnis, calcibusque cæciderunt, literas regias per vim abstulerunt, contumelioseque respondentes se nõ parituros regiis literis, nec regio parlamento. facta est huiusmodi relatio in senatu, sed nulla adhibita est congrua prouisio. Si Italus aliquis tale quid perpetrasset, statim fuisset aut cruci affixus, aut appensus patibulo. Mitto ad celsitudinem tuam relationem dicti cursoris authenticam, & prouisionem parlamenti Mediolanẽsis, vbi res omnis in duos menses dilata, quid spei aut desperationis promittat, facile recognosces. Vix biennio hæc causa transigeretur, cum principia adeo morosa præcedunt. Non est consilium tam longa expectatione pendere pro consequenda laborum meorum mercede, petii vt saltem fructus sequestrarentur, aut saltem nomine regio nuntius aliquis mitteretur, qui fructus custodiret in causæ exitum: sed nec istud vllo modo impetrare potui. Ego ex dicto loco Pioperæ nihil vnquam percepi, nec quidem minimum obulum, sed exposui vltra centum & quinquaginta aureos. Nunc tempore messium fructus surripiuntur, & abducuntur prouentus omnes. Vides, quo in discrimine negotia mea sint constituta, facile interitura, nisi tu solitam opem feras. Adest ibidem in curia regia Corchu. Iam patefacta sunt rebellium & in regem conspiratorum capita. Si quid in me culpæ deprehẽditur, nullam gratiam peto. Scio me fidem mundam, syncerã & immaculatam regiæ serenitati obseruasse, nullius sum sceleris aut coniurationis conscius. Tu, qui summum, vt dixi, iustitiæ clauum regis, prouideas quæso, ne tanta iniustitia opprimar. Facile est sublimitati tuæ regium animum explorare, si voluntatis regiæ fuerit, vt par est, & sicuti spero, quod pro iustitiæ debito feudum ex onerosa causa debitum cum fructibus perceptis mihi restituatur, restitutio domino de Corchu ibidem existenti facile demandari poterit. Tu pro innata in omnes bonitate, & præcipua in me charitate, libera quæso me ab hac sarcina, quæ me Ætna grauius premit. Quicquid præsidii conferis, conferes in clientẽ, & in libertum tuum, immo verius in ascriptitium & mancipium tuum. Bene valeat celsitudo tua, cui me humilime commendo. Papiæ die 26. Iunii, 1500.

ADDITIO.

a Nominatus.] Ias. cons. 177. in præsenti. n. 4. supr. lib 2.

b Sine causa.] Dixi supr. cons. 1. 8. & 23 lib. 1. addo Menoch: Ias. citantem cons. 2. magni ponderis. n. 338. Cepha. cons. 154. sex in facto. n. 3.

c Dignitates.] Ias. d. cons. 1. n. 25. vbi addo.

d Irreuocabile.] Vide Ias. vbi addo. d. cons. 1. n. 15.

FRANC. BECIVS.

CONSILIVM XCIV.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus, qui primo vni aduocationem generalem promisit, deinde alij, constituto ab vtroque annuo, si primo patrocinium præstitit, debet secundo prouidere de idonea persona, quæ pro eo postulet. Sed contra num. 2.*

2 *Aduocatus tenetur patrocinium præstare illi, cui primo promisit, si apparet, secundũ iniustam causam fouere, aut sumus in dubio: vbi dicit communem & veriorem.*

3 *Opinio communis est, quæ plurium testimonio comprobatur, & ab ea non est nec iudicando nec consulendo recedendum.*

4 *Aduocatus non debet iniustam causam defendere, nec animam alterius subrogandi contra conscientiam illaqueare.*

Redemptoris crucifixi, & gloriosissimæ virginis Mariæ nominibus pro veritatis, & iustitiæ suffragio inuocatis.

EXISTIMABAM te idcirco in causa tua consilium postulasse, quod tibi ipsi, cui omnes credunt, tu solus credere noluisses, eo quod in suo quisq; negotio hebetior sit quam in alieno. Terentius: ita comparatam esse omnium hominum naturam asserit, aliena vt melius videant ac diiudicent, quam sua, eo quod in re propria vnusquisque aut gaudio nimio, aut ægritudine præpediatur. Sed tu mihi in causa tua visus es oculatior, quam fuisses in aliena, qui lynceis luminibus vltra parietes visus es prospexisse, ita omnes locos & omnes angulos tanquam Argus Innonius lustrasti, vt nihil penitus prętermiseris, quod possit in hoc dubio adduci. Ego licet non ignorarem vetus prouerbium, quod sus Mineruam instruet, malui temeritatem meam accusari, quam officium meum vlla in re abs te desiderari. Cui quoties facio, quantum possum, nihil videor feciſse, cui omnia facere debeo: & cum soluo, quod debeo, adhuc debeo quod solui. ¶ Quæstio proponitur de aduocato, qui primo aduocationem generalem promisit, deinde alii, constituto ab vtroque annuo salario, si primo patrocinium præstitit contra secundum, † debeat à secundo salarium r conuentum obtinere. Dubium in hac causa facere videtur

videtur illud, quod tenuit Bartholomæus Brixienſ. *in q. ſua dominicali 69. quæ incipit, Aduocatus quidam.* vbi concludit, quod iſto caſu debet aduocatus prouidere ſecundo de idonea perſona, quæ pro eo poſtulet. Sequitur Spec. *in tit. de aduoc. §. 1. verſ. quid ſi aduocatus. do. Ant. de But. in c. fin. de poſtul. Alber. de Roſa. in l. quiſquis. circa fin. in penult. q. C. eod.* ¶ Sed iſtis non attentis arbitror hanc eſſe veritatem, quod aduocatus teneatur
a patrocinium præſtare illi, cui primo promiſit, a ſi
2 apparet, quod ſecundus iniuſtam cauſam foueret, † aut ſumus in dubio: *per tex. l. in operis. & ibi Pau. de Caſt. ita decidit per illum tex. ff. loca. Ita concludunt Goffre. Hoſti. Innoc. & dom. Abb. Panor. in d. c. fin. de poſtul. Bald. in ca. veniens. de iureiur. Lud. Roma. vbi multa bona adducit, quæ videri poſſunt in conſil. 47. incip. Viſis neceſſariis. dom. Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium. in 8. col. ad fin. ff. ſol. matri. & in conſ. 118. quinti vol. incip. In caſu, de quo quæritur, primum eſt diſcutiendum. in 4. col.* Et ſic iſta debet cenſeri
3 communis opinio, cum plurium teſtimonio † confirmetur. *l. 1. in verſ. & ſane crebrior. & ita Bald. notat. ff. de offic. quæſto. & l. diui fratres. circa med. ff. de iure patron. & cap. nouimus. & ibi dom. Anto. & do. Abb. notant. de verb. ſignif. & in cap. de inducijs. 3. q. 3.* Et conſulendo aut iudicando non eſt à communi ſentẽtia recedendum: *ſecundum Bart. & alios in l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. & notabiliter Gemin. in c. 1. in pen. col. de poſtul. prælat. in 6.* Præterea aduertendum eſt, quod dom. Abb. Panor. *in d. c. fin. de poſtu.* referens opinionem Bartholomæi Brixienſ. ſuperius primo loco relatam, ea reiecta, dicit ſibi placere opinionem Innocent. & ſequac. & ſic non tenet opinionem Barthol. Brixienſ. Similiter Ioan. de Imol. *in d. c. fin.* ſequen. do. Anton. ſolum dicit, quod ſecundo poterit dare perſonã idoneam, quæ pro illo poſtulet: & ſic vtitur verbo, *poterit*, non autem verbo, *teneatur*. Item dom. Anton. de But. *in d. c. fin. de poſtu.* expreſſe dicit, quod Innoc. Hoſtien. & omnes tenent iſtam ſecundam, ergo fatetur eam eſſe communem. Iſtam ſecundam puto indiſtincte veriorem, & conſequenter quod aduocatus non teneatur prouidere ſecundo de alio aduocato, quando ſcit illum non fouere iuſtam cauſam, vel quando dubitat. Moueor: quia ſicut aduocatus † non debet iniuſtam cauſam defendere, *l. quoties. §. ſicut. ff. de admini. tut. & l. rem non nouam. C. de iud. & 11. q. 3. ca. væ qui* 4 *dicitis.* Ita quoq; non debet animam alterius ſubrogandi contra conſcientiam illaqueare.

¶ Hæc paucula perſtrinxi, vt potius officio meo pro viribus ſatisfacerem, quam requiſitioni tuæ aliqua ex parte ſatisfaciendum crederem: quia ſuperuacuo per te requiritur, quicquid ad iuris ſcientiam ſpectat.

ADDITIO.

a Promiſit.] Vide quod dicit Iaſ. l. ſi pluribus. num. 29. 30. de legat. 1. & conſil. 45. dubitatur ſupra eod. Cagnol. l. cum quid. in fin. ſi certum petat. Rip. h priuilegia. num. 56 in fin. de priuil. cred. & de confœderatione facta duobus, Laudenſ. tractat. de confœder. quæſt. 60. & quod ſcribit Dec. cap. cum parati. n. 8. & 9. de appellat. & de locatione Natta conſil 34. præſupponitur. num. 2. In contrarium tamen facit quod Cotta ſcribit in memor. verſ. locatio. 1.

FRANC. BECIVS.

Tertiæ partis Conſiliorum Juris Vtriuſque Doct. abſolutiſſimi Dom. Jaſonis Mayni Mediolanenſis, FINIS.

CON-

CONSILIORVM
siue
RESPONSORVM D. IASONIS MAYNI MEDIOLANEN. IVRECONSVLTI PRÆSTANTISSIMI AC CELEBERRIMI

Volumen quartum.

CONSILIVM XCV.

THEMA.

EQVISITVS sæpenumero, vt super congregatione generalis cõcilii aliquid scriberem, expaui & horrui, ne lingua transeunte super terram os ponerem in cœlum, vt dicit text. *in cap. intantum. 21. dist.* Periculosa est materia, quę tendit quodammodo ad serendum zizaniam, & ad inducendum pestiferum schisma in ecclesia Dei, cuius vnitatem firmiter tenere ac vendicare catholici omnes tenemur: vt scribit Cyprianus Papa *in c. loquitur dominus. 24. quæst. 1.* distuli, quantum potui, & quantum licuit detrectaui: sed maiorum ac dominorum præcisis iussionibus obstrictus parere nunc cõpellor, obedientiæ saltem clypeo defensus, de vultu tuo domine iudicium prodet, cuius causa agitur, & oculi tui videant veritatem. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. *1. q. 2. c. quam pio. gl. in l. 2. ff. de legib.*

SVMMARIA.

1 *Concilium vniuersale congregare spectat ad solum Papam.*
2 *Papa solus habet iurisdictionem vniuersalem.*
3 *Concilia sine auctoritate Papæ facta dicuntur conciliabula.*
4 *Concilium generale non habet authoritatem contra Papam.*
5 *Cardinales sunt in quasi possessione eligendi Papam. 17.*
6 *Intellectus clem. ne Romani. §. irritum. de elect.*
7 *Cardinales quando conuocant concilium generale.*
8 *Prælati quando possunt congregare concilium. 19.*
9 *Canones quando dant concilio auctoritatem supra Papam.*
10 *Imperator quando conuocat concilium generale.*
11 *Imperator est aduocatus & defensor ecclesiæ.*
12 *Imperator debet interesse synodalibus negotiis.*
13 *Imperatores sunt executores voluntatis Papæ.*
14 *Concilij generalis in congregatione minor pars eorum, qui debent interesse, potest citare maiorem, data eorum contumacia.*
15 *Concilium est iudex competens quando agitur de crimine Papæ.*
16 *Concilium generale ex quibus causis conuocandum. 20.*
18 *Fidei & Sacramentorum causas cognoscere ad quos spectat.*
21 *Synodus vniuersalis congregatur, vt vitia extirpentur, & alia faciat.*
22 *Concilium generale nõ debet congregari, nisi pro arduis.*
23 *Papa quando accusatur de hæresi, concilium est iudex competens.*
24 *Iurisdictionem quando dat certa qualitas, quis de ea cognoscit.*
25 *Papa de hæresi occulta potest etiam accusari.*
26 *Salus non est extra fidem.*
27 *Hæreticus potest dici fouens crimen inueteratum.*
28 *Papa quando dicatur hæreticus.*
29 *Gl. in c. si Papa. dist. 40. discutitur.*
30 *Papæ scandalizanti ecclesiam licitum est resistere.*
31 *Prælatus incorrigibilis non videtur ex voluntate Dei constitutus.*
32 *Deus diuisit potestatem aduersus maximum ecclesiæ periculum.*

33 *Papa, excepto hæresis crimine, an possit de alio crimine accusari?*
34 *Gesta in ecclesiæ scandalum non tenent.*
35 *Papa non potest nisi de hæresi iudicari.*
36 *Concilium generale non potest Papam iudicare.*
37 *Papa cunctos iudicat, & à nemine potest iudicari.*
38 *Papa solus in ecclesia Dei supremam obtinet potestatem.*
39 *Papa est vicarius Christi.*
40 *Papæ autoritas excepta intelligitur in omnibus statutis concilij.*
41 *Papæ sententia standum, si contradicit sententiæ totius concilij.*

VERITATI quantum conari potero inseruiam, solum Deum præ oculis habendo, nihil pertinaciter asserens, & sine præiudicio sententiæ potioris: *vt l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pig. hab.* protestãs me secundum illud tenere, quod tenet sancta mater Ecclesia: *vt c. 2. ad fi. de sum. Trin.* De tribus principaliter est videndum. Primo, qui possint concilium generale conuocare? Secundo, ex quibus causis possit congregari? Tertio, de officio & potestate concilii generalis congregati, & sic de eius effectu. Et hic expedietur illud, super quo consistit substantia eius, de quo concilium principaliter petitur exhiberi. Venio ad primum: quia à personis est inchoandum, *l. si quæramus. ff. de testa. & ca. 1. de accusat. & 2. q. 1. c. in primis.* Videndum est ergo primo de personis, ad quas spectat conuocatio concilii gene-
1 ralis. Et † quidem congregare concilium vniuersale spectat ad solum Papam, & nullus alius sine eius mandato potest: *vt est tex. in c. 1. in fi. & per totam illam dist. 17. dist.* vbi dicit tex. quod autoritas congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est. & ibi dicit glos. quod sola authoritate Papæ concilia generalia conuocanda sunt, non autem authoritate alicuius alterius. *Ad idem tex. 3. dist. c. regula. in §. porro. & 93. dist. in c. obedientiam. & text. in cap. mandastu. & ibi Archid. 2. q. 5. & in c. dudum. 3. q. 6. & in c. significasti. de elect. & do. Abb. in c. licet de vitanda. in 3. col. de elect. Ioan. de Imol. in cap graue. de præbend. in pen. col. in 6. q.* vbi simpliciter dicit, quod Papa, vel alius de eius mandato potest facere conuocari cõcilium generale. D. Cardinalis Florent. *in cons. 150. quod incipit, Vnitatem ecclesiæ. in 2. q.* Iste ergo casus conuocandi concilium generale est Papæ specialiter reseruatus: *vt cap. si nedum.*
2 *& cap. sequent. & cap. huic soli sedi. 17. distin.* cum † solus Papa habeat iurisdictionem vniuersalem, *2. q. 6. c. qui se scit. late per gl. in cle. ad nostram. de hæreticis.* & concilia generalia non conuocantur nisi pro arduis causis, & statum generalem ecclesiæ tangentibus, quæ habent terminari per sedem apostolicam, *cap. de his. 12.*
3 *dist. & cap. multis. in fi. 17. dist.* Et † concilia sine authoritatæ Papæ facta non dicuntur concilia, sed conciliabula, vel conuenticulæ. *ita dicit textus notabilis in c. multis. 17. dist.* Et istud in tantum procedit, quod etiam pro his, quæ ab aduersariis impinguntur Papæ, non potest congregari concilium generale sine authoritate Papæ, imo nec etiam cum authoritate Papæ; eo quia tota Papæ causa Dei iudicio reseruatur. *ita est text. notabilis in c. concilia. §. hinc etiam. 17. distin.* Et istud etiam præordinatum fuerat Machabæorum 14. c. vbi Simoni, vt summo sacerdoti, consensu omnium fuit attributum, vt conuentus in regione sine ipso non fieret. imo etiam legatus sedis apostolicę nõ põt cõgregare concilium generale, nisi hoc specialiter habeat in mandatis: *vt tenet gl. in ca. regula. 17. dist. & ita intelligatur text. 4. q. 1. c. 1. & in c. conuenientibus. 1. q. 7. & gl. 3. dist. §. porro. & in c. 1. 17. dist.* Conuocatio ergo concilii generalis spectat ad solum Papam, & Prælati omnes sunt de concilio, & ad illud debent vocari omnes reges & principes: tamen † con- 4
cilium generale non habet autoritatem contra Papam, sed potius assistit sibi tanquã consulens, quando tractantur facta aliorum. *ita notat Gemin. in cap. ad apostolicæ. in princ. in tribus notabilibus. per illum text. de re iud. in 6.* Subdit tamen secus esse, quando tractaretur de facto Papæ, vt quod esset hæreticus: *vt 40. dist. c. si Papa. & notatur in c. in fidei. de hæret. in 6.* Papa autem negligente, aut recusante congregare concilium generale ad idoneum locum, postquam fuit rogatus per dominos Cardinales, vt illud conuocaret: vel etiam sede vacante, si immineret periculũ Christianæ religionis, vel perturbationis status vniuersalis ecclesiæ, vel alia iusta causa, tunc videtur, quod potestas conuocandi concilium generale deuoluatur ad dominos Cardinales: *argum. 65. dist. c. fin. & ibi notatur in gl. ordinaria*: cum sint capitulum vniuersalis ecclesiæ, *c. 1. iuncta gl. de schismaticis. in 6. habetur in cle. ne Romani. de elect. & in c. sacros. 22. dist. facit gl. in c. antiqua. de priuileg.* Item sunt sacerdotes Leuitici generis, *cap. per venerabilem. §. rationibus. qui filij sint legitim.* Item † Cardinales sunt in quasi possessione eligen- 5
di Papam, *cap licet de vitanda. de elect. cap. vbi periculum. eod. tit. in 6. & clem. ne Romani. eod. titu.* Ergo ad eos spectant, quæ sunt in consequentia ad electionem, *c. vt præterita. c. cupientes. §. ad hæc. de elect. in 6.* Nec † obstat 6
text. *in d. clem. ne Romani. §. irritum.* vbi irritatur, quicquid facit collegium Cardinalium de his, quæ spectant ad Papam, dum Papa viuit; quia ad illum tex. dupliciter respondetur. Primo, quod cum ibi excipiat ea, quæ permittuntur collegio Cardinalium, *in d. c. vbi periculũ. §. sedem.* & ibi non prohibentur ea, quę cõtingunt electionem, sed alia extrinseca: *secundum D. Card. Flor. in d. cons. 150. incipiente, Vnitatem ecclesiæ. in 3. q. & ad illam sol. ad d. §. irritum. etiam ponit D. Felyn. in c. super literis. in 20. col. de rescript. cum aliis concord. per eum allegatis.* Secundo respondetur, quod ille text. loquitur, quando fit electio Papæ, vt sit magis accelerata, & tunc tex. bene irritat gesta per Cardinales, vacante papatu in spectantibus ad Papam. & ita respondet D. Cardinalis Florent. *in d. cap. licet de vitanda. & ibi D. Abb. in 4. col. de elect.* Cœtus † ergo dominorum Car- 7
dinalium in negligentiam Papæ debet conuocare concilium generale, prout etiam tenet Bal. *in c. olim ex literis. in pen. col. de rescript. & sequitur D. Mart. Lauden. in secundo suo tractatu de Cardinalibus. in 4. columna. in q. 33.* Nam si Papa requisitus, & sufficienter monitus nollet dare authoritatem concilio congregando, est signum, quod non vult audire ecclesiam, si non vult eam congregare. Et si nullo casu liceret congregare concilium generale, nisi Papæ, & Papa non vellet congregare concilium, fugiens fortassis contra se iudicium fieri, posset fides Christiana multum periclitari, & tota ecclesia perturbari, quod non est tanquam absurdum dicendum. Nam † et- 8
iam Prælati possunt sine Papa, vel si ecclesia careret

pastore

pastore, congregare concilium generale, si casus necessitatis immineret: *sec. Gem. in c. pater. in fi. 18. dist.* vbi mouetur per quoddam dictū Vgutionis ibi, quod dicit esse notand. pro congregatione olim facta Pisis, & sequitur simpliciter D. Fel. *in c. 1. in vlt. col. de mai. & obe.* Item dicit notabiliter idem D. Fel. *in c. super literis de rescri. in 20. col. in vers. 9 facit,* †quod sicut canones dant potestatem concilio supra Papam, quando est dignus depositione, *vt patet in c. si Papa. vbi gl. not. ab. 40. dist.* licet alias ipse Papa sit maior concilio, *c. significasti. de elect.* ita videntur dare potestatem ad cōgregationem concilii, tanquam præparatorium necessarium, quod vltimum per multa comprobat, vt ibi per eum. Itē sufficiet tunc maior pars Cardinalium ad congregandum concilium, quia illud non conuocant vt singuli, sed vt collegium, *l quod maior. ff. ad munici. secund. Bal. in d. c. olim ex literis. in pen. col. de rescrip.* quem simpliciter sequitur D. Mar. Laud. *in d. 2. tract. de Cardinalib. in 4. col. in 33. q.* Subdit ēt ibid. Bal. quod maior pars Cardinalium præsentium possunt concilium congregare, si saltem duæ partes sint presentes, cum requiratur maior pars præsentium, *vt l. nulli. ff. quod cuiusq; vniuer.* Nec obstat secundum eum *ca. licet de vitanda. de elect.* quia hic non sumus in electione Papæ, sed in concilii congregatione. Item Papa negligente conuocare concilium generale, si etiam collegium Cardinalium non cōcordaret in conuo-
10 cando concilium, †tunc conuocatio spectat ad Imperatorem, tanquam cæteris maiorem, *arg. ca. fin. 65. dist. & late firmat D. Cardin. Floren. in præallega. consil. 150. quod incipit, Vnitatem ecclesiæ. in 4. quæst. & in repetitione d. cap. licet de vitanda. de election. Nicolaus Miles in repertorio suo in verb. Papa. in versic. 53. D. Felyn. in cap. 1. in vlt. col. de maio. & obedien.* Olim tamen Imperatores congregabant concilia generalia: *secundum D. Abb. in disputatione sua incipiente, Episcopus & quidam rector. in tertio dubio.* Et de quinque Imperatoribus, qui fecerunt congregari concilium generale, commemorat in specie D. Cardinalis Florentinus *in dicto consil. 150. in 2. q. facit tex. in c. canones. & in c. sancta Romana. 15. dist. & in c. habeo librum. & in c. quoniam. 16. dist.* quæ iura tamen non bene hoc probant, licet videantur velle, quod Imperatores interfuerunt illis conciliis, vel quod eorum tempore fuerunt illa concilia congregata, non tamen quod eorum mandato, vel authoritate. Item illa facta fuerunt sic suadente necessitate temporum, cum ecclesia non auderet tunc libere congregari: ideo vt facilius congregaretur sub nomine Imperatoris, Pontifices passi sunt talia concilia sic fieri & celebrari. Sed postea mutatis temporibus, & multiplicata ecclesia, & libertate ei concessa, quod sine culpa antea factum fuerat, necessitate excusante, immutatum est, ne deinceps verteretur in errorem & superstitionem, *63. distinction. §. verum.* Vnde postea fuit statutum, quod ad solum Papam spectet talis congregatio, vt in iuribus supr. in principio allegatis. Concilium ergo formatum & essentiatum, seu canonizatum à iure non potest Imperator facere, nec ei præsidere, sed quandam congregationem facti, quæ potius dicitur conuenticula: *secundum Bal. in d. c. olim ex literis. in 6. col. de rescrip.* tamen ad solicitudinem Imperatoris spectat congregatio talis concilii: *vt in cap. concilia §. hinc etiam. 17. distin. &*
11 *text. notabilis in cap. principes. 23. quæst. 5.* cum † Imperator sit aduocatus & defensor ecclesiæ, *cap. venerabilem. de elect.* & quando ecclesiæ potestas deficit, tunc Imperator supplet patrocinando *d. cap. principes. secundum Bal. in d. c. olim ex literis. in 6. colum.* Vnde in hac materia considerandæ duo sunt tempora: *secundum Bald. in d. c. olim ex literis. in 6. colum. de rescript.* Primum, quando ecclesia parum militabat, & parum poterat per se sola, & tunc multa priuilegia contulit Imperatoribus, maxime vt concilia generalia conuocarent, & schismata curarent extirpari, quæ postea sunt sublata per ecclesiam, *79. distinct. cap. si duo forte. 63. distinct. ca. verum. & cap. ego.* Secundum tempus fuit postea, quando ecclesia militans incepit plus posse, quam imperium temporale, quando imperium cœpit declinare, & diuidi, & Reges ei subtraxerunt obedientiam. Vnde tunc secundum nouam ecclesiam non debet Imperator congregare concilium generale, sed debet congregari per Papam, aut, eo negligente, authoritate dominorum Cardinalium. & sequitur etiam dominus Martin. Lauden. in præallegato secundo tractatu de Cardinalibus, *in 4. col. in 33. q.* Nec Imperator †debet interesse synodalibus 12
negotiis. Vnde dicit Nicolaus Papa *in c. vbinam legistis. 96. dist.* Vbinam legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse: nisi forte in quibusdam, vbi de fide tractatum est: quæ vniuersalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos, verum etiā ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos. & idem dicitur in quatuor capitulis sequentibus. & ita procedit illud, quod dicit Martianus Imperator in concilio Calcidonensi *in c. nos ad fidem. 93. distinct.* vbi dicitur: Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi principis Constantini, synodo interesse volumus, vt veritate inuenta, non vltra multitudo praua doctrinis attracta dilcordet. Item dicit Archidiacon. *2. q. 5. in ca. mandastii. & in cap. Adrianus. 63. distinct.* intelligendum esse, Imperatores conuocasse concilium generale, scilicet decreto ipsius Papæ, vt ibidem dicit text. qui dicit: Valentinianus Augustus nostra authoritate synodum cōgregari iussit. Nam † Imperatores sunt exe- 13
cutores voluntatis Papæ: *vt ca. sexta synodus. 16. distin. in princip. ibi, exequente pijssimo principe Constantino.* Et Imperatore negligente, aut recusante congregare concilium, tunc Prælati possunt illud congregare, petendo licentiam à Papa, & ea etiam non obtenta: *secundum dom. Felyn. in cap. super literis. in 20. colum. ad fin. de rescriptis.* Nam in defectum Papæ & Cardinalium, & etiam Imperatoris, potest inferior clerus conuocare concilium generale: vt notant Hostien. & Ioan. Andre. *in cap. licet de vitanda. de elect.* Et Prælati possunt se congregare sine alicuius vocatione: *vt cap. nunc autem. 21. distin.* & tunc si duæ partes concilii, vel eorum, qui debent interesse concilio, conueniant, ipsi possunt vocare alios, qui commode possunt vocari: & si requisiti non venerint, illæ duę partes concilii procedent ad faciendum illud, quod instat: *secundum Innoc. in cap. 2. de oper. noui nuntia. & Do. Cardin. Florent. in d. consil. 150. in 5. quæst. imo fortius tenet Do. Felyn. in d. c. super literis. in 18. col. in vers. amplia secundo.* Et idem D. Fely. *in c. 1. in vlt. col. C. de maiori. & obedient.* quod †in congregatione generalis concilii minor 14
pars eorum, qui debet interesse, potest citare maiorem,

rem, & data eorum contumacia potest minor pars pronuntiare se constituere concilium generale, & in se esse iurisdictionem, allegat Petrum de Monte in suo libello de Papa & de concilio, *in 16. columna. in vers. sexto quæro quot personæ.* & per hoc dicit D. Felyn.
15 posse probabiliter inferri, quod † sicut concilium est iudex competens, vbi agitur de crimine Papæ, saltem qualificato illis modis, quos ponit gl. trita *in cap. si Papa. 40 dist.* ita sit competens in cognoscendo, an ipsum crimen, quod opponitur Papæ, sit tale, quale esse oportet, vt concilium indicere possit, motus per octo fundamenta, de quibus ibi per eum. Et per ista remanet expeditum primum, scilicet qui possint conuocare concilium generale. Venio ad
16 secundum ad causas, † ex quibus potest concilium generale conuocari. Et in hoc dicitur, quod quando duo vel plures sunt electi ad papatum in discordia, & sic contendunt de papatu, quia quisquam prætendit se esse Romanum Pontificem, tunc in discordia istorum duorum electorum debet congregari concilium generale, & ille remanebit Papa, quem concilium approbauerit: *vt est textus reputatus singularis in cap. si duo forte contra fas. 79. distinctio. quem textum ad hoc reputat singularem dominus Abbas in cap. licet de vitanda. in 3. col. de election.* vbi dicit, quod illud capitulum valde singulariter allegabatur Pisis & Constantiæ, quando congregatum fuit concilium contra illos contendentes de papatu. Et idem per illum textum tenet etiam dominus Abbas *in cap. cum venissent. in 3. col. circa fin. de iudic. & in cap. fraternitatis. in primo notabili. de hæreticis.* Et ibi dicit, quod non est alibi in iure ita bonus text. quo ad hunc articulum, sicut *in d. cap si duo forte.* & isto casu: quia non est aliquis certus Papa, in quo vt vicario Christi sit plenitudo potestatis, & qui possit super schismate congregare concilium, ideo ad collegium Cardinalium spectabit congregatio concilii generalis. dictum fuit notabile Vgutionis *in dicto cap. si duo forte.* quod ibi notabiliter retulit Archidiac. Et sequitur Bald. *in capit. olim ex literis. in penultima columna. de rescriptis. dominus Abbas in dicto cap fraternitatis. in primo notabili. & in dicto capitul. licet de vitanda. in tertia columna.* & ibi refert, quod illud dictum Vgutionis multum fuit allegatum in congregatione concilii facta Pisis & Constantiæ, & fuit practicatum. Nam Cardinales conuenientes Pisis scripserunt ad principes & prælatos orbis. Et quod ad Cardinales spectet tunc con-
17 uocatio concilii, dicit dom. Abbas facere. Nam ex † quo electio Papæ pertinet ad solos Cardinales, *d. ca. licet de vitanda. & cap. vbi periculum. in princip. de election. in 6. & in clem. ne Romani. eod. tit.* ergo omnia, per quæ peruenitur ad electionem vnici & veri pastoris, debent ad eos pertinere, *argument. cap. prudentiam. & ca. præterea. de offic. delegat. & d. l. legatum. & l. ad rem mobilem. de procurat. & l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Nec Cardinales isto casu de tali electione in discordia facta possunt iudicare: quia collegium Cardinalium hoc casu est suspectum: quia de facto eorum iudicaret: secundum gloss. *in d. cap. si duo forte.* Ideo merito à sanctis patribus fuit ordinatum, quod isto casu ipsi Cardinales debeant conuocare concilium, cum ipsi sint Cardinales orbis, *c. sacrosancta. 22. dist.* & sacerdotes Leuitici generis, ad quos ardua deferũtur, *c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. sint legit.* quia licet Cardinales isto casu sint suspecti quo ad iudicãdum inter istos duos electos per eos in discordia: quia de facto eorũ tractatur, tamen non sunt suspecti quo ad conuocandum concilium: quia postea ipsum concilium congregatum de istis electionibus iudicabit, & sic diffinitio talis discordiæ pertinet ad totum concilium congregatum, & non ad solos Cardinales, alias de electione Papæ nemo potest iudicare, cum non sit aliquis superior, qui de illa iudicet. *ita loquitur text. in d. c. licet de vitanda. in fin.* Et in hac congregatione concilii, quę fit super schismate, quando duo sunt ad papatum in discordia electi, tunc non requiritur authoritas eius, qui se prætendit Papam: eo quia tractaretur de sua autoritate in causa ppria: *secund. Bal. in d. c. olim ex literis. in pen. col.* Ideo tunc cõuocatio concilii fit autoritate collegii Cardinalium: prout determinat Vgut. *in d. c. si duo forte. & supra retuli.* Et ita videtur tenendum, licet do. Card. Flor. *in d. c. licet de vitanda.* teneat, quod isto casu, quando essent duo contendentes de papatu, quod tunc inducendi sunt ipsi ambo, vt conuocent concilium generale per quęcunq; oportuna remedia, siue Cardinalium, siue Prælatorum, siue Imperatorũ & Principum secularium, ad quos etiam spectat, cum sint defensores ecclesiæ, *c. principes. 33 q. 5. gl. in c. venerabilem. de elect.* Et nota bene: quia cum neuter sit Papa, ex quo sunt in discordia electi: ergo ad eos non potest spectare conuocatio concilii, *c. si quis pecunia. 79. dist.* quia autoritatẽ non habent super hoc, cum tractatur de sua authoritate in causa sua propria, vt dictum est: Eodem modo, si Papa in consistorio secreto coram solis Cardinalibus renuntiauit papatui sine præsentia aliorum testium, & postea Papa negat se coram eis renuntiasse, Cardinales aũt contrarium affirmant, tunc Cardinales in isto casu non possunt esse iudices: quia essent quodamodo suspecti: tamen etiã isto casu ad collegiũ Cardinaliũ spectat conuocare concilium generale, & tunc concilium generale erit iudex in ista causa, *ita notabiliter tenet Io. And. in c. 1. de renun. in 6. in nouella.* Alia causa est, quando verteretur periculum fidei catholicæ ob grauia dubia fidei, & sacramẽtorum, vel quando immineret magna perturbatio status ecclesiæ vniuersalis, tunc Papa cogitur congregare concilium generale, *cap. Anastasius. & ibi gl. notabilis 26. distin.* & tunc Papa cogitur prouidere, nec tunc habet liberas habenas, vt possit non audire requirentes subsidia necessaria pro prouisione ecclesiæ, & fidei catholicæ. Vnde isto casu Papa negligente, aut recusante, poterit cœtus Cardinalium conuocare concilium generale: quia, vt dictum est supra, in casu necessitatis ecclesiæ etiam Prælati sine Papa possunt congregare concilium: ergo fortius Cardinales in defectum Papæ. Et † li- 18
cet solus Papa possit cognoscere & decidere causas fidei & sacramentorum ecclesiæ, *vt capit. maiores. & ibi dominus Abbas ad hoc notat, de baptismo. & capitul. hæc est fides. 34. quæstione prima.* tamen quando causa fidei esset multum grauis & ardua, tunc in eius decisione debet congregari cõcilium generale. ita procedit gloss. *in dicto cap. Anastasius.* quia licet Papa possit errare in fide, *40. distinct. cap. si Papa.* tamen tota ecclesia errare non potest, *cap. à recta. & ibi bona gloss. 24. quæstione prima.* Alia causa est, si sede vacante immineret aliqua magna necessitas, cui commode absque

absque generali concilio prouideri nõ posset, tunc etiam ante creationem Papæ potest concilium generale congregari. ita notat gloss. *in clemen. ne Romani. de election.* Nam † quando ecclesia caret pastore, & sic Papa, non solum Cardinales, sed etiam Prælati possunt congregare concilium generale, si casus necessitatis immineret: secundum Geminian. *in ca. propter. 1. in fi. 18. dist.* vbi hoc infert ex quodam dicto Vgutionis ibi, quod dicit esse notandum pro cõgregatione concilii olim facta Pisis. & sequitur etiam dom. Fely. *in cap. 1. in vltima colum. de maior. & obedient.* Eodem modo, quando Papa postea esset effectus non sanæ mentis, tunc Cardinales conuocabunt concilium, vt deliberetur, vel de illo amouendo, vel de coadiutore illi dando. *capitul. primo, de clerico agrotante. lib. 6. secundum Cardinalem de potestat. eccles. libro 3. cap. 8. quem etiam refert & simpliciter sequitur Cardinalis Alexander in ca. synodum. in 2. col. post medium. 17. distinct.*

20 Alia † causa est, quando Papa impeteretur de hæresi, cum ob hoc possit deponi, *c. si Papa. 40. distin.* nam per hoc definit esse Papa, cum sit extra ecclesiam catholicam: *iuxta notata per Innoc. in c. ex parte. de verbor. signific.* tunc enim, quod ipse veniat puniendus, non est expectanda auctoritas sua conuocandi concilium ad ipsum deponendum, cum non sit verisimile hoc ipsum facturum, tunc Cardinales debẽt congregare concilium: imo Prælati possunt se congregare ad concilium sine alicuius vocatione, quando dubitatur de hæresi Papæ: *vt est text. in ca. nunc autem. 21. distinct.* licet de iure, vbi tractatur de hæresi ipsius Papę, certe Papamet cogitur conuocare concilium: *vt est text. in cap. concilia. 17. distinction. & in cap. Anastasius. 19. distinction. & in c. Achatius. 24. quæstione prima. & in cap. cum quibus. 24. quæstione tertia.* Eodem modo, quando Papa esset notorius criminosus, & grauibus criminibus irretitus, taliter quod ecclesiã scandalizaret, & monitus nollet se corrigere, nec esset spes de sua correctione, tunc Cardinales possent ex hac causa contra eum congregare concilium generale: iuxta gloss. tritam & reputatam singularem *in dicto capitul. si Papa. 40. distinctio.* de cuius tamen glossæ veritate, & quomodo intelligi debeat & saluari, dicam plene infra in sequenti dubio. Plures alias causas congregandi concilium generale poterit studiosus lector per se reperire, istæ pro nunc sufficiãt. Et ita remanet expeditum secundum dubium. Transeo ad tertium principale quæsitum, scilicet de potentia & officio concilii generalis congrega-

21 ti. Et loquendo in generali, synodus † vniuersalis congregatur, vt vitia extirpet, corrigat excessus, virtutes inserat, moresque reformet, vt in Papa dicit textus *in proœmio clementin. in versicul. quia etiam.* Nam in his omnibus concilium generale habet potestatem non solum supra membra ecclesiæ, sed etiam supra caput, hoc est, Romanum Pontificem: secundum Ludouicum Romanum *in consilio penultimo, quod est 523. & incipit, Quæstio discutienda est. in principio.* Item ad concilium generale spectat fidei catholicæ fundamenta stabilire, & Christianorum a-

22 ctionum vniuersalem normam tradere: quia † concilia generalia non debent conuocari, nisi pro arduis causis, & statum vniuersalem ecclesiæ tangentibus: *vt capitul. de his. 12. distinct. & cap. multis. in fine. 17. distinct.* vbi Pelagius Papa dicit, quod maiores & difficiliores quæstiones sancta Synodus statuit. Sed loquendo in specie de potestate & officio concilii generalis congregati quantum ad ipsum Papam, an & quid possit concilio contra Papam, istud est, quod in præsens quæritur, & super quo concilium postulatur. Sed satius esset silere, quam os in cœlum ponere: quia de Diis, Papa, & Principibus non est nisi sobrie & modeste, & cum omni veneratione ac reuerentia loquẽdum. Illud videtur esse planum apud omnes, quod † quando Papa accusatur de hæresi, 23
quod concilium est iudex competens: *vt est textus tritus in d. c. si Papa. cum gloss. 40. distinct. & ita firmant Archidia. Ioan. And. & Geminia. in cap. in fidei. de hæreticis. in sexto. Geminian. in cap. ad apostolicæ. in principio. in secunda col. de re iudic. in 6. Card. Floren. in cons. 150. incipiente, Vnitatem ecclesiæ. 2. col.* Et sic in causa hæresis Papa potest per concilium iudicari: eo quia Papa hæreticus desinit esse Papa, *vt in c. Achatius. & ca. audiuimus. cum gl. 34. q 1.* Item per hoc desinit esse Papa, cum sit extra ecclesiam catholicam: *iuxta notata per Inno. in c. ex parte de verb. signi.* Item Papa accusatus de hæresi desinit esse caput ecclesiæ: *dict. cap. audiuimus. cum gloss. & per gloss. & Doctor. in cap. fin. de ordina. ab episcop. qui renuntia. episcopat.* & nihil magis abominabile esse potest populo Christiano, quam fidem Christi in capite ecclesiæ non reperiri: *vt in cap. mirandum. 61. dist.* Nec obstat vnum obiectum dom. Abb. dum dicit, quod quando dubitatur, an Papa sit hæreticus, vel non, tunc concilium de hoc cognoscit: *vt in d. cap. si Papa.* & tamen nondum constat eum non esse Papam, nec potest ab eo recedi: *vt in cap. cum non liceat. de præscrip. & in cap. nonne. 8. quæst. 4.* quia ad hoc respondetur, quod cum ista qualitas, quod Papa sit hæreticus, det iurisdictionem concilio vniuersali ad cognoscendum super eum ratione prædicta, succedit regula iuris, quæ habet, quod † vbi certa qualitas dat iuris- 24
dictionem alias non habenti, si de tali qualitate dubitatur, ille summatim cognoscit de ea, an sit vera vel non, ad finem, vt postea possit procedere ad decisionem ipsius causæ: *cap. si clericus laicum. & ibi communiter Doctor. de foro competent. & maxime dom. Anton. de But. & ipse idem D. Abb. & l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Bar. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub.* Non mirum ergo, si in casu dubii, scilicet quando dubitatur an Papa sit hæreticus, cognoscit concilium, non tanquam habens iurisdictionem supra Papam, sed tanquam præparans fundamentum iurisdictionis, quam sibi prætendit competere, cognoscit, an Papa sit hæreticus, vel non. & in hoc videtur deceptus fuisse ipse dom. Abb. prædicta procedunt non solum in hæresi manifesta, sed etiam in occulta: quia † etiam de hæresi occulta potest Papa accusari & da- 25
mnari: secundum gloss. *in d. c. si Papa. 4. dist.* & hoc propter fidei fauorem, qui magnus est, cum † extra 26
fidem non sit salus. *24. quæst. 1. ca. alienus. & cap. quia ex sola. & cap. quicunque. & 93. distinct. ca. qui cathedram.* intellige de hæresi occulta, quæ tamen probari possit: alias si esset ita occulta, quod probari non posset: secus esset: quia paria sunt, aliquid nõ esse, vel esse, & non apparere, *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. & cap. solennitatis. 1. & ibi gl. de consecrat. distinct. 1.* Item prædicta procedunt in omni hæresi damnata expresse ab ecclesia: *vt in cap. 1. de summa Trinita.* vt in hæresi Arrianorum, vel simili. & etiam in hęresi non expresse

damnata ab ecclesia, quam tamen constat esse hæresin, vel notorie sonat in hęresin, puta quia Papa nutriret schisma in ecclesia Dei, quod est cõtra articulum; vnam sanctam catholicam ecclesiam. *ca. loquitur. 24. q. 1.* Nam † fouens schisma inueteratum po- 27
test dici hæreticus. *24. q. 3. c. inter schisma. & ibi gl. §. hac etiam in gl. 7. q. 1. & gl. in clem. ad nostram. de hæretic.* Item schismatis obstinatus est hæreticus, & qui nõ habet partem in Deo, non habet partem in ecclesia: *secundum Bal. in ca. olim ex literis. in 6. colum. de rescriptis.* Item quando Papa diceret & teneret simoniam, vel adulterium, seu talia, quæ sunt contra ius diuinum, non esse peccatum: *vt clem. 1. in fin vbi bonus text. & ibi communiter Dd. de vsur.* Et istis casibus siue sit notorium, quod Papa laboraret tali hæresi, siue occultũ dummodo possit probari, potest Papa accusari & damnari. *ita procedit text. & gl. in d. c. si Papa. 40. dist.* nisi Papa esset paratus se corrigere, tunc non posset accusari: *secundum gloss. in d. cap. si Papa. in gl. magna. in princ. & gl. 21. dist. c. nunc autem.* Vnde quando hæresis est notoria, vel de ea Papa sit conuictus, & non vult corrigi, nec mutare sententiam, & requisitus à Cardinalibus persistat in errore, neque se emendet, tunc Cardinales conuocabunt concilium, & ipsis negligentibus, Prælati, vt dixi sup. in primo quæsito, & postea concilium poterit eum degradare, & priuare. Tamen conciliũ solet isto casu Papæ deferre, si vult se ipsum sua voce condemnare. *vt in §. hinc etiam. 17. dist. & in c. nunc autem. 21. dist. & in ca. nos. §. item Symmachus. 2. q. 7.* Tamen si Papa noluerit se ipsum sua voce condemnare, tunc concilium causam expediet, & eum degradabit, vt in iuribus prælegatis: imo fortius tenet Bald. *in d. cap. olim ex literis. in 6. colum. de rescript.* quod Cardinales possunt tunc deponere Papam authoritate Dei, quamuis non sint maiores Papa. & ita dicit notare Vguti. *in c. in synodo. 63. dist. & in d. c. si Papa.* Sed tutius videtur esse, quod istud fiat per cõcilium generale, in quo etiam sunt Cardinales, per iura superius allegata. Ista quę dixi, quod Papa possit de hęresi accusari, & per concilium puniri, de plano procedere videntur, & sunt à scribentib. communiter recepta. Sed fortius tenuit gl. trita, quã totus mun-
28 dus allegat, *in d. c. si Papa.* quod † etiam de alio crimine, puta simoniæ, vel adulterii, quod sit notorium per facti euidentiam, vel per confessionem suam, & admonitus Papa est incorrigibilis, ita vt scandalizet ecclesiã Dei, potest accusari, cum habeatur pro hæretico. Et sic Papa non solum pro causa hæresis, sed etiam pro quocunq; alio crimine, in quo Papa committit excessum scandalizantem ecclesiam, si sit notorium, & Papa sit incorrigibilis, potest accusari, & per concilium generale puniri: *secũdum gl. reputatam sing. in d. c. si Papa.* quia notoria inobedientia habetur pro hæresi. vnde sicut Papa potest pro hæresi accusari, & damnari, *d. c. si Papa. notant Archidia. Ioan. And. & Gemi. in d. c. in fidei. de hæret. in 6.* ita etiam pro quocunque notorio crimine, in quo sit incorrigibilis, ita quod scandalizet ecclesiam Dei. Confirmatur: quia text. *in d. ca. si Papa.* non dicit simpliciter, quod Papa tantum pro hæresi possit iudicari, & deponi, sed dicit, cum deprehenditur à fide deuius: sed prædicta committens videtur à fide deuius, igitur, &c. Iste
29 passus est valde dubius, & † veritas dict. gloss. *in d. c. si Papa.* est valde dubia, ideo eam vltimo loco refer-

uaui, vt plene illam attingerem. Ista glossa *in dict. cap. si Papa.* est singularis, & tenetur per omnes, quod est magnum verbum. ita dicit domin. Abbas, qui eam sequitur *in cap. significasti. de election.* Item ista gloss. est singularis, & eam approbat totus mundus, quod est magnum verbum: secundum dominum Abbatem *in disputatione sua, quæ incipit, Episcopus & quidam rector. in 19. columna. ad finem. in solutione secundi dubij, ad finem illius secundi dubij.* eam etiam sequitur idem dominus Abbas *in cap. cum venissent. in tertia columna. de iudic. & in cap. fraternitatis. in primo notabili. per illum textum. de hæreticis. Eam etiam sequitur Ludouic. Roman. in consil. 523. quod est penultimum, & incipit, Quæstio discutienda est. in quinta columna. allegat cap. si qui præsbyteri. 81. distinctio. allegatum in gloss. dicti cap. si Papa. allegat etiam ca. nullus. 82. distinct. & cap. sciendum. 8. q. 1. & cap. fin. de pœnit. & remiss.* subdit ibi Ludouic. Roman. magnum verbum, quod istam glos. singularem omnes tenent, & quod plus est, quod concilium Constantiense istam glos. canonizauit. ita ibi Ludouic. Roman. Pro ista conclusione gl. bene facit: quia † Papæ scandalizanti ec- 30
clesiam licitum est resistere, & non est tolerandus. *cap. & si illa. 1. quæst. 7. & cap. sunt quidam. 25. quæstion. 1. Innoc. in cap. inquisitionis. de sentent. excommun. & in cap. quanto. de consue. dom. Abb. in cap. cum teneamur. de appell.* Item malus † Prælatus & incorrigibilis non videtur 31
ex voluntate Dei constitutus. ita dicit Hieronymus *in c. audacter. 8. q. 1.* & idem Hieronymus loquens de Papa *in c. non omnes episcopi. 2. q. 7.* dicit: non est facile stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere cathedram iam cum Christo regnantium. infatuatum sal ad nihilũ prodest, nisi vt proiiciatur foras, & à porcis conculcetur. ita ibi text. Hieronymi. Alias si secus diceremus, sequeretur maximum absurdum, quod quando Papa per sua mala opera dissiparet statum generalem ecclesiæ, & ipsam ecclesiam, & populum Christianum notorie scandalizaret, quod esset in potestate vnius hominis destruere ecclesiam Dei sine remedio, si diceremus, concilium generale non habere potestatem compescẽdi & deponendi talem Papam. Item non est verisimile, quod Deus
† non dimiserit potestatem in terra, quę valeat pro- 32
uidere aduersus maximum periculum ecclesiæ, si ecclesia pro pastore reciperet lupum, & non posset aduersus eius rapacitatem prouideri, quasi Deus magis diligat personam vnius terrestris hominis, quem ipse non elegerit, quam salutem totius ecclesiæ, pro qua voluit sanguinem suum effundere. *cap. pro humani. de homicidio. in sexto.* Vnde Christus non fuisset diligens paterfamilias, si non dimisisset aliquem in terra, qui vice Christi posset subuenire omnibus necessitatibus ecclesiæ: prout in simili dixit Innocentius *in cap. quod super his. de voto. facit etiam quod notat Innocentius in cap. ad Apostolicæ. de re iudicat. in 6. & in d. capit. pro humani. vbi bonus textus.* Vnde sicut Christus subuenit ecclesiæ, dimittendo eius vicarium vniuersalem, ita non est verisimile, quod non subuenerit ecclesiæ, dimittendo potestatem contra vicarium vniuersalem ecclesiæ, si conuertatur in lupum, & notorie scandalizet ecclesiam. Item ad prædictam glossam facit, quod multum signanter tenet Baldus *in d. cap. olim ex literis. ante finem. de rescript.* vbi tenet, quod etiam Papa potest remoueri propter notorium crimen enorme, puta quia dicatur,

dicatur, quod est notorie periurus: quod dicit esse tenendum menti: quia est de facto. Ad hoc allegat tex. *in c. venerabilem. de electio.* vbi Papa deposuit Imperatorem potissime propter periurium. Illam glo. *in d.c.si Papa.* temperat ibi Bellam. si crimen illud, de quo accusatur Papa, attingit fidem: quia causat scãdalum circa fidem, puta quia Papa notorie cõmittente Simoniam in ordinibus, & vendente beneficia, inualescit scandalum in ecclesia, quod alij inferiores putant hoc esse licitum, ideo ipsi etiam talia committunt: tunc poterit accusari & deponi pro tali crimine, & ita saluat opinionem Vgut. *in d. c. si Papa.* cum qua dicit transire Ioannem Teutonicum, Bartolomæum Brixiensem, & Ioannem Ioannis de Deo. Sed est aduertendum circa veritatem gloss. *dicti cap. si Papa.* quia Cardinalis Alexander ibidem dicit, quod illa gl. multum scandalizauit ecclesiam tempore Eugenij quarti, & quod super ea Concilium Basiliense faciebat magnum fundamentum contra eum. Item refert, quod dom. Cardinalis Zabarella ibi dicit, quod contra illam gl. in contrarium est veritas, & in contrarium allegat communiter tenere theologos, maxime beatum Thomam *in quarto, distinct. 19.* quod † imo excepto crimine hæresis 33
non possit Papa de aliquo alio crimine accusari. Mouetur authoritate text. *in dicto c. si Papa. qui fuit Bonifacij Papæ & martyris. Item per text. in cap. electionem 79. dist. in c. nemo in cap. ipsi sunt. & in cap. cuncta per mundum 9. q. 3. & in c. oues. 2. q. 7. & per tex. Concilij in c. nunc autem 21. dist. in §. binc etiam 17. dist. in § item cum Balaam 2. q. 7.* & istam opinionem contra gl. *dicti c. si Papa.* firmat etiam præfatus Cardinalis Alexandrinus ibi. & assignat rationem: quia Papa non habet superiorem, coram quo possit accusari, vt in iuribus prę-allegatis, *& c. licet de vitanda. & in c. significasti. de elect. & c. aliorum 9. quæstio. 3. facit gl. in c. mandastis 2. q. 3. & in c. nemo 9. quæst. 3. & in d. c. significasti.* Nec obstat illud quod fuit dictum, quod propter incorrigibilitatem & perseuerantiam in peccato notorio, Papa dicitur esse hæreticus: quia verum est late sumpto vocabulo: sed text. *in d. c. si Papa.* qui vult, quod Papa propter hæresim potest deponi, intelligitur sumendo stricte & proprie nomen hæresis, & sic intelligitur de stricta & vera hæresi, quæ concernit articulos fidei, non autem de alia, quæ largo sumpto vocabulo diceretur hæresis, vt est Simonia: quia pro illa nõ potest Papa deponi: *vt est glo. notabilis in capitul. si quis pecunia 79. distinctio.* Non obstat etiam dum dicebatur, quod Papa scandalizans vniuersum statutum ecclesiæ non est tolerandus, sed ei licitum est resistere: quia respondendo fatetur præfatus Cardi- 34
nalis Alexand. quod † talia in scandalum ecclesiæ gesta non tenent, & ei resistitur per ecclesiam, sicut Paulus restitit Petro, nec esset ei obediendum in talibus. & hæc fatentur omnes per allegata in contrarium. Sed quod propterea possit accusari & deponi non reperitur iure cautum, secũdum eum. Sed hoc casu monendus erit ipse Papa, & pro eo rogandus erit Deus, vt det ei sanam mentẽ: in reliquis autem non poterit condemnari, neq; accusari, cum superiorem non habeat, nisi solum Deum. & ita procedit, quod notat Hostien. *in c. proposuit. de concess. præben. ita residet dom. Cardinalis Alexand. in d. cap. si Papa. contra gl. ibi. Istud idem contra dictam gl. in d. c. si Papa tenet etiam ipsemet Cardinalis Alexand. 15. dist. in summa in 33. col. In solutione noni fundamenti contrarij, & ibi dicit, quod illa gl. communiter non tenetur. Idem tenet d. Feli. in c. sciscitatus. in 4. col. in prin. de rescrip.* Vbi ad illam gl. d. c. si Papa dicit, quod vbi fit mentio de depositione, vel subtractione obedientiæ propter hęresim, debet intelligi de hæresi proprie & stricte, prout est error in fide, & non de alijs, quæ large dicuntur hæreses, vt est Simonia. secundum gl. notabilem *in d. c. si quis pecunia in gl. 1. 79. dist. & ita etiam dicit tenere Gem. in d. c. si Papa.* Pro ista parte contra gl. *in d. c. si Papa. facit tex. ibi,* qui potest contra illam gloss. retorqueri, vbi dicit text. quod si Papa sit remissus, in officio negligẽs, vel inutilis, ita quod propriæ salutis etiam sit immemor, vel insuper à bono taciturnus, adeo quod se & innumerabiles cateruatim ducat ad inferos, tamen à nullo mortaliũ redargui potest. ecce quã crimen ibi videbatur esse scandalosum, & notoriũ: quia secum ad tartara in numeros populos ducebat & tamẽ pro talibus criminibus à nullo mortalium nedum priuari, sed nec iudicari, vel accusari posse videtur, *vt ibi.* Item dicit Bal. *in l. rescripta in 2. col. C. de preci. impera. offe.* quod Papa à nemine corrigatur, etiam si dicatur hæreticus. *allega. 22. dist. c. qua traditione.* quod est bonum & magnum verbum in proposito. Pro ista parte contra gl. *in d. c. si Papa benefacit:* quia Papa extra casum hæresis, in quo definit esse Papa, & caput ecclesiæ, *vt ca. audiuimus. 24. q. 1.* & dictum est supra, nullius potestatis quam Dei iudicio subiacet, vt statim infra dicetur, alias non esset suprema potestas ecclesiæ in eo, sed in alio, cuius iudicio subijceretur. *cap. inferior 21. distinct.* Ad idem bene facit: quia † Pa- 35
pa non potest nisi de hæresi iudicari: *vt est gloss. in d. c. si quis pecunia 69. distinct. & gloss. in cap. mandastis. 2. quæst. 5.* Nec deponitur nisi propter solam hæresim: secundũ gl. *in c. 1. de renunci. in 6. & est text. in d. c. si Papa.* Vnde cum sit speciale in causa hæresis, quod de ea possit Papa per concilium iudicari, vt ibi, ergo in alijs in contrarium est ius commune. *cap. nemo cum similibus 11. quæst. 3. & l. 1. in fin. ff. ad municip.* ad idem multum facit: quia Papa non potest à quoquam iudicari, nisi à solo Deo: qui non habet superiorẽ nisi Deum: *vt est 1 ex. notabilis in cap. nemo 9. quæst. 3.* vbi dicit tex. nemo iudicabit primam sedem iustitiam tẽperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudicatur. Et sic sibi demonstratur primam sedem à toto clero, & sic à tota ecclesia iudicari non posse: cum grano tamen salis, cum iustitiam seruare desiderat. & ibi gloss. in verb. neque ab omni clero, colligit ex text. argumentum, quod † concilium generale non potest Papam iu- 36
dicare: *vt c. significasti. de elec.* & si totus mundus sentiret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod sententiæ Papæ standum esset: *vt cap. hæc est fides 24. quæstio 1. secundum gloss. prædictam. Ad idem tex. Symmachi in cap. aliorum 9. quæst. 3.* vbi dicit text. aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, sed sedis Apostolicæ præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio, & voluit beati Petri apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere conscientiam. *& text. notabilis in cap. nunc autem 21. distinct.* vbi dicitur, non posse

quemquam riteab his qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt iudicari. Et tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum Marcellinus Papa, collecto vniuersorum concilio, & inquisitione facta, cõfessus est, quod fecerat, scilicet quod à Paganis compulsus, eorum templum ingressus, grana thuris super prunas imposuerat, & sic idolis sacrificauerat, & tamen nullus proferre sententiam in eum ausus est, dum omnes ei sæpissime dicerent, tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. & iterum, noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, non nostro iudicio. & iterum, noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, & ex te iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt, prima sedes non iudicabitur à quoquam, & non licere concilio aduersus Pontificem sententiã dare. Et ideo Imperator protinus surgens in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. *& text. in capi. concilia. in §. hinc etiam 17. distinct.* vbi dicitur, quod sanctum concilium congregatum vt iudicaret de his quæ Papæ Symmacho obijciebantur, sententiauit, quod Papa ab oppositionibus sibi factis, quantum ad homines respicit, sit immunis & liber, cuius totam causam Dei iudicio reseruarunt. Item dicit Ioan. And. *in cap. olim. de restitu. spolia. quem refert & sequitur domi. Abbas in cap. licet de vitanda. in 3. colum. de electio.* quod
37 Papa omnino nulli subest. Item Papa † cunctos iudicat, & à nemine potest iudicari, dicit tex. *in cap. si Papa 40. distinct.* Alibi tenet Hostiensis & Ioannes Andreas *in capitu. proposuit. de concessio. præbenda.* quod Papa in tantum habet potestatem sui ipsius, vt pro facto, & dicto suo non possit ab alio quoquam accusari, vel condemnari, nisi inuoluatur crimine
38 hæresis *d. cap. si Papa.* Item † solus Papa in ecclesia Dei supremam obtinet potestatem: *vt dicit text. in cap. licet. de regularibus.* Item solus Papa habet plenitudinem potestatis. *cap. ad honorem. de authorita. & vsu pallij. cap. decreto. 2. q. 6. ca. cum ex eo. in fin. de pœni. & remis. cap. cuncta per mundum. & cap. per principalem 9. q. 3. & clemen. pastoralis. circa fin. de re iudi. do. Abb. in cap. cum in veteri. in primo notabili. de elect. Bald. in l. rescripta in 2. colum. C. de preci. imper. off. & in rubrica proœmij decretalium Hosti. in c. ex gestis de cleri. non resi den.* Et apud Papam est iurisdictio plena, sed apud alios semiplena: secundum gl. *in c. consequens 11. dist.* & Papa assumptus est in plenitudinem potestatis, nec legibus est adstrictus *d. c. decreto 2. q. 6.* & apud Papam est suprema potestas, in qua non habet parem: secundum
39 Bal. *in c. 1. in prima col. de proba.* Nam Papa † est vicarius Christi, vicem veri Dei gerens in terris *cap. 2. & 3. de transla. præla. & c. 1. vers. porro vt eccle. benefi. Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum vers. 89.* & Papa & Christus faciunt vnum consistorium, ita quod excepto peccato, potest Papa quasi omnia facere, quæ potest Deus, & nisi contra fidem à nemine potest iudicari: secundum Hostien. *in c. quanto. de transla. præla. quem refert & sequitur do. Abb. in c. licet de vitanda. in 3. colum. & in c. venerabilem. in 8. col. de elec. & in c. proposuit, in 3. col. de conces. præben.* Nam Papa est omnia, & super omnia: *secundum Bal. in c. 1. qualiter domi. à proprie. priuet. & in l. Barbarius. in fi. ff. de offi. præto. vbi ad hoc allegat sanctum Bernardum.* Et Papa supra ius, & contra, & extra ius omnia potest: *secundum Bal. in cap. cum super. in prima col. de causa poss. & proprie.* Ideo potest de plenitudine potestatis supra ius dispensare: *vt dicit tex. in d. c. proposuit. de concessio. præbenda.* Item Papa est supra
40 omnia concilia generalia, & ideo † in omnibus statutis concilij intelligitur excepta authoritas Papæ: *vt est tex. notabilis in cap. significasti. & ibi doc. præsertim Abb. in 7. notabili, de elect. gl. in c. vbi periculum. §. 1. in gloss. prima. in verb. concilio. in fi. de elec. in 6. & gloss. fi. in cap. ex parte. de capel. monach. & latissime ac diffusissime dom. Cardi. Alexan. 15. distinctio. in summa.* Ergo non debet posse Papa à concilio iudicari. *c. cum inferior. de maio. & obe.* Item solus Papa potest reuocare constitutionem concilij: *secundũ gl. in d. cap. vbi periculum. §. 1.* Item solus Papa potest mutare constitutionem cõcilij generalis: *vt notat do. Abb. in c. cum secundum. in 2. col. per illum text. de præben.* Et solus Papa potest dispẽsare cõtra concilium generale, & nullus alius, etiam legatus de latere: *vt est gl. notabilis in c. dilectus 1. in verb. facultas de præben. not. do. Abb. in c proposuit. in vltimo notabili. per illum tex. de conces. præben.* & † sententiæ Pa-
41 pæ est standum, si contradicit sententiæ totius concilij: *secundum Io. And. & d. Abb. in d. c. significasti. de electio* declarando tamen & intelligendo vt ibi per eos. Et sic per prædicta videtur reddi dubia, & non esse sic simpliciter vera gl. *in d. c. si Papa.* quod pro omni crimine notorio & ecclesiam scandalizante potest Papa, si est incorrigibilis, accusari, & per concilium generale puniri. Tamen illam gloss. saluat Cardinalis Alex. *in c. synodum. in 1. col. ad fi. 17. distinc.* vt concilium generale possit in talib. casibus contra Papam procedere, non ad iudicandum eum, sed ad monendũ & ad inducendum ad correctionem: quia Papa à nemine, excepta causa hæresis, iudicari potest, vt dictũ est supra: vnde domini cardinales & alij notabiles prælati, ac religiosi viri, debent dulciter Papam admonere, hortari, & obsecrare, vt dignetur vitã suã, quæ multis est in scandalum, corrigere & emendare & sic viuere, vt eius vita cunctis sit in exemplũ sanctitatis. Item, vt dicit Bald. *in capitu. dilectus in 3. colum. de appellatio.* Papa per confessorem reprehendatur de errorib. suis, neque aliter absoluatur, nisi se emẽdet, & prouideat ecclesiæ sanctæ. Item cardinales debent resistere in faciem Papæ, mala eius opera exprobrando, & rationibus comminando, & etiam opponendo se scandalis, quæ Papa vellet attentare sicut Paulus restitit Petro, quia non ambulabat ad veritatem euangelij, *ad Galatas secundo.* Et si Papa iacet in peccato, potest admoneri, *iuxta regulam euãgelicam, si peccauerit. & c. de qua. secunda quæstione prima, capitulo, si peccauerit. & capitu. nouit. de iudic.* tam publice, quam occulte, iuxta qualitatem peccati, quia Papa non est exemptus à regula euangelica, non tamen subijcitur alteri parti illius regulæ, in qua dicitur, quod si non audierit, dic ecclesiæ &c. Quia excepta causa hæresis non potest Papa iudicari, etiam si Imperator, & totus clerus & populus conuenirent: *vt dicto capitulo, nemo. & capitu. aliorum 9. quæst. 3. & ita etiam tenent Hostien. & Ioann. And. in cap. proposuit. de conces. præben.* Item per concilium generale congregatum poterit fieri charitatiua admonitio & exhortatio Papæ circa eius correctionem, denunciando ei qualiter pernicioso vitę suæ exemplo vniuersam ecclesiam scandalizaret, & conturbaret. Quæ exhortatio sic à tota ecclesia facta

cum

cum tanta solennitate & authoritate, non est dubium, quin magnæ virtutis & efficaciæ esset ad animum Papæ in bonum conuertendum. Hoc remedio vsum est concilium generale congregatum cõtra Marcellinum Papam, de quo habetur *in can. nunc autem 21. distinct.* Qui cum audiret patres congregatos cum Dei charitate ab eo quærentes, si res ita se haberet, sicut fama ad eos deduxerat, quod idolis thurificasset, cum omni humilitate confessus est reatum suum, subijciens se paratum eis obedire, & ea facere, quæ illi imposuissent. Et quando ista non proficerent, tunc concilium generale, etiam cum inuocatione brachij secularis, puta Imperatoris, aut regis, vel aliorum principum, debet prouidere de modo & forma resistendi malis, quæ Papa faceret, aut facere tentaret, ne ecclesia periclitaretur: *vt capi. principes. & cap. administratores 23. quæstio. 5. & c. 1. in fin. de offi. ordina. & dictum est supra.* Vnde dicit Bald. *in dicto cap. olim ex literis. ad finem. in vltimis verbis. de rescript.* quod in hac materia vtendum est primo, verbis, *capitu. nouit. de iudi.* deinde herbis, tertio lapidibus. & vbi non sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium & tutela: secundum eum.

CONSILIVM XCVI.

THEMA.

DOminvs Ioannes Gabriel, dictus Gabrinus de Puteo, ciuis Placentinus in suo testamẽto sibi instituit hæredes vniuersales quatuor eius nepotes ex quondã domino Iacobo eius fratre præmortuo videlicet Bernardum, Antonium, Ioannem Iulianum, & Andream, adiecta ista formali clausula, videlicet, *& prohibuit vendi & alienari possessionem suam, quæ nuncupatur Columbaria illorum de Puteo, vel quouis modo exire de dictis nepotibus suis, & liberis eorum masculis, & legitimis, & per masculinam & legitimam lineam descendentibus:* & nullam substitutionem directam, vel fideicommissariam, ac nullum gradum substitutionis in dicto testamento fecit. Mortuo dicto testatore, & adita eius hæreditate per dictos nepotes, postea decessit dominus Ioannes Iulianus vnus ex quatuor nepotibus dicti testatoris, relicto post se filio masculo domino Augustino, appellato Pozino, qui similiter decessit condito suo testamento, in quo sibi hæredes vniuersales instituit dominas Iacobam & Margaritam sorores suas. Nunc supersunt alij liberi masculi ex dictis aliis nepotibus prædefunctis, qui prætendunt dictam possessionem, quæ nuncupatur Columbaria illorum de Puteo, per fideicommissum ad se spectare. Quæritur, an per verba superius relata apposita in testamento dicti quondam domini Gabrini censeatur inductũ reciprocum seu vicissitudinarium fideicommissum inter dictos nepotes & eorum descendentes masculos dicti primi testatoris, adeo quod si contingat aliquem ex dictis nepotibus, vel eorum descendentibus decedere sine filiis masculis & legitimis, & per masculinã & legitimam lineam descendẽtibus, quod tunc alij liberi masculi & legitimi ex dictis nepotibus descendentes iure fideicommissi admitti debeant.

ARGVMENTVM.

An & quando ex prohibitione alienationis facta per testatorem inducatur tacitum fideicommissum reciprocum.

Prohibitus alienare extra familiam, etiam per verba vniuersalia geminata, non prohibetur in testamento instituere hæredem sibi successorem ab intestato, licet non sit de familia.

SVMMARIA.

1 *Testator vetando feudum alienari, an videatur fideicommittere 6.*
2 *Qualitas masculinitatis adiecta censetur fauore agnationis.*
3 *Fideicommissaria inducitur ex coniectura ta mente testatoris 26. sed vide nu. 11.*
4 *Ratio quando habeatur pro expressa.*
5 *Dictio, quouis modo, est vniuersalis & praecisa.*
7 *Prohibitio simplicis alienationis non inducit absolute fideicommissum sed adiecta causa: & nu. 8.*
9 *Ratio expressa ampliat & declarat dictum.*
10 *Testatorem non sufficit velle, nisi disponat.*
12 *Alienationis prohibitio censetur odiosa, ideo restringenda nu. 13.*
14 *Prohibitus alienare potest ex testamento transferre in successorem ab intestato.*
16 *Alienationis prohibitio intelligitur inter viuos.*
17 *Testandi facultas libera esse debet.*
18 *Tex. §. Seia liberti. l. Titia Seio. de legat. 2. explicatio.*
19 *Glo. debet intelligi secundum legem quam allegat.*

ISTE est valde difficilis & subtilis passus, in quo prima consideratione videretur dicendum, quod per verba superius relata prohibitiua alienationis censeatur iniunctum reciprocum fideicommissum inter dictos nepotes, & descendentes masculos primi testatoris, vt vno eorum sine liberis masculis decedente, alij masculi superstites admitti debeant. & ita tenet glo. ordi. *in l. codicillis. §. instituto. in verb. filijs meis. ff. de legat. 2.* vbi gloss. formaliter tenet, quod † testator 1 vetando alienari, vel obligari fundum relictum, videtur per fideicommissum vicissim nepotibus relinquere: *per text. in l. cum pater. §. liberti. ff. eod. & illam gloss Ioan. de Imol.* ibi dicit esse diligenter notandam: quia forte meliorem non reperies in iure, quod vbi testator reliquit rem pluribus, & vetuit

tuit eos rem alienare, eo ipso videtur eis vicissim relinquere fideicommissum, si contingat alterum eorum sine alterius consensu alienare, quod est diligenter notandum secundum eum, quia text. *in dicto §. libertus in gloss.* allegatus, non bene probat eo, quia ibi fuerunt adiecta alia verba, videlicet, *vt in familia relinqueretur*, & hoc dicit notandum, quia dicit se vidisse quædam testamenta in quibus hoc contigit secundum eum. Secundo, ex quo testator prohibuit vendi vel alienari dictam possessionem, vel quouismodo exire de nepotibus suis, & liberis eorum masculis, & legitimis, & per masculinam & le-
2 gitimam lineam descendentibus: certe talis † qualitas masculinitatis censetur adiecta per testatorem ratione conseruandæ agnationis, vt talis possessio remaneat in agnatione illorum de Puteo. *l. 1 §. quamuis. in verb. vt familiarum dignitas salua sit. ff. de vent. inspi. notat Ioann. Andr. in addi. Specul. in titul. de succes. ab intest. super rubrica Cy. in l. 1. C. de adul. Bar. in l. 2. §. videndum ff. ad Tertul. cum alijs suis concordantijs.* Et sic prohibitio alienationis facta per testatorem censetur facta contemplatione masculorum & sic agnationis: Ergo non censetur prohibitio nuda, sed cum causa legitima. *l. filius famil. §. diui. ff. de legat. 1.* Ergo per talem prohibitionem alienationis factam contemplatione masculinitatis censetur iniunctum tacitum fideicommissum reciprocum inter nepotes &
3 descendentes masculos dicti testatoris. Nam † fideicommissum inducitur ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant: *vt est gloss. notabilis, quæ non solet in communi allegari, in l. pater filium. §. penul. ff. de lega. 3. facit tex. in l. fideicommissa. §. hæc verba ff. de legat. 3. & in l. vnum ex familia. §. fin. ff. de lega 2. Paul. de Castr. in consilio 150. incipiente, in causa, quæ vertitur inter Petrum, in secunda col. in principio.* Vbi tenet, quod ex necessaria & probabili coniectura voluntatis testatoris inducatur fideicommissum. Alibi dicit magistraliter dom. Alexand. *in consilio 98. quarti voluminis, quod incipit, Visa parte testamenti. in secunda colu.* quod materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti. quę quibuscunque verbis, coniecturis, seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quædam verba specialiter deputata, quibus fideicommissa conficiebantur: *vt in § pen. insti. de sing. reb. per fideicommis. relic.* tamen fuit postea statutum, per quæcunque verba, & quomodocunque constaret de voluntate defuncti, fideicommissum induci, *l. 2. C. communia de lega. & l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. & l. mulier. in princip. ff. ad Trebell.* ita ibi formaliter dicit dom. Alexander. Tertio, ex qualitate rei præsumitur, quod testator voluerit in agnatione permanere, & sic præsumitur tacite fideicommissum: secundum Bald. *in l. quoties ab omnibus la prima, circa medium, C. de fideicommiss.* Vbi reputat hoc esse nota dignum, & assignat rationem,
4 quia † cum vna sola ratio potuerit testatorem mouere, illa debet pro expressa haberi: *vt notat gloss. in l. quamuis. C. de fideicommiss* sed talis qualitas præsumitur cadere in ista possessione nuncupata Columbaria illorum de Puteo, quam solam testator prohibuit alienari, & vetuit exire ex nepotibus & descendentibus masculis de Puteo. Quarto in dicta prohibitione testatoris veniunt ponderanda illa verba prohibitiua, vel quouismodo exire. Nã † illa dictio, 5
quouismodo, quæ est vniuersalis pręcisa, videtur comprehendere casus non expressos, etiam maiores: *vt est gloss. notabilis in clemen. 1. in verbo quauis. de re iudic. & quod vult gloss. in clem. 2. in gloss. fin. in verb. quauis. de reb. eccles. non alienan.* Nam talia verba geminata multum operantur. *l. Balista. ff. ad Trebell.* & sic per talia verba sic vniuersalia testator censetur prohibuisse omnem alienationem dictæ possessionis inter dictos nepotes & descendentes suos masculos, non solum per cõtractus inter viuos, sed etiam per quãcunque vltimam voluntatem: & consequenter dictus primus testator per talia verba vniuersalia geminata cẽsetur prohibuisse, quod nullus dictorum nepotum, & de eis descendentiũ masculorum posset dictam possessionem etiam in testamento alij extraneo relinquere. Ista sunt in effectu, & in substantia principaliora & vrgentiora fundamenta, quæ in fauorẽ istorum masculorum de Puteo adduci posse videbantur. Sed præmissis non obstantibus quamuis, vt dixi, passus iste sit valde difficilis, & subtilis, tamen contrariam sententiã arbitror esse de iure veriorem ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebit cessare fundamenta in oppositum adducta In ista consultatione duo principalia faciam. Primo ostendam, quod per verba prohibitiua alienationis superius relata, non cẽseatur inductum aliquod fideicommissum reciprocum inter ipsos nepotes, vel eorum descendentes masculos prohibitos alienare. Cuius fideicommissi vigore masculi de Puteo, qui supersunt, admitti debeant. Secũdo etiam præsupposito, sine veri præiudicio, quod tale fideicõmissum tacitum censeatur reciproce iniunctum illud, tamen non impedit, quin dominus Augustinus dictus Pozinus, secundus testator potuerit in testamẽto suo instituere hæredes vniuersales dictas suas sorores sibi ab intestato successuras tanquã ꝓximiores, quæ habeant dictos tacitos fideicommissarios excludere. Assumo primum principale, & † dico, 6
per dicta verba prohibentia vẽdi vel alienari prędictam possessionem, vel quouismodo exire de dictis nepotibus, & eorum liberis masculis, nõ inducitur aliquod tacitum fideicommissum inter eos, ita expresse determinat Saly c. *in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiss.* vbi expresse tenet, quod quando plures cohæredes, vel plures collegatarij sunt prohibiti simpliciter alienare, vt in casu præsenti, tunc talis prohibitio censetur esse nuda, & non valet, nec per eam inducitur aliquod tacitum fideicommissum, quia quilibet videtur sui contemplatione tantum prohibitus, cum quilibet de sua parte singulariter censeatur esse prohibitus, & potius videtur gratia suorum liberorum, vel hæredũ prohibitus, ad quos post eius mortem talis res est peruentura, si non reperiatur alienata. Istam decisionẽ Saly. sequitur dominus Alexan. *in l. filius famil. §. diui. ad finem. ff. de leg. 1. & in l. qui Romæ. §. coheredes. in secunda columna ad finem, & sequenti. ff. de verborum obliga.* Secundo, quod per talia verba prohibitiua alienationis non inducatur reciprocum fideicommissum, multum me
mouet: Nam † quando fit prohibitio simpliciter 7
de non alienando extra familiam, vel extra nepotes, & eorum descendentes masculos, vt in casu præsenti, tunc per talem simplicem prohibitionem

de non

de non alienando extra familiam, vel extra nepotes masculos, non dicitur esse iunctum aliquod reciprocum fideicommissum, nisi etiã sint adiecta alia verba, puta, quia prohibuit alienari extra familiam, eo quia vult, quod illis, vel alicui de familia relinquatur: *vt est tex. in l. peto. §. fratre. & in §. prædium. de leg. 2. per quem tex. ita expresse tenent Bart. & alij in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat.* Nam quando prohibitio alienationis non est simplex, nec simpliciter facta, vt in casu nostro, sed sunt vltra prohibitionem de non alienando expresse adiecta illa alia verba, vel similia, vt talis fundus in familia relinquatur
8 tunc † talia verba expressa, vt bona in familia relinquantur, relata ad personam grauatam, licet enunciatiua, bene inducunt tacitum fideicommissum reciprocum, alias secus: *vt l. vnum ex familia. §. fin. & ibi Bartol. ff. de legat. 2. & ita tenent Barto. & Raphael Comen. Paul. de Cast. Aret. & Moder. Senen. in dicta l. qui Romæ §. cohæredes. Paul. de Cast. in dicta l. filius famil. §. diui.* alias per simplicem prohibitionem de non alienando fundum extra nepotes, vel eorum descendentes masculos, non inducitur inter eos aliquod tacitum fideicommissum: secundum Doctores præallegatos & iste est casus noster. & ad hoc benefacit text. *in l. filius famil. §. cum pater. ff. de lega. primo*, vbi testator filium institutum ex quo tres nepotes habeat, prohibuit fundum alienare, & adiecit, vt in familia relinqueret, tunc videtur tacitum fideicommissum inter eos resultare, vt ibidem in text. Prædicta optime cõfirmantur per illud, quod signanter tenet Barto. *in l. pater. §. fundum. ff. de legat. 3.* vbi per illum text. tenet, quod si testator in prohibitione alienationis, quam fecit, adijciat ista verba, *ita enim fiet, vt de nomine nostro nusquam exeat*, per talia verba nõ inducitur aliquod fideicommissum: eo quia fuerunt verba enunciatiua cuiusdam futuri euentus, quem testator sperabat euenturum per suam dispositionẽ: ideo nullo modo dispositionem nec fideicommissum inducũt, vt ibi. Secus si talia verba fuissent prolata per modum rationis, vt quia testator, qui fecit prohibitionẽ alienationis, dixisset, ideo feci talẽ prohibitionẽ, quia volo, quod talis fundus nunquam de nomine nostro, vel de nostra familia exeat, eo quia
9 † talis ratio expressa ampliat & declarat dictum: *vt l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* idem tenent Dynus & Rayner. de Forliuio, prout refert & sequitur ibidem Floria. idem tenet Ludouicus Romanus *in consilio 457. quod incipit, Circa propositam consultationem de tribus dubitari contingit, in secundo dubio.* quanto ergo minus in casu nostro, prædicta verba prohibitiua alienationis non inducunt aliquod fideicommissum reciprocum? ex quo est simplex prohibitio, ne dicta possessio possit exire de dictis nepotibus, & eorum liberis masculis, & non est adiecta aliqua causa, nec per verba enunciatiua, nec per viam rationis? Tertio facit, quia dominus Gabrinus testator in suo testamento nullã penitus substitutionem fecit, nec directam, nec fideicommissariam, & sic nullũ fideicommissum iniunxit. Vnde non potest dici, quod possit capi coniectura substitutionis fideicommissariæ, sicut contingit, quando testator facit primũ & postremum gradũ substitutionis; quia tunc censetur etiam facere medium: *vt inquit Bald. in l. vnica §. pro secundo. in penul. col. C. de cadu. tol. per text. in dicta l. Titia Seio. §. Seia liberti. ff. de lega. 2.* Vnde voluntas testatoris, quæ non transit ad dispositionem nihil operatur; quia † non sufficit testatorem velle, nisi 10
disponat: *l. quidam cum filium. & ibi Bald. in tertio notabili, & Imol. ad hoc notant. ff. de hæredi. institu. dominus Alexan. in l. 3. ad finem. C. de lib. præte.* Alibi dicit Bal. *in l. cum proponebatur in secunda oppos. ff. de legat. 2.* quod illud, quod omittitur à testatore in scriptura, & in prolatione verborum dispositiua, habetur pro omisso: & sic in proposito casus noster omissus à testatore relinquitur in dispositione iuris communis *l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & capitulo, susceptum. de rescript. in sexto.* & sic testator per talem prohibitionem voluit solum conseruare ius legitimarum successionum inter dictos nepotes & descendentes masculos ex eis: *vt l. qui duos & l. vel singulis. ff. de vulg. & pupill. & l. pater filiam. §. fina. maxime cum ibi notatis per Angel. & alios ad legem Falcid. notat Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad finem. ff. ad Trebellia.* non autem voluit inducere aliquod fideicommissum inter eos, ex quo illud fuit omissum à testatore. Quarto facit, quia quando testator simpliciter prohibet alienationem certi fundi, vt non possit alienari extra familiam, vel extra nepotes vel eorum descendentes masculos, tunc per talem simplicem prohibitionem non potest dici, quod inducatur fideicõmissum ex sola coniectura voluntatis testatoris, vt conclusum est in præcedentibus fundamentis. facit tex. *in l. Lucius. §. tres hæredes in verb. non proponi Seium rogatum per fideicommissum restituere. ff. ad Trebellia. facit, quod vult glo. in l. cum proponebatur. ff. de lega. 2.* & propterea dicimus, solam † voluntatis te- 11
statoris coniecturam ad fideicommissum non sufficere: *dicto §. tres hæredes. in verb. rogatum. & ibi ad hoc notat Iaco. de Aretio, refert & sequitur Bald. in l. cum virum. in vltima col. C. de fideicommiss.* Quinto facit: quia † prohibitio de non alienando fundum extra fami- 12
liam, vel extra nepotes, censetur esse odiosa. Hinc est, quod si testator prohibeat filium suum alienare, talis prohibitio non extenditur ad nepotes, seu non extenditur de vna persona ad aliam, etiam vbi videtur esse maior ratio prohibendi, & hoc propter odium ipsius prohibitionis. *§. nos igitur. & ibi notatur, in authen. de restitut. fideicommiss. notant Cyn. Bal. & Salyce. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Barto. & alij in l. filius famil. §. diui. ff. de lega. 1. & in l. Lucius. §. Sempronia. ff. de lega. 3. & expresse dominus Alex. in consi. 59. tertij voluminis incipiente, Attentis verbis testamenti præfati domini Vinceguerræ. in pen. col. ad finem.* Cum ergo † prohibi- 13
tio alienandi sit odiosa: ergo debet restringi, & stricte intelligi. *l. cum quidam ff. de liber. & posthum. & in regula odia. de regul. iur. in sexto*, ergo cum prohibitio sit odiosa, & restringenda: non debet intelligi, vt inducat fideicommissum, quãdo est simpliciter facta, vt superius firmaui, cum etiam fideicommissum sit onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulga. & pupilla.* Et per ista omnia concluditur, verum esse primum assumptum, quod feci, quod per verba prohibitiua alienationis superius relata non inducatur aliquod fideicommissum reciprocũ inter dictos nepotes, vel eorum descendentes masculos prohibitos alienare. Condescendo nunc ad aliud secundum assumptũ, quod superius feci, ad hoc vt res clarior reddatur. Præsuppositio sine veri præiudicio,

cio, quod per verba superius relata censeatur inductum tacitum fideicommissum reciprocum, quod tamen nō est verum, vt ex prædictis apparet, adhuc tamen tale fideicommissum non impedit, quin Do. Augustinus dictus Pozinus secundus testator potuerit in testamento suo instituere hæredes vniuersales dictas suas sorores sibi ab intestato successuras, cum sint proximiores, quæ habeant illos tacitos fi-
14 deicommissarios excludere. Nam † quando quis est prohibitus à testatore alienare extra certum genus personarum, puta extra familiam, vel extra nepotes, & eorum descendentes masculos, tamen potest ex testamento transferre in eum, qui alias sibi esset ab intestato successurus, dato quod non esset de familia illa, vel non esset masculus, sed fœmina maritata: *glos. est de hoc notabilis in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de legat. 3. & illa glos. est communiter à Doctoribus approbata: secundum Io. de Imol. & Raph. Comen. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de lega. 2. Eam sequitur Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obliga. & ibi Ioan. de Imol. eam sequitur vt singularem & veram Pau. de Cast. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de lega. 2. domin. Alex. in consil. 55. tertij voluminis, quod incipit, Ponderatis his, quæ in themate narrantur. in 3. col. & in consil. 56. primi volum. quod incipit, Consideratis verbis testamenti. in penul. colum. & in consil. 59. tertij voluminis, quod incipit, Attentis verbis testamenti præfati domini Vinceguerræ. in 5. columna. ad finem, & sequenti. dominus Franciscus de Curte in cons. 64. quod incipit, Antiquissima & nobilissima familia. in 16. col. circa medium, & princip. sequentis. vbi refert ita consuluis-*
15 *se venerandū collegiū Papiense*. Confirmo: quia † quando prohibitio alienandi est facta respectu certarum personarum, puta vt non alienet extra familiam, vel extra nepotes, & eorum descendentes masculos: tunc talis prohibitio non extenditur ad excludendum eum, qui venit ab intestato, vt hæres legitimus eius, qui decessit, & qui erat prohibitus alienare: *l. cum pater. §. cum inter. & ibi Bart. ad fin. ff. de legat. 2.* Et ista est communis opinio secundum Raph. Comen. ibi, & est glos. ordinaria *in l. peto. §. fratre. & ibi Bar. in 1. col. ad finem. ff. de legat. 2. Bartol. in l si ita quis. §. ea lege in penult. col. & ibidem Angel. Imol. & Paul. de Cast. ff. de verb. oblig. Bald. in l. ea lege. in 3. q. & ibi Ange. in vlt. col. C. de condi. ob cauf. dominus Alexand. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in 4. col ff. de verbor. obligation.* Ista conclusio procedit etiam, si testator ideo prohibeat alienationem: quia velit bona perpetuo in agnatione remanere: secundum Ludouicum Romanum *in consilio 457. incipiente, Circa propositam consultationem de tribus dubitari contingit. in vltima columna.* vel etiam quando testator dixit, quod vult dicta bona semper permanere in domo & familia sua, secundum dominum Alexandrum *in consil. 59. tertij voluminis, incipiente, Attentis verbis testamenti præfati domini Vinceguerræ.* Immo fortius consuluit egregie Angel. *in consil. 57. quod incip. Domina Andrea condidit testamentum, & suum hæredem fecit quoddam hospitale, &c.* vbi in fortiorib. terminis consuluit, quod si testator prohibuit hæredem, & eius descendentes alienare certū fundum quoquo modo, vel alio quouis titulo in alium transferre, & si secus fecerint, voluit dictum fundum peruenire ad Titium: certe adhuc non obstante tali prohibitione potest prohibitus instituere alium hæredē etiam
16 extraneum. Motus, quia † talis prohibitio intelligitur de alienatione voluntaria inter viuos, quæ non trahitur ad hæredis institutionem, cum sit necessaria alienatio, *l. 1. ff. de fund. dota. iuncta leg. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iud. mutan. cau. fact.* non enim prohibitus potest perpetuo viuere, sed necesse est, quod habeat hæredem: nec debet imputari prohibitio, si instituit, quem vult, sic extraneum: quia † libera de- 17
bet esse testandi facultas, & non debet restringi per metum pœnarum, vel amissionis hæreditatis, *l. ille autem. ff. de hæred. institu. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga.* Imo adhuc fortius subdit ibi singulariter Angel. quod si testator, qui prohibuit dicta bona alienari, voluisset illa adimere hæredi, si extraneum hæredem instituisset, & hoc expresse adiecisset in testamento, ista talis prohibitio de instituendo alium hæredem non valeret: quia fideicommissum relictum alteri, vel iniunctum in defectum conditionis, quæ de iure reiicitur, vel reprobatur, non debetur, *l. vnica. C. de his quæ pœn. nom. §. fin. Institu. de leg. & l. quoties sub conditione. ff. de cond. inst.* & sic tenet Ange. quod testator non possit hæredi instituto expresse prohibere, ne institutionem alterius hæredis etiam extranei faciat, quamuis adiiciat causam contemplatione familiæ vel descendentium. Istam decisionem Ang. formaliter refert & sequitur domin. Alexand. *in cons. 154. secundi voluminis. quod incip. Visis & accurate consideratis his, quæ in themate continentur. idem tenuit ipsemet Ang. in cons. 7. quod incipit, Ex dicto themate plura dubia possent oriri.* Et ponderetur diligenter, quod Angel. etiam loquitur, quando in tali prohibitione aderant verba testatoris geminata: quia testator prohibuit alienari certum fundum quoquo modo, vel alio quouis titulo in alium transferri, tamen adhuc talia verba geminata non impediunt, quin possit alium in testamento hæredem instituere. Illa tamē vltima decis. Ang. quando testator prohibuit non solum alienationē, sed ēt ne possit alium in fundo prohibito hæredem instituere, quod talis prohibitio non valeret, quin possit alium hæredem instituere, nec facit ad propositum nostrū, quia talem prohibitionem in casu præsenti testator non fecit, ideo eam aliter non firmo, nec aliter pono pro constanti. Per ista apparent firmata duo assumpta, quæ superius feci pro habenda vera decisione præsentis consultationis, quæ adhuc veriora reddentur respondendo his, quæ superius in oppositum adducebantur, licet ex fundamentis superius factis appareant responsiones. Sed vt adhuc veritas magis eluceſcat, ad ea in specie particularius respō-
deo. Non obstat primo glossa ordinaria *in dicta l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. secundo.* quæ vult, quod testator prohibendo alienari fundum, vel obligari, videtur fideicommissum vicissim relinquere: quam glos. Imol. ibi multum notat, quia illa gl mouetur per tex. *in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. 2.* qui tex. non bene probat, vt etiam expresse dicit Imo. *in d. §. instituto.* eo quia ibi fuerunt adiecta alia verba, videlicet vt in familia relinqueretur, quę verba non sunt in casu prę|enti. Secundo respondeo, quod † ad hoc 18
vt habeat locum tex. *in d. §. Seia libertis.* duo copulatiue requiruntur. Primo, quod substitutio fiat vltimo decedenti. Secundo, quod fiat in toto fundo, vel in tota hæreditate. *ita expresse tenent Dyn. Bartol. & Imo. in l. vel singulis. ff. de vulg. & pupill. Dyn. & Bar. in d. §. Seia libertis.*

bertis. Paul. de Castr. in l. si pater impuberes. ff. de vulga. & pupil. Nam tunc propter illa duo concurrentia bene inducitur tacitum reciprocũ fideicommissum
19 inter eos. *vnde † gloss. in d. §. instituto. debet intelligi secundum l. quam allegat, vt inquit Barto. in l. non solum. §. si liberationis verba, ff. de lib. lega. & in l. cum quidam, ff. de his quib. vt indig.* debet ergo intelligi secundum *d. §. Seia libertis.* in quo alia verba fuerunt adiecta, & alia concurrebant, quam in casu nostro. & sic illa gl. non facit ad oppositum, & contra illam gloss. & Imol. tenet Salyc. *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicom. & dominus Alexan. in l. filius fam. §. diui. ad fin. ff. de lega. 1.* vbi etiam ponderat gloss. 1. ibi velle contrarium, & contrarium etiam voluit dom. Alexan. *in d. l. qui Romæ, §. cohæredes, in 4. & 5. col. ff. de verb. oblig.* prout retuli seriosius supra in primo & secũdo fundamento. Item simplex prohibitio testatoris de non alienando extra familiam non inducit tacitum reciprocum fideicommissum inter ipsos prohibitos, nisi etiam expresse adiiciantur illa verba, vt in familia relinquatur, prout late firmaui supra in secundo fundamento. Et istud expresse etiam dicit & fatetur ipse Io. de Imol. *in d. §. instituto.* qui etiam tenet pro ista parte, si bene inspiciatur, licet superius arguendo fuerit adductus in oppositum. Non obstat secundum, dum dicebatur, quod ista prohibitio de non alienando istam possessionem fuit facta contemplatione masculinitatis, & sic contemplatione agnationis, vt talis possessio remaneret in nepotibus, & eorum descendentibus masculis, & sic talis prohibitio non dicitur esse nuda, sed facta cum causa legitima: quia respondeo, fatendo hoc esse verum quantum ad hoc, vt talis prohibitio alienandi non dicatur esse nuda, sed dicatur esse facta cum causa, tamen istud non sufficit, vt per hoc inducatur tacitum reciprocum fideicommissum: sicut quando prohibetur fundus alienari extra familiam, ista prohibitio fit fauore & contemplatione familiæ, & sic fauore agnationis, & tamen per eam non inducitur tacitum fideicommissum reciprocum, nisi etiam alia verba expresse adiiciantur, prout late firmaui supra in secũdo fundamen-
20 to. Nec obstat, dum dicebatur, quod † fideicommissum inducitur ex coniecturata mente testatoris: *per gl. in l. pater. §. pen. ff. de leg. 3.* quia respondetur, quod illa gl. relata ad tex. probat contrarium: quia in illo tex. *§. pen.* non solum testator prohibuit illa prædia nulla ex causa alienari, sed etiam adiecit alia verba, scilicet quod ea conseruentur suæ successioni, quo casu bene fateor, quod tacitum fideicommissum inducitur ex mente testatoris, quæ præualet, vt ibi dicit gl. sed istud non est in casu nostro. & sic ille tex. bene ponderatus iuncta gl. ibi posita bene facit pro decisione casus nostri. Nam concurrentibus illis aliis verbis bene inducitur fideicommissum reciprocum ex coniecturata mente testatoris, licet verba deficiant. & ita etiam procedunt Doct. quos superius ibi allegaui. Sed quando esset simplex prohibitio de non alienando extra nepotes & eorum descendentes masculos, & non essent adiecta alia verba, nec alia ratio, nec alia causa fuisset expressa, vt in casu præsenti, tunc nullum inducitur tacitum fideicommissum, & tunc sola coniectura voluntatis testatoris nõ sufficit ad inducendum fideicommissum reciprocum: *vt tenet Bal. in d. l. cũ virum, in vlt. col. C. de fideicom. per tex. in d. l. Lucius, §. tres hæredes. ff. ad Trebellia.* prout etiam deduxi supra in quarto fundamento. Tertio nõ obstat, dum dicebatur, quod ex qualitate rei præsumitur, quod testator voluerit in agnatione permanere, & sic p̃sumitur tacite fideicõmissum: *secundum Bal. in d. l. quoties ab omnib. C. de fideicom.* quia respondetur dupliciter. Primo, quod in ista possessione non concurrit talis qualitas, propter quam præsumatur tacitum fideicommissum, nam procederet, quando esset vna turris, quæ esset tutela & propugnaculum familiæ, prout loquitur gl. *in d. l. quoties ab omnibus.* Sed in casu istius possessionis hoc cessat. & licet testator dixerit, quod talis possessio nuncupatur columbaria illorum de Puteo, istud adiecit gratia demonstrationis. Secundo respondetur, quod illud procederet, quando vltra prohibitionem talis causa exprimeretur, prout expresse tenet Paulus de Castr. *in d. l. filius fam. §. diui. in 1. col. ff. de leg. 1.* Non obstat quartum & vltimum, dum dicebatur, ponderanda esse illa verba, quouis modo, quæ sunt vniuersalia & geminata, & sic comprehendunt, quod etiam per viam testamenti, non potuerit dicta possessio sororibus relinqui: quia respondetur dupliciter. Primo, quod illa verba vniuersalia geminata non prohibent, quin prohibitus possit alium in testamento hæredem instituere, sed bene prohibent quemcunque alium contractum, & quamcunque alienationem, quouis modo fieret: prout expresse tenet Angel. *in præallegato consi. 57. quod incipit, domina Andrea condidit testamentum. & retuli supra formaliter in secundo assumpto.* Secundo respondetur, quod dato sine veri præiudicio, quod illa verba vniuersalia, quouis modo comprehenderent, vt etiam prohibitus non possit alium in testamento hæredem instituere, illud procederet, quando vellet instituere hæredem alium penitus extraneum, secus quando vellet instituere veniẽtem ab intestato, dato quod non esset de familia, vel non esset masculus, quia non obstante tam ampla prohibitione posset instituere illum extraneum, qui sibi esset ab intestato successurus. Et ista est vera & communis conclusio omnium scribentium, à qua nemo discrepat, prout firmaui supra in secundo assumpto. Et iste est casus noster, quia istæ sorores erant proximiores, & sic ab intestato successuræ suprascripto domino Augustino dicto Pozino earũ fratri, qui eas in testamento suo hæredes vniuersales instituit.

CONSILIVM XCVII.

THEMA.

STATVTVM Bononiense requirit in testamentis mulierum vel infirmorum, quod sit præsens vnus sacerdos, qui cũ vno ex testibus testamentariis, vel notario, dicant se cognoscere testatorem, & eum sanæ mentis esse, & si aliter fiat quam prædicto modo & forma, pro non legitimo habeatur: nec ex eo aliquid peti possit.

Modo conditum fuit testamentũ præsentibus tribus religiosis, nec non ẽt præsentibus aliis septem testibus laicis, omnib. asserentibus se dictũ testatorem bene agnoscere, eumq; sanæ mentis & intellectus fuisse. Quæritur, an forma dicti statuti dicatur in tali testamento obseruata.

ARGVMENTVM.

Quando valeat testamentum factum sub ampliori forma, quam statutum requirit.

Quando solennitas statuti dicatur formalis & substantialis.

Late, quod forma statuti debeat ad vnguem obseruari, nec sufficiat adimpleri per æquipollens.

SVMMARIA.

1 *Vitiare non solent, quæ superabundant.*
2 *Substantiam rerum non mutat non necessaria verborum multiplicatio.*
3 *Fieri quando dicatur, quod est faciendum.*
4 *Testamentum in dubio sustinendum.*
5 *Tabellionum imperitia mundum destruit.*
6 *Testatores debent cognoscere testes & notarium.*
7 *Testamẽtum vitiat cortina inter testatorem & testes.*
8 *Testamentum corruit, statuti forma non seruata.*
9 *Specialiter fienda si non fiant, videntur neglecta.*
10 *Generalis mentio non sufficit, vbi est fienda specialis.*
11 *Clausula sequens quando nõ referatur ad præcedentẽ.*
12 *Solennitas formalis intelligitur per decretum annullatorium.*
13 *Forma statuti debet præcise adimpleri. & nu. 14.*
15 *Impleri non potest per æquipollens, quod datum est pro forma.*
16 *Tutela quando vitietur.*

IN præsenti testamẽto videretur prima consideratione dicendum, satis fuisse adimpletam formam à statuto requisitam, ex quo fuerunt adhibiti tres sacerdotes, & septem testes seculares, qui omnes dixerunt se cognoscere testatorem, & esse sanæ mentis, & iste amplior numerus debet æque sufficere, ac si vnus solus sacerdos cum vno ex testibus testamentariis vel notario interuenisset, quia † nõn solent, quæ superabundant vitiare *l. non solent. ff. de reg. iur.* Item abundans cautela non nocet. *l. testamentum non ideo. C. de testa. & l. fin. & ibi Barto. C. de prædiis tamiacis, lib. 11. & l. si pupilli. §. 1. in verb. ex abundanti. ff. de negot. gest.* Item † non mutat substantiam rerum nõ necessaria verborum multiplicatio: *dicit text. in l. pediculis, §. Labeo, ff. de auro & argen. lega.* Item ampliare formam non nocet, sed bene mutare. *l. non sunt liberi. & ibi gloss. 2. ff. de statu ho. Bar. in tractatu Tiberiadis, in verb. demissa propria forma.* Ad idem bene facit, quod notat etiam Petrus de Anchar. *in commento capit. canonum statuta, de constitutio. in quadragesima charta, in versic. quid dices si in aliquo actu.* vbi refert alias in contingentia facti fuisse consultum, quod si statutum requirat pro forma in aliquo actu præsentiam, vel consensum quatuor virorum, alias actus non valeat, quod si adhibeantur quinque vel octo, aut plures, quod numerus ampliatus non vitiat actum, nec diuersificat formam statuti: per *d. l. non sunt liberi, secundo responso. ff. de statu hom. & l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua cotidi. & æsti.* quia in tali maiori numero minor inest. *vt l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obligatio. & l. diem proferre. §. si plures, ff. de arbi. vt ibidem per eum.* Pro ista decisione bene facit, quod pulchre notat glos. *per illum tex. in l. is cui, in princ. ff. quemadmo. serui. amitta.* Vbi glost. per illum text. notat quod † quando plus fit, quam fieri debeat, videtur etiam ipsum fieri, quod est faciendum. Ad idem facit; quia in eo quod plus est, semper inest minus. *l. in eo, in princ. ff. de reg. iur.* Item quod plus est, vtique tanti est. *l. cum furti. ff. de in litem iur.* Prædicta fortius militare videntur in casu præsenti, quo dicta solennitas fuit requisita ad euitandas fraudes, quæ de facili committi possunt in testamentis infirmorum & mulierum: *iuxta l. fin. C. de fideicommis.* cui falsitati magis occurretur per interuentum plurium sacerdotum & testium, & sic tunc erit tot oculis spectata, & tot sensibus insinuata: *vt dicit tex. in l. hac consultissima, in fin. C. qui testa. face. pos.* & contrarium asserere videretur absurdum & incongruum. Et † in dubiis tenenda est illa pars, per quam testamentum sustinetur. *l. si pars in princ. ff. de inoffi. testa. & cap. fin. de re iudi.* Ista sunt, quæ primo aspectu videntur esse satis æqua, & iuridica, & vulgarium auribus applaudere, quia si per statutum requiritur vnus sacerdos in testamẽto, & adhibeantur tres, item si in testamẽto debent adesse septem, vel octo testes, & adhibeantur decem, multo fortius debet testamentum valere, & contrarium asserere videtur non posse bene cadere in sensum hominis sensatum. Sed præmissis non obstantib. contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, si statuti formam & mentem bene consideremus, & iuris regulis & veris fundamentis insistamus. Et meminerimus, quod † imperitia Tabellionum destruit mundum, & ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine: *vt inquit Bald. in cons. 6. quartæ partis, quod incipit, Viso testamento Bartholuij.* Vnde aduertẽdum est, quod † etiam de iure communi testes testamentarii & notarius debent cognoscere testatorem, alias possent mille falsitates committi. *l. fin. §. fin autem dubium, in verb. cognoscunt. & ibi gloss. & docto. C. de iure delib. gl. in l. 3. §. 1. cum similibus. ff. de testibus.* alias de facili posset sequi deceptio in nomine, & committi falsum, vt fuit *in l. Titio, in prin. ff. ad municipa. secundum Bald. in d. l. fin. §. 1. in penul. col. C. de iur. delib. per Io. And. in additionibus. Spec. in titu. de teste. §. 1. in versic. testimonium autem, in additione quæ incipit, Quid voluit author.* Ideo testes debent esse in præsentia, & in conspectu testatoris, & videre oculate, ac cognoscere ipsum testatorem: alias testamentum non valet, quia posset fraus committi. *l. si nõ speciali. & l. si vnus. C. de testa.* Hinc est, quod † cortina media inter testatorem & testes vitiat testamentum, dato quod testes haberent notam vocem testatoris, ex quo non viderunt & cognouerunt ipsum testatorem. *ita tenent Bartol. & omnes in dicta l. si non speciali. C. de testamen. Cyn. in l. testium, in quarta quæstione, C. de testibus.* & propterea dicunt Cyn. & Alberic. de Rosa. *in dicta l. si non speciali.* quod propter hoc in ciuitate Bononiæ fuit cassatum & annullatum vnum testamentum: quia posset aliquis simula-

simulare vocem testatoris. Secus est in actibus inter viuos, in quibus non solum cortina media, imo nec paries medius vitiat dictum testium, dummodo habeant notas voces contrahentium. *ita saluatur gloss. in l 2. §. idem Labeo. & ibi Bar. ff. de aqua pluuia arcen. Cano. in cap. ex literis, de consue. & in cap. præterea. & in cap. cum causam, de testib. Bald. in l. conuenticulam, in 7. colum. C. de episcop. & cleric.* Item testes testamentarii & notarius debent cognoscere, quod testator sit sanæ mentis, & articulate loquatur, alias similis est mortuo: *vt inquit tex. in l. iubemus, C. de testa.* & si testator non esset in sana mente, & sano intellectu, & testes paterentur se scribi pro testibus testamentariis, non carerent suspicione falsitatis ar. *dict. L. iubemus, in fi.* licet ergo de iure communi testes testamentarii & notarius debeant cognoscere testatorem, & quod sit sanæ mentis & intellectus, tamen statutum Bononiense considerans quod in testamentis mulierum, vel infirmorum de facili possunt falsitates & fraudes committi, non contentum prædictis requisitis à iure communi, specialiter statuit & ordinauit, quod in testamentis mulierum, vel infirmorum, in quibus maius periculum vertitur, vltra numerum septem testium de iure communi requisitorum, debeat esse præsens vnus sacerdos, qui publice habeatur pro sacerdote, qui sacerdos & vnus ex testibus, vel notarius dicant se cognoscere condentem vltimam voluntatem, & eum esse sanæ mentis. Et tale statutum vult, quod talis sacerdos non sit de testibus descriptis in testamento, patet; quia statutum subdit, quod si testamentum fieret ab homine sani corporis, vel fieret in comitatu, tunc sufficeret duos testes descriptos in testamento, vel vnum ex eis cum notario dicere, quod testatorem cognoscunt. Et istud statutum ideo solum requirit præsentiam sacerdotis, qui non sit descriptus testis testamentarius, vt magis sit circumspectus, ex quo officium sacerdotis solum versatur in bene cognoscendo testatorem, & eum esse sanæ mentis: & talis sacerdos cum notario, vel alio teste testamentario debet specialiter dicere de cognitione & de sana mente testatoris. Sed in casu præsenti isti tres sacerdotes fuerunt expresse descripti vt testes testamentarii, & non vt
8 soli cognoscentes testatorem: ergo † forma statuti non seruata, testamentum corruit. *l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. & l. constitutionibus, in fine. ff. ad municipa.* Et vt dicunt, & bene egregii domini consultores & aduocati Bononienses quando ad certum actum statutum requirit distincte duo genera personarum, tunc persona vnius generis, vt est in casu nostro sacerdos, non potest adesse tanquam de vtroque genere, ita signanter consuluit Petrus de Anchar. *in consilio 413. incipiente, Viso puncto.* Vbi per plura consuluit, quod si per statutum vicedominus debet adesse confectioni instrumenti, vt eum postea faciat registrari, & quod sufficiant quinque testes, certe non poterit ipse vicedominus fungi vice vnius testis, & vicedomini. Ex quo consilio duo inferri possunt secundum dominum Felinum Sandeum *in cap. ex literis, in penult. colum. de proba.* Primo, quod stante statuto, quod valeat actus factus in præsentia presbyteri & duorum testium, certe presbyter non poterit esse vnus ex illis testibus. Secundo inferri potest, quod si statutum requirat consensum propinquorum in actu, non poterunt consanguinei adesse, vt consentientes, & vt testes, quod est bene notandum secundum eum. Item aduertendum est, quod statutum Bononiense requirit, quod in testamento mulierum, vel infirmorum debeat specialiter adesse vnus sacerdos, qui solum debet adesse & dicere, quod cognoscit testatorem, & eum esse sanæ mentis. Vnde cum specialiter ad cognitionem testatoris debeat adesse vnus sacerdos, qui cum notario, vel teste testamentario attestetur de tali cognitione testatoris, certe non sufficit, quod decem testes, inter quos sint tres sacerdotes, istud generaliter vel vniuersaliter attestentur: quia † ea quæ debent specia- 9
liter fieri, nisi ita specialiter fiant, videtur esse quasi neglecta. *l. item apud Labeonem, §. hoc edictum. ff. de iniuriis.* Item efficacius est illud, quod specialiter fit ab vno sacerdote ad hoc specialiter requisito, quã illud quod generaliter fit à multis, *argum. text. not. in clementi. vnica, ad finem, de excess. prælat.* Item vbi requiritur specialis, vel expressa mentio alicuius personæ, vt in casu præsenti, tunc non sufficit, si fiat mentio generalis, etiam per verba, quæ possunt referri ad illam personam, de qua requiritur expressio: *vt est glo. notabilis in c. inquisitores, in verb. expresse. quam Geminia. ibi ita notat, de hæreti. in sexto. idem Gemini. in c. quia periculosum, de sent. excommunic. in sexto. domi. Alexan. in consil. 119. quartæ partis, incipiente, Viso puncto & accurate pensato, in 4. colum. ad finem.* Facit bene text. *in clemen. constitutionem, de elect. per quem text. notant ibi do. Anto. de But. & Io. de Imol.* quod † vbi re- 10
quiritur fieri expressam vel specialem mentionem alicuius actus, vel alicuius personæ, non sufficit, quod fiat generalibus aut vniuersalibus verbis. Aduertendum est etiam, quod illa verba notarii, *omnib. cognoscentibus & asserentibus se testatorem cognoscere & esse sana mentis*, sunt verificabilia in maiori parte ipsorum testium. *l. quod maior. ff. ad municipa. & l. secunda, ff. quod cuiusq; vniuersi.* Item adsunt duæ clausulæ perfectæ: vna de tribus sacerdotibus præsentibus, & qui publice habebantur & reputabantur presbyteri & sacerdotes, maxime in vicinia & contrata habitationis eiusdem testatoris. Alia clausula est, *nec non etiam præsentibus aliis septem testibus.* Vnde illa vniuersalis, *omnibus*, quæ potest verificari in maiori parte ipsorum testium, necessario non includit, quod vnus ex sacerdotibus specialiter dixerit, se cognoscere testatorem, eumque esse sanæ mentis. Item † quando clausula, quæ præce- 11
dit, habet propriam & specialem determinationem, tunc clausula sequens vel vltimo posita non refertur ad eam: *vt l. cohæredi. §. qui patrem, & ibi Imol. & do. Alexan. ad hoc notant. ff. de vulga. & pupilla. & ita expresse tenet Bal. in l. 1. ante fin. C. de legit. hære. & in c. inquisitioni. de appel. facit tex. in c. cum dilecti. & ibi do. Cardin. & Imo. in duob. locis ad hoc notant, de dona.* Itẽ est aduertendum, ꝙ idem notarius, qui fuit rogatus de isto testamento, in duob. aliis testamẽtis mihi exhibitis, seruauit formam statuti Bononien. quia fecit, quod specialiter vnus sacerdos cum ipso notario, dixerũt se cognouisse testatorem, & eum esse sanæ mentis & intellectus. Nec huic satisfacit responsio dicentium, quod non semper euenit, quod omnes

testes cognoscant testatorem & sic non semper dicebat ille idem notarius, qui omnes, sed etiam aliquando in indiuiduo obseruabat formam statuti: quia imo testes debent cognoscere testatorē, prout superius deduxi. Suprascripta omnia optime confirmantur; quia solennitas statuti Bononiensis de præsentia vnius sacerdotis, qui simul cum vno teste testamentario, vel notario dicant cognoscere testatorem, & eum esse sanæ mentis, est formalis & substantialis, quia habet clausulam annullatiuam
12 testamenti alio modo & forma confecti, † quo casu per decretum annullatorium intelligitur solennitas esse formalis: *secundum Bal. & alios in l.1. ff. de lib. & posthum. Bald. & Salyc. in l.2. C. de senten. ex breui. recitan. Petr. de Ancha. in regu. ea quæ in 12. colum. de reg. iur. in 6. & in commento c. canonum statuta, de constitu. in 41. charta, in versi. quæro statuto cauetur, quod notarius.* Item cum tale statutum aliquid de nouo inducat aliter prouidendo quam ius commune, certe eius solennitas dicitur esse formalis: secundum Petrum de Ancha. *in consi. 149. incipiente, Ex tenore priuilegij, ad finem, allegat notata per gl. in clemen. 1. in verb. inhibentes, de iure patro. & per Ioan. Andr. in cap. quanquam, de vsur.*
13 *in sexto, in nouella.* Sed sic est, quod † forma statuti debet præcise adimpleri, & nō per amplius, vel per magis: quia formæ nihil addi, vel detrahi potest: secundum Bald. *in l. quoties, in 1. col. in fi. C. de suis & legit.* Item quando forma substantialis data est à statuto, nihil minimum mutari potest, etiam vnius horæ momentum: *secundum Bald. in capit. 1. in 2. col. de mili. vasal. qui contumax est.* Itē omissio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat actum, secundum D. Anto. de But. *in c. pisanis, in septimo notabili, de resti. spo.* Nam forma est, quæ dat esse rei, *l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib.* Et omne esse ex for. *secundum gl. in c. in ciuitate; in verb. ex forma, de vsur.* Item pro ista
14 parte † multum facit; quia quando statutum aliquid requirit pro forma, & habet clausulam annullatiuam actus, vt in casu præsenti, tunc tale statutum debet præcise & ad vnguem obseruari, nec sufficit adimpleri per æquipollens. *ita late firmat dominus Alexand. ad hoc multa allegans in l. 1. ff. de liber. & posthum. & in consi. 96. quarti voluminis, quod incipit, Viso & considerato themate, in vlt. colum. & vltra allegata per dominum Alexan. soleo allegare bonum tex. in l. qui per salutem, ff. de iureiur.* vbi si delatum est alicui iuramentum per Deum, & ipse iuret per salutem suam, licet per Deum iurare videatur, cum respectu diuini numinis ita iuret, tamen iuramentum non va-
15 let. Ergo vult ille text. quod † non sufficiat per æquipollens adimpleri illud, quod est pro forma requisitum. Ad idem facit, quod vult gloss. communiter approbata *in capi. vt circa. de electio. in 6.* quæ tenet, quod vbicunque constitutio exigit iuramentum per tractum scripturæ, non dicitur esse satisfactum, si præstatur iuramentum sine scriptura. Facit, quod notat gloss. *in clemen. 1. in verb. tacta, de hæreticis.* Tertio facit, quod vbi in testamento pro forma requireretur subscriptio, illa non posset adimpleri per æquipollens: *vt est tex. notabilis in l. cum antiquitas, §. cum autem, C. de testamen. quem tex. ad hoc reputat singularem Areti. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in 4. col. ff. de verbor. obliga.* Quarto facit, quod vbi in aliquo actu requiritur authoritas, tunc debet authoritatem præstare, sicut verbum sonat, & sic debet formaliter dicere, interpono authoritatem, & nō sufficeret dicere æquipollens, puta, approbo istum contractū. vel cōsentio huic cōtractui. ita signanter notat Innoc. *in c. cum consuetudinis, de consue. & ibi sequitur Bal. in 2. col. in princip & ibidem do. Anto. de Butr. idem refert & sequitur Archidia. 18. q. 2. in c. quidam. Bal in l. quæcunq;, circa fin. & in l. fi. §. necessitate, in 5. col. C. de bonis quæ libe. Ang. & Imo. in l si quis mihi bona. ff. iussum. ff. de acqui. her. facit l. si pater, in fi. ff. de manum. vindic. quē ad hoc allegat Bal. in d. l. quæcunq;.* Quinto facit, quod † si tutor non promittat formalibus verbis 16
defensionem pupilli suscipere, *iuxta l. fin. §. defensionem, C. de administra. tuto.* vitiatur tutela, quamuis verba æquipollentia interuenerint, puta quia tutor promisit pro pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere: *secundum Bartol. & Ange. in dicta l. fina. §. omnem. C. de administra. tuto. Barto. in l. prator. in princ. & ibi Rapha. Comen. & Ludou. Roma. ff. de operis noui nun. Bartol. in l. legitimos, circa finem principij. ff. de legiti. tuto.* vbi dicit Bartol. quod per hoc iam vidit multas tutelas cassari: eo quia in instrumento tutelæ non erant formaliter appositā illa verba, quod tutor promisit suscipere defensionem pro pupillo. idem tenet Bald. in additionibus Spec. in titu. de tutorib. *in vlt. col. in versicu. tutor tenetur. Angel. in §. fina. in auth. vt hi qui obliga. Rapha. Comen. in dicta l. legitimos, in princip. Ang. de Are. in §. actionum, in 35. col. in stit. de actio. dominus Alexan. in consi. 129. primi voluminis, incipiente, Ponderatis his quæ in præscripto themate narrantur, in 2. & 3. colum.* Sexto facit, quod notabiliter decidit Bald. *in l. 1. in 2. colum. ff. de legi.* vbi determinat, statutum Perusii dictat, quod omnes propositæ debeant fieri per priorem, & aliter non valeant. Pone congregata adunantia generali totius populi, populus vult aliquid statuere, sed prior non vult illud proponere: quia forte est pœnale, vel iurauit non proponere, alius proponit, & populus sic concorditer statuit: determinat singulariter Bal. tale statutum non valere; quia forma non seruata actus est nullus. *l. cum hi, §. si prætor. ff. de transact. & l. non dubium. C. de legi. cum limitatione, de qua ibi per eum.* & sic Bald. vult, quod forma statuti debeat ad vnguem obseruari. Septimo facit, quod notabiliter decidit Alberic. de Rosa. *in prima parte statutorum, in quæstione 40. quæ incipit, adhuc idem Dynus consuluit super tali quæstione, &c.* Vbi determinat, statuto ciuitatis Veronæ cauetur, quod in instrumētis debeat apponi proprium nomen diei, puta die lunæ, vel die dominico talis mensis, reperitur quoddam instrumentum Veronæ confectum, in quo dicitur die octauo Decembris, & non habet proprium nomen diei, puta lunæ, refert Dynum consuluisse tale instrumentum non valere, cum sit factum contra formam statuti Veronensis, & sic cum deficiat in forma specifica. *§. fin. in auth. de tabellio.* Octauo facit illud, quod determinat Guliel. de Cu. *in l. fin. ff. de postu. quem refert & sequitur Alber. de Rosa. in quarta parte statutorum, in quæstione 69. incip. Gulielmus de Cu.* vbi singulariter decidit, quod si statuto caueatur, quod si aliquis debeat banniri, præcedere debeat proclamatio præconis, quod quicunque velit talem defendere, vel adesse causæ eius, comparere debeat infra quinque dies, & præco in proclamatione dixit solum, quod

qui

qui volebat eum defendere, & omisit, si vellet adesse causæ. certe per hoc vitiatur bannum, quia forma statuti non est obseruata. Ex istis omnibus apparet veram & communem esse conclusionem; quod forma statuti est præcise & ad vnguem obseruanda, alias actus nihil valeat, nec sufficiat adimpleri per æquipollens. præsertim, quando statutum habet clausulam annullatiuam actus, vt in casu præsenti. Et ita est tenendum, licet idem dominus Alexan. *in l. fi. in 1.col. C. de procurat.* videatur notare ex quadam decisione Iaco. Butr. & Bald. ibi, quod sufficiat formam statuti seruare per æquipollens: tamen ipse dominus Alexan. se remittit ad ea quæ volunt Bald. & alii *in d. l. 1. ff. de libe. & posthu.* vbi idem dominus Alex. plenius & melius contrarium tenuit, prout etiam supra retuli.

CONSILIVM XCVIII.

SVMMARIA.

1 *Causa, quæ semel extitit in curia Romana, nunquam exibit de curia. 4.*
2 *Ordinarius nullus maior, quam Papa.*
3 *Concilia generalia non sunt supra Papam.*
5 *Cardinales nunquam includuntur in generalibus dispositionibus.*
6 *Societas habet ius quoddam fraternitatis.*

CAVSA, quæ vertitur inter Reuerendissimum dominum Cardinalem de sancto Seuerino, & Reuerendissimum dominum fratrem Antonium de Claromonte super archiepiscopatu Viennẽsi, de iure venit ad curiam Romanam, remittenda, ex quo per sanctissimum dominum Papam nostrum eidem do. Cardinali de dicto archiepiscopatu fuit prouisum, & lata fuit sententia per Reuerẽdissimum dominum Cardinalem sanctæ Praxedis in Romana curia agentem, & commissarium deputatum dicti domini Papæ. Nam 1 causa, † quæ semel extitit in curia Romana, nunquam exibit de curia, nisi Papa deleget causam, vel eam remittat ad ordinarium: *vt est tex. notabilis in c. vt nostrum, de appel. Et ita etiam tenet Baldus in l. si vt proponis, la 1. in penult. col. per illum tex. C. quomodo & quan. iud.* vbi reputat hoc esse nota dignum. Et per hoc decidit, quod si Papa semel delegauit vnã causam, & delegatus est mortuus, quod ordinarius non poterit amplius se de illa causa intromittere, sed sõlus Papa, licet delegatio sit cõsumpta; allegat ita notare Archi. *34. q. 11. §. is ita.* Idem etiam sequitur Saly. *in d. l. si vt proponis. Ioan. de Imo. in l. si expressum. ff. de appel. Idẽ tenet Bal. in c. 1. §. ad hæc. in 4. colla. de pac. iura. firman.* vbi dicit, quod si Papa incipit cognoscere de aliqua causa omnibus aliis est impositum silentium: vt dicit notare Innocentium *in cap. cum M. Ferrarienſis, de consti.* & si Papa alteri delegat causam, ordinarius sese intromittere non potest: & si ipse delegatus Papæ ferat sententiam nullam, non redit iurisdictio ad ordinarium, sed ad Papam, ad quem pertinet persecutio suæ commissionis: *secundum Bal. ibi. idem etiam tenet Bald. in c. si facta, in vlt. quæst. si de feud. fue. contro. inter dom. & agna.* vbi tenet; quod Papa si committit causam, videtur ad se, siue ad suũ commissariũ eam reuocare, adeo quod indistincte nec ordinarius, nec vllus alius potest amplius se de dicta causa intromittere. Idem tenent dom. Anto. & dom. Abb. & alii *in d. c. cum M. Ferrarienſis, in vlt. col. de consti. cum limitatione, de qua ibi per eos.* vbi etiam dicunt, quod curia Romana indistincte tenet, quod ex quo Papa causam alteri delegat, vel de ea cognoscit, videtur causam eripere de manibus ordinarii; adeo quod processus postea coram inferiore factus sit nullus: *vt in c. 1. de concess. præben. in 6.* Item indignũ esset & absurdum, quod ex quo Papa ad se causam euocauit, vel alii delegauit, quod amplius ad ordinarium reuertatur sine licentia Papæ: *vt in c. bona, secundo, in versicu. nec nocebat, de postula. prælа.* Similiter quando collatio beneficii facta per Papam, vel eius executorem non tenuit, vel propter surreptionem literarum, vel propter indignitatem personæ, certe ordinarius loci non posset illud beneficium alteri conferre, sed potestas conferendi redit ad Papam. Ex quo enim Papa semel intromisit se de illo beneficio, non licet alteri amplius manum apponere, *argu. d. c. vt nostrum, de appel. secundum dom. Abb in c. inter dilectes, in pen. col. de excess. prælа. cum limitatione, de qua ibi per eum. Et latius Pet. de Ancha. in cons. 47. incip. circumscriptis literis cancellariæ.* Nec obstat electio facta de dicto domino fratre Antonio de Claromõte, quia talis electio facta post reseruationem Papæ est nulla. *c. si eo tempore, de elect. in 6. & c. si à sede. de præben. in 6.* Nam † nullus est maior ordinarius quam 2 Papa in beneficiorum collatione. *c. 2. de præben. in 6.* & in dubio magis fauendum est facto Papæ quam alterius ordinarii. *cle. 1. vt lite penden.* Nec refragari videtur pragmatica sanctio, nec consilium Basiliense, *sub rubr. de ele. in §. quib.* vbi statutum & definitum esse videtur, generalem reseruationem omniũ ecclesiarum Metropolitanarum, cathedraliũ, collegiatarum, & monasteriorum, ac dignitatum electiuarum per Romanũ Pontificem, de cætero fieri non debere, aut factis non vti, nisi sint reseruationes in corpore iuris clausæ: quia respõdetur, quod de hoc inferior à Papa cognoscere non potest, vt superius dixi. facit tex. *in cap. 1. ad fin. de confir. vtil. vel inutil. & in c. cum venissent, de iudi. gl. 1. in ca. 2. ne sede vacan.* & quod notabiliter tenet dominus Abb. post Inno. *in c. de cætero, in vlt. col. de re iudi.* Item dicitur, quod talis reseruatio, seu resignatio est in corpore iuris clausa, cum sit facta virtute cessionis, quæ à solo Papa de episcopatibus & archiepiscopatibus admittitur, *7. q. 1. c. mutationes. & ita etiam enumerat gl. in d. §. quibus, in verb. clausis.* Nec est etiam simpliciter verum quod concilium Basilienſe sit supra authoritatem Papæ. Nam † concilia generalia non sunt 3 supra Papam, imo in omnibus statutis concilii intelligitur excepta authoritas Papæ: *vt est text. valde notabilis in c. significasti, de electio.* nisi in concernentibus fidem. Vnde concilium potest condemnare Papam de hæresi: *vt in c. si Papa, 40. dist.* Vnde concilia generalia non possunt statuendo præfigere legem Papæ: prout etiam latius notat dominus Abb. *in d. c. significasti, in 7. notabili, & etiam in vlt. col.* Imo Papa est supra omnia concilia: *secundum glo. in c. vbi periculum. §. 1. de electio. in sexto. in glos. prima in verbo, concilio, in fi. per text. in d. c. significasti.* Item solus Papa potest mutare constitutionem concilii: *vt est gl.*

in c. statutum, de rescrip in sexto. & ita etiam notat dominus Abbas in c. cum secundum, in 2. colum. per illum text. de præben. Item solus Papa potest dispensare contra Concilium, & nullus alius, etiam legatus de latere: *vt est glo. notabilis in c. dilectus, 1. in verbo, facultas, de præben. & ita etiam notat dom. Abbas in c. proposuit, in vlt. notabi. per illum tex. de concessio. præben.* Non † quoque 4
obstat aliud, quod per partem aduersam obiici videtur, quod ideo hæc causa non sit ad Romanam curiam remittenda: eo quia ex stylo & consuetudine dictæ Romanæ curiæ tales causæ committi consueuerint dom. Cardinalibus, & non aliis personis. Vnde sicut de iure constat, quod canonicus in causa canonici est suspectus, & de iure potest recusari, *vt est tex. in c. cum R. canonicus, de offi. deleg.* ita cũ hæc quæstio sit de causa Cardinalis, ergo si committatur alteri Cardinali eiusdem collegii, prout de consuetudine & stylo curiæ fieri consueuit, talis erit suspectus. Nec de iure posset Papa causam cõmittere iudici manifeste suspecto, sine facultate recusandi: *vt est gl. reputata singularis in cap. ad hæc, de rescrip. quam do. Abb. ibi, circa fin. multum notat, & reputat singularem, & dicit se nescire alibi ita expressam. & dicit bene facere text. in clem. pastoralis, de re iud. & vltra Abbatem bene facit tex. in cap. cum inter. de exceptio. circa medium.* Vbi dicit tex. quod suspectis iudicibus causam sedes Apostolica de certa scientia non cõmittit. Ad idem facit text. *in c. secundo requiris, in fi. de appella. & ibi do. Abb. in vlt. notab. ad hoc notat, licet contrarium teneat gloss. in l. apertissimi, in verbo, recusare. & ibi Ang. C. de iudi.* Quia respondetur, quod iura loquentia de canonicis non habent locum in Cardinalibus, & in aliis superioribus prælatis. *c. quam periculosum, de sent. excom. in sexto. & c. inquisitores, de hæreti. in sexto. dominus Abb. in rubrica extra de vita & honesta. clerico. ante fin. & in c. non potest, de re iud. Geminia. in c. auaritiæ, in 3. col. de electio in 6. facit tex. in c. cum dilectus, de concess. præben.* nisi quando factũ est in se malum, super quo fit prohibitio: quia tanto grauius peccat, qui contrafacit, quanto est maior offensus: tũc appellatione clericorum vel canonicorũ comprehenduntur etiam Cardinales, quia si punitur faciens contra clericum, à fortiori faciens contra Cardinalem. Ita notabiliter tenet Geminia. *in c. nemo deinceps, in 1. col. de electio. in sexto.* alias iura loquentia de canonicis, vt dixi, non habent locum in Cardinalibus, nec in aliis superioribus prælatis. Quin- 5
imo † in generalibus dispositionib. nunquam includuntur Cardinales, nisi de eis caueatur expresse, posito etiam quod in talibus episcopi includantur. Ita signanter tenent Io. Mo. & Io. And. *in c. 1. de schisma. in 6.* quia maior est ratio in Cardinalibus, quam in episcopis: quia sunt viciniores Papę, & vere patricii scripti in diademate principis. §. *filius fa. insti. quib. mod. ius patriæ potesta. fol.* Item sunt pars corporis Papæ. *6. q. 1. c. si quis. & l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta.* Item sunt speciales fratres Papæ, & plus aliis priuilegiati: *vt c. officij, de offi. lega. in sexto.* Idem tenet dominus Abb. *in clemen. 1. in 1. col. de excess. præla.* Ludouicus Roman. *in cons. 498. incipiente, in casu, quo quæritur, in 3. col.* Præterea canonicus in causa concanonici ideo à iure reputatur iudex suspectus, & potest tanquam suspectus recusari: eo quia cum sint concanonici in eadem ecclesia, dicuntur esse socii inter se: *vt dicit tex. in d. c. cum R. canonicus, de offi. deleg.* sed societas † habet quoddam ius fraternitatis: *vt l. verum. in prin. ff. pro socio.* Et hac de causa vnus canonicus nõ 6
potest esse iudex in causa alterius sine recusatione: *secundum dominum Abbatem & alios in d. c. cum R. canonicus, in 2. notabili:* quæ ratio cessat in Cardinalibus, qui non sunt eiusdem ecclesiæ. Præterea, quando Papa committit causam vni Cardinali, credit eum, qui ob singularẽ industriam & exploratam fidem ac grauitatem ad huius officii magnitudinem adhibetur, non aliter iudicaturum esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse Papa foret iudicaturus: *vt egregie inquit text. in l. 1. ante fin. ff. de offi. præfect. præto.* & sic non potest ita recusari suspectus Cardinalis delegatus Papæ in causa alterius Cardinalis, sicut potest concanonicus.

CONSILIVM XCIX.

THEMA.

DOMINVS Bartholomæus de Petra iunior ciuis Papiensis suum condidit testamentum, in quo inter cætera reliquit dominam Philippinam suam matrem vsufructuariam omnium bonorum suorum simul cum eius hærede, & suum hæredem vniuersalem instituit Mylanũ eius filium legitimum & naturalem. Deinde in codicillis disposuit, quod si contingat dictum Mylanum filium suum decedere sine filiis seu filiabus legitimis & naturalibus in pupillari ætate, seu aliter quandocunque, tunc & eo casu substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum dominum Isnardum de Petra, seu eius filios pro duabus partibus, & dominum Mauricium de Petra, seu eius filios masculos nascituros pro alia tertia parte, volens & grauans omnes, & singulos, ad quos quandocunque ipsa bona, seu hæreditas peruenerint, illam omnino & in totum plene & integre restituere dictis substitutis, sine aliqua detractione tam legitimæ quam Falcidiæ & Trebellianicæ. Et si contingat dictũ Mauriciũ prædecedere sine filiis masculis, tunc dicta bona in totum perueniant in suprascriptum dominum Isnardum, seu eius filios tunc superuiuentes, & hoc in totum & sine dicta detractione. Contigit casus, quod præmortuus est Dominus Mauricius sine filiis. Postea mortuus est suprascriptus Mylanus infans, vel proximus infantiæ superstite domina Philippina auia paterna, & superstitibus amitis sororibus dicti testatoris. Item superstite dicto domino Isnardo vigore codicillorum vniuersaliter substituto. Quæritur, an suprascriptus

scriptus dominus Isnardus vigore substitutionis factæ in codicillis debeat obtinere integraliter & in totum dictam hæreditatem, an vero auia paterna, & dictæ amitę possint detrahere duas quartas ex persona Mylani infantis prædefuncti: scilicet legitimam, & Trebellianicam, & sic obtinere dimidiam hęreditatis & prędictorum bonorum.

ARGVMENTVM.

An & quãdo fideicommissum vniuersale censeatur iniunctum filio impuberi instituto, an venientibus ab intestato, quo casu valet?

Testator in filiis primi gradus non potest prohibere detractionem Trebellianicæ.

SVMMARIA.

1 *Substitutio pupillaris non potest fieri in codicillis.*
2 *Substituti est electio, quando fit substitutio vulg. pup. & per fideic.*
3 *Filius in legitima grauari non potest, nisi vt numero quarto.*
5 *Grauare non possum, quem non honoro. 24.*
6 *Relictum in dubio debet censeri ab eo, à quo relinqui potest.*
7 *Fideicommissum videtur esse relictum ab ipso filio grauato post mortem.*
8 *Respicientes ad pauca facile enunciant.*
9 *Testator dicitur directo substituere dicendo vul. pup & per fideic.*
10 *Dictiones quæ necessario subintelliguntur.*
11 *Rogatus videtur, ad quem sermo fuit relatus.*
12 *Testator potest grauare hæredes filij fideicommisso in codicillis.*
13 *Verba adiecta in executiuis nihil habent operari.*
14 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium.*
15 *Trebellianicæ detractionem potest prohibere testator. fallit nu. 16.*
17 *Iura noua debent distingui secundum vetera.*
18 *Iura noua generaliter corrigentia nunquam corrigunt leges casus deponentes speciales.*
19 *Fideicommissarius vniuersalis potest compellere hæredem adire & restituere.*
20 *Legum correctio per subauditos intellectus induci non debet.*
21 *Codicillis nihil directo disponi potest.*
22 *Intellectus l. iubemus. in princ. C. ad Trebel.*
23 *Clausula executiua non potest principalem dispositionem immutare.*

DIVIDAM istam consultationem in duos articulos. Primus erit de legitima. Secundus de Trebellianica. Circa primum articulum, qui est pulcher & subtilis, videretur prima cõsideratione dicendum, quod D. Isnardus obtinere debeat ẽt legitimã, & sic quartam iure naturæ debitam ipsi Mylano infanti, cum eidem decedenti in pupillari ætate fuerit in codicillis substitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: & testator in eisdem codicillis expresse prohibuit detractionem tam legitimæ debitę iure naturę, quam Falcidiæ, & Trebellianicæ. Vnde † licet in codicillis non possit fieri pupillaris substitutio, cũ si alij fratres pupilli essent sibi pupillariter substituti, *vt est tex. in l. Scæuola. ff. ad Treb.* eo qa in codicillis hæreditas neq; dari, neq; adimi põt, tñ vt ibi dicit text. benigna interpretatione talis substitutio pupillaris valet iure fideicõmissi: & istud clarius procedit in casu præsenti, in quo testator in codicillis etiam substituit per fideicommissum † cum substituerit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quo casu electio est substituti ex qua substitutione velit venire scilicet vel ex pupillari, vel ex fideicommissaria: *vt est text. in l. recusare. §. Titius. & ibi Bart. Ang. & Paul. de Cast. ad hoc not ant. ff. ad Treb. & in l. si quis seruo. ff. de manumiss. testa. Bartol. in leg. Centurio. in vlti. charta, in 1. quæstio. quartæ quæst. princip ff. de vulg. & pup. & idem Bartol. in l. si Titio vsusfructus. ff. de vsufru. leg. Ang. de Aretio in §. 1. in vlt. colum. insti. de pup. substi.* Et cum D. Isnardus non possit venire ex pupillari substitutione; quia in codicillis fieri non potuit, vt dixi, veniet iure fideicommissarię substitutionis, per quam obtinebit vniuersam hæreditatem testatoris, & sic etiam legitimam Mylani infantis prædefuncti. Et sic diceretur, aduertendum esse, quod Mylanus filius non potuit fideicommisso in legitima sua grauare; eo quia fideicommissum est onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup.* Ergo ipso iure reiicitur de legitima: *vt le. quoniam in prioribus. C. de inoff. test.* Et quod pater non possit in legitima filij per fideicommissum substituere, est text. *in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. & in leg. cum patronus. ff. de lega. 2. & ita etiam tenet glo. in d. leg. quoniam in prioribus. & ibi Paul. de Cast. Idem firmant Bartol. & alij in leg. 1. §. fin. in vlt. q ff. de vulg. & pup.* quia potest responderi, quod illud procederet, quando fideicõmissum esset in legitima iniunctum ipsi filio, & tunc non teneret, vt in iuribus præallegatis. secus † quando tale fideicommissum iniungitur venientibus ab intestato, & succedentibus ipsi pupillo: tunc non solum pater potest iniungere fideicommissum vniuersale in legitima filii quam habuit à patre, sed etiam in aliis bonis propriis filij, *vt est text. in leg. si fundum per fideicommissum. §. fin. & ibi Bart. & alij. ff. de leg. primo. bonus text. in leg. cum patronus. & ibi Paul. de Cast. in vtraque lectura ad hoc notat. ff. de lega. secundo. Idem tenent Bartol. & alij in d. leg. prima. §. fin. in vlt. quæstio. ff. de vulg. & pup. Cy. Bar. & alij in l. ex tribus. Cod. de inoff. testa. Cy. & Bald. in leg. cum virum. Cod. de fideicom.* Ratio diuersitatis sumitur ex regula iuris, quem † non honoro, grauare non possum. *leg. ab eo. Cod. de fideicom.* Vnde cum filius habeat legitimam ex dispositione legis, & sic ex necessitate. *leg. si arrogator. ff. de adopt.* ergo non dicitur in aliquo filium honorare: & per consequens non potest in legitima fideicommisso grauare: sed venientes ab intestato dicuntur habere à patre, qui poterat alium pupillariter substituere, & eos excludere. *le. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa.*

Ergo non substituendo alium videtur dare venientib. ab intestato: *vt l. conficiuntur. in prin. ff. de iure*

codi. ergo potest eos fideicommisso grauare. Sed in casu præsenti fideicommissum fuit iniunctum venientibus ab intestato; quia testator in codicillis expresse dixit, *volens, grauans, & mandans omnes & singulos, ad quos quomodocunque & qualitercunq; ipsa bona, seu hæreditas peruenerint, illam omnino & in totum plene & integre restituere suprascriptis substitutis, sine aliqua detractione tam legitimæ debitæ à iure naturæ, quam Falcidiæ, & Trebellianicæ.* Immo fortius, etiam quando essemus in casu dubio, adhuc in dubio fideicommissum censetur relictum à legitimis hæredibus impuberis, & sic à venientibus ab intestato: & sic
6 valebit, † eo quia in dubio debet censeri relictum ab eo, à quo potest relinqui, vt in dubio actus valeat & non pereat. *leg. quoties in stipulationibus ff. de verb. obli. & leg. quoties. ff. de reg. iur. & ita tenet Bartol. in leg. qui duos. ad fi. per gl. ibi, & ibidem Imo. & Pau. de Cast. ff. de vulg. & pup. Sal. Imol. Pau. de Cast. & alij Moderni in d. leg. cohæredi. §. cum filiæ. eo tit. Raph. Com. & D. Alex. & Aret. in l. 1. §. fi. ff. eo. Saly. Fulg. & Pau. de Cast. in leg. ex tribus. C. de inoff. testa. Fulg. & Pau. de Cast. in l. eam quam. C. de fideicom. Ioa. de Imo. in commento c. Raynutius. circa fi. tractatus vulgaris substitutionis de testam. D. Alex. in con. 377. inci. attentis verbis testam. in penul. colum. D. Franciscus de Aretio in cons. 155. quod incipit, periculosum est in 8. col. & in 11. & duabus sequentibus vsque ad fi. consilij.* Et ista videtur esse vera & communis sententia, quamuis contrarium tenuerit idem Bartol. sibi contrarius *in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. in versi. quod si hæredem.* Vbi notat ex illo text. & reputat perpetuo tenendum
7 mẽti, quod in † dubio fideicommissum videtur esse relictum ab ipso filio impubere instituto, licet relinquatur post mortem suam, non autem censetur relictum à legitimis hæredibus venientibus ab intestato, & sic non valet quo ad legitimam filij, vt colligit ex illo textu ibi, dum dicit, *vt ab impubere.* Idem tenet Bartol. *in l. codicillis, in princi. per illum text. ff. de lega. 2. & ita etiam consuluit Pau. de Cast. in consi. 197. incip. in casu præsenti. per tex. qui valde stringit à contrario sensu, in c. si pater. de testa. in 6.* Sed, vt dixi, præcedens opinio est verior, & magis communis, secundum quam Raph. Fulg. *in l. ex tribus. C. de inoff. testa.* refert se alias consuluisse in inclyta ciuitate Mediolani in tali casu: Pater instituit filiam in mille ducatis, & quandocunque decederet sine liberis voluit quod illi mille ducati distribuerentur inter pauperes. fuit dubitatum, quia illi mille ducati non erant vltra legitimam filiæ, quod tale fideicommissum non valeret. & ita consuluerunt Bal. D. Christo. de Castel. eo quia filia non potuit in legitima grauari fideicommisso, imo omne grauamen censetur ipso iure reiectum de legitima. *leg. quoniam in prioribus. C. de inof. testa.* Raph. Fulg. dicit se contrarium consuluisse, & obtinuisse, & bene: eo quia illud fideicommissum non erat iniunctum nominatim filiæ, sed erat relictum simpliciter post mortem filij, quo casu in dubio censetur relictum ab hæredibus filiæ, & sic valet, vt dixi. Istam decisionem Raph. Fulg. refert, & sequitur Paulus de Castro *in d. l. ex tribus.* & dicit quod etiam ipse istum casum habuit de facto ex ciuitate Bononiæ, & quod fuit portatum vnum consilium Bald. qui consulebat, non valere fideicommissum in legitima, & quod omnes doctores Bononienses idem consuluerunt ex illo consilio decepti, sed quod ipse & Ioannes de Imola perpenderunt de isto errore, & fecerunt tractari dicta consilia: dicit etiam, quod alias in ciuitate Paduæ habuit istum casum, & quod quidam valens & maximus doctor consulebat, quod non valebat fideicõmissum in legitima, sed quod ostendit ei contrarium, & visis eius scriptis reuocauit consilium. Idem etiam refert & plenius Rapha. Fulg. *in leg. eam quam. in 5. & 6. col. C. de fideic.* vbi etiam refert se consuluisse contra Bald. & dominum Christophorum de Castel. & quod pro eo tulerunt sententiam arbitri, qui erant ex solennioribus doctoribus collegij Mediolanensis, & quod supremum honorem inde reportauit. Similiter Paulus de Castro *in d. leg. si fundum per fideicommissum. §. sicut. ff. de leg. 1.* refert se in casu isto frequenter contingenti vidisse consilium Bald. quod fideicommissum in legitima non valeret, & non aduerteret: ideo errauit, & fecit plures errare, qui secuti fuerunt eum. Istam communem opin. quod fideicommissum in legitima filij intelligatur in dubio relictum à legitimis hæredibus filij, & sic à venientibus ab intestato, & consequenter valeat, vbique semper legendo tenui, & etiam retuli, ac sum secutus prædictam consultationem Raphaelis Fulg. & Pauli de Castro. Ita enim legendo tenui in quatuor locis, *scilicet in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. in pen. & vlt. col. ff. de vulga. & pup. & in d. leg. ex tribus. C. de inof. testa. & in l. si arrogator. in 4. charta. ff. de adopt. & in l. precibus. in penul. charta. Cod. de impub. & aliis substit.* Ista sunt in effectu & in substantia principaliora fundamenta, quæ adduci posse videantur in fauorem domini Isnardi, vt obtinere possit iure fideicommissi etiam legitimam, & sic quartam iure naturæ debitam ipsi Mylano infanti prædefuncto. Licet prædicta videantur primo aspectu satis colorata, & multum applaudere auribus audientium, tamen si quis recte, & subtiliter, & bonis oculis præsentem casum consideret, inueniet veritatem esse in oppositum. Vnde dicit Aristo 8
teles in libro de cœlo, quod † ad pauca respicientes de facili enunciant. Ideo præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure probabiliorem & veriorem, quod dominus Isnardus vigore fideicommissi facti in codicillis non possit obtinere legitimam Mylani infantis prædefuncti, sed de iure spectare debeat auiæ paternæ, & dictis eius amitis, eo quia si verum amamus, non possumus negare, quod in casu præsenti in istis codicillis fideicommissum non fuerit iniunctum ipsi Mylano infanti filio ipsius testatoris quo casu indubitatum est, quod fideicommissum iniunctum filio in legitima nihil valet, vt superius fuit dictum, & nemo in hoc discrepat. Quod autem fideicommissum sit iniunctum filio, patet expresse ex verbis formalibus codicillorum: in quibus expresse disponitur, quod si contingat dictum Mylanum filium suum decedere sine filiis, seu filiabus legitimis & naturalib. in pupillari ætate, seu aliter quandocunque, tunc & eo casu substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum dominum Isnardum de Petra. Ista verba, *substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, nullo modo possunt referri ad legitimos hæredes venientes ab intestato, vt patet ad sensum: sed solum referri possunt ad ipsum

ipsum filium impuberem : Ergo patet, quod fideicommissum dicitur iniunctum ipsi filio, & consequenter in eius legitima nihil valet. Et istud est quod proprie decidit text. *in d. leg. cohæredi. §. cum filiæ. in ver. quod si hæredem.* Vbi formaliter dicit text. quod si pater rogauerit filium hoc modo, *videlicet, si impubes diem suam obierit, Titio hæreditatem suam restituere*, quod ab impubere fideicommissum post eius mortem datum intelligitur. & ex illo tex. dum dicit, vt ab impubere fideicommissum datum intelligatur, notat ibi Bartol. quod licet fideicommissum relinquatur post mortem filij, quod tamen intelligatur relictum ab ipso filio impubere instituto. & licet Imola, Paulus de Castro & omnes moderni ibi indifferenter dicant, quod ille tex. loquitur in casu claro, quando verba fideicommissi expresse fuerunt iniuncta filio. secus, secundum eos quando essemus in dubio : quia verba fideicommissi essent simpliciter prolata, tamen si ille textus intelligeretur loqui in casu claro, quando expresse verba fideicommissi essent iniuncta filio, isto modo text. ille redderetur de indubitabili, *contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic.* Item si ille textus reputatur loqui in casu claro, quod quando testator filium suum hæredem rogauit, si impubes diem suum obierit, hæreditatem suam restituere, quod fideicommissum post eius mortem ab impubere datum censeatur : certe multo fortius in casu præsenti erimus in casu claro, & certo, quod fideicommissum dicatur relictum ab ipso filio impubere, & sic nihil valeat, cum in casu isto fideicommissum sit relictum post mortem ipsius impuberis, sicut & ibi, quia expresse fuit dictum, *quod si contingat dictum Mylanum filium suum decedere in pupillari ætate, seu aliter quandocunque, tunc & eo casu substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, & sic illa verba, *tunc & eo casu*, se expresse referunt post mortem filij impuberis. & dicitur, *substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, impossibile est, quod talia verba copulatiua possint referri ad venientes ab intestato, sed solum possunt copulatiue referri ad ipsum filium impuberem. Ergo sumus in casu claro & certo, quod fideicommissum fuit iniunctum ipsi filio, & post eius mortem, & nihil valet in legitima. Et casus noster adhuc videtur magis clarus, quod fideicommissum fuit iniunctum ipsi filio, quam in d. vers. *quod si hæredem.* Nam illa verba computata, *tunc & eo casu substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum*, necessario important fideicommissum esse iniunctum ipsi filio impuberi, quia impossibile est, quod ad alium referantur, & sic est impossibile, quod copulatiue referantur ad auiam paternam, & amitas impuberis, quæ sunt ab intestato successuræ ipsi Mylano infanti prædefuncto, cum eis non possit vulgariter, nec pupillariter substitui. Ergo vna & eadem oratio copulata referenda est necessario ad ipsum impuberem, cui omnia verba copulata congruunt, & consequenter fideicommissum dicitur ab ipso filio impubere expresse relictum, ergo nihil valet in legitima filij. Secundo ad idem pondero illud, quod tenet Bart. & omnes sequuntur, *in d. l. qui duos. ad fi. ff. de vulg. & pupil.* vbi dicit, quod *in d. l. cohæredi. §. cum filiæ.* possumus dicere, quod ibi verba fuerunt prolata ad ipsum impuberem, secus si simpliciter fuissent prolata. ita ibi Bar. ita quod non sint relata nec ad filium impuberem, nec ad venientes ab intestato, sed simpliciter. Nam etiã in casu nostro verba fideicommissi non fuerunt simpliciter prolata, sed fuit expresse dictũ, *quod tunc substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum*: quæ verba, vt dixi, copulatiue prolata, non possunt ad alium referri, quã ad ipsum Mylanum infantem filium institutum: ergo verba fideicommissi fuerunt relata ad ipsum impuberem, ideoque fideicommissum in legitima nihil valet. Tertio ad idem facit: quia † testator di- 9
cendo, *substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, etiamsi adiiciat verbum commune, *restituatur*, tamen intelligitur directo substituere : *prout tenent Bar. Bal. & Ang. in le. quærebatur. per illum text. ff. de milit. testa. Paulus de Castro. dominus Alexander & Aret. in leg. verbis ciuilibus. ff. de vulgar. & pupillar.* eo quia dicendo *substituit vulgariter, pupillariter*, quamuis apponat verbum commune, *restituatur*, tamen non potest intelligi nisi de directa substitutione congruente filio pupillo. Ergo similiter in casu nostro dicendo, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, necessario intelligitur substituere soli filio pupillo, & non alii, cui soli verba directæ substitutionis conueniunt. Quarto pro ista parte bene facit ; quia si in ista substitutione, quam testator fecit in codicillis, apposuisset dictionem, ei, vel sibi, vel, ipsi, quia dixisset, quod tunc & eo casu ei, vel sibi substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, res esset indubitata, quod fideicommissum censeretur iniunctum ipsi Mylano impuberi, & sic nihil valeret respectu legitimæ: *prout tenet Bald. in d. l. ex trib. ad fi. & ibi Pau. de Castr. in vlt. colum. C. de inof. testa.* Similiter est dicendum non apposita dictione, *ei*, vel, *ipsi*, vel, *sibi*, quia paria sunt
quod istæ dictiones apponuntur vel non † appo- 10
nantur, quia semper necessario subintelliguntur. Etiam, quod est fortius, si testator diceret, *si filius meus moriatur, priusquam in suam tutelam veniat, Titius hæres mihi esto, vel bona ipsius testatoris deueniant in talem*, adhuc substitutio dicitur facta ipsi pupillo, & intelligitur mihi, scilicet per mediam personam pupilli: *vt est textus notabilis in l. si ita scriptum. §. qui filio. & ibi notabiliter Bartol. ff. de bon. possess. secundum tab. & in leg. pen. in verbo, sibi. & ibi Saly. & Pau. de Castr. ad hoc notant. Cod. de impub. & aliis substi. & in l. pater famil. in verbo, mihi. & ibi glo. ff. de vulg. & pupil. & in leg. cohæredi. §. fin. in verbo, sibi. & ibi Paul. de Castr. & Aret. ad hoc notant. ff. eodem. & glo. in leg. 1. in secundo responso in verbo, mihi. ff. de vulg. & pupi. Gemini. in cap. si pater. in prin. in secunda column. in fi. de testa. in 6.* Confirmatur ; quia
† quando substitutio fideicommissaria fuit simpli- 11
citer facta, ipse videtur rogatus, ad quem fuit relatus sermo : *secundum Bartol. in consilio 13. incipiente, ex facto proposito plura dubia oriuntur. in penultima columna.* Quinto ad idem bene facit, quia quando essemus in casu dubio, an fideicommissum censeatur relictum ab ipso filio impubere, an vero censeatur esse relictum à venientibus ab intestato, tunc in casu dubio procedit communis opinio, de qua dixi supra in fundamentis partis aduersæ, quod in dubio censeatur iniunctum fideicommissum venientibus ab intestato, & sic valeret

leret

leret etiam in legitima filij, sed hic non sumus in casu dubio, immo in casu claro & certo. Nam aduertendum est, quod diceremur esse in casu dubio, quando verba talis fideicommissi possent referri ad filium impuberem: item possent referri ad venientes ab intestato, & ita procedit communis opinio supra relata: sed istud non potest dici in casu præsenti, in quo testator substituit copulatiue, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quæ verba nullatenus possunt referri ad venientes ab intestato. Vnde communis opinio procederet, quando esset solum fideicommissum relictũ post mortem impuberis, & ista est mera veritas in casu præsenti, quæ adhuc clarius apparebit respondendo his, quę superius in oppositum adducebantur. Sexto bene facit illud, quod ad propositum præsentis
12 casus tenet Bald. *in leg. si arrogator. in tertia oppo. ff. de adoptio.* vbi vult, quod quando testator vult grauare fideicommisso hæredes filij, codicillando ipsi filio, *iuxta dictam l. si fundum per fideicommissum §. fi. ff. de lega. 1.* tunc non debet dicere pater, *substituo per fideicommissum filio meo*, sed debet dicere, *ego intendens codicillari filio meo, substituo hæredibus eius.* Sed hic substituit infanti filio in codicillis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & non hęredibus eius, ergo nihil valet. Tenendo istam partem non obstant superius allegata in contrarium. Et primo dum dicebatur, quod fideicommissum in legitima filii potest iniungi venientibus ab intestato: quia respondetur hoc esse verum: & dum dicitur, quod in casu præsenti istud fideicommissum fuit iniunctum venientibus ab intestato, respondetur hoc esse falsum quia imo fideicommissum fuit iniunctum Mylano filio impuberi, ex quo testator copulatiue simul substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, in quibus verbis copulatiuis fideicommissum nullatenus potest referri ad venientes ab intestato, sed solum ad ipsum filium impuberem, vt supra opportune fuit demonstratum. Nec obstat quod postea testator in eisdem codicillis dixerit, volens & grauans omnes & singulos, ad quos quandocunque ipsa bona seu hæreditas peruenerit, illam omnino & in totum plene & integre restituere supra scriptis substitutis: qa respõdetur, & clare, quod illa verba fuerũt postea appositа in executiuis, & sic nihil obstant, ex quo fideicommissum à principio fuit iniunctum ipsi filio: sed quia executio non poterat fieri nisi post mortem filij, ideo mandauit tunc executionem illis, ad quos di-
13 cta bona seu hæreditas peruenerint. Vnde † verba adiecta in executiuis nihil habẽt operari. *cl. 1. ad fi. de præben. D. Abb. in cap. cum nostris. in vlti. colum. de concess. præben. D. Cardi. & Imol. in cap. quoniam Abbas. de off. de leg. D. Alexand. in l. more in 6. columna ad fin. ff. de iurisdi. om. iudi. Ioann. de Imol. in le. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. columna. ff. de verb. obli.* & dicit satis ad propositum nostrum D. Anto. de But. *in consi. 39. incip. visis puncto & quæsitis. circa primam dubitationem &c.* quod verba ad executionem prolata non alterant vim primariæ dispositionis, sed in suo primo intellectu con-
14 firmant, *per text. in d. cle. 1. de præben.* Præterea † clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium: *vt notat Bartol. in leg. quisquis. per glo. ibi. ff. de leg. 3. & in l. auia. in princip. ff. de condi. & dem. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium. in 1. column. ff. de eden. Pau. de Castr. & Raph. Fulg. in leg. 1. Cod. de lib. præte. cum aliis suis concordantiis.* Et tanto fortius in casu p̃senti, in quo clausula præcedens est principalis & dispositiua ipsius substitutionis: clausula vero sequens est solũ executiua. Nõ obstat ẽt, dũ dicebatur, cp etiam in casu dubio fideicommissum censetur esse relictum à venientibus ab intestato, & sic in dubio valet in legitima filij: quia respondeo, hoc esse verum, & fateor ita esse veram, & communem opin. quam semper legendo tenui, prout superius plene retuli. Sed dico *constaret*, quod nos sumus in casu dubio, imo in casu claro, in quo fideicommissum fuit iniunctum filio impuberi, ex quo testator, vt iam pluries dixi, copulatiue substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Et prædicta cõis conclusio ꝓcederet, quãdo esset solũ fideicõmissum relictũ post mortẽ impuberis, tunc tale fideicõmissum simpliciter relictũ bene censeretur esse relictũ à venientib. ab intestato, quod nõ est in casu præsenti. Item, vt dixi supra in quinto fundamento, diceremur esse in casu dubio quando verba fideicommissi possent referri ad filium impuberem, & etiam possent referri ad venientes ab intestato, quod nullatenus potest dici in casu præsenti, in illis verbis copulatis, *substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.* Item prædicta communis conclusio procedit, quando verba fideicommissi fuerunt simpliciter prolata: *prout dicunt Bartol. & omnes in d. leg. qui duos. ad fin. ff. de vulg. & pup.* Sed in casu præsenti verba fideicommissi non fuerunt simpliciter de per se prolata, sed simul & copulatiue cum vulgari & pupillari substitutione: ergo nullatenus possunt referri ad venientes ab intestato. Et per ista remanet plene & subtiliter discussum primum dubium principale. Transeo ad secundum dubium scilicet ad quartam Trebellianicam, quam testator prohibuit expresse in codicillis detrahi. Nam disposuit, quod bona, seu hæreditas omnino, & in totum plene & integre restituatur suprascriptis substitutis sine aliqua detractione tam legitimę, quam Falcidiæ, & Trebellianicæ. Sed
testator † potest hodie prohibere detractionem 15
Trebellianicæ, secundum magis communem opin. *& ita tenet glo. in § si vero expressum. in verb. substitutis. & ibi Ang. in auth. de hæred. & Fal. & glo. in §. sed quia stipulationes & ibi Ang. de Aret. institu. de fidei. hære. Bart. & magis communiter alij in leg. Marcellus. in prin. in 2. q. ff. ad Treb. Cy. Barto. Ang. & Saly. in auth. sed cum testator. Cod. ad leg. Falci. Bald in leg. filium quem habentem. in 12. colum. C. famil. erci. cum aliis multis concordan. quæ tradi consueuerunt in d. le. Marcellus. in princip. vbi ego etiam legendo posui.* Sed contrarium in casu præsenti puto esse de iure verius, quod non obstante expressa prohibitione, quam testator in codicillis fecit, possit ista quarta Trebellianica detrahi. & istud esset expeditum, si teneremus, quod etiam hodie testator non possit expresse prohibere detractionem Trebellianicę, sicut nec poterat de iure Digestorũ, vel Codicis. *leg. 1. §. inde Neratius. ff. ad Treb. & leg. si vt allegas. Cod. ad leg. Fal & §. sed quia stipulationes. insti. de fidei. hære. Et ita tenet gl. in d. auth. sed cum testator. in gl. 2. & ibi Iacob. But. & Bald. Cod. ad leg. Falci & in d. leg. vt allegas.*

legas. & Iaco. de Belui. vbi late disputauit hanc quæstionem in §. hinc nobis in 16. quæstio. in auth. de hæred. & Falci. Archi. in cap. si pater super glo. in verb. Trebellianicæ. vbi Ioann. Andr. in nouella, & Bald. in repe. ad fin. de test. in 6. Ioann. de Imol. & D. Alexan. in d. l. Marcellus. in princ. ff. ad Treb. Ludo. Ro. in repe. auth. similiter. in vlt. charta. C. ad l. Fal. Et ista opinio in puncto iuris videtur esse verior, cum prædicta iura non reperiantur hodie esse correcta, & vitanda sit legum correctio, quantum fieri potest, vt in iuribus vulgaribus. Tamen tenendo primam opinionem tanquam magis communem, quod testator hodie possit prohibere detractionem Trebellianicæ, prout etiam legẽdo tenui in *d. l. Marcellus. in prin.* adhuc teneo in terminis no-
16 stris, quod talis quarta Trebellianica possit detrahi; eo quia in filiis primi gradus, prout est casus noster, testator non potest prohibere detractionem Trebellianicæ: *per text. in leg. iubemus. in verb. licet testator hoc iusserit. Cod. ad Treb. vbi est text.* quod testator non potest disponere, quod liberi primi gradus sibi computẽt fructus in Trebellianica, qui alias essẽt computandi. si ergo testator non potest hoc modo diminuere Trebellianicã filiis', ergo multo minus poterit eam in totum tollere, seu prohibere, *arg. leg. videamus. §. pen. ff. de in litem iuran. & ita expresse tenet Bald. in d. leg. iubemus. in prin. in 3. notabili*, Vbi per illum textum not. quod testator non potest extenuare, nec minuere Trebellianicam filiorum, ergo nec prohibere. & idem etiam tenet ibidem Bald. *in 3. columna in princip. per illum tex.* & ibi subdit, porro nemo dixerit principum illius legis, quod loquitur de fauore filiorum, aliquo iure esse correctum. Idem tenent Saly. & Pau. de Cast. *in d. l. iubemus. in prin.*
17 *in prima columna.* Mouetur Saly. quia † iura noua authenticorum, quæ volunt testatorem posse prohibere trebellianicam. *secundum magis communem opinionem dict. auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur. Cod. ad leg. Fal.* debent distingui & declarari secundum iura vetera. *leg. sed & posteriores. ff. de legib.* & sic debent distingui per d. leg. iubemus in prin. *Idem tenet Saly. in d. auth sed cum testator. Ludo. Rom. in d. l. Marcellus. §. quod autem in fin ff. ad Treb. & in consilio 206 quod incipit, licet ex communi conclusione. D. Alexan. in consilio 5. tertij volumi. quod incipit, circa primum dubium videtur prima consideratione dicendum. circa fin.* vbi prædictam decisionem Bald. refert, & reputat solemnem, & dicit, quod requisitus voluit contrarium consulere. Et ideo ipse D Alexand. *in d. leg. Marcellus. in prin. in 7. & 8. columna.* dicit, quod non vult decidere, quia quæstio pendet de facto. Idem tenet Raph. Com. *in consilio 25. quod incipit, Franciscus instituit D. Gerardam. in penultima columna.* licet ibi non satis clare firmet. Idem tenet D. Petrus Philippus Corneus Perusinus *in d. leg. iubemus. in 1. columna ad fin. & prin. sequentis*, licet contrarium voluerit Cy. *in leg. iubemus. in 1. oppos.* vbi tenet, quod cum hodie testator possit prohibere trebellianicam d. auth. sed quum testator. ita etiam potest disponere, quod fructus computentur in trebellianicam filij primi gradus, & sic quod *d. l. iubemus.* hodie sit correcta. Idem & latius tenet Raph. Co. *in leg. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupil. & in leg. in fideicommissaria. in princ. ff. ad Treb* D. Alexand. *sibi contrarius in consilio 57. primi volumin. quod incipit, consideratis his quæ in themate narrantur. in secunda & 3. columna & in consilio 29. quinti volum. quod incipit, perspectis consideratisque his omnibus.* Sed, vt dixi, præcedens opinio est magis communis, & ab ea non est in iudicando aut consulendo recedendum: *secundum Barto. & Ang in l. fin. C. de pœna iud. qui male iudica.* Et istam opinionem sum semper secutus & legendo, & consulendo, & eam etiam firmaui *in d. leg. Marcellus. in princip. ff. ad Treb.* & hoc vt euitetur correctio, quantum fieri potest, est euitanda. *leg. præcepimus. in fin Cod. de appel. ca. cum expediat. de elec. in 6.* quia quod non mutatur, quare tlare prohibetur? *leg. sancimus. Cod. de testa.* Item & fortius *d. l. iubemus.* loquens in casu speciali nõ debet corrigi per generalitatẽ legis nouę disponentis, quod hodie testator possit prohibere Falcid. d. auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur, & extenditur per Doct. etiam ad Trebellianicam, cum habeamus regulam claram, quod iura noua generaliter corrigentia, nunquam intelli- 18
guntur corrigere leges ponentes casus speciales: *vt est glo. ordinaria & approbata in leg. sciendum. in prin. & ibi Bar. in 1. oppo. ff. qui satisdare cog. Et pro ista regula est bonus text. in leg. in testamentis. Cod. de testa. & ibi Rapha. Fulg. ad hoc notat, iuncta leg. hac consultissima. vbi glo. & doc. Cod. qui testa. fa. pos.*

Et tanto fortius ista procedunt, cum testator licet possit prohibere detractionem Falcidiæ. d. auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur, tamen nullibi expresse habetur, quod possit prohibere detractionem trebellianicæ: & diuersa est ratio inter Trebellianicam & Falcidiam. Nam † si 19
deicõmissarius vniuersalis põt cõpellere hęredem inuitum adire & restituere. *l. quia poterat. ff. ad Trebel.* quod non potest facere legatarius. *le. nam quod. §. si. cum l. seq ff. ad Trebel. & l. si quis omissa. ff. si quis omis. cau. testa.* Vnde cum hæres in vno grauetur à fideicommissario vniuersali, vt cogatur inuitus adire & restituere, nimirum, si ex alio hæredem releuat, vt trebellianicæ detractio sibi prohiberi non possit, *arg. regulæ leg. eum qui in prin. ff. de iure iuran.* Vnde † 20
cum per subauditos intellectus non debeat induci legum correctio: *vt est glo. in d. cap. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in 6.* non debet induci correctio legum, quæ volunt, quod testator non possit prohibere hæredi detractionem trebellianicæ. *d. leg. si vt allegas. Cod. ad leg. Fal. & leg. 1. §. inde Neratius. ff. ad Treb. & §. sed quia stipulationes. instit. de fideicom. hære.* Præterea, quia hodie sit statutum de Falcidia, quod testator possit eam hodie expresse prohibere, quia similiter corrigere in trebellianica effet hoc facere per subauditos intellectus. Et põsito etiam quod sit tenendum, quod testator hodie possit prohibere etiam detractionem Trebellianicæ, & sic quod illa iura sint hodie correcta, prout magis cõmuniter tenetur: tamen non debemus multiplicare inconuenientia. *l. ratas. C. de rescin. vend.* & adhuc tenere, quod etiam debeat dici correcta. *d. l. iubemus. in prin.* quæ simpliciter disponit, quod testator non potest extenuare Trebellianicam filiorũ, ergo nec ꝓhibere: *& vt ibi dicit Bal. in 3. col. in prin. quem et supra retuli.* porro nemo dixerit, principiũ illius legis, ꝙ loquit de fauore filiorũ, aliquo iure esse correctũ. Et multo minus dici posset adhuc in casu pẽsenti, in quo talis ꝓhibitio detractionis Trebel. fuit solum facta per testatorem in codicillis † in quibus nihil 21

directo

directo potest disponi aut prohiberi: *vt in § pe. insti. de codi. & leg. 2. Co. eo. & l. 2. §. fi. & l. quod per manus. ff. de iure codi. & leg. pe. § fin. ff. de condi. insti. & leg. Scæuola. ff. ad Treb. & d. auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur*, quæ est correctoria, loquitur, quando prohibitio detractionis falcidiæ est facta per testatorem in testamento, non autem codicillis. Et quod prohibitio detractionis Trebellianicæ non possit fieri in codicillis, tenet in specie Bald. *in consilio 178. secundæ partis, incip.* ad euidentiam præmittendum est quod quædam conditio est impossibilis. ad fin.
22 Nec prædictis † habet obstare, si per aliquem subtiliter diceret, quod dicta lex iubemus. *in prin. C. ad Treb.* loquitur quando detrahitur vna tãtum quarta, scilicet Trebellianica. quod patet, quia text. ibi dicit, quod retenta quarta dodrans restituitur, quæ quarta Trebellianica imputabatur in legitimam, & magis contemplatione legitimæ fuit ibi hoc introductum quam Trebellianicæ: sed eo casu quo detraherentur ambæ, scilicet legitima, & Trebellianica, tunc sufficit, quod liberi primi gradus habeant hoc priuilegium quantum ad legitimam, sed quantum ad Trebellianicam cessat dispositio d. leg. iubemus. *Ita tenet Pau. de Cast. in leg. mulier. §. cum proponeretur. in pen. colum. ff. ad Treb.* vbi dicit, quod ita alias consuluit, & multis placuit licet dubitauerint consulere: quia est dictum nouum, quod non reperitur ab aliquo dictum. Sequitur & exclamat ibidem D. Alexand. *in octaua columna.* vbi dicit, quod istud dictum nunquam est tradendum obliuioni, nec ab alio scriptum inuenit. *Idem tenet Paul. de Cast. in leg. scimus. in prin. in vltima columna Cod. de inof. testa.* vbi etiam dicit, quod plures Doctores viderunt illud suum consilium, sed noluerunt se subscribere, quia charet authoritate. Ita etiam tenet Paul. de Cast. *in l. quod de bonis. §. fructus. ad fin ff. ad leg. Falci.* Idem consuluit ipse Paul. de Castr. *in consilio 92. incip. quia dubia supra formata satis trita. in vlt. dub.* Sed ista imaginatio Paul. de Castr. non est bona, & nullus tangit, & sic caret authoritate: ideo nullus Doctor, vt etiam ipse refert, voluit ipsam sequi, & se subscribere. & contrarium tenet Bartol. si bene inspiciatur, in d. leg. quod de bonis. *§. quod auus. ff. ad leg. Falc.* vbi vult, quod d. lex. iubemus. habeat locum, quando medietas hæreditatis retinetur, & sic duæ quartæ. & ita etiam ponderat ipsemet Paul. de Castr. sibi contrarius *in d. l. iubemus. in prin.* vbi ipsemet Paul. de Castr. sequutus Bartol. tenuit contrarium, & dicit quod ista secunda pars est securior, licet præcedens de rigore iuris videatur magis placere: sed quia non reperit aliquem ad hoc aduertentem, ideo sequitur istam secundam opinionem, quæ colligitur ex dictis Bartol. *in d §. quod auus.* quando medietas hæreditatis retinetur per liberos primi gradus, quod tunc fructus non computentur eis in Trebellianicam, *per d. l. iubemus. in prin.* Idem tenet Angel. *in consilio 123. quod incipit, Iolus* D. *Dalmatij de Tuderto. in vlt. columna in secundo & 3. dubio*, quod etiam allegat D. Alexand. *in d. leg. mulier. §. cum proponeretur. in octaua columna.* Istam partem etiam tenuit ipse D. Alexan. sibi contrarius & melius *in d. leg. quod de bonis. §. quod auus.* vbi dicit esse bene notanda verba Bartol. ibi volentis, quod d. lex. iubemus. habeat locum etiam, quando duæ quartæ deducerentur, & quod ita etiam voluit Ang *in d. consilio 123.* licet referat contrarium voluisse Paul. de Castr. in locis præallegatis, non facientem mentionem de Bartol. nec de Ang. & quod propter autoritatem eorum durum esset in practica obtinere contrarium. Motus, & bene, quia intelligendo, quod d. lex. iubemus. solum haberet locum, quando filius detrahit vnam quartam, seruiret nobis de vento; quia legitimam debent habere filij, absque eo quod in ea imputentur fructus. *l. scimus. §. repletionem. Cod. de inof. testa.* & sic inane esset priuilegium d. leg. iubemus. cum esset satis consultum liberis in vna quarta. Nec obstat, quod text. in d. leg. iubemus. dicat, quod retenta quarta dodrans restituitur, & sic tres quartæ; quia ad illum textum potest facile responderi secũdum Paul. de Castr. *ibi in secunda columna.* quod intelligatur de dodrante residui. Nam in legitima non cadebat fideicommissum, & perinde erat, ac si fuisset rogatus restituere, quod supererat vltra legitimam debitam filio: sicut in simili habetur *in d. le. mulier. §. cum proponetur. ff. ad Treb.* Et ita etiam ante cum respondet Bald. *in leg filium quem habentem. Cod fam: l. ercis. in nona columna in verficu. extra opponitur, dicitur hic & c. post Azonem per eum relatum,* D. *Alexand. in d. leg. quod de bonis §. quod auus. in vlt. col.*

Est de materia præcedentis consilij.

NOVI iamdudum acumen ingenij tui, quo soles intima quæque & recondita penetrare ac soles lynceis oculis vltra parietes prospicere. Vidi acutissima dubia tua, quæ circa consultationem meam excitasti. fecisti ex perspicuitate ingenij tui, relinquã, vt tua dubia tu ipse dissoluas. vna manus nobis vulnus opemque ferat, vt inquit Pelignus poeta de telo Achillis. Ego si nodum dubitationum tuarum soluere vellem, obseruarem modum Alexandri Macedonis, qui cum in templo Delphico nodum soluere nesciret, eum abscidit. satis est mihi, quod testator in codicillis in clausula principali substituit per fideicommissum filio infanti: ergo in legitima nihil valet: & quia fideicommissum est relictum post mortem filij, & sic per ipsũ filiũ nõ poterat fieri restitutio, idcirco voluit, mandauit, & grauauit, quod venientes ab intestato talem restitutionem facerent. Ista videtur mihi, quod sit exequutio, seu clausula exequutiua, in qua testator non se fundat & sic cessat illud, quod dicit Do. Cardina. Floren *in cle. 1. in §. ad hæc. in 3. oppo. de præben.* quamuis postea prohibeat detractionem legitimæ, Falcidiæ, & Trebellianicæ. Nec est absurdum, quod eadem clausula quo ad quid sit exequutiua, & quo ad quid dispositiua. Vnde quo ad substitutionem fideicommissaria iam est mere exequutiua, & cum ipsa substitutio expresse facta in prima clausula fuerit expressa nulla, ex quo fideicommissum in legitima imponi filio non potuit,
23 clausula † exequutiua non potuit illud, quod est nullum declarare, nec principalem dispositionem immutare *d. cle. 1. de præben.* Item aduertatur, quod dicta clausula fuit appposita à notario, & non est ex deliberatione testatoris: vt in simili dicit Bartol. *in le. 1. in 6. quæst. ad fi. ff. de iure codicil.* Imo, quod deterius est, post

est, post mortem ipsius testatoris quidam doctor Papiensis adiecit illam clausulam, & illa verba in ipsis codicillis, tamen istud bene probari non potest, sed veritas ita se habet: & ideo totis viribus conandum est, vt veritas defendatur. Item aduertatur, quod si dicimus in casu prælenti fideicommissum fuisse iniunctum venientib. ab intestato,
24 adhuc non valeret, quia † eis fideicommissum iniungi non potuit, ex quo non fuerunt à testatore honorati. Nam Bart. & Doc. qui volunt, quod fideicommissum in legitima possit iniungi venientib. ab intestato, mouentur: quod venientes ab intestato habēt ex tacita voluntate testatoris: qui potuit alios substituere. *l. conficiuntur. in prin. ff. de iur. codicil. Bar. & alii in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. ff. de leg. 1. & in l. 1. §. fi. ff. de vulg. & pupil.* Sed in casu præsenti, ex quo testator prohibuit omnem detractionem legitimæ, Falc. & Trebel. & cuiuscunque alterius modi, ergo in totum excludit venientes ab intestato, vt nullum penitus commodum ex persona infantis haberent, ergo non potuerunt fideicommisso grauari, per hoc, quod sint venientes ab intestato. Et si diceretur, quod auiæ paternæ reliquit vsumfructum, propter quem potuit fideicommisso grauari. *l. si mulier. §. fi. ff. de leg. 3. Bald. in l. ab eo. C. de fideicom.* Respondetur, quod amitæ quæ ex forma statuti Papiensis admitti debent ad successionem infantis prædefuncti, non sunt totaliter honoratæ, quod possint fideicommisso grauari. Ista dicta sunt non vice responsionum, sed simplicis commemorationis loco, tuum est, qui vulnera dubitationum intulisti, eisdem medelam adhibere. Hoc solum commemorabo, quod consultatio mea est, & iam incipit tua fieri, cum omnia mea tua sint: Ergo communem honorem tutari debes.

Bene vale.

CONSILIVM C.

SVMMARIA.

1 *Libellus & sententia in iudiciis debent esse conformes.*
2 *Libellus habet se vt subiectū, sententia vt prædicatum.*
3 *Societas extinguitur morte, fallit nu. 4.*
5 *Verba pro resto, quid significant.*
6 *Rationem reddere qui tenetur, ad quatuor tenetur.*
7 *Sententia incerta non exequibilis.*
8 *Ratio sine libris rationum reddi non potest.*
9 *Redditio omnū rationum debet in se bonā fidē habere.*
10 *Factum quando ordinatur secundum suum finem ad dationem, iudicatur esse datio.*
11 *Verba sententiæ sunt stricte intelligenda.*

1 IN iudiciis † duo potissimum debent se ad inuicem conformare, scilicet libellus, & sententia; quia non aliud iudicandum est, quam quod in libello comprehensum sit. *ita dicit glo. notabilis. 2. q. 8. in c. si quam gloss. notat & reputat tenendam menti Bar. in l. Pomponius. §. sed & his. ff. de proc.* Li-
2 bellus † enim se habet vt subiectum, sententia vero vt prædicatum. *Ita dicit Dom. Abb. in capitul. dudum. in vltim. column. de deci. per gloss. fin. ibi, quam dicit ad hoc quotidie allegari.* Ideo in præsenti causa videndum est, quid sit per illos de Benciis libellatum, deinde quid sit sententiatum in libello. Ergo dicti de Benciis inter cætera tria proponunt. In primis asserunt, duas fuisse societates, vnam sub titulo Laurentij & Iuliani de Medicibus & sociorum, aliam mortuo Iuliano sub titulo Laurentij sociorum. Et
† sic per mortem Iuliani & Francisci de Noris ex- 3
tincta fuit illa prima societas: *vt le. nemo potest. & leg. adeo. & l. actione. §. morte. & l. in duobus. §. idem respondet. & l. verum. §. in hæredem. ff. pro socio. & §. soluitur. insti. eo. & l. cum furti. §. pe. & ibi bona glo. ff. de insa.* Et sic talis prima societas non transiuit ad hæredes, vt iuribus prælegatis præsertim pupillos, vt erant tunc filij pupilli Francisci de Noris: *vt tenet Bartol. in l. Titium aut Mauiū. §. altero. in vlt. col. ff. de adm. tut.* & sic apparet dictos de Noris pupillos non teneri ad pecunias exactas tempore secundæ societatis: Nec obst. si diceretur † societatem non esse extinctam morte 4
quo ad negotia iam cœpta & inchoata explicanda: *vt est tex. notabilis in l. nam & Seruius. §. si viuo. ff. de negog est.* quia respondetur, quod istud negotium florenorum 6400. non dicitur sic inchoatum tempore primæ societatis, quod requireret exactionem tempore secundæ, ex quo societas non tenebatur, nisi de exactis, & quatenus exigeret, & sic non cogebatur illud aliter adimplere: ergo quo ad illud nō durat societas extincta per mortem: prout expresse tenet Bart. *in d. l. nam & Seruius. §. si viuo.* Secundo, 5
dicti de Benciis in libello dicunt † quod restant debitores de florenis 3200. & ita petūt declarari, quod restant creditores de dictis florenis 3200. Sed illa verba, quod restant, vel pro resto, seu pro residuo, probant debitum pro reliqua parte fuisse solutum: secundum Ray. Ang. & Imol. *in l. si ex pluribus. in prin. ff. de solu. per glo. ibi in verb. reliquum notant. Bald. & Saly. in l. si quidem. in fi. C. de transa. Pau. de Cast. & alii moder. in l. 2. C. de her. inst.* Ergo prædicti de Noris qui solum poterant teneri pro pecuniis exactis tempore, quo durabat prima societas, & pro illis dicti de Benciis præsupponant eis fuisse satisfactum, non tenentur amplius nec amplius possunt inquietari pro aliis pecuniis postea exactis tempore secundæ vel alterius societatis: *per ea quæ supra proximè dicta sunt.* Tertio, dicti de Benciis in libello petierunt exhiberi libros retentos per dictos de Medicibus de anno 1476. & 1477. in quibus dicunt apparere de exactione dictæ quantitatis: Ergo talis petitio & talis libellus non potest referri ad quantitatem vltimo loco exactam tempore secundæ societatis, vel alterius tertiæ, ex quo formaliter comprehendit illam, quæ fuit exacta tempore, quo Laurentius & Iulianus & socij viuebant. Nunc transeo ad secundum scilicet ad videndum quid sit sententiatum. In sententia fit condemnatio ad reddēdum computum, & faciendum debitum dictis de Benciis, vsque ad dictam summam floren. 3200. & sic dicti de Medicibus & socij, vel eorum hæredes sunt condemnati ad factum, & non ad certam quantitatem, scilicet ad reddendum computum vsque ad summam dictorum floren. 3200. prout etiam tenebantur omnino de iure communi: *vt l. quamuis. & leg. cum seruus. ff. de cond. & dem. & l. si statu libera. §. fin. ff. de statu lib. & l. si fuerit ita. §. pe. ff. de manumis. test.* Nam † qui 6
tenetur rationem reddere tenetur ad quatuor, videlicet codices edere, calculum ponere, residua reddere, & purgare moram solutione eius quod debetur. *d. l. cum seruus. ff. de cond. & dem. & l. si pure. §.*

si.& l. si pater. §. si Sticho. ff. de fideico. lib. secundum Bal. in l. cum testamento. C. de test. manumiss. Vnde talis sen-
7 tētia† propter tria in ea contēta, quæ sunt incerta, non est exequibilis, donec liquidetur, & certificetur, & multominus potest implorari brachium militare: *prout notat Bar. in l. perinde. §. 1. vltimo notabili per illum tex. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. circa fi. ff. iud. solui. & in l. 1. in fi. ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de sent. quæ sine certa quanti. & in l. 1. in prin. ff. de ed.* quia nulla executio potest fieri pro debito non liquido & incerto: *secundum Bal. in l. acutissimi. Cod. de iudiciis. & notabiliter Baldus in leg. cum testamento. in fi. C. de test. manu.* In primis ergo & ante omnia debet fieri computū, & sic adimpleri factū primo loco in sententia comprehensum, &
8 sic† debēt exhiberi libri rationum, sine quib. ratio reddi non potest: *vt l. si ita fuerit. ff. de manum. test. & l. si statuliber. §. fi. ff. de statulib.* Vnde nulla ratio recte, vel probe reddi, aut videri potest, nisi per ostensio-
9 nē librorū: *secundum Ang. in con. 285. quod incipit in facto assertum est mihi. in 2. col.* Itē† omnis redditio rationum debet in se bonā fidem habere, necnon solertiam, & diligentiā, quam natura actus desiderat, nec perfunctoriis scripturis, sed codicib. solenniter & more consueto confectis est danda fides: secundum Bal. *in con. 153. tertii vol. incip. præmittendum quod socius socio.* Vnde dicti de Noris exhibendo, prout fecerunt, libros rationum, & calculatorū cum depositione etiam alicuius minimi, & promissione de satisfaciendo reliquum, adimpleuerunt id, ad quod tenebantur: *secundum Bar. & alios in l. prætor ait. § si quis paratus. ff. de ope. nou. nun. per Ang. & Imo. in l. de*
10 *pupillo. §. si is cui, ff. eodem, cū aliis concordantiis vulgo traditi solitis.* Et licet † quando factū ordinatur secundum suum finē ad dationem, iudicetur esse datio, prout notat Bar. *in l. naturalis. §. quod si faciam. in primo notabili, per illum tex. ff. de præsc. ver. Bar. & Moder. in l. 5. §. fi. ff. de verb. obl. & in l. cū proponas. C. de dolo.* tamen istud factum, de quo in casu præsenti quæritur, debet incipere à computatione, & ea facta postea debet fieri executio per solutionem, & restitutionem reliquorum, & sic per dationem, vt superius dixi. Secundo, in dicta sententia expresse dicitur, quod dicti de Benciis in plurib. vicib. plures quantitates habuerunt secundum scripturas illorum de Medicib. quarum partē dicti Bencii defectarunt, & non acceptarunt, & sic talia capitula restant in disputatione & dubio, & non possunt declarari: quia non extant, qui ostendāt, aut respondeant pro parte illorum de Medicib. ita expresse cantant verba dictæ sententiæ. Ergo cum sint certa capitula per Bencios defectata, quæ debēt per ordinarium declarari, apparet, quod ante factam dictā declarationem dicta sententia non est certa, nec exequibilis, præsertim cum non appareat, an talia capitula defectata fuerint de summa exacta tempore primæ societatis, an vero de summa exacta tempore secundæ vel tertiæ societatis. Tertio, in dicta sententia expresse dicitur, quod partitæ, quæ sunt in disputatione, aut quæ in futurum in dubio ponerentur, relinquuntur in suspenso ad declarationē & determinationē iudicis cōpetentis, ergo interim non potest fieri aliqua executio vigore dictæ sentētiæ, nisi prius facta declaratione & determinatione per iudicē cōpetentē de his, quæ sunt dubia, aut in dubiū de-
ducentur. Nam verba sententiæ sunt stricte intelli- 11
genda, nec habere debent intellectum, quem ex lata significatione vocabuli habere possunt, sed debent restringi ad illum intellectum, quem stricte habere possunt; *cap. dilectus. & ibi D. Abb. in secundo notabili ad hoc notat, de offi. ordinarii.* Vltimo aduertendū est, quod ipsimet iudices in dicta sua sententia ingenue fatentur, se non posse ferre sententiā certam & liquidā; eo quia nō possunt clarificari, cū nō sint qui ostendant, aut respondeant pro Medicibus: sed qui fuerunt adstricti sub censuris pœnalibus per sex Florentiæ consiliarios ad iudicandum, ideo solum & simpliciter iudicant super iuribus & credito illorum de Benciis, & partitas dubias, aut quæ in dubium ponerentur, relinquunt in suspenso ad futuram declarationem & determinationem iudicis competentis. Ergo apparet talem sententiam, quæ non est certa, neque liquida, respectu summarum aut quantitatum cum nondum sint liquidatæ, sed relictæ in suspenso, nullo modo esse exequibilem, & multo minus implorari posse brachium militare ante declarationem & determinationem à iudice competenti factam, ad quam ipsa sententia expresse se refert.

CONSILIVM CI.

SVMMARIA.

1 *Immunitatem perpetuam non possunt concedere decuriones. fallit nu. 3. 5. 12. 15.*
2 *Decretum immunitatis censetur ambitiosum.*
4 *Communitas non potest concedere immunitatem pertuam suo ciui.*
6 *Lex debet extendi quando tractatur de fauore & vtilitate publica.*
7 *Principis contra factum ex certa scientia quis non auditur.*
8 *Plenitudini potestatis Principis nihil resistit.*
9 *Clausula,* supplentes &c. *non supplet naturales defectus.*
10 *Dux Mediolani potest in terris suis vti plenitudine potestatis.*
11 *Princeps potest derogare. l. vacuatis. C. de decur. li. 10.*
13 *Legis in generali prohibitione non comprehenditur propter benemerita concessum.*
14 *Priuilegium exemptionis potest reuocari propter ingratitudinem.*
16 *Principis assertioni super benemeritis standum est. 18.*
17 *Verba enunciatiua geminata probant & disponunt.*
19 *Verbum,* hauere, *significat bona propria.*
20 *Concessio redditur nulla communitatis, si legitimus numerus non interuenit.*
21 *Princeps quando imponit perpetuum silentium, pars non debet audiri amplius.*
22 *Sententiæ tres conformes vbi sunt, pars amplius audiri non debet.* (dicata.
23 *Rescriptum à principe non potest impetrari super re iu-*
24 *Exceptio litis finitæ inducitur ex vna sententia, quæ in rem iudicatum transiuit.*
25 *Restitutio in integrum contra tres sententias non datur in iudicatum transitas.*
26 *Exceptio ex defectu iurisdictionis nunquam censetur exclusa declaratur n. 27. & fallit vt n. 28.*
29 *Immunitas contra Castrum, vel communitatem potest præscribi.*

De

De materia immunitatis.

IMMVNITAS fuit concessa per antianos, & duodecim præsidentes ciuitatis Alexandriæ cum autoritate & consensu potestatis & Vicarij quondam do. Christophoro Ghilino pro se & hæredibus suis in perpetuum, & pro bonis tam acquisitis quam acquirendis, anno Domini 1437. Ista talis immunitas postea fuit confirmata, & de nouo concessa per lites Illustrissimorum Principum Mediolani, & præsertim per literas Illustrissimi Ducis Philippi in ampla forma, & cum clausulis multum latis. Item latæ fuerunt tres sententiæ conformes super validitate dictæ immunitatis, quæ sententię transiuerunt in rem iudicatam. Quarto illustrissimus Dux Franciscus cum interuentu senatus, iustitiæ causa per eos diligenter examinata, dictum priuilegium immunitatis, & dictas tres sententias confirmauit & approbauit, mandãs ne contra eas quicquam posset attentari. Item decursa est præscriptio longissimi temporis, non solum 40. imo 60. & plurium annorum, quibus dicti de Ghilinis nihil soluerunt, aliis tamen soluentibus. Istis sic se habentibus, prout se habent, durum & quodammodo nefas videtur amplius in dubium refricare de validitate vel inualiditate dicti priuilegij immunitatis & dictarum trium sententiarum, quæ transiuerunt in rem iudicatam. Et licet stantibus istis fundamentis veritas sit in aperto, nec cuiusquam adminiculis indigere videatur: tamen vt adhuc magis explendescat in lucem, *iuxta text. 35. quæst. vltima, cap graue. & glo. in cap cum Ioann. Eremita in gloss. antepenul. de fide instrumen.* examinabo vnumquodque fundamentum de per se faciens pro validitate dictæ immunitatis, & particulariter respondebo fundamentis, quæ pro communitate Alexandriæ adduci videntur. Assumo in primis ipsum priuilegium immunitatis de quo constat publico documento. Contra dictam immunitatem quatuor ex parte communitatis opponi videntur. In primis opponitur defectus potestatis cõcedentium. Nam † decuriones seu præsidentes communitatis non potuerunt concedere immunitatẽ perpetuam ciui sibi subdito. *le. 1. C. de immu. nemi. conced. lib. 10. leg. vacuatis. & ibi Bartol. & alij. Cod. de decurio. lib. 10. Bartol. notabiliter in lege secunda. ff. de iure immu. & late D. Alexand. in consilio 101. primi volum. quod incipit, visis instrumentis exemptionis.* Ratio; quia † tale decretum immunitatis cẽsetur esse ambitiosum, & contra publicam vtilitatem. *leg. 1 & le. præscriptio. Cod. de oper. publi.* ideo non est seruandum. *leg. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. secundum Ioann. de Pla. in d. leg. vacuatis.* Item specialiter † permissum est decurionibus ciuitatis, vt possint concedere immunitatem doctoribus & medicis. *leg. 1. C. de decre. decu. lib. 10.* Ergo in contrarium est ius commune. *leg. ius singulare. & l. quod vero contra. ff. de legi. & le. 1. in fin. ff. ad municip.* Vnde cum sit ablata potestas communitati concedendi tales immunitates per dict. le. vacuatis: ergo aliquo modo non potuit ad hoc manum apponere. Huic oppositioni multipliciter respondetur. Primo, quod † communitas non potest concedere immunitatem perpetuam suo ciui, *iuribus præallegatis*, verum est in præiudicium Principis, ità procedunt iura in oppositum adducta: sed bene valet cõcessio talis immunitatis in præiudicium ipsius communitatis concedentis. *le. inter debitorem. & leg. epistola. §. pactũ ff. de pact. & ita tenet gloss. ordi. in d. l. vacuatis. quam glo. sequitur D. Abb. Panor. in cap. 2. in vltima columna de immu. eccl. Andreas de Barulo in leg. in fraudem. ad fin. Cod. de anno. & tribu. lib. 10. Ange. in leg. inter debitorem. in fin. Lud. Roma. in consilio. 252. incip. pro declaratione propositæ consultationis. in primo dubio.* Secundo respondetur, quod † sicut antiani & sapientes potuissent concedere talem immunitatem doctoribus & medicis. *d. l. 1. Cod. de decre. decu. lib. 10.* ita etiam potuerunt concedere personis: *vt inquit Bar. tol. in d. l. vacuatis in fin.* eo quia publice & communiter ipsi communitati prosunt: Ergo similiter illam concedere potuerunt prænominato quondam domino Christophoro Ghilino, qui assistebat personæ Ducis Mediolani, & erat ex eius quæstorib. seu magistris extraordinariis, & sic poterat in multis prodesse, & ita proderat suæ ciuitati: ergo ex eadem ratione vtilitatis publicæ fieri debet extensio ad præsentem casum; quia † vbicunq; tractatur de fauore publico, vel vtilitate publica, lex debet extẽdi: *secũdum Bar. in l. constãte in prin. in 9. q. 1. partis principalis. post gl. ibi. ff. solu. matr. & in l. 2. §. exercitũ. ff. de. insa. & in le. quemadmodum. circa medium C. de agri. & censi. lib. 11. facit bene text. in l. hoc modo in si ff. de condi. & demonstr.* Tertio respondetur, quod Dux Philippus motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis ducalis, etiam absolute confirmauit dictam concessionem immunitatis, & quatenus opus foret de nouo concessit, & voluit pro lege haberi, supplendo ex eadem potestate omnes defectus, & maxime respectu potestatis concedentis, aliquibus in contrarium vel factis vel fiendis nequaquam obstantibus, vt ex ipsis literis ducalibus inspici potest. Quibus sic stantibus, non est amplius de validitate dictæ immunitatis dubitandũ, prout in terminis nostris in immunitate concessa per communitatem, & confirmata per principem etiam sine tot clausulis consuluit Dominus Alexand. aureus Doctor veritatis *in consilio 30. quinti volum. quod incipit, ponderatis narratis in themate. in tertia columna & sequenti.* Item † non debet quis audiri contra illud quod facit, vel confirmat Princeps ex certa scientia, immo debet repelli, & imponi ei perpetuum silentium. Ita pulchre notat Bald. *in titu. de pace Constan. in decima columna in §. si quis autem. per illum textum, in verb. non admittemus.* Item princeps apposuit clausulam, de plenitudine potestatis etiam absolute, vnde temerarium est, & quasi sacrilegum de validitate talis immunitatis amplius disputare *leg. 2. C. de crimi. sacri.* Nam plenitudini † potestatis principis nihil resistit. Nam si libet, licet. *leg. princeps. ff. de legi. secundum Bald. in cap. primo in 11. columna de constitu. & in consilio 333. primæ partis, incipien. ad intelligentiam sequendorum præmittendum est. circa principium.* Item plenitudo potestatis principis nulli necessitati est subiecta, nullisque iuris publici regulis limitata: *secundũ Bal. in l. 2. in 7. col. C. de fer. & aqua.* Itẽ princeps de plenitudine potestatis potest contra ius & supra ius dispensare. *vt est text. in cap. proposuit de concess. præben.* Item princeps suppleuit de eadem pleni-

tudine potestatis quoscunque defectus, & maxime respectu potestatis concedentium. Ergo de tali potestate, & sic de causa efficienti non est amplius
9 disputandum. Nam †per istam clausulam, *supplentes de plenitudine potestatis*, intelligitur dispensatum & suppletum quoad omnes defectus iuris præterquam naturales: secundum Spec. *in titu. de legato. §. nunc ostendendum. in versi. 18. D. Anto. & alij cano. in c. 1. de transactionibus. dominus Abbas in capit. illa quotidiana. de elect. & in c. inter dilectos. in 8. colum. de fide instr. & in cap. ea quæ in vltima colum. de re iudi. Ioan. de Imol. in le. quidam consulebant. in 8. columna. ff. de re iudi. D. Alexan. in consi. 79. primi volum. quod incipit, circa primum, de quo quæritur. in 8. columna. Ioann. And. & alij in cap. examina-*
10 *ta. de constit. vtili vel inutil.* Itẽ † dux Mediolani potest in terris suis vti plenitudine potestatis, & omnia facere sicut Imperator in vniuerso: *secundum Bald. in consilio 359. tertij volu. quod incipit, quemadmodum Imperator. Ang. notabiliter in cons. 217. incipiente, in causa accusationis. in 2. colum. & late Pau. de Cast. in consi. 227. incipiente, super primo dubio videtur dicendum. & proprie in terminis nostris dominus Alexand. in prædallegato consi. 30. quinti volum. in 3. columna.* Quarto respondetur, quod
11 † dispositio. *d. l. vacuatis.* cum aliis superius adductis princeps potuit derogare apponendo clausulam, non obstante: *vt l. fi. C. si contra ius vel vtili. pub. Ita tenent Barto. Bald. & Ang. in d. l. vacuatis. Ioann. And. in cap. 2. de immu. eccle. & ibidem. D. Abb. in pen. colum. dominus Alexand. in prædallegato consi. 30. quinti volum. in 3. column.* Sed dux Phillippus in suo rescripto derogauit apponendo clausulam, *aliquibus in contrarium facientibus nequaquam obstantibus.* Item clausula, *ex certa scientia*, cum clausula *de plenitudine potestatis*, idem operatur q; clausula, *non obstante l. idẽ Vlpianus. ff. de excusa. tuto. & l. quidam consulebat. ff. de re iud. Bald. in l. fin. in 1. colum. C. sentent. rescin. non pos. cum aliis concor. quas adducit dominus Alexand. in sapius allegato consi. 30. quintæ partis, in 3. columna.* Quinto & adhuc notabilius respondetur, quod communitas Alexandriæ dictam immunitatem concessit memorato quondam domino Christophoro Ghilino propter eius bene-
12 merita, sed sic est, quod † propter benemerita possunt decuriones, vel sapientes ciuitatis concedere immunitatem perpetuam ciui suo: prout tenet D. Alexand. *in eo consi. 30. quintæ partis in quarta columna. D. Feli. in cap. accedentes. in vltima columna. de præscrip.* Et ita etiam in terminis tenet Bartol. *in le. ambitiosa. in secunda columna in 1. quæstio. ff. de decre. ab ordi. facien.* Vbi tenet, quod decuriones ciuitatis possunt remunerare bene facientes ac benemeritos, & donare de bonis ciuitatis: *per l. iubemus nulli. §. scientes. et ibi gl. Cod. de sacros. eccle. & l. cum plures. §. pen. & l. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tutor. & l. diuus. §. fi. ff. de bonis dam.* Nec per hoc decreta dicentur esse ambitiosa nec rescindi poterunt, secundum eum. Confir-
13 matur † quia in quacunque generali prohibitione legis, vel statuti non comprehenditur illud, quod conceditur propter benemerita. Vnde res generaliter prohibitæ alienari, tamen possunt ex causa remunerationis propter benemerita alienari, secundum Bartol. *in 1. rubrica. ff. veteris, in vltima colu. per text. in d. l. iubemus nulli. in prin. vbi etiam glo. & Bart.* Sic personæ alias prohibitæ alienare, tamen possunt alienare propter benemerita: & sic ex causa remunerationis. *l. viuus libertus. ff. si quid in fraud. patro.* Vnde tutores, curatores, & similes, qui alias prohibentur donare res minorum, tamen possunt donare ex causa remunerationis propter benemerita. *le. cum plures. §. pen ff. de admi. tuto. & l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio. distrah.* Item licet † alias priuilegium 14
exemptionis, vel immunitatis possit reuocari propter ingratitudinem, vt notat Bald. *in le. 2. Cod. de lib. & eorum lib. in fi. in vltimis verbis*, tamen vbi esset concessum in remunerationem benemeritorum, non posset propter ingratitudinem reuocari: *vt est text. singularis in l. si pater. §. fin. ff. de dona. per quem tex. ita tenet D. Alex. in con. 215. secundi volu. quod incipit, nec arguendi sumus. in 1. colum.*

Nec huic † fundamento obstat, si diceretur, 15
quod quamuis propter benemerita licitum sit cõmunitati concedere immunitatem perpetuam alicui suo ciui, tñ oportet quod de talib. meritis constet aliter quam per illam simplicem assertionem, de qua in instrumento concessionis immunitatis: *vt l. 1. Cod. de hu qui à princi. vaca. accep. lib. 10. & ibi notat glo. quam sequitur Bald. in leg. illud. ad fin. Cod. de sacros. eccle. facit, quod notat Bartol. in leg. si forte per illum textum. ff. de castr. pecu. glo. & Doc. in leg si donatione. Cod. de colla. cum concor. quas ibi dedi.* Et ita in specie in terminis nostris immunitatis tenet dominus Alexand. *in consi. 101. primi volum. quod incipit, visis instrumentis exemptionis. in 6. colum. ad fin. & seq. vbi ad hoc adducit & in specie refert, quod eleganter voluit Ioann. And. in addi. Specu. in titu. de rebus ecclesiæ alie. vel non. super rubr. vt ibi seriosius per eum.* Ad hoc tripliciter respondetur. Primo, quod dux Philippus in dictis suis literis attestatur, prædictum dominum Christophorum de Ghilinis erga dictam communitatem Alexandriæ & hanc immunitatis liberalitatem longe etiam ampliora promeritum. & ipsos antianos & duodecim sapientes ad huiusmodi exemptionem digna & honesta causa motos esse. Vnde † de huiusmodi 16
benemeritis assertioni ipsius principis in hoc se fundantis standum est: *vt clem. 1. de proba.* Quinimo etiam vbi princeps se fundat in facto alieno, etiam tunc præsumitur pro assertione sua; sed potest probari contrarium, præsertim quando motu proprio ita diceret, vt in casu nostro. Ita notabiliter tenet do. Abb. *in cap dudum. circa medium. de priuilegiis. & in d. clem. 1. de proba.*

Et tanto magis cum istud non sit factum omnino alienum, ex quo dominus Christophorus Ghilinus assistebat lateri principis, & erat ex magistris extraordinariis ipsius principis, & sic princeps poterat cognoscere, & scire pleraque beneficia, quæ dominus Christophorus mediante eius officio impendebat communitati Alexandriæ. Secundo respondetur, quod in casu præsenti benemerita domini Christophori probantur non solum ex sola assertione communitatis, sed etiam ex assertione principis in talibus benemertis se fundantis. & sic in casu præsenti adest geminata assertio benemeritorum, & communitatis, & principis. Vnde geminata assertio benemeritorum debet esse efficacior, & plus operari, ac probare, quam simplex assertio benemeritorum, argumento eius quod notat Bartol. de verbis enunciatiuis geminatis † quæ disponunt & probant, *in lege cum* 17
scimus

scimus.in fin. per illum text. Cod. de agric. & censit. libr. 11. dom. Abb.in c. si cautio.ad fin.de fi.instrumen. & in repetitione cap.per tuas. in 9.col.de arbit. Item duo vincula plus operantur quam vnum. *authen. itaque. & in corpore vnde sumitur.Cod.communia de succes.& l.cum in adopti.in prin.& ibi Bal.in 2.col.notat.C.de ado. & c.1.& ibi gl.de treug.& pac.* Tertio & adhuc notabilius respondetur, quod non statur soli assertioni concedentis de benemeritis: est verum, quando est aliqua priuata persona, quæ hoc asserit,ita procedũt iura superius in oppositum allegata, sed quando decuriones, vel sapientes ciuitatis asserunt de benemeritis eius,cui concedunt, tunc eorum assertioni bene statur,& credendum est eis in eo, quod asserunt:quia talia officia non conceduntur nisi electis,& grauibus personis, quibus credendum est: *vt l.prima ff.de officio præfecti prætorio.* Ita notabiliter ad literam tenet Bar. *in l.ambitiosa.ff.de decr.ab ord.facien.in vltima charta, in versic. Visis & examinatis dictis regulis. Sequitur Bal. in c. pastoralis. in princ.de off.delega.* Et miror vchementer, quod de ista decisione Bar. non aduertit dominus Alexand. *in præallegato consi. 101.primi volum.in 6. colu. ad finem & sequenti.* Confir-
18 matur ista solutio; quia † regula in oppositum deducta, quod non statur assertioni solius concedentis de benemeritis, procedit in priuatis:secus est in iudice, vel in publica persona: *secundum Bald. in rubr.extra de off.delega. in penultima colu. & ratio diuersitatis est, vt ibi dicit Bald.quia lex multum præsumit pro iudice,seu pro publica persona.l.2.Cod.de off.ciuil. iudi. secus in priuatis.& ita etiam tenet dominus Alexand. licet de Bald.non fuerit recordatus in l.1. in 7. char. in versic.sed iuxta hæc quæritur præses vult delegare & c. ff. de off. eius cui mand. est iurisdict. & ad hoc etiam soleo allegare bonam gloss. in cap. pastoralis. in princip. in verb.exonerare. de off.delegat.* Et ista fortius procedunt in casu præsenti, considerata verisimilitudine personæ domini Christophori Ghilini, & officii, quod gerebat apud Ducem Philippum, cuius respectu poterat optime mereri de sua communitate Alexandriæ, & longe maiora quam istam concessionem immunitatis, prout etiam attestatur Dux Philippusmet in subscriptis literis suis. Et per ista remanet euacuata prima oppositio, quæ fit ex parte communitatis Alexandriæ contra dictam immunitatem.Secundo,pro parte communitatis opponitur contra priuilegium dictæ immunitatis quod non valeat, ex eo quod non sit seruata forma statuti Alexandrini disponentis, quod non possit aliquid dari de hauere communis, nisi per concilium maius dictæ ciuitatis,quod est ducentorum & octo ciuium,additis aliis ducentis octo ciuibus ex melioribus dictæ ciuitatis: quia respondetur,quod tale statutum non facit ad præsens propositum; quia concedere immunitatem nõ est dare aliquid de hauere communis, vel de facultatibus seu bonis communita-
19 tis † quia hauere, significat bona propria,seu facultates:*vt est gloss.notabilis in §. oportet. in gloss. parua, in verb.in pecuniis.in authent. de armis.& illa g off.est singularis & non reperitur alibi in iure: secundum Baldum in c.2.de maio.& obedien. Bal. & moder.in l. lex Cornelia.ff. de vulgari & pupill. Angel.in consi.219.incipiente,arbitror dictam litem.in 1.col.ad finem.& in l.vnica.in fin. Cod. ne liceat sine iussu principis cæteris iudicibus confiscare. & ibi etiam Bal. in fi. allegat dictam gloss.& eam notat.* Et sic cum dictum statutum sit diuersum & separatum à casu præsenti, ex separatis non fit bona illatio, *vulgata l. Papinianus exuli.cum similibus ff. de minori.* Secundo respondetur, quod dicto statuto fuit derogatum per aliud statutum Alexandriæ posterius, quo disponitur, quod omnes prouisiones, instrumenta, contractus, venditiones, reformationes, concessiones, & pacta facta & factæ per d. Potestatem, & eius Vicarium antianos populi, & quatuor sapientes societatis iustitiæ sint firmæ & firma, & in omnibus, & per omnia, ac præcise obseruentur, & hoc non obstantibus aliquibus statutis, ordinamentis, prouisionibus, reformationibus, vel decretis factis, vel quæ fieri possent in contrarium,perinde ac si factæ & facta forent per concilium generale ipsius ciuitatis Alexandriæ, & prout in eo plenius continetur, quod postea etiam fuit ordinatum per aliud statutum eiusdem tenoris & effectus. Tertio opponitur nomine communitatis contra dictam immunitatem, quod dicti antiani & duodecim sapientes non fuerunt in legitimo numero; quia ex antianis non interuenerunt nisi quinque,&ex duodecim sapientibus nisi alii quinque. Et sic dato quod ipsi potuissent talem immunitatem concedere † tamen ex quo non interuenit 20
legitimus numerus, videlicet duæ partes ex tribus, dicta concessio redditur nulla, secundum Barto.*in l.1.C.de decre.decu. lib. decimo. Ioan.And.in cap. quia propter de elec. Ioan. de Imol.& dominus Abb.in cap. pastoralis.de rescrip.& ibi dominus Feli. in column.5. & sequenti.* Quia respondetur, quod imo interuenerunt duæ partes ex tribus, quia ex antianis & sapientibus qui sunt viginti numero, interuenerunt decem & septem, & sic plus quam duę partes ex tribus, quum illa duo corpora considerentur vt vnum corpus cõfusum, ex quo per eos voces in vnũ dantur, non autem separatim per vnumquodque corpus.*secundum do Abb.in c.scriptum in 3.col.& sequenti in 9.notabili de elect.* Et sequitur dominus Felinus *in c. pastoralis.in 7.col. in princ. de rescr.* Et tanto magis quum omnes antiani & sapientes fuerunt ad id iuxta solitum vocati de mandato domini Potestatis Alexandriæ & eius Vicarii, & non venientes fuerunt in contumacia constituti,& contumaces declarati, vt ex instrumento concessionis immunitatis apparet:prout tenet domi.Abb. *in c. cum omnes. in vltima col & ibi Felin. in penult.col.de constitu.do. Abb. in c. cum nobis olim. in penulti.col. & in c.in causis.in 5.colu.de elect. dominus Felinus in c.1.in 1.col.de maiori & obedie.* Quarto pro parte communitatis opponitur de aliis literis Ducis Philippi prius concessis communitati Alexandriæ de anno 1415.quibus disponitur, quod nullus ciuis Alexandriæ fit aliqualiter immunis, nec exemptus,sed quilibet nemine excepto debeat onera incumbentia ciuitati sustinere, & hoc non obstantibus aliquibus literis cuipiam super talibus immunitatibus & exemptionibus concessis: item non obstantibus quibuscunque aliis literis in contrarium facientibus: quia respondetur, quod tales literæ derogant immunitatib. in præteritum concessis, non autem concedendis in futurum. Item tales literę non loquuntur de immunitatibus concessis etiam ab ipsa communitate, vt est casus no-

ster. Præterea dictis literis fuit derogatum per alias literas posteriores eiusdem met Ducis Philippi concessas de anno 1439. in quibus adest clausula derogatoria, quibuscunque in contrarium factis vel faciendis non obstantibus: *vt notatur in leg. fin. C. si contra ius vel vtili. publi.* Item ipsa communitas in concessione præsentis immunitatis derogauit prædictis literis cum authoritate & decreto Potestatis & Vicarij. Nam dicitur in instrumento huius immunitatis, renunciantes solenniter, & ex eorum certa scientia prædicti domini antiani & deputati quibuscunq; statutis, ordinibus, decretis, literis, & rescriptis ducalibus, tam factis, conditis, & impetratis, quam de cætero fiendis, condendis, & impetrandis: Ergo ita renunciando sibi præiudicauit: *per regulam leg. si quis in conscribendo. C. de pact. & c. si diligenti cum similibus, de foro competenti.* Assumo secundum principale fundamentum, quod facit pro ipsa immunitate; quia adsunt literæ Illustrissimorum Principum Mediolani, & præsertim Ducis Philippi cum clausula, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine ducalis potestatis etiam absolutæ: in quibus confirmat, & de nouo concedit talem immunitatem, & vult pro lege haberi, de quibus verbis dixi supra præcedenti fundamento, & ex quibus imponitur perpetuum silentium: *vt notat Bald. quem etiam supra retuli, in tit. de pace Constan. in 10. col. in §. siquis autem.* Tertio adsunt tres sententiæ conformes latæ super validitate dictę immunitatis, quæ transiuerunt in rem iudicatam. Item quarto per Illustrissimum Ducem Franciscum cum interuentu senatus, iustitiæ causa per ipsum senatum diligenter examinata, dictum priuilegium immunitatis, & dictæ tres sententiæ fuerunt confirmatæ, & approbatæ, mandando ne contra eas quicquam amplius posset attentari, & sic imponēdo perpetuum silentium: *iuxta glo. in l. si contendat. ff. de fideius. & glo. in leg. Aurelius. §. centum. ff. de lib. legat.*

21 Et † quando princeps imponit perpetuum silentium, non debet amplius pars aduersa audiri: *vt notat Bald. in tit. de pace Constan. in 10. col. in §. si quis autem. per*

22 *tex. ibi, in verb. non admittemus.* Item † quando adsunt tres sententiæ conformes, quæ transiuerunt in rem iudicatam, non debet vlterius pars aduersa audiri. *l. final. C. senten. rescind. non pos. & leg. causas vel lites. C. de transactio. & c. cum inter. & c. quod ad consultationem. de re iudicat. & in specie in terminis nostris do. Alex. in præallegato cons. 30. quinti voluminis, in 2 colum. in fine.* Et dicit Bal. *in cons. 400. tertiæ partis incipiente pro parte zan-*

23 *nis &c.* quod † super sententiis, quæ transiuerunt in rem iudicatam, non potest impetrari rescriptum à Principe, per quod pronunciationis impedi-

24 atur effectus: *per d. l si. C senten. rescindi non posse.* Item † etiam ex vna sola sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, inducitur exceptio litis finitæ. *c. 1. de litis contest. in 6.* ita quod amplius pars aduersa audiri nō debeat. & ita loquuntur iura proxime superius allegata: alias nunquam esset litium finis: *contra l. termi-*

25 *nato. cum similib. C. de fruct. & lit. expen.* Item † contra dictas tres sententias, quæ transiuerunt in rem iudicatam, non debet etiam restitutio in integrum post quadriennium dari communitati, etiam vbi de læsione constaret: *iuxta c. 1. de restit. in integr. in 6. & in cle. 1. eod. tit. & notatur in l. respublica. C. ex quib. causis maio. & in l. 1. C. de senten. aduers. fiscum lat. li. 10. & ita etiam in specie in terminis nostris firmat d. Alex in pluries allegato con. 30 quintæ partis, in 2. col. in fi.* qui etiam subdit in sequenti colum. quod præsumitur pro sententia quoad rititudinem & rectitudinem saltem quando transiuit tam longum, imo tam longissimum tempus prout in casu nostro. *c. bonæ. 1. & ibi notant docto. de elec. & c. in præsentia. de renun. c. sicut. & c. cum inter. de re iudi. Notant Cy & Bal. in l. emancipatione. C. de fide instrumen. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. in vlt. col. in versi. quæro, quid si reperiuntur dicta testium. & notant docto. in c. quoniam contra falsam. de proba. & in cap. cum in iure. de offi. delega.* Et ibi dicit Ioannes de Imol. quod ista est communis opinio, à qua in iudicando non est recedendum, vt traditur in locis vulgaribus. Item adest decretum ducale disponens, quod vbi à sententia non fuit appellatum, vel fuit confirmata per aliam sententiam, quod non possit amplius dici de nullitate: ergo multominus in casu præsenti poterit dici de nullitate, vbi adsunt tres sententiæ conformes, quæ transiuerunt in rem iudicatam. Nec obstat † 26
illud, quod dicitur pro parte communitatis contra dictas sententias, quod ex quo prima sententia fuit lata per iudicem subdelegatum, ante quam delegās haberet commissionem de causa, & sic fuit nulla ex defectu iurisdictionis: Ergo nunquam transiuit in rem iudicatam: & per decretum ducale, vel per statutum excludens omnem nullitatem, nūquam intelligitur exclusa nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis; *vt est glos. reputata singularis in cle. 1. de sequest. possess. & fruc. pro qua glos. facit tex. in l. scire oportet. §. fi. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de excusa. tut. & in l. non erit. §. dato. cum glos. & ibi Angel. Ludo. & do. Alex. ad hoc notant. ff. de iureiu. Bal. in l. si quis filio exheredato. §. quod si quis de iniusto rup. Ang. in l diuus per illum tex. ff. de muli. testamen. cano. in c. item cum quis. de restitut. spol. late Ang. Imo. & Moder. præsertim dom. Alexan. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nun.* Quia ad hoc multipliciter respondetur & clare. Primo, quod ex lapsu tam longissimi tēporis præsumitur pro rititudine & rectitudine sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, vt supra proxime dixi. Item per generalem delegationem possunt etiam futura negotia & futuræ lites delegari. ita in terminis nostris late firmat Io. And. *in c. si confirmationem. & ibi sequitur Geminia. de elect. in 6.* & sic non est verum dicere, quod in casu nostro prima sententia fuerit nulla ex defectu iurisdictionis, q̃uis subdelegatio fuerit facta, antequā delegās habuerit commissionem de causa, præsertim cum delegās & sic gubernator Alexādriæ omnino foret iudex ordinarius istius causæ, & subdelegatus esset eius Vicarius generaliter ad omnes causas præsentes & futuras delegatus, ēt postea superuenit commissio principis ante latā sentētiā. Vnde † adhoc vt 27
post tres sentētias, q̃ trāsiuerūt in rē iudicatā, possit dici de nullitate ex defectu iurisdictiōis, requirīt q̃ talis nullitas proueniens ex incōpetentia iudicis sit manifesta & notoria ex actis, alias non admitteretur: *secundum Oldr. Laud. in con. 107. incipien. Quia literæ executionis. Bal. & Saly. in l. 1. C. ne lice. tert. prouo. Bal. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in 14. colum. ff. de pac. Ang. in l. si pars in principio. ff. de inoffi. testam. Ioan. de Imo. & Ludoui. Roma in d. leg. de pupillo. §. qui opus. & ibi dom. Alexan. in 3. & 5. columna. cum aliis concor. ibi per eum allegatis.* Et

idem

idem dominus Alexand. in consi. 67. tertij volum. quod incipit, visis dubitationibus eleganter formatis in 5. colum. & in consil. 106. tertij volum. quod incipit, viso themate antepo-
28 *sito, in vltima columna.* Item illud, quod dictum est, quod nunquam intelligitur reiecta exceptio nullitatis sententiæ proueniens ex defectu iurisdictionis, fallit, nisi talis sententia nulla fuisset per aliam sententiam confirmata, & à sententia confirmante non sit appellatum, vt in casu nostro. Cum enim secunda sententia non contineat errorem iuris expressum, dato quod esset lata contra ius litigatoris, tamen valet, & transit in rem iudicatam. *cap. 1. & c. cum inter. de re iudica. & l. 2. cum similibus. C. quando pro. non est necess.* Et talis secunda sententia dat robur primæ, adeo quod etiam contra primam nihil dici possit de incompetentia. Ita signanter tenet Inno. quem cæteri ibi sequuntur, *in cap. 1. de confir. vtil. vel inutil. & in cap. super literis, in gl. in verb. forsan. de rescr. Ang. in l. 2. in 7 fallentia. ff. si quis in ius voca. non ierit. dom. Abb. in cap. ea quæ. de re iudic. d. Alexan. in d. l. de pupillo. §. qui opus, in 4. colum. & princip. sequentis. & in consil. 111. secundi volum. quod incipit, viso themate suprascripto puto verissimum esse. D. Felyn. in c. pastoralis, in 4. col. de excep. & in d. c. ea quæ. de re iudi.* Quarto & vltimo iam sunt elapsi nedum 40. imo 60. anni & plures, quod isti de Ghilinis nihil soluerunt, aliis soluentibus: ergo amplius ratione onerum molestari non possunt: *per l. omnes, C. de præscript. 30. annorum. & notat Bartol. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & in terminis nostris in specie D. Alexan. in præallegato consilio 30. quintæ*
29 *partis, in quinto dubio.* Item † immunitas contra castrum vel communitatem potest præscribi 40. annis, etiam à sciente se teneri: *secundum Bald. in consil. 257. secundæ partis, quod incipit, quæstio vertens inter commune & homines.* Item qui steterunt per 40. annos & vltra, quod collectas seu onera non soluerunt, sunt liberi, vt eis de cætero imponi non possint. *text. est notabilis in l. fi. in §. hoc etiam adjiciendo. cum glo. in verb. canone. ad fin. C. de fund. patri. lib. 11.* per quem tex. tenet Barto. *in consi. 59. incipiente, commune Spoleti. in vltima colum.* quod alleganti concessionem sibi factam de collecta nō soluenda cum cursu 40. annorum, nulla nouitas potest amplius imponi. Ita dicit esse text. expressum in terminis, *in d. l. fi. Idem tenet Ludou. Roma. in consil. 197. incipien. non est dubium, hæc onera gabellarum, in 1. colum. in fi. & in consi. 275 quod incipit, quo ad primum, an Abbas, in vltima colum. imo fortius per d. l. fin. tenent Bal. Ang. & Saly. in l. comperit. C. de præscrip. 30. annorum.* quod etiam contra solutionem census imperialis procedit immunitas concessa per rescriptum principis, quæ per tempus 40. annor. inuiolata permansit, quod est valde notabile.

CONSILIVM CII.

THEMA.

SEr Benedictus de Morano Mutinēsis in suo testamēto sibi hæredes vniuersales instituit omnes & singulos suos filios siue legitimos & naturales, siue legitimos tantum, siue naturales tantum, siue nec legitimos nec naturales tantum: & eis non extantibus tunc substituit fabricam & conuentū sancti Augustini de Mutina, deinde decessit idem testator sine filiis legitimis & naturalibus, & sine legitimis tantum, & sine naturalibus tantū, superstite quodam infante trium annorum vel circa, quē biennio educauit in domo, & sæpius nominauit filium, tamen de eo nullam specificam mentionē in testamento fecit. Dubitatur, an talis infans per verba vniuersalia testatoris superius relata censeatur esse institutus, ita quod faciat cessare substitutionem factam de dicta fabrica sancti Augustini?

ARGVMENTVM.

An & quando nominatio filij, vel tractatus vt filij inducat quasi possessionem filiationis?

SVMMARIA.

1 *Nominatio sola constituit quem in quasi possessione filiationis: fallit. nu. 6. 8.*
2 *Educatio est actus proportionabilis filiationi: sed vide num. 11.*
3 *Facta vero proximiora sunt, quam nuda vocabula.*
4 *Petens aliquid vt talis debet probare se talem.*
5 *Filiatio ordinatur à natura.*
7 *Verba enunciatiua emissa quando non probent.*
9 *Præsumptio exclusiua actus illiciti capi debet in dubio.*
10 *Filiationis quasi possessio ex nominatione quando sufficiat, quando non.*

IN casu prædicto videretur prima consideratione dicendum, talem infantem censeri institutum per illa verba, *siue nec legitimos nec naturales tantum*, per quæ verba testator censetur instituisse etiam spurios, & vulgo quæsitos. Item incestuosos, adulterinos, & sacrilegos, *de quibus per gloss. & docto. in capit. nisi cum pridem, in §. sane de renunciatio. per Bartol. in l. fina. ff. de his quibus vt indign.* Vnde licet iste infans non esset nec legitimus, nec naturalis, quia non erat natus ex legitimo matrimonio ipsius testatoris, nec etiam naturalis, quia iste testator non præsupponitur tenuisse concubinam in domo: *vt 32. quæst. 4. cap. legitimi. per Bartol. in l. fina. ff. de concubi.* nec etiam legitimus tantum, quia non erat adoptatus, nec arrogatus, tamen tanquam spurius, vel vulgo natus, vel incestuosus, vel adulterinus censetur esse institutus. Et ad probandum, quod iste infans esset talis filius, spurius, vel vulgo quæsitus, probatur, quia testator sæpius cum nominauit filium, & † ex nominatione sola con- 1
stituitur quis in quasi quadam possessione filiationis, donec probetur contrarium: *vt est glo. notab. in c. Michael. de filiis presbyt. & gloss. in l. neq; professio. C. de testam. & in l. non epistolis. & l. non nudis. C. de probatio. & in l. quidam. ff. eo. de probatio. Bartol. in l. 1. § 1. ff. de quæstio. & latius in l. 1. alias 2. in §. idem per contrarium. ff. de libe. agnoscen. Iacob. Butr. & Angel. in l. prima. ff. de probatio. Angelus in l. vxorem. ff. de manu. testamen. cano. in capitulo*

transmissæ, qui filij sint legitimi. & in cap per tuas, per illum tex. de probatio. Pet. de Ancha. in clem. si summus Pontifex, de senten. excommunicato. Et iste modus constituendi in quasi possessione filiationis per vocationem seu nominationē filii procedit etiam in vulgo quæsito: *per d. cap. Michael. cum gloss secundum Bald. in l. prima. C. qui accusa. non pos. in 15. colum. in versic. quo ad secundum articulum.* Item iste infans fuit tractatus & nutritus per biennium, vel circa in domo testatoris vt filius, sed solus tractatus de aliquo tanquam filio probat quasi possessionem filiationis, etiam si non fuerit nominatus vt filius: quia educatio est actus proportionabilis filiationi: *vt instit. de iur. natur. gen. & ciuil. in princip. & l. scripto. ff. vnde libe. & ita tenet Iaco Butr. in l. quidam. ff. de probatio. & gl. in cap. transmissæ, in gloss. penult. & ibi domi. Anton. & domin. Abb. qui filij sint legitimi. Bartol. in d. l. prima, §. idem per contrarium, ad fin. ff. de libe. agnos. & in d. l. prima, §. ad quæstionem. ff. de quæstio. dom. Abb. & alij in d. cap. per tuas. de probatio.* Confirmatur; quia magis præsumitur filius ille, qui tractatur, vel alimentatur vt filius quam ille, qui solo verbo vocatur filius: quia alimentatio est magis coniuncta naturali caritati, q̃. nudi nominis appellatio † quia facta vero proxi- 3
miora sunt quam nuda vocabula, quum etiam plerunque aliqui fictitie, vel blanditorie loquantur, secundum Bal. *in d. l. non ignorat, in prima colum. C. qui accus. non pos.* Item in casu nostro concurrunt copulatiue nominatio & educatio; ergo magis præsumitur filiatio: *secundum Bal. in d. l. non ignorat, in 1. col.* & facit, quia duo vincula magis debent operari, quam vnum: *vt in authent. de consang. & vteri. fratri. in princ. & auth. itaque. C. communia de succes. & in cap. 1. de treug. & pac.* Ista sunt in effectu & in substantia, quæ adduci posse videtur in fauorem istius infantis. Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror esse de iure probabiliorem, & veriorem, quod iste infans non censeatur ex verbis testatoris superius relatis institutus, & consequenter non excludat prædictam fabricam, quæ ex substitutione admitti debet. Nam testator instituit omnes suos filios, cuiuscunque qualitatis essent, & sic etiam nec legitimos, nec naturales tantum, & consequenter etiam filios spurios, & vulgo quæsitos, & incestuosos, ac similes: Ergo ad hoc vt iste infans censeatur institutus requiritur, quod sit filius testatoris, cuiuscunque qualitatis sit: ergo in eo debet esse ista qualitas filiationis, & sic quod sit filius: ergo si sit extraneus, non censetur institutus: ergo iste infans non debet admitti ex tali institutione, nisi in eo concurrat, quod sit filius testatoris, cu- 4
iuscunque qualitatis sit. *l. non ignorat. & ibi notabiliter Bartol. & alij. C. qui accusa. non poss.* Nam † qui petit aliquid, vt talis, debet se talem docere, alias succumbit. *Ita notat Bald. in l. eum qui duas, per illum text. C. de adulte.* Sed assueueratio etiam testatoris, nedum si fiat inter viuos, non facit esse filium illum, qui non est. *l. neque profesto. C. de testa. & l. non epistolis. & l.* 5
non nudis. C. de proba. Ratio, quia † filiatio ordinatur à natura, ideo non potest oriri ex sola nominatione, per hoc quod quis nominetur filius: *secundum Bald. in d. l. non epistolis, in primo notabili. facit tex. notabilis in l. Caius Seius, ff. de iure pa.* Secundo ad idem multum moueor, & in hoc facio magnum fundamentum, per quod tolluntur ea, quæ superius in oppositum sunt adducta. Nam † nominatio filia- 6
tionis incidenter emissa propter aliud, prout contigit in casu præsenti, nihil prodest, & non constituit sic nominatum in quasi possessione filiationis: puta, quia testator dum viueret dixit, fili mi, veni huc, vel vadas illuc, vel similia verba. Ita tenet Cyn. *in d. l. non nudis, in 2. q. Cyn. & Bald. in d. l. non epistolis. Idem late firmat Barto. in d. l. 1. §. idem per contrarium ff. de lib. agnoscen.* Vbi formaliter tenet Bart. quod quando quis confitetur, vel asserit aliquem suum filium incidenter propter aliud, & tunc, secundum eum, indistincte dicunt Doct. *in d. l. non nudis.* quod nihil præiudicat, nec constituit eum in quasi possessione filiationis: *per l. ex his verbis. C. de testam. mili. & melius probat l. epistola, in prin. ff. de pact.* nisi aliquis incidenter propter aliud appellaret aliquem filium in tali actu, qui non congruit nisi filio, vt est exhæredatio vel emancipatio, *vt l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.* tunc enim constitueretur in quasi possessione filiationis, vel quando illud, quod vltra ponitur, propter quod nomino filium, conuenit filio magis, quam extraneo, & tunc etiam constituit eum in quasi possessione filiationis: vt si dico, bene veniat filius meus, quem volo vt res meas tractet: *vt l. quidam, in prin. ff. de proba. Ita ibidem tenet Barto. quem sequitur Paul. de Cast. in d. l. non nudis. Petrus de Anchar. in clem. si summus Pontifex, de sent. excom. Gemi. in c. si Papa, in princ. de priuileg. in 6.* Confirmatur: quia assueueratio, vel nominatio filii, ad hoc vt constituat eum in quasi possessione filiationis, non debet esse perfunctoria, sed cum aliqua solennitate, ita quod appareat facta ex aliquo ministerio, Ita notat Inno. *in d. c. transmissæ. qui filij sint legitimi, quem refert & sequitur Bald. in d. l. non nudis, in 2. quæst.* Tertio ad idem moueor per illud, quod in specie ad casum nostrū tenet notabiliter D. Felin. *in d. c. per tuas, de proba. in 4. colum. in vers. Secundo restringitur ista fallentia.* vbi notabiliter tenet, quod quando filiatio principaliter deducitur, puta si aliquis petat hæreditatem ab intestato, vel ex testamento, vt filius, & sic causa petitionis esset filiatio, tunc nominatio facta in alio actu enunciatiue emissa nō probat filiationem, nec constituit in quasi possessione filiationis. Ita dicit probari ex theorica Hostiensis valde solenni *in c. illud, de præsumpt.* vbi tenuit, quod licet † verba 7
enunciatiua emissa propter aliud, probent enunciatum, quando agitur de validitate actus, propter quem fuerunt enunciata. *l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipul.* secus tamen est, quando agitur principaliter de ipso iure enunciato. & ita limitatur *d. l. optimam, de qua doctrina facit festum D. Abb. in d. c. illud, in 3. col. & sequitur etiam D. Anto. de Butr. in c. cum dilectus, in 2. col. de succes. ab intesta. Bald. in l. ad probationem, in 2. colum. C. loca. & pro isto fundamento bene facit tex. in l. 1. C. quor. bonor.* Quarto pro eadem parte bene facit: quia filii spurii, vel vulgo quæsiti, aut incestuosi, de quorum numero esset iste infans, si præsupponeretur esse filius testatoris, licet vocentur, vel nominentur filii ab eorum asserto, vel putatiuo patre, non tamen per hoc constituūtur in quasi possessione filiationis † quia iura superius allegata, 8
quæ volunt, quod ex nominatione filii constituatur quis in quasi possessione filiationis, procedunt

& intel-

& intelliguntur in filiatione iusta, scilicet legitima & naturali simul, aut saltem naturali tantũ approbata à iure ciuili: *per tit. ff. & C. de concub.* non autem procedunt in spuriis, aut vulgo quæsitis, vel similibus, qui certum patrem demonstrare non possunt. *l. vulgo. ff. de statu homi.* Ita egregie declarat Ange. *in consil. 191. incip. super puncto videtur prima fronte, in 2. col. licet contrarium in discursu videatur velle Bal. quem supra retuli in l. 1. in 15. col. C. qui accusa. non pos.* Sed verior & rationabilior est opinio & doctrina Ange. eo quia
9 in † dubiis debet capi præsumptio exclusiua actus illiciti. *l. merito. ff. pro socio. & l. moueor. & ibi Bal. notat. C. si seruus expor. venie.* Quinto ad idem facit: quia li-
10 cet † in pręparatoriis iudiciorum quasi possessio filiationis, quæ inducitur ex nominatione filii, sufficiat. *l. non ignorat. C. qui accus. non pos. & l. 1. ff. fami. ercis.* tamẽ in decisoriis, prout est casus noster, talis quasi possessio filiationis non sufficit, nisi ad coadiuandum aliam causam probationis. *l. ficuti. § si quæratur. ff. si serui. ven. Ita in terminis signanter tenet Bal. post Cyn.*
11 *in c. per tuas. in 3. col. de proba.* Sexto facit, quia † ex eo quod quis sit nutritus, vel educatus in domo alicuius, nõ per hoc præsumitur eius filius, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. *l. non hoc. cum similibus. C. vnde legiti. & cap. in præsentia. de proba. & ita in specie notant dom. Ant. de Butr. & D. Abbas in c. transmissæ. in 1. notabi. per illum tex. qui filij sint legiti.* Et sic per solam præstationem alimentorum non probatur filiatio, quia alimenta possunt ex causa pietatis citra filiationem præstari. Item ad hoc vt per educationem factam in domo inducatur quasi possessio filiationis, oportet, vt educetur in domo vt filius, & non sufficit simpliciter educari: *secundum Bald. in d. l. non ignorat, in 1. colum. Bartolus in d. l. 1. §. idem per contrarium, circa fin. ff. de libe. agnoscen.* Per ista sex fundamenta licet remaneant euacuata ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt adhuc veritas clarius elucescat, ad ea particulariter respondetur. Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod testator dum viueret, sæpius appellabat istum infantem filium, & quod sola nominatione filii constituitur in quasi possessione filiationis: quia ad hoc patet multiplex responsio ex fundamentis superius deductis. Nam ista nominatio fuit emissa incidenter propter aliud, & perfunctorie: ergo non constituit in quasi possessione filiationis, prout est communis omnium scribentium tam iuris ciuilis q̃ canonici conclusio, prout deduxi supra opportune in secundo fundamento. Itẽ talis nominatio filii non sufficit ad constituendũ in quasi possessione filiationis, quando principaliter deducitur ad consequendam hæreditatem alicuius ex testamẽto, vel ab intestato, prout deduxi supra in 3. fundamento. Tertio respondetur, q̃ nominatio filii non sufficit ad constituendum in quasi possessione filiationis, quando agitur de illicita filiatione spurii, aut vulgo quæsiti, vt in casu p̃senti, sed solum quando agitur de iusta filiatione, prout deduxi, & confirmaui supra in 4. fundamẽto reiecto eo quod tenet in discursu Bal. *in l. 1. in 15. col. C. qui accusa. non pos.* Quinto respondetur, quod nominatio filii non constituit in quasi possessione filiationis, quando sumus in decisoriis, prout est casus noster, vt deduxi supra in quinto fundamento. Non obstat, dum dicebatur, quod iste infans fuit tractatus & educatus per biennium in domo testatoris vt filius: ergo iste tractatus inducit quasi possessionem filiationis, & tanto magis, ex quo simul concurrit nominatio filii: quia ad hoc multipliciter respondetur ex his, quæ superius deducta sunt, quod ad hoc vt per educationem factam in domo inducatur quasi possessio filiationis, oportet quod educetur in domo vt filius, & non sufficit simpliciter educari. Sed in casu præsenti non apparet, quod iste infans fuerit nutritus vel educatus vt filius magis, quam vt extraneus: quia licet testator fecerit lactari istum infantem in domo, tamen per hoc non facit tractatum differentem ab extraneo: quia testator etiam sic fecisset in extraneo, quem alendum in domo amore Dei suscepisset, prout verisimiliter creditur euenisse in casu nostro: vel quando expositũ in aliquo hospitali aliquis susciperet in domo nutriendum: *iuxta l. vxorem. ff. de manu. testa.* Iste ergo tractatus & ista lactatio non est differens ab extraneo. *l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* Cum etiam tales actus possint in extraneis exerceri, vt ibi, ergo non constituunt in quasi possessione filiationis. oportet ergo, quod tractatio fiat vt de suo filio, ad hoc, vt inducat quasi possessionẽ filiationis: *secundum Bar. in l. 1. § idem per contrarium. ad fin. ff. de libe. agnosc.* Item in illa ætate infantili, prout fuit casus noster, non potuit discerni tractatus differens ab extraneo magis quam vt filio. ergo non inducit quasi possessionem filiationis. Præterea per tractatum & educationem inducitur quasi possessio filiationis in iusta & legitima filiatione. Ita procedunt superius in oppositum deducta, nõ autem in illicita, vt in spurio, & vulgo quæsito, vt est casus noster, prout deduxi supra in 4. fundamento.

CONSILIVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicium sufficiens ad torturam faciunt assassinantes in atrocissimo crimine.*

Isti duo qui assassinamentum commiserunt in personam Ministri defuncti habita pecunia & promissione pro tali homicidio perpetrando, admittuntur ad deponendum contra mandatorem, & sic cõtra Carolum. Et licet sint infames facinorosi, socii criminis, & † condemna- 1
ti, tamen in isto atrocissimo crimine assassinantes faciunt indicium sufficiens & legitimum ad torturam contra mandatorem: *vt est textus notabilis in l. qui vltimo. in fi. ff. de pœnis.* Et est doctrina Bart. communiter approbata, *in l. repeti. §. 1. ff. de quæstio. quam etiam sequitur D. Abb. in c. 1. in 3. colum. de confes.* Item in istis delictis atrocibus, vt est hic assassinatus: quia veritas non facile haberi potest, deueniendum est ad torturam inculpati. *l. edictum. ff. de quæstio.* Et in terminis nostris, quod in assassinatu possit & debeat socius talis criminis contra socium interrogari, *tenet Bald. in l. non ideo minus. circa princ. per glo. 2. ibi. C. de accu.* vbi formaliter tenet, quod assassini tenentur in iudicio mandatorem nominare. Et sic cum sint duo, faciunt indicium sufficiẽs ad torturam contra Carolum, prẽsertim cum hi etiam con-

currant

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

currant multa alia indicia sufficientia. Nam adest dictum presbyteri, qui & in tormentis, & sponte, & in faciem ipsius Caroli deponit, qualiter ipse Carolus pluries ipsi testi confessus est, qualiter fecerat assassinari dictum Ministrum fratrem suum per dictos duos assassinos. Item quod fecerat toxicari vxorem suam conscium dicti assassinatus, quæ confestim ex dicto toxico extincta est. Item adest dictum Iacobi Antonii contra dictum Carolum. Item dictus Carolus fecit sibi renũciari vocem per vnum ex patronis paulo ante per paucos dies, antequam faceret assassinari fratrem suum: quia iam sic tractauerat & ordinauerat fieri dictum assassinamentum. Item probatum est de publica fama, & voce, quod dictus Carolus fecit assassinari fratrem suum. Item adhuc est in carceribus detentus Albertus Paltinerius ibi Mediolani, in cuius faciem dixerunt supradicti duo, qui assassinamentum commiserunt, quod ipse Albertus totum scit, & quod etiam ipse dedit toxicum ipsi Ministro, postquam fuit vulneratus, & tamen solum fuit leuiter tortus per digitum. Ista omnia & singula sunt indicia sufficiẽtissima ad torquendum pluries ipsum Carolum, donec veritas ab eo in tam atrocissimo crimine extorqueatur.

CONSILIVM CIV.

ARGVMENTVM.

Renunciatio paternæ & maternæ hæreditatis quando valeat?

Super statuto Lucensi de diuisione facta à patre.

De nullitate testamenti propter præteritionem filij in potestate, & quid operetur tunc clausula codicillaris in tali testamento posita?

SVMMARIA.

1 *Verbis enunciatiuis standum, quando sunt necessaria ad validitatem actus.*
2 *Mentis suæ quis præsumitur tempore actus gesti.*
3 *Suspicio doli & actus tollitur patris præsentia.*
4 *Renunciatio super hæreditate patris viuentis nõ valet.*
5 *Renunciatio cessat causa ipsius finali cessante.*
6 *Renunciatio etiam iurata intelligitur rebus sic stantib.*
7 *Actus duo quando fiunt vnus post alium immediate, quod vni inest, alij creditur inesse.*
8 *Impletur minime non implenti.*
9 *Legitima debet assignari in corporibus & bonis hæreditariis.*
10 *Legitimæ assignatio tempus quando attendatur.*
11 *Dictio,* dummodo, *est restrictiua & modificatiua.*
12 *Indefinita æquipollet vniuersali in fauorabilibus.*
13 *Statutum recipit interpretationem declaratiuam à iure communi.*
14 *Testamenti paterni inter liberos priuilegia quando habent locum.*
15 *Diuisio facta à patre inter liberos habet vim vltimæ voluntatis.*
16 *Filius renuncians successioni patris, præteritus non dicit testamentum nullum.*
17 *Testamentum, in quo filius in potestate est præteritus, est ipso iure nullum, etiam quod filius præteritus non dicat nullum.*
18 *Clausulæ codicillaris effectus qui.*
19 *Filius quando detrahit nisi vnam quartam.*
20 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
21 *Voluntas testatoris in vltimis voluntatibus regulatur secundum legis dispositionem.*
22 *Testator quando possit decedere pro parte testatus, pro parte intestatus?*

RENVNCIATIO, quam fecit Benedictus successioni paternæ & maternæ ab intestato Ioanni eius fratri vtrinque coniuncto, fuit causa & radix, quod Iacobus Galganeti ciuis & mercator Lucensis eius pater in diuisione, quam fecit inter filios, nihil de bonis suis assignauit dicto Benedicto, & postea in testamento ipsum Benedictum penitus præteriit, nullam de eo faciens in testamento mentionem. Vnde pro eruenda veritate præsentis consultationis, circa tria erit principaliter insistendum. Primo circa dictam renunciationem, an sit de iure valida, vel ne? Secundo circa diuisionem bonorum, quam dictus pater inter alios filios fecit, an sit valida, & an in aliquo præiudicet ipsi Benedicto? Tertio circa nullitatem testamenti ex præteritione filii in potestate, & clausulam codicillarem in eo appositam. Istis tribus discussis, veritas apparebit quid & quantum debeatur præfato Benedicto, & quo iure, & contra quos. Assumo primum de renunciatione, quam fecit Benedictus Ioanni fratri vtrinque coniuncto de successione paterna & materna ab intestato cũ consensu, præsentia & voluntate dicti Iacobi sui patris, promittens etiam ipsi patri stipulanti pro se & suis hæredibus, nihil vnquam petere de bonis paternis ab intestato quouis iure, causa, vel modo, nec etiam ex causa legitimæ, vel alia quauis causa, quæ dici, vel excogitari potest, aut possit quomodolibet in futurum. Nam videtur, quod talis renunciatio fuerit iure valida; quia tempore factæ talis renunciationis Benedictus erat prudens & discretus iuuenis, prout enunciatiue attestatur notarius in principio instrumenti dictæ diuisionis: & † talibus verbis enunciatiuis notarii videtur esse standum, quando talia verba sunt necessaria ad validitatem actus, vt in casu præsenti: *vt est tex. notabilis in l. optimam. C. de contrahenda & committẽda stipulatione. & in c. illud*, vbi notatur de præsumptio. 1
Item † in dubio quis præsumitur fuisse sanæ mentis tempore actus gesti propter præsumptionem naturæ, nisi ex aduerso probetur, quod fuerit non sanæ mentis, & sic furiosus, vel demens: secundum Bartolum & alios *in l. nec codicillos. C. de codicillis.* Item in tali renunciatione interuenit præsentia & consensus patris † per quã tollitur suspicio doli, fraudis, aut metus. *l. transactionem, vbi doct. notant. Cod. de transact. Bart. in l. fi. in 1. col. ff. si quis aliquem testa. prohib. cano. in cap. causam matrimonij, de offi. delega.* Nam si illud ibi operatur præsentia amicorum, vel consanguineorum, quanto magis præsentia patris, cum nullus amor vincit paternum. *l. fi. in princip. C. de cura. fur. & l. quidam cum filium. & ibi gl. ff. de haredi. instituen.* & pater plus diligit filiũ, quam seipsum. *l. isti quidem, in fi. ff. quod metus cau.* Item enixum & ardentissimum 2 3

tissimum est desiderium parentis in liberos: *secundum gloss. in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius, ff. de legatis tertio.* Item quilibet potest renunciare iuri & fauori suo. *l. penult. cum similibus. C. de pact. §. quia vero, vbi gloss. plena in authent. vt sine prohib. ma. debi. & credi. tut. ge. mi. & c. colum. 6. gloss. & doct. in cap. si diligenti, de foro compe.* Sed præmissis non obstantibus, contrarium arbitror esse de iure verius, scilicet quod dicta renunciatio Benedicti nihil valeat. Et si quidem verum est, quod Benedictus tempore factæ dictæ renunciationis esset demens, prout in facto præsupponitur, res esset expedita, sed adhuc posito sine veri præiudicio, quod non esset demens, sed boni & sa-
4 ni intellectus, adhuc dicitur, quod † renunciatio super hæreditate patris viuentis non valet: quia est improbata à iure, & ea non obstante non prohibetur filius, qui talem renunciationem fecit, patri ab intestato succedere: *vt est tex. in l. pactum dotali. Cod. de collatio. & in l. si quando. §. fina. C. de inoffic. testamen. & in l. fina. ff. de suis & legiti.* Et talis renunciatio non valet, non solum de iure ciuili, vt in iuribus præallegatis, sed nec etiam de iure canonico, quando non interuenisset iuramentum: *iuxta cap. quamuis, de pact. in 6. ita tenent Bartol. & omnes, in l fina. C. de pactis. & in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligatione.* Sed in ista renunciatione Benedicti nullum fuit interpositum iuramentum, igitur, &c. Secundo, ista renunciatio, quam fecit Benedictus, non fuit facta simpliciter, sed ob causam expressam: quia Benedictus, in renunciatione expressit causam, quare eam faceret; quia ipse intrauerat religionem fratrum Iesuatorum, & in ea intendebat perseuerare, & professionem facere, sed ista causa
5 expressa non fuit secuta, nec habuit effectum, ergo † cessante causa finali renunciationis cessat ipsa renunciatio, & censetur esse reuocata. *argum. l. apud Celsum. §. 1. ff. de excep. doli. & l. si is seruus. ff. de donatione inter virum & vxorem. Item cessante causa finali cessat effectus. l. 2. §. fina. & ibi Bartol. & alij, ff. de dona. & c. cum cessante, de appella.* Item ex quo Benedictus expressit causam, quare talem renunciationem faceret: quia intendebat ingredi religionem, & in ea professionem facere, ergo cum illud non sit factum, renunciatio talis censetur reuocata: *vt l. tale pactum. §. fina. ad fin. ff. de pact. Facit bene tex. notabilis 17. quæst. 4. in capit. fina.* vbi si aliquis intendebat religionem intrare, & propterea omnes res suas ecclesiæ donauit, & postea professionem non fecerit, & sic recedendo à religione non incidit in apostasiam, certe omnia
6 bona sua sunt sibi reddenda. Item † talis renunciatio, etiam si fuisset iurata, intelligit rebus sic stantibus, prout tunc erant. *cap. cum inter P. Gaufridi. de renunciatio. & l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau.* & sic talis renunciatio intelligitur ipso Benedicto perseuerante in religione, & eam profitente. Tertio dictus Ioannes non seruauit, nec adimpleuit ea, ad quæ tenebatur circa personam dicti Benedicti, & circa alimenta. & alia, iuxta tenorem instrumenti diuisionis, quæ simul, & eodem tempore, & coram eisdem testibus, & eodem notario fuit celebrata, & sic Ioannes ipso iure & facto fuit priuatus commodo prædictæ renunciationis. Item fuit priuatus dimidia omnium bonorum sibi à patre collatorum in ipsa diuisione, prout in ipso instrumento expresse dicitur. Item ratione contextualitatis actuum ambo actus iudicant vt vnus act⁹, & de eis vt de vnico actu debemus disponere. *l. cum antiquitas. C. de testa. & l. hæredes palam. §. vno cõtextu. ff. eod.* Vnde † qñ duo 7
actus fiunt immediate vnus post alium, vt in casu præsenti, vbi post renunciationem Benedicti fuit per patrem facta diuisio bonorum inter alios filios, certe propter hanc cõtextualitatem & actuum vicinitatem illud, quod vni actui inest, alii creditur inesse. *l. patris & filij. ff. de vulgar. & pupil. l. Titia, §. idem respondit. ff. de verborum obligatione. l. si quis ex argentarius. §. si initium. ff. de edendo. bonus text. in l. si venrri. §. in bonis, ff. de priuileg. cred. Ita notabiliter tenet Angelus in consilio 145. quod incipit, gener à socero confessus fuit, in tertia columna. Ludouicus Romanus in consilio 445. incipiente, consultatio præsens tres habet nodosas dubitationes, in secunda columna.* Item Ioannes expresse promisit in penultima charta dicti instrumenti diuisorii facere, & cum effectu realiter & bona fide adimplere erga Benedictum ea, quæ videbantur quatuor in ipso instrumento nominatis, aut duobus ipsorum, & si non adimpleret realiter & cum effectu, quod tunc dimidia omnium bonorum pertineret ad hæredes dicti patris sui, & tamen quando dictum Benedictum consignauit cum certa annua promissione fratribus Iesuatis, non interuenit nisi consensus vnius ex dictis quatuor superius nominatis, vt apparet ex instrumento superinde confecto: ergo † cum Ioannes non adimpleuerit pro 8
parte sua ea, ad quæ tenebatur erga Benedictum, ergo nec ipse, nec eius hæres possunt in dicta renunciatione se fundare. *l. Iulianus. § offerri. ff. de actio. empti. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Baldus notabiliter in cap. 1. in vltima columna, qualiter dominus proprietate feu. priuetur, facit l. si non fuerit, & ibi gloss. ff. de iureiuran.* Nam etiam propter minimum capitulum contractus non obseruatum quis repellitur. Ita notat Baldus *in l. pacta conuenta, in secundo notabili, de contrahenda emptione, quam legem legit in l. iurisgentium, post §. adeo. ff. de pactis.* Ex istis omnibus concluditur, renunciationem successionis paternæ & maternę ab intestato, quam fecit Benedictus Ioanni fratri suo vtrinque coniuncto, esse inualidam & inefficacem, & si qua vnquam potuit dici censeri reuocatam. Venio ad secundum, scilicet ad diuisionem bonorum, quam dictus pater inter alios filios fecit, an sit valida, & an in aliquo præiudicet ipsi Benedicto, stante statuto Lucensi, quo cauetur, quod diuisio bonorum facta à patre inter filios plenum consequatur effectum, & per aliquem nequeat impugnari. Et certe planum est & expeditum, quod talis diuisio, & tale statutum Lucense non obstat Benedicto quo ad hæreditatem maternam, cum ipsum statutum se limitet, & dicat, & hoc locum habeat in bonis, quæ reliquisset pater, qui diuisionem huiusmodi fecisset, non autem de bonis, quæ aliunde ad filios pertinerent: & tamen iste pater totam dotem maternam in diuisione, quam fecit, assignauit ipsi Ioanni, & tamen dos materna filiorum est æs alienum patris. Vnde Benedicto dementi proculdubio debetur dimidia dotis maternæ, ad quam persoluendam solus Ioannes, vel eius hæres tenetur. Quantum autem ad bona patris statutum Lucense etiam non

obstat,

obstat, quia expresse loquitur, dummodo assignata sit portio legitima, quæ iure naturæ per formam statuti deberetur, alioqui agi possit ad supplementum: & sic statutum loquitur, quando pater reliquit legitimam, vel quando reliquit minus legitima, quo casu ad supplemẽtum legitimæ agi potest. *l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa.* Sed in ista diuisione nihil penitus pro legitima Benedicti fuit ei assignatum, imo nec in tali diuisione pater vllo modo voluit de legitima prouidere ipsi Benedicto, ex quo paulo ante fecerat eum renunciare hæreditati paternæ & maternæ, & etiã legitimæ. Nec per hoc quod pater tradiderit Benedictũ in manibus Ioannis, & eius gubernatione, & educatione, dicitur congrua legitima fuisse ipsi Bene-
9 dicto assignata: quia † legitima debet assignari in corporibus & bonis hæreditariis. *l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. Bartol. & alij in l. suis quoque. ad fin. princip. ff. de hæredi. instit. & in l. Marcellus, §. res quæ. ff. ad Trebel. Bald. & moderni in l. non amplius. §. fin. ff. de legatis primo.* Et ideo fructus percepti post mortem testatoris non imputantur filio in legitima, cum eam habere debeat de substantia bonorum testatoris, & non de fructibus: secundum Bal. & Paul. de Castr. *in d. l. scimus, §. repletionem, Cyn. & Bald. in l. non est ambiguum. C. famil. erciscund. Angel. & Imol. in l. Centurio, in 4. colum. ff. de vulgar. & pupil. Salyc. in l. iubemus, C. ad Trebel. & d. Alexan. in l. fideicommissaria, in princ. ff. ad Trebel.* Item legitima debet assignari considerata facultate patrimonii & quantitatis bonorum patris tempore factæ diuisionis & legitimæ tunc assi-
10 gnatæ, quia † quandó pater voluntarie assignat legitimam filiis in vita, tunc attenditur tempus assignatæ legitimæ, quantum tunc eius facultates valeant, nec tunc attenditur tempus mortis: *iuxta l. cum quæritur, & auth. nouissima. C. de inoffic. testam. ita originaliter determinat Iacob. Butr. in l. pactum. C. de colla. cuius decisionem pro eleganti refert & sequitur Bald. in l. 2. C. de revo. his quæ in frau. credi. & in l. fin. in penult. colum. C. de vsur. rei iudi. & in authen. res quæ. in vers. quæro, statuto cauetur. C. commu. de lega. Idem tenet Angel. in l. si proponas, §. cum hæreditatem, ff. de inoffic. testam. Angel. & Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligatio. & ibidem Ludouic. Rom. in 8. colum. & idem Ludouic. in l. si filio, 2. ff. solut. matrim. Idem tenet D. Alexan. in consil. 180. quinti volum. quod incipit, visis duobus instrumentis. & in consilio seq. quod incipit, perspectis instrumentis duobus. idem tenet D. Francis. Curt. in consilio suo vltimo, quod incipit, super quotidiano & subtili passu. quamuis contrarium tenuerit idem D. Alexand. sibi contrarius post Paul. de Castr. in l. in ratione. 2. in vlt. colum. ff. ad l. Falcid. & Bald. in d. l. pactum, in vltima oppositione, & in l. quamuis, C. de fideicommiss.* Sed præcedens est communior opinio, cum sit à pluribus comprobata: *vt l. prima, in versicu. & sane crebrior. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de offic. quæsto. & c. nouimus, ibi, opinio à pluribus approbata. & ibi. D. Anton. & D. Abb. ad hoc notant, de verbor. significa.* & à communi opinione non est in iudicando recedendum: *secundum Bartol. & alios in l. fi. C. de pœna iudic. qui male iudi. cano. in capitu. ne innitaris, de constit.* Item in tali diuisione, quam pater fecit, nedum Benedicto non fuit assignata debita portio, & sic legitima, imo tota dos matris Benedicti fuit in totum assignata Ioanni, & hoc processit ex errore inualidæ renunciationis quam paulo ante Benedictus fecerat Ioanni fratri vtrinque coniuncto de bonis paternis & maternis, *vt dixi supra in primo dubio.* Secundo principaliter pro confirmatione prædictorum ponderetur, quod in prædicto statuto Lucensi dicitur, dummodo assignata sit portio legitima: illa † dictio, *dummodo*, est restrictiua & mo- 11
dificatiua, *l. impuberibus, in princip. ff. de suspect. tutor. & cap. præterita, de elect.* Vnde siue illa dictio, *dummodo*, importet conditionem, siue importet modum, *vt habetur per Bartol. in l. 1. in 7. colum. & in l. quibus diebus, §. Termilius, in 2. colum. ff. de conditio. & demonstratio.* ad validitatem actus debuit ille modus adimpleri: *secundum Io. And. in cap. ex tuarum, per illum tex. de autho. & vsu pal. facit doctrina gloss. magist. in l. 1. C. de his quæ sub modo.* Vnde cum in casu præsenti non fuerit assignata aliqua legitima Benedicto, & sic non fuerit adimpletus modus requisitus à statuto ibi, dũmodo assignata sit portio legitima: ergo talis diuisio redditur nulla. Tertio diligenter aduertatur, quod prædictum statutum Lucense disponens, quod diuisio facta à patre inter filios plenum consequatur effectum, & per aliquem nequeat impugnari, satis se conformat cum dispositione iuris communis, *& sic cum l. quoties. C. famil. erciscun.* Sed plenius & clarius disponit, quam ius commune. Istud ergo statutum Lucense procedit & locum habet, quando diuisio fit à patre inter omnes filios. patet: quia statutum loquitur indefinite, quando diuisio est facta à patre inter filios, & sic † illa indefinita, si 12
lios, æquipollet vniuersali, cum simus in fauorabilibus, & non in materia odiosa: *secundum Bartol. in l. si pluribus, in princip. ff. de legatis secundó. glo. in cap. vt circa. de elect. in 6. Bartol. & Moder. præsertim D. Alexan. in l. 2. ff. de libe. & posthum. facit tex. in l. si plures. ff. de legatis tertio. & l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tute.* Confirmatur, quia tale † statutum Lucense recipit interpretatio- 13
nem declaratiuam à iure communi. *l. 2. cum vulgaribus. C. de noxa. & l. 1. §. lex Falcidia. ff. l. ad. Falcidiam gl. & Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.* Sed de iure cõmuni diuisio debeat à patre fieri inter omnes filios. *ita dicit tex. in d. l. quoties. C. famil. erciscun.* Cum ergo in casu præsenti pater non fecerit diuisionem bonorum inter omnes filios, cum vnum prætermiserit, scilicet Benedictum: ergo talis diuisio paterna, cum sit imperfecta, non valet nec de iure communi, nec de iure statutario, nec tunc habet locum dictum statutum Lucense. Confirmatur per illud, quod tenet Ludou. Roman. *in consilio 79. incip. amplissime doctor, in 9. colum. & in consilio 385. incipiente, in casu præmisso, quo quæritur, an secundum testamentum, in secunda columna.* Vbi tenet, quod priuilegia † quæcunq; quæ à iure consequitur testamen- 14
tum paternum factum inter liberos, locũ habent quando pater, si plures habet filios, in omnium fauorem disponit, secus si disponit in vnius fauorem tantum, & in odium alterius, vt esset hic. allegat Specul. *in titu. de instrumen. edit. §. compendiose. versicu. quid si pater habens tres filios.* Quarto pro confirmatione prædictorum benefacit; quia diuisio † fa- 15
cta à patre inter filios habet vim vltimæ voluntatis, *vt est text. in l. fin. C. famil. erciscun. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & §. si quis autem. C. de testam. per gl. Bald. & alios in d. l. quoties. C. famil. erciscun.* Sicut ergo

ergo in vltima volũtate facta inter liberos præteritio filii in poteſtate reddit eam nullam, ſecundũ gl. *in auth.ex cauſa.in gl.magna, ad fin.C.de libe.præteri.* Ita præteritio vnius filii in poteſtate facta per patrem in diuiſione bonorũ, quam facit inter alios filios, reddit talem diuiſionem ipſo iure nullam. Vnde ex iſtis omnib. concludo in iſto ſecundo dubio, ꝙ ex quo talis diuiſio bonorũ facta per patrẽ inter alios filios non valet, & non fuit ſeruata forma ſtatuti Lucenſis, ex quo non fuit facta inter omnes filios, & non fuit aſſignata aliqua legitima Benedicto, ꝙ illi omnia bona paterna tunc diuiſa inter aliquos filios debent de nouo æqualiter diuidi inter filios oẽs, & ſic Benedictus vltra dimidiam dotis maternæ debet habere ſuam virilem portionẽ de illis bonis paternis tunc nulliter diuiſis, & hoc conferentibus aliis fratribus vel hæredibus fratrũ omnium ex quacunque cauſa, vel tit.habita:iuxta etiam diſpoſitionẽ alterius ſtatuti Lucenſis ſub rubr.de collationibus. Tranſeo nunc ad aliud tertium & vltimum quæſitum,an teſtamentum ſupradicti Iacobi Galganeti ſit ipſo iure nullum propter præteritionem Benedicti filii ſui in poteſtate,de quo nullam penitus in teſtamento fecit mentionem. Dubium facere videtur renunciatio, quam Benedictus fecit Ioanni fratri vtrinq; coniuncto de ſucceſſione paterna & materna ab inteſtato, & renunciatio etiam
16 legitimæ facta dicto patri teſtatori. Vnde † talis filius, qui renũciauit ſucceſſioni paternæ, ſi præteratur à patre in teſtamento non reddit teſtamentum nullum,ex quo non debet inſtitui. *ita notabiliter tenet Bart.in l.1. §.quidam filium,in 4. quæſt. per illum text.ff.de bono.poſ.contra tabu.Bald.in l.filio præterito,in penult.col. & ibidem Io.de Imol.circa 11.chartam, ff de iniuſto.Raph.Comen.in l.ſi filius,qui in poteſtate.ff.de libe.& poſthu. Facit, quod late tradunt Bald. & alij in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. ff.de lib.& poſthu. & ibi latius D. Alex.* ſtante ſtatuto quod exiſtentibus agnatis maſculis filia fœmina dotata ab inteſtato non ſuccedat,an ſi factum eſt teſtamentum, in quo filia dotata ſit prę-terita, poſſit rumpere tale teſtamentum exiſtentibus dictis agnatis maſculis. Sed hoc non obſtante
17 veritas in aperto eſt in contrarium, quod † tale teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, eſt ipſo iure nullum. *l.ſi filius qui in poteſtate,vbi ſcribentes ponunt ff.de lib.& poſthu. tex.in l.1.in verb.nullius momenti.& in l.3.§.ex his,in verb. ſemper.ff.de iniuſto rupt.* Et ideo tunc eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato. *l.ſi.in verb.ab inteſtato. ff.de lib.& poſthum & in l. 1. in fi.*
18 *ff.ſi tab.teſta.nul.ext ab.* Et † tale teſtamẽtum eſt ipſo iure nullum, etiam abſque eo quod filius præteritus dicat nullum:*vt eſt tex.inſtit.de exhæred.lib.in prin. in verb. quia ab initio non conſtiterit teſtamentum. & in d. l.3.in §.ex his, in verb. ſemper. & patet in d.l.ſi filius in poteſtate.* vbi filius qui in poteſtate præteritus viuo teſtatore deceſſit, & ſic viuo patre non potuit dicere teſtamentum nullum, & tamen teſtamẽtum illud, in quo fuit præteritus,eſt nullum,quicquid teneat gloſſ. & male *in l.ſi ú qui in poteſtate. & in l.ſi duo.ff.de leg.præſtan.* & prædicta renunciatio, quam fecit Benedictus, quia non fuit iurata, nihil valuit:prout tenui ſupra in primo dubio, & per alia fundamenta ibidem adducta,& propterea Barto.*in d.l.1 §.quidam cum filium, in 4.quæſt. ff. de contra tab. & alij docto. in locis ſupra proxime adductis*, cum myſterio ſemper loquuntur in renunciatione hæreditatis paternæ facta cum iuramento, tunc filius præteritus nõ diceret teſtamentum, ſed in quæſtione noſtra in renunciatione hæreditatis facta per Benedictũ nullum fuit interpoſitum iuramentum, prout etiam plenius dixi ſupra in primo dubio.prædictum ergo teſtamentum Iacobi redditur ipſo iure nullũ propter præteritionem Benedicti filii ſui in poteſtate: & illud procedit quantum ad inſtitutionem hæredum,cætera vero firma permanent.*auth.ex cauſa.& in corpore vnde ſumitur. C.de lib.præteri.* Ideo ſuccedet Benedictus ab inteſtato vna cum aliis etiam ab inteſtato venientibus, & legata & alia in teſtamento paterno diſpoſita præter inſtitutionem remanent firma, vt ibi. Sed cum in præſenti teſtamento fuerit appoſita clauſula codicillaris † eius effectus eſt, 19
quod filius præteritus intelligitur virtute clauſulæ codicillaris grauatus per fideicommiſſum vniuerſale ad reſtituendum hæreditatem ſcriptis in teſtamento,detracta tamen quarta legitimæ: *vt generaliter §. ex teſtamento. ff. de fideicommiſ. liber. & in l.poſthumus.§.fin.de iniuſto rup. & ita tenent Bar.& docto.in d. authen. ex cauſa. in vlt.colum.reprobata gloſſ.ibi. & idem Bar.in l.1.in 5.quæſt. ff.de iure codicil.& in l.2. ff.de leg.2. Bald. & alij in l.ex ea. ff. de teſta. & dicit Angel.in conſilio 98.incipiente, Petrus de vrbe veteri.* quod ita pluries illo anno diffuſe allegando conſuluit,& quod cum iſta quæſtio tũc de facto occurriſſet in ciuitate Peruſii, ita iudicatum fuit de conſilio quaſi omniũ doctorum, ciuium & forenſium tunc Peruſii cõmorantium. Et iſto caſu, quando † vigore clauſulæ codi- 20
cillaris debet fieri reſtitutio fideicommiſſi vniuerſalis : quia pure & ſtatim fieri debet, filius præteritus detrahit niſi vnam quartam : *ſecundum Bart. in l. Papinianus.§.meminiſſe, in fi. ff.de inoffic.teſtam. Bald.in l. filium quem habentem,in 10.col. C famil.erciſc. Angel.in l. prima, ff.de iure codicillorum.* Vnde Benedictus debet habere legitimam, in qua veniunt etiam illa,quæ pater diuidendo, vel aliter faciendo donauit Ioanni effectualiter & aliis filiis: *per text. in authen.vnde ſi parens, C.de inoffic.teſtam.* Sed aduertatur diligenter, quod teſtator in diuiſione bonorum, quam fecit aliis filiis, ſolum reſeruauit ſibi facultatem teſtandi de quarta parte bonorum ſuorum, & de aliis tribus partibus tranſtulit dominium & poſſeſſionem in Ioannem, & alios duos filios, vt clare dicitur in dicto inſtrumento diuiſionis : & ſic quo ad illam quartam partem tantum bonorum ſe extendit teſtamentum & clauſula codicillaris, quia † actus a- 21
gentium nõ operantur vltra eorum intentionem: *vt l.non omnis,in princip. ff.ſi cert.peta. & l.obligationum ſubſtantia,§.fin. ff.de actio. & obliga.* & † in vltimis vo- 22
luntatibus voluntas teſtatoris tanquam regina regulat diſpoſitionem. lege,in cõditionibus primum locum obtinet. *in princ. ff.de condi.& demon.* Et iſtud patet;quia teſtator in teſtamento ſpecialiter diſponit relinquendo hoſpitali miſericordiæ quandam petiam terræ, non obſtante aſſignatione de ea facta Ioanni filio in dicta diuiſione, & ſic in caſu noſtro Benedictus filius præteritus cenſetur virtute clauſulæ codicillaris ſolum grauatus ad reſtituendum fideicõmiſſum vniuerſale de illa quarta bonorum, in qua teſtator reſeruauit ſibi facultatem

testandi, & de qua sola intelligitur esse testatus, detracta tamen legitima, quia solum ad illam quartam bonorum se extendit testamentum, & clausula codicillaris, cum aliorum bonorum dominium & possessionē iam in alios filios transtulisset, & sic omnino à se abdicasset, vt dicto instrumento diuisionis continetur. Et si dicatur, quod isto modo testator decedat pro parte bonorum testatus, & pro parte intestatus, *contra l. ius nostrum non patitur. ff. de reg. iur. & l. primam. §. si ex fundo. ff. de hæred. instituen.* præsertim tenendo illud, quod tenui supra in secundo dubio, quod diuisio & assignatio bonorum facta per patrem aliis filiis non valeat. Respondetur, quod † licet à principio non posset testator de- 23
cedere pro parte bonorum testatus, & pro parte intestatus, tamen ex post facto istud bene toleratur: *vt l. circa ff. de inoffi. testam.* Præterea illud etiam contingit, quando testamentum rumpitur solum quantum ad institutionem ex causa præteritionis filii in potestate, vt est casus noster. Nam tunc succeditur ab intestato quo ad peruenientes ab intestato, & tamen legata & alia disposita in tali testamento petūtur actione ex testamento: secundum Bart. & communiter Doct. *in d. auth. ex causa, in penult. col. & in l. filio præterito. ff. de inuisto rupt. & in l. 1. in 9. quæst. ff. de iure codi.* Et sic in casu nostro Benedictus veniet cum aliis fratribus superuiuentibus, & hærede fratris præmortui, tam ad bona diuisa per patrem inter alios filios, cum talis diuisio non tenuerit, vt firmaui supra in secundo dubio, quam etiam quod aliam quartam partem bonorum, de quibus testator in dicta diuisione facultatem testandi sibi reseruauit, & de qua sola intelligitur fuisse testatus, vt supra dixi, facta tamen restitutione de ista sola quarta parte virtute clausulæ codicillaris, cum detractione legitimæ eo modo quo supra dixi, & sic in effectu tā quoad bona prius diuisa inter alios filios, cū diuisio talis tenuerit, quam quo ad alia bona, de quibus solis censetur fuisse testatus, & tale testamentum fuit nullum quo ad institutionem propter præteritionem filii in potestate, succedi debet in omnibus ab intestato.

CONSILIVM CV.

THEMA.

IOANNA dotata à fratre iā annis quinquaginta, vel circa, prædecessit relictis filiis legitimis, & naturalibus, & eius hæredib. Postea decessit frater ab intestato superstitibus sibi filia fœmina, & filio masculo, & duabus nepotibus ex alia filia præmortua. Postea defunctus est dictus filius ab intestato absque filiis masculis vel fœminis. Vnde suprascripti filii hæredes prædictæ Ioannæ prætendunt debere admitti ad hæreditatem eorum aui pro dimidia, ex quo nunc desierunt extare masculi, conferendo & cedendo dotem eorum matris vigore statuti Perusini sub rubrica de dotibus & dotatis mulierib. Quæritur, an de iure admitti debeant vel ne?

ARGVMENTVM.

Hæreditas aui transmittitur per matrem, quæ aliquando fuit hæres patris, ad proprias filias, remoto nepote masculo, propter quem à statuto dotata excludebatur à successione.

Vel sic:

Filij matris exclusæ à statuto, quousq; supereresset masculus, succedunt vna cum filiabus patrui defuncti post matrem in bonis aui, mortuo eorum cognato, propter quem mater excludebatur per statutum, quando mater semel fuit hæres patris qui eam non dotauerat, sed eius frater.

Super statuto Perusino de dotib. & dotatis mulieribus per totum.

SVMMARIA.

1 *Statuti determinatio vbi habetur, vlterius ratio non inuestiganda.*
2 *Statuto stante, quod fœmina dotata non succedat, quousq; & quatenus procedat.*
3 *Filij non nati, nec concepti tēpore mortis aui ex propria persona non possunt ad illius successionem venire.*
4 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat.*
5 *Hæreditas non delata non transmittitur.*
6 *Filia exclusa à statuto à successione desinit esse sua.*
7 *Dictio, ex tunc, denotat extremitatem temporis.*
8 *Consequendum facilius impeditur, quam iam consequutum.*
9 *Transmissio quando fiat. nu. 10.*
11 *Bart. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legiti. declaratur.*
12 *Dos quando succedat loco legitimæ.*
13 *Filij quando non innituntur ex persona propria, quoniam transmissio operetur.*

QVIA in dicto statuto Perusino adest versiculus, saluo quod fœminæ possint venire ad successionem parentum, & fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successiones de iure vocantur, si descendentes per lineam masculinam masculi non supersint, remittendo vel cedendo dotes suas in hæreditate, ideo † cum ha- 1
beamus determinationem statuti, non debemus vlterius inuestigare rationem: *vt notat Baldus in l. Gallus. §. si eius, in secundo notabili, per illum tex. ff. de libe. & posthum.* Et sic non est necessaria in casu præsenti inuestigatio quæstionis formatæ per Bartol. *in l. fin. §. 1. in 1. quæst. ff. ad Tertul. per Bald. Salyc. & alios in l. 2 C. de lib. prate. & Bald. in l. si quis posthumos. §. 1. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Bald. in l. si quis filium. C. de inoffic. testam. & in authen. sed si quis, in 4. columna, & in l. quibus. C. de secundis nupt. & in l. cum vxor. C. quando dies leg. ced. & in l. si emancipati, in 4. colum. C. de colla. & in c. 1. §. 1. in titu. Episcopum vel Abbatem. late per Angel. & Imol. in l. ei qui. ff. de hæred. instituper Angel. in l. si quis autem, in authen. de hæredi. & Falcid. Petrus de Anchar. in consilio 221. incipiente, hæc quæstio iam vulgaris dici potest. Francisc. de Aret. in cons. 144. incipien-*

incipiente, visa consultatione. in quibus locis late exa-
2 minant, stante † statuto quod filia fœmina dotata non succedat, quousque superuixerit aliquis masculus, an si tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, superfuerint masculi, qui fuerunt hæredes, & fœminas excluserũt, an si postea tales masculi sint mortui sine liberis masculis, filiæ fœminæ possint postea aliquid petere de hæreditate paterna tanquam per desinentiam masculorum ad eam redintegratæ. Nam cum prædictum statutum Perusinum clare disponat, fœminas posse venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarũ, si descendentes masculi supersint, tale statutum procedit siue à principio non supersint masculi, siue ex postfacto deficiant, alias superuacuum & inane redderetur, quod nõ est dicendum. *l. si quando, in princ. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuileg. in 6.* Vnde difficultas præsentis casus in eo consistere videtur, quod Ioanna prædecessit ante fratrẽ, vnde videtur, quod filii masculi dictæ Ioannæ non possint aliquo modo venire ad successionem eorum a-
3 ui. Non quidem ex persona propria: eo quia† nondum erant nati, nec concepti tempore mortis aui. *l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognati. & l. 1. §. sciendum, in fi. ff. de suis & legiti. & l. si quis filio exhæredato, in prin. ff. de iniusto rup.* Non quoq; possunt venire ex persona Ioannæ eorum matris, cum ipsa non potuerit admitti propter superexistẽtiam masculi, vnde ipsa nõ potuit transmittere ad eius filios hæreditatem, quæ sibi non competebat: *per regulam l. traditio, ff. de acqui. rer. dom. & c. quod autem, de iure pat. & c. Dayber-*
4 *tum, 1. q. 7.* Item † nemo plus iuris potest in alium transferre, quam ipse habeat: *vt l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. & in regu. nemo potest plus iurũ, de reg. iur. in 6. & c. nuper, de dona. inter virum & vxo.* Non quoq; dicta Ioanna potuit transmittere hæreditatem patris ad
5 filios beneficio iuris deliberandi, † ex quo talis hæreditas non erat sibi delata, cum superuiueret frater, & sic filius masculus eam excludens vigore dicti statuti Perusini. *l. cum antiquioribus, in verficu. & si quidem. C. de iure delib. & ita in specie tenet Bar. in d. l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. in vers. quæro, quid si filia decedit antequam frater. & sequitur Io. de Imol. in l. ei qui soluendo, ff. de hær. instit. D. Alex. in l. 2. in penult. & vlt. colum. C. de libe. præte. Franci. de Aret. in l. si quis posthumos. §. 1. in 5. col. & seq ff. de lib. & posthu. vbi dicit, quod opinio Bar. est verissima. Idem tenet Bald. alia tamen ratione, in l. quis filium, in penult. col. ad fin. C. de inoffi testa.* Non quoque potest dici dictam hæreditatem fuisse transmissam beneficio *l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.* quia illa lex loquitur, quando hæreditas ex testamento, vel ab intestato fuit alicui delata, quod non potest dici in terminis nostris, obstante statuto prædicto. Non quoq; potest dici dictam Ioannam transmisisse hęreditatem paternam ex potentia suitatis: *iuxta l. apud hostes. C. de suis & legit. & l. ex militari. §. fin. cum l. seq ff. de mili. testam. & l. hæreditatem. §. filius. ff. de castr. pecu. & l. 1. §. ibidem. & ibi ponderat Bar. ff. de colla. bonorum. & in l. ventre, in vers. sed si vacuo. & ibi late Bart. ff. de*
6 *acq. hær.* Nam † quando statutum disponit, quod filia fœmina dotata nõ succedat extantibus masculis, talis filia priuata à statuto successione, tanquam exhæredata non est sua: *secundum Bar. in l. 1. §. sciendũ. ff. de suis & legi. Bal. in l. maximũ vitium, circa fin. C. de lib. præte. Io. de Imo. in d. l. ventre. ff. de acq. hære. Lud. Rom. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus, ff. ad Trebel.* Sed p̃missis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem & probabiliorem, q̃ filii masculi dictæ Ioannæ admittantur pro eorũ rata portione ad hæreditatẽ aui: eo quia non sumus in terminis dicti statuti Perusini excludẽtis filias fœminas per superexistentiam filiorum masculorũ; eo quia in facto præsupponitur, q̃ dicta Ioanna non fuit dotata à frare seruata forma dicti statuti Perusini, *in vers. Item si aliquis pater vel auus alicuius mulieris non dotatæ. & in vers. seq.* Vnde cũ simus extra casum & formam dicti statuti, remanemus in dispositione iuris communis: secundum quod ita succedunt fœminæ sicut masculi, sublata differentia sexus. *l. maximũ vitium, C. de lib. præte.* Secundo ad idem ponderatur prędictum statutũ Perusinũ, *in d. vers. Item si aliquis.* vbi dicitur, & habita dicta dote, vel promissione facta marito, vel alteri pro eo, ex tunc excludatur à successione prædictorum patris, & aui, & aliarum personarũ, de quibus supra dictum est. Vnde ponderentur illa verba, q̃ si habita dote ex tunc excluditur à successione, ergo ante dotationem facta semel fuit hæres, & quidem sua, patri. *l. imperator, ff. de postula. & l. statuliberum. §. Stichum, ff. de leg. 2. & l. pater filium. § fundum, ff. de leg 3.* Facit † ẽt dictio 7
extunc, posita in statuto, quæ denotat extremitatẽ temporis. *l 4. in fi. ff. de condi. & demonst. & l. penult. vbi tex. notat. ff. de testa. tute.* Ergo dicta Ioanna, quæ ante dotationem semel fuit hæres sua patri, licet postea per dotationẽ factam à fratre fuerit per dictum statutũ exclusa ab hæreditate ad tempus, id est, donec superuixerit aliquis descẽdens per lineam masculinam, masculus tamen trãsmittit virtute suitatis potentiam redeundi ad ipsam hæreditatem paternam, quamuis decessserit ante fratrẽ, vt filii dictæ Ioannę possint rehabere hæreditatẽ aui pro dimidia in casu deficientium masculorũ. Nec in tali filia, quæ semel fuit hæres sua patris, & postea propter dotationẽ sequutam à fratre fuit priuata à statuto loquitur Bart. *in d. l. 1. § sciendum, ff. de suis & legi. cum concordantiis supra allegatis.* Quia Bart ibi loquit̃ in filia, q̃ nunquam fuit hæres sua, & sic in ea, quæ à prin. id est. tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, fuit priuata à statuto successione paterna, inter quos casus subest clara ratio diuersitatis; cum in filia, quæ semel fuit sua hæres, tractẽ de priuatione non solũ hæreditatis, sed etiam suitatis, in ea autem quæ vsq; à principio nunquam fuit hæres, tractatur de non admissione. Vnde † facilius quis 8
à principio impedit̃ aliquid consequi q̃ iam cõsequutũ sibi auferatur: *vt l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, & c. quemadmodum, de iureiuran.* Nec in istis terminis etiam loquitur Bart. *in d. l. fin. §. 1. in penul. col. ad fin. ff. ad Tertul.* Tertio pro ista parte in terminis istius statuti Perusini late consuluit Bald. *in consil. 99. primæ partis, quod incipit, antiquum statutum ciuitatis Perusii, in 2. dubio.* quod consilium est errore duplicatum, *in consi. 426. tertiæ partis.* Mouetur Bal. inter cætera: quia quando persona non impeditur in prosecutione propter defectum iuris sui, sed p̃pter defectum extrinsecum alterius personæ, quæ suspendit hoc ius, & ipsum differt, tunc interim moriẽs transmittit: *vt l. si quis filium, vbi est expressum,*

secundum eum. C. de inoffi. test. Sed filia in casu præsentis statuti non impeditur ex eo, quod ius suum sit diminutum, vel sublatũ in substantia successionis, sed est solum dilatum in tempus propter extrinsecum impedimentum, scilicet masculorum superexistentiũ, merito istud ius cũ sua successione trãsmittitur ad liberos filiæ. *l. 1. C. de his qui ante aper. tab.*
9 Nam quotiescunq; † non est defectus in iure differendi, sed est suspensio in iure agnoscẽdi, vel petendi, ibi lex dispensat, vt fiat transmissio, ne impedimentum, quod debet esse temporale & suspensiuum, fiat præcisum & perpetuum. *l. ventre. & ibi glo. ff. de acquirenda hereditate.* Nam vt in secunda re-
10 gula quam ibi sumit Bart. dicitur, quod † quoties suus hæres habet impedimentũ accidentis, vel impotentiæ iuris, vel facti, interim moriens transmittit. per quam secundam regulã videtur secundum Bald. ista quæstio esse decisa pro filijs huius Ioannæ filiæ prædefunctæ. Nam licet filia interim decesserit, tamen lex fingit, nõ obst. morte eius, quæ si viueret, succederet, eam retro dominã & hæredem: *vt l. si exhæredatus. ff. ad Syllan. quæ est lex ad hoc vnica & singularis, secundum eum,* ergo trãsmisit ad eius filios. Item quia per tale statutum suitas filię non fuit extincta, nec eneruata, sed solum suspẽsa ad tempus, vt ibi latius per eum. Istam decisionem Bald. refert & sequitur Pet. de Anchar. *in cons. 221. incipiente, hæc quæstio iam vulgaris dici potest. in pen. col. Istud idẽ tenent Bal. & Saly. in l. 2. in pen. & vlt. col. C. de lib. præte.* quia non est nouum, quod ex dispositione legis vel statuti vnus incipiat, & alter desinat esse hæres: *vt notat gl. in l. in substitutione. ff. de vulg. subst. & inst. de eo cui liberta. causa bona addicunt. in fi.* Nam statutũ excludit filiam ad tempus vitæ fratris, sed postea eam includit & redintegrat ad ipsam successionem, & sic talis filia transmittit in eius liberos, cum habeat ius in habitu, licet non in exercitio, q; sufficit ad transmittendum: *vt d. l. si quis filium. C. de inoff. test. facit l. illud. §. fi. ff. de contra tab. & l. si quis in graui. §. fi. cum l. seq. ff. ad Sylla. secũdum Bal. & Saly. in illa l. 2.* Quarto facit, quia ista filia dicitur esse sua, & sic ex potentia suitatis transmisit hæreditatẽ patris ad eius filios per iura superius allegata. Quod autem ista filia dicatur esse sua hęres patri patet; quia per statutum non est simpliciter excluſa, nec perpetuo, sed solũ temporaliter, donec, vel quousq; extabunt descendentes masculi per lineam masculinam, & eis deficientib. debet ad successionẽ prædictarum personarum ab intestato peruenire, vt per dictum statutum in d. vers. saluo. Item talis filia vigore dicti statuti debet
11 habere dotẽ. Vnde † illud, quod tenet Bar. *in d. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legi. cum concordantiis superius adductis* procedit, quando statutũ in totum excluderet filiam fœminam existentib. masculis, tunc filia sic priuata à statuto successione, & sic exhæredata, non est sua. secus si statutum vult filiam debere do-
12 tari: quia † cum tunc dos succedat loco legitimæ. *l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & dem.* Et sic filia non sit in totum priuata successione à statuto, & sic nõ habeatur pro exhæredata, per consequens isto casu erit sua. ita singulariter & eleganter declarat aureus doctor Dom. Alex. *in consil. 131. primi voluminis, quod incipit, transmissum est ad me nuper consilium.* Nec in casu præsenti transmissionem impedit, quod filii dictæ Ioannę, in quos transmissio fieri debet, nondum erant nati, nec concepti tempore mortis eorum aui, de cuius hæreditate nunc agitur. Nam istud non debet attendi, nec curari in casu isto, † quia filii dictæ Ioannæ non innituntur ex 13
persona corũ propria, sed ex persona matris transmittentis: *prout tenet Bartolus in l. vnica, ad fin. C. de his qui ante aper. tabu. secundum Cyn. vbi dicit se obtinuisse de facto propter authoritatem Dyn. idem tenentis in l. Gallus. in fine magnæ distinctionis suæ, ff. de lib. & posthum. & sequitur etiam Bald. in l. si quis filium, in 1. colum. ad finem. C. de inoffic. testam. Bald. in l. qui se patris, ad finem. C. vnde lib. & in l. si in personam, per illum tex. cum glo. C. de fideicom. ita etiam tenet Bartolus in l. si quis filio exhæredato, in princip. & ibidem Ange. ff. de iniusto rupt. & irrito testam. glo. Cyn. & Barto. in l. fi. C. ad Orificia. & sequitur simpliciter Ludoui Roma. in consil. 442. incipiente, vt decisionem recipiat præsens consultatio.*

CONSILIVM CVI.

THEMA.

PROPONVNTVR duo dubia circa *l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta.* quæ est canonizata. *6. q. 1. inc. si quis militibus.* Primum dubium est, an filiæ fœminæ natæ ex patre damnato de crimine læsæ maiestatis possint succedere collateralibus ab intestato: & extraneis ex testamento. Secundum dubium est, an *d. l. quisquis*, loquens in filiis habeat locũ in nepotibus ex filio masculo, seu in liberis descendentib. per lineam masculorum.

SVMMARIA.

1 *Filiæ fœminæ natæ ex patre damnato de crimine læsæ maiestatis an & quando fiant incapaces in successione collateralium.*
2 *Audacia minor præsumitur in fœminis propter sexus infirmitatem.*
3 *Pœnæ moliendæ sunt in dubiis.*
4 *Alimentorum loco succedit legitima.*
5 *L. quisquis. C. ad l. Iul. maie. odiosa & irrationabilis.*
6 *Intellectus. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie.*
7 *L. quisquis, loquens in filiis, an habeat locũ in nepotib.*
8 *Verbum, filij, prolatum à lege, comprehendere videtur etiam nepotes.*
9 *Hæresis & læsa maiestatis crimen æquiparantur.*
10 *Constitutio Frederici sub bulla papali facit ius commune per vniuersum orbem.*

CIRCA primum dubium videretur prima consideratione dicendum, quod † filiæ fœminæ natæ ex patre 1
damnato de crimine læsæ maiestatis debeant censeri incapaces successionum collateralium, eo quia tex. *in d. l. quisquis, in §. ad filias.* vult, quod filiæ habeant legitimam tantum ex bonis maternis potius causa alimentorum quam titulo honorabili hęredis, quasi velit ille tex. quod

quod quo ad omnia alia bona sit incapax, vndecunque proueniant. Nam si eam excludit & inhabilitat à successione paterna & materna, quæ magis ei debetur quam successio collateralium. *l.nam & si parentib ff. de inoffic. testam. l.cum ratio. ad fin. de bon. damna.* Ergo multo magis censetur excludere à bonis aliorum collateralium, quæ minus debentur ipsi filiæ. Sed hoc non obst. contrarium arbitror esse de iure verius, & imo tales filiæ fœminæ natæ ex damnato de crimine læsæ maiestatis possint de iure succedere aliis collateralibus, & coniunctis, ab in-
2 testato, & extraneis ex testamento, cum † in fœminis propter infirmitatē sexus minor audacia p̄sumatur: *vt dicit text. in d. §. ad filias. & ita expresse ibi determinat Salyc.* motus: quia nō repetit contrariū expressa lege cautū, &
3 † in dubiis pœnę sunt moliendæ. *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Itē quia fœminæ per *per d.l. quisquis.* excluduntur à successione paterna in totum. quia bona patris confiscantur, & à materna excluduntur in parte. Vnde videtur, quod eis permittatur succedere cæteris collateralibus, *argu. l. cū prætor. in prin. cum sim. ff. de iudiciis.* Istam opinionem Saly. sequitur simpliciter Ang. de Aretio *in tractatu suo maleficiorum, in verb. tu hay tradito la tua patria.* Sequitur etiam Io. de Platea *in §. publica autem, in penul. col. insti. de publi. iudi.* vbi formaliter dicit, quod filia fœmina damnati de crimine læsæ maiestatis excluditur ab omnibus bonis paternis, sed in maternis
4 habet solum legitimam † quæ loco alimentorum succedit. *d. §. ad filias.* non autem excluditur à successione aliorum coniunctorum, & extraneorum, sicut excluditur masculis; quia minus ausura esse creditur, vt ibi tenet Saly. Cum ergo istam partem expresse teneant Salyc. Ang. de Aretio, & Io. de Platea, & nemo in specie contradicat, ab ista opinione non est in iudicando aut cōsulendo recedendum: vt habetur *in l. fi. C. de pœ. iud. qui male iud. & in c. ne innitaris. de consti.* Et cum ista sit mitior & humanior opinio, in dubiis est tenenda *l prases. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & c. estote misericordes. & quod ibi notat*
5 *D. Abb. de reg. iur.* Pro ista parte benefacit † quia *d.l. quisquis*, est non solum pœnalis, & sic odiosa, & restringenda, *l. cum quidam, ff. de lib. & posthu. & in reg. odia, de reg. iur. in 6.* sed etiam est irrationabilis; quia punit filium & filiam ex delicto patris, contra titulum C. *ne fil. pro patre.* & contra illud Euangelii, *filius non supportabit iniquitatem patris.* Item est irrationalis, quod ex delicto vnius puniatur alius, qui non deliquit, *contra l. sancimus, C. de pœnis. & c. 2. in fi. de his quæ*
1 *fiunt à maio. parte ca.* & quod imponatur pœna, vbi non reperitur culpa neq; dolus, *contra l. cum autem. §. excipitur. 1. in vers. capitalem. ff. de ædil. edict. Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior, circa med. ff. de his qui not. infa.* Cum ergo *d.l.l. quisquis*, sit pœnalis, & sic odiosa, itē sit irrationabilis, & excludat filias damnati de crimine læsæ maiest. quo ad bona paterna in totū, & quo ad materna deducta legitima, & nullam mentionem faciat de successione aliorū collateralium, ergo ad eam non est trahenda. *& l. licet, d.l. quisquis*, loquens in patre extendatur etiam ad matrē committentem illud crimen læsæ maiestatis, prout tenet glo. *in d.l. quisquis, in verbo ausuras. & sequuntur Pet. & Cyn. & communiter alij*, licet Salyc. ibi contrarium teneat, tamen illud ibi procedit propter omnimodam rationem enormitatis criminis, quod non est ita in proposito. Ad idem † videtur mihi multū fa- 6
cere tex. *in d.l. quisquis, si bene consideretur.* Nam in §. filii vero, ibi, in filiis masculis damnati de crimine læsæ maiestatis, expresse disponit, quod succedere non possint non solum in hæreditate paterna, vel materna, vel auita, sed nec etiam in successione omnium proximiorum, à qua sint alieni, & ex testamentis extraneorum nihil capiant: Ergo cū postea in filiabus, *in §. ad filias*, immediate sequēti nihil exprimat, & nihil repetatur de prohibitione successionis aliorum proximiorum, vel extraneorū, ergo manifeste apparet, quod tex. voluit aliud esse in filiis masculis, vt sint incapaces successionum collateralium, & aliud in filiabus fœminis: quia si idem voluisset Imperator statuere in filiab. quod in filiis quo ad excludendum à successione collateralium, seu cōiunctorum, ita expressisset, sicut expressit in filiis masculis, argu. *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, in fi. C. de cadu. tollen. & cap. inter corporalia, de translat. prælato.* & per ista remanet absolutum primum dubium. Circa secundum dubium, an *d.l.* † *quisquis*, 7
loquens de filiis, habeat locum in nepotibus ex filio. & sic in liberis descendentibus per lineam masculinam, paucis agam, postquam doctores *in dicta l. quisquis*, in hoc concordant. Nam verbum, *filij*, † 8
prolatum à lege comprehendere videtur etiam nepotes, *l. filij appellatione, & l. iusta, & l. liberorum, ff. de verbor. signif.* secus quando profertur ab homine, cum aliter filii, aliter nepotes appellentur. *l. quod si nepotes. ff. de testam. tut. & §. fin. cum gl. instit. qui dari tu. to pos.* tamen quia materia *dictæ l. quisquis*, videtur esse pœnalis, & odiosa, vt dixi in dubio præcedenti, ideo de hoc esset latius dicendum, vt per Bartol. & Moder. *in l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthum. cum concordantiis ibi traditis per dominum Alexan.* Sed Federicus Imperator postquam fuit reconciliatus cum ecclesia Romana edidit constitutionem contra reos læsæ maiestatis diuinę vel imperialis, quam Ecclesia Romana approbauit, & inuenitur apud inquisitores hæreticæ prauitatis sub bulla papali authentica, quæ constitutio vtitur in verbo, liberorum, quod comprehendit etiam nepotes. *l. sed si hac. §. liberos, ff. de in ius vocan. & l. liberorum, ff. de verborum significatione.* tamen illa constitutio restringitur ad secundum gradum tantum. Postea per cap. statutum Fœlicis, de hæreticis in sexto, fuit declaratum in crimine hæresis, quod intelligatur de liberis descendentibus ex masculo vsque ad secundum gradum inclusiue, & non vltra, ex fœmina aūt veniant solum descendentes vsque ad primum gradum, & non vltra, & sic solum filii primi gradus. sed † crimen hæresis & crimen læsæ maiestatis 9
æquiparantur: *vt notant glo. & Salyce. in l. 2. C. ad leg. Iuliam maiesta.* Et communiter concluditur per omnes, nemine contradicente, quod distinctio dicti cap. statutū Fœlicis. loquens in crimine hæresis, procedat ēt in crimine læsæ maiestatis, vt quo ad fœminas solum filii primi gradus puniantur, descendentes autem ex masculis vsque ad secundum gradum, & sic vsque ad nepotes. ita tenent omnes *in dicta l. quisquis, & ibi Cyn. in tertia quæst. & etiam in vltima quæst.* vbi postea refert verba illius constitutionis Federici Imperatoris, & sequuntur Alberic. de

Rosate, Bal. Ang. & Salyc. ibi, & ibi Saly. dicit, quod ista est communis opinio, & Io. de Platea *in §. publica autem. insti. de public. iudi. Angel. de Aretio in d. tractatu maleficiorum, in verb. che hay tradito la tua patria.* & de illa constitutione Friderici Imperatoris relata per Cyn. facit etiam mentionem Bartol. *in l. liberorum, circa tertiam colum. ff. de verborum significatione. Petrus de Ancha. d. cap. statutum. Io. de Ana. in cap. vergentis, de hæret. in antiquis.* Item dicta † constitutio Friderici, licet nõ sit in corpore iuris clausa, & sic prima fronte videatur posse dici quædam extrauagans, de qua videtur quod possit probabiliter dubitari, & sic non facere ius commune. *l. cum prolatis. & ibi Bar. & omnes, ff. de re iudic. cum concordantiis ibi traditis per modernos:* tamen reuera facit ius commune per vniuersum orbem, cum sit sub bulla Papali, & sic etiam certa per relationem & attestationem Cyn. & omnium doctorum, *in d. l. quisquis, & in aliis locis supra allegatis. & sic in ea cessat ratio incertitudinis, cap. 1. de postu. præla. & 16. dist. c. quod dicitis. Ita tenent Cano. in cap. pastoralis, de fide instr. & ibi in specie D. Abb. in 1. colum. circa fin. & idem D. Abb. in cap. 1. in 5. colum. de re iudi. Gemi-nia. in proœmio sexti. §. primo, in tertio notabili, per illum textum.* & tanto magis, quia idem est etiam dispositum in crimine hæresis, in dicto capitulo statutum Fœlicis. quod æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt supra dixi.

CONSILIVM CVII.

THEMA.

IN diuisione bonorũ communium faciẽda inter magnificos fratres, Dominum Ioannem Henricũ, Ioannem Bartholomæum, & Pyrrhũ de Carreto ex marchionib. Sauonæ exoritur dubitatio, quia Do. Ioan. Henricus tanquam primogenitus prætendit ante partem habere debere omnem & totam portionem spectantem in castris & locis feudalibus, prætextu imperialis priuilegii cõcessi à Frederico Imperatore magnificæ dominæ Mariæ auiæ paternæ, vt primogenitus succedat, & aliis fratribus præferatur. Ex aduerso alii duo fratres prætendunt, quod etiam fieri debeat diuisio in portione dictorum castrorum & locorum feudalium, & quod ad vnumquemque spectare debeat vna tertia pars non obstante dicto priuilegio de primogenitura, cui dicunt esse renunciatum per prædictum Dom. Ioan. Henricum & tacite, & expresse, præsertim per inuestituras ab illustrissima ducali celsitudine, & christianissima maiestate vltimo loco factas, in quibus ipsi omnes fratres fuerunt æqualiter inuestiti cum interuentu magnificæ dom. Annæ eorum matris, tutricis, ac curatricis, & vltima inuestitura fuit per ipsum dominum Ioan. Henricum iuramento firmata, quamuis esset minor viginti quinque annis. Quęritur modo, quid in prædictis iuris sit, ad puram & meram veritatem aduertendo.

ARGVMENTVM.

Imperator de plenitudine potestatis potest facere, quod primogenitus solus in feudis succedat.

An per nouam inuestituram communi nomine receptam de consensu illius, qui debet solus in feudo succedere, sibi præiudicetur.

SVMMARIA.

1 *Feudum amittit, qui consentit alium inuestiri.*
2 *Agnati quando videantur iuri suo renũciare in feudis.*
3 *Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur.*
4 *Imperator de potestatis plenitudine potest concedere ius primogenituræ.*
5 *Vasallum feudo priuare potest Imperator de plenitudine potestatis in totum sine causa.*
6 *Imperator de plenitudine potestatis potest auferre dominium priuato, etiam nulla causa subsistente.*
7 *Vasallus non potest testari de feudo: sed in eo instituere primogenitum.*
8 *Vasallus non est ipso iure feudo priuatus, sed domino volente.*
9 *Vasalli licet sit culpa notoria: tamen requiritur sententia priuatiua.*
10 *Declaratio tex. c. 1. §. præterea. quibus mo. feu. amit.*
11 *Iuri, quod quis ignorat sibi competere, non censetur renunciare.*
12 *Feudi natura & successio non alteratur per nouam inuestituram.*
13 *Consensus expressus debet interuenire in re graui & onerosa.*
14 *Adultus habens curatorem, æquiparatur pupillo.*
15 *Ratificatio nunquam extenditur ad ignorata.*
16 *Iuramentum non extenditur ad ignorata.*

IN præsenti consultatione videretur prima consideratione dicendum, q̃ præfatus D. Io. Henricus sibi præiudicauerit in iure primogenituræ vigore prædictarum inuestiturarum communi nomine omnium fratrum receptarum: per tex. notabilem *in c. 1. §. præterea quib. mod. feu. amit.* Vbi ad literam dicit tex. q̃ si ille † ad quem feudum per successionẽ de iure obuenire debet, consenserit eos inuestiri, ad quos secundum morẽ vel ordinem rectũ nõ pertinet, ad ipsum repetendũ nullo modo regressum habet. & ibi gl. & doct. intelligũt illum tex. procedere quomodocunque consentiat ille, qui habet ius prælationis in feudo, siue cõsentiat expresse, siue tacite, argum. *l. 2. & l. si hypothecas. C. de remis. pigno. & l. creditor. ff. de reg. iur.* Idem tenet gl. *in c. 1. in verb. consentientib. an agn. vel fili. facit, quod decidit Bal. in d. c. 1. §. præterea. per illum tex.* quod si ad primogenitum regis vel baronis pertinebat regnum, vel feudum, & consenserit inuestiri secundogenitum, quod sibi præiudicat, & feudum pertinebit ad secundogenitum. & dicit esse expressum, *7. q. 1.*

quam

quam periculosum. Idem si inuestitura fuerit facta in quemcunque extraneum consentiente illo, ad quem feudum de iure pertinet. Nam cõsentiendo sibi præiudicat: secundum Iacob. de Beluiso, & Bal. *in cap. 1. §. fi. cir. fi. quæ fue. prima cau. benef. amit Franc. de Aretio in con. 3. incip. consultatio præmissa.* Ad idem facit, quod tenet gl. *in d. ca. 1. in verb. de nouo. in tit. an agna. vel fil. vbi gl.* tenet, q† si agnati cõsentiant filiũ inuestiri quasi de nouo beneficio, videntur iuri suo renũciare: *per tex. in d. c. 1. §. præterea.* & quia qui alij cõsentit iura sua perdit. *vt l. cũ quadã. C. de admini. tu. Item D. Io.* Hêricus nouæ inuestituræ cõsentiẽdo, ius inuestiturę veteris perdidit, *arg. l. si quis ante. ff. de acq. pos. & l. pacta nouissima. C. de pactis & l. cum in plures. §. l. dicta. ff. locati. & l. cũ stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obli. & l. Valerius. ff. de præto. stipu.* fit enim plena nouatio à contractibus qui sunt oppositæ rationis & qualitatis: *secundum Bald. in d. c. 1. in antepe. col. an agna. vel filius.* Item vltima inuestitura à Christianissima maiestate impetrata fuit per Ioa. Henricum cum iuramento ratificata, ergo sibi præiudicat. *c. 1. de alie. feu. pater.* 3 cum † ratihabitio retrotrahatur, & mandato æquiparetur. *l. fi. C. ad Macedo. & c. pen. de sen. excom. & ita etiam tenet glo. in d. ca. 1. in verb. consentientibus in tit. an agna. vel filij.* & licet D. Ioan. Henricus esset tunc temporis min. 25. annis, tamen erat adultus: vnde iuramentum eum repręsentat maiorem, & sic eum effectualiter obligat. auth. sacramenta puberum. & in corpore vnde sumitur. *C. si aduer. vendi.* Sed præmissis non obst. contrariam sententiam arbitror de iure esse veriorem quod Do. Ioann. Henricus in dictis **locis & castris** feudalibus præferri debeat aliis duobus fratribus, cum habeat fundatam intentionem suam, ex quo Fridericus Imperator ex plenitudine imperialis potestatis priuilegium concesserit, quod in portione dictorum castrorum, locorum, terrarum, homagiorum, iurisdictionum, & districtuum, deinceps primogenitus filius, & ipsius descendentes præfatæ magnificæ dominæ Mariæ auiæ paternæ succedant, aliis exclusis, ne per diuisiones, & partium plurimas assignationes portio ipsa ad minimum & fere ad nihilum breui tempore, in non modicum eiusdem sobolis, futuræque posteritatis dedecus & dispendium redigi contingat. Ita cantat dictum priuilegium imperiale Fri- 4 derici Imperatoris. Planum † est autem, quod Imperator ex plenitudine potestatis potuit concedere ius primogenituræ in dictis castris & locis, præsertim ex dicta rationabili causa per ipsum Imperatorem in dicto priuilegio expressa. Nam Imperator de plenitudine potestatis, etiam sine causa, posset prædictum ius primogenituræ concedere; quia plenitudini potestatis nihil resistit. *l. Princeps. ff de legib.* & crimen sacrilegij est de potentia Imperatoris disputare. *l. sacrilegij. C. de crimine sacrilegij.* Item cum Imperator sit causa causarum, non est de eius potestate inquirendum, cum primæ causæ nulla sit causa, & illud quod primum est, aliud ante se habere non potest: *secundum Bald. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. in penul. colum. vt lite pend.* Item Imperator de plenitudine potestatis potest supra ius, & contra ius, & extra ius, dispensare: *cap. proposuit. de concessio præben. Bald. in cap. cum super. in prima columna de causa pos. & proprie.* Item quando Imperator aliquid facit de plenitudine potestatis, nemo potest ei dicere, cur ita facis: secundum Bald. *in præludiis feudorum. in pen. charta, & in leg. fin. in 1. colum. in fin. C. senten. rescind. non pos. & ante Bald. fuit dictum originale Speculatoris in titu. de legato §. nunc ostendendum. in versi. 89. vbi ad hoc allegat text. de pœnitentiis. dist. 3. cap. quamuis.* Ad idem bene facit † quia Imperator potest de plenitudine po- 5
testatis sine causa priuare in totum vasallum feudo. prout tenet Iacobus Aluaro. *in cap. 1. §. fin. in penultima columna qui feu. dare pos. & in cap. 1. in princip. in 2. columna. ad fin. de natura feudi. Bald. in consil. 333. prima partis incipiente, ad intelligentiam sequendorum præmittendum est circa princ. quicquid in discursu dixerit idem Bald. in d. ca. 1. in princ. de natura feudi.* Confirmatur optime; quia † Imperator de plenitudine potestatis 6
potest auferre dominium priuato, etiam nulla causa subsistente. *l. 2. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. secundum Ange. in leg. item si verberatum. §. 1 ff. de rei vendi.*

Vbi subdit, quod mentiuntur per gulam, qui contrarium dicunt. Idem tenet Ang. *in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. & in leg. quemcunque. C. de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib. 10. Bald. & Angel. in d. lege secunda. in princ. C. de quadrien. præscriptio. facit text. notabilis in cap. ex multiplici. de decimis.* Si ergo Imperator de plenitudine potestatis absque alia causa potest auferre priuato dominium rei sue iam in esse deductum, in quo nullum ius particulare habet præter iurisdictionem vniuersalem. *le. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Bart. in leg. 1. § per eam. per illum textum ff. de rei. vend.* multo fortius de plenitudine potestatis debet posse auferre feudum in totum vasallo, cum in feudo vltra vniuersalem iurisdictionem habeat etiam in specie directum dominium: vt cap. 1. in fi. in quibus causis feud. amitta. *& cap. 1. de controuer. inter vasal. & alium de beneficio. & capitu. 1. §. primo. de inuesti. de re alie. facta.* Cum ergo Imperator de plenitudine potestatis, etiam sine causa, possit in totum auferre feudum vasallo: multo fortius in proposito potuit in primogenitum transferre. *l. videamus. §. pe. ff. de in litem iur.* & sic impedire ius aliis acquirendum quod est facilius, quam ius iam quæsitum tollere. *leg. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cap. quemadmodum. de iureiur.* Ad idem bene facit, quod licet † vasallus non possit testari de feudo, eo quia 7
in feudis nulla ordinatio testamenti valet & tenet: *c. 1. in prin. de succes. feu. & c. 1. in prin. & ibi notat Bald. de prohib. feu. alie. per Federicum.* tamen vasallus potest in feudis instituere primogenitum, & ei in totum relinquere, & aliis filiis in allodialibus partes assignare. ita determinat notabiliter Pau. de Cast. *in con. 163. incip. in causa, quam magnificus dominus Titius habet in 4. & 5. colum.* Vbi expresse tenet, quod in terris feudalibus potest pater in testamento disponere, quod primogenitus tantum succedat, per iura, & authoritates ibi per eum adductas. Istam decisionem Pau. de Cast. refert & sequitur D. Alex *in consi. 200. quinti volu. incip. perspectis his, quæ in themate narrantur.* Modo in proposito, si feudatarius alias prohibitus testari de feudo, potest tamen illud in testõ relinquere in totum filio primogenito, multo fortius istud põt facere Imperator de plenitudine potestatis, cũ vasallus testator non possit legib. derogare. *l. nemo potest. ff. de lega. 1. l. testandi. C. de testa. c. requisisti. & cap. tua*

nos eo titu. Sed Imperator de plenitudine potestatis potest contra ius dispensare: *vt est text. in ca. proposuit. de concess. præben. & in l. princeps. ff. de legibus.* Stat ergo ex prædictis vera conclusio, quod Imperator de plenitudine potestatis potuit in dictis castris & locis concedere ius primogenituræ & tanto magis cum in d. cõcessione rationabilem causam expresserit. & sic dominus Ioan. Henricus habet in dictis locis & castris fundatam intentionem suam, quod præferri debeat aliis duobus fratribus, & eos excludere, cum sit primogenitus, & ex dicto priuilegio imperiali solus succedere debeat, aliis fratribus exclusis. Nec huic priuilegio imperiali reperitur ab aliquo fuisse derogatum, imo nec facta est aliqua mentio in aliqua inuestitura super dictis castris cõcessa. Nec obstat, si diceretur, quod dominus Ioan. Henricus non possit se iuuare d. priuilegio imperiali, ex eo quod post mortem patris vsque ad hæc tẽpora non fuit facta aliqua recognitio sacro Romano imperio, nec requisita inuestitura, imo recognitio fuit facta ab illustrissima ducali celsitudine, & à Christianissima maiestate ducatum Mediolanensem obtinente, & ab eis inuestituræ obtentæ: quia
8 dicitur, quod † per ista vasallus non est ipso iure priuatus feudo, sed demum domino directo volente, & non aliter: *vt notat glo. in le. 2. ff. si ager vecti. vel emph. pe. quam ad hoc allegat Bald. in l. fi. in fi. C. de reuoc. dona. facit l. 2. cum ibi notatis per Bart. & Doc. C. de iure emphy. & ita etiam tenet dominus Alex in cons. 79. primi vol incip. circa primum, de quo quæritur, scilicet coram quo domino. in pe. col.* Item in priuatione feudi requiritur sentẽtia priuatiua, aut declaratiua priuatiõis. *c. 1. & ibi Bal. de feudo sine culpa non amit. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. in 14. col. & sequenti. de constit. Ludo. Rom. in cons. 212. incip. quo ad primum quo quæritur. in vltimo dub. facit cap. primum. §. fin. & quod ibi tenet Bald. in vlt colum. de pace iur. fir. Ad idem facit tex. in cap. 1. in verb. apertam. qualiter do. à propri. priue. per quem Bald. ibi circa prin.* notat esse o-
9 ptimum text. quod † licet euidens & notoria sit culpa feudatarij, tamen requiritur sententia priuatiua. Item conditio temporum, & varietas ducum & principum, qui in Insubribus, & Liguribus dominati sunt, & Imperatorem non recognouerunt, saltem de facto, satis excusant dominum Ioan. Henricum, & eius progenitores, si postea non recognouerunt sacrum imperium, nec inuestituram requisiuerunt, cum requiratur, quod talis omissio fuerit facta dolo, & in contemptum imperij, & iusta causa ab hoc excusat. *c. fin. & ibi Bald. de probi. feu. alie. per Loth. & c. 1. in verb. nisi iusta causa, & ibi Bald. in 2. col. ad fin.* notat, quo tempore miles inuestituram petere debeat. Bald. *in leg. solennibus. circa finem. C. de rei vendic.* vbi tenet, quod ad hoc vt vasallus amittat feudum, requiritur, quod sit in dolo, per text. *in d. cap. fin. de probib. feud. alie. per Loth.* Sed quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. *leg. 4. §. 1. cum vulgaribus. ff. de libe. causa glo. & ibi pulchre Ang. in l. plagij criminis accusatio. C. ad le. Flaui. de plagiariis. & in l. 1. in fi. ff. de abigeis.* Tenendo istam partem, non obstant ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Et in primis dum dicebatur quod dominus Ioann. Henricus sibi præiudicauit in iure primogenituræ vigore inuestiturarum communi nomine omnium fratrum receptarum: *per text. notabilem in d. cap. 1. §. præterea quibus mo. feu. amit. cum aliis superius ad idem adductis:* quia respondetur pluribus modis. & clare. Primo dicitur, 10
quod † ille text. procedit, quando ex certa scientia cõsensit, alioquin potius intelligitur errare, quam consentire. *l. 2. ff. de iudiciis. & l. si per errorem ff. de iurisdic. omn. iud. & ca. vasallus. si de feud. fuer. contro. inter do. & agna.* Ita expresse intelligit illũ tex. gl. ibi, *in d. §. præterea. & ibidem Bald. & alij*: & vt ibidem subdit Bald. porro ignorans non dicitur consentire. *le. nec ignorans. C. de dona. l. maleficiis. §. longe minus. ff. de actio. & obliga. leg. tres fratres. ff. de pactis. leg. fin. §. idem quæsit ff. de condic. indebi. l. si maiores. C. de excepti. l. cum Aquiliana. ff. de transactio.* Sed præfatus dominus Ioannes Henricus tempore receptarum dictarum inuestiturarum ignorabat ius primogenituræ sibi competere, 11
iura † autem, quod quis ignorat sibi competere, non censetur renunciare *d. mater decedens. ff. de inoffi. testa. glos. in §. igitur in verbo, interrogent. in authent. quomodo opor. epis.* Quinimo non solum quis non dicitur renunciare iuri, quod ignorat sibi competere, imo etiam si dubitet, an sibi competat, non intelligitur ei renunciare. *l. fi. §. 1. C. de furtis. & ibi Bar. ad hoc notat illum textum, & reputat tenendum menti, & dicit se nescire alibi. & ita parcitur dubitanti, sicut ignoranti. ita per. d. leg. fin. §. 1. dicit notabiliter Bald. in leg. leges sacratissima. C. de legibus.* quod reputat nota dignum. & sequitur Ioannes de Anania in *consilio 72. incipiente, visis & consideratis his quæ in facti narratione. in vltima columna.* & in dubio præsumitur ignorantia: per regulam leg. verius. *ff. de probatio. & regu. præsumitur, de reg. iur. in sexto.* Item regula *d. c. 1. §. præterea, quibus modu feud. amit.* est infallibilis, quando quis consentit in iure suo transferendo in alium, secus si consensus non fiat ad hunc effectum. *l. inter officium, ff. de rei vendica. c. suborta, de re iudic. Item expresse limitat Bald. in d. §. præterea, circa prin.* Sed in casu præsenti dominus Ioannes Henricus nunquam consensit in iure suo primogenituræ transferendo in alios fratres, sed consensit ad alium effectum, ergo sibi non præiudicat in iure primogenituræ sibi cõpetente. Confirmatur: quia consensus præstitus ad vnum effectum, nõ debet operari alium effectum. cap. Titius cum Sempronio. *si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. & l. iubemus. C. ad Velleia. secundum Bald. in cap. primo, in antepenul. colum. in titu. an agna. vel filius.* Item actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. *l. non omnis, in principio. ff. si certum petatur. & l. obligationum substantia, §. fina. l. ff. de actio. & obligation.* Item in vltima inuestitura habita à Christianissimo Francorum rege nostro dicitur, iuxta seriem antiquarũ inuestiturarum, sed quando noua inuestitura fit tanquam de veteri feudo, tunc ius competens domino Ioanni Henrico censetur esse reseruatum ex vi sermonis, qui seruandus est. *l. fina. Cod. de bonis quæ liberis, secundum Baldum in dicto capitulo primo, in antepenultima columna, in titulo, an agnatus vel filius.* Vnde inuestituræ nouæ factæ tanquam de feudo veteri, vt in casu præsenti, 12
non præiudicant: secundum Bal. *ibi.* Item † per nouam inuestituram non alteratur natura & successio feudi antiqui. *ca. 1. vbi Bald. & alij ad hoc notant. de vasal. decrepi. ata. Bald. in l quoties. in 2. colum. Cod. de fuis & legiti. & in l. 1. in 16. quæst. ff. de rerum diuisio.* Item licet impetratæ sint prædictæ inuestituræ feudales communiter

muniter nomine prædictorum trium fratrum, tamen ista impetratio inuestiturarum se compatitur cum iure primogenituræ competente domino Ioanni Henrico, nec ei derogat, quia stat simul, quod omnes dicti tres fratres sint inuestiti de dictis locis & Castris, tamen donec viuit primogenitus ad eum solum spectent dicta feuda, & eo mortuo sine filiis admittatur secundogenitus, & sic successiue, ergo talis impetratio dictarum inuestiturarum facta cõmuni nomine ipsorum trium fratrum non præiudicat iuri primogenituræ Dom Ioan. Henrici primogeniti, ex quo ius suum durabat. *le. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. glo. in proposito nostro in d. c. 1. §. præterea. quib. mod. feu. amit.* Item † in re graui & onerosa debet interuenire consensus expressus, nec sufficit taciturnitas absque contradictione. ita notabiliter tenet D. Abb. *in c. in causis 1. col. in fi. de elect.* Sed in casu prẽsenti tractatur de re valde onersoa, & graui, scilicet de perdendo ius primogenituræ in tot locis & castris, ergo erat necessarius expressus consensus dicti D. Io. Henrici item Do. Ioan. Henricus & fratres tempore, quo dictas inuestituras communi nomine impetrarunt, erant minores annis 25. & habebant matrem tutricem, & curatricem, vnde dato quod dominus Ioann. Henricus esset tunc adultus: tamen cum † haberet curatorem, æquiparatur pupillo. *l. si curatorem hæredes. C. de in integ. resti. mi. glo. & Bar. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell.* ratio, quia per dationem curatoris intelligitur adulto interdicta administratio sicut & prodigo: secundum Cyn. *in d. l. si curatorem habens.* Ergo pr talem impetrationem inuestiturarum non potuit sibi præiudicare in iure primogenituræ propter impedimentum & obstaculum ætatis, præsertim quia tunc etiam fuisset necessarium decretum iudicis cum causæ cognitione vltra authoritatem tutoris & curatoris. *l. siquidem. C. de prædiis min. le. 1. & per totum. ff. de reb. eo.* Per ista apparet multifariam, multisque modis nihil obstare Do. Ioan. Henrico primogenito, & sic iuri suo primogenituræ impetrationem inuestiturarum factam cõmuni nomine in dictis locis & castris. Non obstat etiam, dum dicebatur, quod vltima inuestitura à christianissima maiestate impetrata fuit ratificata cum iuramento per ipsum dominum Ioannem Henricum, ergo sibi prẽiudicat, vt in iurib. supra allegatis: quia respondetur, quod † ratificatio nunquam extenditur ad ignorata: *secundum Bal. in l. mater. C. de rei vendi. & in l. obseruare. §. fin. in 4. q. ff. de offi. proconsu. & lega.* Nam qui errat, non ratificat: *secundum Bal. in l. 1. in 19. oppos. in fi. C. qui admitti.* Sed do. Ioan. Henricus tempore impetratæ istius vltimæ inuestituræ ignorabat ius primogenituræ sibi competere in dictis locis & castris, ergo non potest dici, quod ratificando sibi præiudicauerit, cum, vt dixi, ratificatio non extendatur ad ignorata. Itẽm ratificatio sequens non potest plus operari, quam ipsę inuestituræ, quę non præiudicant D. Ioan. Henrico in iure suo primogenituræ, vt ex multis superius ostendi, ergo minus præiudicare debet ratificatio ipsarum inuestiturarũ. Non obstat vltimo, dũ dicebatur, quod D. Ioa. Henricus tunc temporis erat adultus, vnde iuramẽtum eum obligat: per dictam authen. sacramenta puberum. & in corpore vnde sumitur: quia respõdetur, quod † etiam iuramentum non extenditur ad ignorata. *l. fi. C. de non numer. pecu. ca. quemadmodum. de iureiur. & quod vult Bart. & Doct. in l. sed & si quis. §. quæsitum in fi. ff. si cautio. Cano. in c. 1. de commodato.* Item tale iuramentum non fuit confirmatorium actus gesti, prout loquitur dicta auth. sacramenta puberum. sed fuit solum iuramentum fidelitatis, q debet præstari à vasallis erga directos dominos. *ca. 1. de forma fide. & c. 1. de noua forma fideli. & c. 1. quo tempo. miles.* ergo nihil facit quo ad inducendum aliquod vinculum obligationis inter ipsos fratres, quod prẽiudicet iuri primogenituræ competenti Domino Ioanni Henrico.

13 14 15 16

CONSILIVM CVIII.

THEMA.

SVPER themate suprascripto de duobus principaliter dubitari contingit. Primo nũquid ex testamento Domini Ioan. de Nicelis senioris, & aui, ac proaui paterni inducatur fideicommissum cuius vigore D. Bartolinus & eius nepotes de Nicellis possint cõsequi illam partem bonorum dicti aui, quę obuenit Antonio, qui decessit sine filiis masculis relictis duabus impuberibus. Secundo, posito quod adsit fideicommissum, an dictę filię de iure habere debeant dimidiam partem dictorum bonorum vigore legitimę, & Trebellianicę.

ARGVMENTVM.

Quando & ex quibus inducatur tacite fideicommissum reciprocum?

Quando fideicommisso non detrahatur legitima, neque Trebellianica?

SVMMARIA.

1 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione. 18.*
2 *Substitutio vulgaris euanescit per additionem hæreditatis.*
3 *Filij positi in conditione non sunt in dispositione.*
4 *Substitutio reciproca tacita quando inducatur.*
5 *Alienationis ex prohibitione quando inducatur fideicommissum.*
6 *Alienationis in prohibitione extra familiam non comprehenduntur personæ, quæ alias ab intestato fuissent successuræ.*
7 *Fideicommisso grauari non possunt non dispositiue vocati: nisi vt nu. 9.*
8 *Voluntas testatoris quando est clara non admittit interpretationem.*
10 *Fideicommissum reciprocum inducitur ex coniecturata mente testatoris.*
11 *Voluntas testatoris sufficit ad inducendum fideicommissum vndecunque apparens.*
12 *Masculi intelliguntur vocati quando fœminæ excluduntur eorum contemplatione.*

13 *Lucrum illi applicatur, cuius contemplatione aliquis ab eo reuocetur.*

14 *Dispositum censetur expresse, quod verisimiliter sic fuisset dispositum.*

15 *Fideicommissum inducitur ex prohibitione alienationis cum causa 17.*

16 *Fideicommissum reciprocum inter nepotes quando inducatur.*

19 *Alex. decisio in l. Gallus. §. quidam testamenti. declaratur.*

20 *Glo. l. Lucius. la. 2. ff. de hæredi instit. declaratur.*

21 *Clausula vna testamenti declarat aliam.*

22 *Relatum est in referente.*

23 *Expressum aliquod per se, vel per relationem ad aliud, paria sunt.*

24 *Terminus referens dicitur specifice continere omnia relata.*

25 *Nepos non tenens primum locum legitimam habere non debet.*

26 *Priuilegium legitimæ tollitur mutatione personæ.*

27 *Trebellianicam quando quis perdat.*

28 *Nepotes computant omnes fructus in Treb. quos perceperunt à tempore mortis aui citra.*

29 *Testator hodie potest prohibere detractionem Treb. & Falcid.*

30 *Dispositio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quem testator verisimiliter idem prouidisset.*

CIRCA primum dubium, videretur prima consideratione dicendum, nullum fideicommissum, quantum ad propositum. induci ex verbis testamenti domini Ioan. Senioris † arguendo à sufficienti partium enumeratione dicti testamenti, 1 quod argumentum est validum. *leg. patre furioso. vbi Bart. & alij not ant. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. le. obligationum fere. §. placet. ff de actio. & oblig. & c. cum dilectus. & ibi dominus Abbas notat, de iure patro.* Et sic considerando omnes particulas testamenti non videtur, quantum ad propositum, esse aliquod fideicommissum. Aut enim volumus considerare primam institutionem, in qua D. Ioann. instituit sibi hæredes quondam D. Ioan. Nicolaum ipsius testatoris filium, & quoscunque ipsius D. Ioannis filios, certe filij dicti dom. Ioan. Nicolai, & sic D. Bartolinus & reliqui fratres non dicuntur vocati à testatore, nisi ordine successiuo per vulgarem substitutionem, & non per fideicommissum, prout in specie videtur tenere D. Alex. post Bart. *in leg. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posth. in 5. colum. in vers. sed iuxta hoc dubitat hic Pau. de Castr. & c. & ita etiam vbi tenuit* 2 *Aret.* sed † vulgaris substitutio euanuit per aditionem hæreditatis dicti quondam D. Ioan. Nicolai. *l. post aditam. C. de impub. & alius substit.* & sic ex isto capite Do. Bartolinus & fratres non possunt dici hæredes vocati ab ipso domino Ioanne testatore. Aut & secundo volumus considerare substitutionem factam dicto D. Ioanni Nicolao, si decesserit sine 3 liberis legitimis & naturalibus, & † tunc filij ipsius D. Ioann. Nicolai non censentur fuisse hæredes D. Ioannis primi testatoris, ex quo sunt positi in conditione, & non in dispositione: *iuxta gl. communiter approbatam in l. Lucius. 2. ff. de hæred. instit.* Aut & tertio volunt venire vigore alterius substitutionis factæ in casu, quo omnes filij tam nati quam nascituri ipsius D. Ioan. Nicolai quandocunque decederent sine liberis, vltimo ipsorum sic decedenti substituit Stephanum fratrem suum, & certe etiam ex isto capite non intelligitur facta substitutio reciproca inter filios dicti D. Io. Nicolai, ex † quo talis substitu- 4 tio facta vltimo morienti non fuit expresse facta in tota hæreditate, prout legendo tenui. *in leg pen. C. de impube. & aliis substit. & latius in l. potest. in 3. colum. ff. de vulgar. & pupil. cum multis authoritatibus doctorum, quas ibidem deduxi.* Item dominus Ioa. Nicolaus non decessit sine filiis, immo quatuor filios superstites reliquit, & sic omnes filii D. Ioannis etiam comprehendendo nepotes non decesserunt omnes sine filiis. Non quoque & quarto videntur per fideicommissum substituti ex prohibitione alienationis, † 5 quia in tali prohibitione non fuit adiecta qualitas masculinitatis, & filiæ dicti Antonij prædefuncti adhuc impuberes dicuntur de agnatione & parentela de Nicellis: vt late consuluit dominus Franciscus de Curte *in con. 63. incipiente, antiquissima & nobilissima familia.* Item † in tali prohibitione alienatio- 6 nis extra familiam vel agnationem non comprehenduntur personæ, quæ alias ab intestato fuissent successuræ, licet non essent de tali familia vel agnatione. *leg. cum pater. §. cum inter. & ibi Bart. ff. de l. 2 gl. in l. peto, §. fratre. & ibi Bart. ff eod. cum concordantiis, quas alias legendo plene posui in l. filiusfa. §. diui. in 7. q. ff. de le. 1. do. Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in 4. colum. in vers. puto concludendum. ff. de verb. obli.* Ex prædictis omnib. se- 7 quitur, q̃ ex † quo dominus Bartholinus, & fratres non fuerunt vocati dispositiue ab ipso domino Ioan. testatore, ergo non potuerunt fideicommisso grauari, per regulam *le. ab eo. cum vulgarib. C. de fideicommiss. l. 1. §. sciendum. & l. sed & si sic. §. 1. in fi. ff. de legat. 3.* licet etiam ex ipso testamento nullum fideicommissum eis iniunctum fuerit considerando omnes particulas dicti testamenti, vt superius ostendi. Ad hoc bene facit text. *in l. Lucius. §. tres hæredes ff. ad Trebellianum. in verbo, non proponi Seium rogatum vnciam ei restituere.* per quē textum apparet solam voluntatis testatoris cōiecturam ad fideicommissum non sufficere. Et ibi ad hoc no. Iacob. de Aret. illum text. refert & sequitur Bal. *in l. cum virum. in vlt. col. C. de fideicommiss. facit, quod vult glo. in l. cum proponebatur. ff. de l. 2.* Item dominus Ioan. Nicolaus potuisset instituere hæredem etiam extraneum: quia non euenit aliquis casus substitutionum, ex quo dominus Io. Nicolaus decessit cum filiis, ergo multo fortius hoc potuisset facere Antonius, ex quo nec omnes filij domini Ioannis testatoris, comprehendendo etiam nepotes, non decesserunt omnes sine filiis, & sic dictus Antonius potuisset filias fœminas instituere, & etiā ei possunt ab intestato succedere. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem & de iure veriorem, & magis consonam menti ac volūtati testatoris. Nam † quando voluntas testatoris est clara, interpreta- 8 tio verborum nusquam debet tantum valere, vt melior sensu existat: *vt inquit tex. notabilis licet vulgatus in l. 3. ad fi. C. de li. præte.* Et in interpretanda volūtate testatoris propter nimiam subtilitatem sæpe erramus: quia testantis animum non videmus: secundum

cundum Baldum *in l.precibus.in 7.col.C.de impube. & aliis substit.* Vnde quando voluntas testatoris apparet,illa est sequenda.*l.in conditionibus primum locum.in prin.& l Publius.§.fi.ff.de condit.& demon.*quia lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem.ita dicit notabiliter Bald.*in l.fin.C.de necess.ser.here.instit.* & non est curandum de qualitate verborum, dummodo constet de mente & voluntate testatoris:secundum Bal.*in l.quoniam indignum. C.de testa.* Non enim intentio verbis,sed verba intentioni debent deseruire:*vt est tex.32.q.5.in c.humanæ aures.& in c.intelligentia & in c.in his. de verb. signifi. & in c.2.requiris de appellat.* Alibi dicit tex.*38 dist.in c. sedulo.* ita esse præponendas sententias verbis,sicut animum corpori.Modo in proposito voluntas do. Ioannis testatoris in effectu fuit, quod vno ex nepotib.decedente sine filiis masculis relictis filiabus, quod alij nepotes masculi iure fideicommissi succedant,vt bona ipsius testatoris conseruentur in linea masculina descendentium suorum.Nam testator fecit nouem gradus substitutionũ.& in omnib. illis nouem gradibus semper admittit solos masculos retinentes nomen agnationis familiæ de Nicellis, & in omnibus gradibus semper excludit quascunque fœminas, etiam filias proprias testatoris, & ablaticas, & vndecunque descendentes, etiam quę retineant nomen de Nicellis.Et sic ex tot multiplicatis gradibus tot substitutionum, & tot multiplicatis verbis ipsius testatoris, apparet semper testatorem voluisse prouidere & consulere suæ posteritati masculinæ, exclusis semper quibuscunque fœminis,& non solum prouidit suæ posteritati masculinæ, sed etiam suæ agnationi & familiæ de Ni-
9 cellis,vbi descendentes sui masculi deficerent. Et † sic cum testator post omnes suos descendentes masculos etiam vocauerit alios masculos tantum de sua agnatione,vel familia de Nicellis: ergo ex hoc sui descendentes masculi censentur fideicommisso inuicem grauati de restituendo vnus alteri successiue. *l.peto. §.fratre.ff.de lega.2.* vbi omnes fideicommissum petent,qui in familia fuerunt:*per Barto.in l. si cognatis.in vlt.col.ff.de reb.dub.* Nã testator, qui vult consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens ad illud.*leg illud. cum vulgarib.ff.de acquir. hære.* Itẽ testator,qui aliquid vult,illud videtur velle,sine quo id primum velle non valet:*secundum glo. in l.pro hærede.§.Papinianus.in verb.solus hæres.ff.de acqui.*
10 *hær.*Item † fideicõmissum reciprocum inducitur ex coniectura ta mente testatoris,quamuis verba deficiant.de hoc allego gl.notabilem, quæ non solet in communi allegari,*in l.pater filium. §. penult.ff.de lega. 3.Idem Bal.in l.quoties ab omnib.circa medium.C.de fideicommiss facit tex.in l fideicõmissa.§.hæc verba. ff.de lega.3. & in l.vnum ex familia.§.fin.ff.de leg.2.& ita etiam tenet Pau.de Cast.in con.150.incipiente,in causa quæ vertitur inter Petrum.in 2.col.in prin.*Vbi tenet,quod ex necessaria & probabili coniectura voluntatis testatoris inducatur fideicommissum.Alibi tenet magistraliter & ad propositum D.Alex.*in cons. 98. quarti volu.quod*
11 *incipit, visa parte testa. in 2.colu.*quod † materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti,quod quibuscunque verbis,coniecturis,seu præsumptionibus potest apparere,sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quædam verba specialiter deputata, quibus fideicommissa conficiebantur.*vt in §.pen instit. de sing. re per fideicommissum relict.* tamẽ fuit postea statutum per quæcunque verba,& quomodocunque constaret de voluntate defuncti fideicommissum induci. *l.2.C.communia de leg.& l.cum proponebatur. ff.de leg.2. & l.mulier.in princ.ff.ad Trebel.*ita ibi formaliter tenet dominus Alexand.& quidem, vt dixi, multum ad propositum nostrum. Item licet verba fideicommissi sint defectiua,tamen debetur, si ex mente testatoris colligi potest fideicommissum.*l.vnum ex familia.§. si omissa.& l. peto. in prin.& vtrobique Bart.ff.de lega.2.* Secundo principaliter moueor:quia testator constituta dote octingentarum librarum pro filia, non solum exclusit & tacitauit filias proprias, sed etiam filias & ablaticas quorumcunque liberorum suorum, & sic nepotum, & pronepotum, & deinceps,quo casu censetur vocasse nepotes & pronepotes masculos, & sic induxisse fideicommissum reciprocum in nepotibus,&pronepotibus,&deinceps:quia † quando testator excludit fœminas con- 12
templatione masculorum, masculi intelliguntur à testatore vocati.*l.seruo legato.§.si testator.& ibi Bartol. notat.ff.de leg.1. & leg. fideicommissa. §. interdum. & ibi notat Bart. ff.de legat.3.& leg. 2. §.fin.& ibi etiam ad hoc notat Bart.ff.de collat.bo.Bart.in l.1.§.quidam filium. in 2. colum.ff.de contrab.& plenius Bart.in l.2. §. videndum. circa medium.ff.ad Tertul.*Vbi etiam dicit,quod quãdo vna dispositio fit contemplatione alicuius,licet expresse verba ad illum non dirigantur, tamen illi competit actio,cum ille intelligatur vocatus.Idem tenet Bal.*in l. si defunctus.circa prin.per illũ tex.C.de suis & legi. & in l.maximũ vitiũ.in 1.col. C. de lib.præt.& in l. quod vero cõtra in 1. col.ff.de legib.& in l.1.in 3.col.C.de secun.nupt. vbi notabiliter ampliat per illum tex. in verficu. gradibus.*Idem etiam tenet &ampliat dominus Abb. *in consilio 218.quod incipit,in causa Catharinæ monialis. in vltimo dubio.& est in secundo volumine consilium 111.* Ad idem facit: quia † quotiescunque quis remouetur 13
à lucro contemplatione alicuius,illi debet applicari,cuius contemplatione remouetur. *l. si legatarius. Cod.de leg.l.post legatum.§.amittere.ff.de his qui.vt indig. & d.lege secunda. §. fin. & ibi notat Bartol.ff.de collat.bo.* Et istam regulam per prædicta iura tradit etiam Bartol.*in d. lege secunda. §. videndum. in vlt. columna.ff. ad Tertul.*

Tertio principaliter moueor:quia testator,qui, vt dixi, fecit nouem gradus substitutionum, & in omnibus admittit solos masculos exclusis semper filiabus propriis ablaticis, & quibuscunque fœminis: si fuisset interrogatus de isto casu, scilicet de Antonio nepote,qui decessit sine filiis masculis,relictis duab. filiabus,an vellet alios nepotes masculos iure fideicõmissi admitti,& excludi istas neptes fœminas, verisimiliter disposuisset quod sic,vt apparet ex tot gradibus substitutionum: † ergo illud 14
debet haberi pro expresse disposito: *prout tenet glo. solennis & reputata singularis in l.tale pactum. §. fi.in glo. fi.ad fi.ff.de pac.*&ibi Bal.Ang.& moder.dicunt quod illa glos. procedit non solum in contractibus, sed in testamentis,&vltimis voluntatibus,&rescriptis. *& Bal.in l.1.C. quæ res pig. oblig. poss.facit tex.in l.cum res. in ver.1.ff.de l.1.* vbi text æquiparat illud, quod testator voluit, aut verisimile est eum voluisse. Quarto

multum

multum moueor: quia testator expresse prohibuit quamcumque alienationem, ad hoc vt diutius & perpetuis temporib. bona sua conseruentur in agnatione seu parentela de Nicellis, adiecta causa prohibitionis, quod ideo hoc fecit, quia vult & intendit dicta eius bona in posteros deuenire, prout
15 supra ordinauit. Vnde † per talem prohibitionem alienationis tali modo cum causa expressa factam, inducitur fideicõmissum reciprocum inter ipsos nepotes. *ita tenet gloss. ordinaria in l. codicillis. §. instituto. in verb. filijs meis. ff. de l. 2.* Quam glossam Io. de Imol. ibi dicit esse diligenter notandam, quia forte meliorem non reperies in iure, secundum eum. Confirmatur optime. Nam quando prohibitiõ de non alienando extra familiam, vel extra nepotes, & descendentes masculos, non est facta simpliciter, sed est expresse adiecta causa, vt bona perpetuis temporibus in agnatione conseruentur, & vt bona in suos posteros deueniant, prout fuit in
16 casu præsenti † tunc inducitur fideicommissum reciprocum inter ipsos nepotes: *vt l. peto. §. fratre. & §. prædium. ff. de legat. 2. & l. vnum ex familia. §. final. & ibi Bart. ff. de leg 2. & ita tenet Bartol. Raph. Comen. Pau. de Cast. Aret. & Moder. Senen. in l. qui Roma. §. cohæredes. ff. de verbor. obligat. Paul. de Castr. in l. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1. Salycet. in l. quoties ab omnibus.* C. *de fideicommiss.* Confirmatur adhuc & secundo optime per illud, quod signanter tenet Bart. *in l. pater. §. fundum. ff. de leg. 3.* Vbi per illum text. singulariter tenet,
17 quod † testator in prohibitione alienationis quam fecit, adiiciat ista verba, *ita enim fiet; vt de nomine nostro nusquam exeat.* per talia verba non inducitur aliquod fideicommissum: eo quia fuerunt verba enunciatiua cuiusdam futuri euentus, quem testator sperabat euẽturum, ideo fideicommissum non inducunt, vt ibi. Secus si talia verba fuissent prolata per modum rationis, prout fuit in casu nostro: vt quia testator, qui fecit prohibitionẽ alienationis dixisset, ideo feci talem prohibitionem: quia volo, quod talia bona nũquam de nomine nostro, vel nostra familia exeant, tunc bene inducitur fideicommissum reciprocum: eo quia tunc talis ratio expressa ampliat & declarat prohibitionem: *vt l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de legat. 2. ita ibi singulariter tenet Bartol. & multum quadrat ad propositum nostrum. Idem tenent Dy. & Rayne. de Forli. prout refert & sequitur Flori. ibidem. Idem tenet Ludo. Roma. in consil. 457. incip. Circa propositam consultationem de tribus dubitari contingit, in secũdo dubio.* Per ista quatuor fundamenta teneo & concludo, fideicommissum reciprocum fuisse iniunctum nepotibus testatoris, cuius vigore Antonio defuncto sine filiis masculis D. Bartholinus & nepotes cõsequi debent iure fideicommissi bona, quæ quondam fuerunt dicti primi testatoris, & in ipsum Antonium deuenerunt, saluo eo quod infra dicam in secundo dubio. Et licet per ista quatuor fundamenta appareat sublatum fundamentum superius factum pro parte contra-
18 ria à partium enumeratione: qua † tale argumentum non procedit, quando partes non sunt sufficienter enumeratæ, secundum Bald. *in l. conuenticulam. C. de episcop. & cler. & est text. in c. venerabilem. in vers obiectioni. & ibi dominus Abb. in 4. col. ad hoc not. de elect. & tex. in l filius à patre. §. 1. ff. de lib. & posthum.* Sed in casu præsenti partes non fuerunt bene enumeratæ, cũ appareat fideicommissum reciprocum in d. testamento multipliciter inductum ex fundamẽtis supra proxime factis. Et vt veritas adhuc clarius eluceſcat. Respondeo particulariter quatenus expediat cuilibet parti, fundamẽti superius in oppositum facti Et in primis, cũ dicitur de prima institutione facta de d. Io Nicolao & eius filijs, quod per eã non inducatur fideicõmissum, sed vulgaris substitutio, q̃ per additionem hereditatis expirauit: *secund. d. Ale. in d. §. quidnam recte. in 5. col.* quia respondetur, quod præsupposito, † quod illa decisio d. A- 19
lexandri sit vera, non tñ facit ad propositum nostrum, quia procederet, qñ solum adesset institutio facta de patre & filiis. Sed hic in præsenti testamento multa alia concurrunt, q̃ sufficiunt ad inducendum fideicommissum reciprocũ inter nepotes testatoris, vt apparet ex quatuor fundamentis superius factis. Itẽ illa decisio d. Alex. procedit, qñ testator simpliciter instituit filiũ, & nepotes ex filio, sed in casu præsenti testator instituit d. Io. Nicolaum & eius filios non simpliciter, sed cũ tractu temporis, scil. quoscunq; ipsius d. Io. Nicolai filios ab hodie in antea nascituros. Nã tunc continet ẽt fideicommissariam. Ita expresse tenet Bar. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in vlt. charta. in pr. in ver. secundo opponitur ad prædicta. & do. Ale. met. in d. l. Gallus. §. quidã recte in 2. col.* Et ista est vera & clara respõsio. Non quoq; obstat secundum caput argumẽti, qp in alia substitutione filij do. Io. Nicolai fuerunt positi in conditione, & non in dispositione, per gl. com. approbatam *in d. l. Lucius. 2. ff. de hær. inst.* quia † respõdetur, quod illa gl. 20
procederet, qñ filij d. Io. Nicolai fuissent solũ positi in conditione, sed in casu nostro in prima institutione fuerunt positi in dispositione pura; quia testator pure instituit d. Io. Nicolaum, & quoscunq; ipsius do. Io. Nicolai filios. Vnde † vna clausula te- 21
stamenti declarat & supplet aliam *l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. & vtrobiq; notant DD. ff. de leg. 1. & l. qui non militabat. §. 1. & ibi Bal. & Ang. ff. de hæred. inst. facit tex. in l. vtrum. in pr. & ibi Bart. & alij. ff. de pet. hær.* Itẽ gl. *in d. l. Lucius.* non procedit q̃ propter agnatos masculos fœminæ excluduntur; tunc n. agnati masculi, quãuis in conditione positi, censentur à testatore dispositiue vocati, *secundũ Pau. de Cas. in cons. 237. incipiente, suprascriptus do. consultor. in 1. col.* Non quoq; obstat aliud caput argumenti, dũ dicebatur, quod prohibitio alienationis non inducat fideicõmissum; quia nõ est adiecta qualitas masculinitatis, sed tm̃ agnationis & parentelę de Nicellis, quæ remanet ẽt in fœminis: q̃a respondetur, quod imo talis ꝓhibitio alienationis est facta ad fauorẽ solum agnatorum masculorum, quos solos semper vocauit in omnib. nouẽ gradib. substitutionum ꝑ eum factis exclusis semꝑ fœminis, & in ipsa clausula prohibitionis in fine dicitur, *quia volo bona mea in posteros deuenire, prout supra ordinaui*: & sic non simpliciter dixit, *in posteros*, sed limitatiue ꝑut supra ordinauit: sed supra semꝑ ordinauit de sola linea masculina admittẽda, exclusis semper fœminis. Vnde † re- 22
latũ est in referẽte. *l. asse toto. ff. de hær. inst. & l. institutio talis ff. de cond inst.* Itẽ paria sunt † aliquid expressum 23
per se, vel per relationem ad aliud. *l. ait prætor. §. 1. & ibi not. Bar. & l. in summa. in pr. ff. de re iud. & l. vbi autem*

non

non apparet. §. illud. & ibi Bartol. & Moder. ff. de verbor. oblig. Item illa, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente, secundum Baldum *in l. qui interrogatus. in vers. nisi forte. in fi. ff. de interroga. act. Bald & Angel. in l. si prior.* 24 *per illum textum. ff. soluto matrimo.* Item † terminus referens dicitur specifice continere omnia relata: *secundum Ludouicum Romanum in consil. 301. incipiente, in proposita consultatione videtur prima fronte dicendum esse dictos testes. in tertia columna, quod est errore duplicatum in consil. 490.* Non quoque obstat, dum dicebatur, quod in tali prohibitione alienationis extra familiam, vel agnationem de Nicellis non comprehendantur personæ alias ab intestato successuræ, licet non essent de tali familia, prout alias legendo plene dixi *in d. l. filius fami. §. diui. in 7. quæstio. ff. de legat. 1.* quia respondetur, quod ea quæ ibi tenui, post doctores per me ibidem allegatos, procedunt quando bona sunt prohibita alienari extra familiam, & non est adiecta qualitas masculinitatis, prout fuit in casu præsenti, vt apparet ex toto tenore testamenti, vbi semper testator voluit eius bona deuenire in solos masculos, exclusis semper fœminis, & maxime in casu præsenti, vbi istæ filiæ impuberes Antonij prædefuncti sunt in testamento expresse tacitæ, & prohibitæ in dictis bonis succedere, vt statim dicam in dubio sequenti. Et sic per ista remanet absolutum primum dubium. Condescendo nunc ad secundum dubium, in quo quæritur an stante fideicõmisso reciproco filiæ impuberes Antonij prædefuncti consequi debeant dimidiam illorum bonorum obuentorum ipsi Antonio, quæ fuerunt alias primi testatoris, & hoc vigore legitimæ, & Trebellianicæ. In quo dubio paucis me expedio, tenendo partem negatiuam, quod non. Nam quantum ad legitimã est aduertendum, quod huic Antonio nepoti non debetur aliqua legitima in bonis aui; eo quia tempore testamenti & mortis aui non tenebat primum locum, & sic non erat suus; quia dominus Ioannes Nicolaus eius pater superuixit post auum, & consequẽter dictus Antonius nepos, cum non teneret primũ locum, & sic non esset suus, poterat præteriri in te- 25 stamento aui † quia sibi non debebatur aliqua legitima: *vt est text. in §. ita demum. instituit. de hæredita. quæ ab intesta. & in l. si quis posthumos. §. 1. & l. Gallus. §. in omnibus. in fin. ff. de lib. & posthu. & in l. si quis filio exhæredato. in princip. & in l. posthumorum. ff. de iniusto rup.* Et licet ipsi domino Ioan. Nicolao, quia erat filius, deberetur legitima, & illa legitima non potuisset ipse filius tenens primum gradum grauari onere fideicommissi. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa.* tamen in quarta parte illius legitimæ domini Ioann. Nicolai, quæ postea obuenit dicto Antonio, 26 bene potuit imponi onus fideicommissi: quia † mutatione personæ priuilegium legitimæ tollitur. *l. cum patronus. & ibi Paul. de Castr. notat. ff. de leg. 2. Paul. de Cast. in dicta l. quoniam in prioribus. Bene facit text. in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de lega. 1.* vbi est text. quod licet filius impubes nõ possit in legitima sua grauari onere fideicommissi, tamen si talis legitima deueniat ad eius legitimos hæredes, vel ad substitutum, ipsi bene tenebũtur ad onus fideicommissi, prout etiam legendo tenui in dicta *l. quoniam in priorib. in tertia limitatione.* Circa quartam Trebellianicam similiter dico, quod istæ filiæ impuberes dicti quondam Antonij prædefuncti eam de iure detrahere non possunt. Aut enim volunt eam petere ex persona quondam dom. Ioan. Nicolai earum aui paterni & istud facere non possunt: quia ipse dominus Ioannes Nicolaus, si viueret, & fuisset grauatus onere fideicommissi, Trebellianicam detrahere nõ posset, eo quia ipse fuit præsens confectioni testamenti domini Ioann. senioris eius patris, & in omnibus & per omnia cum iuramento approbauit testamentum patris, prout attestatur notarius de hoc rogatus in fine instrumenti dicti testamenti: ideo † propter talem approbatio- 27 nem Trebellianicam detrahere non potest: quia illam perdit. *ita singulariter tenet Petrus de Anchar. 151. incipiente, Plura sunt dubia de quibus quæritur. in 4. cõlumna, ad finem. idem tenet dominus Signorolus de Homodeis in consil. 80. quod incipit, Factum sic præsupponitur D. B. in 2. columna.* Aut istæ filiæ impuberes volunt petere Trebellianicam ex persona quondam Antonij earum patris, qui fuit grauatus onere fideicommissi, ex quo decessit sine filiis masculis, prout fuit concluſum supra in dubio præcedenti, & tunc est aduertendum, quod Antonius erat nepos testatoris, de cuius bonis agitur, & † certe nepotes com- 28 putant in Trebellianicam omnes fructus, quos perceperunt à tempore mortis aui, citra, & isto modo facta tali cõputatione fructuum in effectu cessabit Trebellianica: *vt l. iubemus. §. final. C. ad Trebellia. & ita tenet glos. in l. in fideicommissaria. in princ. ff. ad Trebellia. & glos. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad legem Falci.* quam Bart. ibi reputat esse solennem & tenendam menti. & esse commune dictum, quod quando fiunt restitutiones hereditatum ex causa fideicõmissi, dicunt aduocati, quod medietas retinetur. Istud procedit in liberis primi gradus, quibus fit substitutio fideicommissaria, secus est in nepotibus; quia ipsi computãt fructus interim perceptos in Trebellianicam. & ideo semper sis cautus, secundum Bart. vt videas, an ille, cui facta est substitutio fideicõmissaria, sit de nepotib⁹ testatoris. & dicit, quod in hoc vidit vnum magnum aduocatum errare, & sequuntur dominus Alexander, & alij ibi. idem tenet Bart. *in dicta l. iubemus. §. final. in fine. C. ad Trebel. per illum text. vbi reputat hoc esse perpetuo tenendum menti. & ibidem notabiliter sequitur Paul. de Castro in princip. illius l. iubemus.* Item aduertendum est, quod testator nõ solum filias proprias, sed etiam filias quorumcunq; liberorum suorum, & sic nepotum & pronepotum, & deinceps, & consequenter istas filias impuberes dicti quondam Antonij excluſit, & tacitauit in libris octingentis pro qualibet earum, quæ peruenerit ad matrimonium pro omni & toto eo, quod in eius bonis & hæreditate iure institutionis, & sic legitimæ, item Falcidiæ, & Trebellianicæ petere possent: & sic testator expresse prohibuit detractionem tam legitimæ quam Trebellianicæ, & de ista tali legitima dictũ est supra proxime. Item † testator po- 29 test hodie prohibere detractionẽ Trebellianicæ sicut & Falcidiæ *authent. sed cum testator. Cod. ad legem Falcidiam. ita tenent Bartol. & communiter doctores in l. Marcellus. in princ. in 2. quæst. ff. ad Trebell. cum concordantijs quas alias ibi plene dedi.* Vnde cum habeamus voluntatem testatoris claram & expressam, quid

& quantum istæ filiæ impuberes habere debeant in bonis dicti testatoris, interpretatio nusquam debet tantum valere, vt melior sensu existat: *vt dicit text. in dicta l. 3. ad fin. Cod. de libe. præte. Et dixi etiam supra in primo dubio.* Et si diceretur, quod ille casus ibi dispositus à testatore formaliter nõ euenerit: quia testator istud disposuit, quando dominus Ioann. Nicolaus decederet sine liberis, sed ipse decessit relictis quatuor filiis superstitibus, vnde iste casus videtur omissus à testatore, & sic relinquendus in dispositione iuris communis. *l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & l. si extraneus. cum similibus. ff. de condi. ob cau-*
30 *sam.* Quia respondetur & bene, quod † dispositio testatoris facta in vnum casum, porrigitur ad alium, in quem testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, *vt l. Titius. §. Lucius. & ibi expresse Bartol. & alij. ff. de lib. & posthum. & l. fi. secundum intellectum Bartol. & communem. Cod. de posthum. hared. instituend.* Vnde istæ filiæ impuberes debent tantum habere libras octingentas pro singula earum, quando maritabuntur, in bonis quondam proaui sui primi testatoris, & eis debent esse contentæ: quia etiam filiæ propriæ ipsius testatoris, si viuerent, non possunt plus habere quam dictas libras octingentas, quia etiam testator sic eas tacitauit. Vnde non debent istæ proneptes esse melioris conditionis quàm filiæ propriæ ipsius testatoris. *l. si viua matre. C. de bo. mater. & l. Publius. §. fi. ff. de condi. & demonstra.*

CONSILIVM CIX.

THEMA.

SPectabilis dominus Guibertus de Mathafelone in suo testamẽto reliquit dominæ Claudiæ de Cheuelluto suæ vxori, domũ fortem de Cheuelluto cum suis bonis & iuribus. Similiter dominus Antonius de Mathafelone dicti primi testatoris filius in suo testamento dictam domum reliquit suprascriptæ dominæ Claudiæ suæ matri. Dicta domus subiecta est fideicommisso vigore testamenti aui materni p̃dicti domini Antonij in casum deficientium liberorum masculorum, prout in casu præsenti defecerunt. Modo quæritur, an spectabilis dominus Gulielmus de Mathafelone miles, & scutifer regius, ac hæres vniuersalis suprascripti domini Antonij de Mathafelone teneatur prædictam domum fortem redimere, vel saltem eius æstimationem soluere prædictæ dominæ Claudiæ.

ARGVMENTVM.

Testator præsumitur legare solum ius, quod habet in re, licet finiturum morte: non autem præsumitur grauasse hæredem de redimendo, aut de præstando æstimationem.

SVMMARIA.

1 *Testator habens ius in re aliena finiturum morte, illud censetur legare. 10.*
2 *Hæredem velle grauare in dubio non præsumitur testator.*
3 *Iura scire quilibet præsumitur.*
4 *Relicti nullitas potius præsumitur, quam præsumatur hæres grauatus.*
5 *Argumentum à contrario sensu non sumitur, quando resultaret absurdus intellectus.*
6 *Aestimatio debetur, si quis scienter legasset res alienas.*
7 *Declaratio l. vxor patrui. C. de legat.*
8 *Intellectus l. cum pater. §. pater. & § pater filiæ de leg. 2.*
9 *Declaratio l. Mæuius. §. pen. ff. de leg. 2.*

OMisso verborum ambitu, conclusiue procedens, puto dictum dominum Guilielmum de iure non teneri ad redimendum dictam domũ fortem relictam à marito & à filio dominæ Claudiæ, nec etiam de iure teneri ad præstãdum æstimationem ipsius domus; eo quia ex dictis duobus testatoribus vnus habebat ius vsusfructus in dicta domo, alter vero habebat proprietatem, licet talis domus esset subiecta restitutioni fideicommissi vigore testamenti aui materni, & sic non sumus in casu, in quo testator legat rem alienam, sed sumus in casu quo testator habet ius aliquod in re aliena legata, quo casu vera & magis communis conclusio est glossarum & doctorum, quod testator habens ius aliquod in re aliena, † licet finiturũ morte, illud so- 1
lum censetur legasse, quamuis tale legatum reddatur inutile, adeo quod hæres non tenetur illam rem redimere, nec eius æstimationem præstare: *vt est text. in l. Sticho. in fi. ff. de vsufructu lega. & l. quod in rerum. §. 1. & in l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. vxor patrui. Cod. de leg.* quia † in dubio testator non præsumi- 2
tur velle grauare hæredem ad redimẽdum rem alienam. *l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. & l. apud Iulianum. §. scio. ff. de leg. 1.* Ista communis conclusio ampliatur, vt procedat etiam, si tale legatum fiat coniunctæ personæ: *per text. in d. l. Sticho. in verb. nepotibus suis. & ita tenent Gulielmus de Cugno & Bald. in l. habitatio. Cod. de vsufruct.* Item pro dicta communi conclusione facit, quod tenent Bald. & Angel. *in l. dotalem. per gloss. ibi. ff. de mili. testa.* quod si maritus legat vxori suæ fundum dotalem intelligatur solum legare ius & dominium, quod habet, quamuis finiturum morte, non autem eius æstimationem. Item facit, quod tenent Bartol. Bald. & communiter alij in d. *l. vxor patrui. per illum text. & in d. l. quod in rerum. §. 1.* quod si testator reliquit alicui fundum, quem habebat in emphyteusim, & illa emphyteusis finiebatur morte testatoris, hæres non tenetur ad aliud. *idem tenent Gulielmus de Cugno Bald. & Paul. de Castr. in l. si domina. Cod. de vsufruct. Bald. in l. habitatio. Cod. eo. Bald. & Ang. in dicta. l. dotalem. ff. de mil. testa. & Bald. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. po. alie. Saly. in l. fi. in 5. col. Cod. de iure emphyt. & Ioan. de Imol. in c. pastoralis. de dona. & dicit dom. Alexand. in d. l. quod in rerum. §. 1.* Vbi late examinat istum articulum, quod ista est magis cõmunis opinio, licet passus sit disputabilis, & contraria opinio sit satis sustentabilis, se-

cun-

cundum eum. Ex quo ergo ista est magis communis opinio, ab ea in iudicando non est recedendum: *secundum Bart. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iud. Cano. in c. ne innitarũ. de constit.* Quamuis contrarium teneant Io. de Imol. sibimet contrarius, Raph. Comen. & Aret. *in d. l. quod in rerum. §. 1.* Mouetur Io.
3 de Imol. quia † quilibet præsumitur scire iura. *l. leges C. de legibus*, & sic testator sciebat, quod ius vsusfructus, quem habebat in re legata, extingueretur eius morte. Vnde absurdum videtur, quod testator in dubio senserit de illo vsufructu tantũ finituro morte, cum in dubio debeamus interpretari voluntatem testatoris quod valeat potius, quam pereat. *l. si quando. in princ ff. de legat. 1. & l. quoties. ff. de reb. dub.* Sed defendendo communem conclusionẽ ad hoc respon-
4 detur, quod † in dubio potius inducitur nullitas relicti, quam præsumatur hæres grauatus ad aliquid redimendum, per iura aperta superius allegata, & ita limitatur regula *d. l. si quando. in princ. ff. de lega. 1. & dicta l. quoties.* quasi censeatur maior præsumptio, ꝙ testator noluerit grauare hæredem ad aliquid redimendum. *d. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. & l. apud Iulianum. §. sui. ff. de leg. 1.* quam quod curauerit de inualiditate actus, & sic vna præsumptio tollit aliam. *l. diuus. ff. de in integ. restit. & c. l. teras. & ibi Abb. in quarto notabili. de præsumptio.* Secundo pro ista parte contra communem ponderat Ioan. de Imol. text. *in d. l. Stichо. ad fi. ff. de vsufruct. legat.* quamuis allegetur pro communi opinione. Nam ideo ibi non valet legatum in vsufructu; eo quia testator ibi erraue-
rat, credens proprietatem sibi remansisse, ex quo mortui erant illi, quibus erat relicta proprietas: ergo innuit, quod si sciuisset ad se non pertinere proprietatem, sed solum vsumfructum, quod tunc va-
5 leret legatum, & deberetur æstimatio: sed † istud argumentum à contrario sensu, quod sumit Ioan. de Imol. *ex illo text.* non est bonum: quia resultaret absurdus intellectus, contra omnia iura superius allegata. *l. conuenticulam. C. de epis. & cler. gloss. in l. 2. C. de condi. inser.* Præterea ibi testator non legauit illud ius quod habebat in re, & sic vsumfructum, sed le-
6 gauit proprietatẽ, & sic rem alienã. Vnde † si scienter legasset rem alienam, bene deberetur æstimatio. *l. cum alienam. Cod. de lega. Ad text. in dicta l quod in rerum. §. 1. respondet Ioan. de Imol.* quod loquitur, quando testator dixit, lego vsumfructum, quem habeo in tali fundo, *vt patet ibi in verb. eum.* Et sic quando testator expresse se restrinxit ad vsumfructum, quẽ ipse habebat, tunc ex tali restrictione sumitur verisimilis coniectura, quod voluerit solum legare vsumfructum: & ita etiam respondet D. Alexand. *in consil. 9. secundi voluminis, quod incipit, Visis dicto themate. in penult. colum.* Sed ista videtur diuinatio, & restrictio,
7 ad illum text. contra *l. illud. ff. ad leg. Aquiliam.* Ad † text. *in d. l. vxor patrui. Cod. de leg.* respondet Imol. quod tex. ibi non dicit, non valere legatum respectu vsusfructus, sed solum dicit, testatricem non potuisse præiudicare proprietario, & sic quamuis ille text. dicat, legatum non valere in præiudicium proprietarij: non tamen negat, quia hæres teneatur ad æstimationem. & ita etiam respondent Rapha. Comen. & Aret. *in d. l. quod in rerum. §. 1.* Sed ista solutio ad leg. vxor patrui. non est bona, quia isto modo intelligẽdo ille tex. videretur penitus de indubitabili. Cui enim dubium esse potest, quod testator legãdo rem alienam non potest præiudicare proprietario. *l. si vniuersa. C. de leg.* Et si diceretur, quod dubitatio ibi esse poterat propter affinitatem: quia erat vxor patrui proprietarij, vt ibi dicit text. propter quam affinitatem poterat dubitari, an posset præiudicare ipsi proprietario, vt saltem recepta æstimatione cogeretur res præstare: Respondetur, quod ista fuisset vana dubitatio: quia non solum propter affinitatem, immo nec vbi adesset arctissima sanguinis coniunctio, potest in aliquo præiudicari proprietario. *l. mater. cũ similibus. C. de rei vendi.* Vnde alio secundo modo respondet idem Ioan. de Imol. *in l. cum pater. §. pater filiæ. & in l. vnum ex familia. §. sed si fundum ff. de leg. 2.* quod text. in d. l. vxor patrui. loquitur, quando habenti proprietatem testator legabat vsumfructum, vnde cum ibi legetur illud, quod erat futurum legatarij, ideo legatum redditur nullum. *l. Mœuius. §. penult. in fi. ff. de leg. 2. & l. res proprias. C. de lega. & ita etiam respondet D. Alexan. in prælegato cons. 9. secundi volum.* Ista solutio non est bona, quia est contra mentem dictæ *l. vxor patrui.* quia isto modo non quæreretur ibi de præiudicio proprietarij, vt facit text. sed quæreretur ibi de inualiditate legati. Tertio principaliter contra supradictam communem conclusionem Rapha. Comen. *in d. l. quod in rerum. §. 1. adducit* † *text. in l. cum pater. §. cum pater. & §. pater filia. ff.* 8
de lega. 2. & vtrobique Bart. videtur contrarium voluisse eius, quod tenuit in locis supra adductis. Nam in illis iuribus habẽs ius in re post eius mortẽ transiturum ad alium, si talem rem legat, debetur æstimatio. Sed tenendo communem opinionem respondetur, quod in dicto *§. cum pater.* testator non volebat legare illud ius suum, quod erat morte finiturum, prout in iuribus supra in principio allegatis: immo illud ius suum finiturum morte intendebat confirmari per compensationem illius mulieris fideicommissariæ institutæ pro parte, vt ibi patet in litera. Ad dictum §. pater filiæ. respondetur, quod ibi pater tempore testamẽti non habebat ius in prędiis dotalibus. *l. doce ancillam. C. de rei vendic. l. de hu. C. de iure dot.* nec de iure in futurum causando ex dissolutione matrimonij præsumitur testatorem cogitasse; *per notata per Bart. in l. seruum filij. in principio. ff. de legatis primo.* Quarto contra communem conclu-
sionem videtur fortiter obstare † text. in *l. Mœuius.* 9
§ penultimo ff. de legat. secundo. Vbi si legatur fundus, cuius vsusfructus sit alienus hęres tenetur redimere vsumfructum, vel præstare æstimationem: & sic testator ibi nõ videtur legare solum illud ius, quod habet in re, scilicet proprietatem, sed intelligitur grauare hæredem ad redimendum vsumfructum alienum, vel ad præstandum eius æstimationem. Et põderetur, quod ille text loquitur in terminis fortioribus, quia testator ibi habebat ius in re, quam legabat, & illud ius non extinguebatur eius morte, imo durabat, & tamen censetur legasse non solum illud ius, quod habebat, & quod erat validum, & durabat in perpetuum, sed etiam intelligitur grauasse hæredem ad redimendũ vsumfructum: Ergo multo fortius istud debet in casu præsenti, vbi ius, quod habebat testator, erat fragile, & extinguebatur morte. Ad illum tex. respondet Io. de Imol. *in c. pastoralis. de donat.* ꝙ illud ibi ideo est, quia ius alterius in effectu

reddit inutile dominium testatoris, quia ibi legatū fundi alias esset sine vlla cōmoditate, cum vsusfructus esset alienus, qui vsusfructus continet omne emolumentum rei, quo casu videtur testator legare etiam tale ius, quod deficit in re legata, in quo consistit totale emolumentum. & ita dicit esse casum singularem *in d. §. penult.* Sed non aduertit, quod istā solutionem impugnat Bartol. ibi. quia imo legatum proprietatis non est inutile. Et vltra Barto. istud patet; quia proprietas potest vendi. Item subest spes consolidationis proprietatis cum vsufructu. Sed quid fortius, ista solutio est contra dictam *l. vxor patrui. & dictam l. quod in rerum. §. 1.* Vbi legatum nullam penitus affert commoditatem legatario, & tamen non debetur nouus vsusfructus, nec æstimatio. Ibi vero saltem est aliqua commoditas proprietatis, & sic directi dominij. vnde Bartol. Bald. & Paul. de Cast. *in d. l. Mœuius. §. pen.* in effectu soluunt intelligendo dupliciter illum tex. secundum gl. ibi. Nam text. simpliciter, dicit *fundo legato.* Vnde intelligitur, quando fundus erat alienus, & sic testator nullum ius habebat in re. & hoc modo procedit ille text. sine aliquo scrupulo. Sed est aduertendum, quod isto modo intelligendo illum text. si fundus ibi fuisset alienus in totum, & quo ad proprietatem, & quo ad vsumfructum, certe testator ibi legasset rem in totū alienam: Ergo hæres teneretur facere eam plene legatarij. *l. si domus. §. 1. ff. de leg. 1. iuncta regula l. cum alienam. Cod. de lega.* & hæres non teneretur ad solum vsumfructum redimendum, vt ibi dicit text. sed etiam ad proprietatem. Vnde secundo modo intelligunt illum text. Bartol. Bald. & Paul. de Castr. ibi, quod ibi fundus erat testatoris, sed vsusfructus alienus, & quod testator ibi dixit, quod fundus integer præstaretur, vel pleno iure, nimirum si hæres tenetur ad vsufructum. Sed ista est aperta diuinatio, cum tex. ibi simpliciter dicat, fundo legato. Vnde pro solutione ad illum text. considerandum est, quod testator ibi legauit fundum simpliciter, quo casu dicendo fundum, intelligitur legasse & proprietatem & vsumfructum. *l. si alij. ff. de vsufruct. lega.* etiam si postea alij legaret in specie vsumfructum, adhuc legando fundum primo simpliciter intelligitur legasse & proprietatem & vsumfructum, *vt ibi est text. solenne.* Hoc præsuppositio, tunc respondetur ad con-
10 trarium, in forma, in quantū dicitur, quod † testator in dubio intelligitur legare solum illud ius, quod habet in re, vt in iuribus supra in princ. allegatis, illud est verum, quando sumus in dubio, sed in dicto §. penult. verba testatoris sunt clara, quia legando fundum, ex propria significatione illius dictionis, *fundum*, comprehendit vtrunque, scilicet proprietatem & vsumfructum, *dicta l. si alij.* nimirum si hæres tenetur redimere vsumfructum. & ista responsio est de mente Dy. Ray. & Io. de Imol. *in dicto §. penult.* Et per ista remanet defensata communis conclusio glossarum & doctorum, quod testator censeatur in dubio solū legare illud ius, quod habet in re, quamuis finiturum eius morte, non autem censetur grauasse hæredem de redimendo talem rem, aut de præstando eius æstimationem. Et ita etiam legendo tenui *in dicta l. quod in rerum. §. primo.* Et, vt etiam superius dixi, à communi opinione nō est in iudicando recedendum.

CONSILIVM CX.

ARGVMENTVM.

Legitimatio spurij facta instante patre à comite Palatino imperiali vel pontificio, vel ab Imperatore motu proprio, an & quando teneat, si pater ille habet nepotem legitimum, & naturalem, vel filios pariter legitimos, & naturales? late per totum.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio quando reddatur subreptitia, & quando non, num. 11.*
2 *Concedentis motus proprius nō firmat rescriptū quamuis alterius.*
3 *Comes palatinus quādo potest legitimare spurium filiis legitimis.*
4 *Pater non potest filiis legitimis extantibus ipsis inuitis legitimare spurium. sed vide nu. 12. 19.*
5 *Imperator non debet legitimare spurium filiis legitimis extantibus.*
6 *Potētia causæ efficientis limitata producit limitatum effectum.*
7 *Iurisdictiones distincta sunt inter Imperatorē & Papam.*
8 *Legitimationis in priuilegio non est mētio facienda de nepotibus ex filio præmortuo.*
9 *Legitimatio prætendit incommodum alicui, qui successuri erant.*
10 *Legitimatio est quoddam donum patris.*
13 *Derogatio generalis idem operatur quoad omnia sub genere comprehensa.*
14 *Priuilegium est priuans legem.* (ter.
15 *Cogitari potest de aliquo generaliter licet non speciali-*
16 *Clausula, si de illis & eorum totis tenoribus, &c.*
17 *Actum sustinere debemus in dubiis.*
18 *Legitimatio est fauorabilis & amplianda.*
20 *Natus ab intestato non succedit socero.*
21 *Legitimatio facta ab Imperatore in terris ecclesiæ valet quoad bona temporalia.*

CONTRA legitimationē Vrbani Ruberti Perusini factam per comitē Palatinum habentem apostolicam & imperialem potestatem, plura obiici posse videntur. Primo, quia † ista legiti- 1
matio videtur reddi subreptitia, & consequenter nulla, ex eo quod in legitimatione, quæ fit viuo patre, etiam ab Imperatore, vel à Papa, debet fieri mētio, q̄ pater haberet alios liberos legitimos & naturales sibi successuros, alias si hoc non exprimeretur Imperatori vel Papę legitimanti, non videtur valere talis legitimatio ad præiudicium tertij. *vt §. illud. & §. si quis ergo filios non habens. in authen. quib. mod. natu. effi. sui. & in §. si quis ergo non habens filios. & §. liceat. & §. sic igitur licentia. in fi. in authen. quib. mod. natu. effi. legiti.* Eo quia modus legitimandi fuit adinuentus in defectum legitimorum, & in defectum non habentium prolem legitimam: & ista est causa, quæ facilius inducit mentem Imperatoris, vel Papæ ad concedendum legitimationem, ex quo pater nō habet alium filium legitimum & naturalem: & ideo non valet legitimatio, nisi appareat, Imperatorem, vel Papam certificatum fuisse, quod iste pater alios libe-

liberos legitimos & naturales sibi successuros habebat. ita tenet Iac. de Beluiso *in §. & quoniam. in authen. quib. mod. natu. effi. sui. Ioan. Andr. in additio. Specul. in tit. de succes. ab intesta. §. fi. in verfic. penult. qui incipit, sed ex facto. in prin. do. Anton. de Butr. in cap. per venerabilem. qui fil. sint leg. post med. in 23. colum. ibidem dom. Abb. Panor. in 8. colum. ad fi. dom. Anton. de Butr. in consil. 2. incipiente, V sis literis legitimationis. Paul. de Castr. in consilio 223. incipiente, Super eo, quod primo loco quaritur. in 4. & 5. col. Ludou. Roman. in consilio. 184. quod incipit, In proposita consultatione primo videndum occurrit. in secundo dubio. dom. Alexand. in consil. 25. primi volum. incipiente, Circa primum dubium, quo quaritur, an per existentiam. in quinta colum. & in consilio 67. primi volum. incipiente, Consideratis his quæ in themate narrantur. in 10. colum. Areti. in consilio pen. incipiente, Magnifici & excelsi domini. in penult. colum. circa fin.* Cum ergo in præsenti legitimatione nulla sit habita mentio de Cæsario secundo nepote legitimo & naturali ipsius testatoris: videtur, quod legitimatio reddatur subreptitia, & consequenter nulla. Imo fortius, etiam si tale priuilegium legitimationis esset proprio motu concessum, quia Papa, vel Imperator ex proprio motu legitimassent, non facta mentione, quod pater haberet alios liberos legitimos & naturales, adhuc legitimatio vitiaretur; quia † motus proprius concedentis non firmat rescriptum vel priuilegium contra ius alterius: *vt in cap. si motu proprio. de præben. in sexto, ita tenet dominus Anton. de Butr. in dicto cap. per venerabilem. in 28. colum.* Secundo contra dictam legitimationem facere videtur, quia licet Papa vel Imperator possent ipsi legitimare etiam existentibus liberis legitimis & naturalibus, tamen † comes sacri palatij, qui habet potestatem legitimandi simpliciter, etiam patre viuente, & instante, non posset legitimare filium spurium, dato, quod sibi exponatur, quod pater habeat filios legitimos & naturales, nisi tenor priuilegij istud expresse dictaret, quod comes Palatinus possit legitimare etiam existentibus legitimis & naturalibus, quod non fuit dictum in præsenti priuilegio, eo quia etiam Papa vel Imperator non legitimaret tunc ex ordinaria potestate. §. *generaliter. & §. si quis ergo non habens. in authen. quib. mod. natur. effi. sui.* licet posset de plenitudine potestatis faciendo de illis mentionem. Ergo in casu præsenti iste comes nullo modo potuit legitimare, ex quo simpliciter data est ei potestas legitimandi, nec fuit dictum in priuilegio, *etiam existentibus liberis legitimis.* ita tenet Bald. *in l. cum filius fam. in princ. per illum text. ff. de milit. testa. & in l. 2. in 8. colum. & sequenti. C. de seruit. & aqua. & in capitu. 1. in penulti. col. in titul. Hic finitur lex. de nde consuetudines regni incipiunt. & in cap. final. in 2. colum. de translatio. præla. & in authen. præterea. per illum text. Cod. de natur. lib. Paul. de Castr. in l. Gallus, §. & quid si tantum. ad fi. ff de lib. & posthum. & in consil. 222. incipiente, Super eo, quod primo loco quæritur. dom. Anton. de Butri. in dicto capit. per venerabilem. circa med. in verfic. vnum tamen puto. dom. Alexand. in consil. 66. primi volu. incipiente, Consideratis his quæ in themate narrantur. in 8. colu. & in consilio 94. primi volum. incipiente, Consideratis his quæ in themate narrantur. in 6. colum. & in consil. 202. primi volum. incipiente. Visa legitimatione. in 6. colum. & duabus sequentibus. & in consilio 187. quinti volum. quod incipit, Videtur prima consideratione dicendum. in 7. colum. vbi dicit, quod istud omnes fatentur, & tenent. & idem dom. Alexand. in consilio pen. quinti volum. incipiente, Perspectis verbis dicti priuilegij. in prima colum. in fi. & in penult. colum.* Tertio contra dictam legitimationem facere videtur; quia † quando pater in vita sua vult facere legitimari filios suos spurios, & habet alios filios legitimos & naturales, quia eis inuitis non potest facere illos legitimari. *authent. item si quis. Cod. de natu. lib.* requiritur consensus, vel citatio filiorum legitimorũ & naturalium. ita tenet notabiliter Bald. *in l. nam ita diuus. in prima col. circa prin. ff. de adop. refert & sequitur dom. Alexand. in l. ex facto. in princ. in 9. col. ff. de vulga. & pupillar. vbi dicit se ita consuluisse Florentiæ, & ibi addit Ioan. de Imol. & Gemi. in cap. grandi. de supplen. negl. prælat. in 6. & text. in l. 1. & 2. ff. de nat. restit.* quamuis referat, quod do. Anto. de Butr. *in dicto cap. per venerabilem.* teneat, quod imo pater poterit facere legitimari sine consensu, & citatione aliorum legitimorum & naturalium, prout dicit latius se dixisse in illo suo consilio. Quarto facit, quod egregie dicit Bal. *in c. filij nati. si de feud. sue. contro. inter do. & agna.* Vbi dicit, quod † licet Imperator possit legitimare filios spurios existẽte filio legitimo & naturali, ita quod succedant pro virili cum legitimo, prout plene notatur per Moder. *in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum.* tamen Imperator, qui hoc facit, videtur esse vnum pecus, & non habere, præ oculis iustitiam publicæ honestatis, nec considerare, quod per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum: *vt in authen. de nuptiis. in princ.* vbi text. dicit, quod nuptiæ immortalitatem præstant humano generi. *& concordati. l. 1 ff. solut. matrim.* ita ibi pulchre Bald. Quinto contra vtranque potestatem legitimandi tam apostolicam quam imperialem facere videtur. Nam authoritas apostolica fuit restricta & limitata sine præiudicio illorum, qui ad prædictas successiones, si personæ, quibus succederent ab intestato decederent, admitti deberent, sed limitata † potentia causę efficientis limitatum producit effectum: *vt notant Bald. Imol. Raph. Comen. & dom. Alex. in l. sed si plures. §. in arrogato. per illum text. ff. de vulgar. & pupilla. idem notat Bald. in l. si arrogator. in quarto notabili, per illum text. ff. de adoptio. facit l. in agris limitatis. ff. de acquir. rer. dom. & l. age. C. de transact. & l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen.* Sed ista legitimatio præiudicaret Cesario secundo nepoti legitimo & naturali ipsius testatoris, qui ab intestato in totũ successisset, & nũc vigore dictæ legitimationis dimidia hæreditatis sibi auferretur. Item præiudicaret dominæ Frãciscæ matri ipsius Cesarij secundi: Ergo talis legitimatio non debet valere ex defectu causæ efficientis. Contra vero authoritatem imperialem, licet illa fieri possit etiam in præiudicium venientium ab intestato, obstare videtur: quia talis legitimatio fuit facta in ciuitate Perusij, quæ est terra ecclesiæ Romanæ, & fuit facta cũ subdito ipsius ecclesiæ, & de bonis existentibus in dicto territorio ecclesiæ. Vnde Imperator, minusque eius comes Palatinus potuit in dicta ciuitate Perusij talem legitimationem facere: *per text. in dicto cap. venerabilem. §. insuper. vbi Cano. notant, qui fil. sint legi. & præsertim dom. Abb. in duobus locis, scilicet in 3. & 7. colu. Bart. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. Bald. in l. 1. in 2. col. C. de iur. aur. anul. &*

latius Petr. de Ancha. in consil. 321. incipiente, Primum du-
7 *bium non est nouum.* quia † inter Imperatorem & Papam distincte sunt iurisdictiones. *cap. nouit. de iudicijs.* Item distincta sunt territoria, & sic territorium Perusij, quod est etiam in temporalibus Romanæ ecclesiæ, distinctum est à territorio imperij: *dicto capi. per venerabilem.* Ergo Imperator, & multo minus eius comes Palatinus possunt legitimare Perusinum subiectum Papę ratione originis, & domicilij. & hæreditatis in eodem loco sitæ: *per regulam l. extra territorium. ff. de iurisdict. om. iud. & cap vt animarum. de constitut. in sexto.* Nam etiam volũtaria iurisdictio est interdicta Imperatori in terris ecclesiæ. *cle. Roman. §. porro. de iureiur.* Ista sunt in effectu, & in substantia potiora fundamenta, quæ adduci posse videantur contra legitimationem dicti Vrbani. Sed præmissis non obstantibus, cõtrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, scilicet, q̃ dicta legitimatio Vrbani facta patre viuente, & ad petitionem ipsius patris, de iure valida sit censenda, ex infrascriptis fundamẽtis, ex quibus remanebunt sublata omnia, quæ superius in oppositum adducebantur. Moueor in primis, q̃ ista legitimatio, quam pater viuẽs fieri fecit, valeat & teneat, dato etiam q̃ in ea non sit facta aliqua mẽtio dicti Cæsarei secundi nepotis legitimi & naturalis ipsius testatoris, & adduco decisionem expressam Federici de Senis in terminis nostris in
8 cons. 57. incip. Videtur mihi, quod in priuilegio legitimationis. vbi tenet, q̃ † in priuilegio legitimationis non sit necessaria mentio seu nominatio de existentia nepotum ex filio præmortuo: quia istud nulla lege cauetur. Nã pater potest facere legitimari filios naturales vel spurios siue habeat alios legitimos, siue non: *vt §. fi. cum sua materia. in auth. de incest. nupt. & notatur in §. 1. institut. de hære. qua ab intest. de*
9 *fe.* Item alia ratio est: quia † semper legitimatio prætendit in commodum aliorum qui successuri erant legitimatione non facta: Ergo qui petit se legitimari, nihil aliud petit, quam se admitti ad bona patris, & quod sit successor ipsius patris, qui non erat ante legitimationem obtẽtam: Ergo non videtur necessario mentionem habendam de his, qui erant successuri patri, & sic de isto Cæsario nepote letigimo & naturali ipsius testatoris. ita formaliter tenet ibi Federicus de Senis, qui fuit vir magnæ scientiæ: *secundum Io. And. & Gemini. in c. vnico. de maio. & obe. in sexto. Istam decisionem Federici de Senis expresse refert & consulendo sequitur Bald. in consil. 56. secundi volu. quod incipit, An pater, qui fecit legitimari filios.* Et ibi Bald.
10 addit aliam rationem, quia † legitimatio est quoddam donum patris, & principis. *authent. item si quis. Cod. de natu. lib.* in quo non requiritur consensus legitimorum, quando pater precibus oblatis hoc impetrat à Cæsare, vel à Papa, sicut quilibet iure suo vtens, vel donans, vel in mare proiiciens: *iuxta notata per gloss. in l. 1. Cod. de inoffi. dona. Et pro hoc etiam adducit l. communium. in fi. Cod. de natu. libe. & quod notat Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. circa fi. ff. de libe. & posthu.* Et dicit, q̃ hoc consulendo tenuerunt venerabilis recordationis doctores D. Feder. de Senis, & D. Grifolus de Monte Politiano *in d. cons. 57. quod incipit, Videtur mihi.* Nec per hoc dicitur eripere aliis filiis vel nepotibus sibi successuris: quia libera & ꝓpria vtitur potestate. *arg. §. fi. in auth. de incest. nup.* Nec obstat secundũ eum *auth. item si quis. C. de nat. lib.* quia priuilegium Apostolicum, vel Cæsareum tollit contrarium istud, illi authenticæ derogando: *vt notatur in §. fi. in authen. quib. mod. natur. effici. sui. idem tenet Bal. in cons. 105. quinti vol. incip. Primo est videndũ de legitimatione.* Vbi tenet, q̃ valeat legitimatio filiorum legitimatorũ impetrata per patrem, dato q̃ non fuerint citatæ sorores legitimæ & naturales, nec de eis facta mentio. Motus; quia Imperator in ista materia legitimationis, per quam reditur ad simplex ius naturæ, vbi non fiebat distinctio naturalis atque legitimi, omnia potest: *vt notatur in §. fi. in auth. quib. mod. natu. effi. sui.* Et † vbi parentes supplicãt pro tali legitima- 11
tione, talis legitimatio valet, & tenet, quamuis non fuerint citatæ sorores legitimæ, & nulli alij citati: *vt notant Bartol. & doc. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. circa fi. ita ib. forma liter tenet Bald.* Item si pater præordinasset in eius vita, potest Comes Palatinus mortuo patre legitimare spurios, etiam post aditam hæreditatem per consanguineos: *secundum Bald. in l. rescripta. in 3. quæst. Cod. de preci. impe. offe. Allegat notata per Bartol. in d. §. & quid si tantum.* Item si pater ordinasset in vita, vel in testamẽto filium legitimari, posset legitimatio fieri post mortem patris, etiam nõ citatis venientibus ab intestato: secundum dominum Franc. de Curte *in consil. 16. incip. Clarus vir Iacobus Alpherius. in 2. col. allegat Bart. in d. §. & quid si tantum. circa fi.* Quanto ergo magis ista procedent in casu præsenti, in quo ipsemet pater Nicolaus precibus oblatis fecit dictum Vrbanum in vita sua legitimari. Secundo principaliter moueor. Nam Papa in suo priuilegio dedit huic Comiti Palatino facultatem legitimandi, non obstantibus apostolicis & imperialibus edictis, Conciliis, constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus imperialibus, à quibus-
cunque vniuersitatibus indultis, & literis apostolicis quibuscunque, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, cæterisque contrariis nõ obstantibus quibuscunq;. Postea idem comes Apostolicus dictam legitimationem fecit cum ista clausula videlicet, *non obstante iure scripto, seu legibus municipalibus, statutis, & consuetudinibus quarumcunque terrarum & præsertim ciuitatis Perusiæ in contrarium editis, siue aliàs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.* & sic Papa dedit potestatem legitimandi cum clausulis derogatoriis, præsertim cum clausula, *non obstantibus quibuscunque legibus in contrarium facientibus.* & idem comes fecit suprascriptã legitimationem cum expressa derogatione quorumcunque iurium: † Er- 12
go talis legitimatio potuit hoc modo fieri, dato q̃ per eam præiudicetur filiis legitimis, aut aliis venientibus ab intestato: *secundum Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua. in 7. colum. in 18. quæst.* Item ista legitimatio est facta cum dicta clausula, *non obstante quocunque iure in contrarium faciente*, per quam clausulam censetur vti plenitudine potestatis sibi concessæ per Papam: *iuxta gloss. reputatam singularem in cap. ad hæc. & ibi dominus Abbas de rescript.* cum qua clausula potest spurius legitimari, etiam existente filio legitimo & naturali: *per id quod habetur in §. fi. in auth. quib. mod. natura. effi. sui, & est de mente gloss. in c. naturales. & ibi Iac. Alua. si de feud. fuerit contro. inter do. & agna. Et ita tenet Iacob. de Belui. in §. & quoniam. in auth. quib. mod.*
natu.

natura. effi. sui. Salyc. in auth. item si quis. la. 1. C. de natura. lib. Ioan. de Imol. in c. nisi cum pridem. in §. personæ. de renun. D. Alex. in l. ex facto. in princ. in 9. col ff. de vulga. & pup. & in consil. 187. quinti volu. incip. Videretur prima consideratione dicendum. *in 6. colu. ad fin.* vbi dicit istam esse communem conclusionem doctorum. & idem D. Alex. *in consil. pen. quinti volum. quod incipit, Perspectis verbis dicti privilegij. in pen. col.* vbi etiam dicit, ꝙ istud cõmuniter tenetur, imo fortius tenet Ang. *in §. si quis igitur. el 1. ad fi. in authẽ. quib. mod. natu. effi. sui.* per illũ text. per quẽ vltimo notat ibi esse casum, ꝙ pater possit facere legitimari filium spurium in præiudicium filiorum legitimorũ: tñ ipse filius naturalis, vel spurius semet non posset facere legitimari in præiudicium filiorũ legitimorũ. ex quo colligit ibi Angel optimũ argumentum, ꝙ comes sacri Palatij, qui habet potestatem legitimãdi filios naturales vel spurios ex priuilegio Papæ vel Imperatoris, non posset legitimare naturales vel spurios ad petitionem ipsorum naturalium, existentibus filiis legitimis, sed bene posset legitimare ad petitionem patris viuentis, etiam existentib. filiis legitimis & naturalibus. ita ibi notabiliter tenet Ang. quem refert & sequitur D. Alex. *in d. l ex facto. in prin. in 10. col. ff. de vulg. & pup.* Tertio moueor, quia in isto priuilegio legitimationis papali adest prædicta clausula derogatoria, *non obstantibus apostolicis & imperialibus edictis, Conciliis, constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus imperialibus quibuscunque vniuersitatibus indultis, & literis apostolicis quibuscunque, etiam si de illis & eorum tenoribus specialis & expressa mentio habenda foret, cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus.* Et in ista clausula formaliter consuluit Petr. de Ancha. *in consil. 338. incipiente, Viso diligenter tenore indulti Apostolici. in 2. col.* quod ista clausula sic formaliter concepta, vt supra proxime retuli, sufficit ad derogatio
13 nem omnium legum & canonum contrarium vel aliter disponentium. & † idem operatur ista generalis derogatio, quo ad omnia sub genere comprehensa, quod operaretur specialis quo ad speciem. *l. si duo. ff. de administra. tuto. & l. omnes. C. de quadri. præscript. & cap. si sacerdos. de offic. ordina.* Item secundum eum istud est quoddam priuilegium, quod priuat legem, siue eam corrigit in hoc casu, & ideo tantum est dicere hoc casu; non obstante aliqua lege, ac si nominatim diceret, non obstante tali lege, præsupposita scientia principis vel Papæ, qui præsumitur habere scientiam omnium legum. *l. omnium. Cod. de testa. cap. 1. de constitut. in sexto. iuncta regula l. 2. & 3. ff. de lib. & posthum.* Præterea Papa priuilegiando dictos legitimatos voluit legibus & canonibus cõtradicentibus
14 derogare; † quia priuilegium est priuans legem: *vt 3. distinct. c. priuilegia. Et ita dicit tenere Hostien. in summa sua, in titu. de rescript. in §. quas vero. in vers. si vero sit contrarius. & in vers. sequenti, allegat etiam plene notata per Ioan. And. in capi. 1. de excess. præla. in sexto. in nouella.* & subdit, quod posito quod in hoc reperiretur lex ciuilis derogatoria, vel prohibens expresse hoc à principe vel Papa impetrari, vel disponens talem impetrationem esse irritam, quod tamen secundum eum non dicit ille §. *final. in authen. quibus mod. natur. effi. sui.* tamen cum hic non simus in terris imperij, sed ecclesiæ Romanæ, videlicet in ciuitate Perusij, non debet tale indultum Apostolicum regulari secundum leges ciuiles, quia neque Imperator habet in d & territorio ecclesiæ aliquam potestatem, nec aliquod imperium: *vt in cle. ne Romani. de iureiuran.* Nec indulta Papæ, maxime cum dicta clausula generali derogatoria legum, debent subiici legibus, cum distinctæ sint potestates. *96. dist. capit. cum ad verum. ita formaliter tenet ibi Petr. de Anch. & eum formaliter refert & sequitur dom. Alexan. in prædallegato consil. 187. quinti voluminis, in 7. col. & sequenti.* Ergo in terminis nostris vigore dictæ clausulæ derogatoriæ sicut supra cõceptæ, ex decisione specifica Petr. de Ancha *in consil. prædallegato*, apparet derogatum esse per Papam omnibus legibus & canonibus contradicẽtibus huic & legitimationi, & consequenter legibus ciuilibus disponentibus quod in legitimatione debeat fieri mentio filiorum legitimorum & naturalium, & quod comes Palatinus non possit legitimare spurios existentibus filiis legitimis & naturalibus, nisi de hoc habuerit specialem potestatem: & consequenter per istud fundamentum cessant omnia, quæ superius in oppositum adducebantur.
Quarto ad idem facit. Nam Papa in priuilegio legitimationis concesso dicto comiti Palatino, apponendo dictam clausulam derogatoriam supra proxime relatam, intendit super omni defectu, & super omni impedimento dispensare ac legitimare, præsertim dum dicit, *quibuscunque legibus imperialibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus.* Ex quo ergo derogat legibus imperialibus, in cæteris omnibus quæ contrariantur legitimationi: ergo videtur saltem in genere cogitasse de prædictis obiectionibus supra factis, cum videatur implicite cogitasse de omnibus defectibus, qui esse possent in legitimatione quos omnes tollere voluit. Vnde posito quod in specie, vel in indiuiduo ignorauerit, qui & quales essent, tamen ex quo Papa fuit istius propositi oẽs tollere, si sciuisset, dico quod omnes sunt sublati: *casus est in l. qui iure militar. ff. de milit. testam.* potest † e- 15
nim de aliquo vel de aliquibus cogitari generaliter, licet non specialiter. *l. sub prætextu specierum. in fi. vbi bene hoc probatur. C. de transact. ita ad literam formaliter tenet Paul. de Cast. in consil. 221. incipiente, Super puncto isto plura subtiliter & copiose scripta sunt. ad fin. & idem etiam vult Ioan. Andreæ in cap. 1. de excess. prælat. in sexto, in nouella.* Accedat, ꝙ in ista clausula derogatoria, sicut supra concepta, adest etiam illa clausula, † *etiam* 16
si de illis & eorum totis tenoribus specialis & expressa habenda foret mentio, quæ clausula operatur perinde, ac si specialiter & nominatim fuisset derogatum his, quæ obstant. *l. omnes. in verb. specialiter & nominatim. & ibi Bald. & Angel. ad hoc notant. Cod. de præscriptio. 30. anno. Bald. in c. cum dilecta. in vlt. colum. de rescript. Angel. in l. diuus. §. licet. ff. de iure codicill. Albe. de Rosa. in l. 1. ad fin. Cod. quando impe. inter pupill. & vidu. vbi dicit, quod ita vidit seruari Roma. Bald. post Andr. de Isernia in præludiis feudorum, in 3. charta. Oldrad. Lauden. in consilio 117. incipiente, Bonæ memoriæ Bonifacius. Ludo. Roma. in consilio 326. incipiente, Istæ sunt rationes. Ioan. Andr. in cap. 1. de schismat. in sexto, in nouella, dom. Anton. de Butr. & dominus Alexan. in cap. cum instantia. de censibus. & in terminis nostris, scilicet in priuilegio legitimationis, tenet Bald. in consil. 119. quintæ partis, quod incipit, Quidam vxoratus nomine Christophorus. ad fin.* Quinto & vltimo facit, quod † etiam in du- 17

bijs debem⁹ sustinere actum, vt valeat potius quam pereat: *per regulam l. quoties in stipulationibus. ff. de verbor. oblig. & ff. de reb. dub. & ff. de regul. iur. & l. 3. ff. de mili. testam. & ca. abbate sancti Syluani. de verb signi. & l. diuus. in princ. ff. de vsu & habi. quem text. multum notat Aretin. in l. quod in rerum. §. 1. ff. de legatis 1.* Et ideo in dubiis iuris præsumptio non adaptatur ad confirmandum. *ita notant Bal. & Floria. in l. si quis à filio. in princip. per illum text. ff. de legatis 1.* Et hoc maxime procedit in casu nostro in legitimatione; quia
18 † legitimatio est fauorabilis, & amplianda, cum sit patris & principis donum. *auth. item si quis. Cod. de natur. lib. secundum Bald. in l. seruus. Cod. de lega. Semini. post Lapum in cap. 1. in penult. col. de fili. presbyt. in sexto, Petrus de Anchara. in consil. 242. incipiente, Ex tenore priuilegij Apostoli in princip. & in consil. 428. incipiente, Circa primum quæsitum fuit satis expediens. circa princip.* Item potestas legitimandi concessa comiti Palatino est beneficium, ideo est latissime & fauorabiliter interpretandum: *vt l. final. ff de constit. princip. secundum Bartol. Imol. & alios moder. in l. 2. in princip. ff. de verbor. obligatio. & notabiliter Angel. in consil. 17. incipiente, comes Brandisius. in prima colum.* Item priuilegia comitum super legitimādis spuriis defenduntur, secundum Bald. *in l. 1. in princip. per gloss. ibi. ff. de tuto. & cura. da. ab hu.* Per ista fundamenta remanēt euacuata & resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas magis eluceſcat, adhuc ad ea particulariter respōdetur. Non obstat ergo, dum primo dicebatur, quod ista legitimatio videtur reddi subreptitia, & consequenter nulla, ex eo quod in ipsa legitimatione non fuit facta mentio de nepote legitimo & naturali: quia respondetur, quod imo facta est sufficiens mentio, ex quo comes istum Vrbanum legitimās eum habilem & idoneum reddit, vt valeat Nicolai patris, & quorumcunque parentum, agnatorum, & cognatorum suorum hæreditati ex testamēto vel ab intestato succedere in totum, vel etiam ad æquales portiones cum aliis filiis & filiabus legitimis & naturalibus ipsius Nicolai. Item quando pater viuens facit filios spurios legitimari, non est necesse, quod in ipsa legitimatione fiat mentio de nepote legitimo & naturali, *secundū quod consuluerunt Fredericus de Senis dom. Grifo de Monte Politiano, & Bald. in duobus suis consiliis, prout retuli supra in primo fundamento.*

Tertio respondetur, quod Comes Palatinus ad supplicationem patris viuentis fecit istam legitimationem cum clausula, *non obstante*, concepta late sub verbis derogantibus quibuscunque iuribus contrarium, vel aliter disponentibus: per quam clausulam censetur derogasse legi ciuili disponēti, quod in legitimatione debeat fieri mentio de nepote legitimo & naturali. Item per dictam clausulam censetur remotum omne impedimentum, quod huic legitimationi cōtrariaretur, prout deduxi supra in tertio & quarto fundamento. Non obstat secūdum, dum dicebatur, quod Comes Palatinus non potuit legitimare istum Vrbanum existētibus liberis legitimis & naturalibus: ex quo istud in priuilegio nō fuit dictum expresse: quia respondetur, quod imo expressam habet potestatem ab Imperatore, in cuius priuilegio dicitur, non obstantibus legibus, quibus cauetur, q⁹ spurij legitimari non debeant sine cōsensu & voluntate filiorum legitimorum & naturalium. Similiter in priuilegio Apostolico cōceditur potestas legitimandi, *non obstantibus quibuscunque legibus imperialibus, & quibuscunq; aliis in cōtrarium facientibus*, per quam clausulam ita late, vt superius retuli, conceptā intelligitur huic oppositioni esse sufficienter derogatum, prout late deduxi supra in tertio & quarto fundamento. Et ipse Comes Palatinus huic expresse derogauit, ex quo expresse dictum Vrbanum legitimauit ad æquales portiones cum aliis filiis legitimis & naturalibus Nicolai patris sui. Nō obstat tertio, dum dicebatur, quod quando pater in vita sua vult facere legitimari filios spurios, q⁹ requiritur citatio filiorum legitimorum & naturalium, aut eorū consensus: *secundum Bald. in d. l. nam ita diuus. in princ. ff. de adopt.* quia † respondetur, quod contrarium ex- 19
presse tenet ipsemet Bal. *in consil. 306. secundi volu. incip. Casus quæstionis talis est. A coniugatus. & in cons. 105. 5. volu. quod incipit, Primo videndum est de legitimatione.* Secundo respondetur, quod illud dictum Bald. non procederet, quando legitimatio fieret cum clausula derogatoria quibuscunq; obstantibus prout fuit in casu p̄senti, & deduxi supra in tertio & quarto fundamento. Tertio respondetur, quod quando legitimatio fit ad instātiam ipsorum filiorum illegitimorum petentium se legitimari in vita patris similiter idem supplicantis, prout contingit in casu nostro, tunc nō requiritur citatio liberorum legitimorum & naturalium, licet in vita patris videantur habere quasi dominium. *l. in suis. ff. de lib. & posthum. & §. sui. instit. de hæred. quali. & differe. ita expresse tenet D. Anto. de Butr. in d. c. per venerabilem. in 27. col. vbi etiam dicit ita tenere Iacob. Butrigarium in l. adopt. §. 1. ff. de adoptio.* Non obstat quarto illud, quod dicit Bald. *in d. c. filij nati*, quod Imperator, qui legitimat filios spurios existente filio legitimo & naturali, videtur esse vnū pecus, & non habere præ oculis iustitiam publicæ honestatis: quia respondetur, quod Bald. ibi expresse firmat talem legitimationem valere, licet inconsiderate factam: Ergo non facit in oppositum: & tanto minus in casu præsenti in ista legitimatione, in qua adest ampla derogatio *quorumcunque obstantium, & in contrarium facientium*, vt dixi supra in tertio & quarto fundamento. Non obstat quintum & vltimum, in quo arguebatur contra vtranq; potestatem legitimandi, & dicebatur, quod authoritas Apostolica erat restricta & limitata sine p̄iudicio succedētium: quia respondetur, quod talis limitatio & restrictio non annullat ipsam legitimationem, sed solum eius effectum limitat & moderatur. Item ista legitimatio nullum p̄iudicium in effectu fecit ne poti testatoris, ex quo Nicolaus testator bona sua & hæreditatem reliquit in Cæsarium secundum nepotem legitimum & naturalem ex filio p̄mortuo: Et casu quo ipse nepos moreretur sine filiis legitimis & naturalibus, prout fecit, tunc omnium bonorum suorum vsumfructum per annos 6o. reliquit dom. Vrbano, & descendentib. ab eo. Nec curandum est de D. Frācisca matre dicti nepotis & p̄mortui, q⁹ erat nurus testatoris † quia ab intestato non succe- 20
dit socero. *l. affinitatis. C. communia de succes. cum vltimo loco vir & vxor, & postea fiscus succedant. l. 1. C. vnde vir & vx.* & appellatione *viri & vxoris* non continentur socer & nurus. *l. si vero. §. de viro. ff. soluto mat.*

mat. & ita tenent Raph. Fulg. Paul. de Cast. Lud. Ro. & D. Alex. in d. l. 1. Cod. vnde vir & vx. reprobantes Bal. ibi tenentem cõtrarium. & cum præcedenti opinione tenet ipsemet Bal. in l. fi. C. vn de legi. in 5. col. in ver. item quæritur, an sit intenire. Et ita etiam tenet D. Nicol. de Vbal. de Perusio in tractatu suo successionum ab intestato, in 2. col. Item dicta clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, intelligitur solum, quãdo pater decessisset ab intestato, secus si condito testamento vt in casu præsenti, & istud Papa voluit in dicto priuilegio considerari, quando pater moritur ab intestato, sed hic decessit conditò testamento. Item ista clausula intelligitur solum de venientibus ab intestato, qui essent ex descendentibus. & obtineret primum locum: secundum Paul. de Cast. qui vtroque ex dictis modis dictam clausulam intelligit, *in consilio 223. incip.* Dicendum est dictam hæreditatem Petr. de Anchar. *in consil. 54. incip. Pro fratribus defuncti. D. Alexand. in consil. 163. incip. Viso themate suprascripto. Ioan. de Ana. in consil. 29 incip. Visa imperiali. in 3. col.* Item dicta clausula non potest operari in casu præsenti, in quo pater in vita sua fecit Vrbanum legitimari, quo casu non potest dici delata alicui successio ab intestato. *l. 1 §. si impubere. cum sim ff. de collat.* Non obstat illud, quod obiiciebatur contra autoritatem imperialem, quod licet illa fieri potuisset in prejudicium venientium ab intestato, tamen eius vigore non potuit legitimatio fieri in ciuitate Perusij, quæ est Ecclesiæ Romanæ, præsertim cum subdito ipsius ecclesiæ, & 21 de bonis ibi existentibus: quia posset dici, quod † imo talis legitimatio valeat quo ad bona temporalia tantum, *prout tenuit Iaco. de Belviso in §. quoniam. in authen. quib. mo. natu. effi. sui. Bart. in consil. 75. incip. Viso instrumento locationu. in fi. & late Io. Calder. in consil. 3. posito sub titulo, qui filij sint legitimi quod incipit, Habens potestatem ab Imperatore. Ang. in l. emancipati. per illũ text. ff. de adopti.* Multi tamen quos superius retuli in hoc contrarium tenent, nisi forte ista vltima opinio teneatur cum grano salis, quando pater viuens feciſſet fieri talem legitimationem, prout tenet Bald. *in proœmio Cod. in pen. col. & ibi Salyc. circa fin.* refert se audiuisse, quod ita fuit obtẽtum in curia Romana: licet hoc vltimum reprobet D. Abb. *in d. c. per venerabilem. per illum text. in 3. col. & etiam in 6. col. in fi. & sequenti.* Vnde maius & securius fundamentum facio in authoritate Apostolica, secundum quam puto dictam legitimationem Vrbani valere, per fundamenta & rationes superius adductas.

CONSILIVM CXI.

THEMA.

MAGNIFICVS Dominus Ioannes Paulus de Paganis Mediolanensis venditionẽ fecit Domino Thomęo de Nibia Neapolitano, tunc moram trahenti Mediolani, de omnibus & singulis mercantiis, rationibus, & nominibus debitorum: quæ præfatus Dominus Ioannes Paulus habebat in ciuitate Neapoli contracta ex eius rationibus per Dom. Lanfrancum de Capitaneis eius domini Ioan. Pauli negotiorum gestorem in partibus regni Neapolitani, ac vtriusq; Siciliæ, pretio ducatorum octomillium noningentorum septuagintaquinque auri latorum, cum solemnibus, cessione iurium, & actionum, constitutione nuncij, & procuratoris in rem suam, ac positione in sui locum ius, & statũ, ac promissione defendẽdi pro eius dato & facto tantum, ac præstãdi se verum creditorem, cum onere tamen satisfaciendi creditoribus ibidem nominatis, & cum promissione soluendi totam dictam quantitatem in quatuor terminis ibidem descriptis, & cũ onere præstandi infra vnum mensem tunc proxime futurum idoneos fideiussores de summa quinque millium ducatorum: & tamen ipse dominus Thomæus non satisfecit pro primo termino ita, quod ad integram summam vigore instrumenti tenebatur, nec satisfecit creditoribus Dom Ioan. & Pauli ibi descriptis, nec fideiussores conuẽtos præstitit sed decessit relictis plerisque creditoribus, qui prætendunt se anteriores, & cõsequenter potiores in dictis mercibus & nominibus debitorum. Quæritur quid iuris.

ARGVMENTVM.

An & quando venditor mercium & nominum debitorum præferatur in talibus mercibus creditoribus emptoris prætendentibus hypothecam.

SVMMARIA.

1 *Dominium non transfertur ex solo contractu vẽditionis absq; traditione.*
2 *Possessio transfertur per constitutum.*
3 *Dominium dicitur trãslatum per traditionem instrumentorum vel librorum rationum.*
4 *Hypotheca nõ potest prætendi in rebus debiti, quarum dominium non est translatum.*
5 *Merces venditæ simpliciter absque hypotheca pro precio creditoribus secundò obligatæ.*
6 *Cessionario per cessionem competit vtilis actio.*
7 *Emptor non efficitur dominus rerum debitarum sine traditione.*
8 *Creditor potest vti restitutione librorum & scripturarum, donec precium integrum consequatur.*
9 *Nomina debitorum veniunt sub generali hypotheca.*
10 *Actui vni quod inest, alij creditur inesse propter cõtextualitatem.*
11 *Pœnæ commissio quando impediatur.*
12 *Facere qui differt, quod debet, non potest petere, quod ei debetur.*
13 *Contractibus in omnibus, vt possit in effectu agi, quid requiratur.*
14 *Cessionarius quando possit agere.*
15 *Contractu alterius, cui ius acquiritur, debet acceptare cum omnibus pactis & clausulis in eo appositis.*

Aduer-

ADuertendũ est, quod prædictæ merces venditæ non fuerunt traditæ nec quasi ipsi Dom. Thomæo emptori: quia erant valde remotæ & absentes à loco dictæ venditionis celebratæ in ciuitate Mediolani, & ipsæ merces erant in ciuitate
1 Neapoli. Vnde † ex solo contractu venditionis absque traditione non transfertur dominium. *l. traditionibus. Cod. de pactis. l. pen. C. de rei vendi. l. si ager. ff. de rei vendica. & §. per traditionem. instit. de re. diuis.* Nec dominus Ioan. Paulus in dicto instrumento venditionis cõstituit se possidere vel quasi dictas merces, & dicta nomina debitorum nomine ipsius emptoris, per † quod cõstitutum posset dici translata pos-
2 sessio, & consequenter dominium. *l. certe. §. 1. ff. de precario. l. quod meo. in princip. & l. quamuis. §. si conductor. & l. interdum. in princ. ff. de acq. pos. Bar. in l. ab emptione. circa fi. vbi legendo dixi. ff. de pactis. Bald. in c. item inuestitura. de natu. feud. & in l. 1. in 2. q. C. quando licet. ab empt. discc. & in l. quædã. post gl. ibi. ff. de rei vendi.* Bene verum est, quod D. Io. Paulus in dicto instrumẽto venditionis cõstituit dictum emptorẽ nuncium, missum, & procuratorẽ in rem suam, sed illud verbum, *cõstituit*, importat, id est, *ordinauit*, & sic non est aliquod constitutum, quod transferat possessionem aut dominium. Item non fuerunt tradita instrumenta, nec libri rationum dictarum mercium, aut nominum debitorum, cum essent in ciuitate Neapoli penes negotiorum gestorem Dom. Ioan. Pauli, & venditio fuit celebrata in ciuitate Medio-
3 lani. Nam † per traditionem instrumentorum, vel librorum rationum factam in præsentem & habentem causam & titulum emptionis bene posset dici translatum dominium. *l. 1. C. de dona.* propter virtutẽ repræsentatiuam instrumenti: quia significat substãtiam debiti in eo contenti. *l. fin. cum gl. C. de pactis cõuentis. secundum Bal. in l. fi. C. quando fisc. vel priua. plures tamen limitationes ad d. l. primam. C. de dona. ponit D. Alex. in l. 3. in princ. ff. de acq. pos. in 3. col. & sequenti post Io.*
4 *de Imol. ibi.* Vnde † ex quo dominium dictarũ mercium venditarum, & dictorum nominum debitorum non fuit translatum in ipsum emptorem, certe eius creditores non possunt prætẽdere aliquam hypothecam. *l. rem alienam. & l. si rem ali. nam. & l. aliena. in prin. ff. de pign. actio.* Et per hoc apparet, quod in casu præsenti non sumus in decisione, quam ponunt Bar. Bal. Ang. & cæteri *in l. si cum dotem. §. fi ff. sol. matr.*
5 *& ibidem. D. Alex. in pen. col.* Vbi tenent, quod † si aliquis vendidit merces mercatori, qui postea decoxit, vel fugam arripuit, & tales merces extant, quod talis venditor in illis mercibus nõ præferatur cęteris creditoribus, quando non fuit expresse actum, ꝙ tales merces essent pro pretio hypothecatæ: *per text. in l. procuratoris. §. plane. & §. sed & si dedi. in vers. & siquidẽ. ff. de tributo. & l. quidam feudum. & l. si pro parte. §. si dictum. ff. de in rem verso. quamuis contrarium & male tenuerit idem Bald. in l. pro debito. in 1. q. C. de bo. autho. iudi. pos.* Vbi tenet, quod si tales merces extant, debent reddi venditori ipsarum mercium, tanquam ei singulariter obligatæ pro pretio: *per l. Iulia. § offerri. ff. de act. empt.* Sed contrarium, vt dixi, tenent Bart. & cõmuniter alij *in d. l. si cum dotem. §. fi. & ipsemet Bal. in l. fi. ad fi. C. commodati. per l. 1. in fi. cum gl. ff. de re. eorum. & Bal. in l. eum cui. Cod. de actio. & oblig. Ang. in l. fin. §. & si præfatam. ad fin. C. de iure deliberan. in lectura Florentina, quæ non est impressa:* Vbi quærit, quid si mercatori postea fugitiuo venditæ sunt lanæ multæ, vel fundicus pannorum, quæ lanæ & panni extant, an debeat venditor præferri pro pretio in istis pannis, aut saltem recuperare pannos iam traditos? & dicitur quod non, ex quo dominium fuit translatum in emptorem, vnde ipsius & aliorum creditorum æqua erit conditio: *dicta l. quidam fundum. ff. de in rem verso.* Nam prædicta communis conclusio procedit, quando tales merces venditæ fuissent actualiter traditæ ipsi emptori, & sic dominium earum fuisset translatum in ipsum emptorem, tunc eius creditores anteriores ratione hypothecæ præferrẽtur huic creditori: sed in casu præsenti istæ merces venditæ non fuerunt traditæ emptori, nec quasi traditæ, nec etiam tradita instrumenta, aut libri rationum, & consequenter dominium talium mercium remãsit, & adhuc est penes ipsum Dom. Ioannem Paulum, ergo omnibus est anteponendus: ꝓut in specie dicit Angel. *in d. l. fi. §. & si præfatam. ad fi. & D. Alex. in d. l. si cum dotem. §. fi. in vlt. col. dum respõdet ad l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. similiter tenet in specie Salyc. in d. l. pro debito. C. de bo. autho. iud. post dictũ Bal. ibi volẽtis venditorem mercium extantium præferri:* quia tales merces cẽsentur ei specialiter ꝓ pretio hypothecatæ, dicit Salyc. ꝙ istud dictum Bal. sibi placet, vbi merces adhuc erant penes venditorẽ, *per d. l. Iulianus. §. offerri.* ꝓut sunt in casu nostro: sed vbi merces fuissent traditæ emptori, tunc in casibus, in quibus dominium non est translatum, res est clara pro venditoribus, quod eis restituuntur, sed in casibus, in quib⁹ dominium mercium est translatũ, puta quia vendens & tradens habuit fidem de pretio. *l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. & §. vendita. instit. de re. diuis. dicit Salyc.* quod non meminit se legisse, ꝙ tunc vẽditori sint merces hypothecatæ, à lege, imo quod nõ sint hypothecatæ, dicit videri casum *in d. l. quidã. ff. de in rem verso.* & ideo tunc de venditore iudicat, ꝙ de aliis creditoribus personalem tm̃ habentibus: vbi autẽ venditores expresse cõueniissent, ꝙ merces vẽditæ essent eis hypothecatæ, tunc posset procedere dictum Bal. secundũ Salyc. ibi. Secũdo principaliter est aduertendum in casu pręsenti, ꝙ cum merces supradictæ venditæ, non fuerint traditæ vel quasi, non potest dici, ꝙ earum dominium fuerit translatũ in emptorẽ, imo remansit penes ipsum venditorẽ, & sic penes D. Ioan. Paulum, vt supra proxime ostẽdi. Similiter etiã nec per cessionem & trãslationem iurium potest dici trãslatum dominium vtile in emptorem † quia licet per cessionem cõpetat vtilis actio in 6
rẽ cessionario, non tm̃ competit vtile dominium, ꝙ sine traditione quæri non potest. *l. traditionib. Cod. de pactis. & ita tenet Dy. in reg. pro possessore. ad fi. de reg. iur. in 6. Bar. in l. certi. C. de hær. vel actio. vendi. & idem Bart. in l. si ager. ff. de rei vendi.* Vbi dicit, quod hodie quasi in quolibet instrumẽto apponitur clausula, ꝙ venditor omne ius, & oẽm actionem, ꝙ vel quam habet in dicta re transfert in emptorẽ, & facit emptorem procuratorem in rem suam, quod talis emptor bene posset agere rei vẽdicatione sibi cessa, tamen nõ haberet dominium sine traditione. *l. si culpa. ff. de rei vendi. & ita dicit tenere Dy. in d. cap. pro possessore. in vlt. quæst. gl. in l. plane. in verb. debeatur ff. fam. erciscu. Angel. in*

l. 1. C.

l. 1. C. de vſuc. pro empt. Bald. in l. 1. C. de act. & oblig. in vlt. col. in 8. q. & ibi Saly. Nam † ex emptione nominũ vel
7 actionum non tñ efficitur emptor dñs rerum debitarum ſine traditione. *l. ex nominũ. C. de hær. vel act. vend.* quia dominia à poſſeſſione incipiunt. *l. 1. in prin. ff. de acq. poſ.* vel ſaltem à detentatione tradita per ius habentẽ *l. fundũ. ff. de fund. do. ſecund. Bal. in d. l. ex nominũ.* nec per iurium ceſſionẽ transferatur dominium, niſi transferatur poſſeſſio. *d. l. plane. cum gl. Bal. in conſ. 285. ſecundi vol. incip. Caſus coram reuerendiſſimo domino epiſcopo Tridentino.* Item vendens actiones & iura, licet poſſit habere fidẽ de pretio, quo ad hoc vt ceſſio valeat, & ſic quo ad ſubſtantiam ceſſionis, tamen interim ceſſionarius non poteſt agere, & ſic non habet exercitium actionum, niſi prius ſoluat venditori. *ita notabiliter tenet Bal. in l. per diuerſas. in 13. queſt. C.*
8 *mandati.* Tertio eſt aduertendum, quod † D. Ioannes Paulus poteſt vti retẽtione librorum & ſcripturarum, quæ ſunt de dictis mercibus & nominibus debitorum venditis, & extant Neapoli penes dominum Lanfrancum de Captaneis eius negotiorum geſtorem, & hoc donec pretium integrum conſequatur: *vt eſt text. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & ita tenet Bald. in l. fi. C. commodati. & in l. eum cui. C. de act. & obl. & in l. in rebus. in 2. col. C. de iure do. dominus Alex. in d. l. ſi cum dotem. § fi. in vlt. col. poſt med. ff. ſolut. matr.* Quarto aduertatur, quod etiam poſito, ſed non conceſſo, & ſic ſine veri præiudicio, quod ex venditione talium mercium & nominum debitorũ conceſſione, & translatione actionum eſſet translatum aliquod ius in ipſum dñm Thomæum emptorem, tñ dictus emptor in ipſo inſtrumento emptionis bis expreſſe & generaliter obligauit omnia bona ſua præſentia & futura, & etiam illa, quæ alias non
9 venirẽt in generali obligatione præfato domino Ioanni Paulo. Vnde † in tali generali obligatione, ſeu hypotheca venirẽt talia nomina debitorum empta ab ipſo domino Thomæo. *l. nomẽ. C. quæ res pigno. oblig. poſ. & l. cum tabernam. § fi. ff. de pign.* Item venirent etiam merces venales. *d. l. cum tabernam. in princ. Bald. in l. vbi adhuc. in 6. col. C. de iur. dot.* Et ſic dñs Ioannes Paulus haberet expreſſam generalem hypothecam in dictis mercibus, & in dictis nominibus debitorũ vẽditis, & ſic præferretur aliis omnibus creditoribus domini Thomæi, habentibus ſolum perſonalem actionem, & nullam hypothecam ſpecialem nec generalem. Quinto & vltimo aduertatur, ꝙ dominus Thomæus emptor in ipſo inſtrumento venditionis promiſit quartam partem totiꝰ pretij exburſare per totum menſem Septemb. tunc proxime ſecuturum. Item promiſit ſatisfacere creditoribus ipſius domini Ioannis Pauli in ipſo inſtrumtẽo deſcriptis. Item in alio inſtrumento eodem contextu coram eiſdem teſtibus & notariis celebrato, quod cenſetur vnum & idem inſtrumentum; quia ratione contextualitatis actuum ambo actus iudicari debẽt vnus actus, &
10 de eis vt de vno actu debemus iudicare, † adeo vt ꝓpter hanc contextualitatem & actuum vicinitatem illud quod vni actui ineſt, alij credatur ineſſe. *l. lecta. verſ. dicebam. ff. ſi cert. peta. & c. officij. de elect. ita notabiliter tenet Ang. in conſil. 145. incip. Gener à ſocero conſſus fuit. in 3. colum. Ludo. Rom. in conſ. 445. incip. Conſultatio præſens tres habet nodoſas dubitationes. in 2. col.* Et ĩ illo inſtrumẽto eodẽ contextu celebrato promiſit dictus emptor infra vnum mẽſem tunc proxime ſequuturum, prẽſtare fideiuſſores idoneos pro ſumma ducatorum quinq; millium, & tñ ipſe dñs Thomæus emptor nihil horum obſeruauit: quia nec ſatisfecit pro primo termino, nec ſatisfecit creditoribus domini Ioannis Pauli ibi deſcriptis, nec præſtitit fideiuſſores pro dicta ſumma integra, & propterea videtur, ꝙ cum ipſe emptor nõ adimpleuerit perfecte contractũ pro parte ſua, ꝙ eiꝰ creditores etiam hypothecam expreſſam habentes, & venientes ex eiꝰ perſona, nõ poſſent agere pro conſequendis inſtrumẽtis obligationũ, aut chirographis, aut libris mercium, nec pro exigendis ipſis debitoribus † quia et- 11
iam ꝓpter minimũ capitulum cõtractus emptionis non obſeruatũ, & non adimpletũ, obſtat agenti exceptio in principali, & per hoc etiam impeditur cõmiſſio pœnę ipſo iure. ita egregie notat Bal. *in l. pactæ conuẽtæ. in ſecundo notabili. ff. de contrah. empt. quam legẽ legit in l. iuriſgentium. poſt §. adeo. ff. de pact. facit l. Iulian. §. offerri. ff. de act. empt. & l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca-* 12
ti. Item † qui differt facere, quod debet, non poteſt petere quod ei debetur. *ita notat Bald. in auth. dos data. per illum tex. C. de dona. an nupt.* Item qui non facit, ꝙ debet, non recipit, quod oportet. quia iſta eſt natura conuentionum: *ſecundum Bal. in c. 1. in vlt. col. quali. do. pro. feu. prius.* Et generaliter notãdum eſt, quod † in 13
omnibus contractibus, in quibus vltro citroq; aliquid promittitur, debẽt omnia eſſe obſeruata & adimpleta, ad hoc vt poſſit cum effectu agi. *ita not. Bar. in d. l. quæro. §. inter locatorem. per illum text. ff. locati.* Item venditor etiam pro vno nummo pretij non ſoluto poteſt totam rem venditam retinere: *ſecundum Bald. in l. fi. C. commo.* Item † licet vendens iura 14
& actiones, & ſic nomina debitorum, poſſit habere fidem de pretio quo ad hoc, vt ceſſio valeat, tamen interim ceſſionarius non poteſt agere, & ſic non habet exercitium actionum, niſi prius ſoluat pretium: prout tenet notabiliter Bald. *in l. per diuerſas. in 13. quæſt. Cod. mandati. & ſupra etiam retuli.* Vnde domi. Thomæus emptor non potuit plus iuris in creditores ſuos transferre, quam ipſe haberet, nec plus iuris poteſt dici creditoribus Do. Thomæi cõpetere, quam competeret ipſi emptori, cum ex eius perſona veniant, vt in reg. nemo plus iuris. *ff. de regu. iur.* Item † ille, cui acquiritur ius ex contractu alterius 15
debet acceptare cum omnibus pactis & clauſulis in eo appoſitis. *l. Caius. ff de manum. ſ. l. fin autem. ff. de pac. & l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poſſ. & ita not. Bald. in l. contra iuris ciuilis regulas. §. ſi. per illum text. ff. de pac.* Item qui vult venire ex contractu alterius, tenetur approbare inſolidum, & cum omnibus qualitatibus ſuis. *l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. in verſ. ſi. pen. ff. ſi cer. pet. & ibi Moder. hoc notant, præſertim D. Alexan. & ibi alias legendo dixi.*

CONSILIVM CXII.

SVMMARIA.

1 Teſtamẽtum in dubio præſumitur validum & ſolenne.
2 Actus quando habet debitam formã omni ex parte habilitas præſumitur.
3 Iudicandum in dubio in fauorem teſtamenti.
4 Opinio ſingularis doct. pro teſtamento prænalet cõmuni contra teſtamentum.

5 Teſta-

5 *Testatoris voluntate in interpretãda erramus propter nimiam subtilitatem.*
6 *Aditio hæreditatis per quos actus præsumatur.*
7 *Simulatio in dubio non præsumitur.*
8 *Præsumptiones duæ oriuntur pro instrumento publico de iure communi.*
9 *Statutum prohibens forensem hæredem instituí, an & quando locum habeat.*
10 *Immunitas bonorum præsumitur realis.*
11 *Consequitur quis per socium quod per seipsum consequi non posset.*
12 *Filium in potestate censeri institutum.*
13 *Conditio negatiua non potest impleri, nisi vltimo vitæ spiritu.*
14 *Testatoris iudicium nimia subtilitate fraudari non debet.*
15 *Testator potest in testamento prohibere, ne hæredes vsque ad certum tẽpus inter se diuidant hæreditatem.*
16 *Diuisionem in perpetuum testator non potest in testamento prohibere.*
17 *Inuitus nemo cogitur stare in communione.*
18 *Obligatio hæredum procedit à quasi cõtractu additionis hæreditatis.*
19 *Præceptum testatoris factum hæredibus de nõ diuidendo hæreditatem, nec petendo partem hæreditatis non valet, nisi esset factum cum causa expressa.*
20 *Actio in libello censetur intentata, quæ ex verbis percipi potest.*
21 *Libellus sustineri debet inquantum potest.*
22 *Libellus procedit, cum qualibet causa inferat in conclusione.*
23 *Petitio hæreditatis nõ potest intentari post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem bonorum.*

VIso longo & laborioso processu causę vertentis inter Franciscum Io. de Brãcha de Eugubio agentẽ ex parte vna, & dominas Antoniam & Lucianã de Callio filias & hęredes Mastini de Mastinis reas conuentas ex parte altera. Item visis allegationibus in iure subtiliter & accurate factis per clarissimos dominos aduocatos vtriusque partis, & omnibus diligenter consideratis, & æquo libramine ponderatis. Prætermissa disputatione nõ necessaria, puto partes domini iudicare debentis esse in pronũciando in fauorem dicti Franciſci actoris; eo quia Franciscus habet fundatam intentionem ex testamẽto Nulphi de Mastinis, in quo Ioannes eius pater est institutus hæres pro tertia parte, quod testamentum exhibetur in forma publica & authentica, non abolitum nec cancellatum: *iuxta l. fi. de edicto diui Adria. toll.* habens solemnitates in testamento nuncupatiuo requisitas: *iuxta l. hac consultissima. in princ. & §. per nuncupationem. Cod. de testa. & l. hæredes palam. in princip. & §. pen. & fi. ff. eo.* Testa-1 mentum † autem in dubio præsumitur esse validum & solemne, nisi contrarium probetur, *l. si post diuisionem. vbi glos. & Bart. in fi. ad hoc notant. C. de iuris & facti ignor. Bar. in l. 1. C. de iuris & facti ignor. Bart. in l. 1. C. de iur. cal. Bal. in auth. omnes peregrini. in vlt. col. C. communia de succes.* Et † quando actus habet debitam formam, omni ex parte habilitas præsumitur. *c. in præsentia. vbi D. Abb. de proba. D. Abb. in cap. cum virum. in quarto notabili. de regula. Bald. in l. cum te. in 1. col. C. de prob. & in l. 1. circa fi. Cod. de preci. impera. offe.* Item † iudicandum est etiam in dubio in fauorem testamenti, & pro ipso testamento. *l. si pars. ff. de inoff. testa. & c. si. de re iud.* quia causa conseruationis testamenti cõcernit publicam vtilitatem. *l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aperi. l. Gallus. §. quid si ii. in verb. vtilitate. & ibi Bald. in primo notabili ad hoc notat. ff. de libe. & posth.* Nihil est enim quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium: *vt dicit text. in l. 1. C. de sacros. eccle.* Imo fortius, opinio † vnius singularis & egregij doctoris, quæ esset pro testamento seu vltima voluntate, prævaleret & sequẽda esset in iudicando contra communem opinionem: secundum D. Andr. Sicul. *in consil. 6. quod incipit, Scriptum est præclare primo regum. in 2. col.* mouetur per simile de matrimonio, vbi sequenda est opinio singularis Doctoris contra communem: *secundum Hosti. & D. Abb. in c. 2. de cogna. spi. cum suis concordantiis.* & quãtum ad præsens propositum causa matrimonij & causa testamenti æquiparantur. *d. c. si. de re iudi.* Item iudicium testatoris nimia subtilitate fraudari non debet: *vt dicit tex. in l. si quis hæredem. ad fi. C. de insti. & substi.* Sæpe † enim in interpretãda voluntate testatoris propter nimiam subtilitatẽ erramus: quia testantis animum non videmus: *secundum Bald. in l. precib. in 7. col. C. de imp. & aliis substi.* Vnde sequor præsens testamentum, & pro eo & eius validitate teneo, vt ex prædictis apparet. Item † dico, ꝙ d. Io. de 6 Brancha hæres pro tertia parte institutus post mortem d. Nulphi eius hæreditatẽ adiuisse dicetur per actus, qui non possunt geri citra ius & nomen hæredis. Nam d. Io. vt hæres dicti Nulphi pro tertia parte vna cũ aliis hæredibus locauit fundos hæreditarios, fecit quittationes debitoribus hæreditatis, cõstituit factores & procuratores ad gerendum negotia hæreditaria, reuidit rationes dictorum factorum, soluit legata in dicto testamento relicta, exegit credita hæreditaria, & soluit debita hæreditaria, constituit capellanos in capellis dictæ hæreditatis, posuit castellanos in arce castri Nay & arce castri Droghi, inhabitauit vt hæres domos hæreditarias, & alios similes actus fecit, vt patet per publica instrumenta in actis ꝓducta, & per testes superinde examinãtos: ergo dictam hæreditatẽ adiuisse dicitur. *l. pro hærede & l. gerit. vbi late Bar. ff. de acq. hæred. cũ concordan. vulg.* Nã & per solutionẽ debiti hæreditarij factã creditorib. hęreditariis inducit aditio hęreditatis. *l. 2. & ibi Bart. & alij ad hoc notant. C. de iur. delib. & l. parentib. Cod. de inof. test. Bal. in l. potuit. in 9. q. C. de iur. delib.* similiter è contra, recipiendo debitũ hæreditarium ex hoc cẽsetur hęreditatem adire: quia citra ius & nomen hęredis fieri non potest. *d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acq. hær. ita singulariter tenet Bar. in l. frater à fratre. super gl. 2. circa 12. col. ff. de condi. indebi.* Item etiam ex vna camisia data amore Dei arguitur aditio locupletissimæ hęreditatis. *ita singulariter tenet Bald. in l. cum te. in vlt. col. de do. ante nup.* Nec potest dici, quod talis institutio Ioan. facta pro tertia part. fuerit simulata vel fictitia, prout dici videtur per partem aduersam, cum nihil quod sit sufficiens adducatur, & † in 7 dubio nõ præsumatur simulatio *l. quamuis. & ibi Bal. ad hoc notat. Cod. si quis alteri vel sibi. Bald. in capit. primo, circa princip. de feud. dato in vicem legis com.* Nam quod

quod potest stare cum vero actu, non præsumitur simulatum: *vt est tex. notabilis in l. si quis duos. ad fi. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de solu.* Item in instrumentis publicis non præsumitur fraus, neque simulatio: *secundum* 8 *Bald. in c. illud. circa fi. de præsump.* Item † certum est, quod de iure communi pro instrumento publico duæ oriũtur præsumptiones imo duæ probationes: scilicet quod sit verum & non simulatum, itẽ quod sit solemne. *l. cum precibus C. de probat. notatur in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pac. secundum Bal. in c. 1. §. si instrumentum. de not. feud. & in l. 1. in vlt. col. in 9. q. C. de testa.* Contra dictum testamentum, & contra dictum Franciscum & eius processum plura subtiliter & copiosè adducuntur per Clariss. D. aduocatũ ipsarum dominarum, quorum aliqua tolluntur ex prædictis & eis fuit responsum per egregios D. aduocatos Francisci. Ego si omnibus fundamentis partis aduersæ particulariter responderem, longior fierem, quam expediret. Vnde breuitati studens substãtia- 9 liora attingam. Contra † ergo dictam institutionem dicti Ioannis principaliter opponitur de statuto ciuitatis Callij prohibente expresse institutionẽ forensis, qualis est dictus Io. de Eugubio non reseruato iure communis Calij. pro dacijs & collectis, & tale statutum habet clausulam annullatiuam institutionis: quia respondetur multipliciter. Primo, ꝙ tale statutum expresse loquitur, quando per talem institutionem vel alienationẽ forensis posset aliquod præiudicium generari communi Callieñsi in exactionibus quorumcunque onerum, sed bona dicti Nulphi erant exempta à quibuscunque onerib. realibus, personalib., & mistis. Item dictus Nulphus testator & eius hæredes, vt in facto præsupponitur, & ex processu apparet, fuerunt & sunt exempti, liberi, & immunes à prędictis muneribus: Ergo nullũ prę- iudicium fit communi Callienſi per dictam institutionem, & dictum statutum non obstat. Item immu- 10 nitas † bonorũ præsumitur realis, vt ad quẽcunque transeãt res, debeat etiam transire exemptio. *cap. cum venissent. & ibi notatur, de instit. notat glos. 25. quæst. 2. in summa Specu. in titu. de instru. edit. §. nunc autem versiculo dubium autem Ioann. Andr. in cap. priuilegium. de regulis iuris in 6. in mercurial. Bartol. in l. pater. ff. de seruit. lega. Bald. in l. liberti, libertæque in 10. columna. C. de oper. liber.* & talis interpretatio debet fieri in prędiudicium communis concedentis. *cap. cum dilectus. de dona. cap. olim tibi. vbi Ioan. Andr. & cano. de verb. signi. Barto. & alij in l. si. ff. de constit. princip.* In hoc tamen considerandæ essent verba immunitatis. Item cum tale statutum, vt in processu asseritur, non fuerit postea receptum moribus vtentium, & sic non sit inobseruantia ergo videtur non præiudicare. *c. 1. vbi gl. & Doc. de treuga & pace Bar. in l. fi. §. sed cum antiquitas. C. de cur. fur. dom. Anton. & D. Abb. in cap. quia circa. de consangui. & affi. cum multis concor. ad hoc vulga. & dicit Bal. in cap. fin. in 7. columna de consue.* quod etiam iura communia, quæ de consuetudine non seruantur, pro nullis habentur. Item illud statutum Callij procedit, quando testator forensem solum hæredem instituisset, sed in casu præsenti testator instituit Lambertinum filium & Baptistam, qui sunt subditi Callij simul cum d. Ioann. de Eugubio, & prohibuit inter eos diuisionem, & sic in tali hæreditate isti tres sunt socij: *vt est text. in l. fi. ff. communi diuid.* Vnde propter socium subditum forensis etiam redditur capax institutionis: *vt est text. in l. si is qui duos.* & quod ibi tenet Bar. *in fi. ff. de lib. leg.* Et ita in terminis dicti statuti tenet D. And. Siculus in repetitione rub. *de reb. eccle. non alie. in quinta charta, in 12. limit.* Facit tex. *in l. si commune. ff. quemadmo. ser. amitt. & in l. 1. C. si vnus ex plu. appell.* Item facit regula, quod † quis consequitur per 11 socium, quod per seipsum consequi non posset. Quam regulam late posui *in l. si emancipati. vbi multa circa eam cumulaui. C. de col. & multa ponit domi. Fely. in c. 1. de præscrip.* Item in quantum testator disposuit, quod si aliquis dictorum hæredum peteret, seu petere vellet partem dictæ hæreditatis sibi tangentem ex nunc prout ex tunc dictus testator priuauit & priuatum esse voluit dictum hæredem petentem dictam portionem, & voluit, quod eius portio applicaretur cæteris hæredibus. Ex hoc egregius dominus aduocatus partis contrarię dixit, filiũ † in po- 12 testate censeri institutum sub conditione mista, vel sub conditione dandi, quæ non potest impleri nisi vltimo vitæ spiritu: *per l. si testamentum. ad fin. C. de insti. & substi.* & quia non est in defectum conditionis ex hæredatus, & sic quia posset contingere quod aliquo tempore reperitur pręteritus, ideo institutio redditur nulla. *l. si pater. C. de instit. & substit. l. filius à patre. in princip. ff. de liber. & posth. l. suus quoque in princi. & per totam. ff. de hære. insti. & l. fin. ff. de condi. insti.* Et quamuis hodie tales conditiones reijciantur de legitima. *l. quoniam in prioribus. & l. scimus. §. cum autem. C. de inoff. testa.* Et sic testamentum remaneat firmum: *prout firmant Bartol. & Doct. in d. l. si pater. & in d. l. suus quoque.* tamen idem dominus consultor etiam subtiliter attentat talem conditionem non posse hodie tolli: quia simul tolleretur ipsa dispositio, prout legendo plene tenui *in d. l. si pater.* Item ex hoc attentauit idem D. consultor talem institutionem censeri in effectu factam sub conditione negatiua, si diuisionem hęreditatis non petierint † & quia 13 talis conditio negatiua non potest impleri nisi vltimo vitæ spiritu, fuisse necessariam cautionem mutianam. *l. mutianæ. & l. Titio fundus. & l. pater. §. socrus. ff. de condi. & dem. & l. cum filius. §. qui mutianam. ff. de leg. 2.* & quod non præstita dicta cautione dictus Io. de Eugubio non potuit hæreditatem adire, sed, vt dixi supra, & iterum repeto † iudicium te- 14 statoris nimia subtilitate fraudari non debet: *vt dicit text. in d. l. si quis hæredes. ad fin. C. de insti. & substi.* & propter nimiam subtilitatem in interpretanda testatoris voluntate sæpius erramus: quia testantis animũ non videmus: *vt inquit Bald. in d. l. precibus. in 7. col. C. de impub. & alijs substi.* Vnde institutio Vmbertini filij & duorum cohæredum fuit pure & simpliciter facta, vt ex inspectione testamenti clare apparet, & dictus Ioannes potuit pure hæreditatẽ ꝑ suã partẽ adire, prout fecit. Circa vero dictam prohibitionem testatoris factam hæredibus de non petendo partem hæreditatis sub pœna priuationis, aduertendũ est, quod † testator potest in testamento ꝑhibe- 15 re, ne hæredes vsque ad certum tempus, puta sexdecim annorum inter se diuidant hæreditatem, & tali præcepto testatoris est obediendum. *l. 4. in prin. & ibi Bald. & Angel. ad hoc notant. ff. de condi. insti.* & ibi dicit Angel. se fuisse sæpius de hoc interrogatum, & ita sæpius per illum text. respondisse. *facit tex. in l. in*

hoc iudicium. §. si conueniat. in secundo responso. ff. communi diuid. & ita etiam tenent Pau. de Cast. & Dom. Alexan. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. Bartol. in lege
16 *Quintus. ff. de annuis leg.* tamen † testator non potest in testamento prohibere diuisionem in perpetuum vel indefinite, seu indeterminate. vt in casu nostro. *d. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. arguendo de contractibus ad vltimas voluntates. l. seruũ filij. §. eum qui chirographum.*
17 *& l. quæ de legato. ff. de leg. 1.* Item † nemo inuitus cogitur stare in cõmunione *d. l. si non sortem. §. si centum. & l. fi. C. commu. diuid.* Nam communio solet parere discordias. *l. cum pater. §. dulcissimus. in fi. ff. de leg. 2. & in l. in re communi. ff. de seru. vrba. præd. & l. 2. C. quando & quibus quarta pars deb. li. 10. & ita in specie tenet Pa. de Ca. in d. l. si non sortem. §. si centum. & ibidem ego etiam legendo tenui. Idẽ tenuit D. Alex. in cons. 110. tertij vol. incip. Circa primum dubium, quo quæritur, an magister Augustinus in 3. col.* mouetur, quia si per contractum istud fieri non potest.
d. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ergo nec per quasi cõ-
18 tractum aditionis hæreditatis, cum † obligatio, qua adstringuntur hęredes ad obseruantiam contentorum in testamento, procedat à quasi contractu aditionis hęreditatis. *l. ex maleficijs. §. hæres ff. de act. & obl. l. apud Iulianũ. §. fi. ff. ex quib. cau. in poss. ea. & §. hæres. inst.*
19 *de obl. quæ ex quasi contractu.* † Est verum, ꝙ D. Alex. *in d. l. si non sortem. §. si centum.* limitauit prædictã conclusionem, quando testator ex causa prohiberet in perpetuum diuisionẽ: quia ista censetur esse prohibitio alienationis. *l. si cui: illorum. in princ ff. de reb. eorum* Et testator ex causa potest prohibere alienationem perpetuo. *l. filius fa. §. diui. & ibi notatur. ff. de le. 1. & l. quoties. C. de fideicom.* Sed ista limitatio D. Alex. non est ad propositum nostrum, eo quia testator in ista prohibitione facta hæredibus de non petendo partẽ hæreditatis nullam causam expressit. Item non obstãte dicta prohibitione testatoris hæredes possent concorditer inter se impune diuidere. *l. nihil §. 1. & ibi Bar. ff. de lega. 1. & l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 1.* Circa conclusionem libelli porrecti per Franciscum, dum imploratur officium iudicis, & per illud petitur pronunciari, dictum Franciscũ esse in effectu hæredem pro tertia parte dicti quondam Nulphi, & ei licere dictã hæreditatem pro tertia parte possidere, & vti, & frui, & dictis dominabus non licere inquietare, sed eis perpetuum silentium imponi: *iuxta gl. in l. Aurelius. §. centum ff. de lib. leg cum concord. traditis per Do. Alex. in l. si finita. §. eleganter. in 6. col. ff. de dam. infec.* quia
20 † videbatur petitionem hæreditatis non competere, ex quo Ioannes semel adeptus erat possessionem rerum hæreditarium, vt superius dixi, & post apprehensam hæreditatem desinunt esse res hæreditariæ. *l. 1. § veteres. ff. de acq. poss.* Ergo petitio hæreditatis competere non potest: *vt est gloss. notabilis in l. 2. & ibi Bar. ff. de fideicom. hære. petit. & glo. in c. 1. in gloss. magna ad fi. de confess. in 6. & est bonus tex. in §. adipiscenda. in vers. ideo autem inst. de interdict. dom. Alex. in consilio 188. quinti volu. quod incipit, Viso processu quæstionis præmissæ. in 1. col. & in consil. 185. quinti vol. quod incipit, in causa appellationis interpositæ.* Quia respondetur, quod in casu præsenti non fuit intentata petitio hæreditatis, nec intentari, de iure potuisset, vt ex prædictis patet, sed fuit imploratũ officium iudicis, vt expresse dicitur
21 in cõclusione dicti libelli. & † in libello censetur intentatum illud remedium, quod ex verbis colligi potest: *vt notant Bar. & scribentes in l. Gallus. §. quidam recte. circa fi. per illum tex. ff. de lib. & postbu. & ibidem in specie Bal. in vlt. col. quærit, quidam formauit libellum hoc modo. Peto talem hæreditatem, quam dico ad me pertinere: quia sum hæres. Quæritur, nunquid talis libellus procedat, & videtur quod non: quia debet dicere proximã causam, an ex testamento vel ab intestato, sicut in rei vendi.* Sed hic non dicit proximam causam: quia verba se habent possibiliter ad causam proximam & remotam: *vt l. fi. C. de hær. instit.* ergo libellus non procedit. Contrarium est verum secũdũ eum: quia † cũ quælibet causa inferat 22
in conclusione: ergo procedit libellus. *d. l. Gallus. §. si eius. & l. quod si dubitet. ff. de acq. hær.* & posito quod nõ posset adaptari nisi vni causæ, illa videtur intentata, quæ ex verbis concipi potest, per illum tex. *ibi ita reſidet ibidem Bal. & sequitur Alex. in l. si is ad quem. in 1. col. ff. de acq. hær.* Item quando certũ est actionem cõpetere, sed dubitatur quæ, certe eo casu nõ cogitur actor eam exprimere: quia sufficit liquere iudici ꝙ actio competat. *ita notat Bart. in d. l. Gallus. §. si eius. ad fi. per illum tex. & in l. siue. §. quia plautianum. in pen. col. ff. de lib. agnos.* Itẽ † libellus debet omnimodo sustineri, etiã 23
per impropriationem vocabulorũ: *vt notant Bar. & Doc. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. per illum tex. ibi aliquando plenius legendo dixi. ff. de iureiur. Bar. in l. 1. per illum tex. C. de vsufr.* Nam qualitercunque possit libellus interpretari, ita, vt procedat, sustinendus est: *secundum Bal. in l. Polla. circa fi. C. de his quib. vt indig.* Item verba libelli debent benigne interpretari, & non in subuersionem intentionis agentis: *secundum Ang. in l. si inter. C. de iur. delib.* Item dũmodo tolerabilis sit petitio, semper est admittenda: quia verba libelli sunt large interpretanda: *secundum Bal. in l. ordinarij. in pen. col. C. de rei vendi.* Item libellus est largissimi iuris, seu largissimę interpretationis, quoad vim cõprehensiuam: *vt c. cum ecclesia sutrina. in vers. verum. de causa pos. & proprie. & ibi D. Abb. in vlt. not. ab. ad hoc notat. & ibidem etiam ponit in 11. col & idem D. Abb. in c. cum venissent super gl. 1. de in integrum resti.* Dico etiã partes domini iudicare debentis esse in absoluẽdo dictas dominas reas conuentas ab expensis propter iustam causam litigandi quã videtur habuisse ex deductis in processu & ex his quæ subtiliter & copiose in iure deduxit clarissimus eorum dominus aduocatus: *iuxta §. oportet. in auth. de iudi. & l. qui solidum. §. etiam. ff de leg. 2. gl. & Doct. in l. properandum. in §. fin autem alterutra. C. de iudi. & in c. finem litibus. de dolo & contu.*

CONSILIVM CXIII.

ARGVMENTVM.

Quæstio super electione armorum in materia duelli.

SVMMARIA.

1 *Artes essent fœlices, si de illis soli artifices iudicarent.*
2 *Duelli in materia quæstio super electione armorum.*
3 *Arma quando franguntur in duello, non debẽt alia dari.*

PLVTARCHVS in apophthegmatibus Laconicis refert Eudamidam Laconem Archidami filiũ cũ Philosophum audisset de bono belli imperatore differentem, oratio quidem

dem ait mirabilis est, sed qui dicit minime credendus, non enim tuba circa eum obstrepuit. Idem vereor; ne mihi obijciatur, quod me in dubio isto duellari impediuerim, qui nec classicum vnquam audiui. Fœlices† essent artes, vtait Fabius, si de illis soli artifices iudicarent. Dubium istud peritioribus in arte bellandi erat relinquendum, sed quia illud accurate absoluit illustris dominus Nicolaus Corrigiensis rei militaris peritissimus, & in bonarum literarum studijs eminentissimus, æque Palladis ac Martis artibus inclytus, & in decisione sicuti prudentem & circunspectum decebat, vsus est ratione, authoritate, & exemplo. Ego eius vestigijs inhærens, & post terga metentis quasi spicas recolligens, non videor posse aberrare, nec posse ab aliquo temeritatis incusari.
2 Dubium ergo in hoc duello vertitur, an † prouocatus, qui etiam de iure habent electionem armorum offensibilium, quibus melius se defendere valeat ab alio impetitus, *secundum Baldum in capitulo primo in principio in penultima columna de pact. tenen. in vsibus feudorum.* possit ipse portare arma pro vtroque, data prouocanti electione ipsorum armorum; an vero prouocans ad duellum possit ipse arma deferre modo suo, dummodo sint sortis electæ per prouocatum? In hoc resideo cum grauissimo iudicio illustris domini Nicolai, quod non possit prouocatus arma in campum pro vtroque deferre eligenda necessario per prouocantem quia, vt dicit illustris dominus Nicolaus, posset reus eligere arma debilia, & quæ de facili frangantur, ita quod reus non posset cum talibus armis probare imputationem datam, cum in die duelli assignata teneatur imputatum superare, & nisi die assignata probet cum armis illud quod probaturum se iactauit, non est vlterius audiendus, nec vlterius est bellandum: prout notabiliter determinat Bald. *in d. cap. 1. in princip. in antepen. colum. de pact.*
3 *tenen. in vsibus feu.* Item quando † arma frangun-tur in duello non debent alia dari, sicut nec quando cadunt: prout determinat Ioan. de Ligna. *in tractatu suo de bello, in capite 87. in 8. q.* Vnde ne hoc contingat, potest actor prouocans ad duellum eligere sibi & portare arma, quæ velit pro suo modo, dummodo sint de sorte armorum electa per prouocatū. Alias etiā posset sequi aliud absurdū, quod reus prouocatus posset in campum deferre arma pro vtroque posset habere aliquod genus armorum forte, & aliud debile, & cognoscere, vnum ab alio: & si actor eligeret debile, puta ensem, qui de facili rumperetur, reus instaret cum ense, cum sciret ensem actoris primo ictu defecturum, & idem in alijs armis, & sic non seruaretur inter eos æqualitas, prout de iure fieri debet *l. terminato. cum vulgaribus. C. de fructi. & lit. expen.* Et sic resideo cum determinatione illustris D. Nicolai, vel quod arma æqualia debeant à iudice præstari, prout determinat Io. de Ligna. *in d. tracta. de bello, in capite 185. in 7. q.* Et ita etiam determinat Troianus Æneas apud Vergilium in quinto Æneidos in duello Daretis & Entelli, cum circa cestus eligendos discreparet.

Cum satus Anchisa cestus pater extulit æquos.

Subijcio me tamen iudicio cuiuscunque rectius sentientis.

CONSILIVM CXIV.

SVMMARIA.

1 *Trebellianicam non detrahit nisi hæres sit directe institutus.*
2 *Detractio Falcidiæ & Trebellianicæ quare adinuenta.*
3 *Treb. vel Falcidiæ detractio transit ad hæredes.*
4 *Originem & formam sui principij, quæ inde descendunt, debent obseruare.*
5 *Hæres directus quando restituit totum fideicommissum, censetur in dubio fecisse gratiam fideicommissario.*
6 *Trebellianica an perdatur per non confectionē inuentarij.*
7 *Inuentarij confectio quare inducta.*

VIsa facti narratione superius notata, & duobus quæsitis ex ea elicitis, ac eleganti consilio clarissimi iuris vtriusque Doctoris Dom. Stephani de Sphondratis olim discipuli mei acutissimi, placet mihi consultatio sua iuribus, rationibus, & authoritatibus bene comprobata. Ideo quę dicturus sum paucioribus absoluam. Circa primum quæsitum detractionis Trebellianicæ, quod eā fideicommissarius ab alio fideicommissario detrahere non possit, dubium facit: quia† nullus detrahit ex persona sua quartam Trebellianicā, nisi hæres directe sit inuestitus: *vt l. lex Falcidia si interuenit. §. nunquam. ff. ad l. Falci. & l. hæres ex asse. & l. facta. §. sed cum suspecta. ff. ad Trebell. Ioan. de Imol. in l. qui quadringenta. in 2. colum. ff. eo. ad Trebell.* Item non detrahit quis quartam, nisi grauetur vt hæres. *l. mulier §. fi. ff. ad Treb.* Vnde videtur, quod fideicommissarius vniuersalis non possit Trebellianicam detrahere. cum non sit hæres directus. *vt l. 1. §. si is qui quadringenta. & §. denique. ff. ad Trebell.* Secundo: quia detractio Falcidiæ & Trebellianicæ fuit adinuenta, vt per eam hæredes inuitentur ad adeundum hæreditatem: *vt insti. ad l. Falci. in princip.* quæ ratio cessat in fideicommissario vniuersali, cum iā sit adita hæreditas per hæredem scriptum: *vt dicit text. in l. si patroni. §. qui fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Sed istis non obstāt. teneo opinionem primi D. consultoris, quod ista neptis tanquam hæres ab intestato D. Margaritæ auiæ paternæ ex hæreditate in eam transmissa beneficio *l. vnica, C. de his qui ante aper. tab.* possit ex persona dictæ auiæ hæredis directe Trebellianicam detrahere, eo † quia ius detractionis quartæ Trebellianicæ transit ad hæredes, *l. quamquam. & ibi Bal. ad hoc not. C. ad l. Falci. & l. 1. C. quo. lega.* ideo ius Trebellianicæ & legitimæ potest cedi & donari: secundum Bald. *in consilio 498. primæ partis, quod incipit, De detractione duarum quartarum &c. per l. 1. §. inde Neratius. ff. ad Trebell.* Item D. Margarita videtur grauata de restituendo partem hæreditatis, in qua fuit instituta D. Angelo post mortem omnium filiorum suorum masculorum, & sic ex persona eius est consideranda Trebellianica & Falcidia *l. cohæredi. §. cum filia. vbi Bart. ff. de vulga. & pupilla.* quia originem & † formam sui principij cuncta, quæ inde descendunt, debent obseruare. *l. in ratione. §. si filio. ff. ad l. Falcid. ita notabiliter ad propositum nostrum tenet Bald. in l. precibus in vltima columna circa med. C. de impub. & alijs subsit.* Item † quando hæres directus restituit to-

tum fideicommissum, censetur in dubio feciſſe gratiam fideicommiſſario, vt ipſe fideicõmiſſarius poſſit quartam Trebellianicam à ſecundo fideicõmiſſario detrahere: *vt eſt gloſſ. notabilis & communiter approbata in l.1.§.denique.ff. ad Trebell. quam etiam ſequitur Ange. in § ſi vero expreſſim. in 3. columna in authen. de hære. & Falci.* & tanto magis in caſu præſenti, in quo fideicommiſſarius erat coniunctus hæredi ſcripto: quia erat filius dictæ D. Margaritæ: *ſecundum Paul. de Caſt. & D. Alex. in d.l.1.§.denique.* Item nulla reſtitutio hæreditatis, & nulla detractio Trebellianicæ fuit facta Heronymo primo fideicommiſſario, & ſic non ſumus in caſu *l.1.§.in fe Neratius.ff. ad Treb.* quia hæreditas debebat reſtitui ex forma teſtamẽti poſt mortem D. Margaritæ. Vnde cum Hiero. eſſet vnicus eius filius, & ſic ab inteſtato hæres vniuerſalis, nõ potuit à ſeipſo ſibijpſi reſtituere, nec à ſeipſo ſibijpſi quartam detrahere, & ſic ſumus extra materiam *d.l.1.§.denique. & §. inde Neratius.* Et per hæc remanent ſublata ea, quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur, ex quo iſta neptis non petit iſtam Trebellianicam ex perſona patris fideicommiſſarij, ſed ex perſona auiæ paternæ hæredis inſtitutæ. Et quãdo etiam peteret ex perſona fideicommiſſarij adhuc obtineret, cum eſſet filius D. Margaritæ, & ſic perſona adeo coniuncta hæredi, vt præſumatur in dubio feciſſe gratiam tali fideicõmiſſario, vt ipſe poſſit à ſecundo fideicommiſſario quartã detrahere, licet ab eo nõ fuerit detracta, vt ſupra proxime dixi. Circa ſecundum quæſitum, an † per non confectionem 6
inuentarij hæres perdat detractionem Trebellianicæ, eſt latus articulus, & eſſet opus lato folio, ſi quis vellet omnium ſcribentiũ autoritates, & eorũ rationes adducere. Sed breuitati inſeruiens adhæreo cõmuni opi. quod non perdatur, & ita etiam legendo ſemp tenui *in l. Marcellus. in prin. in vlt. q. Bar. ff ad Treb.* Et quia ibi legẽdo plene dixi, & ſcripta mea ibidem videri poſſunt, ad ea me remitto. Nec vlterius videt inſiſtendum, cum à communi opin. in iudicando & conſulendo non ſit recedendum: *ſecundũ Bar. & alios in l. ſi. C. de pœ. iud. qui male iud. & canoniſtas in c. ne innitaru. de conſti. Et vltra allegata pro iſta communi opi. per D. primum conſultorem, idem tenet Bald. poſt Do. Iolia. de Caſtil. Mediolanenſem epiſcopum Vicentinum in conſ. 129. tertij volu. incip. In primo articulo videtur nobis. & in conſ. 254. quintæ partis, quod incipit, ad euidentiam præmittendũ eſt. & in l. ſilium quem habentem in 13. col. C. famil. ercis. & dicit Bar. bonum verbum in practica in auth. ſed cum teſtator in vlt. col. C. ad l. Falci.* quod ita communiter obſeruatur, & ita etiam vltra authoritates D. Alex. allegatas per d. primum conſultorem tenet etiam ipſemet d. Alex. *in conſ. 24. quinti voluminis, quod incipit, Perſpectis, conſideratis q; his omnibus. in tertia colu.* Vbi dicit, quod iſta eſt communis opinio, & eam ſemper ſolitus eſt ſequi legendo & conſulendo. Vnde, vt dixi, ab ea in iudicando nullatenus eſt recedendum. Et dicit Bartol. *in d. l. Marcellus. in fi. princ.* quod iſta opinio eſt multum æqua, dico quod adhuc eſt magis æqua in caſu præſenti, in quo d. Angelus pro parte hæres inſtitutus diuiſit hæreditatem cum domin. Margarita, vel eius filio, & ſic veriſimiliter non potuerunt aliqua bona hæreditatis ſurripi, vel occul-
7 tari † propter quem timorem lex induxit confectionem inuentarij. §. *ſancimus. & §. ſi vero non fecerunt in auth. de hæredi. & Falcid. Bartol. & Doct. in authen. ſed cum teſtator. in penul. col. C. ad legem Falcid. & notabiliter Bart. in l. in ratione. §. quod vulgo. in pen. quaſt. ff. ad legem Falci.* Et nunc alia pars eiuſdẽ hæreditatis venit iure fideicommiſſi eidem domino Angelo reſtituenda, & ſic non poteſt veriſimiliter præiudicium aliquod prætendere, propter omiſſionem dicti inuentarij non confecti.

CONSILIVM CXV.

THEMA.

STATVTVM nouum ciuitatis Brixiæ ſub rubrica, de ſucceſſione aſcendentium, diſponit, quod quælibet hæreditas & ſucceſſio aſcẽdentium maſculorũ ſeu fœminarum decedentium ab inteſtato deferatur maſculis quibuſcunque deſcendentibus per ordinem ex linea maſculina, excluſis ſemper fœminis & deſcendentibns ex eis. Dubitatur, nunquid iſtud ſtatutum habeat locum etiam in ſucceſſione ſeu hereditate auiæ maternæ, vt nepotes maſculi nati ex filia Do. Catharinæ admittantur, & excludant neptes fœminas, quæ ſunt ipſorum nepotum ſorores.

ARGVMENTVM.

Statutũ, quod omnis ſucceſſio, vel hæreditas aſcendẽtium maſculorum, vel fœminarũ ab inteſtato deferatur maſculis quibuſcunque deſcendentibus ex linea maſculina, excluſis ſemper fœminis, an includat hæreditatem auiæ maternæ, vt ab ea excludatur neptis propter eius fratrem? per totum.

SVMMARIA.

1 *Statuti verba cui non conueniunt, nec conueniet eius diſpoſitio.*
2 *Statuti à verbis non eſt recedendum & eorum propria ſignificatione.*
3 *Deſcendentes ex linea maſculina fœminarum reſpectu quo dicantur.*
4 *Nepotes ex filia non dicuntur de deſcendentibus per virilem ſexum.*
5 *Participium, deſcendentibus facit conditionem & reſoluitur in verbum & relatiuum nu. 7.*
6 *Conditio denotat cauſam finalem.*
8 *Relatiuum, qui, iunctum verbo futuri temporis conditionem inducit.*
9 *Relatiuum qui, ſine copula ſtat reſtrictiue.*
10 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
11 *Statutum vbi nullum caſum excipit, nec iudex debet excipere.*
12 *Ordinata ad vnum finem ad alium trahi non debent.*
13 *Conditio annexa ad diſpoſitionis effectum tranſit ad hæredem.*
14 *Statutum debet ſtricte intelligi, vt minus deroget iuri communi.*
15 *Correctio iuris communis iuduci non debet per ſubauditos intellectus.*

16 Ne-

16 *Nepotes non debent esse melioris conditionis quam eius mater.*
17 *Verba vniuersalia geminata recipiunt restrictionem, vt euitetur absurdum.*
18 *Statutū loquens in matre habet locum in auia materna.*
19 *Hæreditas matris magis debetur filijs, quam hæreditas auiæ maternæ.*
20 *Persona, quæ excluditur, nunquam est causa fauoris.*
21 *Extensio non dicitur, vbi est eadem ratio.*
22 *Matre præmortua auia assumit sibi locum matris.*
23 *Fœminæ non habent agnationem.*
24 *Masculi maiora onera supportant, quam fœminæ.*
25 *Ratio habetur pro expressa, cum alia reddi non possit.*
26 *Intellectus & ratio idem sunt.*
27 *Dictio*, quælibet, *operatur, vt fiat extensio ad casum improprium.*
28 *Dictio*, quibuscunque *quid operetur.*
29 *Dictio*, semper, *importat omni casu & omni tempore.*
30 *Clausula nulla debet esse posita absque virtute operandi.*
31 *Statutum non est iudaice interpretandum.*
32 *Statutum non debet amare interpretari.*
33 *Qualitas posita in vno capitulo debet referri ad illas personas, quibus potest adaptari.*
34 *Malum minus venit eligendum de duobus malis.*
35 *Fulgos. cons. 54. declaratur.*

PRÆSENS consultatio tota pendere videtur ab intellectu verborum suprascripti statuti Brixiensis, & profecto subtilis est & speculatiua. Prima consideratione videretur amplectenda pars negatiua, quod tale statutum non habeat locum in hæreditate auiæ maternæ, & consequenter quod nepotes masculi non excludant sorores. sed cum eis æqualiter succedant. Nam verba dicti statuti dicunt ad propositum nostrum, quod quælibet hæreditas ascendentium fœminarum deferatur masculis quibuscunque descendentibus ex linea masculina: sed in hæreditate auiæ maternæ masculi descendunt per lineā fœmininam
1 inhabilitatam à statuto: Ergo† cum eis non conueniant verba stauti, per consequens nec conueniet eius dispositio *l. 4. §. toties. & ibi Bartol. in fin. & alij notant. ff. de damno infect. & l. ita autem. in princ. & ibi Bar. notat. ff. de admi. tutor. & l. quod constitutum. ff. de mili. testam. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. de electio. in 6. ibi, cum in ipsis hoc locum sibi nequeat vendicare vbi est ad hoc text. melior de*
2 *iure: secundum Ioan. de Ana. in c. 2. de maledi.* Item† à verbis statuti, & eorum propria significatione non est recedendum. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega 3. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. Bart. in l. non dubium. colum. 2. C. de legibus. & in l. contra legem ff. eo. notat Dominus Abbas in cap. ad audientiam. in primo & secundo notabili per illum textum. de decimis.* Nam
3 descendentes† ex linea masculina respectu fœminarum dicuntur illi, qui descendunt ex filijs masculis ipsarum fœminarum, vt patet ad sensum, & in specie declarat in terminis istius statuti Brixiensis Pau. de Cast. *in consil. 171. incipiente, præsens casus modicam videtur habere dubitationem. ad finem. & latius idem Paul. de Castr. in consil. 139. quod incipit, præsuppositio quod dictum statutum. in quarta col. & sequenti. Ita etiam declarat dominus Laurentius Calcaneus Brixiensis in cons. 11. incip.* Quod non præsumatur dedisse in dotem *in 8. col. & sequen. Et Rapha. Fulgos. in cons. 54. incipiente, itē quod qualibet hæreditas.* Sed in auia materna isti nepotes masculi non descendunt ex linea masculina, sed fœminina: Ergo in eis non habet locum præsens statutum, quod bene habet locum & plane procedit in hæreditate auiæ, & proauiæ paternæ, vbi nepotes masculi bene descendunt ex filijs masculis ipsarum fœminarum, & sic dicuntur descēdere ex linea masculina ipsarum fœminarum ascendentium, prout statutum limitate loquitur. Confirmatur optime: quia † nepotes ex filia non dicuntur de descenden- 4
tibus per virilem sexum, licet ipsi sint virilis sexus. *vt est gloss. ordinaria & approbata in l. Gallus. §. nunc de legē Velleia in gl. fi ff. de libe. & posth.* Ergo etiam non dicuntur de descendentibus ex linea masculina: quia illa verba, *descendentibus ex linea masculina*, denotant qualitatem masculinitatis inhærentem producenti ipsum descendentem, non autem denotant qualitatem inhærentem ipsi descendenti. *facit tex. in l. legē duodecim tabularum. in vers. huius itaque legis. C. de legi. hære. & in §. item vetustas. insti. de hære. quæ ab intesta. & in §. cæterum. insti. de legi. agna. succes.* Imo fortius, statutum, vel dispositio loquens simpliciter de descēdentibus masculis, non comprehēdit nepotes masculos descendentes ex fœmina, licet ipsi sint descendentes, & etiam sint masculi: quia illa verba, *descendentibus masculis*, restringuntur ad masculos descendentes ex masculis: *prout notabiliter tenet Specul. in titul. de locato. §. nunc aliqua. in vers. 146. Bald. & Salyc. in l. 1. C. de condi. inser. Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. & in l. sed si hac. §. liberos. & ibi dominus Alex. ff. de in ius vocan. & notabiliter Pau. de Cast. in d. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. vbi dicit se ita pluries consuluisse. & ibi dominus Alexan. & subtilius Are. & idem dominus Alex. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. in 3. colum.* Secundo principaliter pro ista parte negatiua stringere videntur illa verba statuti, masculis descendentibus ex linea masculina: ponderando illud † participium, de- 5
scendentibus, quod facit conditionem: *vt declarat Bar in l. 1. in vltim colum. in 7. q. principali. ff. de cond. & demon.* Ergo eius sensus est, si descendant ex linea masculina: ergo in successione ascendentium fœminarum ita demum statutū præfert masculos fœminis, si descendant ex linea masculina, & sic conditionaliter. Sed † conditio denotat causam finalem: *vt per* 6
Bar. in l. 2. §. fi. ff. de dona. Item conditio debet impleri in forma specifica. *l. qui hær. & l. Mœuius. ff. de condi. & demonst.* Item conditio debet constare ex omnibus suis partibus, cum denotet formam *secundum Bald. in l. pro hæreditariis. in 1. colum. ad fin. C. de hæred. actio.* Sed in auia materna non impletur ista conditio formaliter: quia isti nepotes masculi non descendunt ex linea masculina, sed fœminina, igitur &c. Confirmatur: quia illud participium, *descen-* 7
dentibus, resoluitur in verbum & in relatiuum: *vt est glo. notabilis in clem. 1. in vers. dignitatibus. in fin. de præb. quam ibi notat D. Cardinalis Floren. in 9. col. & Io. de Imol. in l. 1. ad fi. ff. de cond. & demon. Bartol. in l. centurio. circa 8. vel 9. col. ff. de vulg. & pup. dominus Alex. in cons. 119. primi volum. quod incipit, viso processu super causa vertente inter spectabilem equitem. in 4. col.* Ergo illud participium, *descendentibus*, resoluitur, id est, *qui descendent ex linea masculina*: Ergo † illud relatiuum, *qui*, iniūctum ver- 8

bo futuri temporis conditionem inducit. *l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. & l. si debitor. §. verisimile. & ibi Bar. quod l. si quis fundum. & ibidem etiam notat Bart. ff. de*
9 *contrahen. empt. & l. nuper. in vers. si. ff. de leg. 3.* Item † relatiuum, *qui*, sine copula stat restrictiue. *l. ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. Bar. in l. cunctos populos. in 1. col. C. de sum. Tri. & in l. omnes populi. in 1. colum. ff. de iusti. & iur.* Ergo restringit dispositionem statuti, vt solum procedat in illis masculis, qui descendunt ex linea masculina vt est in auia, vel proauia paterna: Ergo excludit nepotes masculos descendentes per lineam fœminam, vt est in auia vel proauia materna. Tertio facit: quia istud statutum successionem ascendentium fœminarum, defert masculis quibuscunque descendentibus per lineam masculinam: ergo vult secus esse in masculis descendentibus per lineam fœmininam, prout est in auia, vel proauia materna:
10 per regulã, quod † vnius inclusio est alterius exclusio. *l. cum prator. §. 1. & ibi gloss. ff. de iud. & l. maritus. C. de procur. & c. nonne bene dicimus. de præsump. & c. fin. & ibi no. D. Abbas in primo notabili, de confess. & 6. qualis. & ibi gl. 25. dist.* Item ad positionem vnius ex contrarijs sequitur remotio alterius. *l. sed & si pupillus. §. pen. ff. de instito. & l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Ex quo ergo in isto statuto Brixiensi ponuntur & admittuntur masculi descendentes per lineam masculinam, ergo remouentur masculi descendentes per lineam fœmininam. Et tanto clarius, cum statutum subdat, exclusis semper fœminis, & descendentibus ex eis, ergo descendentes ex fœminis simpliciter & indistincte excluduntur, & sic siue sint fœminæ, siue masculi: *l. 1. §. & generaliter. cum similibus. ff. de lega. præstan. & L. de pretio. ff. de publici.* Et dicit Bal. *in l. in fraudem.*
11 *§. fin. per illum tex. & ibi gl. ff. de mili. testa.* quod † vbi statutum nullum casum excipit, nec iudex debet excipere. Quarto pro confirmatione prædictorũ ponderandum est quod istud statutũ Brixiæ habet duo capita expressa. Vnum inclusiuum masculorũ, quod non est simplex, sed qualificatum, quod ita demum masculi descendentes præferantur in hæreditate ascendentium fœminarum, si descendant ex linea masculina. Aliud est caput exclusiuum fœminarum descendentium, quod non solũ est simplex absque aliqua limitatione, vel qualitate, sed etiam est cum generalitate dictionis, *semper*, quia statutum dicit, exclusis semper fœminis, & descendentibus ex eis. Cum ergo in hæreditate auiæ maternæ masculi semper descendant ex fœminis, ergo sunt in capite exclusiuo, vt excludi debeant à prælatione suarũ sororum, non autẽ sunt in primo capite inclusiuo, ex quo non habẽt qualitatem ibi requisitam: ergo statutum disponens exclusionem in descendentibus ex fœminis, non potest operari inclusionem & admissionem, quia sic operaretur contrariũ effectum, contra regulam *l. legata inutiliter. in prin. ff. de leg. 1. & l.*
12 *legata inutiliter. cum similibus. ff. de adi. leg.* Item † ordinata ad vnum finem ad alium trahi non debent. *cap ad nostram. de app. & in c. 1. & ibi ad hoc no. Gem. de iureiur. in 6.* Quinto, quum istud statutũ Brixiæ in successione ascendentium fœminarum admittat masculos descendentes ex linea masculina, & sic loquatur in hæreditate auiæ & proauiæ paternæ, & consequenter omittat de auia, vel proauia materna, quarum masculi descendũt per lineam fœmininã, ergo iste casus omissus à statuto debet remanere in dispõ-
sitione iuris communis: *per regulam l. commodissime. ff. de libe. & posth. & l. si cum dotem. in princ. ff. sol. matr. & l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & c. susceptum. in princip. de rescrip. in sexto.* Confirmatur per illud, quod in simili decidit singulariter Bald. *in l. si plures. C. de cond. inser. in antepe. col. in ver. iuxta prædicta formatur talis quæstio.* Vbi quærit, statuto cauetur, quod filia dotata à patre non succedat, modo contigit, quod Titius decessit relicta posthuma in vtero vxoris suæ, ita quod eam dotare non potuit, vel relicta filia infante, vel furiosa. Modo quæritur, nunquid fratres, qui sunt hæredes vniuersales patris, dotando excludant eã? & videtur quod sic, vel quia nihil potest imputari patri, vel quia conditio transit ad hæredem. Nam statutum istud habet hunc intellectum, quod dotetur, & per hoc, incipit à præcedẽti dispositione: Ergo † conditio annexa ad dispositionis effectũ tran- 13
sit ad hæredem. Item non stetit per patrem, *arg. l. vter ex fratribus. ff. de condi. institu.* Sed istis non obstantibus contrarium determinat Bal. quia iste casus est omissus à statuto: Ergo relinquitur in dispositione iuris communis, & istud dicit esse verius. refert & sequitur Petrus de Ancha. *in commento cap. canonum statuta. de constitu. in vers. pone statuto cauetur, quod filia dotata. domin. Alex. in consi. 130. secundi voluminis, quod incipit, attentis verbis testamenti. in 1. colum.* Sexto facit: quia istud statutum Brixiæ est iuris communis correctorium, quod patet; quia de iure communi non est differentia sexus masculini à fœmino, ne alias simus accusatores naturæ. *l. maximum vitium. C. de lib. præte. aut in successione, C. de suis & legi. & aut. cessante C. de legi. hære.* Item de iure communi nouo authenticorum sublata est differentia agnationis & cognationis: *vt in iuribus præallegatis, & §. nullam vero. in auth. de hære. ab intest.* Ergo † istud statutum debet 14
stricte intelligi, vt minus deroget iuri communi, quam sit possibile: *vt l. 2. C. de noxa. & cap. cum dilectus. de consuetud. gloss. & doctor. in lege final. §. in computatione. C. de iur. delibe.* Item in correctorijs non est licita extensio, etiam ex maioritate rationis: *secundum gloss. & communiter Docto. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle.* quia quod non mutatur in statuto corrigente, quare stare prohiberetur. *l. præcipimus. in fin. C. de appell. l. sancimus. C. de test. capit. cum expediat. de elec. in sexto.* Item † per subauditos intel- 15
lectus non debet induci correctio iuris communis *secundum gloss. in c cupientes. §. quod si per viginti. de elec. in sexto.* Ergo istud statutum Brixiæ cum in hæreditate ascendentium fœminarũ præferat masculos sororibus fœminis, debet intelligi de hæreditate auiæ & proauiæ paternæ, vbi masculi descendunt ex linea masculina, prout statutum limitatiue loquitur, non autem debet intelligi de hæreditate auiæ vel proauiæ maternæ. Septimo & vltimo facit, quia si filia dominæ Catharinæ mater istorum nepotum masculorum viueret, non esset ipsa vocata ex dicto statuto, imo esset vniuersaliter exclusa, cum statutum dicat, exclusis semper fœminis: Ergo
† non debent esse melioris conditionis isti nepo- 16
tes masculi descendentes ex tali filia, quam esset ipsa filia si viueret. *l. si viua matre circa med. C. de bon. mater. & c. 1. §. hoc autem notandum. qui feu. dare poss.* quia esset absurdum, quod filia proximior in gradu excluderetur,

deretur,& nepotes ex ea remotiores admitterentur. Quo fundamento vtitur in simili Paul.de Cast.post Bald.& alios ibi relatos *in l.Gallus.§.nunc de lege Velleia. in vltim.columna.ff.de liber.& posthumis.* vbi dicit,quod consulendo pluries vsus fuit ista ratione, ad quam nullus sciuit dare responsum Bene facit illud,quod tenet Ioan. Andre. *in addit.Specul.in titul. de testa.super rubric.ad fin.post Richar.Malumb. in sua disputatione*, vbi tenet. quod grauatus restituere hæreditatem Titio, & eius hæredibus masculis, non intelligitur grauatus restituere nepoti Titii nato, ex filia, quia per dicta verba erat exclusa filia. Vnde absurdum esset dicere, quod veniret nepos ex ea : *per dictam leg. si viua matre.& dict.capitu.primum.* § *hoc autem notandum.* Ad idem facit, quod tenet insignis Doctor dominus Matheſi. *in notabili 130.incipiente, Nota vnum dictum singulare.* vbi tenet, quod si testator instituat fratrem hæredem,& si decesserit sine liberis masculis substituit sibi Caium, quod nepos masculus ex filia fœmina ipsius fratris instituti non excludit substitutum, quia si filia, quæ est in gradu propinquiori, non excludit substitutum, multo minus filius filiæ, qui est remotior in gradu, & minus dilectus à testatore, *d.l.si viua matre.& refert se ita consuluisse simul cum domino Antonio de Butr.Petro de Ancha.Salyc.& Floriano.& vltra eum reperi, quod ita consuluit dom. Anto. de But.in consil.46. quod incipit, Recte decisum est.* Tenendo istam partem negatiuam non obstat, si in cõtrarium ponderarentur illæ tres dictiones vniuersales positæ in statuto Brixiæ, scilicet, *quilibet*, & *quibuscunque*,& dictio, *semper*. & tales dictiones vniuersales, præsertim geminatæ & triplicatæ, debent multum operari, & facere, quod includantur illi, qui alias non includerentur : quia istud procederet, quando tales dictiones vniuersales apponerentur in statuto simpliciter, & de per se, sed in isto statuto Brixiensi non apponuntur simpliciter, sed limitate, & cum illa qualitate, si tales masculi descendant ex linea masculina : Ergo limitata causa limitatum debet effectum producere: *l. in agris limitatis. ff. de acquir. rer. dom.& l.age. vbi Bald.& alij notant.C.de transactio.* Item illæ tres dictiones vniuersales recipiunt restrictionem & limitationem ab eodemmet statuto subiungente de masculis descendentib.ex linea masculina, & sic intellexit de descendentib.natis ex masculis,& talis restrictio tradita ab eodemmet statuto venit sine dubio admittẽda: *secundum Bar.in l.generali.* § *vxori.ff.de vsufru.lega. vbi in simili limitat regulam l. Iulianus.* 17 *in principio. ff. de legat. tertio.* Item † verba vniuersalia geminata recipiunt restrictionem, vt euitetur absurdum, *l.scire oportet.* §. *aliud.ff. de excus.tutor.& l. aliud.* §. *absurdum. ff. de regulis iuris.& l. furti.* §. *1.& ibi notat Bart.ff.de infam.Bart.in l.omnes populi.ff.de iustit.& iure. dum tractat de interpretatione restrictiua.* Cum ergo in casu præsenti filia dominæ Catharinæ, si viueret,esset excusa à dicto statuto Brixiensi,esset absurdum, quod nepos ex ea, qui est remotior, includeretur, vt dixi in fundamento supra proxime præcedenti. Vnde ne sequatur tale absurdum, illæ vniuersales dictiones debent restringi, vt non includant nepotes masculos descendentes ex filia fœmina. Ista sunt in effectu, & in substantia omnia efficaciora & strictiora fundamẽta,quę pro ista parte negatiua adduci possint, & videntur prima inspectione habere colorem & neruum iuris, & multum applaudere auribus audientium. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam, & sic partem affirmatiuam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod isti nepotes masculi ex filia dominę Catharinę descendentes excludant sorores in hæreditate istius auiæ maternæ ex infrascriptis fundamentis, ex quibus remanebunt sublata quæcunque superius in oppositum adducta.Moueor in primis, & in hoc facio magnum fundamentum. Nam planum est, quod in successione matris filii masculi excludunt filias fœminas, & sic sorores, & hoc est expeditum per statutum Brixiæ, sub rubrica,quomodo successiones deferantur. Ergo similiter & fortius excludent in successione auiæ maternæ. Nam † statutum loquens in matre habet locum 18 in auia materna: *vt est text.melior de iure in l. Nesennius. ff.de negotiis gestis.* vbi statutum disponens,quod mater non repetat alimenta præstita filio, habet locum in auia materna,quod nec ipsa repetit. & ibi Baldus *in 1.colum.in fin. ad hoc notat illum textum*,& dicit,quod non habemus in iure tex.qui melius faciat.& secundum eum de matre & auia idem est iudicium. Vltra Bald.ad idem facit fortior text. *in l.2.§.si mater.2. iuncto vers.quod si nepotibus.ff.ad Tertullian.* vbi constitutio etiam pœnalis & priuatiua successionis filii loquens in matre non petente tutorem filiis,habet locum in auia materna non petente tutorem nepotibus.& illum textum ad hoc allegat Bartolus *in l. 2. in princip. ff. de vulgar.& pupillar. in 5. quæst. principali. in versiculo, vlterius quæro, an tacita pupillaris excludat auiam.* Confirmatur & fortius, quia † hæreditas matris magis 19 debetur filiis,quam hæreditas auię maternę,quę est remotior. Vnde cum statutum Brixiæ excludat filias fœminas ab hęreditate matris propter filios masculos, fortius excludit ab hæreditate auiæ maternæ,in qua est fortior ratio excludendi: *secundum Baldum in l.illam.in primo notabili. C. de collation. post Cyn. in l.1.C.quæ sit longa consuetud.* Bene facit,quod notabiliter tenet Bald. *in l.quod vero contra.in 1.quæst. ff. de legib.* vbi concludit,quod statutum excludens filiam fortius excludit neptem. Nam quærit ibi Bald. statutum disponit, quod filia dotata non succedat, quid in nepte: & videtur,quod succedat. Nam tale statutum in persona filiæ scriptum est, ergo non excludit neptem, quæ abusiue dicitur filia,& non secundum proprium significatum, seu diffinitionem: *l.filium. primo responso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, facit §. manifestum. in auth. de restit. fideicom. contrarium determinat Bal.* quia istud statutum est factum fauore domus,id est,agnationis, ergo inspecta ratione statutum est reale,& non personale. Item maior ratio statuendi est in nepte, quam in filia: *vt l.si viua matre. C.de bon.matern.* Item statutum tale prouidet generi masculino. Vnde licet non esset filia, tamen durat prouisio in nepte: *argum.§.si quis ancillas.Instit.de lega. & l.cum quis.C.de nat.lib.* Nam † persona, quæ exclu- 20 ditur, nunquam est causa fauoris, sed persona, quæ includitur in fauore:ergo ipsa debet attendi tanquã causa principalis : *argum. notatorum in l.sed & si hac.§. fi.ff. de in ius voc.& istam opin.secundum eum tenent Cyn. Richar.Malumb.& Bart.* quia ista non est extensio statuti,sed inclusio dispositiua.Item quia verisimile est statuẽtes hoc sensisse:*arg.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pac.& se-*

cundum eum hoc tenet Cyn. in l. 1. C. quæ sit longa consuetud.
21 quia † vbi est eadem ratio, non dicitur extensio. sed proprius intellectus statuti, *vt l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verbor. significat.* Ergo cum verba statuti non repugnent, standum est menti, *arg. l. talem in fi. in ratione litera. ff. de hæred. instit. ita ibi tenet Bald. idem etiam tenet idem Bald. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo.* Secundo principaliter moueor ad confirmationem
22 præcedentis fundamenti. Nam † matre præmortua, vt in casu præsenti, auia assumit sibi locum matris: *vt l. nepotes. & l. vbi. C. de suis & legitim. Bartol. clare in d. l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. in 5. quæst. principali. in vers. vlterius quæro, an tacita pupillaris excludat auiam.* & similiter mortua matre nepotes masculi incipiunt tenere primum gradum, quo ad auiam maternam. *§. posthumorum. ff. de iniust. rupt.* Et isto in casu nepotes masculi veniunt ad successionem auiæ maternæ ex iure suo, & ex persona sua propria, & non ex persona matris præmortuæ: *prout notat Bart. in l. 2. per illum text. C. de liber. præter. & idem Bart. in l. 1. §. si sit. per illum text. quem ibi ponderat Bartol. circa princ. ff. de colla. dot. & idem Bart. in l. 1. §. si filius. ff. de coniun. cum eman. lib. & in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære.* Sicut ergo per statutum Brixiæ filii, quia sunt masculi, & in primo gradu excludunt sorores ab hæreditate matris, quamuis filii quo ad matrem non descendant ex linea masculina, ita in hæreditate auiæ maternæ, quando mater est præmortua, nepotes cum sint masculi, & teneant primum gradum, debent excludere neptes, & sic sorores, quamuis non descendant per lineam masculinam, sicut nec descendunt filii, cum militet eadem ratio in nepotibus, sicut in filiis; scilicet fauor masculinitatis, nec alia ratio potest assignari, & sic habetur pro expressa, vt statim infra dicam in tertio principali fundamento. Quo casu etiam in correctoriis licita esset extensio, vt statim infr. subijciam. imo maior est ratio excludendi neptes, quam filias, cum magis debeatur hæreditas matris filiæ, quam hæreditas auiæ, vel proauiæ maternæ, & sic remotioris gradus, debeatur nepti vel pronepti, vt dixi supra in præcedenti fundamento. Cum ergo in casu præsenti isti nepotes masculi veniant ex persona sua propria, & non ex persona matris præmortuæ, vt dixi. ergo præferri debent sororibus, & sic neptibus in ista hæreditate auiæ maternæ: quia in casu, in quo fauetur sexui masculino, vt in præsenti statuto, nepotes masculi debent præferri nepti fœminæ: secundum Cyn. & Bal. *in auth. cessante. & ibi alij sequuntur. C. de suis & legit. Bene facit quod tenet Bart. & ibi late dominus Alexand. post alios in l. qui superstitis. ff. de acquir. hære. & idem dom. Alex. in l. pactum. post Bal. & alios ibi. C. de colla.* vbi tenent, quod si filia sit excluſa pacto, vel renuntiatione iuratis ab hereditate paterna vel materna, *iuxta c. quamuis de pact. in 6.* non nocebit nepotibus suis, si talis filia viuente patre p̃moriatur: quia tunc nepotes non veniunt ex persona filiæ, & sic matris præmortuæ, sed ex persona propria. Per ista duo fundamenta remanent sublata illa septem fundamenta partis contrariæ, quæ omnia tendunt ad probandum, quod statutum Brixiæ sub rubrica, de succeſſ. ascendentium, non habeat locum in successione auiæ maternæ, quia ibi nepotes masculi non descendũt ex linea masculina, prout istud statutum requirit, sed descendunt ex linea fœminina: quia possum respondere ex dictis duobus fundamentis, quod dato sine veri præiudicio, & saluis his, quæ infra subiiciam, quod per illud statutum Brixiæ sub dicta rubrica, de successione ascendentium, isti nepotes masculi non excluderent sorores ab hæreditate auiæ maternæ, tamen dico, quod eas excludunt per aliud statutum Brixię sub dicta rubrica, quomodo successiones deferantur, per quod statutum cum in successione matris filii masculi excludant filias fœminas, & sic sorores, ergo fortius excludunt in successione auiæ maternæ, per duo fundamenta supra proxime adducta, quæ mihi videntur sufficere ad obtinendam victoriam præsentis causæ in fauorem nepotum masculorum. Tertio principaliter condescendendo ad aliud statutum Brixiæ sub dicta rubrica, de successione ascendentium, circa cuius intellectum tendunt omnia septem fundamenta superius in oppositum adducta, aduertendum est, quod ratio illius statuti, dum loquitur de successione ascendentium fœminarum non consistit tunc in fauore agnationis, scilicet vt bona conseruentur in agnatione & in familia: *iuxta legem primam. §. pen. in vers. vt familiarũ dignitas salua sit. ff. de vent. inspic. Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de succeſſ. ab intestat. super rubric. Cyn. in l. 1. C. de adult. Bart. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertull. Bald. in l. 2. C. de in ius vocand. & in l. certum. in primo notabili. C. vnde legi. & in l. cunctos populos. in 15. col. C. de sum. Trin.* eo quia respectu fœminarũ ascendentium masculi non dicuntur esse de agnatione, eo quia † fœminæ non habent agnationem, *l. qui in* 23 *adoptionem. ff. de adopt. &* §. *1. Inst. de legi. agna. succeſſ. &* §. *1. Inst. de leg. tut. & ita in specie in terminis istius statuti Brixiensis declarat Paul. de Cast. in cons. 339. incip. Præsupposito, quod dictum statutum in fi.* vbi dicit, quod illud, quod Doct. alibi tenent, quod statuta præferentia masculos fœminis, censentur facta gratia conseruandæ agnationis: *vt notat Cyn. in d. l. 1. C. de adul.* debet sane intelligi respectu virilis sexus, & sic in hæreditate paterna, secus est in hæreditate materna, vel auiæ maternæ, quibus masculi descendentes non sunt agnati sed cognati. Ratio ergo præsentis statuti Brixiæ præferẽtis semper masculos fœminis est; quia † ma- 24
sculi maiora onera tam publica, quã familiaria supportant, quam fœminæ, prout experientia docet, quæ est rerum magistra, *cap. quam sit. in princip. de elect. in 6. & istam rationem probat tex. in l. Titia cum testamento. §. Lucius Titius. 2. ff. de leg. 2. & ibi Bal. notat illum tex. ad rationem prædicti statuti. & sequitur dom. Alexan. in consil. 80. primi voluminis, quod incipit, Viso & oportune animaduerso titulo quæstionis. in 2. col.* Filiabus ergo fœminis sufficit dos congrua, & postea ipsæ & earum liberi aluntur à maritis, masculos autem oportet sustinere onera tam publica, quam totius familiæ; ideo statutum disposuit, quod descendentes masculi excluderent semper fœminas in successione ascendentium fœminarum. Et † ista ratio habetur pro 25
expressa in ipso statuto, cum alia reddi non possit: *secundum gl. in l. quamuis. & ibi expressius Bald. & Paul. de Cast. C. de fideicom. Bal. in l. maximum vitium. in 4. col. C. de liber. præt. Bal. & Imol. in l. fin. ff. de hær. instit. Raph. Com. & Paul. de Cast. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. facit tex. in l. 2. ff. de lib. & posthu. & in l. fundus qui locatus. ff. de fundo instr.* Et isto casu etiã in correctoriis licita est extensio ex identitate illius rationis, quæ habetur pro expressa

pressa in statuto: *secundum Bald. in d. l. maximum vitium. in 4. col. Bal. & Imol. in d. l. fin. ff. de hære. inst. Saly. in l. 2. C. de noxal. dom. Alex. in l. si constante. in princ in 6. col. ff. solu. matri. & in cons. 192. incip. Visis actis causa. in 5. col. Paul. de Cast. in cons. 336. inci. Præsens casus modicam habet dubitationem. in 2. col. in prin. do. Abb. in c. fin. in 2. col. de rescrip. & in c. nihil. in 6. col. de elect.* Et ista proprie non est interpretatio extensiua, sed intellectiua, quia † intellectus & ratio idem sunt: *secundum Bald. in d. l. quamuis. circa prin. C. de fideicommiss.* Vnde tunc fiet extensio ex identitate illius rationis ad casum, qui saltem inspecta larga significatione vocabuli posset comprehendi sub casu expresso. Ita notabiliter tenet dominus Alexand. *in consil. 34. quinti volum. quod incipit, Visis & ponderatis narratis in themate. in 3. col.* Cum ergo in præsenti statuto Brixiensi disponente, quod semper masculi excludant fœminas, illa sola fuerit ratio, sc. fauor masculinitatis, & talis ratio habeatur pro expressa in statuto: ergo tale statutum loquens in hæreditate ascendentium fœminarum, habebit locum etiam in hæreditate auiæ maternæ, cum ibi etiam militet fauor masculinitatis, & saltem largo modo possit comprehendi sub casibus expressis in statuto. Et per hoc fundamentum tolluntur pleraque superius adducta in oppositum, præsertim dum dicebatur in 6. fundamento, quod tale statutum Brixiæ est correctorium iuris communis: ergo non debet extendi etiam ex maioritate rationis, quia imo etiam in correctoriis licita est extẽsio ex identitate rationis, quæ habetur pro expressa in statuto, vt supra proxime dixi. Quarto principaliter ponderandum est, quod in isto statuto Brixiensi adsunt tres dictiones vniuersales, scil. quælibet hæreditas ascendentium, & quibuscunque descendentibus, & exclusis semper fœminis. Istæ tres vniuersalitates, *quælibet, quibuscunq; & semper*, sic cumulate, & geminate ac triplicate positæ debẽt multum operari ad augendam vim & effectum statuti, & designant præcisam & omnimodam intentionem statuentium, *l. balista. in princ. ff. ad Treb. gl. notab. in c. requisisti. in ver. decens est. de testa. Bal. in c. eam te. in 2. col. de rescrip. & in l. fructus. C. de act. empt.* In primis † dictio, *quælibet*, operatur, vt fiat extensio ad illa, quæ alias ex propria significatione non veniũt, & sic fiat extensio ad casum impropriũ: *vt probat gloss. iuncto text. in l. omnes. in ver. quaslibet alias. C. de quadri. præscri.* quæ vult, quod per illa verba, *quælibet actio*, comprehendatur etiam officium iudicis, quod est improprie actio: *l. actionis verbo. cum ibi nota. ff. de act. & oblig. & l. pecuniæ. § persecutionis. ff. de verb. sig. notat plene Bart. & alij in l. 1. ff. de iurisdi. om. iud. Et ita prædictam gl. ad hoc notat dom. Alex. in cons. 154. secundi voluminis, quod incipit, Visis & accurate consideratis. in 2. col.* Item quando lex vel statutum disponit, quod quælibet appellatio admittatur, censetur approbare appellationes etiam friuolas & frustratorias, *c. quamuis. & ibi gloss. in versic. quaslibet. de election. in sexto. & ibidem multum notat Geminian. in secundo notabili.* Ergo ista dictio, *quælibet*, quæ est tantæ importantiæ, vt faciat comprehendi casus, qui alias non comprehenderentur, certe faciet, quod istud statutum Brixiæ procedat etiam in hæreditate auiæ maternę. Secundo adest dictio, *quibuscunque*, † quæ operatur, vt in dispositione comprehẽdatur persona etiam extranea, & alias inhabilis, & quæ alias de natura actus non comprehenderetur. Vnde si aliquis acquisiuit à principe, vel à rege feudum pro se & hæredib. quibuscunque, illa dictio, *quibuscunque*, operatur, vt in tali feudo veniant etiam extranei hæredes, & etiam legatarii, qui alias nullo modo admitterentur, *vt c. i. de feu. non: hab. propr. nat. feu. & ita tenet Bal. in l. 1. in 34. & 48. q. ff. de re. diui. & in ca. imperialem. in princ. in pen. col. de prohi. feu. al. per Fed. & in c. in pẽsentia. in 8. col. ad fi. de proba. dominus Abbas in consil. 110. quod incipit, Nitar in præsenti causa. in tertio dubio. Ludoui. Roman. in l. id tempus. §. 1. ff. de vsucapionibus. Ludou. Roman. & dominus Alexan. in l. etiam in princ. ff. solut. matri. dominus Alex. in l. si patroni. in princ. in pen. col. ff. ad Treb. & in l. quædã. §. nihil interest. in 1. col. ff. de eden. & in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. & in l. quod dicitur. in vlt. char ff. de verbo. obliga. facit quod vult gl. notabilis in l. cum pœna. ff. de arbit. & quod vult gl. notabilis & reputata singularis in l. promittendo. in prin. de iure dot.* quæ vult, quod dictio, *quibuscunque*, includat masculos etiam alias inhabiles de iure ciuili. Tertio adest dictio, *semper*, † quæ importat omni tempore & omni casu: *vt est gloss. in l. 1. & ibi Doctor. ff. solu. matr.* Si ergo in omni casu ascendẽtium fœminarum, ergo etiam in auia materna. Et ista fortius procedunt, cum istę tres dictiones vniuersales sint cumulatæ in præsenti statuto. Nam cum vnaquæque de per se tantum operetur: ergo fortius debent operari simul iunctæ. Nam duo vel tria vincula simul iuncta magis stringunt, & fortius operantur, *auth. itaque. & in corpore vnde sumitur. C. commun. de succes. & ca. 1. & ibi gl. & Dd. de treug. & pac. & l. cum in adoptiuis. in princ. & ibi Bal. in 2. col. not. C. de adopt.* Item illa prima vniuersalitas, *quælibet hereditas ascendentium fœminarum*, quæ facit venire etiam illa, quæ ex propria significatione non veniunt, vt supra proxime dixi, si non procederet etiam in auia & proauia materna, esset frustratoria, & nihil operaretur, & sic statutum redderetur diminutum, si deberet restringi ad auiam & proauiam maternam. Similiter alia vniuersalitas, masculis quibuscunque, esset frustratoria, & nihil operaretur, si statutum restringeretur solum ad masculos descendentes ex masculis, & non haberet locum, quando descenderent ex fœminis. Similiter tertia vniuersalis, exclusis semper fœminis, non esset semper vera, si nepotes masculi descendentes ex fœminis non excluderent neptes. Vnde omnes illæ tres vniuersalitates essent frustratoriæ & superuacuo positæ, quod nullatenus est dicendum, *l. si quando. in principio. ff. de legat. 1. & cap. si Papa. de priuileg. in 6.* quia † nulla clausula, & nullum verbum debet esse positum sine virtute aliquid operandi: *vt est gloss. notab. in c. solitæ. in vers. tanquam. de maior. & obed. & gl. in l. 1. in gl. 1. ff. quod met. caus. & gloss. in l. 1. §. ait prætor. in vers. si familia. ff. de vi & vi arma. & Bald. notabiliter in rubr. C. de contrahen. emp. in 9. q.* & non solum restringerentur dictę tres vniuersalitates positę in dicto statuto, sed etiam restringeretur ratio finalis ipsius statuti fundata in fauore masculini sexus: vt dixi supra in tertio fundamento. Quinto pro ista parte bene facit, quod illa verba, *masculis quibuscunque descendentibus ex linea masculina*, posita in dicto statuto Brixiensi respectu ascendentium fœminarum, debent de necessitate referri ad auiam & proauiam paternam, vbi descendentes masculi descendunt ex linea masculina, non autem debent aut possunt referri ad

matrem

matrem vel auiam maternam. Quod ostenditur euidenter, quia in successione matris filii masculi excludunt filias fœminas, & sic sorores, vt aperte disponitur in alio statuto Brixiensi, sub rubrica, quomodo successiones deferantur, &tamen filii masculi respectu ipsius matris non descendunt ex linea masculina, ergo idem dicendum in auia materna, vt superius late deduxi in primo & secundo fundamento. Sexto & vltimo vltra rationes & fundamenta superius adducta pro ista parte affirmatiua videtur esse in terminis decisio Pauli de Cast. *in prallegato consil. 339. quod incipit, Præsuppposito, quod dictum statutum.in 3.col.& seqq.vsque ad fin.* vbi Paul. de Castr. consuluit in terminis fortioribus, scilicet in statuto antiquo Brixiæ, quod simpliciter loquebatur de successione ascendentium, & non dicebat, masculorum seu fœminarũ, prout dicit præsens statutum nouum Brixiæ, & tamen consuluit, quod nepotes masculi excludant fœminas, & sic sororesin hęreditate matris vel lineæ maternæ. & istud clare vult Paul.de Cast.*ibi in vlt.col.* dum concludit, quod prædictum statutum Brixiense locum habeat in hæreditate & successione cuiuscunq; ascendentis, non solum patris, sed etiam matris, & tuę lineę, ergo auiæ maternæ. Et credo, quod in iudicando authoritas Paul.de Cast. qui fuit optimus Doctor, debeat multum operari, & patrocinari istis nepotibus masculis. Per ista sex principalia fundamenta remanent clare sublata omnia, quæ superius in oppositum adducebantur, tamẽ vt veritas adhuc magis eluceſcat, ad ea particulariter respondetur. Et in primis dum ponderantur illa verba statuti Brixiẽsis, quod quælibet hæreditas ascendentium fœminarum deferatur masculis quibuscunq; descendentibus ex linea masculina, cum in hæreditate auiæ maternæ masculi descendant per lineam fœmininam, & non per masculinam: ergo eis inconueniunt verba statuti. Item dum ponderabatur illud participium, *descendentibus*, quod importat conditionem. Item tertio, quod statutum admittens descendentes per lineam masculinã, intelligitur excludere masculos descendentes per lineã fœmininam. Et dum quarto ponderantur duo capita expressa ipsius statuti. Et quinto, quod iste casus de successione auiæ maternæ sit omissus à statuto, & sic relinquatur dispositioni iuris communis: & quod istud statutum Brixię sit correctorium iuris communis, & sic debeat stricte intelligi: quia ad ista omnia plane respondi supr. quod ista omnia fundamẽta tendunt solum ad statutum Brixię, sub rubrica de successione ascendentium. Et posito sine veri præiudicio, quod per illud statutum isti nepotes masculi non excluderent sorores ab hęreditate auiæ maternæ, tamen eas excludunt per aliud statutum, sub rubrica, quomodo successiones deferantur, prout oportune deduxi supra in primo & secundo fundamen. Secundo respondetur etiam ad illud aliud statutum, sub rubrica de successione ascendentium, & ad illa verba, quod quælibet hæreditas ascendentium fœminarum deferatur masculis quibuscunq; descendentibus ex linea masculina: ponderando illa verba, ex linea masculina, quæ videntur ingerere difficultatem istis nepotibus masculis descendentibus ex filia D. Catharinæ, & sic ex linea fœminina, & ad hoc tendũt quasi omnia fundamenta superius in oppositum adducta: quia dicitur, quod † istud statutum non est Iudaice interpre- 31
tandum: *vt inquit gl. in l. damni. §. si is qui vicinas. in gl. quæ incipit, quidam Iudaice. ff. de dam. infect. quam gloss. ad hoc notat Bald. in l. quicunque. in penult. col. C. de seru. fug. & in l. omnes populi. in 17. colum. in vers. sed an econtra statutum recipiat. ff. de iustit. & iure. Alibi dicit Paul. de Cast. in l. vbi pure. §. te rogo. ff. ad Treb.* quod in statutis magis debet attendi mens quam verba, licet ignorantes & grossi homines vtplurimum faciant cõtrarium, adhærentes verbis statuti, sicut Iudæi, secundum eum. Item statutum † non debet amare interpretari, sed ciuili 32
& æquo modo: *secundum Baldum in l. 1. in vltim. colum. C. qui accus. non poss.* Item statuta non recipiunt interpretationẽ extraneam, nec ceruotinam, nec transgredientem terminos suos: *secundum Bald. in cap. 1. in 7. col. de consti.* Istud ergo statutum in illa qualitate descendentium ex linea masculina debet sane intelligi, vt procedat habito respectu ad gradum agnationis, quo ad ascendẽtes masculos, vt patrem & auum paternum, & quo ad ascendentes fœminas, scilicet quo ad auiam & proauiam maternam, non autem referatur ad matrem, vel auiam, aut proauiam maternam, ad quas referri non potest: *vt l. pronuntiatio. in fin. & l. sequenti, quæ incipit, familiæ. §. fœminarum. ff. de verbor. signif.* Nam † qualitas posita in vno capitu- 33
lo debet referri ad illas personas, quibus potest adaptari, & non ad alias personas: *iuxta gloss. in l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. & gl. in l. rem. §. in omnibus. in gl. 1. ff. de rei vend. Bart. & Doct. in l. talis scriptura. §. fi. ff. de legat. 1. & in l. 3. §. filius. ff. de lib. & posth. Canonist. in c. secundo requiris. de appella.* Sicut etiam videmus in simili in feudo recepto pro se & masculis, & ipsis deficientibus pro fœminis. Nam intelligitur esse receptum pro masculis etiam descendentibus ex fœminis ad exclusionem filiarum fœminarum: *vt est tex. in c. similiter si quis inuestitus. de cap. qui cur. vend. & in c. 1. de eo qui sibi & hære. suis masc.* Et quod illa qualitas descendentium ex linea masculina referatur solum in ascendentib. fœminis ad auiam & proauiam paternam, non autem ad matrem nec auiam maternam, ostenditur ineuitabiliter, quia in successione matris filii masculi excludunt filias fœminas, & sic sorores, & tamen filii masculi respectu matris non descendunt ex linea masculina: ergo idem in auia materna, *vt late deduxi supra in 1. 2. & 4. fundamentis.* Tertio aduertendum est, quod in isto statuto Brixiensi, sub rubrica, de successione ascendentium. necessarium est facere alterum de duobus malis, vel quod illę tres vniuersales in eo positæ nihil operentur, & sint frustratorie positę, & quod statutũ restringatur, vt non habeat locum in matre, nec in auia materna, nec in proauia materna, & quod nõ habeat locum in masculis descendentibus ex fœminis, quod esset valde absurdum, & multum destruerentur tot verba vniuersalia statuti. Item mens & ratio ipsius statuti multum læderetur, & sic statutum redderetur diminutum, quod nullatenus est dicendum, *prout deduxi supra in 3. & 4. fundamentis.* Vnde minus malum est dicere, quod illa qualitas, ex linea masculina, referatur solum ad illos ascendẽtes, ad quos potest referri, nec per hoc dicamus, quin etiam tale statutum habebat locum in successione matris & lineæ maternæ, propter tot vniuersalitates in ipso statuto positas. Nam

de

34 de † duobus malis semper minus malum venit eligendum: *secundum gloss. in l. si procurator rei. ff. de except. doli. & gl. in l. quoties nihil. in vltima charta. ff. de regul. iuris.* Item facilius restringitur qualitas, quam substantia personarum: secundum gl. notabilem *in l. talis scriptura. §. si. in gl. si. in fi. ff. de legat. 1.* Item alias istud statutum respectu matris & auiæ maternæ esset contra aliud statutum sub rubrica, quomodo successiones deferantur, prout superius dixi. Item aduertatur, quod illa verba, descendentibus ex linea masculina, fuerunt primo loco posita in statuto antiquo Brixiæ, in quo solum dicebatur de successione ascendentium, postea in reformatione ipsorum statutorum in statuto nouo fuerunt addita illa verba, masculorum seu fœminarum, & remanserunt illa verba, ex linea masculina, vt statim inferius dicam. Non obstat etiam, dum quinto dicebatur, quod iste casus de hæreditate auiæ maternæ sit omissus à statuto, & sic relinquatur dispositioni iuris communis: quia respondetur, quod imo est decisus per statutum positum sub rubrica, quomodo successiones deferantur, prout accurate deduxi supra in primo & secundo fundamentis. Item licet iste casus de auia materna non sit expressus specialiter, vel in indiuiduo in statuto de successione ascendentium, est tamen expressus generaliter, vel vniuersaliter in illa vniuersalitate, quælibet hæreditas ascendentium fœminarum, & in dictione, *semper*, quæ importat omni tempore, & omni casu, & in dictione, *quibuscunque*, prout dixi supra in quarto fundamento. Similiter nõ obstat illud, quod sexto dicebatur, quod istud statutum Brixiæ est correctorium iuris communis, ergo non est extendendum, sed stricte intelligendum: quia respondetur, quod hic non fit aliqua extensio, imo verba vniuersalia in ipso statuto posita comprehendunt istum casum de auia materna, prout supra pluries fuit dictum. Item sola ratio fauoris sexus masculini, quæ habetur pro expressa in statuto, cum alia reddi non possit, facit vt etiam in correctoriis sit licita extensio ex identitate illius rationis, prout dixi supra in tertio fundamento. Item absque vlla extensione iste casus de successione auiæ maternæ deciditur per aliud statutum sub rubrica, quomodo successiones deferantur: prout pluries supra fuit dictum. Non obstat septimum & vltimum, dum dicebatur, quod si filia dominæ Catharinę viueret, ipla esset excluſa à statuto: ergo non debẽt esse melioris conditionis isti nepotes masculi ab ea descendentes, quam esset ipla filia; quia esset absurdum, quod filia proximior in gradu excluderetur, & nepotes ex ea remotiores admitterentur: quia ad hoc respondetur dupliciter. Primo, quod istud fundamentum posset militare, si isti nepotes masculi vellent venire ad successionem auiæ maternæ ex persona eorum matris, quæ est prædefuncta, sed in casu nostro isti nepotes masculi, mortua eorum matre, sunt in primo gradu quoad auiam maternam, & veniũt ex iure suo, & ex persona sua propria, & non ex persona matris, cum sit præmortua, vt firmaui plene supra in secundo fundamento.

Secundo respondetur, quod in casu præsenti, stantibus terminis, prout stant, filia dominæ Catharinæ, si viueret, non fuisset excluſa, imo ipsa sola vniuersaliter successisset in hæreditate ipsius dominæ Catharinæ, cum sola esset in primo gradu. Postremo, vt nihil omittatur, non obstat, si in † contrarium adduceretur decisio Raph. Fulg. *in præallegato consilio 55. incipiente, Item quod quælibet hæreditas & successio ascendentium, &c.* vbi Rapha. Fulg. cum plærisque aliis famosis Doctoribus, qui illi cõsilio se subscripserunt, quasi in terminis istius statuti Brixiensis videtur determinare, quod tale statutum loquẽs de hæreditate ascendentium, non habeat locum in hæreditate auiæ paternæ, per aliqua fundamenta, de quibus ibi per eum: quia respondetur, quod statutum antiquum Brixiæ, super quo consuluit Rapha. Fulgos. est valde diuersum ab isto statuto nouo Brixiæ, quod continet alia, quã contineret antiquum. Nam statutum illud antiquum loquebatur simpliciter de hæreditate ascendentium, sed statutum nouum addit, masculorum, seu fœminarum. Item statutum antiquum simpliciter dicebat, excluſis semper fœminis: sed in statuto nouo fuit additum, & descendentibus ex eis, saluo quam in dote, in qua succedant masculi & fœminæ æqualiter. Item fuit additũ, saluo semper statuto de dotibus mulierum. Præterea Raph. Fulg. expresse loquitur, quando statutum simpliciter disponebat de hæreditate ascendentium, non distinguendo inter paternam & maternam, sed indistincte & generaliter loquendo de hæreditate ascendentiũ. Ita ibi expresse dicit Raph. Fulgo. qui videri potest. Sed istud statutum nouum Brixiæ expresse loquitur de hæreditate ascendentiũ masculorum, seu fœminarum, & ista reformatio, seu istud statutum nouum Brixię fuit factum ad tollendum dubitationem prædictam. Præterea & tertio Raph. Fulg. ibi determinat, quod statutum simpliciter & indistincte loquens de hæreditate ascendentium non habeat locum in hæreditate auiæ maternæ, & sic tenet, quod statutũ generaliter loquens de hæreditate ascendentium, debeat intelligi, vt solum procedat in hæreditate ascendentium agnatorum, non autem in successione ascendentiũ cognatorum, & sic fœminarum. Sed contrarium in eisdem terminis statuti antiqui Brixiensis consuluit Paul. de Cast. *in cons. 171. incip. Præsens casus modicam videtur habere dubitationem. & latius idem Pau. de Cast. in præalle. cons. 339. inci. Præsuppositio quod d. statutum. in 3. col. & seqq. vsq; ad fi.* Sed ista dubitatio non est ad propositũ nostrum necessaria, ex quo statutũ nouum Brixiæ loquitur ad literam in hæreditate ascendentium tam masculorum quam fœminarũ. Item aduerte, ne imposterum quis me arguat de contrarietate, quod superius in 3. volumine aliter consului, eo quia ibi solum ponderaui vnum statutum Brixiæ sub rubrica de successione ascendentium, & super illo tantum consului: hic autem motus sum ad aliter consulendum propter aliud statutum Brixiæ, sub rubrica, quomodo successiones deferantur, in quo alio statuto feci hic præcipuum fundamentum.

CONSILIVM CXVI.

Argvmentvm.

Donatio rerum immobilium ecclesiæ non tenet, nisi solennitatib. interuenientib. & donatio remuneratoria fienda per Prælatũ debet esse æquipollens meritis, non amplior, & in rebus mobilibus.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Plenitudo adiectione non eget.*
2 *Donatio rerum immobilium ecclesiæ est interdicta eius prælatis.*
3 *Alienatio rei ecclesiasticæ, vt valeat, quæ requirantur.*
4 *Donare est procedere, & iactare.*
5 *Prælato licitum est alienare res ecclesiæ.*
6 *Benemeritus ille dicitur, qui aliquod insigne pro ecclesia fecit.*
7 *Episcopus non potest monasterium vnire alteri sine consensu patronorum.*

MIHI quoq; admodum placet egregia & celebris consultatio clarissimi primi domini consultoris plene & copiose discussa, & iuridice absoluta, simul cum subscriptione & additione secundi præstantissimi Iurisconsulti. Visis ergo & diligenter examinatis his, quæ plene & accurate per eos adducta sunt, superfluum putaui
1 quicquam addere: cum † plenitudo adiectione non egeat: *l. prima. in fine. ff. de dot. prælega. & 96. distinctio. cap. bene quidem.* Concurro igitur in eorum sententia, quod abbatissa defuncta & moniales monasterii sanctæ Mariæ veteris non potuerunt de iure donare, nec cedere domos monasterii, in quibus habitabant, nec non & apothecas, & quædam alia bona:
2 quia planum est & expeditũ, quod † donatio rerum immobilium ecclesiæ est interdicta eius prælatis, *ca. 2. & 3. cum similibus. de donation.* sicut etiam est interdicta tutoribus, curatoribus, & aliis legitimis administratoribus, prout alias legendo plene tetigi *in l. contra iuris ciuilis regulas. § fina. ff. de pactis. & in l. præses. C. de transactionibus.* Item in tali donatione seu cessione non interuenerunt aliqui tractatus, qui requiruntur pro forma, nec consensus nobilium de Codalo, qui sunt antiquissimi patroni dicti monasterii, nec etiam interuenit authoritas superioris legitima, quæ à iure requiritur, *12. q. 2. c. sine exceptione. & c. 1. de his quæ fi. à prala.* Nec episcopus vel eius vicarius potuerunt in ista causa propria authorari: *clem. 2. de reb. eccl. non alie. gl. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de auth. tut.* prout hæc omnia copiose deducta fuerunt per primum
3 dominum consultorem. Ad † validitatem enim alienationis rerum ecclesiæ duo debent copulatiue interuenire, scilicet veritas causæ, & sic necessitas, vel vtilitas ecclesiæ, *c. 1. de reb. eccle. non alien. in 6.* Item debet interuenire solenitas formæ, *12. q. 2. §. his omnibus.* & existentia alterius non sufficit: *secundum Federicum de Senis in consilio 142. incipiente, Domino Ioanni Federicus, &c. Archidiac. 10. q. 2. in cap. hoc ius.* Item debet interuenire causæ cognitio, authoritas episcopi, & consensus cleri, *vt est gloss. in d. cap. 1. in verfic. tractatus. in fin. de rebus eccles. non alien. in sexto.* Sed in donatione seu successione prælenti prædicta non interuenerunt, prout plene fuit demõstratum per primum dominum consultorem. Et est aduertendum, quod si prædicta requiruntur in alienatione rerum ecclesiæ, puta in venditione, in qua recipitur pretium, & sic ecclesia tunc ex toto non damnificatur, quanto magis debent requiri & interuenire in donatione, quæ dicitur damnosa datio: *vt inquit Paulus de Cast. in*
4 *l. contra iuris ciuilis. §. 1. ff. de pact.* Item † donare est perdere, vel iactare, seu dilapidare, & est species furoris, *l. filius fam. in prin. in vers. vt per dat. ff. de donat. l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. gl. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & gl. in d. l. contra iuris ciuilis. §. fin.* Nec obstat, si diceretur, quod talis donatio videatur facta propter vnionem alterius monasterii, & sic videatur facta ex causa remunerationis, quo † casu licitum est Præla- 5
to alienare res ecclesiæ. *cap. per tuas. de donat. cap. relatum. 2. de testam. c. quicunque. ca. ecclesiasticis. & ca. si quos. 12. q. 2. not. dom. Abbas in c. consensus. de reb. eccles. non alien. idem not. Bart. in l. iusta causa. per illum text. ff. de manumiss. vind. Bart. & alij in l. iubemus. in princ. per illum text. C. de sacros. eccles.* quia respondetur, quod talis remuneratio debet fieri in bonis mobilibus ecclesiæ, non autem in immobilibus, vt in casu præsenti, *secundum Bar. & Pau. de Cast. in d. l. iubemus. in prin. dom. Abb. in cap. cum officiis. de testam. & in c. fin. in vlt. not ab. per illum tex. de pecu. cler.* Item merita debent esse æquiualentia remunerationi. Vnde episcopus vel alius prælatus nõ posset magnam donationem facere etiam monasterio, etiam de rebus mobilibus, puta de pecunia numerata: *secundum D. Abb. in cap. cum olim. 2. de priuileg. in duobus locis, scilicet in 8. notabili. per illum textum, & in gl. in verb. restitutionem.* Sed in casu præsenti talis vnio non est æquialens tantæ donationi, imo potius est onerosa, prout etiam demonstratum fuit supra per dominos consultores. Bene facit, quod dicit gloss. notabilis *in c. si quos. 12. q. 2.* quæ vult, quod † ille dica- 6
tur benemeritus, qui aliquod insigne p̃ ecclesia fecit. Quinimo & fortius, talis vnio nihil valuit, quia facta fuit per non habentes ad hoc aliquam authoritatem, sed habentes solum autoritatem corrigẽdi & reformandi mores alterius monasterii ab isto penitus separati, & de aliqua vnione facienda nullam habebant à sede Apostolica authoritatem. Item talis vnio est facta sine consensu patronorum dicti monasterrii S. Mariæ veteris. Item non appositio aliquo edicto vocante illos, quorum interest. Sed planum & expeditum est, quod † episcopus non po- 7
test monasterium vnire alteri sine consensu patronorum: *16. quæst. 7. cap. monasterium. & cap. suggestum. & quod ibi notant dominus Abb. & alij, de iure patronat. Et ita tenet Hostiens. in summa sua. in tit. de his quæ fi. à prælat. sine consensu cap. §. 1. in vers. sed nec aliquid potest prælatus. D. Abb. in cap. cum accessissent. in pen. col. in prin. & ibid. D. Felyn. in 12. col. de constit. D. Cardinalis Florent. in clem. si vna. in vlt. quæst. de reb. eccles. non alien. & in consil. 99. quod incipit, Papa vniuit. Paulus de Leazariis in clem. ne in agro. §. ad hæc. de statu regula.* Et in hoc nemo contradicit: Ergo cum talis vnio sit nulla, non potest inducere causam remuneratoriam, nec remunerari meruit, cum sit penitus nulla.

CONSILIVM CXVII.

ARGVMENTVM.

An & quando Clerici & Cardinales prohibeantur succedere in feudis, & in quibus feudis?

An iura loquentia in Clericis habeant locum in Cardinalibus?

An & quando in feudo habeat locum ius accrescendi?

An & quando propter renouationem inuestituræ non petitam infra annum & diem, & non præstitum

præstitum iuramẽtum fidelitatis infra dictum tempus, perdatur feudum?

SVMMARIA.

1 *Cardinales & clerici an & quando prohibentur succedere in feudis.*
2 *Verba* nullo modo *quid importent.*
3 *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*
4 *Religiosi non debent nec possunt vacare armis, sed orationibus.*
5 *Inuestitura corporalis quando præsumatur solenniter præcessisse.*
6 *Priuilegium immunitatis concessum tibi & posteris, an & quando comprehendat descendentes ex fœminis.*
7 *Concessio feudi debet interpretari secundum qualitatem personarum concedentium.*
8 *Dispositio legis remanet, quando vna ex duabus rationibus finalibus militat.*
9 *Cardinales censentur pars corporis Papæ.*
10 *Dispositio nulla est tam generalis, vt trahatur à verisimili remoto.*
11 *Iurà loquentia in clericis non habent locum in Cardinalibus.*
12 *Cancellariæ regulæ non ligant Cardinales.*
13 *Persona industria non videtur electa quando in concessione fit mentio hæredis.*
14 *Clericus effectus non perdit feudum, si paratus est seruire per substitutum.*
15 *Feudum non sub pretextu pecuniæ sed amore & honore domini.*
16 *Feudum improprium transit etiam ad fœminam.*
17 *Clericus quod sit vasallus etiam laici à iure permissum.*
18 *Ius accrescendi quando habeat locum in feudis. nu. 21. 23 24.*
19 *Ius accrescendi non habet locum post aditam hæreditatem.*
20 *Feudum dici, quamuis pecunia pro tali feudo acquirendo interuenerit.*
22 *Beneficia principum sunt latissime interpretanda.*
25 *Feudum habitum ex causa onerosa quando dicatur.*
26 *Contractus quando est vltro citroq; obligatorius, semper est locus iuri accrescendi.*
27 *Vniuersale ius remanet in vno solo individuo illius generis.*
28 *Ius accrescendi procedit ex coniectura voluntatis partium.*
29 *Feudum quando non reuertatur ad directum dominum.*
30 *Feudum an & quando perdatur propter inuestituram non petitam.*
31 *Inuestituræ renouationem petere est quidam quasi census recognitionis.*
32 *Tempore qui nititur, dicitur niti ex circunuentione temporis.*
33 *Princeps munificus non intendit ex circumuentione tẽporis feudum auferre.*
34 *Inuestituræ tenor præcise est attendendus.*
35 *Tenor inuestituræ est potentior omni natura feudorũ.*
36 *Causa etiam iniusta & temeraria excusat à dolo.*
37 *Ingratitudo negligentiæ quando censeatur remissa.*
38 *Protestatio non operatur, quando recipitur census pro futuro tempore.*
39 *Iuramentum fidelitatis nõ præstatur in feudo emptitio.*

IN causa & lite vertente inter Reuerendissimum dominum Cardinalem de Farnesio, & cameram Apostolicam super feudis quorundam castrorum tria principaliter obiiciuntur contra Reuerendissimum do. Cardinalem. Primo inhabilitas personæ, quia sit Cardinalis in sacerdotio constitutus. Secũdo defectus in materia, quia videtur, quod in isto feudo non debeat habere locum ius accrescendi. Nam cum istud feudum fuerit in parte concessum duobus fratribus, scilicet Gabrieli Francisco, & Petro Aluysio vsque in tertiam generationem, deficiente linea masculina vnius eorum, non debet Reuerendissimo dom. Cardinali superstiti transuersali portio deficiens accrescere, sed reuerti ad directum dominum, & sic ad cameram Apostolicam. Tertio obiicitur caducitas causata per renouationem inuestituræ nõ petitam ab hæredibus infra annum & diem, & non præstitum fidelitatis iuramentum. Deuenio ad primum, quia de personis ante omnia est quærendum *leg. si quæramus. ff. de testa. & 2. q 1. in c. in primis.* Videretur † 1
ergo prima consideratione dicendum, quod reuerendissimus dom. Cardin. de Farnesio propter clericatum & sacerdotium reddatur inhabilis ad succedẽdum in feudo: *per tex in c. qui clericus. si de feu. sue. contro. inter dom. & agna. & cap. 1. an mutus vel surdus. & c. 1. §. fin. de cap. Corra. Item per tex in cap. 1. de mili. vas. qui ar. bel. dep. & ibi tex. ad fin. assignat rationem*; quia enim factus est miles Dei, desiit esse miles seculi, nec pertinet beneficium ad eum, qui non debet gerere officium. Ad idem text. *in c. 1. §. final. de feudo fœm.* vbi text. dicit, clericum nullo modo in beneficium etiam paternum succedere, etiam si postea hunc habitum postpõsuit. Idem in omnibus qui habitum religionis assumunt, vt conuersi. hi enim nec postea in feudum succedunt, & si quid habent, perdunt. ita dicit ibi text. & inter alia ponderentur illa verba, *nullo modo* † quæ multum important, & vi- 2
dentur prohibere fieri dispensationem in contrarium: *vt est glo. notabilis in clementina secunda in verb. concedatur. de æta. & qua. quam no. Ioann. de Imol. in c. 2. de testa. dom. Alexand. in l. fin. C. de testa. mili.* Nec dicatur, quod illa iura procedant, nisi clericus vellet in feudo seruire per substitutum. *l. quisquis. & l. ad similitudinem. C. de epi. & cle. Et ita dicit glo. in d. c. 1. §. fin. in glo. 1. de feudo fœm.* quia istud esset diuinare, & restringere illa iura. Item quod clericus & monachus non succedant in feudo per iura præallegata, istud est propter rei naturam, eo quia non possunt seruire in feudo: *secundum Bald. in leg. de quibus. in lectura. ff. de legibus. & ibi Angel. in 4. columna.* Nam nemo militans Deo †implicet se negotijs secularibus *21. quæst. 3. ca. 3* 3
Apostolorum. & cap. placuit. & cap. 1 per totum, ne cler. vel mona. Item si vasallus efficiatur clericus, vel religiosus, ipso iure perdit feudum. *d. c. qui clericus. & d. c. 1. in fin. de feudo fœmi.* Ergo fortius debet impediri de nouo acquirere: *per regulam l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & cap. quemadmodum. de iureiur.* Prædicta fortius militant in casu præsenti, cum in bullis Apostolicis dicatur, quod conceditur tale feudum cum militari subsidio sub nostris stipendiis militando, & ad generales exercitus accedendo, quæ verba non conueniunt clericis, nec religiosis † 4

qui non debent nec possunt vacare armis, sed orationib. *c.1.& 2.& c.reprehensibile. & ca.his à quib. & c. cum à Iudæis.23.q.vl.& c.2.de cle.pugn.in duello.*&in specie tenet Bald. *in ca.quæ in ecclesiarũ. in 5.col.de const.* ꝙ feudũ armatæ militię expirat per monachationem. Item per sacros ordines. Sed præmissis non obstantib. contrariam sententiã in casu præsenti arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, attento ꝙ reuerendissimus D. Cardi. de Farnesio, & eius frater D. Paulus protonotarius Apostolicus fuerunt tanto tẽpore in istis feudis ecclesiasticis in trib. partib. ex quatuor tolerati, sciente & patiente summo Pontifice. Nã prædictus do. Paulus protonotarius Apostolicus per annos 14. vel circa, partem dictorum feudorum retinuit & soluit annuum censum sciente & patiente Pontifice. & post eum Reuerendissimus D. Cardi. p̃sens eius frater per annos tresdecim, ergo per talẽ tolerantiam tanti tẽporis sunt tacite habilitati ad ista feuda, & ab eis solita seruitia acceptando, arg. *l.2.C.de acq.poss.& eorum quæ notãtur*
5 *in l.quidam consulebãt.ff.de re iud.* Benefacit, ꝙ si † vasallus p̃ annum continuũ tenuerit feudum domino sciente, & non contradicente, p̃sumitur inuestitura corporalis solenniter præcessisse: *vt est text. notabilis in ca.1.§.ad fi.si de inuesti.inter dom.& vasal.lis ori. quẽ tex.ad hoc reputat valde notandũ Bal.in l.executorem. in 10.col.C.de execu.rei iud.* Ad idẽ est tex. notabilis *in c. 1.in vers.inde ẽt dicitur.de consuet. recti feud.vbi est tex.* ꝙ si aliquis probauerit se feudum aliquo tempore tenuisse domino præsente, & non contradicente, etiam seruitiũ eius quasi à vasallo recipiente, licet nõ probauerit inuestituram, tñ beneficium obtinebit. Secũdo principaliter bene facit, quia istud feudum est ecclesiasticum habitũ ab ecclesia, seu à summo Pontifice, non aũt est seculare: *vt declarat Bal. in præludiis feudor.in vlt.diuis.& ibi alij D.Cardi.& Imo.in c fi. in 3.q. de feud.* Vnde iura feudorum superius allegata, q̃ prohibent clericos vel religiosos succedere in feudo seculari, cõcesso à principib. secularibus. Sed ꝙ in feudo ecclesiastico clericus prohibeatur succedere, istud nõ reperitur aliquo iure expresse prohibitũ. Nam Principes seculares verisimiliter non volunt in suis feudis secularib. admitti ecclesiasticos, sed in feudis ecclesiasticis non est verisimile, ꝙ personæ ecclesiasticæ à feudis ecclesiasticis excludantur, & sic non est verisimile, quod Papa in suis concessionib. feudalib. velit excludere suum genus clericorum: *iuxta ca. duo sunt genera.12.q.1.* imo econ-
6 tra est tenendum, sicut in simili videmus, quod † licet alias priuilegium immunitatis cõcessum tibi & posteris tuis non comprehendat descendentes ex fœminis. *l.1.§.fi.ff.de iure immuni.* illud est verum, nisi talis concessio fiat à fœmina: quia tũc propter qualitatem personæ fœminæ concedentis censetur ita intellexisse de fœminis sicut de masculis. *ita notabiliter tamen Pet.de Anch.in cons.431.incip.pro maiori intelligentia dicendorũ in 10.col.*& vltra bene facit † quia do-
7 natio & concessio feudi debet interpretari secundum qualitatẽ personarum donantiũ, & earũ q̃ donationem recipiunt: *secundum Abb.in c.pastoralis.in fi. post Inno.ibi.de dona. Facit tex.in l plenum.§.equitij.ff.de vsu & ha.& tex.in c.si de beneficio.de præb.in 6. Item facit, quod signanter dicit Bal in cap.cum venissent. in 2.col.de eo qui mi.in pos.cau.rei ser.* Vbi tenet, quod si Rex Anglorum faciat simpliciter mẽtionem de iure, quod intelligitur de iure suo Anglicano. Et ponderetur, quod in feudo ecclesiastico cessant rationes, quæ assignantur in præallegatis iurib. feudorum prohibentiũ clericos succedere in feudis, videlicet quia factus est miles cœlestis, desijt esse miles seculi: *vt dicit text. in dict.cap.1.de milit.vasall.qui ar. bell. depo.* Et quia nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus. Nam istæ rationes militant in feudis secularibus, non autem in feudis ecclesiasticis. Nam propter feuda ecclesiastica non efficitur miles seculi, sed durat miles ecclesiæ. Et si diceretur, quod quamuis nec in iurib. feudorum, nec alibi reperiatur expresse prohibitum, quod in feudo ecclesiastico ecclesiastici non succedant, tñ reperitur ratio prohibitionis, quare clericus, vel religiosus prohibeantur succedere in feudo. Nam tex. *in d.c.1.ad fi.de mili.vas.qui ar.bell.depo.* duas rationes assignat. Prima est, quia cum sit factus miles Dei, desinit esse miles seculi. Et licet ista ratio videatur procedere solum in feudo seculari, non autem in feudo ecclesiastico, tamen postea text. assignat aliam rationẽ, quia non debet beneficium ad eum pertinere, qui non potest officium gerere. Ista ratio militat etiam in feudo ecclesiastico, quia cum clericus & religiosus non possunt præstare seruitia feudalia, ergo nõ debent ad alia feuda admitti. Et † quando in vna l. as- 8
signantur duę rationes finales, licet vna earum cesset, si alia militat, procedit legis dispositio: *secundum gl.in §.affinitatis.inst.de nupt.& l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuileg. credi.& est text.in l.si non lex Ælia Sentia ff.de hæred.instit.* quia respondetur, quod immo in feudo ecclesiastico personæ ecclesiasticæ possunt seruitia feudalia impendere, secundum earum qualitatem & conditionem, per iura proxime superius allegata. Prædicta cõsideratio, ꝙ in feudo ecclesiastico personæ ecclesiasticæ non prohibeantur expresse à iure succedere, fortius debet procedere in feudo p̃senti concesso à Papa, vt Cardinalis admitti debeat, cum † Cardinales censeantur pars corporis 9
sui: *vt 6.q.1.c.si quis cum militib.do.Abb.in ca.bonæ memoriæ.in secunda col.de postul.præla.* Vnde non est verisimile, quod Papa concedens feudum alicui pro se & descendentib. voluerit excludere descendentem, qui esset, & efficeretur cardinalis, & ꝙ à verisimili remotum est, non est admittendum. ca. quia verisimile. de præsump. quia est imago quædam falsitatis: *secundum Bal.in l.1.in 4. col. C. de fer. fugi.* Et nulla † dispositio est tam generalis, quæ trahi debeat ad 10
ea, de quib. non est verisimile disponentẽ aut concedentem cogitasse: *secundum Ange.in cons. 248.incip. Philippus ciuis de Florentia. in 2.col.* Tertio principaliter moueor, quia † suprascripta iura feudorũ pro- 11
hibentia clericos & religiosos succedere in feudis, non procedunt in cardinalibus prout est casus noster, propter eorum excellentiam, ex quo de eis nõ faciunt specialem mentionem, cum sint speciales fratres Papæ, & pars corporis ipsius: *vt 6.quæst. 1.cap.si quis cum militibus.& l.quisquis.C. ad l.Iulia. maiesta.* & cum sint maximi, specialis honoris prærogatiua lætantur. *cap.1.in fin.de offic.l.in 6.* ideo quæ speciali nota digna sunt, si non exprimantur, nõ comprehenduntur sub generalitate dispositionis: *l. item apud Labeonem. §.hoc edictum.ff.de iniur. gloss.in cap.*

2. in

2.in gloss. 2.de præben.in sexto. Vnde in generalibus dispositionibus nunquam includuntur cardinales, nisi de eis caueatur expresse: *secundum Io.Mona & Io. And.in c.1.de schismati.in sexto. D.Abb.in cle.1. in 1.colu.de excess.præla.Lud.Rom.in con.498.incip.in casu, in quo quæritur.in 3. col.* Nisi essemus in casu, in quo factum est in se malum, super quo fit prohibitio, tunc appellatione clericorum bene comprehenduntur Cardinales: quia ex quo factum est malum in se, tanto grauius peccat ille, qui contrafacit, quanto est maior. 40.distin. *in cap.homo. & ita tenet Geminia.in c.nemo deinceps.in prima col.de elec.in sexto.* Confirmantur
12 prædicta, quia † regulæ Cancellariæ non ligant Cardinales, cum sint pars corporis Papæ, vt dixi, & excellentia talium dominorum requirat specialem mentionem: *secundum Pet.de Anch.in cons.296. incipie. pro clariori euidentia dicendorum præmitto.in tertia col. & in con.298.incip.efficacibus & quasi inconuincibilibus rationibus.in 1.col.quicquid tenuerit dom.Fely.in ca.Sanctis in c.ad aures.in 12.col.in 8.conclusione.de rescri.* Ad prædicta accedat, quod etiam effectus Episcopus non perdit feudum, quod habebat ab Imperatore: quia licet sit factus miles Dei, non tamē desinit esse miles seculi: secus si fuisset factus monachus vel conuersus monasterii: *vt c.1. de vasal.mil. qui ar. bell. depo.* quia monachus & conuersus habetur pro mortuo: *vt notatur in l.si ex causa.§.Papi.ff. de mino.ita notat Bal. in c.inter dilectos.in 4.col.de fide instr.per illum tex.in ver. Luithardi comitis. & ibidem etiam sequitur D. Felyn. in 2. col.ad fi.* vbi etiam dicit, quod tex *in d.c.1.de vasal. milit.qui ar.bell. depo.* qui dicit, q̄ miles Dei desinit esse miles seculi, intelligitur de professo, quia tales omnia abdicant. *c.cum ad monasterium.ad fin.de sta. mona.* Sed factus Episcopus bene retinet patrimonialia. *c.1.de test. & cap. episcopi.12.q 1.* Quarto principaliter moueor; quia in præsenti feudo omnes concessiones summorum Pontificum sunt pro hæredibus, & successoribus, vel pro descendentibus, & successoribus, quo casu nunquam censetur electa industria personæ, quia qualis conditionis debeat esse futurus hæres, non potest dominus scire: ideo cum tunc non sit electa industria personæ, vasallus quamuis sit clericus, vel alias inhabilis, tamen potest per substitutum seruire, & sic ad tale feudum admitti. *ita dicit notabiliter Cyn.in l. quisquis. C. de episc.*
13 *vel cler.* vbi Cyn. ponit notabile verbum, quod † in quacunque concessione fit mentio hæredis, ibi nunquam videtur electa industria personæ. & ibi Bal. circa princ. refert & dicit, quod credit esse verum; quia industrialia non transeunt ad hæredes: *vt l.cuius bonis.vbi gloss.notabilis ff. de cura.furio. sequitur Reuerendissimus Dom.Card.Alexand.in c.1.§. & quia. qui feud. dare pos.in plerisque versiculis. vbi diffuse & latissime examinat istum passum, in 4.col. ad fin. & nouem sequen-*
14 *tibus.* Idem, quod † effectus clericus non perdat feudum, si sit paratus seruire domino per substitutum, *tenet gloss.in c.1.§.ex hoc.in gl.1.de benef.fœm. & ibi Bal.* multum ad propositum quæstionis nostræ determinat, quod si feudum nondum erat apertum, quando vasallus promotus est ad sacerdotium, puta secundum eum, quia primogenitus possidebat feudum, & erant tres, vel quatuor fratres, & vltimus est factus Cardinalis, vt in casu nostro, deinde omnes fratres decesserunt sine hærede, tunc de isto facto Cardinali non potest dici, quod habuerit intentionem renunciandi feudum, nec etiam facultatem: videtur ergo quod ex æquitate admittatur ad feudum, & possit seruire per substitutum. *ita ibi tenet Bald.facit quod idem Bald.in cap.fin.in penul.colum. de officio delegat.* vbi quærit, an clericus possit in feudo seruire per substitutum. & tenet, quod aut domini multum interest, & nō potest seruire per substitutum, aut parum, vel nihil, & tunc secus, argumen. *l.inter artifices. & l.Paulus.ff.de solu. & l. nemo. & l.si id quod. ff. de duobus reis.* Et idem, quod clericus possit in feudo seruire per substitutum, quando non est electa industria personæ, tenet etiam Ioan. Calde. *in cons.2.posito sub titulo de feudis, quod incipit, an clericus primæ tonsuræ succedat in feudo.* Quinto & vltimo pro ista parte facit, quia istud non debet censeri proprie feudum cum non fuerit gratuitum, sed mercenarium, seu emptitium, ac censuale; quia pro media parte dicti feudi dictorum castrorum fuit exbursata summa quinque millium ducatorum, & pro alia medietate alia summa quinque millium ducatorum, & postea annuatim soluitur vnus crater argenteus valoris ducatorum duodecim: ergo non est verum & proprium feudum: *vt est tex.in cap. 1.ad fi.de feud.dato in vi.leg.commis.* vbi text.notabiliter dicit † feudum non sub prætextu pecuniæ, sed 15
amore & honore domini esse acquirendum. *& cap. 1.§.in quibus cau.feud.amit. Et ita notabiliter tenet Cyn. in authen.ingressi.in vlt.col.C.de sacrosc.eccle.Bald notabiliter in titu. de pace Constan. in 23. colum. in versi. libellarum.ad fin. & in l.si quam per illum textum.C.de ope.liber. & in l liberti.in vlt.col.C.de ope.lib. & in l. qui se patris.in 10.col.in versicu. & scias.C.vnde liberi. & in c.si cautio. ad fin.de fide instru. & in addi.Specu.in tit.de loca.in 3. col. in versi.feudum. & alias seriosius dixi in præludiis feudorum.* Sed feudum censuale vel mercenarium non expirat per sacros ordines, nec per monachationem, sed transit ad monasterium cum suo onere: secundum Bald. *in cap.qua in ecclesiarum.in 5.colum. de consti.* Et † 16
tale feudum improprium transit etiam ad fœminam, & ad quemlibet alium, qui alias esset prohibitus succedere in feudo proprio. *c.significauit.de rescri. secundum Bal. dicentem se ita respondisse in q.de facto, in c. fi.in 1.col.de caus.pos. & proprie.Iaco.de Belui.Bal. & Aluaro.in c.1.§.cum etiam.in tit.episcopum vel Abb. Et de hoc etiam aliquid infra dicam in secundo dubio principali.* Per ista quinque fundamenta concludo, reuerendissimum dominum Cardinalem de Farnesio esse habilitatum per Papam, & esse habilem ad succedendum in feudo istorum castrorum, & etiam ad succedendum in quarta parte dicti feudi, quæ nūc defecit per mortem Federici filij Raynutij secundi de Farnesio. Et licet per ista fundamenta fuerint sublata iura feudorum, quæ videbantur in oppositum facere, & alia superius in contrarium adducta, tamen vt nihil omittatur, non obstat etiam, dum dicebatur, quod si vasallus efficiatur clericus, vel religiosus, ipso iure perdit feudum. *d.ca. qui clericus si de feu.fue.contr.inter do. & agna. & ca.1.in fi.de feudo fœmi.* Ergo fortius debet impediri de nouo acquirere: *per regulam l. patre furioso.cum similibus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Quia respondetur, quod imo clericus, vel religiosus potest de nouo acquirere, & inuestiri de feudo. *ca.1.§.fi.de capi.Corra. & c.1.de nat.feud.* Ergo

17 poterit retinere feudum, quod habet. Item † quod clericus sit vasallus, etiã laici, est à iure permissum. *c. verum. & c. ex transmissa. de foro comp. & c. reprehensibile. 23. q. 6.* Non obstat etiam, dum dicebatur, quod istud feudum in bullis apostolicis concedatur cum militari subsidio, sub nostris stipendiis militando, & ad generales exercitus accedendo: quia respondetur, quod ista verba debent sane intelligi, quod militare præsidium præstent, & sub nostris stipendiis militent, scilicet quando darent operam rei militari, vt faciebat prædictus dominus Raynutius de Farnesio. Nam alias si essent laici & inhabiles ad bellandum, prout fuerunt Gabriel Franciscus, & Petrus Aluysius, per Paulum secundum de parte dicti feudi inuestiti, qui nunquam artem militarem exercuerunt, & prout nunc est reuerendissim. domin. Cardin. de Farnesio, & tunc debent talia militaria præsidia per substitutos præstare, per fundamenta superius ad hoc adducta. Condescendo nunc ad secundum dubium principale, in quo in effectu quæritur, an reuerendissim. dominus Card. de Farnesio admitti debeat per ius accrescendi, vel non decrescendi ad istud feudum, præsertim in parte feudi acquisiti per Gabrielem Franciscum, & Petrum Aluysium, pro ipsis & eorum hæredibus & successoribus masculis vsque in tertiam generationem, cum sit finita linea transuersalis Gabrielis Francisci per mortem Federici filii secundi Raynutii vltimo defuncti. Et quia iste passus fuit superius late examinatus per vnum ex dominis consultoribus arguentem ad vtranque partem, ideo præsens dubium paucioribus perstringam. Videretur prima consideratione dicendum, quod † in 18 isto feudo præsertim in parte obueniente ex linea transuersali, nõ habeat locum ius accrescendi, nisi hoc expresse fuerit dictum in inuestitura. *c. 1. §. fi. de succes. feud. & c. 1. de feudo fœ. & c. 1. de fra. de nouo benefi. inue. & c. 1. §. cum vero Corradus. qui feud. dare pos.* quia feudum non vadit per saltus de fratre in fratrem: secundum Ang. *in con. 110. incip. sanctissima & illustrissima Regina. in 5. col.* Item ex quo portio ab initio est vtrique quæsita, certe post emolumentum alteri quæsitum non habet locum ius accrescendi, licet eius portio postea deficiat: *vt l. 1. §. pen. in ver. Sed in vsufructu. & ibi gl. notabilis. ff. de vsufr accres. & l. aquam. §. fi. ff. quemadmodum seru. amit. & in l. si minor. ff. de acq. hare.* Item ex acquisitorum resolutione nunquam habet locum ius accrescendi in dominio directo, vel vtili: *secundum Azo. in summa, tit. de assig. li. quem refert & sequitur Bal. in auth. si quas ruinas in vlt. col. C. de* 19 *sacros. eccl.* Hinc est, quod ius † accrescendi non habet locum post aditam hæreditatem: *secundum gl. in l. mater decedens. in versi. semissem. ff. de mofficioso testam.* quia post aditam hæreditatem euanescit ius accrescendi: *secundum gl. in l. ex contractu. ff. de re iudic.* Sed istis & similibus non obstantibus, contrarium arbitror esse de iure verius. Et moueor, quia aut volumus dicere, quod istud feudum sit gratiosum, non obstante onere seruitiorum præstandorum, *prout tenet Bal. in præludiis feud. in 5. col.* & nõ obstãte interuentu pecuniæ pro adeptione talis feudi, quod adhuc censeatur proprie feudum, & beneuola concessio: *vt c. 1. §. sed nec alia. & ibi Iac. Alua. in 2. colum. quæ fuit prima cauf. benef. amit. & c. 1. & ibi gl. de benef. fratris. & cap. 1. §. sed & res. & ibi And. de Iser. notat, per quos fiat inuestit. & cap. si duo fratres. de fra. de nouo benefic. inuestit. & capitul. primo, in princip. & ibi Andr. de Iser. notat. de inuestit. in mari. facta. & capitul. primo, post medium, in vsi. vel nummos in feudum dandos numeret. si de feud. ab aliquo vasal. interp. fue.* Vbi sunt text. quod dicatur † feudum, quamuis pecunia pro tali feudo 20 acquirendo interuenerit. Ad idem text. *in capitul. ad apostolicæ in versiculo, annuam pensionem, & in versicul. feudum. de re iudica. in sexto.* Vbi regnum Siciliæ concessum ab ecclesia Romana in feudum Imperatori sub annua pensione iudicatur feudum. Et ita etiam tenet dominus Alexand. licet prædicta iura non alleget, *in consilio nono, quinti voluminis, incipiente, ponderatis his, quæ in themate narrantur. in quarta columna.* Facit, quod tenet Speculat. *in titul. de loca. §. nunc aliqua. in versiculo octogesimo quinto.* Et tenendo, quod istud sit verum & proprium feudum, & sic quod dicatur beneficium Papæ, attento principali proposito. *le. si quis nec causam. ff. si certum petatur,* & tunc magis communis opinio est, † quod 21 in feudo imperiali, vel habito à Papa, & concesso duobus in eadem inuestitura, habet locum ius accrescendi inter eos. & ideo si duo fratres simul essent inuestiti de feudo, vel essent simul facti Marchiones, vel duces, vel comites, inter eos haberet locum ius accrescendi: *per l. primam. C. si libera. impe. socius sine hærede decess. libro decimo,* quia † beneficia 22 principum sunt latissime interpretanda. *l. final. ff. de constitutio. princip. capitulo cum dilecti. de dona. capitul. quia circa. de priuileg. & capitul. olim tibi. de verbor. signifi.* & dicit text. valde notabilis. *in l. fin. circa med. Cod. de præpo. agen. in rebus. libro duodecimo,* absurdum esse ac temerarium, imperialem liberalitatem non augeri, sed astuta interpretatione diminui. *& ita in specie tenet notabiliter Bal. in l. vnica. §. in primo. in penultima columna, Cod. de cadu. tollen. Bald. Iacob. Alua. & dominus Cardin. Alexandrinus in capit. 1. de fratribus de nouo benefic. inuesti. & latius Bald. in c. 1. de duobus fratri. à cap. inuest.* Et in istis locis dicit Bald. secus esse † quando 23 feudum esset concessum duobus ab alio inferiori, tunc inter eos non haberet locum ius accrescendi, per iura supra proxime in oppositum adducta. ita etiam tenet Bald. *in l. si qua mulier. Cod. ad Tertul. Idem tenent Bal. Rapha. Com. Pau. de Cast. & D. Alex. in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obl. & ibi dicit Rapha. Com.* quod ita alias consuluit interrogatus ex parte illustrissimæ dominationis Venetorum. & dicit Dominus Alexand. se ita illo anno consuluisse, & ita consuluit *in cons. 30. primi volumin. incipien. quoniam omne datum optimum. in 5. column. quod est errore duplicatum in consi. 2. quinti voluminis. Idem tenet D. Alexand. in consil. 24. quinti volu. quod incipit, ponderatis his quæ in themate narrantur. in 3. colum. Idem ad literam tenet Ang. in leg. vnica. C. quando non peten. part. Areti. in consi. pen. incipiente magnifici & excelsi domini. in 4. colum. & late Dom. Francis. de Curte in consil. 49. incipien. memoriæ recolendæ Dux Mediolani tertius. in 34. columna & seq. Idem sentit Bartol. in d. l. 1. Cod. si liberali. impe. soci. decess. lib. 10. in prima q. referendo q. ad text. & ibidem Ioan. de Pla. Facit text. in c. 1. circa fi. de benef. fra.* Et ista, vt dixi est magis communis opinio, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum. *capitul. ne innitaris. de constitut. Bartol. & alii in l. fi. Cod. de pœna iud. qui male iudi.*

iudi. quamuis nonnulli contrarium tenuerint, quos retuli legendo *in d. l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. & latius in repetitione mea leg. re coniuncti. ff. de lega. 3.* Aut vero volumus dicere, quod istud non sit proprie feudum, cum sit habitum ex causa onerosa, attento quod à principio fuit exbursata notabilis quantitas pecuniæ, quia pro media parte primo fuerunt exbursati quinque millia ducatorum, & postea pro alia dimidia alia quinque millia ducatorum. deinde annuatim soluitur argenteus valoris 12. ducatorum, vltra onera annua multiplicia & custodiarum, & gentium armatarum, quo casu dicitur haberi ex causa onerosa, quando à principio exbursatur notabilis quantitas & summa pecuniarum, & postea aliquid annuum soluitur, & † tunc habet locum inter eos ius accrescendi. *le. fundus ille. ff. de contraben. empt. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actio. empt. & ita tenent Bart. & communiter alij in d. le. si mihi & Titio. Saly. in l. vnica. in 12. q. C. quando non peten. part.* Secus quando aliquid minimum soluitur pro pensione solum in signum recognitionis dominij, puta vnus denarius, qui non imponitur propter onus, prout declarat D. Alex. *in d. l. si mihi & Titio. in 6. colum. ad fin.* Aut volumus dicere, quod attendi debeat illud, quod est maius, an quantitas exbursata cum annua pensione & oneribus admistis, an verò maior sit liberalitas & gratia Papæ concedentis: *iuxta cap. ad quæstiones. de rerum permu. Et in specie Bal. in prælud. feu. in 5. columna.* Et † tunc etiam id, quod habetur ex causa quasi lucratiua iudicatur, vt de causa onerosa: *secundum Barto. in l. Mæuius. §. duobus. in antepen. columna. ff. de leg. 2. quem refert & sequitur D. Alex. in d. l. si mihi & Titio. in 6. colum.* Accedat etiam, quod † vbi contractus est vltro, citroque obligatorius, semper est locus iuri accrescendi. *d. le. fundus ille. ff. de contraben. empt. & leg. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actio. empt. secundum Cyn. in l. fin. Cod. de inuti. stipu. quem refert & sequitur Domi. Alexand. in d. leg. si mihi & Titio. in quatuor locis, scilicet in prima & in 6. & in 7. columna. & duobus locis.* Secundo principaliter moueor; quia istud feudum fuit concessum vsque in tertiam generationem, quo casu virtute istius dictionis, vsque, statim cum est finita generatio in persona vnius, statim videtur renouata in personam alterius, qui sit in tertia generatione: *vt leg. repeti. & l. sicut in annos. ff. quibus modis vsufruct. amit.* Ergo cum in persona Frederici vltimo loco defuncti sine liberis sit pro sua parte finita tertia generatio: ergo intelligitur in totum renouata in descendentibus ex alio fratre, qui sint in tertia generatione. Vnde Reuerendissimus dominus Cardinalis de Fornesio, qui nunc solus supereſt de tertia generatione, totum habebit vigore dictæ inuestituræ, & taciti pacti in ea contenti. *in l. stipulatio ista. § siquis ita. ff. de verborum obliga. ita tenent Bartol. & communiter doct. in dicta l. si mihi & Titio in vlti. colum. Barto. in consi. 58. incipien. ex themate prædicto tria dubia oriuntur. in primo dubio*: Et sic obtinebit magis vigore primæ inuestituræ, quã iure accrescendi, quod cessat post portionem acquisitam, prout dixi supra in secundo fundamento partis contrariæ. Et ad hoc facit optime text. *in cap. 1. de feudo Marchiæ. in versicu. per inuestituram fratris. quem text. Bald.* ibi reputat mirabilem, & dicit ex eo probari, quod in feudis post portionem acquisitam non proprie dicitur habere locum ius accrescendi: sed ius inuestituræ primi acquirentis, vt ibi. & illum textum ad hoc reputat in proposito nostro optimum domi. Alexand. *in dicta leg. si mihi & Titio.* Confirmatur optime ponderando illud nomen, generationem, quod est vniuersale: sed † ius vniuersitatis remanet in vno solo indiuiduo illius generis. *leg. sicut. in fin. ff. quod cuiusque vniuers. & leg. vel quod. ff. de relig. & sump. fune. facit l. 1. C. de condi. infer. secundum Bald. in l. prima, in 12. columna. C. quando non pet. part.* Item illud nomen, generationem, comprehendit quotquot sint de liberis talis generationis, ideo singuli qui sint de tali generatione censentur inuitati ad istam partem deficientem: *secundum Aret. in d. l. si mihi & Titio.* Tertio principaliter facit; quia concessio partis dicti feudi facta dictis fratribus in secundis bullis Apostolicis Pauli secundi, fuit facta per ista verba, videlicet pro ipsis & eorum hæredibus & successoribus masculis ex recta linea legitime descendentibus vsque in tertiam generationem: per quæ verba censetur actum, quod inter eos sit locus iuri accrescendi: *per text. in c. 1. de duobus fratribus à capi. inuesti.* vbi si concessum sit feudum duobus fratribus, vt quamdiu ipsi, vel eorum hæredes masculi supereſſent, feudum haberent, videtur esse actum, quod inter eos sit locus iuri accrescendi. Nam, vt ibi dicit text. in fin. propter tenorem inuestituræ insertum, eius pars fratri & non domino est quæsita: quia secundum Bald. ibi illa verba stant diuisiue, vt quamdiu supereſſent aliqui istius, vel illius hæredes vsque in tertiam generationem ad mitterentur. Confirmatur. Nam † ius accrescendi procedit ex coniectura voluntatis partium, & ex quadam quasi tacita substitutione. *le. si Titio & Mæuio. §. Iulianus ff. de legat. 2. & l. vnica. §. his ita. C. de cadu. tollen.* Quarto principaliter facit, quia † cum in dictis bullis apostolicis fuerit dictum, quod post eorum mortem, feudum reuertatur ad cameram Apostolicam: ergo quamdiu supereſt aliquis feudum non reuertatur ad directum dominum: secundum Spec. *in titu. de loca. §. nunc aliqua. in versicu. 69. in fine. Saly. in lege 2. in 24. quæst. C. de iure emphyt. Ludo. Roma. in consi. 19. incipien. in casu quæstionis propositæ ad fin. D. Alexand. in d. l. si mihi & Titio. in 6. columna.* Facit, quod tenet Dom. Abb. *in consilio 103. secundi volum. incipien. factum contingens in his consistit terminis.* Item facit, quod voluit Pau. de Cast. *in con. 158. incip. viso & examinato puncto.* Et aduertatur, quod Speculator *in dicto §. nũc aliqua. in vers. 79. in fi.* loquitur, quando simpliciter fuit dictũ post mortem eorum, & non fuit vniuersaliter dictum post mortem omnium. Transeo nunc ad tertium dubium principale, an † caducitas huius feudi sit causata propter renouationem inuestituræ non petitam ab hæredibus infra annum & diem, & non præstitum fidelitatis iuramentum. In quo puncto videretur prima animaduersione dicendum quod sic, & quod dominus directus, si vult, potest vasallum propter istam causam priuare feudo: *vt est text. in cap. 1. quo tempo. mil. & in cap. 1. in prin. de cap. Corra. & in capitu. imperialem. §. præterea si quis. de prohi. feu. alie. per Freder.* Quia tunc vasallus tanquam ingratus existens beneficium amittit. ita dicit text. *in capit. 1. in prin. quæ fuit prima cau. benefi. amit.* Item † quia petere renouationem inuestituræ est quidam

quasi census deuotionis & recognitionis, qui debet præstari domino, & si non præstatur, res incidit in commissum: quia census reuerentialis, & professio censualis est omissa: *secundum Bald. notabiliter in l. 1. in 4. q. ff. de rerum diuis.* Sed hoc non obstante contrarium proculdubio arbitror esse verius in casu præsenti; eo quia talis caducitas, quæ causatur per lapsum dicti anni & diei, dicitur iniqua & odiosa; eo
32 quia † qui nititur ex tempore, dicitur niti ex circunuentione temporis, & sic ex remedio rigoroso & odioso: *vt dicit text in 9. volumus. in auth. de his qui ingredi. ad appell. secundum Andr. de Iser. in d. c. 1. in prin. in 1. col. quo tempo. mil. & ibidem Mart. Lauden. & Cardi Alexandrinus.* Item præsidium temporis est impium: *dicit text. in auth. vt Ecclesia Romana circa med.* Ergo istud remedium caducitatis feudi causatum per lapsum temporis anni, cum sit odiosum & rigorosum, debet restringi & euitari quantum potest: *vt in regu. odia de reg. iur in 6. & l. cum quidam. ff. de li. & posth.* Et propterea refert And. de Iser. *in d. c. 1. in 1. colu. quo temp. mil.* quod in regno Siciliæ non perditur feudum, licet vasallus non petierit inuestituram infra
33 annum & diem, eo quia † princeps munificus non intendit ex circunuentione temporis, quæ est iniqua, feudum auferre, nisi vasallus negligeret petere ex contemptu directi domini. Referũ. & sequũtur Martinus Lauden. & Cardin. Alexandrinus ibi. Item per inuestituras feudales super isto feudo cõfectas foit recessum à forma iuris communis, & sic à iuribus superius in oppositum allegatis, & in isto feudo tradita est noua forma, quod debeant iurare infra sex menses, quibus elapsis, si non iurant, debent à summis Pontificibus requiri, & à die requisitionis possunt moram infra mẽsem purgare: alias
34 debent excommunicari. Sed planum est, quod † tenor inuestituræ precise est attendendus, quia derogat omni naturæ feudorum: *vt est text. notabilis in c. 1. in vers. propter tenorẽ inuestituræ. de duob. fratrib. à cap. inuesti. quem tex. pro egregio multum not. ibi Bal. idem Bal. in prælud. feud. in 4. charta. & in c. 1. §. denique quæ fuit prima caus. benefi. amit. & in c. 1. in 1. col. de feud. non hab. prop. natu. feud. & in l. quoties. in 2. colu. C. de suis & legiti. & in l. vnica. §. sed si quis. C. de lati. liber. tol.* Item tenor † inue-
35 stituræ est potentior omni natura feudorum, & talis tenor inuestituræ non est restringendus, sed indefinite interpretandus, sicut verba sonant: *secundum Bal. in consi. 119. primi volu. incip. considerandum est, quod quando emphyteusis.* Vnde in casu nostro cum secundum tenorem dictarum inuestiturarum hæredes deberent requiri à summis Pontificibus, vt iurarent & peterent renouationem inuestituræ, ergo cum non fuerint requisiti, non possunt dici à feudo cecidisse, cum requiratur dolus vasalli in hoc: *vt est text. notabilis in ca. fi. de probi. feu. alie. per Lotha. & ibi Bald. & ibidem Bal. in l. solennibus. ad fin. C. de rei vendi. Pet. de Anch. in consi. 182. incip. D. Lazarius fuit inuestitus. in vlti. col. & ille egregius text. in d. cap. fi. assignat rationem,* quia inter dominum & vasallum nulla fraus, nec quoduis malum ingenium debet interuenire: idcirco si vasallus non dolose per annum & diem steterit, quod à domino sui beneficij inuestiturã non petierit, nõ ob hoc feudum amittit; quia dolus abesse videtur, si iusta causa impediente steterit. ita ibi ad literam formaliter dicit textus. Tritũ est autem, quod † quælibet causa etiam iniusta & temeraria 36
excusat à dolo. *l. 4. §. potest. ff. de li. caus. gl. in l. plagij crimini accusatio. & ibi pulchre Ang. C. ad legem Fla de plagiariis. gl. in l. 1. in fi. cum simil. ff. de abig.* Item post † la- 37
psum dictum tempus summi Pontifices ab eis censum annuum & consueta seruitia receperunt: ergo intelliguntur talem ingratitudinem negligentiæ remisisse: *vt est gl. notabilis in d. c. 1. in ver. mẽsem. & in gl. fi. & ibi Bal. quo. 1. temp. mil. & idem Bald. & Doc. in c. 1. in prin. quæ fuit prima cau. benefi. amit. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. D. Alex. in cons. 77. primi volu. incip. circa primum, de quo quæritur, scilicet coram quo domino. in vlti. col. & in cons. 14. secundi vol. quod incipit, viso & considerato themate suprascripto in pen. & vlti. col.* Nec dicatur, quod tales receptiones fuerunt factæ cum expressa protestatione de non præiudicando iuri cameræ: quia dicitur, quod † ista protestatio nihil operatur, 38
quando recipitur census pro futuro tempore: *secundũ Cyn. & Saly. in l. 2. C. de iure emphy. do. Ant. de Butr. & Card. Floren. in c. potuit. da. locato. & ibidem Io. de Imol. in 39. colum. & sequenti. & plenius tetigi in d. l. 2. C. de iure emphyt.*

Item cum † istud feudum sit mercenarium, 39
& emptitium, & pro eo præsletur annuus census secundum quod dixi supra in primo & etiam in secundo dubio, ideo in eo non debet præstari iuramentum fidelitatis, nec censetur iure feudatarij. *ita signanter tenet Bald. in l. liber. in vlt. col. circa princ. C. de oper. liber. Et sequitur. Do. Alex. reputãs singulariſſimum & perpetuo tenendum menti in l. vtrum turpem. ff. de verborum obligatio.*

CONSILIVM CXVIII.

Argvmentvm.

Donatio inter patrem & filium in potestate firmatur iuramento.

Iuramentum supplet defectum insinuationis.

Donatio facta pro se suisq; liberis & successoribus quibuscunque masculis, intelligitur, id est, descendentibus, non obstante quod etiam dixeris liberis, non autem intelligitur pro hæredibus.

Præscriptio non currit contra filium famil. in potestate constitutum.

Svmmaria.

1 *Donatio propter impedimentum patriæ potestatis, an sit nulla.*

2 *Obligatio naturalis oritur ex donatione facta per patrem filio.*

3 *Iuramentum præstitum super obligatione naturali reddit eam efficacem.*

4 *Iuramentum est de iure naturali, & quid spirituale. num. 6.*

5 *Patria potestas non attenditur de iure naturali & diuino.*

7 *Donatio propter nuptias valet inter patrem & filium in potestate.*

8 Iura-

8 *Iuramentum tollit defectum insinuationis.*
9 *Liberi quando ita demum admittantur, si sint hæredes.*
10 *Masculorum hæredum vbicunq; fit mentio, intelligitur de descendentibus.*
11 *Liberorum appellatione veniunt descendentes in infinitum. Intellige vt nu. 13.*
12 *Dictio,* quibuscunque, *quid significet.*
14 *Præscriptio non currit contra filiumfamilias in potestate constitutum.*
15 *Agere non valenti non currit præscriptio.*
16 *Pœna ibi esse non debet vbi non est negligentia.*
17 *Restitutio in integrum datur contra præsumptionem etiam 30. annorum.*

CONTRA donationem, quam fecit nobilis dominus Gulielmus de Damianis domino Simoni eius filio in potestate cõstituto quatuor substantialiter obiiciuntur: duo contra validitatem talis donationis, & duo contra eius execu-
1 tionem. Primo † ergo opponitur, quod talis donatio sit nulla propter impedimentum patriæ potestatis, *vt l. donationes quas parentes. C. de do. inter vir. & vxo. & l. 1. §. si pater. & l. si pater filiæ, ff. de vsucap. pro do.* Sed veritas est, quod imo talis donatio valet virtu-
2 te iuramenti, quia † ex donatione facta per patrem filio in potestate oritur naturalis obligatio. *l. frater à fratre. & ibi Bart. & alij ad hoc notant. ff. de cond. indeb.*
3 Sed † iuramentũ præstitum super obligatione naturali reddit eam efficacem: *secundum Bar. in l. si quis pro eo. in 6. membro. ff. de fideiuss. cano. in c. cum contingat,*
4 *de iureiur. & in c. cum venissent, de insti.* Itẽ † iuramentum est de iure naturali: *secundum gl. 16. q. 6. in c. authoritatem. Bal. in l. 3. C. de vsucap. pro do. vel est iure diui-*
5 *no. c. & si Christus, de iureiu.* Sed † de iure naturali, vel diuino non attenditur patria potestas, quæ est de iure ciuili. *l. nam & ciuium, ff. qui sunt sui vel alien. iuris.*
6 Item † iuramentum est quid spirituale, & in spiritualibus non curatur patria potestas. *c. si annum, de iudi. in 6. gl. in l. ait prætor, in prin. ff. de mino.* Et ita est communis opinio scribentium, quod donatio inter patrem & filium in potestate firmetur irreuocabiliter iuramento. & ita tenet Bal. *in l. 3. in vlt. q. C. de vsucap. pro do. & in repetitione l. 2. in 16. char. ff. de iureiu. & in cons. 430. primæ partis, incip. præmittendum est ad euidentiam.* D. Alex. *in l. si donatione. C. de colla. & in consi. 82. primi volu. quod incipit, visis & consideratis his, quæ in themate continentur. & in cons. 156. secundi volu. incip. viso instrumento donationis, in vlt. col. & in cons. 20. tertij volu. quod incip. ponderatis his, quæ in themate narrantur.* Idẽ simpliciter tenet Aret. *in l. placet, ff. de acqui. hære. & in cons. 17. quod incip. consideratis diligentissime, in 4. col. & in cons. 72. quod incip. præsupponitur in facto,* & ista, vt dixi, est communis opinio, quam semper legendo & consulendo tenui, & temerarium esset ab ea in iudicando recedere. Item ista non fuit donatio simplex, sed propter nuptias, & sic ob causam, quia præfatus D. Gulielmus de Damianis fecit talem donationem prędicto domino Simoni filio suo in potestate propter nuptias, & matrimonium incõtinenti contrahendum cum nobili domina Vienna, & talis donatio fuit facta in vno & eodẽ instrumento cum instrumento dotali ipsius dominæ Viennæ.
7 Sed planum est, quod † valet donatio propter nuptias in patrem & filium in potestate: *secundum gloss. & Docto. in l. 2. C. de inoffic. dona. Bal. in l. cum oportet. §. 1. in 1. colum. C. de bon. quæ libe. Paul. de Castr. in consi. 105. incipiente, circa bona quæ fuerunt domini Huberti, in secunda columna.* Secunda nullitas, quæ opponitur dictæ donationi est defectus insinuationis: *iuxta l. sancimus, §. primo. C. de dona. & l. Modestinus, ff. de dona.* Sed in hoc etiam magis communis opinio est, quod iuramẽtum † tollat defectum insinuationis requi- 8
sitæ à iure ciuili: *ita tenet Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de instrum. edi. § porro in vltima additio. Federic. de Senis in consilio 381. incipiente, casus talis est: statuto cauetur, quod donationes. Baldus in capitu. cum contingat, in 8. colum. de iureiuran. & ibi dominus Abbas in duodecima columna, & ibidem plenius Ioan. de Imol. in antepenultima charta, vbi respondet ad ea, quæ in contrarium adduci possent.* Idem tenet dominus Abbas *in consilio 202. quod incipit factum sic proponitur, quædam domina. B. in fine, & latius in consilio 214. incipiente, quatuor sunt in causa. Angelus in dicta l. sancimus, §. fina. C. de dona. & in consilio 93. quod incipit, cum lis. dominus Alexand. in l. nemo potest, in 5. colum. ff. de legatis primo.* Idem dominus Alexan. *post doctores antiquos & nouos ibi per eum relatos, in consilio 4. primi voluminis, incipiente, circa primum quæsitum in duodecima columna. & in consilio 12. primi voluminis, incipiente, viso instrumento donationis, in secunda colum. ad finem. post doctores etiam ibi per eum relatos. Et in consilio 125. incipiente, visis & ponderatis statutis, in penultima columna, & in consilio 225. incipiente, visa facti narratione, ad finem.* Vbi dicit, quod ista pars est tenenda, & quod ita vidit consultum per excellentiores doctores Italiæ, *& in consilio 156. secundi voluminis incipiente, viso instrumento donationis, ad fin. & in consilio 20. tertij volum. incipien. ponderatis his, quæ in themate narrantur, in 3. colum. & latius in consi. sequenti, qui incipit, attentis his quæ in instrumento donationis, in secunda charta & duabus colum. sequentibus. & ibi in 6. colum.* dicit, quod vidit pro ista parte consultum per excellentissimos iurisconsultos ibidem per eum relatos. Idem tenet Aretin. *in dicta l. nemo potest, in 7. colum. ff. de lega. 1. & latius in consilio 2. incipiente, intellecta, & in consilio 17. incipien. consideratis diligentissime, in 8. colum. & in consil. 47. incip. & visis & diligenter ponderatis, in vlt. col. & in cons. 77. incip. & ratio scribendi, in vlt. col.* Et ista, vt dixi, est magis communis opinio, licet nonnulli contrarium tenuerint, ideo ab ea nõ est in iudicando recedendum: secundum Bart. & alios *in l. fi. C. de pœn. iud qui mal. iudi. cano. in c. ne innitaris, de constit.* Item ista non est donatio simplex, vt etiam dixi supra in primo dubio, sed propter nuptias, & sic ob causam, quæ non eget insinuatione: *vt est tex. in l. fi. C. de dona. ante nup & ibi Bar. & alij ad hoc notãt. & tex. in auth. eo decursum. C. eodem titulo, de donatio ante nupt. & in l. fina. §. simili. & ibi Bal. C. de iure do.* Et si contra prædicta opponeretur, ꝙ vnum iuramentum non debet in casu præsenti posse operari circa duos diuersos defectus, argum. *l. 1. in fin. C. de dotis promis. & glo. in l. cum post. §. gener. ff. de dona.* Sed in casu præsenti iuramentum operaretur in ista donatione circa duos defectus, scilicet circa defectum patriæ potestatis, item circa defectum insinuationis: quia respondetur, ꝙ in præsenti instrumento donationis adsunt plura & diuersa iuramenta, & nõ vnum tantũ. Nam præfatus dominus Guilelmus iurauit ad

Sancta Dei Euangelia, tactis ipsum corporaliter scripturis, & voluit dictum iuramentum extendi ad omnes & singulos actus, omnes & singulas clausulas, ac omnia & singula capitula, ac si in qualibet dictarum clausularum, & dictorum capitulorum iuramentum huiusmodi esset expresse præstitum, deinde fecit renunciationem amplam, & etiam in specie cum iuramento renunciauit iuribus dicentibus donationem excedẽtem summam quingentorum aureorum non valere, nisi in actis fuerit iudicialiter insinuata, prout plenius in instrumento ipsius donationis potest videri. Tertio principaliter, præsuppositа validitate donationis contra eius executionem duo apponuntur. Primo, quod dicta donatio fuit facta domino Simoni, suisque liberis, & successoribus quibuscunq; masculis ex ipso futuro matrimonio procreandis, & sic filii domini Simonis non debent admitti ad dictam donationem, nisi etiam sint hæredes. Sed dominus Carolus & dominus Arenaldus non sunt hæredes neq; domini Simonis patris & donatarii; neq; domini Guilielmi eorum aui paterni, qui talem donationem fecit. Vnde cum eis non conueniant verba dictæ donationis, non etiam debent ex ea posse admitti; quia non habent qualitatem requisitam in
9 donatione: quia secũdum † prædicta verba instrumẽti requiritur copulatiue quod sint liberi & hæredes, & ita demum liberi admittuntur si sint hæredes, & non aliter. §. emphyteusin vero. *in auth. de non alie. Bar. in l. vt iusiurandi. §. si liberi in 1. q. ff. de ope. libe. Bal. in l. tale pactum. §. fi. in prin. per illum tex. ff. de pac. Ang. in l. Gallus. §. etiam si parente. & ibid. Rapha. Com. & D. Alex. in 6. & 7. col. ff. de lib. & posthu. Imol. in l. ex facto magna. ff. de hære. instit. Paul. de Castr. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. D. Alex. in cons. 44. primi volu. incip. viso themate suprascripto de omnib. de quibus in eo. in 1. col. & in plerisq; aliis consiliis, quæ non expedit aliter referre.* Et illud, q̃ dicitur in verbo, *hæredibus*, dicendum est hic in verbo, successoribus, *per notata per Bal. in l. emptorem, in 3. col. C. locati. & in terminis firmat Imol. in l. quod dicitur, in vlt. col. ff. de verb. oblig. D. Alex. in l. quædam. §. 1. ff. de eden.* Nec obstat, si diceretur, quod ista verba, & successoribus quibuscunq; masculis, intelligantur, id est, descendentibus, propter dictionem, *masculis:*
10 quia † vbicunq; fit mentio de hæredibus masculis, intelligitur pro descendentibus: quia illud adiectiuum, *masculis*, declarat illud substantiuũ, *hæredibus:* & tunc nomen, *hæredibus*, non stat proprie, nec requiritur quod tunc filius, vel nepos sit hæres vniuersalis. *ita tenet Ray. de Forli. in disputatione sua, quæ incipit, quidam habebat duos filios emancipatos, Titiũ & Seium, &c. Refert & sequitur & reputat notabile Bal. in l. Caius, in pen. col. ff. sol. matr. & in l. liberti libertæq;, in vlt. col. in vers. quid ergo si iste. C. de ope. liber. & in l. Gallus, §. etiam si parente. in vlt. col. in prin. ff. de lib. & posthu. & ibi Rapha. Com. Paul. de Cast. & D. Alex. in 3. col. Pau. de Cast. in cons. 64. incip. proponitur in casu. D. Alex. in cons. 105. primi volum. quod incip. perspectis verbis instrumenti, in 2. col.* Quia respondetur, q̃ istud posset procedere, q̃n solum esset facta mentio de hæredib. vel successorib. masculis, q̃ tunc intelligeretur pro descendentib. propter illam dictionem, *masculis*. Sed cũ in præsenti instrumento plus dicatur, sc. *suisq; liberis & successorib. masculis*, si illa dictio, *successoribus*, intelligeretur pro descendentib. essent superflua, ex quo dictum est de liberis, & † appellatione *liberorum* veniunt 11
descendentes in infinitum. *l. sed si hac. §. liberos. 2. ff. de in ius vocan. & l. liberorum. ff. de verb. sign.* sed verba debent sic intelligi, vt non sint superflua. *l. si quando, in princ. cum vulgarib. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuil. in 6.* quia nedum clausulæ, sed etiam minimũ verbum non debet esse sine virtute aliquid operandi si potest: *secundum Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 9. q. & est glo. notabilis in c. solitæ, in verb. tanquam. de maio. & obedi.* Tamen istis non refragantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod imo filii D. Simonis admittantur ex prædicta donatione, quamuis non sint eius hæredes, eo quia illa verba, *suisq; liberis & successoribus quibuscunq; masculis*. dum dicit de successoribus propter dictionẽ, *masculis*, intelligitur pro descendentibus: *secundum Bald. & doct. in omnib. locis supra proxime allegatis.* Et istud fortius procedit in casu nostro propter illam dictionem vniuersalem *quibuscunque*, † de cuius natura est alterare & im- 12
mutare propriam vocabuli significationem: quia illa dictio, *quibuscunq;*, nihil excipit: prout dicit tex. notabilis *in c. solitæ, circa fin. de maio. & obed.* Vnde si aliquis acquisiuit feudum pro se & hæredibus quibuscunque, propter dictionem, *quibuscunque*, veniunt etiam extranei, qui alias non venirent: *secundum Bal. in l. 1. in 34. & 48. q. ff. de rerum diuis. & in c. imperialem, in prin. in pen. col. de probi. feu. alie. per Frede. & in c. in præsentia, in 8. col. ad fin. de proba. D. Alex. in l. si patroni, in princ. in pen. & vlt. col. ff. ad Treb. Lud. Rom. & D. Alex. in l. etiam, in prin. ff. sol. mat. Lud. Rom. in l. id tempus, §. 1. ff. de vsucap. do. Alex. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. & in l. quædam. §. nihil interest, in 1. col. ff. de eden. & in l. quod dicitur. in vlt. char. ff. de lib. & posthu.* Ad idẽ facit gl. notabilis *in l. si. in verb. per quamcunq; personam, C. qui legi. perso. in iud. nõ hab. & in l. promittendo, in princ. ff. de iu. do.* istud etiam fortius procedit in casu præsenti, in quo nõ solum dicitur, suisq; liberis & successorib. quibuscunq; masculis, sed ẽt additur, ex ipso futuro matrimonio procreandis: ex quibus verbis patet, q̃ auus donando voluit consulere & prouidere quibuscunq; descendentibus masculis. Et sic illa verba, & successoribus, possunt intelligi pro hęredibus, cum dicat, quibuscunque, & sic venirent etiam extranei hæredes, quod esset absurdũ dicere, q̃ auus donator voluerit proprios nepotes & suos descendentes excludi à talibus rebus donatis per extraneos hæredes: *contra l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* Nec obstat, dum dicebatur, q̃ si illa verba, & successoribus masculis, intelligerẽtur pro descendentibus, essent superflua, ex quo iam dixerat, pro suis liberis, & appellatione liberorum veniunt omnes descendentes in infinitum, vt iuribus supra allegatis: quia ad hoc notabiliter respondetur, quod licet † appellatione liberorum large 13
veniant omnes descendentes: tamen proprie intelliguntur vsq; ad trinepotes tantum, & nõ vltra. *l. Iurisconsultus, §. parentes, ff. de gradibus. & ita tenet Bar. in d. l. liberorum. in vlt. col. ff. de verb. sign. & l. Gallus. §. videndum. ff. de lib. & posthum. dominus Alexan. in rub. ff. de lib. & posthum. circa princ.* Quia ergo proprie loquendo appellatione liberorũ veniunt trinepotes tantum, & non vltra, ideo dictum est, *pro se suisq; liberis*, deinde subiectum est, *& successoribus quibuscunque masculis*

masculis ex ipso futuro matrimonio procreandis, vt comprehendant non solum liberos vsque ad trinepotes, prout tale verbū proprie sonat, sed etiam successores quoscunque masculos, & consequenter quoscunque descendentes masculos in infinitum, dato quod non sint hæredes, quia dictio, *successores*, cum adiuncto, *masculos*, importat descendentes. & multo magis cum adiuncto, *quibuscunque*, & cum illo adiūcto, ex ipso futuro matrimonio procreandos, vt prædixi & isto modo verba instrumenti nō sunt superflua, imo sunt congrue apposita, & multum bene operantur, vt superius declaraui. Quarto
14 principaliter † opponitur p̄scriptio lōgissimi temporis decursa post alienationem factam dictorum bonorum donatorum. Sed respondetur, quod pater, scilicet Dominus Simon superuixit post auum annis quindecim & pluribus, vnde filiis suis familias in potestate eius existentibus non currit tunc præscriptio aliqua, cum impediantur à iure agere
15 propter propriam potestatem. Vnde filiofamilias non valenti agere non currit præscriptio. *l.1.in fi. C. de an.excep.l.1.in fi.& auth.nisi tricennalis. C.de bon.mat. l.quæcunque.§. fin. C.de bonis quæ libe.gl.16.q.3.in c.prima actione. & gl.in c.non liceat. de præscript. Bald.in l.1.in 21. oppositione, vbi rationem assignat. C. qui admitti.* Istud procedit etiam in feudis, quod nulla currat præscriptio, donec filii sunt in potestate patris: *secundum Bal.in consi.205.secundi partis, incipiente, proponitur quod inuestituræ antiquæ, in penult.col.* Et istud intantum procedit, quod etiam si statutum vniuersaliter disponeret, quod omnibus currat præscriptio, quia sua descriptio contra filiumfamilias, eo quia regula, quod impedito agere non currat præscri-
16 ptio, est regula naturalis; quia † vbi non est negligentia, ibi etiam non debet esse pœna, & ideo etiam habet locum in statutis. ita notabiliter tenet Bald. *in dicta authen. nisi tricennalis, circa princ. quem refert & sequitur Petrus de Ancha. in comment. ca. canonum statuta, de consti. in 12.q. in versi. occurrunt aliæ quæstiones.* Donec ergo vixit auus paternus, & donec vixit pater, nulla istis filiis & nepotibus currere potuit præ-
17 scriptio. Præterea † etiam contra præscriptionem triginta annorum datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ: prout singulariter notat Bart. *in l.1.§. si quis autem propter inundationem. per illum text. ff. de iti. actuque priua. cum suis vulgaribus concordantiis, quæ sunt omnibus nota.*

CONSILIVM CXIX.

THEMA.

ILLVSTRISSIMVS Dominus Marchio Montisferrati concessit spectabili dom. Ioanni Caspari de Buscha ius venandi in loco Mangani cum authoritate inhibendi quibuscunque personis facultatem venandi sub pœnis, quæ sibi videbuntur. Quæritur, an per talem concessionē marchionalem iuris venandi, & venationes prohibendi, præiudicetur hominibus dicti Mangani, qui sunt in quasi possessione ibidem venandi lōgissimo tempore, & de cuius initio nō extat memoria hominum.

ARGVMENTVM.

Princeps non potest prohibere venationes in loco, in quo homines sunt in quasi possessione venandi, & ex venationibus reditum percipiunt.

SVMMARIA.

1 *Statutum prohibitorium venationis valere: sed vide num.6.11.*
2 *Clausula motus proprij ampliat gratiam. Intellige vt num.12.*
3 *Principis contra factum ex certa scientia quis audiri non debet, declara vt nu.13.*
4 *Venatio & piscatio est cuilibet à iuregentiū permissa.*
5 *Tempus immemorabile habet vim constituti.*
7 *Monachi quando venari possint.*
8 *Venatio ab Episcopo interdicta clericis, intelligitur de alias prohibita.*
9 *Principis mens talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet.*
10 *Ius alterius in totum tollere pertinet solum ad supremum Principem.*

VIDERETVR prima consideratione per Illustrissimum Marchionem potuisse prohiberi ius venandi in dicto loco, & alteri concedi, sicut videtur † valere statutum prohibi- 1
tiuum venationis. *c.1.§.nemo retia, de pace tenen.* Vbi textus prohibet, neminem tendere retia, seu laqueos, aut quælibet instrumenta ad capiendas venationes, & per illum textum dicunt Andr. de Isernia, & Iacobus Aluarottus ibi, multoties fieri statuta pœnalia, quod perdices, vel coturnices non possint cum retibus capi, ad hoc vt nobiles cum auibus & canibus venentur. Et asserit ita solere prohibere Marchiones Montisferrati venationes in loco, in quo eis placuerit. Item in primis suis literis marchionalibus Princeps concedit dictum ius venandi suprascripto domino Ioanni Caspari motu proprio, & ex certa scientia. Vnde † clausulā, 2
motus proprii, ampliat gratiam, & tollit vitium surreptionis. *cap.si motu proprio. & c.seq. de præben.in 6.* Item Princeps rescribendo ex certa scientia, videtur vti plenitudine potestatis: *vt est gl. notabilis, quem dominus Abbas ibi plurimum commendat, in cap. ad hæc. de rescrip. & gl.in c.ex parte, 3. de offi. deleg.* Et † non debet 3
quis audiri cōtra illud, quod facit Princeps ex certa scientia, imo debet repelli, & ei imponi perpetuum silentium: *vt signanter notat Bald.in titu. de pace Constan. in 11.col. in §. si quis autem, per illum tex. in verb. non admittemus.* Sed istis non refragantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod prædicta concessio Marchionalis non præiudicet hominibus dicti loci Mangani in iure venationis, quia ita in terminis determinant canonistæ. *in cap. non est, de decimis.* Vbi originaliter Hostien. & Io. Andr. formaliter quærunt, quid si antiquitus fuerit libera venatio, vel piscatio omnibus in certo loco, nunc

autem

autem dominus dicti loci facit præconizari sub certa pœna, quod nullus de tali loco venetur, vel piscetur: quæritur, nunquid talis prohibitio valeat? & tenent, quod si hoc faciat contra voluntatem hominum siue populi, quorum interest, quod violentia est, & consequenter prohibitio illicita, & quod contraueniens non debet timere, licet de facto posset cogi pœnam soluere. Ibi ergo est aperta decisio præsentis quæstionis, & ibidem sequitur D. Cardina. Floren. *in 2. quæst. sequitur etiam ibidem Dom. Anto. de Butr.* Et sic illa decisio est communiter approbata, nec habet cõtradicentem. Et sic homines loci Mangani, qui vsi sunt solita venatione, non possunt in aliquo de iure condemnari, non obstantibus proclamationibus pœnalibus factis per Potestatem dicti loci. Pro ista communi decisione facit bene text. *in Liniuriarum. §. fin. ff. de iniuriis*, vbi dicit tex. *Sæpissime rescriptum est, non posse prohiberi quem*
4 *piscari, sed nec aucupari.* & est ratio † quia venatio & piscatio est cuilibet à iuregentium permissa. *§. feræ igitur bestiæ, instit. de re. diuis. & l. 2. & 3. ff. de acquirendo rerum dominio.* Ergo nõ potest per rescriptum principis tolli. *§. sed naturalia, instit. de iure na. gen. & ciui. & clem. pastoralis, in versicu. caterum, de re iudi.* Secundo facit; quia homines loci Magnani sunt in quasi possessione venandi tam lõgissimo tempore, quod
5 eius initii memoria non existit, & † tantum tempus habet vim constituti & priuilegii. *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. cotid. & æsti. & cap. super quibusdam. §. præterea, de verborum significatione. & per tex. in dict. §. ductus aquæ.* dicit ibidem notabiliter Angel. quod si nobilis est vsus mero imperio in certo castro per tantum tempus, cuius initii memoria non existit, & allegat se exercuisse authoritate Cæsarea, licet priuilegium non ostendat, tamen sufficit. Vnde si illustrissimus Marchio fuisset certificatus de hoc, non concessisset tale rescriptum in contrarium, aut non ita de leui, aut de facili: ergo tale rescriptum non valet. *cap. postulasti, in verb. de leui non scribimus, de rescript.* Et ibi dominus Abbas ad hoc multum notat, & reputat semper tenendum menti, & non esse alibi, & tex. *in cap. si proponente, eod. titu. & in cap. ex literis, & ibi ad hoc notat dom. Abb. de dolo & contu. & c. si motu proprio, in verb. modicum, de præben. in 6.* Tertio facit: quia aucupatio & venatio, quam exercent homines Mangani, non est ad voluptatem, nec solum est vtilis ipsis hominibus, imo est fere
6 necessaria ad victum quærendum. Nam † inde capiunt reditum annuum: *iuxta l. item si fundi. §. aucupationum. ff. de vsufruct. & l. venationem. ff. de vsur.* Nam fines dicti loci Mangani sunt montuosi, & saltuosi, & sic steriles, & tẽpore hiemali iuncta prima parte veris nix eos vt plurimum cooperit, ideo magna pars hominum dicti loci ex venatione & aucupatione necessitatibus suis quotidianis prouidet, quę si eis auferretur, leuaretur eis quodammodo victus, & panis, quem ex venditione venationum emunt. Vnde in generali prohibitione non includuntur habentes talia loca montuosa & saltuosa.
7 Vnde monachi † qui à iure prohibentur venationes exercere per se vel per suos, *cle. ne in agro. §. porro à venationibus, de statu mona.* tamen si habeant talia loca saltuosa vel montuosa reddentia ex venationibus reditum, possunt tales venationes per suos exercere: *prout tenet gloss. in d. §. porro à venationibus, in verb. personalem.* Quarto benefacit; quia rescriptum Marchionale concedens domino Ioanni Caspari, quod nullus præsumat in finibus & iurisdictione loci Mangani venari absque sui licentia. intelligitur de his, qui non habent ius venandi. Vnde per hoc non intelliguntur prohibiti homines ipsius loci Mangani, qui habent ius venandi in dicto loco ex priuilegio tanti temporis, quod eius initii memoria non existit, vt prædixi. Hoc probatur per illud, quod in specie notat Gemi. *in c. 1. per gl. 2. ibi de iura. calum. in sexto.* Vbi notat, quod † si per constitutionẽ episcopi prohibeatur venatio clericis, intelligitur de venatione, quę alias est prohibita. non autem de illa, quæ alias esset permissa: *iuxta notata per gl. in c. 1. in gl. 2. de cleri. vena.* Nam rescriptũ principis debet sane & iuste intelligi: quia † mens prin- 9
cipis præsumitur esse talis, qualis de iure esse debet: *vt notat Bald. in l. ex facto, in princip. in 1. colum. per illum tex. ff. de vulgar. & pupil. & in c. licet vndique, de offic. ordi. & in l. 2. in 4. notabili. C. de legi.* Item talis præsumitur esse intentio principis rescribẽtis, qualis legis scriptæ & naturalis rationis: *secundum Bald. in cap. 1. apud quem vel quos controu. feud. definiatur Facit gl. notabilis in cap. paratus, in glo. 3. 23. quæst. 1.* quæ dicit, quod verba in rescripto principis posita debemus conformare æquitati, licet etiam verba hoc non patiantur. Notat & sequitur Oldrad. Lauden. *in consilio 268. incip. Quæstio est, vtrum per priuilegium, ad fin. & glo. in cap. alligant, in verb. tenax 26. quæst. 8.* Item rescriptum principis intelligitur semper sine præiudicio iuris tertii, *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe, ff. ne quid in loco publi. & l. nec auus. cum gl. & ibi Bald. C. de emancip. libe. & c. super eo de offic. deleg. & c. 2. & ibi Abb. ad hoc notat, de relig. dom.* Quinto facit: quia † tollere in totum ius 10
alterius nõ pertinet nisi ad supremum principem, qui non habet superiorem, vt est Papa, vel Imperator: sed inferiores, qui superiorem recognoscunt, vt sunt Comites, Duces, Marchiones, vt Marchio Ferrariæ, istud non possunt facere, etiam si in eorum rescripto contineretur clausula, non obstante: & etiam si esset casus, in quo Imperator posset tollere: ita egregie tenet Alber. de Rosa. *in l. quoties, C. de prec. impera. offer. allegat Archidia. 25. q. 2. in summa.* Et istud refert & multum exclamat Paul. de Castr. *in d. l. quoties, dicens quod habuit de facto consulere in ciuitate Pergami:* quia dominus Pandulphus tempore, quo ibi dominabatur, per suum rescriptum liberauit quendam partialem suum ab eo, in quo tenebatur alteri Pergamensi. Nam tenet, quod non valeat tale rescriptum. Et idem dicit in duce Mediolani, quod est quotidianum & menti tenẽdum, secundum eum. Sed in casu præsenti agitur de tollendo in totum ius alterius, scilicet ius venationis competens hominibus dicti loci Mangani, igitur, &c. Per ista quinque fundamenta remanent sublata ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tñ ad ea particulariter respondetur, vt veritas magis sit in aperto. Non obstat ergo, dum primo dicebatur, quod † valet statutũ prohibitiuum venationis: 11
per tex. *in d. c. 1. §. nemo retia. de pac. tenen.* Nã respondetur, quod ille text. procedit, quando ex hoc posset sequi turbatio illius pacis publicæ. Nam multoties ex talibus venationibus oriebantur rixæ, & iniuriæ,

iuriæ, ex quibus de facili potuisset peruenire ad violationẽ illius pacis publicæ, ideo ibi prohibentur poni retia & laquei, nisi ad vrsos, apros, & lupos. & ita ibi illum tex. declarat Iaco. Aluaro. Item ille tex. *in d. §. nemo retia.* prohibet solũ venationem artificiosam, quæ fit cum retibus, aut laqueis, vel similibus instrumentis, & fit solum ad prædam: nõ autem prohibet venationem, quæ fit cum auibus, & canibus, & sic quodammodo naturaliter: *secundum D. Marti. Laud. & plenius Cardi. Alex. ibi.* Non obstat etiam, dum asseritur solitum esse per illustrissimos Marchiones Mõtisferrati prohiberi venationes in certis locis, in quibus eis placuerit: quia respondetur, hoc non esse verum in locis, in quibus homines sint in quasi possessione venandi per tam longissimum tempus, prout est in casu præsenti: imo si illustrissimi Marchiones Montisferrati prohibitiones venandi fecerint in talibus locis, eas solent reuocare, prout multis casibus potest demonstrari. Non obstat vltimũ, quod illustrissimus Marchio Montisferrati in suis primis literis, in quibus concessit præfato domino Ioanni Caspari ius solum venandi, vsus est clausula, motus proprii, & ex
12 certa scientia: quia respondetur, quod † etiam si princeps aliquid faciat motu proprio, non videtur tamen per hoc velle prẽiudicare tertio, aut iuri tertii; secundum Host. D. Anto. de Butr. Imol. & D. Abb. *in c. causam, 2. de testi. facit gloss. in clemen. si Romanus, in verb. validam, de præben.* Et dicit Bald. *in c. ad aures, de rescrip.* quod etiam si princeps rescribat cum clausula, motu proprio, tamen eius intentio non præsumitur esse, quod alius grauetur, nec ꝙ alius
13 iniuriam patiatur. Similiter non obstat † clausula, ex certa scientia: quia talis clausula nihil operatur, nisi in his, de quibus princeps præsumitur habere scientiam, vt sunt ea, quæ consistunt in iure, non autem in his, quæ præsumitur ignorare, sicut sunt facta, commercia, & bonæ consuetudines locorum. *ita signanter tenet Bald. in l. fi. in 2. col. C. senten. rescind. non pos. D. Alex. in cons. 267. incip. Viso titulo quæstionis, ad fin. & in cons. 605. incip. Viso puncto. in vlt. col. & in cons. 23. quinti volum. quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter magnificũ. & notabiliter Paul. de Cast. in cons. 157. incip. Quæstio ista vertitur. Facit, quod vult gl. notabilis in cap. pastoralis. §. præterea. in verb. ex certa scientia. & ibi pulchre dominus Abb. in 1. col. de offi. delega.*

CONSILIVM CXX.

SVMMARIA.

1 *Via benignior sequenda.*
2 *Testis vnicus quando plene probet.*
3 *Statutum quando non trahitur ad praterita, & si valet trahi.*
4 *Compromissum est quædam transactio.*
5 *Statutum tanquam iniquum debet retractari.*
6 *Statutum non curandum, quod generaliter loquatur, sed in quem eius intentio dirigatur.*

VRIDICAM arbitror esse consultationem absolutam in fauorẽ clarissimi artium & medicinæ doctoris magistri Andreæ Leonardi Nouarien sis, quod admitti debeat in collegium dominorum medicorũ Mediolani, non obstante statuto nouo per eos condito de anno 1501. quo cauetur, ne quis in præfatum collegium recipiatur, nisi sit ciuis Mediolani oriundus, aut de ducatu Mediolani, & sic de antiqua prosapia Mediolanensi, & hoc per iura, & rationes, ac fundamenta ad hoc adducta, per præstantissimum Dom. consultorem in fauorem ipsius magistri Andreæ. Et vltra adducta per eum mouet me: quia quando tractatur de aliquo recipiendo in aliquod collegium, cui aliquod statutum aduersari videatur, ibi debet fieri benigna & fauorabilis interpretatio, nõ autem rigida nec stricta, ex quo nullius præiudicium versatur: & † ex eo quod neminem lædit, be- 1
nignior via est sequenda. *l. 2. §. Varus. ff. de aqua plu. arcen. secundum Bald. in terminis, in consi. 188. secundi volum. incip. Statuto ciuitatis Veronæ cauetur, &c.* sicut in simili vltra eum videmus, quod † vnicus testis plene pro- 2
bat, vbi non agitur de alicuius præiudicio, *vt notat D. Abb. in c. proposuisti, per gl. ibi. de consecra eccle. vel alta. dom. Anto. de Butr. in c veniens, 1. de testi. & est glo. in c. nuper. eod. tit.* per quam notabiliter infert ibi Bal. ꝙ per vnum testem plene probatur, quod aliquis sit baptizatus, vel quod aliquis sit ordinatus, vel quod ecclesia sit consecrata, & similiter sacerdotium per vnum testem probatur, quia per ista nemini præiudicatur, secundum eum. Ad idem multũ me mouet; quia prædictus magister Andreas vsq; de anno 1500. die 29. Augusti fuit præsentatus præfato collegio præfatorum dominorum medicorum Mediolani, & sibi assignata fuerunt puncta pro more disputanda, & partem pecuniarum exbursauit, & pro residuo pignus idoneum ac fideiussionem dedit pro pecuniis debitis pro introitu ipsius collegii, quamuis postea disputationem ipsam non fecerit propter varia impedimenta, præsertim itinerationum, quæ sibi obuenerunt. Quibus sic stantibus teneo, quod statutum postea conditum anno sequenti 1501. non ꝓiudicet ipsi magistro Andreæ, ex quo † tale statutum simpliciter loquitur: quia 3
etiam si expresse diceret, quod trahatur etiam ad negotia præterita, tamen non trahitur ad negotia præterita decisa transactione, sententia, iuramẽto, solutione, & similibus modis: *prout expresse tenet Bar. in l. omnes populi, in 5. quæstio. principali, ff. de iusti. & iur. per iura ibi. idem per eum allegata & sequuntur cano. in c. f. de consti. Idem Bart. notabiliter in consi. 87. incipiente, Factum tale est, quod instrumentum mutui.* Et ibi Bartol. singulariter ampliat, quod eo ipso quod factum fuit compromissum de iure & de facto & compromissum acceptatũ, dicitur causa decisa transactione: quia † tale compromissum est quædam transa- 4
ctio, & sic est perinde ac si sit dictum, *transigimus pro eo quod talis arbitrabitur*: vt ibi notabiliter per eum. Et sic loquitur Bart. etiam quando negotium non est ex toto decisum: quod multum facit ad propositum nostrum. Sed in casu præsenti magister Andreas soluit partem pecuniarum pro ingressu dicti collegii Mediolanensis, & pro residuo pignus idoneũ & fideiussionem dedit, & sic videtur integram satisfeciisse. *l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. acti.* ergo dictum statutum, quod simpliciter loquitur, etiam si expresse disponeret, quod trahatur etiam ad negotia præterita, non traheretur ad præsentem casum

magistri

magistri Andreæ iam decisum solutione & satisfactione. Item bene considerandum est, quod cũ dictus magister Andreas, *vt dictum est de anno 1500. die 19. Augusti*, fuerit præsentatus collegio dominorum medicorum Mediolani, & puncta disputanda fuerint eidem assignata, & partem pecuniarũ exbursauit, & pro residuo satisfecit, & postea de anno sequenti conditũ fuerit dictum statutum, vehemens
5 præsumptio est, & euidens coniectura, quod † tale statutum cõditum de anno sequenti fuerit factum in odium ipsius magistri Andreę ex breuitate temporis: *iuxta l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. cred. & l. dubium. C. de repud. & c. officij, de elect.* & consequenter tanquam iniquum debeat, saltem quantũ ad eum, retractari *l. 1. in fi. ff. de excep. do. Bart. in d. l. omnes populi, in 5. quæst. principali, ad fin. & in l. fina. in 1. colum. ff de appella. recipi. Angel. & moder. in l. 2. ff. quod quisque iuris. cano. præsertim Moder. in capit. omnes, de consti. dom. Abb. in rubrica, extra eo. dom. Alex. in consil. 189. secundi volum. incipiente, Mature digestis his, quæ in themate continen-*
6 *tur, in 4. colum.* Non † enim est curandum, quod statũtũ generaliter loquitur, sed est aduertendum in quem eius intentio dirigatur. *l. cum pater. §. donationis. de legatis secundo.* multoties enim contingit, quod in dispositione vnum exprimitur, sed ad alium effectus dirigitur: & illud debet considerari. *l. 4. §. nunc de effectu. & l. si quis reum. §. 1. ff. de libe. lega. & l. cum dotem. ff. ad l. Falcid. & notabiliter tradit D. Alex. in consil. 210. secundi volum. incipiente, Visa facti narratione & statutis, in vltima columna.* Vbi notabiliter tradit, quando statutum concipitur verbis generalibus, sed in effectu dirigitur in odium alicuius: post Petrum de Anchar. *in comment. cap. canonum statuta, in 11. quæst. principali de constitu. & in consilio 145. quod incipit, Optimis rationibus.*

CONSILIVM CXXI.

Argvmentvm.

An sufficiant verba generalia derogatoria cum clausula, etiam si de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis, ad hoc vt dicatur derogatum primo priuilegio habenti talem derogationem specialem.

SVMMARIA.

1 *Clausula derogatoria quando deroget speciali præcedenti.*
2 *Testatoris voluntas libera esse debet vsq; ad extremum vitæ exitum.*
3 *Priuilegia quomodo tollantur.*
4 *Clausula generalis singula comprehensa sub ea comprehendit ac si esset specificata.*
5 *Rescriptum secundum generalem clausulam continens quando deroget primo.*
6 *Opinio posterior est magis deliberata.*
7 *Papa priuilegians non potuit ligare successorem.*
8 *Priuilegium concessum propter benemerita non potest reuocari.*
9 *Priuilegium concessum personæ priuilegiatæ quando operetur.*
10 *Speciali nota digna neglecta censentur, nisi specialiter exprimantur.*
11 *Rescriptum secundum quando vitiatur.*
12 *Declaratio l. omnes. C. de præs. Ioan. And. & clem. dudum. in fin. de sepul.*

VIso themate superius notato, & eleganti consilio superinde reddito, principalis difficultas in eo cõsistere videtur, an per secundum priuilegium Iulii secundi Papæ moderni intelligatur sufficienter esse derogatum priuilegio seu indulto reuerendissimi domini Cardinalis Rothomagensis, vt prouisus à dicto Romano Pontifice in dicto archidiaconatu ecclesiæ Rothomagensis præferri debeat illi, cui dictum Archidiaconatum contulit præfatus reuerendissimus dominus Cardinalis Rothomagensis vigore indulti apostolici sibi prius concessi, an vero contrarium sit de iure censendum. Dubium facere videtur: quia in dicto secundo rescripto expedito in forma cõmuni cum clausulis derogatoriis consuetis, adest clausula derogatoria, videlicet non obstantib. quibuscunque priuilegiis capitulo, seu etiam Archiepiscopo Rothomagensi concessis generaliter vel specialiter, aut sub quacunque forma verborum, quorum tenores haberi vult pro expressis, etiam si de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis. Vnde ista clausula derogatoria apposita in se- 5
cundo rescripto videtur derogare clausulæ speciali contentæ in primo priuilegio concesso reuerendissimo domino Cardinali Rothomagensi, in quo dicitur, quod illi non intelligatur derogatum, nisi in eo specialiter & expresse sit insertum, qualiter dominus Cardinalis est de illustri prosapia de Ambasia, & nisi totus tenor dicti priuilegii de verbo ad verbum fuerit insertus, *per text. in l. omnes, in verb. specialiter ac nominatim. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* quem textum notant ibi multum Bald. & Ange. & dicunt esse textum singularem & meliorem, qui sit in iure ad clausulam derogatoriam omniũ legum & statutorum positam in rescriptis, & quandoque positam in statutis, non obstantibus omnibus legibus, statutis, vel consuetudinibus, quæ in contrarium loquuntur, de quibus debeat specialis mentio fieri: nam eis intelligitur derogatum perinde, ac si specialiter & expresse & nominatim essent numeratæ. Quam clausulam dicunt, quod viderunt multoties apponi. Nam tantum operantur illa verba, quantum si de omnibus legibus, statutis, vel consuetudinibus esset singulariter & distincte facta mentio. habentur enim omnia pro numeratis, & specificatis, & omnibus intelligitur derogatum. Et per hoc inferunt, quod si testator in primo testamento apposuit clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, & postea in seqenti testamento dixit, non obstante aliquo alio testamento per me facto, etiam si de eo deberet fieri mentio specialis: nam perinde est ac si nominatim & expresse in testamento sequenti posuisset tenorem primi testamenti. ita dicunt esse casum ibi, & hoc dicunt vidisse de facto multoties, licet de hoc vltimo sint opiniones inter doctores: *vt per Bartol. & alios in l. si quis, in principio testamenti. ff. de legatis tertio. & per docto. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primo. Et idem in hoc vltimo tenuit notabiliter Frideric. de Senis in consilio 47. incipiente, habita super casu prædicto collatione conuenienti,* Vbi consuluit, quod si testator

testator fecit primum testamentũ, in quo apposuit clausulam derogatoriam, cassando & irritando omnem aliam vltimam voluntatẽ huic contrariam, tamen si postea faciat secundum testamentum, & in eo dicatur, cassans & rumpens omnem aliam vltimam voluntatem, non obstantibus quibuscunq; verbis derogatoriis in ea positis, etiam si de ipsis verbis derogatoriis de verbo ad verbum, & de toto tenore testamenti oporteret fieri mentionem specialem, tunc ista secunda sufficeret. vt eius vigore intelligatur derogatum primo testamento, in quo erat specialis clausula derogatoria, licet formaliter & in specie de illa clausula non dicatur: quia talis derogatio generalis sufficit ad derogandum priuilegio specialiter habenti quascunque clausulas speciales derogatorias, alias oportet Papam infinitorum priuilegiorum per totum orbem cõcessorum per se & suos prædecessores tenores inserere, si vellet illis derogare, quod esset absurdum secundum eum, & dicit quod ita communiter tenemus. Tamen ad istud vltimum de testamẽto posset responderi, quod aliud sit in reuocatione testamenti, quæ
2 fauorabilis videtur, & nulli infert prẹiudicium † vt libera sit voluntas testatoris vsq; ad extremum vitæ exitum. *l.1. C. de sacrosan. eccles. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de dona. inter vir. & vxor. & capit. cum Martha. de celeb. miss.* Et aliud sit in reuocatione priuilegii, quæ odiosa videtur, ex quo tractatur de præiudicio tertii. Et istam differentiam etiam considerauit, & bene Paul. de Castr. *in consilio 55. incipiente, Passus iste dubitabilis videtur.* Ad idem pro ista parte facit, quod
3 ad † tollendum priuilegia quantacunque clausulas derogatorias habentia sufficiat reuocatio generalis, per illa verba, non obstantibus quibuscunque priuilegiis sub quacunque verborum forma concessis, videtur esse text. *in cle. dudum, ad fin. de sepulturis. & in c. 2. de præben. in sexto. & in cap. fina. ad fin. cum similibus, de senten. excom. in sexto. & ita in specie tenet Io. de Ana. in con. 56. quod incipit, His quæ in facto proponũtur visis.* vbi tenet, quod si Papa indulgentiam alicui concedat, & apponat clausulam, quod illi non intelligatur derogatum propter aliud priuilegium, nisi de illo fiat mentio specialis de verbo ad verbum. Tamen dicit esse communem opinionem, quod si in secundo priuilegio adsit clausula derogatoria, & in ea dicatur, etiamsi esset faciẽda mentio de verbo ad verbum, quod propter talia verba primum intelligitur esse reuocatum, licet tenor primi priuilegii de verbo ad verbum non inseratur in secundo priuilegio. allegat notata *in cap. 1. de rescrip. & in cap. penult. de capel. mona. Idem tenet Oldrad. Laud. in consi. 117. incipiente, Bonæ memoriæ dominus Bonifacius Papa octauus.* Vbi tenuit, quod per illa verba generalia, *non obstantibus quibuscunque statutis*, intelligatur derogatũ consuetudinibus & statutis, quamuis de is non fecerit specialem mentionem, sed generalem: *per cap. quia sæpe. & cap. cum non decedat, de*
4 *elect.* & † quia generalis clausula quantum ad comprehensa sub ea sic singula complectitur, ac si essent specialiter enumerata. *l. si chorus, in prin. ff. de legatis tertio. l. 2. C. de quadri. præscrip. & l. omnes. C de præticis in sexto, in nouella. Angel. in l. diuus. §. licet. ff de iure codicil. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ad fin. ff. si quis cautio. & in consilio 274. incipiente, Bonifacius episcopus seruus seruorum, in penult. colum. Idem tenet Alber. de Rosa. in l. 1. ad fin C. quando imperator inter pupil. & viduas. vbi dicit, quod ita vidit seruari Romæ. Idem tenet dom. Anton. de Butr. in consilio 2. incipiente, Visis literis legitimationis, ad fin.* Vbi tenet, quod illa clausula generalis, scilicet, *non obstante priuilegio*, etiam si de verbo ad verbum deberet de eo fieri mentio, operatur derogationem sufficientem. Nam hæc generalia verba æquipollent expressioni de verbo ad verbum, ex quo hanc clausulam loco illius subrogat. secundum eum facit, quod tenet Bald. *in cap. cum dilecta, in vlt. colum. de rescript.* vbi tenet, quod quando Papa vult, vt tenor obstantium habeatur pro scripto de verbo ad verbum: quod tunc nulla obstantia officiant rescripto: quia contra libertatem plenitudinis potestatis Papæ nihil statui potest. Istam partem etiam tenere videtur, licet clare non se firmet dom. Abb. *in cap. cum instantia, in 2. colum. de censi.* Ista sunt, quæ prima consideratione in prẹsenti negotio dubitationem ingerere videntur. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod per secundum rescriptum habens verba generalia derogatoria, non intelligatur derogatum primo indulto, seu priuilegio stantibus verbis derogatoriis, prout in eo stant, & prout statim infra ponderabuntur: eo quia magis communis opinio videtur esse,
5 quod † per secundum rescriptum continens generalem derogationem cum illa clausula, etiam si de verbo ad verbum deberet fieri mentio specialis, non intelligatur derogatum priuilegio seu indulto habenti specialem derogationem, nisi fiat propria & specialis mentio de verbo ad verbum: *vt in cap. veniens, de præscript. & plene notatur. 25. quæst. 2. in summa. & in cap. primo de rescriptis.* nec sufficit mentio generalis, sed requiritur expressa & specifica nominum & locorum mentio: *vt est text. notabilis in cap. 2. de dolo & contuma.* Item si aliter diceremus, certe primum priuilegium esset inutile, & nunquam haberet effectum, quia semper illæ clausulæ generales derogatoriæ cum dicta forma verborum de stylo curiæ Romanæ apponuntur. & ita late tenuit ipsemet Fridericus de Senis sibi contrarius, late arguens ad partes, *in consilio 233. incipiente, Casus talis est. monasteriis cuiusdam ordinis monialium.* Et † cum ista secunda opinio fuerit posterior & 6
magis deliberata, censetur quod sit propria opinio ipsius Frideri. *iuxta glossam notabilem in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebel. notat Bartolus in l. bona fides. ff. depos. & scribentes in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. omn. iudic. cum aliis concordantiis, quæ ibidem tradi consueuerunt. Pro hac parte etiã plene consuluit Laur. de Rud. in fauorem Carthusiæ Pisanæ: prout refert & sequitur Paul. de Cast. idem consulens in consil. 314. incipiente, Quoniam adiectione non indiget plenitudo, in tertia columna & sequenti.* Sequitur etiam late & subtiliter idem Paulus de Castro, remouendo quædam contraria, quæ in oppositum facere videbantur, *in consilio 55. incip. Passus iste dubitabilis videtur.* Idem, quod quando in primo priuilegio adest clausula derogatoria priuilegiis non facientibus de eo specialem mentionem, quod tunc non sufficiant in secundo rescripto illa verba derogatoria, etiam si essent talia,

de quibus esset facienda mentio specialis de verbo ad verbum, tenet Calder. *in consilio 11. posito sub rubrica de priuilegiis, quod incipit, Habet ordo sanctæ Clarę*, vbi consuluit pro monialibus sancti Viti vrbis Pisanæ, quarum priuilegium dicit, quod non intelligatur ei derogatum, nisi fiat mentio specialis de Cardinali protectore suo. Nam consuluit, quod nulla
7 clausula derogatoria illi deroget, nisi Cardinalem nominet. Et si dicis, quod † non potuit Papa priuilegians ligare successorem. *c. fina. de rescript. in sexto:* solutio secundum eum, tamen decet successorem seruare dispositа per prædecessorem. *c. 1. & 2. 25. q. 1. & in reg. decet. & in reg. priuilegium, de reg. iur. in sexto.* Ergo non præsumitur successorem tollere, nisi exprimat, proferendo verba apta & specifica. *Idem late tenuit D. Cardi. Floren. in consilio 51. incip. dom. Gregorius Papa. & in consilio 136. incip. factum sic se habet, vacantibus canonicatu & maiori prębenda. in pen. col. & in clem. 1. in 3. oppositione, de sepulturis. Idem late sequitur Lud. Rom. in cons. 327. incip. Istæ sunt rationes, in penul. col. & in cons. 436. incip. Quod indultum Petri. & in cons. 498. incip. In casu quo quæritur, in pen. col. ita etiam tenet Cyn. in l. vnica. ad fin. C. quando impe. inter pupil. & vidu.* quę statim infra specialiter referam. Istam opinionem etiam tenet D. Felyn. Saude. *in cap. accedentes, in 4. colum. de rescrip.* vbi refert quasi omnes prædictas authoritates tenentes secundam partem. Et dicit bonum verbum in practica, quod ista est communis opinio, quod non sufficiunt dicta verba, sed requiratur specifica mentio, & quod ita tenent multi superius relati, quos si vidisset Ioan. de Anania in p allegato consi. 56. forte non dixisset aliam opinionem esse communem, secundum eum. Idem etiam tenet Felyn. easdem authoritates allegans *in c. nonnulli, in princ. de rescrip. in 9. col. in vers. amplia. 2.* Et vltra præallegata ēt addo q idem in terminis quæstionis nostræ tenet Archid. *25. q. 2. in summa, in vlt. col. quem simpliciter allegat Bal. in prælud. feu. in 4. charta, in 1. diuisione feud. circa fin.* Itē addo, q alibi in terminis tenet Bal. *in c. super literis, in 6. col. de rescrip.* vbi tenet, q licet Papa dicat, q vult haberi p specificatis, tamen non valet, ac si esset specificatum: quia ista clausula generalis est captiosa, & iuri contraria. *l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & l. cum Aquiliana. ff. de transact.* Ego licet retulerim supra in hoc passu varias opiniones, tamen in casu præsenti nō recedo ab ista secunda opinione, quam, vt dixi, Felyn. reputat esse magis communem: eo quia in casu præsenti in primo priuilegio, seu indulto adsunt multa verba derogatoria, ampla, & efficacia, quibus non puto esse derogatum per verba secundi rescripti superius relata. Nam Alexander Papa sextus concessit tale priuilegium, seu indultum reuerendissimo domino Cardinali de Ambasia Archiepiscopo Rothomagensi, ac Apostolicæ sedis legato dignissimo ob multa benemerita seruitiaque impensa ecclesiæ
8 Romanæ. Vnde † priuilegium concessum propter benemerita & seruitia remuneranda nō potest reuocari, aut non pręsumitur esse reuocatum. *l. Aquilius Regulus. & l. si pater. §. fin. ff. de dona secundum Bal. referentem se ita alias consuluisse in ciuitate Senarum, in l. si cum mihi. ff. de dolo. quem refert & sequitur Dom. Alex. in consilio 101. primi volum. quod incipit, Visis instrumentis exemptionis, in 1. colum.* Et ex quo præfatus reuerendissimus dominus Cardinalis Rothomagensis legatus Apostolicæ sedis tenebat primum & amplissimum locum in tota Gallia, quem etiam nūc meritissime tenet, credendum est indubitanter, quod multa seruitia ecclesiæ Romanæ impenderit. Vnde Papæ istud asserenti, & in hoc se firmanti standum est, *clem. literis de proba. & cap. ad audientiam. & ibi Abb. in 2. colum. de præscrip.* Facit, quod in simili tenet Barto. *in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi faci. in vlt. charta. in vers. visis & examinatis dictis regulis. Bald in c. pastoralis, in princ. de offic. deleg. dom. Alex. in consilio 30. quinti volum. incip. ponderatis narratis in themate, in 4. col. facit etiam, quod tenet Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus, in vers. quid si in literis dicitur. & quod vult gloss. in d. c. pastoralis, in prin. in verb. exonerare.* Item & secundo tale priuilegium, seu indultum fuit concessum reuerendissimo domino Cardinali Rothomagensi, eo quia est de illustri prosapia de Ambasia: & propterea Papa concedens voluit, quod ei non intelligatur derogatum, nisi in literis contrariis expresse fit insertum, qualiter D. Cardinalis est de illustri Ambasianorum prosapia. Vnde cum tale priuilegium sit expresse indultum ob nobilitatem excelsæ familiæ, debuit in derogatione fieri specialis mentio de eius illustri familia, & sic de eius cognomine, & tanto magis cum istud Papa expressit: *per tex. in prædallegato cap. 2. de dolo & contu. Et per illud, quod tenet Cyn. in d. l. vnica, ad fin. C. quando impe. inter pupil. & vidu. vbi dicit vid esse quæstionem de facto. Papa concessit quibusdam sororibus religiosis, ne teneantur soluere collectas aliquas vel procurationes: accidit, quod venit Cardinalis, vel alius legatus habens in priuilegio quod posit imponere collectas pro sua procuratione, non obstante aliquo priuilegio. Nunquid prædictæ sorores tenebuntur: & determinat per illam l. quod non*: Quia † vbi conceditur primo priuile- 9
gium personæ priuilegiatæ, non valet secundum, nisi de priuilegio, vel conditione personæ, cui fuerat concessum primum priuilegium, faciat mentionem, etiam si in secundo diceretur, etiam si de eo nos oporteret facere specialem mentionem, adhuc non sufficeret: *per ea quæ dixi in l. vnica. C. per procuratorem caus. in integr. resti. agi pos. refert & sequitur Ludou. Rom. in prædallegato consi. 327. incip. Istæ sunt rationes, in 3. col. & in d. cons. 456. incip. Quod indultum Petr. in 4. col. facit tex. in c. qui ad agendum. in prin. de procu. in 6.* Vnde in proposito nostro non sufficit, quod in secundo rescripto sit facta mentio generalis de priuilegiis capituli, vel etiam Archiepiscopo Rothomagensi competentibus. Illa enim mentio Archiepiscopatus Rothomagensis non fuit sufficiēs, cum debuerit exprimi quod esset Cardinalis, & de illustri familia de Ambasia. Ea † enim quę speciali nota 10
digna sunt, nisi specialiter exprimantur, videnē esse quasi neglecta: *vt inquit tex. in l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniuriis. & in clem. vnica, ad fin. de excess. præla. glo. in cap. 2. de præben. in sexto.* Item & tertio Papa concedens voluit standum esse illi primæ gratiæ, & non posterioribus literis contra ipsam impetratis, etiam si in posterioribus literis essent verba vniuersalia derogatoria quorumcunque non obstantium. Vnde stare debemus menti Papæ concedentis, de qua ex tenore gratiæ apparet euidenter. *capitulo authoritate, de concess. prębend. in sexto.* Item & quarto dictum primum priuilegium habet

clausu-

clauſulam annullatiuam & irritatiuam, quia ceſſat, irritat, & annullat quaſcunque prouiſiones, collationes, ac ordinationes de cętero faciendas, & proceſſus quoſlibet inde ſequutos, niſi forma prædicta ſeruata fuerit. Vnde † propter talem clauſulam annullatiuam & irritatiuam debet ſecundū reſcriptum vitiari; *iuxta cap. dilecto. circa fin. de præben. & gl. notabilem in cle. prima, in verb. inhibentes, de iure patron.* Item quinto, Papa in dicto primo priuilegio ſeu indulto expreſſe diſponit, quod per quaſcunque clauſulas derogatorias non cenſeatur derogatum dicto indulto, niſi vt ſupra facta mentio fuerit. In quibus terminis non loquuntur doctores ſuperius in contrarium adducti. Vnde concludit dominus Abbas *in c. cum inſtantia, de cenſibus, poſt relatas duas opiniones Frideri. de Senis ſibi contrarij*, quod in hac materia debemus ſemper conſiderare clauſulas primi & ſecundi priuilegii, & ſecundum earum vim debemus iudicare vel pro primo priuilegio, vel pro reuocatione, *ita ibi reſidet dominus Abbas & Fride. de Senis in præallegato conſil. 233. & D. Cardi. Floren. in præallegato conſilio 136.* Vnde ſi bene conſideremus dictas quinque qualitates poſitas in primo priuilegio conceſſo Reuerendiſſimo domino Cardinali Rothomagenſi, quas ſtatim ſupra proxime ponderaui, nullatenus dicemus, quod per verba generalia, & ſimpliciter derogatoria, contenta in ſecundo reſcripto, intelligatur ſufficienter derogatum. Tenendo iſtam partem non obſtant ea, quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur. quia licet ex præmiſſis fundamentis appareant claræ reſponſiones, tamen, vt veritas magis eluceſcat, ad ea particulariter reſpōdetur. Et in primis ad tex. *in l. omnes, in verb. ſpecialiter & nominatim. quem ibi multum ponderant Bald. & Ang. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & tex. in d. clemen. dudum, ad fin. de ſepul. cum aliis iuribus ſuperius allegatis.* Quia reſpondetur, quod illa iura loquuntur in reuocatione, quæ fit per ius cōmune, non ſic vbi derogatio fit per aliud priuilegium: *vt declarat Io. Andreæ. in cap. 1. de exceſ. prælа. in 6. Felin. in d. c. accedentes, in 4. colum. de præſcriptio. Angel. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ad fin. ff. ſi quis cautio.* Non obſtant etiam authoritates ſuperius relatæ doctorum tenentium contrarium: quia, vt ſuperius dixi, iſta ſecunda opinio videtur eſſe magis communis. Præterea doctores ſuperius relati non loquuntur in terminis, in quibus ſunt appoſita tam efficacia & prægnantia verba, prout ſunt in iſto priuilegio, vt ſupra ponderaui. Non obſtat etiam aliud fundamētum Fride. de Senis, quod oporteret Papam inſerere tenores infinitorum priuilegiorum per ſe & ſuos prædeceſſores conceſſorum, ſi vellet eis derogare: quia reſpondetur ſecundum D. Cardin. Floren. *in præallegato conſi. 51.* quod hoc non erit multum difficile, quia in regiſtro Papæ hoc facile apparebit, quibus priuilegia cōceſſa ſunt ſub illa forma ſpeciali. Et ſi diceres poſſent eſſe prædicta regiſtra curiæ Romanæ, & ſic Papa neſciret qualem mentionē oportet facere: reſpondet idem D. Cardi. hoc eſſe de raro contingentibus, ideo non eſſe attendendum. *l. ex his. & l. nam ad ea. & l. ſeq. ff. de legi.* Et quando iſtud contingeret, tunc ſufficeret clauſula generalis, nō obſtante priuilegio ſub quacunque forma verborum conceſſo, ſecundum eum.

† 11

12

CONSILIVM CXXII.

THEMA.

VIſo proceſſu cauſæ vertētis corā Magnifico domino capitaneo & commiſſario ciuitatis Sarzanæ inter venerabiles moniales ſanctæ Claræ ordinis minorū de obſeruantia dictæ ciuitatis ſeu earum ſyndicum ex parte vna, & dominam Lucam ac Lucretiam eius filiam, ſeu dominum Galeacium earum procuratorem ex parte altera, occaſione duorum teſtamentorum conditorum per quondam dominā Mariam de Vlphſeriis Sarzanenſem, in quorū primo inſtitutæ ſunt hæredes vniuerſales dictæ moniales: in alio vero ſecundo ſunt inſtitutæ dicta domina Luca & Lucretia eius filia. Item viſo ſtatuto ciuitatis Sarzanæ poſito ſub rubrica, de collegio iudicum, medicorum, & notariorum: quo cauetur, quod notarii forenſes non matriculati non poſſint conficere inſtrumenta de aliquibus contractibus, & vltimis voluntatibus, & vltimis voluntatibus, & quod talibus ſcripturis non detur aliqua fides, imo nullius ſint efficaciæ, roboris, & momenti. Et ſtatuta Sarzanenſia fuerunt approbata, & confirmata per magnificos dominos protectores ſancti Georgii. Item viſis omnibus quæ in facto & in iure deducta fuerunt per clariſſimos vtriuſque partis aduocatos, & omnibus & ſingulis diligenter & mature conſideratis, & æquo libramine ponderatis, dicam quid iuris eſſe ſentiam, & quæ ſint partes in hac cauſa præfati magnifici domini capitanei & commiſſarii Sarzanenſis, qui dictū proceſſum, & dicta iura ex partium electione ad me deferri iuſſit.

SVMMARIA.

1 *Donatio cauſa mortis vbi fit irreuocabilis, illa cenſetur eſſe donatio inter viuos.*
2 *Statuta confirmantium dicuntur potiùs, quam condentium.*
3 *Teſtamentum conditum ad pias cauſas non debet tolli per ſecundum. vide nu. 5.*
4 *Teſtamentum primū tollitur per ſecundum validum. num. 6. 11.*
7 *Notarij imperiales vbiq; poſſunt teſtamenta condere.*
8 *Statutum inualidum non cenſetur confirmatum generali ſtatutorum confirmatione.*
9 *Qualitas probanda.*
10 *Statuto per contrariam conſuetudinem derogatur.*
12 *Iuramentum non impedit reuocari teſtamentu, quando eſt contra bonos mores.*

IN præsenti causa consideratis substantialibus, & prætermissis non necessariis, prima consideratione videretur dicendum, prædictas moniales habere potiora iura; quia in primo testamento, in quo sunt institutæ hæredes, dicitur, quod dictus testator voluit suam vltimam voluntatem valere iure testamenti: & si iure testamenti non valebit, quod valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis irreuocabilis, præsente domina Abbatissa dicti monasterii, & pro ipsis monialibus, & pro ipso monasterio acceptante.
1 Sed sic est, quod † vbi sit donatio causa mortis irreuocabilis, illa censetur esse donatio inter viuos. *l. vbi ita donatur. & l. senatus. §. mortis causa. & l. si alienam. §. 1. ff. de donatio. causa mor.* Ergo cum per dictam donationem fuerit acquisitum ius in dictis bonis & hæreditate ipsis monialibus, præsente domina Abbatissa, & acceptante, ergo dato quod primum testamentum esset reuocatum per secundum, tamen non erat reuocata dicta donatio. *Et ita tenet Dyn. in reg. quod semel, de reg. iur. in 6. Oldr. Lauden. in consil. 114. incipiente, factum est tale, quædam mulier condidit testamentum. Cyn. in l. 1. in vltima quæst. C. de sacrosanct. eccles. Alberic. de Rosat. in l. si quis in principio testamenti, ff. de legatu tertio.* Et in hoc fundamento clarissimi domini aduocati ipsorum monialium faciunt magnum capitale, & putant istud solum sufficere ad decisionem præsentis causæ. Secundo pro eadem parte facit, quia secundum testamentum fuit rogatum manu notarii forensis non matriculati in matricula notariorũ Sarzanẽsium, vnde vigore statuti Sarzanensis superius relati, redditur nullius efficaciæ, roboris & momenti. *facit l. non dubium. C. de legib. &*
2 *l. cum lex. ff. de fideius.* Et † statuta ciuitatis Sarzanæ fuerunt confirmata per magnificos protectores sancti Georgii, vnde dicuntur potius statuta ipsorum dominorum confirmantium: *secundum Bald. in l. ex placito. in 4. colum. C. de rerum permut. facit cap. si apostolicæ, de præben. in 6. & l. 1. ante med. C. de vete. iur. enucle & quod vult gloss. in §. fina. instit. de tutelis.* Tertio dicta domina Maria testatrix in primo testamento fecit votum Deo, & sanctæ Claræ de nõ reuocando illud: Ergo in secundo testamento debebat fieri specialis mentio, & in indiuiduo derogatio de tali voto facto: quod cum non fuerit factum, non intelligitur derogatum primo testamento per secundum. *l. si quis in principio testamenti. & ibi per Bart. ff. de legatis tertio. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis*
3 *primo.* Quarto: quia primum † testamentum est conditum ad pias causas: ergo non debet tolli per secundum: *auth. hoc inter liberos. C. de testa.* cum monasterium habeatur loco filii, *authen. nisi rogati. & in corpore vnde sumitur. C. ad Trebel. & cap. in præsentia, de proba.* Item summa est ratio, quæ pro religione & pia causa facit. *l. sunt personæ. ff. de religi. & sumpti. fune. & cap. fina. de re iudic. & 14. quæst. 2. cap. super prudentia.* Item tutior via pro anima & pro iustitia naturali est semper iuuare testamenta inquantum est possibile, & maxime ad pias causas, in quibus non est de apicibus iuris disputandum: *secundum Bald. in consilio 216. primæ partis, incipiente, Verba testamenti sic dicunt, ad fin.* Ista sunt in effectu & in substantia potiora fundamenta, quæ in fauorem ipsarum monialium adduci videntur, omissis (vt dixi) non necessariis. Sed præmissis non obstantibus cõtrariam partem arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod secundum testamentum, in quo sunt institutæ hæredes vniuersales dicta domina Luca & Lucretia eius filia, sit de iure validũ & exequendum, & per illud intelligatur esse reuocatum primum testamentum, in quo dictæ moniales primo loco fuerant hæredes vniuersales institutæ ex infrascriptis, ex quibus apparebunt resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Nam trita
4 est regula, quod † per secundum testamentum validum ipso iure tollitur primum præcedens. *§. posteriore. instit. quib. mod. testa. infir. & l. cum in secundo. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. & l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posthum. & l. si iure. ff. de legatis tertio. & l. sancimus, in versi. i: so iure. C. de testa.* Et ideo in secundo testamento semper inest tacite clausula, cassans & reuocans, dato quod per testatorem non apponeretur. *l. hæredem. cum gloss. ff. de iis quibus vt indign. secundum Bald. in l. fina. in 5. quæst. C. de edi. diui Adria. tol.* Et ista regula, quod secundum testamẽtum tollat ipso iure præcedens; procedit etiam si in primo testamento fuisset instituta pia causa, quando secundum testamentum esset solenne & conditum coram septem testibus, prout in casu in præsenti, secus si tantum quinque testes in secundo testamento interuenissent. ita expresse determinat do. Abb. Panorm. *in consilio 11. primæ partis, quod incipit, In causa quæ vertitur inter hospitale sanctæ Mariæ, in penult. col.* & hoc modo tollitur vltimum fundamentum, quod adduxi pro parte contraria, dum dixi, quod primum testamentum conditum ad pias causas, non tollitur per secundum: quia istud est falsum, quando secundum testamentum esset solenne & conditum coram septem testibus: eo quia licet in dubiis fauendum sit piæ causæ, & summa sit ratio, quæ facit pro religione, vt in iuribus supra in contrarium adductis, tamen † propter hoc fauore piæ causæ
5 non est licitum deuiare à tramite, & regulis iuris, nec alii debet iniustitia fieri. *ca. ex tenore, de so. compe. Io. de Anania in consi. 68. incipiente, Viso statuto.* Vnde quando essemus in casu dubio, quod testamentum esset posterius, puta quia in vno esset relictum ad pias causas, & in alio esset relictum seculari, in dubio illud testamentum præsumeretur esse posterius, in quo esset relictũ ad pias causas: secundum Ludou. Roma. *in repeti. authen. similiter. C. ad l. Falcid. in 12. speciali pia causa inter vltimas voluntates.* Sed nos sumus in casu certo, in quo cõstat, quod testamentum, in quo fuit instituta domina Luca & eius filia, fuit posterius, & fuit solenne, & conditum coram septem testibus: Ergo per illud fuit reuocatum primum præcedens testamentum, in quo moniales
6 fuerunt institutæ. Nec obstat † illud, quod secundo loco opponebatur, quod istud secundum testamentũ erat confectum manu notarii forensis non matriculati in matricula notariorum Sarzanensium: Ergo tale testamentum secundum videbatur esse nullum, & nullius roboris, & effectus, vigore statuti conditi per notarios Sarzanenses superius relati: quia dicitur, quod tale statutum est nullum, & non præiudicat ipsi secundo testamento, prout expresse determinat Bartol. *in l. fin. in penult. colum. in versi.*

versi. Quæro, super quibus possunt facere statuta. ff. de collegiis illicitis. Vbi tenet, quod licet collegia approbata, vt est collegium notariorum, possint facere statuta super his, quæ pertinent ad artem suam, non super aliis: *vt l. fina. & ibi notatur. C. de iurisdict. omn. iudic.* tamen nõ possunt facere legem vel statutum, per quod alii præiudicetur: vtputa si faciunt legem, vt certæ personæ tantum possint illam artem exercere, & non alii, vt est in casu nostro. Nam istæ eorum leges sunt reprobatæ: *vt l. 1. C. de monopo.* & ad istam decisionem Bart. non inuenio per dominos aduocatos monialium fuisse sufficienter responsum. facit quod notat Bal. *in auth. habita in 3. col. & in 3. q. c. ne filius pro patre.* Nec obstat, quod videatur valere tale statutũ disponens, quod nõ valeant testamenta scripta per Tabellionem, qui non sit matriculatus, prout videtur fuisse de mente Ange. *in repet. l. si vacantia. in 10. colum. C. de bon. vacan. libro 10. quem refert & sequitur dominus Alex. in l. fina. in secunda colum. C. de testa.* quia respondetur, quod Ang. & D. Alex. non tangunt aliquid, an tale statutum valeat vel non: sed præsuppositio quod essemus in casu, in quo valeret, puta quia fuisset expresse confirmatum à supremo Principe, nunquid tempore pestis, & sic tempore necessitatis posset testamẽtum confici per notarium non matriculatum: Et quod tale statutum notariorum non valeat, expresse, vt dixi, tenet Bartol. *in d. l. fina. ff. de colle. illi.* Item collegium notariorum ciuitatis Sarzanæ non potuit statuere, quod notarii non matriculati in dicto collegio non possint conficere instrumenta testamẽtorum & vltimarum voluntatum in dicta ciuitate, & eius
7 comitatu; quia † cum officium notariatus conferatur ab Imperatore, vel ab habente potestatem ab eo, certe tales notarii imperiales possunt vbique instrumenta conficere: *secundum Specul. in titu. de instrum. edi. §. restat, in verficu. & nota, quod tabellio. Barto. in l. apud proconsulem, ff. de manumi. vindi. & in l. 2. ff. de offic. proconsu.* non obstantibus talibus statutis prohibitiuis conditis per ipsos notarios, quæ possunt dici monopolia, & sic sunt ipso iure nulla. *d. l. 1. C. de monopo.* nec potest inferior derogare facto superioris. *cap. cum inferior, de maio. & obedi. & capitu. venientes, de iureiuran.* Nec etiam obstat, quod statuta Sarzanensium fuerint confirmata per magnificos dominos protectores sancti Georgii: quia respondetur, quod istud statutum notariorum Sarzanensium prohibens notarios forenses conficere in-
8 strumenta, non fuit specialiter confirmatum, † & in generali confirmatione statutorum non intelligitur confirmatum illud quod est iniustum vel inualidum, *argum. l. 1. §. 1. ff. de his quæ in testa. delen. & est tex. in cap. 1. de iureiuran. in sexto.* Facit *l. diuus, §. nec generalem. ff. de falsis.* Et ita expresse tenent Barto. & Ang. *in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. si constat, ff. de appella. & in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles.* Bald. *in l. 1. in 1. colum. ff. de consti. pri. & in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ libe. & in capit. in præsentia, in 5. colum. in fi. & principio sequentis, de proba.* Et quod in generali confirmatione statutorum non intelligantur confirmata statuta, quæ essent iuri contraria, vel quæ aliquod ius nouum inducerent, tenet notabiliter Bald. *in cap. 1. per illum tex. in titulo, per quos fiat inuesti. & Baldus in l. 3. C. de preci. impera. offe.* Ludouic. Roma. *in consilio 218. incip. Præsens casus duplicem habet dubitationem, in 3. colum.* dominus Alexan. *in consilio 58. primi voluminis, incip. viso instrumento & titulo quæstionis, in antepenult. colum.* Præterea & secundo magnifici domini protectores sancti Georgii non potuissent confirmare dictum statutum in præiudicium notariorum creatorum ab Imperatore, vel ab habente potestatem ab eo: *per regulam d. cap. cum inferior, de maio. & obed. & d. c. venientes, de iureiur.* Præterea & tertio magnifici domini protectores sancti Georgii non confirmarunt simpliciter ista statuta Sarazanensia, sed qualificate, hoc modo, videlicet, confirmamus & approbamus talia statuta secundum vestram solitam consuetudinem. Sed de solita consuetudine nihil super hoc fuit deductum, nec probatum pro parte monialium, quæ se fundant in dicta approbatione, † ergo debebant probare qua- 9
litatem in ea contentam. *l. Fulcinius. §. cum hoc. & ibi notat Barto. ff. ex quibus caus. in pos. eatur. & l. 1. §. quod autem ait prætor. & ibi Barto. ff. ne quid in flu. publi. & l. penult. §. docere. & ibi notabiliter Paul. de Cast. ff. ne quis eum qui, dominus Abbas in c. licet causam, in septimo notabili, de proba.* Item tale statutum notariorum Sarazanensium prohibens notarios forenses non matriculatos non conficere instrumenta in ciuitate Sarzanensi, non est in vsu, imo contrarium longo tempore fuit obseruatum, vt patet ex dispositionibus testium super hoc examinatorum. Vnde † illi sta- 10
tuto fuit per contrariam consuetudinem derogatum: *secundum glo. in cap. 1. & ibi Docto. de treug. & pac. & in l. rem non nouam. in verficu. tactis. & ibi notabiliter Bald. C. de iudi. Barto. in l. fina. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furi. Bald. in authen. omnes peregrini, in vlt. colum. C. communia de succes. & cap. fina. in 7. colum. de consue. cano. in c. quia circa, de consanguin. & affi.* Et sufficit, quod transiuerint decem anni à tempore conditi statuti, quibus non fuerit obseruatum statutum ad hoc vt tale statutum nullius sit effectus, etiam superiore ignorante: *vt est glo. in cap. fina. de consuetu. in sexto.* Non obstat aliud fundamentum, quod fuit primum in ordine partis contrariæ, in quo spectabiles domini aduocati partis contrariæ faciunt magnum, vt etiam supra dixi, fundamentum, quod in primo testamento adsit clausula, quod si non valet testamentum iure testamenti, valeat iure codicillorũ, vel donationis causa mortis irreuocabilis, quæ cum sit irreuocabilis, dicitur donatio inter viuos, ergo non reuocatur per secundum testamentum: *secundum Dyn. in reg. quod semel. Oldra. Laud. Cyn. & Alberic. in locis supra allegatis:* quia † dico, quod illa opi- 11
nio Dyn. est per Bart. & alios Docto. communiter reprobata. Et contrarium consuluit idem Dyn. *in consil. 10. incip. Quæstio talis est, Titius. & illud quod tenet Dyn. in d. regu. quod semel. ibi, reprobat Bar. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & in l. cum duobus. §. idem respondet. ff. pro socio. & in l. stipulatio hoc modo concepta. circa princip. & ibidem Ang. & Moder. ff. de verb. oblig.* & ibi dom. Alex. *in 1. col. in fin. dicit, quod communis opinio est contra Dyn. in dicta regu. & Oldra. & Cynum in locis præallegatis, cum multis concordantiis doctorum, quas ibi allegat dom. Alex. idem dom. Alex. in consi. 83. secundi volu. quod incipit, Visa facti narratione, in penult. colum. & dicit Baldus in l. ex testamento, in fi. C. de fide. com. quod Oldradus determinauit contrarium in consiliis suis, & loquitur*

in hac materia satis imperite, & Dyn. eius præceptor fecit eum errare qui tenuit eandem opinionem in d. cap. quod semel placuit, de reg. iur. in 6. Vnde istud fundamentum adductum per clarissimos dominos aduocatos nõ videtur de iure posse procedere, etiam si expresse fuisset facta donatio inter viuos, quomodocunque concipiatur dicta clausula, siue testator in testamento dicat, *& si contingat me mutare testamentum, ex nunc dono eidem Titio, quem institui hæredem, omnia bona mea.* quod si postea reuocet testamentum, quod etiam talis donatio non valebit, tanquam facta in pœnam mutationis testamenti, & tendens ad auferendam liberam testamenti factionẽ, quod est contra bonos mores. *d. l. stipulatio hoc modo concepta. & d. l. cum duobus. §. idem respondet. & ita tenet Bart. in d. l. si quis in principio testamenti. & in d. l. cum duobus. §. idem respondet. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta. circa princ. & ibi Angel. & alij scribentes cum multis concordantiis ibi traditis per D. Alexan. in 1. col. & vt ibi attestatur dom. Alex.* ista est communis opinio, vnde ab ea non est in iudicando recedendum. *secundum Bart. in l. fi. C. de pœna iudi. cano. in c. 1. & in c. ne innitaris, de constitu.* siue etiam testator dicat, *quod si testamentum non valet iure testamenti, quod valeat iure donationis inter viuos,* quam facit notario præsenti & recipienti tanquam publicæ personæ, prout & in casu nostro: & tunc si postea testator faciat secundum testamentum, per quod reuocatur primum, nõ posset postea agi ex tali donatione inter viuos, tanquam captiosa & contra bonos mores, & consequenter non valet, neque tenet, ne per eam impediatur libera testandi factio. ita in terminis tenet Bald. *in l. hæredes palam. §. fin. circa fin ff. de testa. vbi reputat esse nouum dictum & verum. & sequuntur ibidem Angel. Imo. Paulus de Castro, & Aret. Idem in termin is notabiliter tenet Baldus in l. ex testamento. C. de fideicommiss. Petrus de Ancharano, & Ioannes de Imol. in rubrica extra de testamen. dominus Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, in 1. colum. & in consilio 83. secundi voluminis, incip. Visa facti narratione, in penult. colum. ad fin. & principio sequentis. facit, quod tenet Bartolus in l. 1. in 15. quæst. ff. de iure codic.* Non obstat aliud tertium fundamentum, dum dicebatur, quod domina Maria testatrix fecit votum Deo & sanctæ Claræ de non reuocando illud primum testamentum: ergo in secundo testamento debebat de hoc fieri specialis mentio: quia re-
12 spondetur, quod † nedum votum, imo nec iuramentum appositum in primo testamento impedit illud reuocari, cum sit contra bonos mores. *d. l. stipulatio hoc modo concepta. & sic non est obligatorium in regu. non est obligatorium, de reg. iur. in sexto. Et ita tenet Bar. in d. l. si quis in prin. testamenti. & in d. l. cum duob. §. idem respondet. cum aliis concordantiis ad hoc traditis per dom. Alex. in d. l. stipul. hoc modo concepta, in 2. col.* vbi dicit, quod omnes doctores ita concludunt. Et vltra allegata per eum, ita etiam tenet dominus Abbas *in consi. 41. 2. vol. quod incip. In quæstione, q̃ vertitur seu verti speratur.* Per ista omnia concludo, partes magnifici domini Capitanei & commissarii ciuitatis Sarzanæ esse in pronunciando dictum secundum testamentum, in quo fuit instituta hæres vniuersalis domina Luca & eius filia, esse de iure validum, & exequendum, & eius vigore eas vel earum procuratorem esse mittendum in possessionem bonorum & hæreditatis dictæ quondam dominæ Mariæ de Alpheriis Sarzanensis.

Die 8 Iulij 1508. Sarzanæ.

CONSILIVM CXXIII.

THEMA.

VIso testamento magnifici & excelsi domini Ludouici comitis Challandi, in quo inter cætera legauit magnificæ ac præstantissimæ dominæ Margaritę de Camera comitissæ Challandi eius vxori vsumfructum castrorum Aymauillæ, & Castellionis, cum emolumentis & iuribus quibuscunque dictorum castrorum. Item viso instrumento dotali, in quo præfatus magnificus dominus Ludouicus pro dote & augmento dotis prædictę dom. Margaritæ hypothecauit castra villæ Challandi & Verezij, cum bonis & iuribus ad ipsa castra pertinentibus, & constituit vsumfructum prædictorum locorum dictæ dominæ Margaritæ, quousque eidem facta fuerit restitutio dictæ dotis. Item visa seriosa facti narratione ad me transmissa, & omnibus diligenter matureq; æquo libramine ponderatis, prætermissis non necessariis, & iis quæ sunt clara & expedita, de duobus principaliter videtur posse probabiliter dubitari. Primo, vtrum testator in feudo nobili dictorum duorũ castrorum potuerit in testamento relinquere vsumfructum vxori suæ, absque consensu directi domini. Secundo, vtrum dicta vxor debeat de iure habere duplicẽ vsumfructum, scil. dotalem & testamentarium, an vero altero debeat esse contenta, vt sic secundus vsusfructus legatus in testamento intelligatur relictus animo cõpensandi cum primo dotali.

ARGVMENTVM.

An in feudo nobili possit vasallus vsumfructum constituere sine consensu directi domini?

Vtrum vxor debeat habere duplicẽ vsumfructum, scilicet dotalem & testamentarium, an vero altero debeat esse contenta, vt sic secundus intelligatur relictus animo compensandi cum primo.

SVMMARIA.

1 *Testatoris dispositio non valet in feudalibus.*
2 *Vasallus an possit constituere vsumfructum in feudo, absq; domini consensu.*
3 *Prohibitus alienare censetur & prohibitus vsumfructum constituere.*
4 *Vasallus potest constituere seruitutem in re feudali, quid in emphyteuta. nu. 7.*

5 Emphy-

5 *Emphyteuta potest facere vsufructuarium & vsuarium in fundo emphyteutico.*
6 *Declaratio l. prima. §. item in fundo. ff. quibus mod. vsufruc. amittatur.*
8 *Vasallus an possit dare feudum in dotem in præiudicium domini.*
9 *Vxor an debeat habere duplicem vsumfructum.*
10 *Testator in dubio videtur minus grauare hæredē, quam sit possibile.*
11 *Debitor legans creditori quādo censeatur nulli compensare. 13.*
12 *Nemo liberalis existit in necessitatibus.*
14 *Vsusfructus causa cessante cessare debet vsusfructus dotalis.*
15 *Hypotheca non cadit pro dote actualiter non soluta.*
16 *Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus.*
17 *Hypotheca cum translatione possessionis in feudis nobilibus non potest constitui absq; domini consensu.*
18 *Statutum in dote in eius augmento statutum censetur.*
19 *Priuilegium omne datum principali porrigitur ad eius augmentum.*

CIRCA primum cōsultationis articulum, in quo quæritur, Nunquid in feudo nobili possit testator relinquere vsumfructum vxori, sine consensu directi domini, videretur prima con-
1 siderationedicendum quod non: eo quia † in bonis feudalibus non valet dispositio testatoris, nec vasallus potest de feudis testari: & si testetur eius dispositio nihil valet: *vt est text. in ca. 1. de succes. feud. Bal. in cap. 1. §. donare. in 2. columna. qualiter olim feudum poterat aliena.* nisi statuto vel consuetudine esset data facultas vasallo testandi de bonis feudalibus: *secundum Bald. in d. c. 1. circa fin. in penulti. quæstione. de succes. feud. & latius in cons. 275 secunda partis incipiente, Quod pro regula in feudis traditur &c.* Imo non potest vasallus etiam pro anima testari de feudo: *vt est text. in ca. 1. §. donare. & ibi Bal. qualiter olim feu. po. alie. & in c. imperialem. in princip. & ibi Bald. in penulti. columna. de prohibita feud. alie. per Frideric.* Item vasallus non potest de feudo testari etiam interueniente consensu domini feudi, nisi in præiudicium ipsius principis consentientis, *cap. 1. de alie feud. pater. domi. Alexand. in consilio 15. quinti volum. incipiente, Visis narratis in themate. in vlti. columna.* Secundo in terminis & in spe-
2 cie, † quod vasallus non possit constituere vsumfructum in feudo sine consensu directi domini, est gloss. ordinaria, quæ ita tenet, *in c. 1. §. 1. in verb. alienationes. de capit. Corradi. & illa gloss. est communiter approbata secundum dom. Alexand. in consilio 17. quinti volum. quod incip. Attentis narratis in themate. in 1. col.* Confirmatur; qa vasallus est prohibitus alienare rē feudalem sine consensu directi domini. *d. cap. imperialem. in princ.* adeo vt etiam propter necessitatem alienari non possit secundum Bald. *in cap. 1. §. aut si libellario. in*
3 *penultima column. quibus modis feudum† amittatur*, sed prohibitus alienare censetur prohibitus vsumfructum constituere: *l. fin. C. de rebus alie non alienan.* Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod imo vasallus potest in feudo nobili constituere vsumfructum sine consensu domini: *vt est text. in cap. 1. §. quid ergo. de inuesti. de re alie. facta.* quem tex. Bald. ibi reputat ad hoc multum singularem, quod † vasallus potest constituere seruitutem in re feu- 4
dali sine consensu domini, quod intelligit ibi Bal. & bene, procedere cum grano salis, quod valet ad præiudicium ipsius vasalli, & eius filiorum & hæredum, non autem quo ad præiudicium directi domini. & ita procedit glos. quam supra in oppositum adduxi in *d. c. 1. §. 1. in verb. alienationes. de capitulis Corradi.* Vnde in proposito nostro ista constitutio vsusfructus valet & tenet quo ad præiudicium filiorum & hæredum ipsius domini testatoris, sed non præiudicaret directo domino ipsius feudi, si contingeret feudum reuerti ad ipsum dominum per carentiam aut mortem filiorum ipsius vasalli eo casu, quo feudum deberet reuerti ad dominum. Confirmatur; quia emphyteuta † potest facere vsu- 5
fructuarium & vsuarium in fundo emphyteutico sine consensu domini: *vt est text. in le. 1. §. item in fundo. & ibi Bald. expresse hoc firmat. ff. quibus mo. vsufruc. amit. vbi Bald. notat ex illo text.* quod emphyteuta potest aliquem facere vsufructuarium in re emphyteutica, & non credit, quod in hoc requiratur consensus domini, & illam decisionem Bald. refert & sequitur dom. Alexand. *in consilio 122. primæ partu, quod incipit, Super eo quod queritur. ad fin. idem etiam voluit Bar. si bene inspiciatur, in l. 3. §. ex contrario. in vltima columna. ff. de acquir. poss per text. in leg. prima, §. final. de superficie.* & ibidem ponderat & sequitur domin. Alexand. & multum commendat, & dicit habuisse de facto in duobus locis, *scilicet in 23. columna. & etiam in penultima columna.* & ibi pro hoc adducit bonam rationem, quia emphyteuta faciendo vsufructuarium, vel vsuarium non transfert in eos vtile dominium, quod habet, nec sua melioramenta, non ergo prohibetur: quia non sumus in prohibitione. *l. fin. C de iure emphyteu. & cap. potuit. de loca. & ita etiam legendo tenui in d. l. 3. §. ex contrario.* & quantum ad hoc vasallus & emphyteuta æquiparantur, cum in vtroq; requiratur consensus domini: prout late legendo de ista æquiparatione dixi *in l. 2. C. de iure emphyteu.* Nec obstat si diceretur, quod † text. *in* 6
d. leg. 1. §. item in fundo. ff. quibus mod. vsufruct. amit. nihil probat; quia nihil dicit de consensu domini, vnde debet suppleri per alia iura requirentia consensum domini: secundum Ludoui. Roman. *in singularibus suis in singulari 629. quod incipit, Scis quod emphyteuta non potest absente vel inuito domino.* Immo fortius, vltra Ludouicum text. ibi dicit, iure constitutus: si iure, ergo cum consensu directi domini: licet gl. ibi parua exponat iure scilicet prætorio: per illud quod dixerat tex. supra in prin. Et si diceretur, quod intelligendo illum text. quod ibi vsusfructus fuerit iure constitutus, sc. cum consensu directi domini, ille tex. isto modo redderetur de indubitabili, & omnino superfluus: *contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. & l. ancilla. C. de furtis.* quia emphyteuta cum consensu domini potest totam emphyteusim alienare, ergo multo magis in ea vsumfructum constituere. posset dici, quod ille text. non dubitat de hoc principaliter, an emphyteuta possit facere vsufructuariū, sed ponit pro cōstanti, ꝙ iure faciat, & dubitat, an talis vsusfructus pereat capitis diminutione, & qua capitis diminutione. Ista videtur fuisse principalis dubitatio illius textus, sed certe

text. ille *in d. l. 1. §. item in fundo.* bene probat, iuncto text. *in d. l. 1. §. fin. ff. de superficie. allegata per Barto. in d. §. ex contrario.* vbi text. dicit, quod seruitutes prætorio iure constituuntur. & glo. ibi intelligit, quando ab eo, qui non est directus dominus, sed emphyteuta vel feudatarius. & hoc etiam voluit dicere glo. *in d. l. 1. §. item in fundo. quæ exponit iure, scilicet prætorio, & bene per d. l. 1. §. item in fundo. quæ exponit iure, scilicet prætorio, & bene per d. l. 1. § fi. Istud idem & latius tenuit idem Bal. notabiliter in l. 3. C. de serui. & aqua.* vbi quærit. Nũ-
7 quid† emphyteuta in re quã habet in emphyteusim possit constituere seruitutem sine consensu domini? Primo dicit videri quod sic: *per d. l. primam. §. vlt. & fina. ff. de superficie. & d. l. primam. §. 1. ff. quibus mod. vsusfructus amit.* in contrarium dicit videri facere: quia emphyteuta nõ põt alienare sine consensu domini. *d. l fi. C. de iur. emphy.* sed vbi prohibetur alienatio, prohibetur seruitutis impositio. *d. l. fi. C. de reb. alie. non alie.* Itẽ qa emphyteuta nõ habet proprietatẽ: ergo sine consensu proprietarij non põt seruitutem imponere. *l. vnus ex dominis ff. de seruitu. titu. generali. & l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen.* sicut nec maritus in re dotali potest seruitutem concedere; quia non habet liberum dominium. *l. Iulianus. cum l. sequenti. ff. de fund. dotal.* demum concludit Bald. quod emphyteuta potest seruitutem imponere in re emphyteutica sine cõsensu domini, sed talis seruitus durabit tantum durante emphyteusi, postea non, arg. *l. is cui. §. fin. ff. quemadmo. seruit. amit. & l. lex vectigali. ff. de pigno.* & ita dicit Bal. haberi in vasallo, qui constituit seruitutem in feudo, nam valet constitutio seruitutis: sed si feudum sit apertum domino, ideſt, si pleno iure sit remissum ad dominum, tunc extinguitur seruitus: *vt est tex. in d. c. 1. circa medium. de inuesti. de re alie. facta.* Nec obstat, quod emphyteuta non potest alienare, quia verum est, sed non in omni specie alienationis *leg. si domus. § fi. ff. de lega. 1. & notatur in d. l. fi. C. de iure emphy.* Vnde concludit Bal. vt dixi, quod seruitus valet tamdiu, quamdiu durat ius imponentis, postea resoluitur ipso iure, *arg. l. peto. § prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florius. §. Cornelio. ff. de iure fisci.* vbi est notabilis casus secundum Gulielmum de Cu.ita ibi residet Bal. qui punctualiter decidit quæstionem nostram. & idem ibi sequuntur Saly. & Paul. de Castr. in vtroque, tam in emphyteuta quam in feudatario. Et vltra Bald. soleo de hoc allegare glo. ordinariam *in l. 3. & ibi Doct. ff. de serui. tit. generali.* & ita ex prædictis remanet vera & firma conclusio, quod vasallus in re feudali potest constituere vsumfructum, & aliam seruitutem in præiudicium suum, & filiorum, & hæredum suorum, sed non in præiudicium directi domini, si postea feudum aperiretur ipsi domino, & sic pleno iure ad dominum reuerteretur. Confirmatur ista cõ-
8 clusio, quia† licet vasallus non possit feudum dare in dotem pro filia in præiudicium directi domini: *vt est text. in c. 1. §. donare. ibi, vel feudum pro filia dare. & ibi doctores, quali. olim feudum poterat aliena. glos. in cap. imperialem. in prin. in verſicu. alienare. & ibi doctores, de prohibi. feud. alie. per Federicum.* Illud est verum, nisi concederet feudum in dotem vsque ad vitam ipsius vasalli, & sic solum quo ad eius præiudicium. *ca. nuper. & ibi Inno. & alij de dona. inter vir. & vxo. glo. in cap. ex parte. in glo. 1. & ibi Doct. de feud. Spec. in titu. de feud. §. 2. in verſicu. 19. Cyn. in l voluntas. C. de fideicommiſſis. Ludo. Rom in conſi. 457. incip.* Circa propositam cõsultationem de tribus dubitari contingit. *in vlti. col. facit, quod not at Bald. in cap. 1. in titu. an maritus succedat vxori in beneficium.* Et ista, vt dixi, est vera & firma conclusio, secundum quam apparet non obstare allegata superius in oppositũ. Et primo dum dicebatur, quod vasallus non potest testari de rebus feudalibus: quia respondetur, hoc esse verum per iura superius allegata, sed hic non testatur de feudo inter extraneos, sed inter filios, quod potest, & disponit solum de vsufructu, illum relinquendo vxori, quod etiam facere potest, vt in iuribus & authoritatibus superius adductis. Et talis constitutio vsusfructus solum præiudicat ipsi vasallo, & eius filiis, & hæredibus, sed non præiudicaret directo domino, si ad eum pleno iure reuerteretur. & ita procedit gl. *in d. c. 1. §. 1. de c.* Corra. quam superius in oppositum adduxi. Et ista est pura & mera veritas in hac prima dubitatione. Circa secundum principale dubium, in quo quæritur: † An prædicta magnifica 9
domina Margarita debeat habere duplicem vsumfructum, scilicet dotalem & testamentarium, videretur prima consideratione dicendum quod debeat esse alterutro vsufructu cõtẽta: *per tex. in l. Titia cum testamento. §. qui inuita. ff. de leg. 2.* præsertim in ratione sui, dum dicit, non est enim verisimile, patrem duplici præstatione dotis filium eundemque hæredem onerare voluisse. Ad idem tex. *in auth. præterea. in fine. C. vnde vir & vxor. ibi, imputatur autem legatum in talem portionem. & text. in le. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matr. ibi, compensandum ei in dotem, quod à patre datur. & l. Mœuius. §. eum qui. ff. de legat. 2.* Secun-
do principaliter ad idem facit: quia† testator in du- 10
bio videtur minus gr[illegible]are hæredem quam sit possibile. *l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2.* Ergo in dubio intelligitur tm vnũ vsumfructum legare, alias vxor reperiretur habere nimis magnum vsumfructum. Tertio facit, quia dominus Ludouicus testator in suo testamento fecit tria legata prædictæ vxori suæ, vt apparet ex serie ipsius testamenti, & solũ in legato mille scutorũ dixit vltra iura dotalia: Ergo secus in aliis duobus legatis: & sic videtur ex hoc constare, quod testator fecit legatum vsusfructus animo compensandi cum vsufructu dotali. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam proculdubio arbitror esse de iure veriorem, quod prædicta vxor debeat habere vtrunq; vsumfructum, scilicet dotalem & testamentarium, nec secundus intelligitur esse relictus animo compensandi cum primo, ex quo istud de cõpensatione nõ fuit expresse dictum in testamento. Moueor ex infrascriptis fundamẽtis, ex quibus apparebunt clare resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Primo moueor, quia verba testamenti sunt clara, dum relinquit vsumfructum dictorum duorum castrorum cum omnibus iuribus suis, & illud de compensatione omissum est à verbis testatoris: ergo ab eis non est recedendum. *leg. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de legatis tertio. & l. 1. § si is qui nauem. verſicu. igitur in re dubia. ff. de exercitoria.* Secundo facit tex. *in l. creditorem. ff. de leg. 2.* vbi tex. ait, quod
† testator, qui est debitor, legans simpliciter credi 11
tori, non intelligitur legare animo compensandi,

nisi

nisi voluntas testatoris compensare volentis euidenter ostendat. *ita ibi dicit tex. Ad idem tex. in l. Lucius Titius. in princip. in vltima charta. ff. de legatis primo. & text. in cap. officij. de testamentis. & text. in l. vnica. § sciendum. C. de rei vxo. acti.* Vbi dicit text. quod hodie sublatum est edictum prætoris de alterutro, & quod vxor debet recipere & dotem & illud quod est sibi relictum in testamento per maritum, nisi specialiter ei maritus pro dote ea reliquerit. Et rationem assignat ibi text. cum manifestum est, testatorem, qui hoc non addiderit, scilicet se relinquere animo compensandi, voluisse eam vtrunque consequi. & iste est proprie casus noster. Tertio pro ista parte bene facit, quia ista est doctrina Bartol. & omnium scribentium quod quando quis tenetur ex legali, aut ex statutaria dispositione, & sic ex necessitate, & tunc si in testamento aliquid relinquat, videtur relinquere animo compensandi cum illo debito necessario. Ita proprie loquuntur iura superius in oppositum adducta, & text. *in leg. etiam. §. si debita. ff. de bonis liberto. & in leg. omnimodo. & in leg. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen.* Ratio est; quia † in necessitatibus nemo liberalis existit. *leg. rem legatam. ff. de adimen. leg. & lex. si seruo. ff. de hæredi. instit.* Sed quando quis tenetur ex proprio contractu, & sic est debitor voluntarius, & tunc si aliquid legat in testamento, nunquam intelligitur legare animo compensandi cum illo debito voluntario, nisi istud expresse dicat in testamento. Ita proprie loquuntur iura quæ in præcedenti fundamēto adduxi pro hac parte. & iste est formaliter casus noster, vbi istud debitum habuit originem voluntariam à contractu dotis & matrimonij. Istam doctrinam tradunt Bartol. & doct. *in dicta l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrimonio. & in leg. huiusmodi. §. cum pater. ff. de legatis primo. & in d. authen. præterea. vbi alias legendo dixi. Cod. vnde vir & vxor. Bald. in leg. si vxor. Cod. de contr. auth. iudi. possid. Paul. de Castr. in consilio 131. incipiente, In causa quæ vertitur Bononiæ.* Quarto ad idem pro
13 hac parte bene facit, quia † quando testator in testamento legauit aliud diuersum, quam illud, quod promisit in contractu, tunc testator videtur velle, quod vtrunque habere debeat. *leg. si pater pro filia. ff. de collat. dom. Bartol. & omnes in leg. huiusmodi. §. cum pater. ff. de legatis primo.* Et iste est proprie casus noster, quia diuersus est vsusfructus dotalis ab vsufructu testamentario: quia in instrumento dotali constituit vsumfructum castrorum Challandi & Verrezij, cum bonis & iuribus eorum, sed in testamēto reliquit vsumfructum castrorum Aymanillæ, & Castellionis cum eorum emolumentis, & iuribus, & sic sunt diuersi & separati vsusfructus, & in diuersis & separatis castris. Item vsusfructus dotalis est limitatus vsque ad restitutionem dotis, sed vsusfructus testamentarius est simpliciter relictus quoad ipsa domina Margarita vixerit, & sic est longe diuersus & separatus à primo: ergo non potest dici relictum animo compensandi cum primo. Sed circa supradictum vsumfructum dotalem constitutum in instrumento dotis prædictæ magnificæ dominæ Margaritæ posset probabiliter dubitari, quia dictus vsusfructus fuit constitutus occasione dotis duodecim millium florenorum promissorum in ipso instrumento dotali, & augmenti florenorum sex millium. Vnde si opponeretur, quod dicta dos non fuerit integraliter soluta, & non posset forte probari de integra solutione totius dotis duodecim millium florenorum, videretur quod † cessante causa vsusfructus 14
deberet etiam cessare vsusfructus dotalis. *cap. cum cessante. de appella. & capit. post translationem. vbi gloss. & docto. de renunciation. & l. secunda, § final. vbi late per Bartol. & alios. ff. de dona.* Item illud, quod non recepit maritus de dote, non tenetur etiam restituere; quia priuatio præsupponit habitum. *leg. decem. ff. de verbor. obligatio. & l. remittit. in fin. ff. de iureiuran. & cap. ad dissoluendum. de desponsatione impub.* Ergo † pro do- 15
te actualiter non soluta non cadit hypotheca, nec vsusfructus; quia vbi deficit principale, deficit etiam accessorium. *leg. cum principalis ff. de regul. iuris. & leg. non dubium. Cod. de legibus. & leg. in omnibus. ff. de solu.*

Respondetur, quod quando in facto ita res se haberet, quod integra solutio totius dotis duodecim millium florenorum probari non posset, saltem constat de solutione quatuor millium florenorum facta tempore solennitatis matrimonij. Item augmentum dotale sex millium florenorum fuit factum, vt intelligatur & sit debitum prædicta dote soluta, vel non soluta, terminis solutionum aduenientibus, vel non aduenientibus: ita expresse cantat instrumentum dotale. & in certis & claris non est locus coniecturis. *leg. continuus. §. cum ita. in fin. ff. de verbo. obliga. & leg. pediculis. §. argento. ff. de aur. & argen. lega.* Vnde saltem pro rata & summa decem millium florenorum, de qua plane constat, ratione solutionis quatuor millium florenorum, & augmenti sex millium quæ est plus quam dimidia totius, certe debetur vsusfructus: quia in † separabi- 16
libus vtile per inutile non vitiatur. *leg. sancimus. C. de donatio. & in regul. vtile. de regul. iur. in sexto. & cap. si confirmationem. & ibi Geminia. de elec. in sexto. late Bart. in leg. græce. §. illud. ff. de fideiuss. & plene scribentes in leg. 1. § sed si mihi. ff. de verb. obli.*

Vnde cum tota summa istius dotis & eius augmenti sit decem & octo millium florenorum, & constet saltem de decem millibus, quæ sunt vltra dimidium, saltem si amplius probari non posset, debebitur vsusfructus pro rata ipsorum decem millium florenorum.

Et secundum ista posset etiam responderi circa hypothecam factam occasione prædictæ dotis in castris villæ Challandi & Verrezij cum eorum bonis & iuribus. Nam † licet de iure communi in feudis nobilibus non possit constitui hypotheca 17
cum translatione possessionis sine consensu directi domini, *vt est text. in capit. imperialem. in principio. vbi Bald. & alii notant. de prohibitio. feud. alien. per Frideric. & text. nobilis in capitu. primo, §. final. in fin. de inuesti. de re alie. fac. & text. in capi. primo, § aut si libellario. quibus mod. feud. amitt. gloss. in capitu. primo, §. primo. in verficul. alienationes. de capitulis Corradi. Bald. in leg. secunda. Cod. communia de legat. & in leg. tertia. C. vt in possessio. lega.* tamen per decreta ducalia permissum est, quod feudum nobile possit hypothecari pro restitutione dotis, sed requirunt, quod constet de vera dote soluta. Vnde in casu nostro saltem

saltem constat de dicta summa decem millium florenorum eo modo, quo dixi, & sic quando plus vere probari non posset de ipsa dote vere soluta, saltem procederet hypotheca in dictis feudis quo ad
18 summam superius relatam. Et † quod iuris statutum fuit in dote, intelligitur etiam esse statutum in eius augmento. *le. etiam. & ibi Barto. Bald. & alij ad hoc notant. Cod. de iure dot. & l. inter socerum. §. cum inter. in versicu. fin. ff. de iure dot. & leg. si conuenerit. la secunda, §. si nuda. & ibi Bald. & Pau. de Castr. ad hoc notant. ff. de pigno. actio. & l. fin. & ibi Ang. ff. solu. matr. & text. in §. 1. in authen de æqualita. dotis.* Vbi illud priuilegium prælationis, quod datur in dote, illud idem conceditur in eius augmento. Vnde per illum textum notat
19 ibi Ange. quod † omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmetnum. *idem notat Bald. in lege tertia. §. hæc verba. in versicu. sed & si quid. per illum textum. ff. de nego. gest. Andr. de Iser. in cap. 1. §. si quis de manso. in 3. col. per illum tex. de controuersia inuesti. & pulchre Ang. in l. fi. in prin. per illum tex. quem dicit esse optimum. ff. quorum lega. Facit tex. in c. fi. §. 1. & ibi Gemi. notat, de conces. præben. in 6.* Et quando etiam, loquendo tamen sine veri præiudicio non procederet hypotheca in dictis feudis sine consensu directi domini, quod tamen est falsum propter dicta decreta ducalia, tamen bene procederet dicta constitutio vsusfructus dotalis; quia de iure communi circumscriptis ducalibus, licet feudum nobile non possit hypothecari, nec pignorari sine cõsensu Principis, & sic directi domini, vt in iuribus supra proxime allegatis, tamen in feudo nobili bene potest constitui vsusfructus & inter viuos, & sic in instrumento dotali, & etiam in vltima voluntate absq; aliquo consensu directi domini: secundum quod late firmaui supra in primo dubio principali.

Die 6. Septembris. 1508. in Valle augusti.

CONSILIVM CXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Veritas verborum adminicula non desiderat.*
2 *Fideicommissum conditionale quando exspiret.*
3 *Casus voluntatis quando non comprehendat casum impotentiæ.*
4 *Venientes ab intestato censentur ex tacito fideicommisso à testatore vocati.*
5 *Filij fratris quando obtineant locum fratris.*
6 *Dispositio testatoris semper debet interpretari, vt non comprehendat sibi odiosos.*
7 *Filius quando locum patris ingrediatur. 8. 9.*
10 *Bona prohibita alienari nunquid in donatione generali omnium bonorum præsentium & futurorum comprehendantur 12.*
11 *Veritas sæpius examinata magis splendescit.*
13 *Bona dotalia nõ veniunt in hypotheca generali omnium bonorum mariti.*
14 *Feudalia bona non veniunt in obligatione generali omnium bonorum.*
15 *Pœna debent liquidissime constare.*
16 *Nemo debet effundere verba sua ita late sicut capra.*
17 *Frumentum, quod habebat testator doni, non venit in vsufructu relicto vxori.*
18 *Dictio, quæcunque, vniuersalis distributiua nihil excipit.*
19 *Dictio, quomodolibet, est distributiua modorum.*
20 *Restrictio aliqua quando non possit fieri.*
21 *Restrictio de habilitate quando fiat.*
22 *Verbum in contractibus, etiam minimum, non debet esse absque virtute operandi.*

REDEMPTORIS crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. ¶ Viso testamento Ser Antonij de Pistorio, & substitutionibus in eo contentis, necnon donatione vniuersali omnium bonorum præsentium & futurorum facta per Braciolinum Sigismundo de Cancellariis cum reseruatione vsusfructus: Item viso puncto & dubiis ex eo elicitis, & omnibus matura consideratione libratis, in præsenti consultatione procedam per conclusiones in iis, quæ plana & aperta videbũtur, ne rem
1 claram dubiam feciss videar cum † veritas verborum adminicula non desideret: *vt inquit text. in l. 1. C. si vt se ab hæredi. absti.* & vbi fuerit opus disputatione ad vtranque partem, veritatis inuestigandæ gratia, illam nõ prætermitã. In prædicto ergo testamento dicti Ser Antonij adest duplex principalis substitutio fideicommissaria, & in vtraque substituti sunt Franciscus de Braciolinis consors testatoris pro medietate, & in alia medietate Sigismundus de Cãcellariis nepos dicti testatoris ex sorore. Prima substitutio facta est in casum alienationis bonorum, quæ fieret per Braciolinum hæredem vniuersalem, nisi prius haberet filios masculos legitimos & naturales ætatis annorum viginti. Sed vera substitutio facta fuit eisdemmet substitutis in casum, quod dictus Braciolinus moreretur sine prole masculina legitima & naturali. Vtraque substitutio quantum ad supradictos substitutos effecta est caduca; quia ambo præmortui sunt, antequam aliquis dictorum casuum eueniret, quo casu planum est, quod † fidei- 2
commissum conditionale exspirat, si fideicommissarius prædecedat ante euentum conditionis fideicommissi. *l. vnica. §. & cum triplici. & §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. toll* & substitutio fideicommissaria non transmittitur ad hæredes. *l. si ex pluribus. in fin. ff. de suis & legit. & leg. toties. in fin. ff. de acquir. hæreditate, & leg. sed si plures. in princip. ff. de vulgaribus & pupillaribus.* Item ius fideicommissi conditionalis nõ transmittitur etiam ad filios substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem. *prout est text. in d. le. vnica. § sin autem sub conditione. & ibi Bald. & Moder. ad hoc notant, & est glo. ordinaria & approbata in leg. vnica. & ibi Barto. & alij. C. de his qui ante aper. tabu. & glo. in l. hæredes mei. §. cum ita. in verb. suscepisse. ff. ad Trebel. reprobata glo. in l. is cui sub conditione. §. fin. ff. de actio. & obliga. & ita etiam tenet Bald. in l. si in personam. C. de fideicommiss. & in l. si auus. in tertia columna. C. de lib. præter. & in l. vnica. in secundo notabili. C. vt actio. ab hæred. & in cap. 1. qui successo. tene. Bald. & Imol. in leg. cum ex filio. ad fin. principij. ff. de vulgar. & pupilla. Bald. in consilio 435. quartæ partis, quod incipit, Punctus super quo consilium petitur exhiberi. & in consilio 115. quintæ partis, quod incipit, Super isto puncto sunt glossæ ordinariæ. & in consi. 146. quintæ partis, quod inci-*

incipit, Super isto puncto sunt glossæ contrariæ. & in l. si plures. in sexta columna Cod. de conditio. inser. domi. Alexand. in dicta leg. hæredes mei. §. cum ita. in quarta columna. in duobus locis, scilicet in vltimo notabili, & in gloss. in verb. susceperisse: vbi dicit, quod ille tex. est ad hoc melior de iure. & in consilio 93 tertij volum. quod incipit, Super eo, de quo quæritur in superiori themate, in secunda columna. vbi dicit, quod ista conclusio est communiter approbata: vt in consilio 145. quinti volum. quod incipit, Circa principalem consultationem. in prima columna. D. Anto. de Butr. in cap. Raynaldus. in prima columna ad fi. de testam. Oldra. Laud. in consilio centesimo trigesimo primo. incipiente, Quidam habens tres filios. Et quod pendentia conditionis in fideicommisso vniuersali impediat etiam in filio proprio testatoris transmissionem ad eius descendentes, facit text. *in leg. si cui legetur. §. primo, & ibi Bald. & Floria. ad hoc not ant. ff. de lega. 1. Confirmantur prædicta per text. notabilem in l. in causa. 2. §. Pomponius. ff. de mino.* per quem notat ibi singulariter Bald. quod si testator relinquit aliquid nepoti, & adiecit conditionem, quod si decederet sine liberis reuerteretur ad hæredem vniuersalem: quod si interim hæres vniuersalis decedat, quod amplius restitutio non debeatur, refert & D. Alexand. *in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthumis, & in leg. qui liberis. §. hæc verba. in secunda columna. per illum textum, ff. de vulgar. & pupilla. vbi reputat hoc esse bene notandum: & plenius idem Dom. Alexand. in leg. fin. Cod. de legat.* Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo de filiis substitutorum, scilicet Francisci & Sigismundi nulla est facta mentio, nec pure, nec conditionaliter in aliqua parte testamenti. & sic sunt omnino omissi: ergo nullatenus ex dicto fideicommisso venire possunt: *secundum Bald. in dicta leg. vnica. in vltima columna, Cod. de his qui ante aper. tabu.* Item prima substitutio facta in casum alienationis prædictæ eo casu, quo dicti Franciscus & Sigismundus infra sex menses post alienationem non peterent dicta bona alienata, ea reliquit vniuersitati disciplinatorum, qui ea dispensarent in maritandis puellis. & sic licet primum fideicommissum sit effectum caducum quoad primo loco vocatos, qui sunt ante mortui, vt prædixi, tamen vniuersitas disciplinatorum, quæ adhuc viuit, videtur, quod possit venire ex fideicommisso expresso: sed cum ipsa vniuersitas sit vocata in casum, qui primi negligerent reuocare infra sex menses bona alienata, & sic in casum negligentiæ & voluntatis, non veniunt in istum casum impotentiæ; quia illa non potuerunt
3 petere ex quo erant præmortui. Vnde † quando translatio bonorum vel hæreditatis fit de vna persona in aliam in pœnam eius, qui non vult parere conditioni adiectæ per testatorem, tunc non comprehenditur alius casus impotentiæ, quando, vt dixi, fit translatio in pœna, prout in casu præsenti, *ita est text. ad hoc reputatus singularis in leg. pater Seuerinam. in principio & ibi Bartol. & Moder. ff. de conditio. & demonstratio. Bart. & alij in l. prima, in prima quæst. principali, vbi aliquando dixi. ff. de vulgar. & pupillar. Bald. notabiliter in leg. cum proponas. in vltima columna. vbi etiam dixi in tertia limitatione,* Cod. *de hæred. instit. Ioann. de Imol. in l. ex facto. 1. ff. eodem, de hæredi. insti.* eo quia cum ibi translatio debeat fieri ob pœnam, certe vbi non est delictum ibi etiam non debet esse pœna. *l. aliud est fraus ff. de verborum significationib.* Item cum translatio fiat in pœnam certe in pœnalib. debet liquidissime constare: *vt est tex. notabilis in l. in testamento. la. prima. ff. de condit. & demonstratio. quem text. pro singulari allegat Bal. in c. 1. qualiter do propriæ. priue. & in c. Quintaullis. in 9. col. de iureiur. Do. Alex. in l. si nomine. C. de testa.* In casu ergo præsenti, præsupposito eo, quod in facto præsupponi videtur, quod dicta donatio vniuersalis, quam fecit Braciolinus Sigismundo, comprehendat etiam bona Ser Antonij testatoris, & sic quod Braciolinus contra prohibitionem alienauerit, & illi qui erant in casu alienationis vocati mortui erant tempore alienationis, & sic quoad eos fideicommissum erat effectum caducum, nec vniuersitas disciplinatorum, in quos fiebat translatio in pœnam in casum negligentiæ primorum, admittitur in casum impotentiæ, & sic eorum mortis, vt prædixi, videtur quod dicta bona in casu prædictæ alienationis & contrafactionis intelligantur tacite relicta ex tacito fideicommisso venientibus ab intestato dicti Ser Antonij testatoris. & sic Laudomię & Magdalenæ sororib. dicti Braciolini & nepotib. dicti testatoris ex fratre, quæ nunc sunt proximiores in gradu & sic ab intestato veniunt; quia ex quo in casu contrafactionis substituti non extant, quia præmortui, nec etiam adest cohæres, tunc † venien 4
tes ab intestato censentur ex tacito fideicommisso à testatore vocati: *vt est tex. notabilis in §. præfatæ. in authen. de nupt. qui est in pen. charta illius tituli, & ibi Angel. ad hoc notat illum textum, & ita per illum textum tenet Bart. in l. pater familias testamento. ad finem. & ibi Ang. & Imola. ff. de hæredi. institu. & Bartol. in consi. 29 incipiente, Proponitur, quod in testamento Franciscini continetur. ad finem. Bald. in authen. cui relictum. Cod. de indicta vidui. toll. in leg. vnica. in decima columna. Cod. de his quæ pœnæ nomine. Petrus de Anchar. & Ioann. de Imol. in cap. si hæredes. de testamen. Paul. de Castr. in consilio 191. incipiente, Antequam veniam ad dicta dubia. in secunda columna. do. Abb. in consilio 138. primi volum. quod incipit, Oportune consideratis his, quæ in themate continentur. in vltima columna. Facit, quod tenet Barto. in l. vxorem. §. hæres per illum textum. ff. de lega. tertio.* Et si diceretur, quod Sigismundus est in eodem gradu testatori, sicut & dictæ sorores, quia ipse est pariter nepos ex sorore testatoris, sicut & dictæ sorores sunt neptes testatoris ex fratre: Ergo pariter debet intelligi vocatus ab intestato sicut & dictæ neptes. & licet Sigismundus nunc sit mortuus, tamen eius filij superstites in eius locũ succedũt in hæreditate patrui vel auunculi: *vt est text. in §. reliquum. in versicu. huiusmodi vero priuilegium. in authen. de hæredi. ab intesta.* & ibi Angel. in tertio notabili formaliter notat, quod † filij fratris obtinent locum fratris, quando tra- 5
ctatur de successione patrui vel auunculi carnalis, secus quando tractatur de succedendo aliis transuersalibus in vlteriori gradu positis. & dicit hunc casum esse notandum: quia pridie fuit consultum contrarium, & male. Et idem, quod filij succedant in locum patris sui mortui, quando tractatur de successione patrui vel aui, est text. *in authentica, cessante. Cod. de legi. hære. notat Bartol. in authen. post fratres. in primo notabili. & ibi idem Saly. eodem titu. Cod. de legi. hære.* quia ad hoc respondetur, quod etiam si dictus Sigismundus viueret, quamuis esset in eo-

dem

dem gradu testatori cum prædictis mulieribus, tamen ipse non intelligeretur per tacitum fideicommissum in casum alienationis & contrafactionis vocatus ex tacita dispositione testatoris, cum ipse Sigismundus sit ille, in quem dicta bona prohibita alienari fuerunt donata: ergo non censetur ex tacito fideicommisso vocatus: per illud, quod decidit in simili Aretinus *in cons. 67. incipiente, Diligenter & mature considerato testamento. in tertio dubio, per text. in ratione decidendi in l. cum pater. §. libertus. ff. de le. secundo.* Item cum dicta bona prohibita alienari peruenerint ex donatione in ipsum Sigismundum, & sic contra dispositionem testatoris, per hoc Sigismundus præsumitur odiosus ipsi testatori. Sed
6 dispositio testatoris † semper debet interpretari, vt non comprehendat sibi odiosos. *l. Lucius Titius testamento. §. penultimo. ff. de legat. secundo. Bal. & Imol. in l. si ab hostibus. §. si vir. per illum textum, ff. soluto matrimonio. Bald. in cap. final. in 1. col. de præsum.* Item in casu præsenti filii Sigismundi præmortui non possunt dici, quod succedant in eius locum in hæreditate patrui vel auunculi, & sic quod pariter intelligantur tacite vocati ad dictum fideicommissum cum dictis sororibus Braciolini, & hoc duplici
7 consideratione & vera. Prima; quia † filius ita demum in locum patris ingreditur, quando tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, iam mortuus sit pater, ex cuius persona quis venire vult: *vt est tex. in authentica, post fratres. 1a prima, in ver. iam decesserint. C. de leg. hær. & ibi Salyc. in princip. ad hoc notat illum tex.* Sed in casu præsenti tempore mortis Ser Antonii testatoris, de cuius hæreditate in effectu agitur, non erat mortuus Sigismundus: ergo in ipsius locum non possunt eius filii intrare in ista fideicommissaria hæreditate Ser Antonii. Secunda
8 consideratio est & vera, quod filii † vel nepotes subintrant in locum patris sui. Istud solum procedit, quando agitur de successione vel hæreditate patrui vel auunculi carnalis tantum, secus si agatur de succedēdo aliis transuersalib. positis in vlteriori gradu: vt expresse notat Ang. *in d. §. reliquum. in 5. notabili, per illum text. quem supra retuli, & Bart. in d. authentic. post fratres. per illum text. vbi expresse notat ex illo tex.* quod filii succedūt in locum patris sui tantum, quando tractatur de successione patrui vel auunculi, secus si tractatur de successione aliorum, *per illum tex. & ibidem idem notat Saly. circa finem, dom. Alex. in cons. 44. quinti volumi. incipiente, Videtur prima facie dicendum. in pen. col. ita etiam tenet & in specie declarat Cyn. in auth. cessante. ad fi. C. de leg. hæred. & Bald. in l. 3. Cod. eod.* Confirmatur ista conclusio euidenti ratio-
9 ne. Nam † secundum iura C. & instituit. filius nunquam intrabat in locū patris in successione transuersalium: *vt est text. in §. si plures. inst. de leg. agna. succes. & in l. 2. C. de succes. edic. & in l. consanguinitatis iure. Cod. de legi. hæred. & in l. auunculo. C. communia de succes.* Sed istud per iura nouissima Authenticorum correctum fuit solum in successione patrui carnalis: *vt est text. in d. §. reliquum. in versicul. huiusmodi vero priuilegium.* Ergo non procedit in patruo magno, in quo est casus noster, nec in aliis transuersalibus, in quibus iura antiqua remanent incorrecta. *l. sanximus. C. de testam. & l. præcipimus. §. fin. Cod. de appella. Et istud expresse declarat text. in dicto versicul. huiusmodi vero priuilegium.* Vbi text. expresse dicit, quod huiusmodi priuilegium quod in suorum parentum iure succedant, solis filiis fratrum præbemus, & nulli alii omnino personæ hoc ius largimur, quando cum propriis θείοις venire iudicantur. Cum ergo solis filiis fratrum istud concedatur, & aliis personis omnino denegetur, certe appellatione filiorum non venient nepotes, seu pronepotes, vt est casus noster: *vt est text. notabilis in leg. iubemus. §. final. & ibi Bald. notat. Cod. ad Trebel. notat Bartol. allegando illum tex. in leg. liberorum. in secunda columna. ff. de verbo. significatione.* præsertim cum text. ibi vniuersaliter negatiue cum dictione præcisa, *omnimodo*, dicat, nulli alii omnino personæ hoc ius largimur. ergo tale priuilegium non extenditur ad pronepotes, nec ad patruum magnum, prout est casus noster. Et sic ex prædictis omnibus concluditur in casu præsenti, quod solæ prædictæ sorores Braciolini, scilicet Laudomia & Magdalena neptes ex fratre dicti testatoris, & nunc proximiores in gradu, intelliguntur solæ esse vocatæ ex tacito fideicommisso, & ex tacita voluntate testatoris ad eius successionem: & ipsæ solę ex dicto tacito fideicommisso admitti debent in casum alienationis & contrafactionis factæ per dictum Braciolinum hæredem vniuersalem. Suprascripta plane procedunt præsupponendo, quod Braciolinus alienauerit bona Ser Antonii testatoris contra expressam prohibitionem ipsius testatoris, & consequenter præsupponendo, quod in donatione generali facta per Braciolinum dictis filiis Sigismundi de omnibus bonis suis præsentibus & futuris comprehendantur etiam bona dicti Ser Antonii testatoris. Nam tunc bene sorores Braciolini neptes ex fratre dicti testatoris, & ei proximiores ab intestato ex tacito fideicommisso dicta bona alienata contra prohibitionem testatoris de iure obtinerent. Punctus ergo principalis est
10 videre † nunquid in donatione generali omnium bonorum præsentium & futurorum comprehendantur bona dicti Ser Antonii testatoris prohibita alienari, & sic subiecta fideicommisso in casum contrauentionis, ex quo aliter non fuerunt in ipsa donatione specificata: & in hoc consistit tota vis & difficultas præsentis controuersiæ, ideo istud intendo diligentius examinare, arguendo ad vtranque partem; quia † veritas sæpius examinata ma-
11 gis splendescit in lucem: *vt inquit text. 35. quæst. 9. in capitul. graue. & gloss. in capitul. inter dilectos. in gloss. antepenultim. de fide instrum.* Videretur ergo prima consideratione, quod in ista donatione quantumcunque generali & ampla non veniant talia bona Ser Antonii: eo quia † in donatione vel alienatio-
12 ne quantumcunque generali vel vniuersali, non tamen veniunt, nec includuntur bona prohibita alienari, & subiecta fideicommisso in casum contrafactionis, & quæ verisimiliter in specie non fuisset alienaturus, ne caderet in pœnam priuationis: *vt l. obligatione generali. ff. de pignor. & in regul. in generali. de reg. iur. in sexto. & capitul. fin. de offic. vica in sexto. & capitul. 2. de pœni. & remis. in sexto. & ita in specie tenet Bartol. in leg. coducillis. §. instituto. in pen. q. ff. de lega. 2.* vbi tenet, quod in generali obligatione omnium bonorum suorum non veniunt bona prohibita per testatorem alienari, quæ verisimiliter

ter

ter non esset in specie obligaturus propter pœnam adiectam à testatore: *per. d. l. obligatione generali. & ibidem Imol. & alij sequuntur. idem tenet Bald. in l. 1. per illum textum. Cod. quæ res pign. obliga. non pos. Bald. in leg. voluntas. ad fin. Cod. de fideicommiss. Facit, quod notat Ang. in authen. de restitu. & ea quæ pa. in princip. per glo.* ibi, ex qua notat, quod in generali obligatione, vel alienatione omnium bonorum non veniunt ea, quæ subiacent restitutioni in alienationis euentum. Et per hoc infert, quod ille qui habet bona libellaria sibi concessa vsque in tertiam generationem finitam, si bona sua omnia obligat, non intelligitur obligasse ista bona, quæ subiacent restitutioni in conditionis euentum. & ideo secundum eum, creditor non poterit petere se mitti in possessionem ipsorum virtute generalis hypothecæ. quod est notabile secundum eum. Ad idem facit, quod in † generali hypotheca omnium bonorum facta per maritum non veniunt bona dotalia; eo quia prohibita sunt alienari: *secundum Bald. Imol. Lud. & dom. Alex. in l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim.* Ad idem etiam facit, quod † in generali obligatione, vel in generali alienatione omnium bonorum, non tamen veniunt bona feudalia. *c. in generali. si de feud. fue. controu. inter do. & agn. & cap. 1. de capita. qui curiam vend. eo.* quia bona feudalia sunt prohibita obligari vel alienari sine consensu directi domini. *cap. imperialem. in prin. de prohibitio. feud. alie. per Federicum. & ita tenet Spec. in tit. de pignor. §. 1. in vers. sed nunquid cadit feudum. Bald. & alii in d. c. imperialem. in prin. in 1. colum. & in l. 3. C. vt in posses. le. Pau. de Cast. in l. tutor. §. fin. ff. de pign. dom. Alex. in consi. 2. quarti voluminis, incipiente. Ex narratu in themate de pluribus est videndum. & in consi. 121. quarti volumin. quod incipit, Super primo quæsito, in quo quæritur. in 3. col.* Ad idem pro ista parte facit, quia † hic agitur de pœna priuationis hæreditatis iam aditæ, & sic acquisitæ per Braciolinum, sed in pœnis debet liquidissime constare, vt dixi supra allegando text. *in leg. in testamentis. la prima. ff. de conditio. & demonstrat. cum aliis ibidem adductis*, quia pœnæ sunt odiosæ & sic restringēdæ: *vt in reg. in pœnis & in reg. odia. de reg iur. in sexto. & l. cum quidam ff. de lib. & posthum.* Sed in ista donatione non constat euidenter, quod bona dicti Ser Antonii prohibita alienari fuerint comprehensa, igitur &c. Sed istis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius: eo quia verba talis donationis sunt multum lata, & plena, & quæ videntur comprehendere etiam bona dicti Ser Antonii testatoris. Vnde ex effuso sermone verborum ita generalium videtur, quod donator in promptum priuationis inciderit periculum: *vt inquit tex. in l. fi. Cod. de dotis promis.* quem textum multum notat ibi Ang. ad id, quod dicunt Perusini, quod † nemo debet effundere verba sua ita late sicut Capra. & idem per illum textum *in d. l. fin. in fin. dicit Bald. & in le. pactum. in 16. quæstione. Cod. de collat. & in leg. sub prætextu specierum. Cod. de transact.* Nam in ista donatione formaliter dicitur, quod Braciolinus donauit inter viuos generaliter omnia & quæcunque bona sua mobilia, & immobilia, iura, & actiones, præsentia & futura quomodolibet ad eum pertinentia, & competentia, ac competitura, quæ omnia ibidem pro descriptis, & confinatis haberi voluit & mandauit. Vnde ista donatio non solum est generalis, sed etiam vniuersalis & indefinita. & vlterius sunt adiecta tot verba geminata, quib. concurrentibus comprehenduntur ea, quæ alias non venirent; quia alias verba essent superflua: *contra l. si quando. in princip. ff. de lega. 1. & cap. si Papa. de priui. in 6. Et ita notabiliter tenet Barto. in consi. 216. quod incipit Adeandus condidit testamentum. in vltimo dubio. Ad idem facit, quod notabiliter tenet Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufructu legat.* Vbi tenet, quod si † testator relinquat vxori omnia, quæ habet in domo, non venit frumentum, quod ibi habebat causa vendendi, per illum textum tamen si vltra terminum vniuersalem, *omnia*, adiiceretur dictio, *quoquo modo*, vel dictio, *quomodolibet*: quia testator diceret, *relinquo vxori omnia, quæ in domo quoquomodo habeo*, tunc non fieret illa restrictio, imo veniret etiam frumentum venale, vt ibi notabiliter per eum, & sic illa dictio geminata impedit restrictionem, quæ alias fieret, & facit venire ea, quæ alias non venirent. *& sequitur dom. Alexand. in consilio 117. primi volu. quod incipit, Visis supra narratis. in secunda columna. & in consilio 118. quinti volum quod incipit, In casu, de quo quæritur, primo est discutiendum. in secunda columna. facit text. in l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. & glo. in capit. inquisitionis. §. prohibemus. in verb. quoquo modo. de hære. in sexto.* Sed in casu prælenti vltra terminum vniuersalem, *omnia*, adest etiam dictio geminata, *quæcunque*, & dictio geminata, *quomodolibet*: ergo talia verba impediunt suprascriptam restrictionem, quę alias fieret, & faciunt venire ea, quæ alias non venirent in generali alienatione. Tertio pondero particulariter illam dictionem, *quæcunque* † quæ est vniuersalis distributiua, & quæ nihil excipit: *vt dicit text. notabilis in cap. solita. circa fin. de maio. & obedi.* Hinc est, quod si aliquis acquisiuit feudum pro se & hærebus suis quibuscūq;, propter dictionē, quibuscūq;, veniunt etiam extranei hæredes, qui alias non admitterentur ad feudum: *secundum Bald. in leg. 1. & 48. quæst ff. de rerum diuis. & sequitur Dom. Alexand. in leg. si patroni. in princ. in penultima columna. ff. ad Treb. idem etiam tenet Bald. in cap. in præsentia. in octaua columna. ad fin. de proba.* Similiter etiam quando feudum est receptum pro se & hæredibus suis quibuscunque, tunc propter illam dictionem, *quibuscunque*, veniunt etiam legatarii, qui alias non venirent. secundum Bald. *in c. imperialem. in princ. in penul. colum. de prohi. feu. alie. per Freder. Et sequuntur Ludoui. Roma. & D. Alexand. in l. etiam. in princ. ff. solu. matr. Ludo. Roma. in l. id tempus. §. primo, per illum tex. ff. de vsucap. D. Alex. in d. l. si patroni. in princ. in penul & vlt. col. & idem Do. Alexan. in l. quædam §. nihil interest. in prima colum. ff. de edendo. & in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posthu. & in l. quod dicitur. in vltima charta. ff. de verb. oblig. ita etiam tenet Dom. Abb. in consilio 110. quod incipit, Nitar in præsenti causa. in tertio dubio facit glo. in leg. fin. in verb. per quamcunque. Cod. qui legiti. perso. stan. in iudi. ha. vel non.* Et tanto magis hoc procedit in casu prętenti, cum hic geminate dicatur generaliter, omnia & quæcunque. Nam verba sic geminata debent ampliare effectum actus, vt aliquid operentur: *secundum Bald. in l. fructus. C. de actio. empt. & in c. eam te. in secunda colum. de rescriptis. gloss. in ca. requisisti. in verb. decens est. de testam.* Quarto pro eadem parte multum pondero illam

vniuersalem geminatam, quomodolibet pertinentia. Nam † dictio, *quomodolibet*, est distributiua modorum, & importat quocunque modo, & sic omnes casus comprehendit, ita tenent Archidia. Ioan. Andre. & Geminia. *in cap. indemnitatibus. §. si qua vero. per illum textum, in verb. quomodolibet. de elec. in sexto. Ioan. Andr. in cap. statutum. §. in nullo super verb. casuum prædictorum. & in verb. quomodolibet. de rescript. in sexto. Et idem Ioann. Andr. in cap. primo, §. penult. de clerico ægro. in sexto, exponit ibi quomodolibet, id est per quoscunque contractus & quoscunque actus.* Ergo cum in præsenti donatione dicatur, *quomodocunque ad eum pertinentia*, & sic veniunt etiam bona pertinentia ex testamento Ser Antonij. nec ista dictio potest aliter restringi, secundum quod dixi supra, salua ratione recti sermonis: *prout in simili dicunt Bartol. & alij in leg. si de certa. Cod. de transact. Cano. in cap. primo, extra eodem.* Ista fortius procedunt in præsenti donatione, in qua omnes prædictæ dictiones geminatæ, quæ per se, solæ sufficerent ad impediendum restrictionem, simul & semel omnes iunguntur: quia dicitur, quod donat generaliter omnia & quæcunque bona quomodolibet ad eum pertinentia. 19

Et sic non obstant ea, quæ superius in oppositum allegabantur, quia procedunt, vbi solum esset generalis donatio, vel generalis alienatio, seu obligatio, tunc bene verum esset, quod in generali alienatione non venirent bona prohibita alienari, & subiecta fideicommisso in casum contrafactionis. ita punctualiter procedunt omnia superius in oppositum adducta. Sed in casu præsenti non solum est donatio generalis, sed etiam vniuersalis, & indefinita cum illis dictionibus geminatis, scilicet, *generaliter omnia & quæcunque bona & quomodolibet pertinentia.* Quibus omnibus concurrentibus comprehenduntur omnia bona Ser Antonij prohibita alienari, quæ alias non venirent, per ea quæ superius 20 dixi. Confirmatur optime; quia † quando vltra terminum vniuersalem adiiciuntur etiam alia verba geminata, vt in casu præsenti, tunc non potest fieri aliqua restrictio: quia verba hoc non patiuntur: *vt l. quarta, §. toties ff. de damno infecto, & leg. quod constitutum. ff. de mili. testam.* Vnde decidit notabiliter Salyc. *in l. secunda, in tertia columna. C. de noxa.* quod stante statuto disponente, quod quicunque occiderit hominem quouismodo vel qualitercunque, decapitetur: quod tunc non distinguitur an dolo, vel culpa, nec an fecerit ad sui defensionem vel non: & tamen alias talis restrictio in criminalibus deberet fieri, & hoc quia generalitas verborum non patitur. Sicut in simili militibus, quibus conceditur testari, quomodocunque velint: *vt l. diuus. ff. de mili. testamen.* Nam talis concessio non restringitur, dummodo solemniter secundum ius commune testentur: quia illa verba quomodocunque velint hoc non patiuntur. *l. prima, & leg. quarta, ff. de mili. testamen. ita ibi notabiliter tenet Salyc. quem refert & sequitur Dominus Alexander, in leg. & si seuerior. in secunda columna. Cod. de infami. Dominus Cardina. & Ioann. de Anania in capit. lator. de homicid. facit, quod tenet Bald. in leg. data opera. in quinta columna. Cod. qui accus. non pos. & leg. quicunque. in sexta columna. Cod. de seruis fugi.* Prædicta adhuc fortius militant & procedunt in casu præsenti in donatione inter viuos, & sic in contractu: † quia licet alias in dispositione le- 21
gali, vel statutaria fiat restrictio de habilitate. *leg. vt gradatim. §. sed & si lege. ff. de mune. & hono. & late per Bartol. & alios in leg. prima, §. nunciatio. ff. de operis noui nunciatione*, tamen in contractibus, in quibus sunt apposita verba geminata, puta quæcunque, vel qualiscunque, non fit aliqua restrictio: immo operantur augmentum. *ita notabiliter tenet Bald. in leg. final. in prima columna, circa medium, Cod. fine censu vel reliq.* Facit bene gloss. notabilis, & communiter approbata *in l. cum pena. ff. de arbitris.* Accedat, quod alibi dicimus, quod † in contractibus nedum clau- 22
sula, imo nec minimum verbum debet esse sine virtute aliquid operandi: *secundum Bald. in rub. C. de contrah. empt. in 9. quæst. dom. Alexand. in consi. 118. quinti volum. quod incipit, In casu de quo quæritur primo est discutiendum. in 2. columna. & in consi. 125. quinti volu. incipiente, Attentis verbis inuestitura. in penultima columna. & in consi. 133. quinti volum. quod incipit, Super quæsitis de quibus in themate. ad fin. & ante Bald. illud voluit glo. notabilis in cap. solitæ. in verb. tanquam. de maio. & obed. & gloss. in l. 1. in gloss. 1. ff. quod metus cau. & gloss. in le. 1. §. ait prætor. in verb. si familia. ff. de vi & vi arma.* Item prædicta fortius militarent, quando aliis probationibus in processu coadiuuarentur, prout futurum confiditur, & à parte fuit assertum.

Die 24. Septembris 1508. Florentiæ.

CONSILIVM CXXV.

Argvmentvm.

An & quando natus ex muliere coniugata præsumatur filius mariti vel adulteri: & sic ponitur declaratio & intellectus ad l. miles. §. defuncto. ff. de adulteris.

An & quando infans possit legitimari per Comitem Palatinum.

SVMMARIA.

1 *Natus ex muliere coniugata an præsumatur filius mariti, vel adulteri.*
2 *Possibile honestum, potius quam possibile inhonestum præsumitur.*
3 *Declaratio tex. l. miles. §. defuncto. de adult. 5.*
4 *Institutio facta à quodam diuite de filio cuiusdam mulieris quam cognouerat.*
6 *Filius natus ex matrimonio quando præsumatur.*
7 *Vxor quod sit prægnans ex eius marito secum cohabitato, præsumptio est.*
8 *Præsumptio fortior vincit aliam minus fortem.*
9 *Legitimatio & institutio facta, vt de filio, sunt actus proportionabiles soli filio.*
10 *Legitimatio facta de infante an valeat.*
11 *Declaratio* legis iubemus. Cod. de emancip. liber.
12 *Crimen sacrilegii est disputare de potestate Principis.*
13 *Princeps supra ius, contra ius, & extra ius omnia potest.*
14 *Infans an & quando possit legitimari per Comitem Palatinum. 17.*

15 Ver-

15 *Verbum*, plenam, *importat liberam & absolutam potestatem.*

16 *Dictio*, quoscunque, *vniuersalis distributiua nihil excipit.*

18 *Legitimatio infantis valet facta per Comitem Palatinum cum tutoris auctoritate.*

PONDVS præsentis controuersiæ vertentis inter Matthæum de Fiorita actorem ex vna parte, & Paulum de Fiorita legitimatum & reum conuentum ex parte altera, videtur consistere super validitate vel inualiditate legitimationis dicti Pauli. Nam existente eius legitimatione valida aliæ dubitationes motæ cessare videntur, super quibus omnibus adeo plene & accurate fuit consultum per clarissimum primum dominum consultorem, vt eius dictis parum addi posse videatur. Circa ergo legitimationem d. Pauli, omissis leuibus & non necessariis, duplex principalis difficultas occurrit. Prima † quia mater d. Pauli erat 1
coniugata tempore eius natiuitatis, & sic præsumptio iuris videtur esse, quod potius fuerit filius spurius Iacobi, & sic ex adulterio conceptus: *vt est tex. notabilis & reputatus singularis in l. miles. §. defuncto. ff. de adult.* vbi text. in fin. dicit, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse. Nec in hoc videtur esse credendum dicto matris, quæ contrarium assereret. *l. 3. §. pen. ff. de iureiur. & l. fi. §. 1. de prob. & ille tex. in d. §. defuncto. est ad hoc vnicus & singularis in iure, nec alibi reperitur, secundum Bal. in l. viua matre. C. de suis & leg. & in c. per tuas. in 1. col. de proba. & in consi. 379. tertiæ partis incipi. punctus talis est vt apparere poterit. ad fi. Ang. in l. septimo mense. ff. de statu homi. Dom. Alex. in cons. 157. quinti vol. quod incipit, circa primum dubium, quo quæritur, an assertio. Et est casus valde notabilis, secundum Do. Abb. in c. transmissa. qui filii sint legi. & in c. per tuas. in primo & tertio notabili, de proba. & in c. accedens. ad fi. de purga. cano. & in c. intelleximus. in 2. col. de adult. & in c. officii. de pœn. & remis.* Ratio fundamentalis dicti §. defuncto. est propter benignam præsumptionem, per quam præsumitur in meliorem partem, vt filius potius præsumatur natus ex legitimo matrimonio quam ex adulterio. argum. *l. merito. ff. pro soc. secundum Bal. in d. l. si viua matre.* 2
& in d. c. per tuas. in 1. col. Item potius † præsumitur possibile honestum quam possibile inhonestum: secundum Bald. *in l. filium diffinimus. in 3. colu. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Item in illo tex. honesta coniectura inhonestam præsumptionem fauore innocentis prolis excludit, secundum Bal. *in l. 1. C. qui accu. non pos. in 15. colum. in vers. quoad secundum articulum.* Item ex quo eodem tempore mulier cognoscebatur à viro & ab adultero, debemus fauore filiorum præsumere eum esse filium mariti: quia in dubio debemus facere benignam interpretationem: secundum D. Abb. *in d. c. intelleximus. in vlt. col. in princ. de adul.* Ampliatur † tex. dicti §. defuncto. duobus 3
notabilibus modis. Primo vt procedat etiam, si mulier adultera pariat filium extra domum mariti, & in loco suspecto. Nã adhuc præsumetur esse filius mariti, & non adulteri. *ita notabiliter ampliat D. Abb. in d. c. officii. de pœn. & remis.* Secundo ampliatur vt procedat non solum in vxore, sed etiam in concubina, quæ commisceat se cum aliis viris. Nam filius natus præsumeretur natus ex concubinario, & non ex aliis: *secundum glo. notabilem in c. Michael. de filiis presby. & ita ampliant doctores in d. cap. per tuas. Bal. & D. Abb. in primo & tertio notabili. & ibidem Aret. & Fely. Idem tenet D. Abb. in d. cap. transmissa. qui filii sint legiti. D. Alexand. in d. consilio 157. quinti volum.* Modo in proposito nostro, cum iste Paulus præsumatur esse filius legitimus & naturalis mariti dictæ mulieris, non autem filius spurius dicti Iacobi per consequens non potuit legitimari per Comitem Palatinum tanquam filius spurius, cum esset legitimus & naturalis mariti. Et consequenter legitimatio de eo facta fuit inualida & nulla, & per consequens institutio, qua Iacobus in suo testamento istum Paulum tanquam eius filium legitimum & naturalẽ instituit suum hæredem vniuersalem, cum errauerit in causa finali ipsius filiationis. *leg. si pater. & l. nec apud. C. de hæredi. institu. notatur in leg. eam quam. C. de fideicõmiss.* Et propterea refert Dominus Philippus Corneus Doctor Perusinus *in dicta l. si pater. in secunda columna.* se vidisse consultum per illa iura, quod † non valeret institutio facta à quodam diuite, qui 4
cognouerat mulierem maritatam, & cum pareret constante matrimonio recepit partum in suum filium, & illum fecit postea legitimari, & tandem eum instituit hæredem vt filium suum legitimatum, quod non valeret talis institutio. *& ita late consuluit Dominus Barbat. in consilio vigesimo septimo, primi voluminu, incipiente, scripsit doctissimus apud Græcos summæ Philosophiæ Princeps Plato.* Immo fortius tenet Paulus de Castro *in l. eam quam in secunda columna. C. de fideicom. per illum textum secundum lect. Azon.* quod si quis fecit legitimari filium suum bastardum, & ipsum instituit hæredem, cum tamen legitimatio esset inualida, quod non valet institutio, & hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, non autem applicatur fisco, cum sit pro non scripta. Et tamen ibi non fuit erratum in coniunctione naturi filiationis: qa in veritate erat filius suus spurius, sed fuit erratum super validitate legitimationis, & tamen vitiatur institutio, sicut quando erratur super validitate adoptionis. *d. leg. nec apud. C. de hære. instit. & d. l. eam quam.* Nam per adoptionem efficitur filius legitimus per legem, ita per legitimationem efficitur filius legitimus per legem, qui prius erat solum filius naturalis. Sed præmissis non obstantibus, contrarium arbitror esse de iure verius, quod legitimatio dicti Pauli valeat, & consequenter institutio de eo facta in testamento Iacobi, tanquam de filio suo legitimato teneat, stantibus veris his, quæ in facto præsupponuntur, scilicet quod ista mulier, quamuis coniugata, tamen cohabitabat cum dicto Iacobo adultero, & non cum eius marito: item concurrentibus verisimilibus coniecturis, scilicet assertione matris & dicti Iacobi asserentium istum esse filium spurium ipsius Iacobi, & ita eum nominantium. Et quod dictus Iacobus eum in domo propria vt filium suum proprium educauerit, & sic quod concurrat assertio, & nominatio, & tractatus vt filii. Item quod postea eum fecerit legimari per Comitem Palatinum, & tandem eum in testamento instituerit hæredem vniuersalem: & postea transacti sunt 37. anni, quod dictus Paulus se gessit pro

filio legitimato dicti Iacobi, idcirco cum hæc omnia in vnum concurrant, concludendum videtur dictum Paulum censeri filium spurium dicti Iacobi: prout in simili casu etiam determinat iurisconsultus *in l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. quem text. reputat singularem Bald. in cap. lator. ad fin. de re iudi. eum dicit esse solitarium Bald. in cap. 1. in pen. col. de confir. vtil. vel inutil.* Et in primis ex quo ista mulier quamuis coniugata cohabitabat cum Iacobo adul-
5 tero, & non cum eius marito † certe isto casu non habet locum dispositio *d. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte.* allegatæ supra in oppositum, quod filius præsumatur esse mariti & non adulteri. Nam ille §. defuncto. limitatur, vt non procedat in casu præsenti in muliere coniugata, quæ cohabitabat cũ adultero, & non cum eius marito, vt filius ex ea natus præsumatur esse filius adulteri, non autem mariti: vt probatur *in leg filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ibi, qui in domo natus est. & ibi, si constet maritum aliquamdiu cum vxore non concubuisse.* Adidem tex. *in l. si vicinis scientibus. in versi. domi habuisti. C. de nupt. & ita per illum text. tenet ibi Bald. in versi. quæro, quid si apparet.* Vbi tenet, quod dictus *§. defuncto.* procedat, quando vxor, quæ stabat in domo viri cum alio se miscebat, tunc bene præsumitur esse filius legitimus mariti, ex quo ipsa vxor cum marito cohabitabat. *& ita etiam tenet Bald. in rub. Cod. de proba. in vlt. col. post medium.* Vbi dicit, quod si probatur,
6 quod † filius & puer natus fuit in domo viri & vxoris, tunc bene præsumitur natus ex matrimonio, quãuis vxor esset meretrix, per *d. l. miles. §. defuncto.* Ita etiam tenet Bal. *in d. c. per tuas in 1. col. & ibidem D. Abbas in primo & tertio notabili. ita etiam tenet idem D. Abb. in c. intelleximus. in 2. col. in fin. de adult.* Vbi dicit, quod si mulier in domo mariti secum cohabitantis peperit filium, tunc præsumitur filius legitimus mariti, etiam si probaretur, quod tempore conceptionis adulterabatur pariter cum quodam alio. ita dicit esse text. valde notabilem in dicta *l. miles. §. defuncto. quod est notabile secundum eum.* Ita etiam tenet Ang. *in l. 1. ad fin. ff. de probatio.* vbi dicit, quod si probaretur, quod puer est natus in domo viri & vxoris, præsumeretur, quod esset natus ex legitimo matrimonio, etiam si probaretur, quod mulier fuisset quædam meretrix. *ita dicit esse text. notabilem in d. l. miles §. defuncto.* Ita etiam tenet Petr. de Anchar. *in cons. 226. incip.* videtur prima facie dicendum dictum spurium. in secundo dubio, per glo. *in cap. Michael. de filiis presbyt. ita etiam tenet dom. Alexand. in cons. 157. quinti volum. incip. circa primum dubium quo quari-*
7 *tur, an assertio.* Vbi tenet, quod † præsumptio iuris sit quod vxor censeatur esse prægnans ex marito secum cohabitante: *per d. l. filium eum definimus. & d. l. si vicinis scientibus. & quod ibi notat Cyn.* etiam si probaretur alium, quam maritum cum vxore rem habuisse. *ita dicit probare text. ad hoc reputatum singularem in d. l. miles. §. defuncto.* & idem dicit esse in concubina in domo retenta, vt etiam filius præsumatur natus ex eo, qui eam pro concubina tenuit, licet cum aliis commisceretur: *per glos. notabilem in d. c. Michael. de presby.* Et sic ex prædictis stat vera & cõmunis cõclusio, quæ neminem habet contradicentem, *quod text. in d §. defuncto.* procedit, quando vxor cohabitabat cum marito in domo ipsius mariti, vt tunc filius præsumatur natus ex ipso marito & non ex adultero, alias secus. Confirmatur ista limitatio; quia † vna præsumptio fortior vincit aliam minus & fortem. *l. diuus. vbi Bart. & alij. ff. de in integ. resti. & l. si qui adulterij. Cod. de adulte. & cap. literas. & ibi Alb. in quarto notabili. de præsum.* Item verisimilitudo maior tollit minorem: *secundum Bald. in l. siue possidetis. circa fi. C. de proba.* & vehemens præsumptio naturalis tollit quamlibet opinionem contrariam. *leg. eum qui probabilem. & ibi Bald. ad hoc notat. Cod. de epis. & cler.* Item vltra dictam præsumptionem, quæ est vehementissima, quod dicta mulier cohabitabat cum Iacobo adultero, & non cum eius marito, etiam concurrunt aliæ vrgentes præsumptiones, scilicet assertio & nominatio dictæ mulieris, & dicti Iacobi. Item quod dictus Iacobus educauit eum in domo tanquam filium suum proprium: item fecit eum legitimari & demum eum in testamento instituit hæredem vniuersalem, certe tunc tot & tantis concurrentibus, præsumetur filius adulteri, & non mariti, nec tunc procedit *d. le. miles. §. defuncto. secundum Petr. de Anchar. ita in terminis concludentem in cons. 226 incip. videtur prima facie dicendum dictum spurium. in secundo dubio: quamuis contrarium & minus bene consuluerit D. Andr. Barba in dicto consil. 27. secundi voluminis, incipien. scripsit doctissimus apud Græcos summa Philosophiæ princeps Plato. Et prædicta decisio & limitatio Petri de Ancha. confirmatur dupliciter.*

Primo, quia duo actus vltimi, scilicet legitima-
tio † & institutio facta vt de filio, sunt actus propor- 9
tionabiles soli filio: *vt per docto. in d. c. per tuas.* & per illos duos actus constituitur in quasi possessione filiationis: *secundum Bald. in ca. ex transmissa. de resti. spol. Facit, quod vult Barto. in le. 1. §. idem per contrarium. ff. de lib. agnosc.*

Secundo confirmatur, quia duæ vel plures præsumptiones superius allegatæ debent vincere vnã, in qua fundatur text. *in d. l. miles. §. defuncto. per regulam auth. itaque. & in corpore vnde sumitur. C. communia de succes.* cum duo vel tria vincula fortius operentur quam vnum, *vt ibi & cap. 1. cum glo. de treug. & pa. & l. cum in adoptiuis, in prin. & ibi Bald. in 2. columna. ad hoc notat. Cod. de adop.*

Prædicta fortius militant in casu nostro præsenti, vbi vltra dictas coniecturas, quæ erant in casu, in quo consuluit Petr. de Ancha. & quæ militant in casu præsenti, etiam militant aliæ vehementiores præsumptiones, scilicet quia dicta mulier non cohabitabat cum eius marito, sed cum Iacobo adultero, & ista est vrgentissima præsumptio, vt superius deduxi. Item in casu præsenti concurrit præscriptio triginta septem annorum; quia tam lõgissimo tempore dictus Paulus bona fide & iusto titulo gessit pro filio legitimato dicti Iacobi, in qua tẽporis diuturnitate vna cum aliis adminiculis etiam se fundat iurisconsultus *in d. l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nu.* Et ista duo vltima non solum concurrebant in casu Petri de Anch. sed alia præcedentia: & tamen consuluit, filium præsumi esse filium adulteri, & non mariti, & sic non habere locum tex. *in d. l. miles. §. defuncto ff. de adul.* Ergo multo fortius idem erit concludendum in casu præsenti, in quo militant omnes præsumptiones, quæ erant in casu Petri de Anch. & etiam vltra illas aliæ duæ præsumptiones,

ptiones, quæ sunt vehementes, & multum vrgentes, vt superius dixi. Secunda principalis difficultas, quæ mouetur contra legitimationem dicti Pauli, est: quia erat infans tempore, quo fuit legitimatus per comitem Palatinum. Vnde hic cadit duplex dubitatio. Prima nunquid infans possit legitimari. Secunda, posito quod infans possit à Principe legitimari, nunquid talis legitimatio infantis possit fieri per comitem Palatinum, qui non haberet specialem potestatem legitimandi infantes, & similes. In prima quæstione dubium facere videtur; 10 quia † cum dictus Paulus esset infans, & sic non potuerit consentire legitimationi de eo factæ, videtur quod talis legitimatio non valuerit; ex quo consensus legitimati requiritur, nec possit quis inuitus legitimari, & sic redigi in potestatem alterius: *vt est tex. in §. generaliter. in authen. quibus mo. nat. effi. sui. & in auth. præterea. & ibi Bal. ad hoc no. C. de natur. liber. & in l inuiti. quæ est l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Et istud procedit etiam, quando legitimatio fieret per subsequens matrimonium, adhuc requirit cõsensus legitimati: *secundum Guiliel. de Cu. & Bald. in le. benignius. ff. de legibus. Et est de hoc vltimo etiam text. in d. §. generaliter. in verb. per instrumentorum celebrationem.* Sed ad hoc potest responderi, quod consensus in legitimatione requiritur, verum est in valente consentire, sed in infante, qui non potest consentire, non requiritur: *vt probatur in l. iubemus. & ibi Bartol. & Saly. C. de emancip. lib. Bart. in d. l. inuiti. in final. ff. de his qui sunt sui vel alte. iur. & ita etiam per d. l. iubemus. dicit Barto. in l. placet. ad fin. ff. ad municip. & in l si infanti. C. de iure delib. Paul. de Castr. in cons. 229. incip. viso testamento Reliquiani.* & propterea dicit Bart. in d. l. iubemus, se respondisse cuidam magno aduocato de Luscia eum interroganti, an bastardus infans possit legitimari, cum eius consensus interuenire non possit, *prout requiritur per §. illud. in auth. quib. mod. na. effi. legi.* Et dicit se respondisse, quod illud debeat intelligi secundum determinationem illius *l. scilicet nisi sit infans: per illum text. quem ad hoc reputat notabilem. & sequitur etiam ibidem Saly. & Bar. in d. l. inuiti. in* 11 *fin.* Et licet posset dici contra Bart. *quod † text. in d. l. iubemus.* non probet eius decisionem, quia loquitur in emancipatione, per quam filius infans efficitur melioris conditionis, quia per eam consequitur libertatem à patria potestate, & sic cõcernit omnem commoditatem eius, qui emãcipatur, merito quia nullum præiudicium continet, ideo non exigitur tunc cõsensus infantis. Sed per legitimationem est totum econtra, quia naturalis filius existens liber & sui iuris. *l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alte. iur.* cõstituitur sub patria potestate legitimãtis: *vt in d. §. generaliter.* Et si qua bona materna haberet, acquireret eorum vsumfructum patri, quod esset damnosum ipsi legitimato. & sic videtur, quod Bar. non bene arguat *de d. l. iubemus.* quæ loquitur in emancipatione, quæ in totum cedit commodo & vtilitati ipsius infantis, ad legitimationẽ, quæ posset ipsi infanti esse damnosa. & ita subtiliter Bar. reprehendit Rapha. Fulg. *in d. l. iubemus. & in d. l. inuiti. & Ludo. Ro. qui sibi ascripsit reprobationem Fulgosii in con. 194. incip. in proposita* consultatione primo videndũ occurrit. in quarto dubio. Tamen ad hoc fundamentum potest responderi & defendi Bar. quod sicut emancipatio, de qua loquitur *in d. l. iubemus.* cedit commodo & vtilitati ipsius infantis, ita etiam legitimatio; quæ reddit eum habilem & successibilem patri, & habilitat eum ad quascunque dignitates, & abstergit omnem maculam spuritatis, vt non possit amplius spurius appellari: *vt est tex. in l. imperialis. §. 1. & ibi Bal & Saly ad hoc notant. C. de nup. d. Alex. in con. 2. primi volu. incip. visis codicillis. in 9. col.* Et tanto magis in casu præsenti, in quo ista legitimatio Pauli non potest esse nisi summe vtilis & proficua, nec hic potest haberi respectus ad aliquam hæreditatem matris. Vnde in principe nõ videtur dubitandum, quin Imperator, & sic summus Princeps posset legitimare etiam infantes † quia disputare de 12 potestate principis, est crimen sacrilegij: *vt inquit tex. in l. sacrilegij. C. de crimine sacrilegij.* Itẽ cum Princeps sit causa causarum, non est de eius potestate inquirẽdum, cum primæ causæ nulla sit causa, cum id quod primum est aliud ante se habere non potest: *vt notabiliter inquit Bal. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in penul. col. vt lit. pen.* Et quis est tantæ superbiæ fastigio tumidus, vt regalem potestatem contemnat: *vt l. fina. C. de legibus.* Item † Princeps supra ius, & contra 13 ius, & extra ius omnia potest: secundum Bal. *in capi. cum super. in prima col. de caus. pos. & proprie. Facit tex. in c. proposuit. de concessio. præben.* Item nemo potest dicere principi, cur ita facis: secundum Bald. *in præludiis feudorum. in pen. char. & in l. final. in prima col. in fi. C. senten. rescin. non pos. Andr. de Isern. in c. 1. in 4. col. & etiam in 61. col. circa fin. quæ sint reg. & fuit ante Bal. originale verbum Specul. in titul. de legato. §. nunc ostendendum: in vers. 89. vbi pulchre loquitur. & Pau. de Cast. in cons. 281.* Et sic in principe nullatenus videtur esse dubitandum, quod potest legitimare etiam infantes. Sed succedit † secunda dubitatio, quid in comite Palatino, 14 nunquid possit etiam ipse legitimare infantes & similes, quando de hoc non haberet specialem potestatem in priuilegio legitimandi sibi ab imperatore concesso? Prima consideratione videretur dicẽdum, quod non, quia licet ipse Princeps possit legitimare infantes. & similes, tamen secus videretur esse in comite Palatino, nisi haberet speciale mandatum legitimandi infantes, licet alias haberet potestatem legitimandi. *ita tenet Ang. in d. l. inuiti. quæ est l. final. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur.* vbi dicit illam legem allegari, quod infans non potest legitimari. & ideo secundum eum comes Palatinus non potest infantem legitimare, nisi sit ei expresse concessum à principe. *d. l. iubemus. C. de emancip. libe. Idem tenet Do. Anton. Rosellus in tractatu suo legitimationis, in secundo libro sub rubri. de causa materiali vel subiectiua. in secunda columna in versicu. Sed iuxta hoc quæro, infans. Idem tenet dom. Martinus Lauden. in disputatione sua, quæ incipit, Augerius Seio vbi ponit tractatum legitimationis in 22. colum. in versicul. Quæro, an bastardus infans possit legitimari. Idem tenet D. Cardi. Alexandrinus in cap. per venerabilem. §. quod autem. qui fil. sint legi. in 16. char. in versicu. consequenter quæritur, an infans,* Vbi dicit, aduerte tu, qui habes priuilegium legitimandi, facias specialiter exprimere de infantibus & furiosis, quia forte ad illa potestas tua non extenderetur. *Idem tenet Domin. Francis. Curti. in consilio 19. incipien. viso priuilegio Serenissimi Imperatoris, in primo dubio, & latius in consilio 64. quod incipit, seriosa narratione facti. in tertia colum-*

na & duabus sequentibus. Istud etiam de mente Bald. est *in dicta leg. iubemus. circa fin.* vbi dicit quod infans potest legitimari, dummodo fiat per rescriptum principis. Sic etiam potentia legitimandi mentecaptum conuenit solum Cæsari, & non comitibus Palatinis, nisi specialiter haberent in potestate: *secundum Angel. in quæst. per eum disputata, quæ incipit, nobilis quidam genere. in quarta columna.* Sed præmissis non obstantibus contrarium posset teneri, quod legitimatio infantis possit fieri siue per principem, siue per eum, cui princeps generalem potestatem legitimandi concesserit; quia tunc talis legitimatio fit authoritate ipsius principis, quod fieri potest. *d. leg. iubemus. & ita in specie tenet Bald. in consilio 204. secundi voluminis, quod incipit, super primo articulo, quo quæritur vtrum infans.* vbi tenet, quod Comes Palatinus habens potestatem legitimandi quoscunque non legitimos, poterit etiam infantes legitimare. Idem tenet Bald. *in consilio 5. quintæ partis, quod incipit, primo est videndum de legitimatione dicti infantis. & in consilio 119. quintæ partis, quod incipit, quidam vxoratus nomine Christophorus.* Idem tenet Paul. de Castr. *in consilio 229. incip. viso testamento Reliquani. in prima columna. circa medium.* Rapha. Fulgo. *in consilio 16. incip. casus talis est. A decessit condito testamento. in secunda columna. Idem tenet Dom. Andr. Barba. licet prædicta non alleget, in consilio 34. secundi volum. quod incipit, præclare optimus dixit Psalmista.* Alibi idem Bald. *in consilio 146. primi volum. quod incipit, Titulus Principis Achaiæ. ante fi.* tenet quod infans pōt legitimari & efficitur legitimus, sed nō redigitur in potestatem patris, si non consentiat. *& illud consilium est errore duplicatum in consilio 388. quinti volum.* Tamen in casu præsenti ista inuestigatio non videtur esse necessaria, cum iste comes Palatinus, vt in eius priuilegio imperiali continetur, habeat plenā & omnimodam potestatem legitimandi quoscunq; spurios & incestuosos, tam præsentes quam absentes. Vnde propter talia verba in eius priuilegio contenta videtur satis habere potestatem legitimandi etiam infantes. Et istud ostenditur ex quatuor. Primo per illa verba,
15 plenam & amplam potestatem. Nam † verbum, *plenam*, importat liberam & absolutam potestatem. *cap. præterea. & ibi Do. Cardi. Florentinus not. de off. deleg. Facit text. in l. si procurator. in verb. plenam. vbi Barto. & doct. Cod. de procur. & ibi aliquando legendo dixi. Bart. & doct. in leg. procurator cui libera. ff. eo. de procu.* Similiter dictio, *omnimodam*, quæ est vniuersalis & geminata, comprehendit etiam ea, quæ non veniunt sub generalitate verborum: *vt est gl. notabilis in clemen prima. in verb. omnimodam, de foro compe. quam reputat singularem Dom. Abb. in cap. conqueſtus. eo. titu. & sequitur D. Anto. de Butr. in cap. super quæstionum. in princi. in tertia columna. de offic. delega. Ang. in leg. imperium. ff. de iurisdi. om. iudicum, cum concor. quas alias ibi legendo dixi.* Secundo, quia iste comes Palatinus habet potestatem legitimandi quoscunque spurios, & incestuosos, ergo etiam infantes. *ita tenet Bald. in prædallegato consilio 204. secundi volum.* Confirmatur vltra Bal. pōderando illā vniuersalē, quoscūq; spurios, q̄
16 † est vniuersalis distributiua, & nihil excipit: *vt inquit text. notabilis in cap. solitæ circa finem. de maio. & obe.* Hinc est, quod si aliquis acquisiuit feudum pro se & hæredibus suis quibuscunque, tunc propter illam dictionem, *quibuscunque*, veniunt personæ ad tale feudum, quæ alias non admitterētur, & sic veniunt etiam extranei hæredes: *secundum Bald. in leg. 1. in 30. & 48. quæst. ff. de rerum diuis. & in cap. in præsentia. in octaua columna. ad finem, de probat. Dom. Alexand. in l. si patroni. in princ. in penul. columna. ff. ad Trebel.* Similiter etiam quando feudum est receptum pro se & hæredibus suis quibuscunque, tunc propter illam dictionem, *quibuscunque*, veniunt etiam legatarii, qui alias non venirent: *secundum Bald. in cap. imperialem. in princip. in penultima. columna de prohib. feud. alie. per Freder. & sequuntur Ludo. Roma & D. Alexand. in leg. etiam. in princip. ff. de solu. matr. Ludo. Roma. in leg. id tempus. §. 1. per illum textum. ff. de vsucap. D. Alexand. in dicta l. si patroni. in princ. in penultima, & vltima columna. & in leg. quædam. §. nihil interest. in prima columna. ff. de eden. & in l. Gallus. §. etiam parente. ff. de libe. & posthu. & in leg. quod dicitur. in vltima charta. ff. de verbo. oblig. Ita etiam tenet D. Abb. in cap. 110. quod incipit, nitar in præsenti causa. in tertio dubio. Facit glo. in leg. fina. in versic. per quamcunque. Cod. qui legi. perso stan. in iudi. ha. vel non, & quod vult glo. notabilis in leg. cum pœna. ff. de arbi.*
Tertio facit; quia † iste comes habet potestatem le- 17
gitimandi tam præsentes, quam absentes, quo casu videtur habere potestatem legitimandi etiam infantes secundum Bald. *in prædallegato consilio 204. secundæ partis.* vbi in terminis quærit, vtrum infans possit legitimari per comitem Palatinum habentē potestatē legitimādi quoscūq; nō legitimos tā præsentes quam absentes. & dicit videri prima facie dicendum quod non: quia per hoc legitimatus non consentiens redigeretur sub potestate patris, *contra §. generaliter. in authen. quibus mod. nat. effi. sui.* Contrarium determinat, quia authoritate principis hoc fit, & fieri potest: *vt leg. iubemus. in fin. Cod. de emancip. libe.*

Item hoc tendit ad vtilitatem infantis, & ideo intelligitur consentire, *vt l. si infanti. & cum similib. C. de iure delib.* Itē, quia infans & furiosus sunt ad instar absentis: Ergo legitimari possunt sicut & absentes, de quibus fit mentio in priuilegio, cum eis æquiparentur. Et quod infans & furiosus loco absentis habeantur, *vltra Bald. est text. in lege secunda. §. furiosus. ff. de iure codi. & in leg si pupillus. ff. ex quibus causs. in po. eatur.* Quarto, in ista legitimatiōe Pauli infantis interuenit authoritas tutoris sui, quo casu nemo dubitat, quod † valet legitimatio infantis facta per 18
Comitem Palatinum cum authoritate tutoris: & istud ostenditur arguendo de arrogatione ad legitimationem, quod argumentum est validum: *secundum gloss. in leg. 1. ad finem in versi. parentibus. ff. ad municip. cum legitimatio sit similis arrogationi. leg. iubemus. Cod. de natu. liber. Bartol. in lege prima in vltima colu. C de iure aureo. annul.*

Sed sic est quod infans potest arrogari cum authoritate tutoris sui. *leg. etiam infantem. ff. de adopt.* Ergo etiam infans poterit legitimari per Comitem Palatinum cum authoritate tutoris sui. Et ita etiam in casu isto tenent & tatentur Ludoui. Roma. & Rapha. Fulgos. qui alias tenebant contra Bartol. vt supra retuli. ita expresse tenet Rapha. Fulgo. *in d. leg. iubemus. Cod. de emanci. lib. & in d. leg. inuiti. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, & Ludo. Roma. in prædallegato consilio 194. in quarto dubio. per legem secundam.*

secundam, & l. etiam infantem. ff. de adopt. & l. fi. C. de autho. præstan.

Die 2. Nouembris, 1508. Mantuæ.

CONSILIVM CXXVI.

ARGVMENTVM.

Materia alluuionis quid, & quando sit.
Et materia aluei derelicti quando locū habeat.

SVMMARIA.

1 *Alluuio quid, & quando fit. 4. 6. 7.*
2 *Alluuio vt dicatur, incrementum debet esse latens.*
3 *Alluuio statum prædiorum immutat.*
5 *Alluuione adiectum sicut primus ager possidetur.*
8 *Omnia denominantur à fine.*
9 *Intellectus infirmitas, quærere legem, vbi naturaliter sentimus.*
10 *Aluei mutatio est accessio patens.*
11 *Alueus derelictus quando dicatur.*
12 *Flumina vice censitorum funguntur.*
13 *Testes non possunt testificari de eo, quod non vident.*
14 *Experimentum verorum sermonum est: vt concordent rebus sensatis.*
15 *Probatio magis verisimilis præfertur alteri probationi.*

1 ALLVVIONIS † cognitio dum in esse producitur in intellectu & imaginatione consistit, & non in visu corporali, etiam si quis tota die figat intuitum, imbecillitas visus humani tam subtilia incrementa perpendere non potest: *vt dicit tex. cum gl. in l. adeo. §. præterea. ff. de acquiren. rer. dom. & in §. præterea, quod per alluuionem, instit. de rer. diuis.* Quis enim arenam, quæ in formā agri paulatim redigitur, dinumerare, vel per singula momenta designare, aut intelligere potest? certe nullus: *secundum Bald. in rubr. ff. de rerum diuis. in 9. colum. in princip.* Similiter alluuionis in esse productæ materia, quoties ad actum practicum deducitur, multum in speculatione versatur. In ista materia alluuionis in præsens fuit plene & subtiliter cōsultum per solennes aduocatos Florentinos, vt quæ dicturus sum paucioribus à me veniant absoluenda. In casu ergo præsenti quæritur, an Ioannes de Caualcantibus reus conuentus sit in casu alluuionis ex dictis testium per eum productis, an vero ex depositionibus testium partis contrariæ desinat esse alluuio. Dubium facere videtur: quia probatum apparet, quod quando fiebat decrementum ex prædio illorum de Gualterotis, illud erat in quantitate non parua. Punctus itaque principalis est videre, an ad hoc vt dicatur alluuio non solum debeat esse incrementum latenter & paulatim factum, prout dicunt expresse duo text. proxime prælegati, sed etiam requiratur, quod decrementum ex alia parte debeat similiter esse paulatim, & sic minutatim factum. Est quæstio noua in materia alluuionis, non tacta in specie à doctoribus, in qua videretur pri-
2 ma consideratione dicendum, quod † non solum incrementum debeat esse latenter & paulatim factum, sed etiam ipsum decrementum: *per tex. in l. 1. ad fin. C. de allu. & palu.* vbi dicit tex. quod si paulatim ita auferat, vt alteri parti accrescat, id alluuionis iure ei quæritur. Ad idem est gl. *in capit. ex transmissa, in verb. minutatim. de præscript.* quæ dicit, quod alluuio † statum prædiorum immutat, alii auferendo paulatim, alii dando latenter: *per d. l. 1. & 2. C. de allu. & palu.* Idem videtur esse de mente Bal. *in rubric. ff. de rer. diuis. in 8. colum. in versic. nunc de rebus singulorum.* vbi dicit, quod alluuio ex vna parte per minutissimas particulas addit, & ex alia, scilicet ex opposito, diminuit & corrodit. Vnde Iob. 14. ca. alluuione paulatim terra consumitur. Et ibidem ponit Bald. exemplum de arena paulatim cadente de horologio vitreo, vbi vtrunque, scilicet decremētum ex parte superiori, & additamentum ex parte inferiori paulatim & minutatim fit. Sed præmissis non obstantibus, puto in ista materia alluuionis esse aliter de iure concludendum. Vnde dico, quod 4
in alluuione si nos consideramus initium, & sic detractionem, seu decrementum, quod tunc si illud fiat paulatim, vel minutatim, res est clara, quod erit alluuio. ita loquitur tex. *in d. l. 1. & gl. in d. cap. ex transmissa. & Bald. in d. rubr. ff. de rer. diuis.* Si autem detractio non fiat paulatim, sed cum impetu fluminis aliqua pars agri auferatur, ita quod videri bene potest quantum quolibet momento temporis detrahatur, prout communiter contingit, & prout euenit in casu præsenti, & tunc si postea paulatim adiiciatur fundo alterius, ita quod discerni non possit quantum quolibet momento temporis fuerit adiectum, tunc etiam ista dicitur alluuio propria & vera, per quam iure alluuionis acquiritur ius, vel dominium illi, cuius fundo adhæserit, vt dicunt iura prælegata, nisi crusta vel forma prioris terræ appareat totaliter, quod cognosci possit: *vt dicunt gl. & doct. in d. §. præterea quod per alluuionem, instit. de rer. diuis. & in d. l. adeo. §. præterea. Bartolus in tractatu de alluuio. in verb. per alluuionem.* Item † illud, quod per 5
alluuionem adiicitur, non solum efficitur nostrum de iure gentium, vt in iuribus prælegatis, sed etiam illud possidemus: quia cum illud quod adiicitur, sit pars primi agri, & non nouus ager, certe illud quod adiectum est, sicut primus ager possidetur, *argu. l. 3. in princip. ff. de acquiren. poss. §. 10.* cum in ea opinione quis esse videatur, vt velit totum fundum possidere: *vt l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. penul. ff. de lega. 1. & ita tenet Bart. in dicto tractatu de alluuionib. in verb. acquiritur nobis circa principiū. Bald. in rubri. ff. de rer. diuis. in 12. col. Facit bene tex. in l. si ego. §. quod tamen per alluuionem, iuncta l. si sponsus. §. fina. ff. de publi.* Vbi publiciana non datur nisi adepta possessione, & tamen datur respectu eius, quod accessit per alluuionem. Vnde Azo in summa. *C. de allu. & palu.* super rubrica dicit, quod † alluuio est incre- 6
mentum, vel detractio latens, & sic loquitur alternatiue, & non copulatiue. & dum dicit, quod est detractio latēs, habuit respectum ad *d. l. 1. C. de allu. & palu.* & dum dixit, quod est incrementum latens, habuit respectum ad alia iura superius allegata. Pro ista opinione, quod ad hoc vt dicatur alluuio, non requiratur, quod detractio sit latenter & minutatim facta, sicut augmentum, patet ex diffinitione alluuionis, quæ debet continere substantialia diffiniti. Nam alluuio diffinitur, quod est incrementum latens. *dict. §. præterea quod per alluuionem, instit. de rer. diui. gl. in cap. 1. §. si quis de manso. de contro. inuesti.*

Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua in versi. 131. Item tex. in l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufruct. appellat alluuionem illud, quod fundo accedit. & postea *in versi. sed si insula.* dicit text. quod alluuio est incrementum latens. Item tex. *in l. hoc iure. §. si aquam. ff. de aqua coti. & æsti.* dicit, sed si alluuione paulatim accesserit fundo tuo. Item tex. *in d. §. præterea quod per alluuionem. & in d. l. adeo. §. præterea,* solum consideratur incrementum fieri latenter, & de decremento verbum nullum. *Et Bald. met. in d. rub. ff. de rer. diuis. in d. colum. 8. ad fin. & principio sequentis,* licet primo loco videatur vti aliquibus verbis, quæ videantur in oppositum facere, & quæ superius retuli, tamen
7 postea conclusiue diffinit, quod † alluuio est incrementum latens, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi non possit quantum quoquo momento temporis adiiciatur. Istud etiam patet in cucurbita, *per quam gloss. & doct. exemplificant & declarant alluuionem, glo. in d. l. adeo. §. præterea. & gl. & doct. in d. §. præterea quod per alluuionem. Bartol. in dicto tractatu alluuionis, in verb. per alluuionem. Baldus in d. rubr. ff. de rer. diuis. in 8. colum. in versic. nunc de rebus singulorum.* & tamen constat, quod in cucurbita non est dare, nisi latens incrementum, non autem decrementum. Confirmantur prædicta considerato fine & effectu alluuionis, qui non est nisi additamentum & augmentum, non autem detrahamẽtum, vt in iu-
8 ribus superius allegatis. Et † à fine omnia denominantur, cum finis sit causa causarum: *secundum Ioan. Andr. in proœmio sexti,* & causa finalis est fons causarum: secundum Bal. *in l. eam quam. in 2. colum. in prin. C. de fideicom.* Item si decrementum ad esse alluuionis deberet fieri paulatim & minutatim, prout incrementum, hoc est taliter, quod non possit videri quantum quolibet momẽto temporis detraheretur, certe raro, vel nunquam daretur alluuio, cum à communiter accidẽtibus soleat decrementum videri, cum fiat ex impetu fluminis, vel aquarum auferentium ex agro, quem corrodunt, prout docet experientia, quæ est rerum magistra: *vt c. quam sit, vt prin. de elect. in sexto.* Sed leges non adaptantur ad ea, quæ raro accidunt. *l. ex hìs. ff. de legi.* Concludo ergo ex prædictis, quod ad hoc vt dicatur alluuio, non requiratur de necessitate, quod decrementum, seu detractio fiat latenter & minutatim, prout de necessitate requiritur in ipso instrumẽto: tamen si etiam ipsa detractio fieret paulatim sicut & augmentum, adhuc & multo magis diceretur alluuio, vt ex prædictis manifeste appareret. Ista opinio videtur mihi, quod non solum sit iuridica & rationabilis, sed etiam naturalis, & per
9 rerum experientiam confirmata. Vnde † quærere rationem vel legem, vbi naturaliter sentimus, nihil aliud est quam infirmitas intellectus: *secundum Auerroem, vt inquit Bald. in rubri. ff. de rer. diuis. in penult. colum. & in l. testium, in penult. colum. C. de testi. & in l. actor, in 1. colum. C. de proba. & in l. executorem, in antepen. colum. in fi. C. de exe. rei iudi. Ang. in consi. 110. quod incipit, sanctissima & illustrissima Regina. in 6. colum. & in consil. 274. quod incipit, thema super quo consilium petitur, in vlt. colum. & in consilio 317. quod incipit, in quæstione vertente inter illustrissimos Principes, in 3. colum.* Item satis est allegare naturalem iustitiam, & naturalem rationem ad decisionem causarum: *vt est tex. solennis in l. scire oportet. §. sufficit. & ibi Bal. ad hoc ponderat. ff. de excusatuto. & tex. in c. secundo requiris. in fi. & ibi dom. Abbas in vltimo notabili, de appella. & in cap. 3. & ibi D. Abb. ad hoc notat, de præben. gl. in c. ex eo. in versicu. rationis, de elect. in sexto. & gl. 1. dist. in cap. consuetudo.* item rationabile dictum debet mouere iudicem sicut lex scripta: secundum Andream de Isernia *in proœmio feudorum, in vlt. colum.* Circa aliam dubitationem quæ mouetur, an agentes ex materia aluei derelicti debeant de iure obtinere. Et quia in hac secunda difficultate fuit etiam plene & abundanter scriptũ per clarissimos dominos aduocatos Florentinos, ideo etiam in hoc secundo dubio paucis insistam, & conclusiue procedam, & attingam ea, quæ de iure vera videbuntur. Dico ergo per conclusionem, quod cum per alluuionem, quæ est incrementum latens, sit acquisitum dominium Ioanni de Caualcantibus, prout firmaui supra in articulo præcedenti, non potest dici, quod † per mutationem aluei, quæ 10
est accessio patens, *prout etiam dicit Bald. in d. rubr. ff. de rer. diuis. in 8. colum. circa finem.* debeat ex æquitate fieri restitutio d ctis de Guelterotis: *iuxta leg. adeo. §. quod si toto, in versicu. Sed vix est. cum glo. ff. de acquir. rer. domi. & declarat Barto. super dicto verb. in tractatu de alueo.* Nam † alueus derelictus dicitur, quando flu- 11
men impetu quodam totum primum naturalem alueum derelinquit, & nouum aluei m in agro alterius facit: *vt est text. in d. l. adeo. §. quod si toto. & in l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. rer. domi. & in §. quod si naturali. instit. de rer. diuis. Bar. in dicto tracta. de alueo. in verb. quod si toto. & Bald. in d. rub. ff. de rer. diuis. in 13. colum. in materia aluei.* & tunc si flumen vno impetu simul & semel, vel successiue totum agrum alicuius occupauit, non applicando illum alicui vicino, sed applicando sibi ipsi flumini, quia fecit sibi lectum & sic nouum alueum in illo agro, tunc ille ager sic à flumine occupatus efficitur iuris publici, sicut & ipsum flumen est publicum de iure gentium: *vt dicit tex. in d. l. adeo. §. quod si toto. & in d. l. ergo. §. alluuio. & dicit tex. in l. 1. §. simili modo ff. de flumi.* quod impossibile est, quod alueus fluminis publici non sit publicus. Et si postea idem flumen alio impetu facto lectum, & sic illum alueum nouum derelinquit, tunc ager primo occupatus de æquitate debet restitui priori domino: *vt in d. l. adeo. §. quod si toto. versicu. sed vix est. & dicta l. ergo. §. alluuio. & l. si ager. & l. cum vsumfructum. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.* Ratio est; quia † tunc flumina vice censitorum funguntur, 12
vt ex priuato in publicum adducant, & ex publico in priuatum: *vt inquit tex. in d. l. ergo. §. alluuio.* vbi per hoc infert text. quod sicuti ille fundus, cum alueus fluminis factus esset, fuisset publicus, ita nũc priuatus eius esse debet, cuius antea fuit. & illa verba illius text. scilicet censitorum iure funguntur, vltra gl. ibi etiam declarat Barto. *in tractatu de alluuionibus. in verb. acquiritur nobis.* Alueus enim publicus dum corrodit de priuato facit publicum, & dũ restituit de publico facit priuatum: secundum Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis. in 10. colum.* Illa ergo iura procedunt, quando flumen publicum ex mutatione aluei impetuosa occupat agrum alicuius, & non applicat eũ alicui vicino, sed sibi flumini retinuit. Quando ergo applicauit vicino, paulatim adiiciendo postea per alluuionem agro vicini, & sic effectus est ipsius

vicini,

vicini, tunc si postea flumen alio impetu facto alueum mutat, certe tunc terra per alluuionem paulatim applicata illi vicino nō debet postea per mutationē illius aluei ex aliqua æquitate restitui priori domino, ex quo talis ager non reperitur esse in illo alueo publico nūc mutato, sed est applicatus paulatim agro vicini, ex quo iam est ius quæsitum illi priuato, & sic tūc cessat ratio tex. *in d. §. alluuio, quem supra proxime retuli.* Et iste est punctualiter casus noster, vt patet ex dictis testium productorum in fauorem Ioannis conuenti. *Et ita aperte tenet Bald. in d. rubr. ff. de rer. diuis. in 13. col. in versi.* Sed pone quod impetus fluminis abstulit mihi totum agrum meum, non applicando vicino, sed applicādo sibi ipsi flumini, &c. vt ibidem per eum. Eo quia in mutatione aluei quando ager occupatus fuit acquisitus ipsi flumini, & sic effectus est publicus, & nihil fuit acquisitum priuatis, tūc illo alueo derelicto, æquum est agrum ad suum priorem dominum redire, vt in iuribus prælegatis. Sed quando per mutationem aluei paulatim adiecit agro vicini, & eius effectus est per alluuionem, prout in casu nostro, tunc nec de æquitate, nec de rigore prior dominus recuperat, ita ibidem formaliter tenet Bald. Nec prędictis determinationibus, quas feci super vtroque dubio præcedenti, habet obstare illud, quod deponūt testes producti per partem aduersam, in quantum deponunt, quod decremētum poterat quandoque videri. Nam istud non impedit ius alluuionis, prout late firmaui supra in primo articulo, præsertim cum subiungant, & ab alia parte applicando terram prædio Ioannis limosam & glareosam. Nam omnia incrementa fluminum, quæ fiunt per alluuionem, sunt additamenta arenosa: *secundum Bartol. in dicto tractatu de alluuio. in verb. adiecerit, ad fin.* Item dum postea dicti testes subdunt, quod licet non potuerit videri oculis, quantum applicaretur à latere Ioannis, quod hoc eueniebat; quia aquæ cooperiebant terras Ioannis tanquam depressiores: tamen cessantibus aquis apparebat virtualiter, & intellectualiter cognosci poterat, quod qui stetissent ad videndum, potuissent cognoscere quantum quoquo momento temporis accresceret, licet nō oculis videre certe isti testes nihil probant, quia non deponunt de eo, quod censu corporeo percipitur, sed de eo quod iudicio intellectus cognoscitur: & sic non deponunt vt testes, sed vt iudices, ergo nihil valet dictum eorum. *l. testium, vbi doctores. C. de testib. l. qui testamento. §. fin. & ibi Bart. notat. ff. de testam. & l. 1. in prin. & ibi Bart. notat. ff. de his quæ in testa. delen. Inno. & cano. in c. cum causam, de testib. Vnde alibi dicit notabiliter & ad propositum Bal. in l. 2. in*
13 *penul. col. C. de rescin. vend.* quod † illud, quod oculi testium non vident, testificari non possunt, quia eorum debet esse testimonium, & non iudicium. Veritas enim quæ aufugit ab oculis testium per aspectum præsentem testificari non potest. ita ibi notabiliter dicit Bal. Vnde probatio sensitiua illa est optima: secundum Bal. *in rubr. ff. de rerum diuis. in penult. col.* Et dum dicunt supradicti testes, quod cessantibus aquis, qui stetissent ad videndum, potuissent cognoscere quantū quoquo momento temporis accresceret, licet nō oculis videre: certe istud cognoscere quantum quoquo momento temporis accresceret, est impossibile per rerum naturam, scilicet quod possit cognosci momentū, & sic temporis instans, & imbecillitas sensus humani percipere non potest. Vnde cum tales testes deponant illud, quod non potest cadere in sensum hominis sensatum, nihil penitus probant, & sunt admodum suspecti. quia † experimentum verorum 14
monum est, vt concordent rebus sensatis, vt magnus ait Auerroes: *secundum Bald. in consi. schismatis in 14. colum. & in l. 1. in 3. colum. C. de serui. fugi. & quod à verisimili remotum est, imago est quædam falsitatis: secundum Bald. in d. l. 1. in 3. colum. C. de seruis fugiti.* Vnde potius est standum testibus productis pro parte Ioannis conuenti, cum magis verisimilia deponant. *cap. quia verisimile, de præsumpt.* Nam magis creditur paucis testibus verisimiliora deponentibus, quam pluribus non verisimilia dicentibus: *secundum Bal. in l. testium, in penultima colum. C. de testi.* Item † pro- 15
batio magis verisimilis præfertur alteri probationi, licet illam excedenti in numero, vel in qualitate testium: secundum dominum Abbatem *in cap. cum oporteat, in vltima colum. de accusat.* Item verisimilitudo in probationibus multum attenditur: *secundum Baldum in l. scriptura, in 2. colum. & ibidem Salyc. C. de fide instrumen.*

Florentiæ 19. Nouembr. 1580.

CONSILIVM CXXVII.

SVMMARIA.

1 *Princeps potest tollere & auferre ea quæ sunt iuris ciuilis sine causa. 11.*
2 *Ius adeundi non dicitur esse in bonis nostris.*
3 *Hæreditatem non adire, vel nulliter adire paria sunt.*
4 *Aditio vitiatur, si institutus adeat ab intestato.*
5 *Error in causa acquirendi impedit voluntatem.*
6 *Opinio magis quam veritas quando inspiciatur.*
7 *Succedi ab intestato non potest, donec pendet dubium, an testamentum valeat.*
8 *Testamentum potuit incipere à substitutione.*
9 *Aditionis causam quis scire debet ad hoc vt possit succedere.*
10 *Aditione solo animo facta acquiritur dominium de iure ciuili tantum.*
12 *Dominium semper est de iuregentium, licet modi acquirendi possint esse de iure ciuili.*
13 *Traditio est actus iurisgentium.*
14 *Comes palatinus tantam potestatem habet in legitimando, quantam ei Imperator concesit.*
15 *Comes non potest legitimare de plenitudine potestatis.*
16 *Potestas legitimandi data comiti palatino inspicienda est.*
17 *Potestas legitimandi concessa comiti palatino est fauorabilis.*
18 *Pater quando præordinauit filium spurium debere legitimari potest et post aditam hæreditatem legitimari.*
19 *Voluntas probatur ex actu nullo.*
20 *Causa iusta legitimandi in patre quæ.*
21 *Legitimatio quæ fit per comites palatinos ex voluntate patris dicitur fieri ex legitima & rationabili causa.*
22 *Legitimatio inualida reddit et institutionē inualidam.*
23 *Habilitas in hærede instituto requiritur tribus tēporib.*
24 *Legitimatio, seu restitutio natalibus retrotrahitur.*
26 *Substitutio pupillaris conualidatur facta per patrē filio spurio legitimato post eius mortē, de eius voluntate.*

27 Insti-

27 *Institutio aliquando reconualidatur.*
28 *Subreptio an & quando vitiet legitimationem.*
29 *Dispositionem vitiat non plena qualitatis expressio.*
30 *Rescripta ad beneficia debent stricte interpretari.*
31 *Legitimatio est fauorabilis & extendenda.32.*
33 *Causa proxima & immediata debet magis attendi, quam remota.*

DVBITATVR in occurrenti casu, an legitimationes factæ de magistro Io. Petro de Berneriis Papiensi post mortem patris sui valeant & præiudicēt agnatis transuersalibus ab intestato venientibus, qui ei aduersantur. Ego præsentem consultationem paucis absoluam, omittendo allegationes ad partes, cum non expediant. & procedam conclusiue ponendo veras & magis communes conclusiones, & attingam substantialia, prætermissis non necessariis. Dico ergo conclusiue & substantialiter loquendo, quod legitimationes factæ de dicto magistro Io. Petro post mortē patris per comites Palatinos habentes amplam legitimandi potestatem, validæ & iuridicæ sunt censendæ, & rite ac recte factæ, & excludunt istos agnatos transuersales, qui ab intestato nulliter successerunt. Nam post mortem patris, antequam sit adita hæreditas per venientes ab intestato, potest indistincte princeps & comes Palatinus legitimare spurium, & eum habilitare ad successionem patris in præiudicium venientium ab intestato; eo quia ante aditam hæreditatē nullum ius adhuc fuit acquisitum ipsis agnatis, sed solum habent facultatem adeundi, quæ est de iure ciuili. *l. lege obuenire. ff. de verb. signif. & c. ius quæsitum. 1. d. stin.* Sed † ea 1
quæ sunt iuris ciuilis Princeps potest tollere, & auferre etiam sine causa: *secundum gloss & doct. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. publi. & in cap. quæ in ecclesiarum,* 2
de constit. Item † ius adeundi non dicitur esse in bonis nostris antequam actualiter sit adita hæreditas. *textus est notabilis in l. pretia rerum, circa princi. pium. ff. ad l. Falcid. quem tex. ad hoc notat & dicit non esse alibi Bald. in l. 2. ad fin. C. de iur. & fact. igno. Item tenet Bart. in l. post emancipationem. §. 1. ff. de libe. lega. Bal. in l. Deo nobis, ad fin. C. de episcop. & cleric.* Et ita in specie quod solum ius adeundi non impediat legitimationem fieri post mortem patris in præiudicium venientium ab intestato, tenet Paul. de Castro, *in l. Gallus. §. & quid si tantum, in vlt. col. ff. de lib. & posthum.* dicens se ita alias consulendo dixisse, licet non reperiat aliquem doctorem tangentem. Et sequuntur D. Alex. & Aret. ibi, & ita consuluit Paul. de Castro, *in consil. 225. incip. super primo dubio videtur dicendum, quod legitimatio. Idem ante eum tenet Bald. in l. rescripta, in penult. col. C. de preci. impe. offe. & in c. domino guerram, in pen. col. in tit. hic finitur lex Corradi. & in l. 1. in fi. C. de iur. aure. annul. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Idem, post multa argumenta ad partes, tenet Saly. in auth. item si quis. C. de natu. libe. ita etiam tenet Bart. in l. 1. §. filius, in fi. ff. ad Tertul.* & ibi est optimus text. q̄ princeps restituendo damnatum potest auferre ius adeundi delatum alteri, quem tex. etiam ad hoc allegat Bar. *in tractatu suo minoricarum, in vlt. col. Areti. in l. ex facto. §. fin. in pen. col. ff. de vulga. & pupil.* Et cum ista cōclusione transeunt indifferenter omnes nemine discrepante. Sed in casu nostro hæreditas, de qua agitur, nondum erat adita per istos agnatos transuersales tempore dictarum legitimationum: ergo tales legitimationes fieri potuerūt in præiudicium ipsorum agnatorum, non obstante illo iure adeundi eis competente. Quod autem hæreditas nō fuerit adita, patet. Nam paria sunt † non adire hæ- 3
reditatem, vel nulliter adire, seu via incompetente. *l. 2. & ibi Saly. Fulgos. & alij ad hoc not ant. C. de suc. edict. & l. fi. ff. de lib. & posthu. & l. filius emancipatus ff. de colla. bo.* Item paria sunt, aliquid non esse factum, vel male & inutiliter factum. *l. quoties. & ibi Bart. & alij not ant. ff. qui satisd. cogan. & l. nulla. ff. de autho. tut. & l. quamuis. §. si conuenerit. & ibi Bartol. ff. ad Velleia.* Item nihil & inualidum æquiparantur. *l. si aut nullum. & ibi Bald. ad hoc not at. C. de legi. hæred.* Sed isti agnati transuersales adiuerunt hæreditatem ab intestato, vt constat publico instrumento aditionis in actis producto: sed ista talis aditio ab intestato non valet, cum isti agnati fuerint substituti in testamento, & putauerint testatorem ab intestato decessisse: & sic cum non scirent ex qua causa hæreditas ad eos pertineret, aditio redditur nulla: *vt est text. clarus in l. si is ad* 4
quem. ff. de acquirenda hæreditate. vbi si † institutus in testamento, vel substitutus adeat, ab intestato aditio vitiatur & annullatur. & rationem ibi assignat Barto. quia hæreditatis aditio consistit in animo & voluntate. *l. pro hærede. in prin. & §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredita.* Sed † error in causa acquirendi im- 5
pedit voluntatem, quia nihil est tam contrarium voluntati quam error, qui consensum impedit. *l. si per errorem. ff. de iurisdict. omnium iudic.* ideo error impedit aditionem, *vt ibi plenius per eum.* Item nulla voluntas errantis est. *l. sed hæc ita. ff. de aqua plu. arcen. & l. cum testamentum, in fin. C. de iur. & fact. ignor.* Item fa- 6
cit alia ratio; quia † in his, quæ consistunt in animo, vt est aditio hæreditatis, magis inspicitur id, quod est in opinione quam quod est in veritate. *l. is qui putat. & ibi gloss. & Bartol. & l. hæres institutus. ff. de acquiren. hæredita. Bartolus in l. 2. §. sed si sub conditione. ff. pro emptore.* Item si egi ad hæreditatem, tanquam illa fuerit mihi delata ab intestato, posito quod in veritate esset mihi pro parte ex testamento delata, prout est in casu præsenti, debeo succumbere, & non possum obtinere: *per d. l. si is ad quem, secundum dominum Alexan. in consilio 121. primi voluminis, incipiente, viso processu causæ vertentis inter Morasum, in quinta columna.* Item quod talis aditio ab intestato
facta non valeat, etiam ex alio patet; quia † donec 7
pendet dubium, an testamentum valeat, nunquam potest pendente tali dubio ab intestato succedi. *l. 1. C. de bonorum possessio secundum tabu. & l. quamdiu & ibi Bartol. & Angel. C. qui admitti.* quia quamdiu possibile est, quod possit hæreditas ex testamento adiri, nunquam potest ab intestato succedi. *l. quamdiu. ff. de regul. iur. & l. quamdiu. 2. ff. de acquirenda hæreditate.* Sed in casu præsenti adhuc pendet dubium, an possit ex testamento succedi, ergo aditio ab intestato facta reddit nulla. & multo fortius in casu præsenti, in quo dictus magister Ioan. Petrus legitimatus, & institutus à patre in testamēto hæres vniuersalis, potest ex ipso testamento succedere vt statim inferius dicam. Et posito sine veri p̄iudicio, q̄ primus gradus institutionis factus de ipso magistro

Ioan.

Ioan. Petro esset inualidus, de quo infra dicetur, tamen cũ isti agnati transuersales essent in dicto te-
8 stamento substituti, testamentum † potuit incipere à substitutione, & sic potuit per eos hæreditas ex testamento adiri. *l. 3. §. fina. ff. de lib. & posthum. & l. si filius fam. instituatur. ff. de hæred. insti. & l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulgar. & pupil. late Bartol. in l. 1. in princi. in secundo effectu quartæ quæstionis principalis. ff. de vulgar. & pupillari.* Imo fortius, testamentum potest incipere non solum ab expressa vulgari, vt iuribus prælegatis, sed etiam à tacita: *vt est textus notabilis in l. si pater filium. ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Ioan. de Imol. dominus Alexan. & alij modern. ad hoc notant, & reputant singularem.* Item cum isti agnati essent dubii, an esset factum testamentum, & posito quod esset factum, an valeret tale testamentum, cum in eorum aditione expresse dicant, dominum Baptistam de Berneriis nullo condito, vt creditur, testamento, saltem legitimo & valido, decessisse in testatum, er-
9 go non potuerunt ab intestato succedere: quia † ad hoc vt quis possit succedere, debet scire causam aditionis suæ, & de ea esse certus, & non dubitare. *l. pupillus si fari. in princip. & l. quod si dubitet. & l. sed si de sua. ff. de acquir. hæredita.* Et dicit Bartol. *in l. gerit. ff. de acquir. hære. in 4. colum. in versicu 3. videlicet, qualiter ista voluntas probetur per verba enunciatiua, &c.* quod in aditione hæreditatis requiratur animus certus nõ dubitatiuus: *vt l. is qui hæres. §. 1. & l. si is ad quem. & l. hæres institutus. ff. de acquir. hæredita.* Stat ergo ex prædictis firma conclusio, quod post mortem patris, ante aditam eius hæreditatem, potest comes palatinus legitimare spurium in præiudicium agnatorum: & quod in casu præsenti sumus ante aditam hæreditatem, ex quo aditio facta ab intestato per istos agnatos transuersales est nulla, vt superius fuit aperte demonstratum. Quinimo & fortius tenet Paulus de Castr. *in l. 3. ff. de testa. & in l. cum hæredes, in princ. ff. de acquir. pos. & in dicto consilio 225.* quod etiam si esset hæreditas adita per agnatos tempore legitimationis, si tamen per eos nondum erat apprehensa possessio bonorum hæreditariorum, poterit adhuc Princeps, vel comes palatinus, etiam sine causa, legitimare spurios, & præiudicare venienti-
10 bus ab intestato. Motus, quia † per aditionem hæreditatis factam animo, vel verbo sine actuali apprehensione possessionis, solum acquiritur dominium de iure ciuili, non autem de iure gentium: *vt notat gloss. in l. 1. ff. de acquirendo rerum dominio. & probatur in d. l. cum hæredes, in princip.* Nam dominium de iure gentium requirit actualem apprehensionem possessionis bonorum. *§. per traditionem. insti. de rer. diuis. & l. traditionibus. C. de pac.* Cum ergo istud dominium acquisitum per aditionẽ hæreditatis absque actuali apprehensione possessionis dicatur esse
11 de iure ciuili † certe ea, quæ sunt iuris ciuilis, Princeps potest tollere, etiam sine causa: *secundum glo. & docto. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. public. & in cap. quæ in ecclesiarum, de constitu. Istam decisionem Paulus de Castro etiam sequitur dominus Alexan. in consilio 2. primi volum. incipien. visis codicillis, in tertia charta.* Sed eam reprehendit Aretin. *in d. l. 3. in vlt. colum. ff. de testa. & dominus Alexan. sibi contrarius in d. l. cum hæredes, in princ.*
12 Moti, quia † licet modi acquirendi dominium aliquando sint de iure ciuili, prout enumerat gloss. magistra *in d. l. 1. in princ. ff. de acquirendo rerum dominio.* tamen ipsum dominiũ semper est de iure gentium: secundum Bartol. & docto. *in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & ideo dicit in specie Bald. in d. l. rescripta. C. de preci. impe. offer. & in l. 1. ad fin. C. de iur. au. annu.* quod dominium acquisitum per aditionem hæreditatis dicitur esse de iure gẽtium. Præterea secundum eos posito quod tale dominium acquisitum per aditionem hæreditatis sine apprehensione possessionis transferatur ipso iure, & sit dominium vtile: *vt est gloss. in l. fina. C. de sacrosanct. eccles. facit l. 2. C. de dona. quæ sub mo.* & dominium vtile est de iure ciuili, & non de iure gentium: *prout notabiliter tenet Bald. in d. l. ex hoc iure, in 6. colum.* tamen adhuc dominium vtile non potest sine causa auferri per principem, sicut nec directum. *ita singulariter notat Bart. in l. 2. in fin: per illum tex. C. de fund. patri. lib. 11.* Tamen istis non obstantibus posset defendi decisio Paul. de Castro, quia prædicta procedunt vbi interuenit traditio, vel actualis apprehensio bonorum, & sic quando dominium est acquisitum mediante traditione: quia tunc licet ipsum dominium vtile sit de iure ciuili quo ad nomen & formam, † tamen traditio, 13
quæ est actus iuris gentium, conseruat sibi effectus iuris gentium. ita notabiliter declarat Bartol. *in extrauag. qui sint rebel. in verb. rebellando, in 5. col. in princip.* Sed Paulus de Castro loquitur, quando nulla traditio interuenit, & nulla apprehensio possessionis bonorum hæreditariorum, prout etiam contigit in casu præsenti. Sed ista vltima disputatio non est necessaria in casu nostro: quia Comites Palatini, qui fecerunt istas legitimationes, habent amplissimam potestatem legitimandi, & præsertim vltimus comes, qui habet ab imperatore expressam potestatem legitimandi quoscunque spurios, & incestuosos, viuo, vel mortuo patre, hæreditate adita, vel non adita, citatis, vel non citatis, agnatis: Ergo de validitate præsentis legitimationis, dato etiam quod esset facta post aditam hæreditatem, non est dubitandum, attenta potestate dicti Comitis Palatini sibi expresse super hoc concessa, & qua expresse vsus est in præsenti legitimatione. Nã † tan- 14
tam potestatẽ habẽt in legitimando Comites Palatini, quanta est sibi expresse concessa ab Imperatore, *arg. c. cum in iure peritus, de offi. delega. & l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris.* & in casibus expresse concessis ab Imperatore idem potest Comes Palatinus, quod potest Imperator vtendo de plenitudine potestatis: quia quicquid fit ex concessione Imperatoris ab ipso Imperatore factum esse censetur. *c. hi authoritate, de præben. in 6. & c. cum aliquibus, de rescript. in 6.* Item Imperator, qui legitimat per Comites Palatinos, & sic qui per alios facit, dicitur per seipsum fecisse. *l. ita autem. §. gessisse. ff. de admi. tuto. & l. certe. §. 1. ff. de precario. & in regu. qui per alium facit, de reg. iur. in sexto.* Item omnia nostra facimus, quibus authoritatem impertimur. *l. 1. §. omnia. C. de vete. iur. enucle.* Vnde dicit in proposito nostro Baldus *in l. 2. in 7. colum. in 17. quæst. C. de seruitu. & aqua.* quod † li- 15
cet Imperator fecerit me Comitem Palatinum ad legitimandum spurios de plenitudine potestatis, tamen ego, cui conceditur, non habeo plenitudinẽ potestatis, & ideo nõ potero legitimare, si per hoc præiudicarẽt iuri acquisito & radicato alteri, licet

Impera-

Imperator hoc posset, nisi specialiter hoc mihi concesserit Imperator: *per l.2. ff. de nata. resti. & l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & notatur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. ita expresse ibi tenet Bal.* ita etiam tenet idem Bald. *in l. cum filius, in prin. ff. de milit. testa.* vbi dicit argum. illius legis quod comes sacri Palatii, qui habet potestatem legitimandi, non posset legitimare in præiudicium legitimorũ, quia ius alienum minuere non potest prætextu priuilegii, expresse dictaret contrarium, vt in casu nostro. Et istud vltimum etiam tenet Paul. de Castro *in d.l. Gallus. §. & quid si tantum. & in dict. consil. 225. quod incipit, super eo quod primo loco quæritur, dom. Alex. in consi. 187. quinti volum. incip. videretur prima consideratione dicendum, in 7. colum.* vbi dicit, quod illud omnes fa-
16 tentur. Vnde † inspicienda est potestas legitimandi data Comiti Palatino; *c. porro. & c. recipimus, de priuilegiis, prout etiam dicit Paulus de Cast. in d. §. & quid si tantum, circa fin.* Hinc est, quod licet Comes Palatinus non possit legitimare ad feuda in præiudicium agnatorum, quia habent spem probabilem succedendi virtute inuestituræ, tamen si Imperator specialiter concessisset hoc comiti, quod posset legitimare ad feuda, existentibus agnatis, qui possunt succedere, tunc Comes Palatinus legitimando ad feuda præiudicaret ipsis agnatis: *secundum Aret. in consil. penult. incip. magnifici & excelsi domini, ad finem.*
17 Item † potestas legitimandi concessa Comiti Palatino, quia est beneficium principis, latissime debet interpretari. *l. fina. ff. de constitu. princip. secundum Bar. in l.2. in prin. & ibidem Imol. & dominus Alexan. ff. de verb. obliga. dominus Abbas in c. at si clerici. §. de adulteriis, de iud. & in c. fi. per illum tex. de Simonia. Angelus in consil. 17. incipien. comes Brandisius, in 1. colum. Petrus de Ancha. in consi. 242. quod incipit, Ex tenore priuilegij apostolici, in princ. & in consil. 428. quod incipit, Circa primum quæsitum fuit satis expediens, in prin. dominus Alexan. in consil. penult. quinti voluminis, incipiente, perspectis verbis dicti*
18 *priulegij, in penult. colum.* Prædicta † adhuc fortius procedunt in casu præsenti: quia quando pater viuens præordinauit filium debere legitimari, tunc potest Comes Palatinus legitimare spurios, etiam post aditam hæreditatem per consanguineos: secundum Bald. *in l. rescripta, in 3. quæst. C. de preci. impe. offeren. & communiter scribentes in dict. l. Gallus. §. & quid si tantum.* Et siquidem pater hoc disposuit in testamento suo, quod filius suus legitimetur post mortem suam, tunc est expeditum, quod filius sine aliqua requisitione agnatorum potest istam legitimationem petere post mortem patris; *per auth. item si quis. & in corpore vnde sumitur. C. de natur. liber. secundum Bart. in d.l. Gallus. §. & quid si tantum, in vlt. col.* Similiter si pater ordinasset in actu inter filium viuos debere legitimari, posset legitimatio fieri per Comitem Palatinum post mortem patris, etiam non citatis venientibus ab intestato, sicut si ordinasset in testamento: secundum D. Francisc. Curtium *in consil. 16. quod incipit, clarus vir Iacobus Alferius in 2. col.* Et sufficit, si ex aliquibus signis & coniecturis præcedentibus appareat patrem voluisse filium suum legitimari: *vt est de mente Bald. in l. in testamento. in 9. q. C. de testam. mil. & in consi. 363. quinti volum. incipiente, quæritur, vtrum filius presbyteri.* Item si pater disposuisset, quod filius illegitimus legitimaretur, vel de ipsius voluntate apparet, quod voluit ipsum legitimari, tunc etiam post mortem patris posset legitimari in præiudicium legitimorum, etiam ipsis non requisitis: *secundum Paul. de Cast. in consil. 107. incipiente, donatio prædicta tenet, in pen. col. ad fin. Item Bal. in d.l. rescripta, in 3. quæst. simpliciter dicit,* si pater præordinasset, & non dicit in testamento, vel inter viuos. Item si pater instituat filium spurium, cum capere poterit, apponendo talem conditionem, videtur consentire principi quandocunq; eum legitimanti, etiam post mortem patris secundum Bal. *in consi. 146. primi volu. quod incipit, titulus principis Achaiæ, in vlt. colum. Et idem tenet Rapha. Com. in d.l. Gallus. §. & quid si tantum, in vlt. colum.* Sed in casu præsenti constat de voluntate patris non solum inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, & sic in testamento. Et quod ita pater voluerit, patet ex quatuor. Primo, ex supplicatione per patrem porrecta principi pro impetranda licentia faciendi dictum filium spurium legitimari. Secundo, ex supplicatione per ipsummet patrem porrecta Comiti Palatino, vt ipsum legitimaret, in quibus duabus supplicationibus expresse declarauit, se velle, quod filius suus legitimetur, & esset sibi hæres vniuersalis & successor legitimus omnium bonorũ suorum: & talis geminatio supplicationum ostẽdunt enixam voluntatem patris. *l. balista. ff. ad Trebel. quem textum pro valde singulari ad hoc allegat dom. Alexan. in consilio 101. primi voluminis, incip. visis instrumentis exemptionis, in 9. colum. ad fin. Bald. in cap. eam, te, in 2. colum. de rescript. facit quod dicit tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo, in verb. nam enixæ voluntatis preces.* Tertio ex legitimatione postea subsequuta ad preces ipsius patris. Quarto ex testamento ipsius patris, in quo dictum filium suum legitimatum hęredem vniuersalem instituit. vnde dicit singulariter Bald. *in cap. ex transmissa. in 2. colum. de resti. spol.* quod ex institutione filius bastardus efficitur legitimus, quasi testamento legitimatus. Et si diceretur, quod illa prima legitimatio fuerit nulla, & similiter institutio facta vt de filio legitimo, de quo statim infra dicet, tamen † ex actu 19
nullo probatur voluntas patris: *vt l. fi. ff. de reb. eo. Bar. in l. gerit. in 5. colum. in versic. circa secundum principale ff. de acquir. hæred. & in l. in testamento. ff. de fideicom. liber. & in l. fin. C. familiæ ercisc. post glo. ibi in verb. completum. Bald. in l. 2. C. de confir. tut. dom. Alexan. in consilio 45. primi volum. incipiente, super his, de quibus dubitari contingit, in 4. colum.* Hinc est, quod interdictum de tabulis exhibendis, habet locum etiam in testamento imperfecto vel inualido, quoniam per illud potest probari voluntas defuncti. *d.l. fin. ff. de rebus eorum, secundum Bartol. in l. 2. §. 1. ff. quemad. testa. ape. Ludouic. Rom. in cons. 179. incipien. amplissime doctor. in 2. col.* Ex prædictis omnibus concluditur, quod prædictæ legitimationes factæ de dicto magistro Io. Petro post mortem patris sui valent, & tenent, & præiudicant agnatis transuersalibus, qui ab intestato inutiliter successerũt: eo quia tales legitimationes factæ post mortem patris fuerunt factæ ante aditam hæreditatem, quo casu indubitanter præiudicant venientibus ab intestato. Item factæ fuerunt per comitem Palatinum habentem potestatem legitimandi etiam mortuo patre, & post aditam hæreditatem. Item quia tales legitimationes factæ fuerũt de

volunta-

voluntate patris, quo casu etiam post mortem patris, & post aditam hæreditatem fieri valide potuerunt in præiudicium agnatorum etiam qui hæreditatem adiuissent, vt ex prædictis patet. Item prædictæ legitimationes factæ fuerunt ex causa iusta & legitima, tam ex parte patris, quam ipsorum comitum, qui tales legitimationes fecerunt: *iuxta text. in capit. per venerabilem. in verb. diuersis causis inspectis. & ibi cano. præsertim dominus Abb. in 1. colum. ad hoc notat, qui filij sint legi. Specul. in titul. de dispensa. in §. qualiter. in verfic. dicunt quidam. Pet. de Anch. in consil. 242. incipiente, ex tenore priuilegij Apostolici. in 2. colum. dom. Alexand. in consilio 59. secundi volu. quod incipit, visa legitimatione. in 7. colum. & in consilio pen. quinti volum. incipiente, perspectis verbis dicti priuilegij. in 2. colum. & notabiliter dominus Anton. Rosel. in tractatu suo legitimationis, in secundo libro, sub rubrica de causa mate. vel subiectiua. in vers. Sed hic dubitatur, an in legitimatione* 20 *debeat inseri causa.* Et quantum est † respectu patris iusta & rationabilis causa legitimandi fuit, quia, vt ipse in supplicationibus suis narrat, mortua erat sibi filia vnica legitima & naturalis, & sic quod carebat prole legitima, ideo vult & petit eum legitimari, quem sperat futurum baculum senectutis suæ. Vnde carētia legitimæ sobolis videtur esse iusta causa legitimationis filij spurij. §. *si quis ergo non habens filios. in authen. quib. mod. natu. effi. legi.* & §. *illud. in authent. quibus mod. natu. effi. sui. & quod volunt Bartol. & alij in l. ex facto. in princip. in 3. colum. ff. de vulgar. & pup.* & ista etiam est iusta causa legitimandi in ipso comite. Et vltra istam causam dicti comites habuerunt iustam & rationabilem causam legitimandi istum spurium post mortem patris, & etiam post aditam hæreditatem per venientes ab intestato, scilicet propter voluntatem patris enixam, quam bene considerauit & expressit comes legitimans in præ-
21 senti legitimatione. Nam legitimatio † quæ fit per comites palatinos ex volūtate patris, dicitur fieri ex iusta & rationabili causa, *prout etiam tenet dom. Alex. in consil. pen. quinti vol. incip. perspectis verbis dicti priuilegij. in vlt. col. dom. Fran. Cur. in consil. 19. quod incipit, viso priuilegio Sereniss. Imperatorū, in secundo dubio. & in cons. 35. quod incipit, statuto seu in capitulis Ianuæ. in 10. colum. & latius in consil. 64. quod incipit, seriosa narratione facti. in 2. col. & seq. & notabiliter in consil. 72. quod incipit, super memorata facti narratione. in 28. col. & sequent.* Contra prædicta cadit duplex oppositio.
22 Prima † quia posito sine veri præiudicio, quod prima legitimatio, quam pater in vita fieri fecit, non valeat, videtur etiam, quod institutio, quam postea pater in testamento fecit de isto filio tanquam legitimato non debeat valere, prout videtur decidere Paul. de Castr. *in l. eam quam. in 2. col. C. de fideiuss.* vbi decidit, quod si habēs filium spurium faciat eum legitimari, & legitimatio non valuit, postea instituit talem filium, credens legitimationem valere, institutio redditur nulla, & hæreditas vadit ad venientes ab intestato, & non ad fiscum, cum sit pro non scripto. ita ibi tenet Paul. de Castr. nec legitimationes postea factæ post mortem patris debent posse conualidare institutionem prius factam in testamento,
23 cum † in hærede instituto requiratur habilitas tribus temporibus, scilicet, tempore facti testamenti, & tempore mortis testatoris, & aditionis hæreditatis. *l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. instit.* quia respondetur, quod quando testator erraret in coniunctione naturali ipsius instituti, tunc talis error bene vitiaret institutionem. *l. si pater tuus. & l. nec apud. Cod. de hære. instit.* quia quæ vt filiis testamento relinquuntur, qui non sunt filij, non debentur: *vt dicit text. in l. neque professio. Cod. de testamen.* Vnde refert dominus Philippus Corneus doctor Perusinus *in d. l. si pater. in 2. col.* se vidisse consultum per d. l. & concordantes, quod non valeret institutio facta à quodam diuite, qui cognouerat mulierem maritatam, & cum pareret constante matrimonio: recepit partum in suum filium, & illum fecit postea legitimari, & tandem eum instituit hæredem vt filium suum legitimatum, quod nō valeret talis institutio, cum esset erratum in filiatione, & sic causa finali institutionis. Et licet ipse non dicat, ita late consulūit dominus Andreas Barba. *in consilio 27. primi voluminis, incipiente, scripsit doctissimus apud Græcos summæ philosophiæ Princeps Plato.* Idem quando erratur in coniunctione ciuili, quæ causatur per adoptionem, vel arrogationem, *dicta l. nec apud. Cod. de hæredib. instituen. & l. eam quam. Cod. de fideicommiss.* sed hic non fuit erratū in causa coniunctionis naturalis, neq; legalis, sed solum in validitate legitimationis. Vnde ipso instituto postea valide & solēniter legitimato, & effecto capace ipsius institutionis, talis institutio efficitur valida; quia legitimatio postea facta trahitur retro vsque ad tempus testamenti, cum sit facta de voluntate patris. Et sic non obstat dicta *l. si alienum. §. in extraneis.* quia non loquitur, quando habilitas postea superueniens trahitur retro. Et † quod 24
legitimatio seu restitutio primis naturalibus retrotrahitur, ac si semper fuisset medio tempore legitimus, probatur in *l. fin. in fin. ff. de nata. restitut.* vbi dicit textus, quod restitutus natalibus perinde habetur, ac si medio tempore maculam non sustinuisset. *Adidem tex. in §. reliqui. in authen. quib. mod. na. effi. sui. vbi dicit text.* semel enim eos efficientes legitimos damus habere successiones illas, quas habent illi, qui ab initio legitimi sunt. Et q̄ legitimatio trahatur retro, nō solum ad tempus natiuitatis, sed etiam ad tēpus conceptionis, tenet Bald. *in addi. io. Spec. in ti. de procura. in 1. col. in vers. leg. t. matio. Ang. in l. hi verbi. §. interdū. ff. de hære. insti.* Et † certe legitimatio tra- 25
hitur retro in his, quę sunt fauorabilia legitimato, & non prę̄iudicat aliis, quibus nōdum est acquisitū ius aliquod formatum & incommutabile, vt in iuribus præallegatis. Et ita etiam legendo firmaui *in d. l. Gallus. §. & quid si tantū. & pro ista conclusione ad terminos nostros bene facit, quod notab liter decidit Bartol. in l. 2. in prin. in 2. q. p. incipit. in tertio requ sito. ff. de vulg. & pup.* Vbi notabiliter decidit, q̄ † si filius spurius, vel na- 26
turalis legitimatur post mortem patris per principē vel comitem palatinum habētem authoritatem legitimandi, quod conualidatur substitutio pupillaris ei facta per patrem in testamēto, eo quia talis legitimat⁹ nihil differt à legitimo, quia legitimatus videtur restitutus primis natalibus, vt dicit expresse text. *in §. illud. & in §. bella. in aut. quibus mod. na. effi. sui.* Item talis legitimatio, seu restitutio natalibus retrotrahitur, ac si semper fuisset legitimus. *d. l. fin. in fi. ff. de nata. resti. & cum illa decisione Bartol. transeunt dom. Alex. & cæteri mod. ni ibidem.* Imo fortius decidit notabi-

liter Raph. Com. *in l. filio quem pater. in prin. ff. de libe. & posthu.* idem esse in exhæredatione filij spurij facta per patrem in testamẽto, quæ est inepta: *vt. l. quidam cũ filium. ff. de verb. oblig. & est odiosa: vt l. cum quidam. ff. de libe. & posthu.* & tamen si postea legitimetur talis spurius, illa exhæredatio reconualidatur: quia legitimatio trahitur retro, ac si semper fuisset legitimus. Ad idem bene facit, quod decidit Bald. *in l. certum. in pen. col. in vers. item dubitatur, de eo, qui instituit spuri-*
27 *um. C. vnde legi.* vbi decidit, quod † si pater in testamento instituit filium spurium, licet talis institutio à principio fuerit pro non scripta, tñ si postea princeps eum legitimauit, talis institutio recõualidatur; eo quia sufficit perseuerantia eiusdem iudicij patris, quod non præsumitur mutatum, argu. *l. cum tacitũ. ff. de proba. Idem tenet Arg. in l. ii verbu. §. interdum. ff. de hær. inst. Imol. in l. si alienum. §. in extraneis. in vlt. col. ff. eod. tit.* Et licet D. Alex. *in l. Gallus. §. instituens. in 3. col. ff. de libe. & posthu.* dicat communiter teneri, quod si legitimatio fuit facta viuo testatore, quod tũc trahatur retro ad tẽpus institutionis, secus si legitimetur post mortem, quia tunc non trahitur retro: prout plene habetur *in d. §. & quid si tantum.* tamen non fuit tunc recordatus dom. Alex. de decisione Bart. *in d. l 2. in princip. ff. de vulg. & pupill. in tertio requisito secunda quæstionis principalis. quam supra proxime retul.* Item in d. §. & quid si tantum. concluditur per oẽs, quod quando legitimatio fit post mortem patris de voluntate ipsius patris, prout est casus noster, vt supra late demonstraui, quod tunc legitimatio tra-
28 hatur retro. Secunda † oppositio posset fieri contra dictas legitimationes, ꝙ sint subreptitiæ; quia non fuit narratum comiti legitimanti, quod auus paternus, eius testamento grauauit filios suos, vt nõ possint relinquere vni spurio nisi florenos mille, & non vltra, & si haberent plures, quod non possent eis relinquere nisi florenos ducentos pro quolibet, & sic isti filij spurij vltra quod sint exosi legi, fuerunt etiã exosi eorum auo testatori, & multo fortius debuerunt esse exosi incestuosi, *argu. l. Lucius. §. Lucius Damam. ff. de lega. 2.* & de ista voluntate dicti aui habentis exosos nepotes spurios erat facienda mentio comiti legitimanti, quia fieri debet mentio de qualibet notabili clausula, cuius expressio reddidisset comitem difficiliorem ad dispensandum, vel concedendum. *secundum dom. Abbatem in c. ex conquestione. in 1. colum. de restit. spol. & in c. vt debitus. in 4. colum. de app. & in c. cum dilecta. de rescript. & ibidem Bald. in vlt. colum. in princ.* Item nihil debet taceri, quod potuisset principem concedentem in contrarium mouere: secundum Oldra. Lauden. *in consil. 22. quod incipit, ad quæstionem; qua quæritur, si duo sunt elect. circa finem.* Item rescriptũ etiam redditur surreptitium, & vitiatur, si taceatur illud, quo expresso adhuc princeps concessisset, sed non ita de facili, *c. postulasti. in verb. de leui non scribimus. de rescript. & ibi dom. Abb. in vlt. notabili multum notat, & exclamat illum text. & dicit non esse alibi, & semper tenendum venit,* quod surreptio vitiat literas, nedum quando fuit causa inductiua & finalis gratiæ seu rescripti, sed etiam si fuit causa impulsiua, ita quod princeps alias concessisset cessante surreptione, sed non ita de leui. Ad idẽ tex. *in cap. si proponente. in verb. licet minus competens. eod. tit. de rescript. & text. in c. si motu proprio. in verb. modicum. de præbend. in sexto. & in c. ex literis. & ibi ad hoc notat dom. Abb. de dol. & contu. & idem do. Abb. in c. caterum. in primo notabili, & in c. super literis. in 5. col. de rescript. & in c. præterea. de iure patro. D. Alex. in cons. 114. primi volu. quod incipit, ponderatis his, quæ narrantur in themate. in 2. colum. ad fi.* Nec fuit satis perfunctorie mentionem facere de fideicõmisso auito, sed debuerunt omnes qualitates sigillatim exprimi; quia † non plena qua- 29
litatis expressio vitiat dispositionem: *cle. 1. in princip. de præben. clem. 2. in verb. de beneficio. de offi. ord. Petr. de Ancha. in consilio 242. quod incipit, ex tenore priuilegij apostolici.* Nec dictus comes videtur habuisse debitam considerationem ad nepotes dicti aui vocatos ad eius fideicommissum, quorum vnus est doctor ea dignitate ornatus: quia ad ista facile respondetur, *quod text. in d. cap. postulasti. & in aliis iuribus supra allegatis, vt ibi expresse dicit dom. Abb. in vltimo notabili,* procedit in odium materiæ beneficialis propter ambitionem reprimendam. *argu. c. quamuis. de præben. in sexto.* regulariter vero est secus, vt ibi expresse dicit dom. Abb. Item prædicta iura loquuntur in rescriptis: vnde † si sunt rescripta ad beneficia 30
debent stricte interpretari: vt habetur *in d. c. quamuis. de præben. in sexto.* Si autem sunt rescripta ad lites adhuc sunt stricte interpretanda: vt multum notat dom. *Abb. in c. capitulum sanctæ Crucis. in 3. colum. post Ioan. Andr. ibi, de rescript. & dom. Abb. in c. ex literis. in pe. notabili, de fide instru. facit text. in c. cum dilecta. de rescript. & quod notant Ioan Monach & Ioan. Andr. in c. 2. de filiis presbyt. in sexto.* † Sed nos loquimur in legi- 31
timatione, quæ est fauorabilis & multum ampliando, & sic omnino defendẽda, cum sit patris & principis donum, & sic naturæ simul & legis: *vt dicit text. in §. si vero solummodo. in authen. quib. mod. natu. effi. legi. & in §. si vero is qui solummodo. in authen. quib. mod. nat. effi. sur. vnde sumitur authen. item si quis sine legitimo. C. de natu. libr.* Et quod † legitimatio, quæ fit ad totum 32
sit fauorabilis & large interpretanda, secus in dispẽsatione, quando quis habilitatur solum ad certos actus, quia bene illa est odiosa & restringenda, *tenet Bal. in l. seruus. C. de lega. Gen. in. in c. 1 §. 1. in pen. col. de filiis presby. in sexto. Per. de Anch. in cons. 242. incipiente. ex tenore priuilegij Apostolici. in princ. & in consil 428. incipiente, circa primum quæsitum fuit satis expedient. Paul. de Cast. in consilio 221. quod incipit, super puncto isto plura subtiliter. in 4. col. & in l. sed si hæc. §. patronum. ff. de in ius vocan.* Præterea istæ legitimationes non fuerũt factæ quo ad auum, nec quo ad succedẽdum ipsi auo, nec quo ad derogandum eius fideicommisso, ergo eius omissio non habet vitiare, quia taciturnitas eius, cui non derogatur, non vitiat rescriptum: secundũ Lapum allegatione sua noua, quem refert & sequitur dom. Feli, Sandeus *in d. c. postulasti. in 3. col.* Item de dicto fideicommisso aui satis fuit facta mentio dicto comiti legitimanti, qui illud vidit, & de eo notitiam habuit, vt apparet in instrumento legitimationis, nec propter illud reddidit se in aliquo difficiliorem ad legitimandum, prout nec reddere se debebat. Itẽ non videtur esse verum, quod spurij fuerint exosi auo testatori, ex quo ordinauit, quod certa quantitas eis relinqueretur. Et dato quod fuissent odiosi auo paterno, qui habebat tres filios legitimos & naturales superstites, tamẽ dominus Baptistanus pater magistri Ioan. Petri nullos habens filios legitimos natura-

turales habebat istum charissimum, vt patet ex supplicationibus per ipsum patrem factis, & ex testamento per eum condito, vt in superioribus fuit dictum, in quo testamento ipsum hæredem vniuersalem instituit, & prætulit eum istis nepotibus suis. Item voluntas proxima & immediata patris volentis istum filium fieri legitimum, & esse hæredem suum vniuersalem, & præferri istis suis nepotibus, & etiã doctori, præponderat prohibitioni aui, quæ fuit re-
33 motior; quia † causa proxima & immediata debet magis attendi quam remota. *l. cum de hoc. ff. de exact. Bart. in l. vxori. 2. ff. de aur. & argen. lega.* Et ad istam proximam & immediatam voluntatem patris habuit debitam considerationem Comes Palatinus in præsenti legitimatione, & in illa eam expressit. Per ista omnia cõcluditur, legitimationes factas de magistro Io. Petro de Berneriis Papiensi post mortem patris sui esse solemnes, & validas, & rite, ac recte factas, & excludere istos agnatos transuersales, qui ab intestato nulliter successerunt.

CONSILIVM CXXVIII.

THEMA.

VErba permutationis celebratæ per nobilem Gulielmum de Bantio de Castro Lambiscini cũ serenissimo quondam rege Renato pro pedagio Rhodani ita se habent, quod in casum turbationis, aut cuiuslibet molestiæ, nõ secuta reparatione debita ex parte regiæ maiestatis, quod præsens permutatio ipso facto sit nulla, nulliusq; sit efficacię, seu valoris, imo ex pacto expresso stipulatione firmato dictum castrũ de Lãbisco, cum omnibus iuribus suis, dicto Do. Gulielmo & suis pleno iure deuoluatur, & pro obseruatione prædictorũ fuit facta specialis hypotheca ipsorum bonorum, & iuramẽtum interpositum prout apparet publico instrumẽto superinde cõfecto. Quæritur, an in casum contrafactionis & reparationis non sequutæ, an propter verba supradicta dominium dicti castri sit ipso iure retranslatũ in ipsum dominum Gulielmũ, ita vt ei, vel eius successori cõpetat rei vendicatio, contra donatarios dicti castri, vel alios quoscunque possessores.

ARGVMENTVM.

Plene, an & quando pactum resolutiuum contractus operetur ipso iure retranslationem dominij, vltra pactum legis commissoriæ, & addictionis in diem.

SVMMARIA.

1 *Dominium ipso iure retrotransfertur in pacto legis commissoriæ & addictionis in diem.*
2 *Dominium quando ex solo titulo transfertur: tunc re-scisso titulo dominium transfertur.*
3 *Naturale nihil tam est, quam vnumquodque dissolui eo modo, quo ligatum est.*
4 *Contractus resolutio cẽsetur eiusdem naturæ, cuius est ipse contractus.*
5 *Condictio sine causa quando locum habeat.*
6 *Actio personalis ex permutatione non sequitur fundũ.*
7 *Verbum futuri tẽporis non importat ipso iure, sed per sententiam iudicis.*
8 *Dictio, ipso facto, ipso iure.*
9 *Verbum, sit, præsentis temporis importat ipso iure.*
10 *Negatiua vniuersalis importat totalem nullitatem.*
11 *Verbum, pleno iure, quid importet.*
12 *Plenum dicitur, quod non recipit additionem, neq; diminutionem.*
13 *Dominium est ius perfecte disponendi de re sua.*
14 *Dominium quando transfertur suspensiue resoluto cõtractu ipsum dominium redit ad sua principia attractiua.*
15 *Rei vendicatio datur contra quemlibet possessorem.*
16 *Pactum quando habeat vim pacti legis commissoriæ.*
17 *Dominium non potest transferri absque causa.*
18 *Explicatio text. l. voluntate. §. fi. quibus mod. pign. solua. 29.*
19 *Venditor agit contra tertium emptorem ex pacto de retrouendendo.*
20 *Creditor repræsentat debitorem in re pignorata.*
21 *Contractus celebratus cum Principe habet vim legis.*
22 *Dominium transfertur per legem sine traditione.*
23 *Ius transfertur sine apprehensione ex priuilegio Principis.*
24 *Dominium non probatur per solum instrumentum cõtractus sine traditione.*
25 *Permutationis contractus est bonæ fidei.*
26 *Contractus omnes, qui fiunt cum Principe sunt bonæ fidei.*
27 *Principis declarationi videtur standum.*
28 *Iuramentum debet obseruari in forma specifica.*
30 *Opinio communis illa dicitur, quæ doctorum testimonio confirmatur.*
31 *Lex quando aliquid statuit in aliquo casu gratia frequentioris vsus, non tamen intelligitur negare quod idem sit in alio casu simili.*
32 *Iura limitatoria extenduntur ex identitate rationis.*
33 *Actio redhibitoria est personalis.*
34 *Glos. in l. 1. C. de inoff. dona. declaratur.*
35 *Verbum, deuoluatur, est obliquum, cum adiuncto directo fit directum.*
36 *Soluendi facultas durat vsque ad litis contestationem, quando vnum est in obligatione & aliud in facultate soluendi ex dispositione hominis.*

VIderetur in præsenti dubio prima cõsideratione dicendum, q̃ per dicta verba quãuis directa & ipso iure resoluentia contractum, non tamẽ transferatur dominium ipso iure in Do. Guilielmum; eo quia † speciale est in pacto legis 1
cõmissoriæ & addictionis in diem, vt in eis dominium ipso iure retransferatur, eueniente conditione pacti resolutiui contractus: & sic in aliis pactis resolutiuis istud non procedit: *prout tenet Bar. & Ang. in l. 1. ad fin. ff. de dona.* vbi dicunt, rationẽ specialitatis esse in pacto legis cõmissoriæ, & addictionis in diem p-

pter frequẽtiam dictorum pactorum: de quibus legislator posuit duos speciales titulos, quod non fecit in aliis pactis. & hoc dicunt probari per *l.pen. C.de adilit. actio.* vbi fuit venditum prædium sub hac conditione, quod si displicuisset emptori, inemptũ esset. & tamen ibi text. vult, ꝙ si displicuisset prædium, agendum sit actione personali redhibitoria ad resoluendum contractum. Idem tenent Bart & Angel. *in l.si hominem.per illum tex.ff.de vsucap.* vbi fuit factũ pactum per verba directa tẽdentia ad resoluendũ contractum ipso iure, & nihilominus non transfertur dominium ipso iure, eueniente conditione dicti facti resolutiui contractus. Idem & latius tenet D. Alex. *in consil.10. primi vol. quod incipit, videtur fortasse prima consideratione dicendũ. & ibidem in 5 col. refert Roph. Com. in d.l.1.ff de dona* dicere, quod ita se habet communis opinio, à qua in iudicando non est recedendum: vt habetur in locis vulgaribus vltra authoritates prædictas. Pro ista parte duo præcipue facere videntur, quæ adducuntur per dom. Alex. *in consil. 10.*

2 Primo, quia † vbi ex solo titulo sine traditione trãsfertur ipso iure dominium, tunc rescisso titulo dominium trãsfertur ipso iure, sed vbi ex titulo & traditione simul iunctis transfertur dominium: tũc licet postea annulletur titulus, vel rescindatur, nõ tamen retransfertur dominium sine traditione: vt est glos. notabilis *in l.1. in gl. fi. in fi. C. de inoff. don. & ibi Bal. ad fi. eam simpliciter sequitur, & reputat multum notandam. Idem tenent Bald. in l.1. in 6.q. C. si quid in fraud. patr. & in repetitione l. cum mulier. ff. solu. mat. in 13. col. in vers. de secundo du. & in l.1. in 3. col. eo. tit.* Nam nihil

3 est tam † naturale, quam vnumquodque dissolui eo modo, quo ligatum est. *l.prout. ff. de solu. & l. nihil tam naturale. & l. fere quibuscunq; ff. de reg. iur. & l. quamuis saltus. ff. de acq. pos.* quia omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. *c.1. de reg. iur. & 27. q.2. in ca. cẽs res.* sed in casu præsenti ex solo titulo permutationis nõ transfertur dominium, nisi re interueniente, & sic nisi interueniente traditione. *l.1. ff. de verũ permut. & l. ex placito. C. eo.* & ita in casu præsenti interuenit titulus permutationis. Item sequuta est traditio, vel quasi, ergo licet titulus permutationis rescindatur vigore pacti resolutiui superius relati, tamen nõ transfertur dominium. Confirmatur vltra Dom. Alex. per illud, quod vult Bart. *in l. &*

4 *ideo. in princ. ff. de condi. fur.* Vbi tenet, quod † resolutio contractus censetur eiusdem naturæ, cuius est ipse contractus. Vnde qñ ex solo contractu transfertur dominium sine traditione, ita resoluto tali contractu trãsfertur tale dominium sine traditione. Ad idem facit text. *in l.fi. C. de lega. cum glos. in verb. remeantibus & quod ibi tenent Bart. & alij* vbi sicut in legato transfertur dominium ipso iure sine traditione. *l. à Titio. in fin. ff. de furtis.* ita etiam transfertur dominium ipso iure sine retraditione, vt ibi, & etiam est text. *in authent. cui relictum. ad fi. in verb. vendicari. C. de indic. vidui. tol.* Ad idem facit, quod volunt Bald. & Imol. *in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2.* vbi tenent, quod in contractibus, quando essemus in casu, in quo ex solo titulo sine traditione transferretur dominium, *vt in l. fin. C. de sacrosan. eccles.* tunc prohibitio de non alienando impediret translationem dominij, sicut in vltima voluntate. Secundum fundamentum D. Alexand. *est in d. cons. 10.* quod licet cessat causa translationis dominij, tamen dominium ipso iure non transfertur: *per l.1. in fin. & l. pen. ff. de condi. sine causa.* Vbi † quando aliquid datum est ex causa legitima, si 5
postea illa causa redeat ad non causam, habet locum condictio sine causa: ergo apparet, quod dominium ipso iure non est retranslatum, quia non daretur condictio sine causa, quæ non datur domino, præterquam contra furem. *l. fin. in fi. ff. vsufruct. quemadmodum caueat. & §. sic itaque. instit. de actio.* Tertio vltra dominum Alexan. in terminis nostris in permutatione videtur esse text. *in l. cum pecibus. C. de rerum permu.* vbi in permutatione quando translatum est dominium, & postea res permutata vendatur tertio, si non obseruentur conuenta, non potest agi contra emptorem, & sic contra singularem successorem, sed debet agi condictione ob causam, & sic actione personali contra ipsum permutantem: quia † actio 6
personalis ex permutatione non sequitur fundum, nec singularem successorem. *l.1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebell. & l. fi. §. fin. ff. de contrab. empt. & l. æru alieni. C. de dona. & l. fi. C. de hære. actio.* etiam si obligatio principalis contracta sit per respectum ad rem transeuntem ad personam singularis successoris: *vt l. quadam. §. nihil interest. vbi legendo dixi. ff. de eden. & l. cum. hæreditas ex causa fideicommissi. & l. si hæres institutus. §. fi. ff. ad Trebell. Ludou. Roma. & in l. quæ nepti. ff. de acquir. hære.* Vnde executio instrumenti guarentigiæ vel sententiæ nõ potest peti contra singularem successorem: *vt est glos. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. notat Bal. in l 2. per illum tex. C si aduer. cred.* Prędicta fortius videntur militare in casu præsenti, in quo in pacto resolutiuo est verbum futuri temporis *deuoluantur*, † sed verbum futuri temporis non im- 7
portat ipso iure, sed per sententiam iudicis: *vt est gl. in l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud. & gl. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccle. & glos. in c. quisquis in glos. 3. & ibi D. Abb. de elect. & in ca. si diligenti. in verb. causam perdat. de foro compe. & glos. plenior de iure in c. in pœnit. de regul. iur. in sexto.* Item verbum, *deuoluatur*, non est verbum directum, sed commune: secundum Bart. *in l. Centurio. in vlt. col. ff. de vulg. & pupill. & est text. in l. Lucius. in secundo responso, & ibi Bald. Ang. & Imol. & alij ad hoc notan. ff. eod. & text. in l.1. §. deuolutas C. de bona. & in c.1. de inuestit. in mari. fac.* Ista sunt in effectu & in substantia principaliora fundamenta, quæ pro ista parte facere videantur. Sed præmissis non obstãtibus contrariam opinionem arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, ꝙ in casu præsenti tot concurrentibus, quæ infra subiicientur, dominium sit ipso iure retranslatum in ipsum dominũ Gulielmum, & causam habẽtes ab eo, in casum contingẽtem factæ contrafactionis, & reparationis nõ secutę: & sic ꝙ in isto casu rei vendicatio competat contra donatarios & alios tertios possessores, stantibus verbis cõtractus tam amplis, & tam efficacibus, prout stant, & superius retuli. Item concurrentibus his, quæ in casu præsenti concurrunt, ex quibus omnib. simul iunctis puto ita esse veritatem. Nam si bene considerẽtur verba ampla, & geminata, ac prægnãtia præsentis contractus, sunt verba, quæ ipso iure & directo funditus resoluunt ipsam permutationem, ac si nunquam fuisset celebrata. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. *l.1. §. si conueniat ff. de probat. & in reg. contractus. de reg. iur. in sexto.* In

pri-

8 primis est † dictio, *ipso facto*, quæ importat idē quod, *ipso iure*, ita quod non requiratur aliqua sententia: *vt est text. notabilis in cap. 1. §. fi. & ibi Gemi. notat, de homicidio, in sexto. & l. fin. C. locati.* Item idem important, ipso facto, & ipso iure: *secundum Bart. in l. 1. circa medium. ff. de his qui not. infa. Bald. in authen. incestas.* 9 *circa fi. C. de incest. nupt.* Secundo † verbum, sit, quod sequitur, significat ipso facto: secundum Bald. *in l. 1. in 1. col. C. de secund. nupt.* vbi dicit istud facere ad statutum disponens, quod si quis fecerit tale quid, sit exbannitus. Nam propter verbum, sit, intelligitur ipso facto, sine ministerio iudicis. quod reputat tenendum menti. Et idem tenet Bald. *in l. si quis. Cod. ad Tertul.* Bene facit; quia verbum, *sit*, est verbum præsentis temporis, ergo intelligitur ipso iure, & sic q̄ non requiratur aliquod ministerium iudicis: *secundum glos. supra proxime allegatas.* Et tāto magis in casu præsenti, in quo illud verbum, sit, est geminatum, & geminatio auget effectum, *l. Balista. ff. ad Trebell. l. si mulier. 2. C. ad Velleian.* Et quod signanter notat Bar. *in l. cum scimus. in fi. per illum text. cum glos. C. de agri. & cen. lib. 11.* Tertio dicitur, quod sit nulla, & ista verba, *quod sit nulla*, intelliguntur ipso iure, ita quod non requiratur aliqua sententia: *vt est gl. notabilis in c. innotuit. de elec.* Quarto dicitur, nulliusque sit efficaciæ 10 & valoris. illa vniuersalis † negatiua importat totalem nullitatem, & *ipso iure. l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit. & l. non dubium. in fi. C. de legi. & l. cum hi. §. si in annos. ff. de transact. sicut dicimus de dictione, nullatenus: vt est gl. reputata singularis in authen. si qua mulier. C. ad Velleia.* Si ergo permutatio ipso facto sit nulla, nulliusq; sit efficaciæ & valoris, ergo translatio dominij non habet effectum, quin retrāsferatur in primum dominū, ac si talis permutatio nunquam fuisset facta. *l. 3. §. sciendum. ff. de dona. inter vir. & vx. & l. nō dubium. C. de legi.* nam si dominiū non retransferretur, certe talis permutatio, quamuis resoluta, esset alicuius efficaciæ, contra expressam conuentionem contrahentium, & contra verba contractus permutationis superius relata. Quinto dicitur, pleno iure 11 deuoluantur, sed † istud verbū, *pleno iure*, intelligitur integre, & sine aliqua diminutione: secundum Bald. *in consil. 193. quarti volum. quod incipit, thema intege-* 12 *grale præsupponendum est. circa fi.* Nam † plenum dicitur illud, quod non recipit additionem, neq; diminutionem. *c. bene quidem. in prin. 96. dist. vnde dicit notabiliter D. Abb. in c. cū inter. in 3. col. ad fi. de restitu.* quod quando Papa concessit alicui pleno iure videtur cōcessisse omne ius episcopale, nihil episcopo reseruato: quia illa dictio, pleno iure, importat, quod nihil penitus diminuatur. Cū ergo in casu præsenti in casum contrafactionis dictum castrum debeat pleno iure deuolui ad ipsum dominum Gulielmum, ergo debet dominium ipso iure retransferri, alias non deuolueretur pleno iure, cum dominium sit ius. Nam 13 diffinitur, quod † dominium est ius perfecte disponendi de re sua; secundum Bart. *in l. si quis in §. differētia. ff. de acq. pos. & tex. in l. voluntate. §. fi. in verb. ius dominij. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol.* Item quando Papa subiicit ecclesiam pleno iure, intelligitur non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, vt nihil sit exceptuatum, propter vim illorum verborum, pleno iure: *secundum glos. in c. conquestus. in glos. 1. & ibi D. Abb. & alij; de for. compe. & glos. in c. cum inter. in gl. 1. & ibidem D. Abb. & alij de re iud. facit, quod notant Bald. & Ang. in l. Iulianus scribit si hominem. §. 1. per illum tex. ff. de rei vēd.* Item verbum, *pleno iure*, importat quantum ad proprietatem & vsumfructum, & sic connexe: secundum Bal. *in l. mater. C. ad Tertull. & est text. notabilis in l. si ita stipulatus fuero. §. 1. & ibi Bal. notat. ff. de verb. obl.* Item ista verba, *pleno iure*, important intētatum non solū petitorium, sed etiam possessorium: vt est text. *in c. querelam. & ibi in individuo notat Innoc. in verb. pleno iure. de elect. & d. l. Iulianus scribit, si hominem, in fi. in verb. plenum ius. & c. cum & plantare. §. nihilominus. de priuilegiis. D. Alex. in consi. 89. quinti volu. incip. excellentissimi Iurisconsulti. in princ.* Item si ista verba apponātur in contractu, quod talia bona spectēt ad talem pleno iure, intelligitur remitti ius hypothecæ competens in illis bonis, ita notabiliter tenet dominus Alex. *in consi. 207. secundi volu. quod incipit, visis summario & processu. in 1. & 2. colum.* Item illa verba, pleno iure, intelliguntur, idest iure directo, & sic faciunt, quod substitutio dicatur directa: quia exponitur, pleno iure, idest directo: *vt no. Bald. in authen. hac vsus. per illum tex. in verb. pleno iure. C. de sacrosanct. eccles. Bart. notabiliter in consi. 15. quod incipit, pater habens filium impuberem. ad fi. Ang. qui ad hoc plura iura allegat in cons. 125. incip. hoc est testamentum Petri. in vlt. col. & in d. Iulianus. §. fi. per illum text. ff. de rei vend. Aret. in l. Centurio. in pen. col. ff. de vulg. & pupill. & in consil. 156. incipien. diligenter visis & consideratis testamento & codicillo. in 9. col* Item prædicta verba multum ampla, & quæ sunt penitus & ipso iure resolutiua cōtractus permutationis, fuerunt apposita in ipso contractu à principio, dum esset in fieri & sic antequam esset acquisitum ius aliquod ex contractu: *iuxta gl. quæ reputatur singularis in l. ab emptione. in verb. cogitur. ff. de pact. quam sequuntur Doct. ibi, & Bald. in l. 2. in 2. notabili. Co. communia de lega. & in l. traditionibus. in pen. col. & ibidem Salyc. Cod. de pact.* Et sic antequam contractus esset perfectus & absolutus à partibus: *iuxta l. contractus. Cod. de fide instrum.* & sic re adhuc integra, per quæ verba dominium dicitur esse trāslatum limitatiue, & suspensiue: & quando † dominium transfer- 14 tur suspensiue, resoluto cōtractu ipsum dominium redit ad sua principia attractiua: *vt notabiliter dicit Bald. in l. 3. Cod. de pact. inter empto. & vendito. & ante eum fuerunt in effectu verba iurisconsulti in l. voluntate. §. fi. ff. quibus mod. pig. vel hypot. sol. ibi*, non enim quia dominium transfertur, ideo ab emptore ius dominij recipiunt, sed in pristinam causam res redit resoluta venditione. Item in præsenti contractu verba superius relata sunt magis directo & ipso iure resolutiua contractus, quam sint in pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diem, vbi solum dicitur, quod res sit inempta. Sed in casu præsenti dicitur, quod in casum non sequutę reparationis, quod prę-sens permutatio ipso facto sit nulla, nulliusq; sit efficaciæ, seu valoris, & quod castrum pleno iure deuoluatur. Ista verba multo magis sunt directo, & funditus, & ipso iure resolutiua, vt superius dixi, ergo multo fortius in casum contrafactionis debent operari retrāslationem dominij in prędictum dominum Gulielmum: *vt est text. ineuitabilis in d. l. voluntate. §. fi. in verb. dominium ad debitorem reuerteretur ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. & text. in l. si cum venderet, in verb. vendicare rem poterit. ff. de pig. act. quæ iura infe-*

rius latius inducam. Item quia non est adeo speciale in pacto legis commissoriæ & addictionis in diem, cum non sit etiam idem in omnibus pactis habentibus vim resolutiuam principij contractus & traditionis: *secundum Bal. in l. ea lege. in 3. colum fi. C. de cond. ob caus. Idem tenet Iacobus Butriga. in d. l. traditionibus. Cy. in l. fi. in 1. q. in fi. C. de reb. alie. non alien. Salyc. in d. l. ea lege. in duobus locis, scil. cet in secunda oppositione, & etiam in vltima oppositione. Idem tenet Paul. de Castro in l. 1. in vlt. col. ff. de dona.* Vbi tenet, quod si fuit actũ, quod causa non sequuta habeatur datio pro non facta, ꝙ tunc possit agi rei vendicatione, sicut ex pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, cum videatur eadem ratio, licet illa pacta consueuerint solum apponi in contractu emptionis & venditionis. & vtilitas est magna secundum eum † quia si competit rei vẽdicatio, dabitur contra quẽlibet possessorem, sed actio personalis solum datur contra illum, cum quo fuit factũ pactum: *vt l. fi. §. fi. ff. de contrahen. emp. Idem tenet Paul. de Cast. in l. qui absenti. § 1. ff. de acq. pos.* Vbi tenet, ꝙ † quando fit venditio, vel donatio, vel alius contractus, & dicatur, quod habeatur pro non facto in casum inobseruantiæ, tunc istud tale pactũ resolutiuum habet vim pacti legis commissoriæ: *vt l. cõmissoriæ. C. de pac. in emp. & vendi.* Nam licet illud pactum proprie fiat in contractu vẽditionis, & quando apponitur conditio, si non soluatur pretium, potest tamen ad similitudinem fieri etiam in aliis contractibus, quia eadem ratio est, secundum eum. Et idem ibi sequitur dominus Alex. qui est sibimet cõtrarius ad id quod tenuit in *consil. 10. primi volum. superius relato.* Idem etiam tenet Paul. de Cast. *in l. si hominem. ff. de vsucap.* vbi tenet quod ex pacto resolutiuo contractus retransferatur dominium ipso iure sine traditione, si venditor erat dominus, eo quia similatur pacto legis commissoriæ & addictionis in diem, licet Bartol. ibi dubitet. & ita etiam dicit tenere Bal. *in d. l. ea leg. Idem etiam tenet Paul. de Castr. in l. si ita quis. §. ea lege. in 2. colum. ff. de verbor. oblig.* Vbi tenet, quod si dicatur, quod venditio, vel donatio, vel traditio habeantur pro non factis, quia tunc esset pactum legis commissoriæ, statim quod contra faceret, reuerteretur dominium ad donatorem vel donantem. *d. l. commissoriæ. Idem tenet Rapha. Com. in d. l. 1. in vlt. colum. ff. de don. motus per rationem Dyn* quia sicut † dominium non potest transferri sine causa. *l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. do.* ita etiam in resolutione & annullatione non potest retineri sine causa. *l. Vranius. versic. sed cum dico. ff. de fideiuss.* & quia ita regulatur resolutio sicut & contractus. *l. ab emptione. ff. de pact.* & per istam rationem idem est, secundum eum, in quolibet alio contractu & pacto. pro hoc etiam allegat bonum text. *in dicta l. voluntate. §. fin. ff. quibus modo pignora. vel hypo. sol.* Et tex. *in l. si cum venderet. ff. de pignora. actio.* vbi datur rei vendicatio. & pro certo text. est, vt dixi, bonus † & ineuitabilis pro hac parte in dicta leg. voluntate. *§. fina. tam in decisione quam in ratione decidendi.* Nam decidit ibi text. quod si creditor pignus distraxit, & à venditione recessum fuerit, quod dominium ad debitorem reuertetur, & quod idem est in omnibus, quibus concessum est rem alienam vendere, & rationem assignat ibi text. non enim quia dominium transfertur, ideo ab emptore ius dominij recipiunt, sed eo quia in pristinam causam res redit resoluta venditione. & quamuis dominus Alexand. *in d. consil. 10. primi volu. in 5. col.* respondeat ad illum text. quod de necessitate intelligatur, quod ibi non solum fuit rescissus titulus, sed etiam fuit res tradita, vel restituta venditori, ista est manifesta diuinatio, & violentia ad illum textum. Similiter pro hac parte est bonus text. *in d. l. cum venderet. ff. de pigno. actio.* dum dicit, quod vẽdicare rem poterit & ibi est text. singularis, quod † si ille, qui emit rem cum pacto de retrouendendo, vendat alij simpliciter, quod primus venditor potest ab eo vendicare oblato pretio, vtili vendicatione. & ita ibi per illum textum notat pulchre Paul. de Castr. Idem tenet Ang. de Aret. *in §. fin. instit. quibus mod. tollitur obligat. Ioann. de Ana. in ca. conquestus. in 4. colum. ad fin. de vsur. & licet dom. Alexand. in dicto consilio 10. primi volum. in vltima colum.* respondeat, quod ille text. loquitur in venditore, qui non erat dominus, sed creditor, & sic vendẽdo nõ videtur transferre dominium, sed ius pignoris, tamen ista solutio non est vera: *per text. apertum in d. l. voluntate. §. fi. vbi est text.* quod creditor vendẽdo pignus transfert dominium in ipsum emptorem. Et est ratio; quia † creditor repręsentat personam debitoris in re pignorata, quam vendit. *l. cũ notissimi. §. sed illud. C. de præscript. 30. anno. secundũ Bald. & Salyc. in l. 1. C. per quas perso. nob. acquiritur.* Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo non solum in ipso contractu re integra fuerũt appositа supradicta verba, quæ directo & ipso iure sunt funditus resolutiua contractus, sed etiam multa alia concurrunt. Nam iste cõtractus permutationis fuit celebratus cum rege, sed † contractus celebratus cum Principe habet vim legis, & cẽsetur lex: *vt notat Bar. in l. Cæsar. per illum text. ff. de publica. & in l. pen. per illũ textum. C. de dona. inter virum & vxo. & in l. ciuitas. in prima col. ff. si cer. pet. cum concordan. quas alias ibi legendo dixi.* Nam Princeps dicitur lex animata in terris. *§. pen. in fin. in auth. de consue. glos. in l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud.* Sed † per legẽ transfertur dominium sine traditione: *vt l. comm ssa. in fi. C. de pact. notat Bald. in l. 1. in primo notabili. C. communia de legat.* Item Princeps non solum per viam priuilegij transfert dominium sine traditione: *secundum Bald. in cap. 2. in vlt. colum. & ibidem Andr. de Iser. de no. for. fide.* & ibi Bald. dicit secus esse, si cum Principe contrahatur: quia in tali contractu seruandum est ius commune, scilicet vt post cõtractum Princeps sit obligatus ad tradendum, & ante traditionem non acquiritur dominium, nec possessio: secundum eum. & idem Bald. *in c. ad audientiam. de præscript. notat ex illo text.* quod † ex priuilegio principis transfertur ius sine apprehensione possessionis: tamen idem videtur dicendum etiam per viam contractus, prout notat Ioan. Andr. *in c. olim. de verb. sign.* vbi tenet, quod ex solo contractu principis transfertur dominium sine traditione. Idem tenet alibi vbique ipsemet Bald. *in c. licet causam. in 8. col. de proba. & in cons. 345. primæ partis, incipiente, ad euidentiam præmittendum est, quod Imperator. & idem Bal. in prælud. feudo. in 9. col.* Vbi formaliter tenet, quod eo ipso quod princeps dat, vel donat, transfert dominium: nec requiritur aliqua traditio, nec possessio: *per clem. auditor. de rescript. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. & c. inter dilectos.*

Eos. de fide instrum. & sequitur dom. Alexan. in consil. 186. secũdi volum. incipiente, in hac causa & lite vertente inter Reuerendißimum dominum Archiepiscopum. in vlt. colum. Alibi notat idem Bald. *in c. 1. in titu. quid sit inuestit.* quod si Papa, vel Princeps dicat, assignamus tibi tale castrum cum plenitudine iuris, vel per alia æquipollentia verba, non est necessaria possessio facti: vt ibi per eum, & per And. de Iser. ibidē notat Angel. *in l. officium. circa finem. ff. de rei vendicat.* Vbi notat,
24 quod † licet per solum instrumentum contractus non probetur dominium sine traditione, & aliis adminiculis, fallit, nisi sit instrumentũ continens donationem principis ex certa scientia, quia princeps habet potestatem transferendi dominium ad libitũ voluntatis sine alia traditione, quod est bene notandum secũdum eum. Et benefacit ratio supra proxime relata, quia cõtractus celebrati cum principe habent vim legis, & per legem transfertur dominium
25 sine traditione: vt supra proxime dixi. Item † hic sumus in contractu permutationis, qui est contractus
26 bonæfidei. § *actionũ. instit. de actio.* Item † omnes cõtractus, qui fiunt cum principe, habent naturam cõtractuum bonæfidei: *vt notat Bald. in tit. de pace Constan. in antepenult. charta, in verbo. si qua vero.* per illum textum in verbo, bonæfidei. & ideo seruanda est bona fides, vbi non congruit de iuris apicibus disputare. *l. ei fideiussor. §. quadam. ff. mandati. secundum eum.* I-
27 tem † adest declaratio ipsiusmet Principis declarantis talia bona esse affecta & eidem Domino Guielmo vigore dictæ permutationis, & quod non poterant absque huiusmodi onere in præiudicium ipsius permutantis transferri. Cui declarationi videtur stãdum etiam in præiudicium donatariorum. *per illud quod notabiliter tenet Paul. de Castr. in l. haredes palam. §. si quid post. ad finem, ff. de testam.* Vbi tenet, quod si Papa faciat aliquas declarationes circa gratias prius per eum factas, quod tales declarationes præiudicant illis, quibus iam erat ius quæsitum, quasi hoc, quod nunc declaratur, fuisset à principio dictum, quo casu non fuisset alteri ius quæsitum. Et videtur standum omnino assertioni ipsius regis, per textũ, *in clem. prima, de proba.* Et per illud, quod in fortioribus terminis tenet Angel. *in consilio 278. incipiente, Non est dubium. in secunda columna.* Item in isto con-
28 tractu permutationis adest iuramẽtum, quod † debet obseruari in forma specifica. *capit. ad nostram. de iureiurando. Bartol. in l. amplius non peti. in vltima columna. ff. rem ra. habe.* Item obligat præcise ad obseruãdum promissum, & sic ad factum, ita quod soluendo interesse nõ liberaretur. vt est gloss. reputata singularis *in l. si pecuniam. in principio, cum gloss. parua in verb. necesse habeas ff. de condi. caus. da. & gloss. in l. in eadem gloss. fin. ff. ex quibus cau. ma. facit text. in capit. fina. & ibi not at dom. Anton. de But. in quinto notabili, ne prela. vic. suas. & text. in cap. ex literis 2. & in cap. sicut ex literis. de sponsal.* Item iuramentum habet vim actus geminati: *secundum Dom. Abb. in cap. cum contingat. in secunda colum. ad finem, de iureiuran.* Cum ergo iuramentum debeat obseruari præcise, & in forma specifica, & promissum sit expresse, quod in casum reparationis non sequutæ dictum castrum pleno iure deuoluatur ad dominum Gulielmum, si pleno iure, ergo cum retranslatione dominij, vt superius fuit dictum. Item adest etiam specialis hypotheca dicti castri, ex qua oritur actio realis contra quemcunque possessorem. *l. eos. C. de pigno. & §. item Seruiana. instit. de actio. & l. creditor. §. fina. ff. de distract. pigno.* Ex istis omnibus simul iunctis, scilicet ex tot verbis amplis, & geminatis, & multum efficacibus importantibus ipso iure & funditus resolutionem istius permutationis. Item quod iste contractus fuit celebratus cum rege, & sic habet vim legis, & sic operatur translationem dominij absque alia retrotraditione, & quod in eo debet superabundare bona fides, & quod interuenit super hoc declaratio ipsi' regis. Item quod interuenit iuramentum & specialis hypotheca dicti castri, concluditur, dominium esse ipso iure translatum in præfatum Dominum Gulielmum & eius successores, cuius vigore competit rei vendicatio etiam contra donatarios, & sic singulares successores, & contra tertios possessores dicti castri, quod per actorem in libello fuit bene petitum declarari dictum contractum permutationis ipso facto, & ipso iure nullum, & rescissum esse, & p non facto habitum, & agentem in pristinam castri prædicti possessionẽ reduci & induci. Et ista veriora apparebunt respõdendo his, quæ superius in oppositum deducta fuerunt: & licet ex prædictis resoluta appareant, tamen vt veritas clarius eluceſcat, ad ea particularius respondetur. Non obstat ergo primo, dum dicebatur, quod speciale sit in pacto legis cõmissoriæ, & addictionis in diem, vt in eius dominium ipso iure trãsferatur, & ratio sit propter frequẽtiam dictorum pactorum, de quibus lex posuit duos speciales titulos: secundum Bart. & Ang. *in d. l. 1. ff. de dona. cum aliis concordantiis superius adductis*, Ergo secus esse videtur in aliis pactis resolutiuis: quia respõdetur, quod † Bart. & Ang. non negant, quin idem 29
esset in alio pacto solenni habente eandem & maiorem vim resolutiuam, prout est in casu præsenti: *vt est tex. ineuitabilis in d. l voluntate. §. fi. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. & in d. l. si cum venderet. ff. de pignor. actio.* quia non est adeo speciale in pacto legis commissoriæ & addictionis in diem, quin idem sit in omnib. pactis habentibus vim resolutiuam principij cõtractus, & traditionis: *prout tenent Iacob. But. Cyn. Bald. Salyc. Paul. de Castr. Raph. Comen. & D. Alex. sibi contrarius in locis superius relatis*, qui faciunt istam censeri magis communem opinionem, cum † illa dicatur 30
communior opinio, quæ plurium doctorum testimonio confirmatur: *vt est text. in l. 1. in vers. fic. & sane crebrior. & ibi Bald. notat. ff. de offi. quæsto. & in l. diui fratres. post med. in verb. plurium etiam iuris aut horum. ff. de iure patro. & text. in c. nouimus. ibi, opinio à pluribus approbata. & ibi D. Anton. & Do. Abb. de verb. sign. & in c. induciis. ibi, in quo plurimi concordant. 3. quæst. 3. & 19. dist. c. in canonicis. & gloss. de pœniten. dist. 1. c. fi. & sic videtur in iudicando tenenda: secundum Bart. & alios in l. fi. C. de pœna iud. qui ma. iudi. Cano. in c. ne innitaris. de cõstit.* & tanto magis cum etiam Bart. & Ang. istud non negent. Nam dum dicunt. istud procedere in pacto legis commissoriæ & addictionis in diem propter frequentiam istorum pactorum per hoc nõ negant idem esse in aliis pactis resolutiuis habentibus eandem vel maiorem rationem. Nam † quando lex a- 31
liquid statuit in aliquo casu gratia frequentioris vsus, non tamen intelligitur negare, quin idem sit in aliquo casu simili, in quo militet eadem, vel maior

DIPUTACION DE GRANADA BIBLIOTECA

ratio: *vt est gloß. ordinaria & approbata in clem. 1. in verb. præsidentes. ad fin. & ibi D. Anton. Imol. & alij ad hoc notant, de rescript. & gl. in c. 2. in verb. rem. & ibi Gemi. ad hoc notat, de confes. in sexto. & glos. melior de iure in l. 1. in gl. ff. 1. Cod. de his qui ad eccles. confu. & in auth. cessa. in verb. per Italiam. Cod. de sacros. eccles. & in l. vnica. in ver. b. sponsam. C. de rap. virg. & Bart. in l. si mater. §. hoc iure ff. de except. rei iudi.* Item † quando legislator ponit ali- 32
quos casus speciales, vel aliquas fallentias, licita est extensio ex identitate rationis; quia iura limitatoria extenduntur ex identitate, & fortius ex maioritate rationis: vt est text. *in c. cum dilecta. §. nos igitur. & ibi notat D. Abb. de confir. vtil. vel inutil. & in c. ad audientiam. & ibi notat Domin. Abb. de clericis non resi. & idem D. Abb. in ca. sacris. in 3. col. quod met. cau. & in c. iurauit. in 2. col. de proba. & in c. ex parte. in 2. col. de testi. & in c. fin. in pen. col. de re iudi. & in c. inter alia. in 6. col. de immu. eccles.* & quod exceptio in vno casu porrigatur ad casus similes, est bonus text. *in c. post translationem. in §. quamquam. & ibi Bald. dicit ad hoc esse valde notabilem, de renuncia. gl. in l. 1. C. de condi. ind. ibi Bart. & alij in l. si constante. in prin. in 9. q. prima partis principalis. ff. solu. matr.* Nec obstant text. *in l. penul. C. de adi. acti. & in l. si hominem. ff. de vsucap.* allegati per Bart. vt superius retulit, quia vltra responsionem Raph. Com. *in d. l. 1. in vlt. colum. ff. de dona.* vbi retorquet illa iura contra Bart. potest planius respõderi, quod illi text. nihil faciunt, quia in illis iuribus vẽditio sub conditione fa- 33
cta resoluitur, & etiam datur redhibitoria † quæ est actio personalis, vt ibi. Sed rei vendicatio non potest ibi adaptari, cũ emptor agens haberet prædium vẽditum penes se, & vellet rehabere pretium solutum, & quod venditor retro acciperet ipsum prædium.
Similiter † non obstat gl. notabilis *in l. 1. Cod. de inoff.* 34
dona. allegata per dom. Alex. in dicto consil. 10. primæ partis: quia illa gl. procedit, quando dominium à principio fuisset simpliciter translatum sine aliquo pacto resolutiuo: secus si à principio re integra & ante traditionem sit appositum pactum resolutiuum contractus, vt in casu præsenti: quia tunc dominium non absolute, sed suspensiue transfertur, & ideo resoluto contractu dominium redit ad sua principia attractiua: *vt egregie dicit Bald. in dicta l. 3. Cod. de pact. inter empt. & vendi. & ante eum tex. in d. l. voluntate. §. fi. in fin. ff. quibus mod. pign. vel hypo sol. Et similiter in d. l. prima, in fin. & in l. pen ff. de condi. sine causa. allegatis per D. Alex.* nõ est aliquod pactum factum per verba directa, quod sit mero iure resolutiuum contractus, vt in casu præsenti, sicut etiã non erant in casu, in quo ibi consuluit D. Alex. vbi etiam pactũ fuit appositũ per contractũ iam perfectum, & sic postquam erat iam acquisitum ius ex ipso contractu, vt ibidem per eum. Et ita etiam non obstat text. *in d. l. cum precibus. C. de rerum permu. loquens in terminis nostris permutationis.* quia etiam ibi nullum adest pactum ipso iure & facto resolutiuum permutationis, vt in casu præ- 35
senti. Non obstat † etiam verbum, *deuoluatur*, positum in instrumento præsentis permutationis, quod est futuri temporis, & verbum commune: quia clare respondetur, quod istud procederet, quando simpliciter poneretur, sed hic non est positum simpliciter sed fuit dictum, pleno iure deuolnatur. & verbũ, pleno iure, est directum, & importat directam substitutionem, vt superius dixi, & non requirit sentẽtiam, cum etiam hic adsit verbum, *ipso facto*, & verbum, *sit*, geminatum: vt limitatur per Bart. & alios in *d. l. in criminali. C. d. de iurisdict. omnium iudicum, & in dicta l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccles. & in l. imperator. ff. de iure fisci.*

Vltra prædicta nõ obstat, si diceretur de quadam recompensatione præstanda pro reditibus iuxta ordinationem regis: quia hoc non videtur in præsenti causa habere dubitationem, prout etiam alij qui super hoc scripserunt, firmant, quin possit dici illud vulgatum: Tardi venere bubulci. Nam in toto isto iudicio nunquam facta est mentio, nec aliqua oblatio dictæ recompensationis immo iam multis annis retro elapsis fuit lis contestata. Sed planum est, quod quando † vnum est in obligatione, & aliud in facul- 36
tate soluẽdi ex dispositione hominis, vt in casu præsenti, illa facultas soluendi solum durat vsque ad litem contestatam, & postea per litis contestationem tollitur: *vt est text. in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. & ibi Bartol. & alij. ff. de solu. & in l. miles. §. decẽ. ff. de re iudi. & in l. item veniunt. & idem recte. ff. de peti. hæredi.* Secus quando aliquid esset in facultate soluendi ex dispositione legis: *vt declarat Bartol. in dicta l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. circa finem.* Et propterea infert ibi Bart. in vltima columna, quod vbi in instrumẽtis confessionatis seu guarẽtigionatis habentibus executionem paratam vnum est in obligatione, & aliud in solutione, durat illa facultas soluendi, donec petatur executio illius instrumenti, vel magis proprie, donec fiat litis contestatio super illa executione: secundum eum. Et idem tenet Bar. *in l. si mator. Cod. de transact. & in l. stipulationes non diuiduntur in vlt. charta, in vers. Sed iuxta prædicta moueo vnũ dubium. ff. de verborum obligationibus.* Et propterea signanter Bartol. *in d. l. item veniunt. §. idem recte. ff. de peti. hæred. refert per hoc se dixisse in quæstione de facto:* Quidam tenebatur dare alicui centum, hoc acto, quod si debitor vellet dare pro illa quantitate terrenum, quod creditor cogeretur accipere: certe perdit istam facultatem dãdi terrenum, ex quo patitur litem contestari super debito, secundum eum, quem sequuntur Bal. & Angel. ibi.

Die 23. Decembris. 1508. in prouincia.

CONSILIVM CXXIX.

SVMMARIA.

1 *Dictio* aliquid, *verificatur in quauis minima ordinatione.*
2 *Verbi* supereſſet, *appellatione, etiam totum continetur.*
Idem in verbo restaret, *& verbo* residui. *num. 3. & verbo* superfluum. *num. 4.*
Idem in dictione, cæterorum. *num. 5.*
Idem in dictione plus. *num. 6.*
7 Partis *appellatione totum continetur.*

COnsului anno superiore super testamẽto quondã Nicolai Catanei Ianuensis, præsertim in ea parte, in qua dicitur, si vero cõtigerit dictã Claretã decedere absq; eo, ꝙ aliquid disposuerit, vel ordinauerit de dictis bonis & hæreditate ipsi' testatoris, tũc & eo casu de eo, ꝙ supereſſet, vel dicto tẽpore super-

supererit de dictis bonis ipsius testatoris, de quibus dicta Clareta nihil disposuisset, vel ordinasset, vt supra, instituit hæredē suam Eleemosynam. Nam cōsului, quod ex quo dicta Eleemosyna fuit substituta sub conditione, & dicta conditio substitutionis defecit, quod admitti non debeat. Istud probaui ex
1 pluribus fundamentis, præsertim † ponderando dictionem, *aliquid*, quæ verificatur in quauis minima ordinatione. Item ponderaui illam vniuersalem negatiuam, *nihil*, geminate positam in testamento. Vnde cum dicta Clareta nō solum aliquod minimum, sed etiam multū disposuerit in vita, & etiā in vltima voluntate: ergo cōditio dictæ substitutionis dicitur defecisse, prout latius in dicto cōsilio explicaui. Nūc circa istud fundamentū mouet vna dubitatio, quia si istud fundamentum procederet nunquā dispositio testatoris posset habere locum, dum dicitur ℭ si cōtigerit Claretam decedere absq; eo, ℭ aliquid disposuerit, tunc & eo casu de eo ℭ supereſſet, vel supererit, instituit Eleemosynam hæredē. Nam quando Clareta aliquid disposuisset, tunc in eo ℭ supereſſet, Eleemosyna vocari nō deberet. Et sic talia verba nihil vnquam possent operari: cōtra *l. si quando. in prin. cum similib. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuileg. in sexto.* Sed ad istam oppositionē, quæ prima fronte videtur satis vrgere, facilis & prōpta est responsio. Nam verbū, *supereſſet*, vel *supererit*, ℭ videtur difficultatē
2 facere, intelligitur etiā de toto: quia † appellatione verbi, *supereſſet*, etiā totum cōtinetur: & sic qñ Clareta disposuisset, totū debetur Eleemosynæ ex substitutione. Et ℭ verbū *supereſſet*, intelligatur etiā de
3 toto patet; quia † idē etiam dicim' in verbo, *restaret*, & in verbo, *residuū*, quorū appellatione totū continetur: *vt est text. in l. 2. C. de hære. instit. & in l. quod si Mæuius. ff. eo.* Idem † in verbo, *superfluum*, cuius etiā
4 appellatione totū continetur: secundū Raph. Comen.
5 *in cons. 105. incip. Antonius Benedicto si io.* Idē † in dictione, *cæterorū. l. cæterorum. ff. de verb. sign.* sic etiā appellatione reliquorum totum continetur. text. est ad literam *in l. cū optio. ff. de opti. lega. & in l. reliquorum. ff. de verb. sign. & in l. 2. cū gl. C. si propter publ. pēsi* licet quā doq; non omnia, sed reliqua tm̄ contineat, *l. prætor. in prin. & ibi gl. ff. de lega. 3.* Sic in dictione, *amplius*, totum continetur. *l. 1. §. hæc verba & ibi gl. ff. si cui plusquā*
6 *per l. Falc. d.* Idem † in dictione, *plus*. Nam si statutum dicat, *quod si Potestas condemnauerit aliquem plus debito, teneatur ad pœnam quadrupli*: certe si in totum condemnauit indebite habebit locum pœna dicti statuti: *secundum Bar. in l. seruus legatus. in princ. per illum text. ff. de lega. 1. & est bonus text. in d. l. 1. §. hæc verba.* Imo fortius, etiam † appellatione partis totum continetur:
7 *vt est text. in d. l. 2. in verb. in residua parte. C. de hæred. instit.* Vnde si testator in testamento legauit illā partem domus vxori, quam secum viuens inhabitare solebat, certe si totam domum inhabitabat, tota domus venit in legato: *vt est text. notabilis in l. vxori. in prin. & ibi gl. & Bart. ff. de lega. 3. late Bart. & alij in l. si plures. ff. de dam. infect.* Vnde in ꝓpposito nostro verbum, supereſſet, vel, supererit, verificatur etiam in toto, quando dicta Clareta nihil disposuisset: posset etiam verificari in minus, qñ aliqua de dictis bonis testatoris chasmate, naufragio, vel decoctura debitorum, aut aliquo casu defecissent, vel periissent, tunc etiam illud, quod supereſſet dictæ Eleemosynæ ex substitutione prædicta deberetur. Et ista est vera & plana responsio, & iuridica, procedens secūdum terminos & declarationem iuris.

CONSILIVM CXXX.

THEMA.

INstitutio facta in testamento Nicolai Catanei Ianuensis ita se habet. Reliquorum vero omnium bonorū suorum sibi hæredem vniuersalem instituit & esse voluit Claretam vxorē suam in vita sua, & quamdiu vixerit, ita quod in vita sua possit & valeat dicta Clareta de bonis ipsius testatoris disponere, & ordinare, prout voluerit, & quicquid voluerit: si vero contigerit dictā Claretam decedere absque eo, quod aliquid disposuerit, vel ordinauerit de dictis bonis & hæreditate ipsius testatoris, tūc & eo casu de eo quod supereſſet, vel dicto tēpore supererit de dictis bonis ipsius testatoris, de quibus dicta Clareta nihil disposuisset, vel ordinasset, vt supra, instituit hæredem suam eleemosynam vnā, quam voluit ipse testator fieri hęredē de dictis suis bonis, quæ supereſſent, & de quibus dicta Clareta nihil ordinasset, vt superius dictum est, inter Albergum de Captaneis dispensandam per spectabile officium misericordiæ ciuitatis Ianuæ, vna cum vno ex proximioribus ꝓpinquis ipsius testatoris de Albergo de Captaneis inter pauperes puellas nubiles de dicto Albergo. Quæritur stantibus verbis dictæ institutionis vt supra, si dicta Clareta nō reperiatur in eius vita realiter disposuisse vel ordinasse de dictis bonis & hæreditate præfati Nicolai, an de eis potuerit testari, prout fecit.

SVMMARIA.

1 *Dispositio quando restringatur ad actum inter vivos.*
2 *Testamenti dispositio non dicitur fieri, nisi quoad effectum.*
3 *Donatio causa mortis dicitur esse actus vltimæ voluntatis.*
4 *Actus inter viuos dicitur, quod habet effectum in vita.*
5 *Res tunc dicitur fieri: cum illa effectum capit.*
6 *Verba testamenti sunt diligenter consideranda.*
7 *Alternatiua ad veritatem sufficit alteram partem esse veram.*
8 *Conditio voluntatis debet præcisè impleri in forma specifica.*
9 *Dictio, aliquid, verificatur in quolibet minimo actu.*
10 *Partis appellatione simpliciter prolata intelligitur de diuidua.*
11 *Dictio quid, verificatur in qualibet rei particula.*

12 Ne-

12 *Negatiua vniuersalis debet in quocunque actu vniuersaliter negare.*
13 *Omissum à testatore habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis.*
14 *Casus, qui occurrit præter ordinationẽ testatoris, non comprehenditur sub eius dispositione.*
15 *Testator disponens, quod quicquid superesset, restitueretur, quomodo intelligitur.*
16 *Dispositio in vltima voluntate est fauorabilior.*
17 *Plus cui licet, non debet non licere, quod est minus.*
18 *Res restitutioni subiecta alienari possunt.*
19 *Verbum*, disponere, *de propria sui significatione importat vltimam voluntatem.*
20 *Dictio*, quicquid, *est verbum præcisum vniuersale.*
21 *Bart. cons. 76. declaratur.*
22 *Actus vt valeat, semper fieri debet interpretatio.*
23 *Opinio communis quando possit deseri in iudicando.*
24 *Dictio*, libera, *quid importet.*
25 *Verba debent intelligi de primo hærede, non de secundo.*
26 *Verba debent intelligi per prius & non per posterius.*

1 IN † casu occurrenti videretur prima consideratione dicẽdum, quod Clareta, quæ ex deductis in processu nihil videtur in vita sua disposuisse, vel ordinasse de bonis & hæreditate dicti Nicolai, non potuerit etiã de eis disponere per viam vltimæ voluntatis, prout fecit: per illud quod in terminis notabiliter consuluit Bart. *in consil. 76. quod incipit, Pater filio emancipato donauit, &c.* vbi consuluit, quod si pater donauit filio emancipato omnia bona sua præsentia & futura, saluis & reseruatis dicto patri omnibus fructibus, & vsufructibus & prouentibus, de quibus liceat dicto patri in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis, quod talis donatio non valet: quia aufert liberam facultatem testandi, & quod illa verba, ꝙ possit in sua vita disponere pro libito voluntatis de fructibus & prouentibus, intelliguntur de contractu aliquo inter viuos, nõ autem de vltima voluntate per viam testamenti videtur: quia licet donãs large & effuse donaret, noluit tñ in vita ægere, & ideo voluit sibi reseruare fructus, de quibus posset viuere, & facere quicquid vellet, dum
2 viueret: quia † dispositio testamenti non dicitur fieri in vita quoad effectum. Nam licet testamentũ fiat à viuente, tamen effectus testamenti confertur post mortem: *vt probatur in l. 1. cum gl. C. de testam. tut.* Et omnis dispositio iudicatur secundũ tempus, in quod confertur *l. quod sponsa. C. de dona. ante nupt. & l. in fugam. C. ad l. Fla. de plagi. & l. in tempus. ff. de hared. instit.* Et illa verba reseruationis, dũ dixit, quod possit disponere in vita sua, de necessitate sunt intelligenda de dispositione, quæ inter viuos dicitur: quia verba illa, in vita sua, debent aliquid operari: ergo de necessitate intelliguntur de dispositione, quæ dicitur inter viuos, alias nihil operẽtur: quia sufficiebat solum dicere, ꝙ possit de fructibus disponere, ita ibi notabiliter tenet Bart. & eum simpliciter sequitur D. Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta. in 12. colum. ff. de verb. obl. gat. & simpliciter allegat D. Alex. in consil. 14. primi volum. incipiente, Circa primum dubium quo quæritur, nunquid dicta donatio. in 5. colum. ad fi.* Vbi per
3 hoc tenet, quod † donatio causa mortis non dicitur esse actus celebratus in vita, sed dicitur esse actus vltimæ voluntatis. Idem in effectu videtur tenere Ludou. Rom. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in pen. charta, in 4. quæst. licet de dicto consil. Bar. nullam faciat mentionem.* Nam ibi quarto quærit Ludo. Ro. nunquid valeat donatio huiusmodi, in qua quis reseruat sibi in aliquibus potestatem disponendi tempore vitæ suæ, & dicit videri prima fronte dicendum, quod sic, cum tunc non ex toto tollatur libera testamenti factio; quia saltem in reseruatis illa remanet: & hoc putat verum, vbi potestas disponendi fuisset reseruata simpliciter: Sed vbi cum adiectione illorũ verborum, *in vita sua*, credit contrarium: quia verba illa intelliguntur de dispositione, quæ in vita sumat effectum, cum verba sint cum effectu intelligenda. *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. & l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui. & c. relatum. de cleri. non resident.* Secundo, quia † actus inter viuos non dicitur 4
fieri, eo quia à viuente fiat, quoniam nullus actus nisi à viuente fit, sed quia in vita habet effectum: *vt l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.* Tertio, quia ex quo testamenti effectus insurgit post mortem, videtur quodammodo non in vita, sed post mortem vltima voluntas esse facta. Tunc † enim res fieri dici- 5
tur, cum illa effectũ capiat. *d. l. in fugam. C. ad l. Fla. de plagi. & dicta l. quod sponsa. C. de dona. ante nupt. & d. l. in tempus. ff. de hæredi. instit. & l. quia in tempus. cum sim. ff. de dona. inter vir. & vx.* Relinquit tamen in hoc cogitandum, & plus nõ dicit: & sic in effectu ponit fundamenta Bar. in consilio præallegato, licet de eo non faciat mentionem. Sed præmissis non obstantibus, contrariam sentẽtiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, stãtibus verbis dictæ institutionis factę in testamento Nicolai amplis, geminatis, & replicatis prout stant. Nam † verba testamenti sunt 6
diligenter considerandа: *vt dicit tex. in §. nos igitur. in auth. de restit. fideicom. quem notat Bal. in c. 1. de feu. guar. & idem dicit Bal. in l. si cum dotem. §. si pater. in fin. ff. solut. matr.* Item verba testamentorum in se magnum põdus habent ad cognoscendum quid est, ideo bene sunt ponderanda: *secundũ Bal. in consil. 132. prima partis, incipiente*, Verba testamenti sic dicunt. ad fin. Alibi dicit text. Iurisconsulti *in l. Mauia. ff. de manumiss. testa.* neq; contextum verborum totius scripturę testamenti, neq; mentem testatoris eam esse. Vnde in casu præsenti eleemosyna dispensanda inter Albergum de Cataneis fuit instituta, vel substituta conditionaliter ibi, si vero contigerit Claretam decedere absq; eo, quod aliquid disposuerit, vel ordinauerit de dictis bonis & hęreditate ipsius testatoris, tunc & eo casu, &c. Ex quib' verbis apparet, quod quotiescunq; Clareta aliquid disposuerit & ordinauerit, dicta eleemosyna erit excluſa, & sic nõ erit hæres. Modo ad veritatem † illius alternatiuæ, disposuerit vel 7
ordinauerit, sufficit alteram partem esse veram. *l. si hæredi plures. in fi. ff. de condi. instit. & l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. obli. Bart. in l. quid ergo. §. pœna. granior. in 1. col. ff. de in fa. & latius in l. si is qui ducenta. §. vtrum. 13. col. ff. de reb. dub.* Sufficit ergo, quod Clareta aliquid ordinauerit de dictis bonis, quamuis non disposuerit, ad hoc vt deficiat conditio substitutionis. Nam 8
† conditio voluntaria debet præcise impleri in forma specifica. *l. qui hæredi. in princip. & l. Mauius. ff. de condi. & dem. Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantũ. in 1. col. ff. de lib. & posth.* Item conditio debet constare ex

re ex omnibus suis partibus, cum denotet formam: *secundum Bald. in l. pro hæreditariis. in 1. col. ad fi. C. de hære. act.* Vnde aduertendum est diligenter, vt dixi, ad verba testatoris, dum dicunt, *si vero contigerit Claretam decedere absq; eo, quod aliquid dispoſuerit vel ordinauit*, illa † dictio, *aliquid*, verificatur in quolibet minimo actu, & in quauis minima ordinatione, qualiscunque & quantulacunq; sit: *nxta gl. reputatam singularem in clem. 1. in verb. aut earum parte. quam ibi dom. Abb. & alij notant & sequuntur, de foro compe.* Nam † appellatione *partis* simpliciter prolatæ intelligitur de dimidia *l. nomen filiarum. §. positiones. ff. de verb. sig.* tamen si adiiciatur dictio, *aliqua*, intelligitur de qualibet minima particula: *vt ibi est gl. singularis quam etiam sequitur dom. Abb. in c. super eo. in secundo notabili, de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Bald. in l. 1. in pen. col. Cod. de inof. dona. & in c. 1. §. cum autem. in vlt. col. de controuer. inuesti. Io. de Imol. in l. plures. ff. de damno infec. & in c. fin. in secunda charta. de donat. Ludou. Roma. in l. si cum vel in vtero. C. de testa. mil.* Et illud, quod dixi in dictione, *aliquod*, procedit etiam in dictione, *quid*, quæ idem importat. Nã dictio, *quid*, verificatur etiam in modico. *l. mulier. §. fi. ff. de condit. instit. & ibi glos. paruula in verb. quid, subdit etiam modicum.* Item † dictio, *quid*, verificatur in qualibet particula rei: *vt notat Bartol. in l. si seruum. §. prætor. per illum textum. ff. de acquir. hæredi.* dummodo ergo Clareta aliquid minimum ordinauerit, vel disposuerit, & sic aliquem actum etiam minimum, qualiscunq; sit, fecerit, substitutio facta de eleemosyna locum non habet. sed Clareta fecit, q̃ loca quæ erant descripta sub nomine & ratione ac columna dicti quondam Nicolai primi testatoris, describerentur in ratione & nomine ipsius Claretæ de mandato magistratus, prout ex scripturis publicis Comperarum sancti Georgij apparet. Ergo nõ solum aliquid minimum, sed etiam aliquid magnum realiter fecit & ordinauit in bonis dicti quondam Nicolai, faciendo describi loca, quæ erant sub nomine Nicolai, vt essent sub nomine & ratione dictæ Claretę, & talis ordinatio & descriptio locorum operatur translationem dominij & possessionis in ipsam Claretam. Istud † etiam ostendit illa vniuersalis negatiua, nihil ordinasset, geminate posita in ipso testamento, quæ debet in quocunque actu vniuersaliter negare: *vt l. si is qui ducenta. §. verum. ff. de rebus dub.* Ergo debet quemcunque & qualemcunque actum ordinationis remouere. Vnde in proposito nostro verum est dicere, quod Clareta aliquid in vita ordinauit realiter & cum effectu & nõ solum aliquid minimum, immo magnum faciendo cũ authoritate magistratus, quod loca Comperarum sancti Georgij, quę erãt sub nomine quõdam Nicolai, describerentur sub nomine & ratione dictæ Claretæ: ergo ex isto actu realiter & actualiter ordinata in vita dicta eleemosyna censeri debet excluſa. Item quãtum ad aliud verbum alternatiuum, disposuerit, positum in dicto testamento Nicolai, Clareta in vita saltem cœpit disponere de dictis bonis faciendo. vt dictum est; describi loca, quæ erant sub nomine Nicolai, vt essent sub ratione & nomine ipsius Claretæ: per quam descriptionem vt dictũ est, talia loca effecta fuerunt propria ipsius Claretæ, & quo ad dominium & quo ad possessionem, vnde de eis tanquam de propriis licite postea in testamẽto disposuit: & iste casus fuit omissus à primo testatore, ergo relinquitur in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. *l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matrimo. & l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. & cap. susceptum. de rescript. in sexto.* Nam † illud, quod omittitur à testatore in scriptura & in prolatione verborũ dispositiua, habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis: *secũdum Bald. in l. cum proponeretur. in secunda oppositione. ff. de lega. 2.* adeo quod in casu omisso non præsumitur adesse etiam tacita voluntas testatoris: *secundum Bald. in cons. 167. quinti volum. incipiente, Quidam Franciscus tunc carens filiis. in secunda colum. per l. militi codicillis. §. veteranis. ff. de mili. testam.* Item † casus, qui occurrit præter ordinationem testatoris, non comprehenditur sub eius dispositione, sed relinquitur dispositioni iuris communis: vt notat Cyn. *in l. quod fauore. C. de legi. & in notabili casu Petr. de Anch. in cons. 157. quod incipit, Ex serie testamenti in 3. & 4. col.* Cum ergo iste casus relinquatur dispositioni iuris cõmunis, & illa loca per eorum descriptionem essent effecta propria ipsius Claretæ, certe planum est, quod de iure communi quilibet potest de re propria testari. *l. 1. cum similibus. Cod. de sacrosan. eccles.* Item iste est quodammodo casus mistus; quia in vita, vt dictum est, ordinauit dicta loca sub suo nomine describi, & de eis in vltima voluntate disposuit: & de isto casu quodammodo misto non prouidit primus testator: ergo, vt dixi, relinquit dispositioni iuris communis. Item in dicta institutione dicti Nicolai subiicitur, quod de eo quod superesset, vel dicto tẽpore supererit de dictis bonis ipsius testatoris, de quibus dicta Clareta nihil disposuisset, vel ordinasset, vt supra instituit hæredem eleemosynam. Vnde † quãdo testator in testamento disposuit, quod quicquid superesset de bonis suis deberet alteri restitui, tunc si grauatus non alienauit inter viuos, sed in testamento disposuit legando alteri tertio, illud quod est legatum debet detrahi, nec venit in restitutione, *argum. l. ficut. §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. ita tenet glos. in authent. contra rogatus. C. ad Trebel. & ibi notabiliter Bald. in vltima colum. in vers. considera, pone quod non alienauit inter viuos. & sequitur Dom. Alex. in l. à filia. ad fi. principij. ff. ad Treb. & in consil. 14. primi volum. quod incipit, Circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio. in penul. col. & licet ipsemet dom. Alex. videatur contrarium tenere post Rapha. Com. in l. Titius. in penul. col. ff. ad Trebell. tamen ipsi met dom. Alex. in d. l. à filia. ad fin. principij seipsum emendat, & corrigit illud, quod tenuit in dicta l. Titius. & sequitur decisionem glos. & Bald. in dicta authen. contra rogatus.* Item dicta Clareta, quæ potuit de dictis bonis & hæreditate quõdam Nicolai disponere, & ordinare inter viuos per viam contractus, etiam potuit de eis disponere in vltima voluntate. Nam † fauorabilior est alienatio vel dispositio, quæ fit in vltima voluntate, quam illa, quæ fit per contractus inter viuos: *secundum glos. in l. quadam ita. §. si quis filium. in glos. magna, circa medium. ff. ad Trebell. per quam glos. ita dicunt Bartol. & Dom. Alexan. in dicta l. à filia. in princ. ff. eodem.* Ergo cui conceditur illud, quod minus fauorabile, scilicet disponere per contractus inter viuos, intelligitur etiam concedi illud, quod est magis fauorabile. *l. cui pacto. in fin. ff. de ser. expor.* Alias sequeretur absur-

surdum, & contra omnem rationem, quod Clareta posset de dictis bonis donare inter viuos, qui est actus fortis irreuocabilis, & non posset donare causa mortis, qui est actus fragilis, & reuocatur ex sola pœnitentia. *l. non omnia. in princ. ff. si certum peta.* Et sic cui licet illud quod est plus, non liceret, quod est
17 minus † quod est absurdum. Nam † non debet cui plus licet, quod minus est non licere: *vt in l. non debet. ff. de regu. iuru. & in regul. cui licet. de reg. iuris, in sexto, & 12. quæst. 1. in c. præcipimus. in princ.* Facit bene tex. *in dicta l. cui pacto. in fi. ff. de ser. expor.* Ad idem pro confirmatione prædictorũ bene facit, *quod tenent Bart. & Doct. in d. l. à filia. in princ. in quæstione, quam dicit Bart. sibi euenisse de facto:* Pone, quod pater viuens non dotauit filiam de bonis subiectis restitutioni, prout facere poterat, *iuxta authen. res quæ. C. communia de lega.* sed postea dotauit eam in testamento, an tale relictũ
18 valeat? & determinat quod sic; quia † si res quæ subiacent restitutioni possunt alienari in causam dotis inter viuos, *per d. auth. res quæ.* Ergo multo magis in vltimis voluntatibus, quæ est fauorabilior alienatio, vt dixi, idem tenet Bartol. *in d. auth. res quæ. & in l. quæsitum. §. 1. ff. de priuilegijs credi.* item Clareta poterat de dictis bonis in vita alienare, sed assignatio, quę fit in testamento dicitur esse alienatio, *vt est text. notabilis in l. si quis prioris. §. certum. & ibi Bald. & alij. C. de secund. nupt. Bar. in d. auth. res quæ. & in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2.* Item † pro ista parte facit verbum,
19 *disponere*, positum in dicto primo testamento, quod de propria sui significatione importat vltimam voluntatem: *secundum gloss. in rub. ff. sol. matr. quam Dy. Bart. & Nicolaus de Neapoli ibi sequuntur. & ibidem latius D. Alex. in 8. col. cum concordantijs ibi per eum allegatis.* Et tanto fortius in casu præsenti, vbi in dicto testamento sunt verba geminata & repetita, disponere, & ordinare, item, prout voluerit, & quicquid voluerit: quæ geminatio multum operatur, & ostendit enixam voluntatem testatoris: *vt est tex. reputatus singularis in l. balista. ff. ad Trebell. quem text. Bar. & Doct. ibi dicunt esse solennem, & non reperiri alibi.* Eum etiam ad hoc reputat valde singularem D. Alex. *in consil. 101. primi volum. quod incipit, Viso instrumento exemptionis. in 9. colum. ad fi. facit l. mulier. 2. C. ad Vellei. & quod singulariter dicit Bar. in l. cum scimus. in fi. per illum text.*
20 *cum gloss. C. de agri. & censi. l. b. 11.* Item † adest dictio, *quicquid*, quæ est verbum præcisum vniuersale: *secũdum Bal. in l. cum virum. in 2. oppositione. C. de fideicommiss.* Prædicta fortius habent militare in casu præsenti in quo Clareta in suo testamento disposuit secundum voluntatem primi testatoris, relinquẽdo sexaginta loca eleemosynæ Albergi de Cataneis dispensanda per duos antiquiores dicti Albergi in puperibus puellis maritandis, quæ essent de dicto Albergo de Cataneis, cum quibus alias dicta Clareta nihil
21 habebat agere. Nec obstat † decisio Bar. *in prælegato consil. 76.* quia possunt respondere, prout respondẽt clarissimi domini aduocati Ianuenses, quod cõsilium Bart. loquitur in diuersis terminis, scilicet in cõtractu donationis inter viuos celebrato, vbi dicta verba, quod possit disponere in vita sua de fructib⁹, seu reditibus bonorum donatorum, important, ꝙ possit disponere per viam cõtractus inter viuos, nõ autem per viam testamenti: vt sic verbum, *disponere*, intelligatur secũdum subiectam materiam contractus inter viuos celebrati. *l. si vno. in princ. ff. locati. & l. si stipulatus. ff. de vsur.* Sed in casu præsenti verbum, disponere, fuit appositum in testamẽto dicti quondam Nicolai, & sic in vltima voluntate, ergo debet intelligi secundum subiectam materiam, vt importet vltimam voluntatem, secundum quod verbum, *disponere*, de propria sui significatione solet importare, vt superius dixi. Item in casu Bar. non interuenerunt verba ita efficacia & geminata, prout in casu præsenti, secũdum quod in superiobus fuit dictum. Sed vlterius videtur, quod illa decisio Bart. sit indubia, inquantum consuluit Bart. quod si pater donauit filio emãcipato omnia bona sua præsentia & futura, reseruatis sibi omnibus fructibus & prouentibus, de quibus liceat dicto patri in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis, quod dicta donatio nõ valeat, quia aufert liberam facultatem testandi, eo quia illa verba, in vita sua disponere, de necessitate intelliguntur de dispositione, quæ inter viuos dicitur, non autem de vltima voluntate. In contrarium multum facit, & mihi fortiter stringit † quia semper 22
debet fieri interpretatio, vt actus valeat, & non pereat: *vt l. quoties in stipulati. nibus. ff. de verb. obli. & l. quoties. 2. & l. vbi. ff. de reb. dub. & l. 3. ff. de mil. testa. & c. abbate sancti Syluani. de verb. sig.* Item iuris præsumptio non adaptatur ad impugnãdum id, quod agitur, sed potius adaptatur ad confirmandum & sustinendum actum, *ita notat Bald. & Flor. in l. si quis à filio. in prin. per illum text. ff. de leg. 1.* Ergo debet fieri interpretatio ꝙ possit disponere in vita sua etiam per viam vltimæ voluntatis, vt sic nõ intelligatur sibi ablata facultas testandi, & sic vt in casu Bart. valeat illa donatio omnium bonorum præsentium & futurorum cũ reseruatione fructuum, de quibus possit disponere in vita, prout etiam verbum disponere, de propria sua significatione importat vltimam voluntatem, vt superius dixi. Vnde licitum † est etiam in iudicãdo re- 23
cedere à communi opinione, quæ potest probabili ratione conuinci, quod bonus iudex acuti ingenij arbitrabitur: secundum Hostien. Ioan. Andreę & omnes Cano. *in c. 1. de constitut. & ibidem dom. Abb. circa fi. sequitur & reputat perpetuo tenendum menti, & allegat text. pro hoc, quem reputat singularem in l. 1. in versic. sed neque. Cod. de vete. iur. enucle.* Et idem tenet D. *Abb. in c. Capellanus. per illum text. de feriis. & in c. finem litibus. in 13. col. de dol. & contu. & in c. 1. in 4. col. de re iud. & in c. vt debitum. in 8. colum. de appell. & in c. cum sint. in secundo notabili, de dec mis. & in cap. ex litteris. in 2. notabili, de sponsa. & in c. tua nos de vsur. & in c. nouimus. in primo notabili, de sent. excom. dom. Anton. de But. in c. tua nos. de sponsa. Gemin. in c. 1. in 1. colum. de summa Trini. in sexto. do. Alex. in l. cum prolatis. ante fi. ff. de re iudi.* Nec obstat fundamentum Bar. quod effectus testamenti conferatur post mortem: ergo non potest iudicari dispositio inter viuos, & quod illa verba, in vita sua disponere, nihil importarent, si etiam intelligerentur per viam vltimę voluntatis. quia sufficiebat solum dicere, ꝙ possit de fructibus disponere, absq; eo quod adderetur in vita sua: quia respondetur, quod immo illa verba, in vita sua, operarẽtur, quando decederet ab intestato, & nihil disponeret inter viuos. Item testamentũ & omnis actus fit semper in vita; quia à mortuo fieri non potest, & tamen etiam in contractibus posset effectus conferri post mor-

mortem, puta si quis donaret irreuocabiliter inter viuos, sed post mortem suam, nam ista diceretur etiam donatio inter viuos. *l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſ. mort. Bal. in l. 2. C. de iure deli.* Et idem in alijs contractibus inter viuos, quorum effectus conferretur post mortem: *iuxta ti. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred.* Item contra decisionem prædictam Bart. etiam stringũt alia fundamenta supra proxime adducta. & D. Alex. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in d. consilio 14. primæ partis, simpliciter allegat illud consilium Bartol. nec aliter attingit eius veritatem. & Ludou. Roman. in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* non firmauit, cum relinquat super eo hoc cogitandum: tamen ista disputatio non videtur esse necessaria in casu præsenti, an decisio illa Bartol. sit vera, cum alia superiora fundamenta satis sufficiant. Quantum ad domos de Ianua & de rure, quas primus testator post mortem Argentinę matris suæ voluit libere reuerti ad hæredem suam infrascriptam, planum videtur, quod Clareta hæres infrascripta in eius testamento potuit disponere, quod dominus Neapolinus eas posset habere & retinere pro pretio librarum trium millium Ianuæ, nec per dictam eleemosynam potest dominus Neapolinus super dictis domibus molestari ꝓp-
24 pter dictionem, *libera.* † quę importat, vt sine aliquo obstaculo & contradictione alicuius, & sine aliquo onere dicta Clareta habeat dictas domos, & de eis possit libere testari: *vt cap. 1. in prin. in verb. libere, cum ibi notatis per Ioan. Andreæ & alios de regula. in sexto. & cap. penul. in verb. libere eod. tit. in antiquis & c. cum episcopus. in verb. libere. de offic. ordina. in sexto. iuncta expositione Ioan. Andreæ. & Archidiaco. ibi. qui exponunt libere, idest sine alicuius contradictione. gloss. & Doctor. in cap. Romana. §. primo. in verb. libere. de censibus. in sexto. & in c. cum plures, de offic. delegat. eodem libro. & glo. in clemen. 2. in verb. libere de iure patro. cum multis concordantijs, quas alias legendo cumulaui in l. prima. C. de sacrosanct. eccles. & in l. si filiam. in tertio notabili. & in l. si quando. in princip. C. de inoffic. testamen.* Nec dicatur, quod verbum, libera, debeat intelligi quo ad vsumfructũ, quia hoc modo verbum, libera, nihil operaretur: *contra l. si quando. in principio. ff. de legat. primo, & cap. si Papa. de priuilegijs. in sexto.* cum per mortem dominæ Argentinæ vsusfructus ipso iure fuisset extinctus. *§. finitur. institu. de vsufruct. & l. corruptionem. C. eo.* Item Nicolaus testator in eius institutione dixit, reliquorum vero omnium bonorum suorum, ergo excluſit bona superius in dicto testamento commemorata, ergo non veniunt dictæ domus superius prælegatæ: *secundum Bartol. in l. si quis seruum. §. final. ad fin. ff. de legat. 2.* Et dum dicitur, quod dictæ duæ domus cum supellectilibus & duabus sclauis reuertantur liberæ ad hæredem suam infrascriptam, intelligitur de Clareta primo loco hærede vniuersali instituta, & non de
25 eleemosyna: quia† verba debent intelligi de primo hærede, & non de secundo: *per regulam l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significa. & l. dotis promissio. ff. de iure do. & cap. non potest. §. 1. & in cap. mandato, & in capitulo si clericus. in princip. de præben. in sexto. cum multis concordantijs & additionibus, quas alias legendo plene cumulaui*
26 *in l. diuortio. §. quod si in anno. ff. solu. matrimonio.* Item † verba debent intelligi per prius. & non per posterius. *l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupilla. per quem text. ita notat Bal. in l. 1. C. de suc. edic. & in l. vt vim. in 3. col. ad fi. ff. de iusti. & iur. Ad idem est tex. in l. legatis. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de lega. 3. & in l. hoc legatum. & ibi Bartol. ad hoc notat. ff. eod. tit. de leg. 3. & in l. Lucius. la prima. & ibi Bal. & Ang. ff. de hæred. institu.* Facit, quod notat Barto. *in l quæritur per illum tex. ff. de sta. homin.* quod quando aliquid potest referri ad duo, debet referri ad illud, quod est per prius, & non ad aliud per posterius, & ad hoc etiam allegat *l. primam. ff si ager vecti. vel emphy.* pe. Item relatio debet fieri ad proximiora, & non ad magis remota: *vt habetur in l. si idem cum eod. ff. de iurisd. omn. iud. & per Bar. & alios in l. talis scriptura. §. final. ff. de legat. primo. & vtrobique legendo dixi D. Abb. & alij Cano. in c. 2. requiris de appella.*

Die vltima Decembris 1508. Ianuæ.

CONSILIVM CXXXI.

THEMA.

NIcolaus Cattaneus Ianuensis inter cætera quæ in testamẽto suo disposuit, legauit de bonis suis Argentinæ matri suæ gaudimentum & vsumfructum domorum de Ianua, & de rure ipsius testatoris, necnon arnesiorum, & suppellectilium ipsius testatoris. Item gauditam sclauarum duarum ipsius testatoris, & hoc in vita dictæ Argentinæ, & quamdiu vixerit. Mortuo dicto testatore superuixit dicta eius mater per annos sex vel circa: deinde mortua est instituta pia causa. Quęritur, an dicta pia causa possit petere supplementum legitimæ debitæ dictæ matri.

SVMMARIA.

1 *Supplementum quando peti possit, & quando non.*
2 *Matri competit ius agendi ad supplementum legitimæ.*
3 *Petitio supplementi legitimæ fuit principaliter inuenta fauore testamentorum.*
4 *Legitima, cum supplementum legitimæ transinitti ad hæredes etiam extraneos.*
5 *Quilibet præsumitur posse viuere vsque ad centum annos.*
6 *Lucrum vel ad damnum quod se habet, non potest in eo esse læsio.*
7 *Iura ciuilia quando dicantur non præiudicialia ecclesiis.*
8 *Legitima dicitur tractari de lucro non de damno.*
9 *Dilatio temporis & omne grauamẽ reijcitur de legitima.*

IN prædicta consultatione videretur † prima consideratione dicendum, quod supplementum dictæ legitimæ de iure peti possit; quia quando testator, qui reliquit minus legitima, etiam, quod est fortius, prohibuit plus peti, dato etiam quod relictum sit acceptatum, tamen non obstante acceptatione & tali prohibitione testatoris potest agi ad supplementum legitimæ: *vt est text. valde notabilis in §. cæterum. & ibi Iaco. de Beluiso in authent. vt cum de appell. cogno. per quem text. ita firmant*

Bald. Saly. & moder. in l. omnimodo, in prin. & in l. si quando. §. final. C. de inoffic. testam. Bal. in l. hac edictali. in vers. quam obseruationem. C. de secun. nupt. & in l. pactum. in 6. oppositione. C. de colla. cum aliis concordantijs, quas legendo dedi. in d. l. si quando. §. final. Item † etiam matri, cui 2
minus legitima relictum est in testamento filij, cõpetit ius agendi ad supplementum legitimæ: *secundum domin. Anton. de Butr. in consilio 12. incipiente, Absque allegationibus superfluis.* Item qui agit ad supplementum legitimæ, non per hoc dicitur testamentum impugnare: *vt est tex. in d. l. omnimodo. in verb. testamentum quidem firmum sit. & in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam.* Nam supplementum legitimæ fuit inuentum, ne testamenta expugnentur: *vt dicit tex. in* 3
dicta l. omnimodo. in princi. Vnde † petitio supplementi legitimæ fuit principaliter inuenta fauore testamentorum, & secundario fauore filiorum: *secundum Bal. in l. illud. circa prin. C. de colla. & in l. 1. in 7. quæst. C. de inoffic. dona.* Similiter petitio legitimæ non est proprie impugnatio testamenti: *vt notat Bal. in l. cum lege. in tertio notabili. C. de episco. & cleri. & sequitur Io. de Anania in consil. 67. quod incipit, Viso puncto, in quo dicitur,*
4 Item † legitima, vel supplementum legitimæ, quamuis non sit petitum in vita matris, tamen transmittitur ad hæredes etiam extraneos: *vt notabiliter concludit Salyc. in l. scimus. in princip. in prima quæstione. C. de inoffi. testa. Bal. in l. 2. in vlti. q. C. de lib. præte. Facit text. in l. quamquam. C. ad leg. Falcid.* Et tanto magis in ciuitate Ianuæ, vbi statutum disponit, quod mater hęreditatem filij non aditam transmittat ad quemcunque hæredem, sicut transmitteretur, si ante mortem adiuisset. Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius in casu præsenti. Nam aduertendum est, quod ista mater, cui relictus est vsusfructus duarum domorum de Ianua & de rure, & supellectilium ipsius testatoris, & duarum sclauarum, potuisset tanto tempore viuere, quod ex tali vsufructu fuisset consequuta multo plus, quam sit le
5 gitima sua; quia † quilibet præsumitur posse viuere vsque ad centum annos: *vt l. final. C. de sacr. sanc. eccle. & l. an vsusfructus. ff. de vsufruc. & l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufruct. lega. & l. si quidem. & ibi Barto. C. solu. matri. gl. Bar. & doctꝝ. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aperi. & in l. sed si de sua. ff. de acq. hære.* Nec isto casu procedit dispositio *l. hæreditatum. in princ. ff. ad leg. Falcid.* quia illa procedit solum quo ad computationẽ Falcidiæ, & non quo ad alia, prout firmãt scribentes ibi & in specie Io. de Imol. & Pau. de Cast. & dom. Alex. *ibidem in duobus locis scilicet in 1. & 2. col.* Et si eueniisset quod ista mater tam longo tempore superuixisset, quod habuisset vltra legitimam suam, certe hæres dicti Nicolai testatoris nihil per hoc potuisset petere, aut diminuere de dicto legato vsusfructus: ergo eodem modo, si euenerit casus, ꝙ minori tempore vixerit, non debet posse prætendere eius hęres quod sibi debeatur aliquod supplementũ legitimæ. Et ista ratio videtur mihi æqua & naturalis, pro qua bene facit tex. *in l. si pater puellæ. in fin. ponderando rationem illius tex. C. de inoffic. testamen.* dum dicit tex. quod ex huiusmodi fideicommisso portio ad eam poterat peruenire, licet actualiter non peruenerit. Ad idem facit text. *in l. si ea pactione. & in l. si ea lege. C. de vsur.* vbi ratione incertitudinis & dubij euentus aliquid conceditur, quod alias non cõcederetur. Item quando † aliquid potest se habere ad lucrum, & ad 6
damnum, licet casualiter contingat damnum, non per hoc dicitur quis lędi, & si sit minor, per hoc non debet tanquam læsus restitui in integrum, *text. est notabilis in l. de fideicommisso. & ibi Paul. de Castr. domin. Alexand. & alij moder. ad hoc notant. C. de transact. & illum text. ad hoc reputat singularem Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. lega.* Bene facit, quod dicimus, quod † iura ciuilia non dicuntur præiudicialia ec- 7
clesijs, quando possunt se habere ad præiudicium & ad fauorem: & sic ex illis potest afferri commodum ecclesijs, sicut & damnum. *cap. 1. de oper. no. nuncia. & ibi Abb. in quarto notabili ad hoc multum notat, & reputat tenendum menti. idem etiam tenet Abb. in capitulo 1. in 5. columna de in integ. resti. & iste est casus noster:* quia istud legatum vsusfructus poterat se habere ad lucrum, si mater vsufructuaria tanto tempore superuixisset, quod habuisset vltra legitimam. Vnde licet casualiter contigerit damnum; quia tanto tempore non superuixit, tamen nõ per hoc dicitur lædi, nec damnificari: præsertim † cum in legitima dicatur tra- 8
ctari de lucro, & non de damno, cum non dicatur debita, sed quasi debita: vt est gl. notabilis *in l. 3. & ibi Bar. & alij ad hoc multum notant C. de iur. & fact. ignor. & gloss. in l. si duo. ff. de acquir. hæredi. Bald. & alij in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & est tex. in l. fi. §. fin autem perpetuus. in verb. quasi debita. C. de cura. furio. & in l. quia in verbo, quasi debita. ff. pro socio Bar. in l. si quis legatum. §. fina. ff. de falsis.* Item talis vsusfructus relictus matri potest æstimari pretio, & sic potest emi & vendi: *vt l. 3. ff. de vsufruc. lega. secundum Bal. in l. si ea pactione. C. de vsuris.* Item est aduertendũ, quod licet ista mater dum viueret, potuisset attento iure communi consequi legitimam suam pure, eo quia † omnis dilatio tem- 9
poris, & omne grauamẽ reijcitur de legitima: *vt l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test.* Tamen cum fuerit contenta relicto vsusfructus sibi facto per filiũ in eius testamento, & sic fuerit contenta acquiescere dispositioni & voluntati filij sui testatoris, nec vnquã ei in aliquo reclamauerit, certe ea mortua mutatione personæ priuilegiũ legitimæ cessat: *vt l. cum patronus. & ibi Pau. de Ca. ad hoc notat. ff. de lega. 2. & idem Paul. de Castr. in dicta l. quoniam in prioribus. vbi legendo istud soleo confirmare, per tex. notabilem, qui melius facit in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. cum l. sequenti. ff. de legat. 1.* Vbi licet impubes non possit in legitima grauari onere fideicommissi, tamen si eius legitima deueniat ad substitutum ipsius impuberis, vel ad legitimos hæredes, ipsi tenebuntur ad onus fideicommissi: & tanto plus cum in casu præsenti vsusfructus extinguatur morte matris, nec trãseat ad hæredes. *l. corruptionẽ. C de vsufruc. & §. finitur. insti. eod.* Ideo hic tractari nõ potest de dilatione temporis detrahenda de tali relicto vsusfructus facto dictæ matri. Prædicta fortificantur, quia (sicuti mihi relatum est) dicta mater habebat scripta in nomine seu columna sua quædam loca Comperarum sancti Georgij, quæ loca re vera erant dicti quondã Nicolai testatoris eius filij, & illa loca seu eorum partem dicta mater poterat pro complemento legitimæ suæ retinere, & hoc modo erat integraliter & vltra satisfactũ legitimæ suæ: & tamen dicta mater consensit, quod talia bona post mortẽ dicti Nicolai ad instãtiam dictæ Claretæ hæredis dicti quondam Nicolai descri-

describerentur super ipsam Claretam, prout in columnis sancti Georgij dicitur contineri. Vnde cum per ipsam matrem steterit, quominus legitimam suam integram & etiam ampliorem retinuerit, sibi est imputandum, & sic præiudicat eius hæredi: *vt l. Labeo scribit. ff. mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emp. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & in regu. cum non stat. de regu. iur. in 6.* Concluditur ergo ex prædictis omnib. saltem simul iunctis, quod hæredes dictæ matris de iure consequi non debent aliquod supplementum legitimæ ipsius matris: & ad allegata in oppositum patent ex supradictis fundamentis responsiones.

Istud sequen. consilium est repetitum in 3. volu. cons. 53. statuto.

CONSILIVM CXXXII.

THEMA.

STATVTO ciuitatis Florentiæ inter cætera cauetur, quod officiales pupillorum intelligantur esse, & sint tutores, & curatores omnium & singulorum pupillorum & aduorum filiorum cuiuslibet saluo & excepto quod præsens statutū non habeat locum vllo modo pro aliqua tutela, vel cura alicuius pupilli, vel adulti habētis auum paternum, vel matrem, aut alios cōiunctos ibi enumeratos, qui essent, vel esse vellent, & esse possent tutores: super eodem statuto emanauit postea reformatio inter cætera disponens, quod mater & alij coniuncti qui secundum dictum statutum excludebant officiales pupillorum, debeāt infra sex menses duntaxat proximos à die mortis patris pupilli acceptasse tutelam, alias elapso dicto tempore tales pupilli intelligantur commissi tutelæ & gubernationi officialium pupillorum sine alia solennitate obseruanda, & hoc in casu, & quando dictis officialibus fuisset notificatum, & vellent acceptare talem tutelam vel curā, alias præsens prouisio habeatur pro non facta, & iterum spectet prædictis coniunctis pupilli acceptare tal ētutelam, vel curam. Stantibus dictis statutis, Illustrissima domina Catharina Sfortia comitissa Imolæ & Castellæ existens in dictis castris primi sui mariti descendit ad secunda vota, & in eisdem castris consummauit matrimonium cum magnifico viro Ioanne de Medicis Florentino, & ex eo suscepit vnicum filium nomine Ludouicum. Mortuo dicto Ioanne secundo marito, domina Catharina, quæ semper antea moram traxit in territorio Imolæ, & nunquam Florentiam petierat, assumpsit tutelam dicti sui filij infantis, secūdum dispositionem iuris communis, elapsis tamen sex mensibus à morte suprascripti Ioann. Deinde præfata domina Catharina per Ducem Valentinum spoliata suis terris ducta fuit captiua in vrbē Romam, vbi detenta stetit in captiuitate per annum & vltra. Postmodum pristinæ libertati restituta, Florentiam primū petijt prosequutura administrationem tutelæ prædictæ, nisi impedita fuisset per Laurentium de Medicibus patruum dicti infantis, cum quo per annum, & vltra in huiusmodi controuersia permansit. Dictus patruus videns se non posse talem tutelam assumptam defensare, curauit officialibus pupillorū notificari, qui verbaliter, sed non realiter talem tutelā assumpserunt vsque ad mortem dicti patrui. Post eius obitum domina Catharina intendit administrationem dictæ tutelæ per eam assumptę prosequi, sed officiales pupillorum ei aduersantur, asserentes quod ex quo ipsa mater non assumpsit tutelam infra sex menses proximos à morte patris, talis tutela est ad eos deuoluta, nec in ea potest amplius mater se intromittere. Modo ex prædictis contingit de tribus principaliter dubitari. Primo, ad quē de iure spectet tutela Ludouici infantis, an ad officiales pupillorum, an vero ad eius matrem, quæ vidua est, nec ad alia vota transiuit. Secundo, apud quem educandus & nutriendus sit Ludouicus pupillus, an apud matrem viduā, an vero apud patruelem, & in domo patruelis. Tertio, coram quo iudice prædicta sint discutienda, an coram officialibus pupillorum, an vero coram ordinario, & sic coram rectore forensi & eius officialibus,

SVMMARIA.

1 *Formam quando quis obseruare non dicatur.*
2 *Taxatiua natura.*
3 *Dispositio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum.*
4 *Clausula vltimo posita quando non referatur ad præcedentem.*
5 *Verba negatiua, nullo modo, omnem casum excludunt.*
6 *Reformatio debet intelligi: vt minus deroget iuri communi.*
7 *Clausula in fine, vel in medio posita debet referri ad omnia præcedentia.*
8 *Statuta debent ita intelligi, vt non seruiant de vento.*
9 *Notificatio debet legitime fieri.*
10 *Mater per transitum ad secunda vota amittit tutelam pupillorum.*
11 *Capti in bello secundum consuetudinem vniuersalem Italiæ non efficiuntur serui capientium.*
12 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

13 *Ignorantia in dubio præsumitur.*
14 *Forensis potest petere restitutionem in integrum aduersus statutum.*
15 *Ciui nouo parcitur propter iustam ignorantiam.*
16 *Statuta disponentia circa solennitatem non extenduntur extra territorium.*
17 *Statuta loci originis attendi debent circa differendam tutelam.*
18 *Pupilli educatio quando matri committetur.*
19 *Iudex, de cuius iurisdictione dubitatur, potest pronuncia re se competentem.*
20 *Iurisdictio limitate attributa limitatum producit effectum.*
21 *Iurisdictio ordinarij est fauorabilis.*
22 *Iudex quando fecit se suspectum.*

CIRCA primum quæsitum, ad quem de iure spectet tutela Ludouici infantis, videretur prima consideratione dicendum, quod officialibus pupillorum, ex quo in reformatione Florentina expresse disponitur, quod mater & alij coniuncti debeant infra sex menses duntaxat numerandos à morte patris tutelam acceptare, alias elapso dicto tempore tales pupilli sint sub tutela officialium pupillorum sine obseruatione alterius solennitatis: cum ergo mater permiserit labi tempus sex mensium, videtur esse priuata tali tutela, quæ ad officiales videtur esse deuoluta. Nam tempus sex mensium taxatum matri per reformatio-
1 nem Florentinam censetur esse de forma † vnde qui non obseruat tempus reformationis, non dicitur formam eius obseruare: *vt est tex in authen. quæ supplicatio. in verb. nisi sub hac forma. C. de preci. impera. offe. & ibi ad hoc notant Bar. & Saly.* & dicunt esse bene notandum propter constitutiones ecclesiarum, quæ imponunt metas temporum. Nam qui non obseruauit tempora constitutionis dicitur non obseruare formam eius. facit bene *l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. sequitur Pau. de Cast. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in fi. ff. de verb. obli & in l. si in lege. in prin ff. locati. inferens ad statutũ, vt ibi per eum.* Itẽ qui recedit à tẽpore, recedit à forma actus: *secundum Bal. in l. obseruare. §. fin. in 3. q. ff. de off. proconsul. & lega. & in l. liberti libertæque in 5. colu. C. de oper. liber.* Item si statuta aliquid disponunt tam in tempore, quã in forma sunt ad vnguem obseruanda, & si contra fieret, esset irritum ipso iure: *secundum Bald. in l. ordo. circa med. C. de execu. rei iudi.* Item quando statuta volunt certa tempora statui, ita sunt præcise seruanda, quod nihil addi, vel minui potest: quia est data forma iudici; *secundum Bald. in authen qui semel. in 4. columna ad fin. C. quomodo & quando iudic.* Item non est recedendum à forma statuti. *l. constitutionibus. ff. ad municipales.* Vnde si statutum requirit tempus, & tu requiras. *l. Titius. ff. de milita. testamen. secundum Bald. in l. omnes populi. in vltima columna ff. de iusti. & iur.* Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, cum in reformatione Florentina non solum sit taxatum tempus sex mẽsium matri ad acceptandum tutelam, sed etiam est
2 apposita dictio taxatiua, *duntaxat*, & † de natura taxatiuæ est excludere omnes alios casus, & alia tempora, præter expressa: *vt per Bart. & scribentes in l vnica in princi. ff. si quis ius dicen. non obten.* Et sic cum habeamus determinationem reformationis Florentinæ non debemus vlterius inuestigare rationem: *vt inquit Bal. in l. Gallus. §. si eius. in 2. col. ff. de lib. & posth.* Nã forma statuti debet ad vnguem seruari: *secundum Bald. in l. cessante. in vlti. colu. C. quomod. & quando iudex. & in authen. hodie. C. de iudi. & in c. quoniam frequenter. §. quod si super. ad fi. vt lite non contesta. & in c. significante. in 2. col. ad fi. de appella.* Nec prædictis obstare habet, si diceretur, quod in dicta reformatione Florentina taxante matri tempus sex mensium duntaxat ad acceptandum tutelam filij adponatur conditio, scilicet in casum & quando officialibus sit notificatum, & voluerint talẽ tutelã acceptare. Vnde antequam sit facta talis notificatio & acceptatio mater non debet censeri priuata tutela per solũ lapsum semestris
3 temporis: quia † dispositio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum. *l. si quis sub conditione decem. ff. si quis omiss. cau. testa. Bal. in rubr. C. de instit. & substi. in pen. q.* & sic licet essent elapsi sex menses, tamen mater, antequam purificarẽtur dictæ conditiones, non fuit exclusa, & consequenter potuit tutelã acceptare: quia ad hoc potest dupliciter respõderi. Primo, quod ille versiculus, & hoc in casu, sit referendus ad proxime præcedentia, & consequenter ad illa verba, sine alterius solennitatis obseruatione, vel ad illa verba, alioqui elapso dicto tempore, non autem debet referri ad totam
4 præcedentem dispositionem: quia † quando præcedens clausula habet propriam & specialem determinationem, tunc clausula vltimo posita non refertur ad illam: *secundum Bal. in l. 1. C de legi. hær. ante fi. per l. 1. §. deinde. ff. de postu. & notata in l. talis scriptura in prin. ff. de lega. 1. & idem Bal. in c. inquisitioni. de appel. Bene facit tex. in l. cum vulgari. ff. de do. ræ lega. & tex. in l. cohæredi. §. qui patrem. & ibi Io. de Imol. & D. Alex. ad hoc notant ff. de vulg & pup. & quod notat Bar. in l fi. ff. de reb. dub. & tex. in cap. cum dilecti de don. per quem tex. notant ibi D. Cardi. Floren & Io. de Imo in duobus locis.* quod clausula in fine posita non refertur ad donationem superiorẽ, quæ habebat determinationem suam separatam. Item clausula specialis & discretiua nõ refertur ad omnia præcedentia: *secundum Bald. in cap. secundo requiris. in vlt. colum. de appella.* Et sic in proposito dispositio taxans matri tempus semestre ad acceptandum tutelam remanebit pura, & per eius lapsum mater remanebit pure & simpliciter exclusa: tutela vero, quæ defertur officialibus pupillorum, tunc demum habebit effectum purificatis illis duabus conditionibus, scilicet notificationis & declarationis quo velint esse tutores. Secundo responderi potest, quod etiam quando mater veniret priuanda lapso semestri sub prædictis conditionib. adhuc, illæ omnes hodie reperiuntur purificatæ in casu præsenti: primo, lapsus sex mensiũ, secundo notificatio facta officialib. pupillorum de tali tutela ad eos deuoluta, tertio, declaratio per eos facta se velle acceptare tutelam, quã in facto præsupponitur, quod etiam administrare cœperunt. Vnde cũ omnia requisita in dicta reformatione reperiantur purificata in casu nostro, merito eius dispositio debet locum habere: *vt l. quod constitutum. f. de mili. testa. & in c. indemnitatibus. §. sed cum eas de elec. in 6.*

Sed præmissis non obstantib. contrariam sententiam arbitror de iure prẽualere, quod imo mater in

tutela

tutela Ludouici filij sui infantis debeat de iure præferri officialibus pupillorum ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt sublata, quæ in oppositum adducebantur. ¶ Moueor in primis; quia mater habet fundatam intentionem de iure communi, quod præferri debeat: *per authenticam, matri & auiæ. & in corpore vnde sumitur. C. quando mul. tu. offic. fung. potest.* Item habet fundatam intentionē ex forma statuti Florentini præferentis matrem in tutela officialibus pupillorum. Et aduertendum est, quod statutum Florentinū dicit, quod præsens lex disponēs, quod officiales pupillorū sint tutores omnium pupillorum ciuitatis Florentiæ, nullo modo habeat locum existente matre, vel alijs coniunctis ibidem
5 enumeratis, illa † verba geminata, nullo modo, negatiua omnem casum excludunt. *l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub facit, quod vult gl. notabilis in cle. vt hi qui. in verb. concedatur. de ætat. & qualit.* quæ vult, quod per ista verba, *nullo modo*, intelligatur ꝓhibita omnis dispensatio, quam glo. ad hoc reputant singularem Ang. & Imo. *in l. si quæramus. ff. de testa. Imo. in cap. 2. eod. ti. d. Alexand. in l. final. C. de testam. mili.* Item quando testator disponit, quod talis res nullo modo alienetur, intelligitur per illa verba *nullo modo*, velle, quod etiam in casibus specialibus alias permissis alienari non possit, *tex. est ad hoc valdē notabilis in §. sanctissimas. in aut. de aliena. & emphy.* apparet ergo enixam & præcisam voluntatem statuentiū esse, quod mater in tutela præferatur officialibus pupillorum. Solum refragatur reformatio Florentina excludens matrem non acceptantem tutelā infra sex menses proximos à morte patris pupilli: & dicto semestri elapso admittens officiales pupillorum: quia multipliciter &
6 clare respondetur, quod † talis reformatio debet intelligi, vt minus deroget iuri cōmuni & statuto Florentino, quam fit possibile. *l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. de consuetu. gl. & docto. in l. final. §. in computatione C. de iure delibe.* Præsertim cum statutum Florentinum sit valde præcisum, & dicat, quod nullo modo admittantur officiales pupillorum ad tutelam existētē matre, vel alijs coniunctis ibidem enumeratis. Vnde dicta reformatio debet sane intelligi, & restringi adimpletis illis conditionibus in ea positis, scilicet facta notificatione, & declaratione acceptationis tutelæ: ergo ante purificatas dictas conditiones mater non potest dici exclusa, nec priuata tutela per lapsum semestris temporis: quia vt dictum est supra, dispositio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum. *l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omis. caus. testa.* Nec videtur verum illud, quod dicebatur supra, quod dictæ cōditiones referri debeant ad quædam proxima, & nō ad totam præcedētem dispositionem; quia imo re-
7 gula est in oppositum, quod † clausula in fine, vel in medio posita debet referri ad omnia præcedentia, si nō subest ratio, quare magis ad vnum, quā ad aliud referatur. *l. 1. in fi. & ibi gl. & doc. C. de libe. præter. l. 3. §. filius inter medias. ff. de libe. & posthum. cap. inquisitioni. & cap. secundo requiris. de appella. l. talis scriptura. in principio, & ibi Bartol. & alij. ff. de legatis 1. l. quisquis. & ibi notat Bald. in principio. C. si certum petatur. ista regula procedit etiam in materia odiosa, & stricte interpretanda, prout aperte probatur in d. l. prima, C. de liber. præteri. & in d. l. 3. §. filius inter medias. quæ iura loquuntur in clausula continente exharedationem: quæ est odiosa & restringenda l. cum quidam. ff. de liberis & posthum. & in specie ita etiam tenet do. Alex. in consilio 101. tertij volu. incipiente, Super eo, de quo quæritur, videlicet an statutum. in 4. colum.* Multo ergo fortius procedet dicta regula in materia nostra quæ est pia & fauorabilis *l. 3. §. quolibet. cum gloss. ff. de tutelis l. nec mandante. §. dari tutor. & quod ibi vult Barto. ff. de tuto. & cura. da. ab his.* Item si prædictæ conditiones referrentur tantum ad quædam verba præcedentia superius notata, & non ad totam dispositionem, certe essent sine effectu, & nihil operarentur: *contra l. 3. in princip. in verb. nec frustra. ff. de iureiuran. & l. postliminij. in fine, in verb. superuacua esset lex. ff. de capti. & contra regulam. l. si quando. in princi. ff. de leg. 1. & cap. si Papa. de priuileg. in 6.* Item † statuta Florentina debent 8
taliter intelligi, vt non seruiant de vento: *secundum Ang. in cons. 62. incipiente, Titius de Florentia habens vxorem Florentinam.* Secundo principaliter dicitur, quod † reformatio Florētina, quæ conditionaliter requi- 9
rit notificationem officialium pupillorum, debet intelligi de notificatione facta legitime. *l. 4. §. condēnatum. ff. de re iudi. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. possess. con. tab. & l. sicut. §. 1. ff. de oper. liber.* Sed ista notificatio facta officialibus pupillorum non potest dici facta legitime, ex quo non fuit eis notificatum, quod mater existens cum filio infante in ciuitate Imolæ acceptauit tutelam secundum dispositionem iuris communis & sic dicitur in causa facti erratum: ergo nihil valet. *l. tutor si petitus. & quod ibi notabiliter tradit Bartol. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. quod dicis. C. qui da. tu. pos. late D. Alex. in consil. 161. quinti volum. incipiente, Super primo dubio, quo quæritur, vtrum auunculus.* Imo etiam si mater de facto & non de iure acceptasset tutelam, deberet istud in notificatione exprimi, alias non diceretur legitima: *ita notabiliter tenet Bart. in d. l. tutor si petitus. in vltim. q.* Præterea cum ipsa mater esset in quasi possessione tutelæ & administrationis, debuit super hoc adhiberi causæ cognitio, nec ei fieret iniuria, & sic debuit per officiales pupillorum vocari & citari. *d. l. quod dicis. C. qui da. tu. pos. & est text. notabilis in c. licet episcopus, de præben. in 6. Bar. in d. l. tutor si petitus circa finem.* Tertio dicitur, quod etiam post sex menses elapsos mater potuit acceptare tutelam filij infantis, prout acceptauit existens in ciuitate Imolæ, eum illo tempore, quo eam acceptauit, res adhuc esset integra, cum officiales pupillorum Florentiæ nondum haberent notitiā, quod per lapsum semestris temporis tutela eis esset deuoluta, nec declarassent se velle esse tutores: per illud, quod in simili determinat Specu. *in titulo, de tuto. §. nunc dicendum. versiculo, quid si mater suscepit tutelam.* Vbi determinat, quod † si mater suscepit tutelam filiorum, deinde ad 10
secunda vota transiens eam amisit, & sic priuata est tutela & successione. Deinde mortuo secundo viro iterū effecta vidua velit istam tutelā assumere, quod potest hoc facere si res est integra: quia pupillo non sit prouisum de alio tutore: *per text. singularem in l. fin. C. de repud. hæred. & per alia iura ibi per eum allegata.* ita in proposito, dato ꝙ elapsi fuissent sex menses prefixi per reformationem Florentinam, ex quo tamen re integra mater assumpsit tutelam, cum officiales pupillorum nondū notitiam habuissent, nec declarassent, se velle esse tutores: ergo admittenda est, & præferenda officialibus pupillorum: quia,

vt dixi supra in primo fundamento, non solum ius commune, sed etiam statutum Florentinum multum enixe & precise disponit, quod nullo modo officiales pupillorum admittantur ad tutelam, quãdo supereſt mater, quę vult esse tutrix, & acceptauit tutelam: & reformatio Florentina postea facta disponens quod elapsis sex mensibus officiales pupillorũ facta notificatione possint acceptare tutelam, sane est intelligenda, re integra, & sic nisi prius fuerit per matrem acceptata. Nec dicatur, quod ex quo mater postea fuit in captiuitate videatur tutelam acceptatam amisisse, & consequẽter, saltem ex isto capite. videtur ad officiales pupillorum deuoluta: quia respondetur, quod per talem captiuitatem non fuit effecta serua, nec fuit passa magnã, & multominus
11 maximam capitis diminutionem: quia † secundum consuetudinem vniuersalem Italiæ capti in bello non efficiuntur serui capientium: *prout declarat Bart. in l. hostes. ff. de capti.* imo mater impedita casu fortuito captiuitatis excusatur, si interim administrare non potuit. *l. cum à matribus. C. qui pet ãt. tuto. l. cum quidam. C. de con. i. inser. c. significante. de pignor.* sicuti matri existenti in banno non imputatur, si non petijt tutorem filio pupillo: iuxta *l. sciant cuncti. C. de legi. hared. secundum Bald. in l. plane. per gloss. ibi. ff. de excu. tut. præsertim in casu nostro, ex quo interim patruus administrauit l. 2. §. sed si forte. ff. ad Tertul. glo. in l. matres. C. eod.* præsertim cum mater reuersa voluerit administrationem tutelæ per eam assumptæ prosequi, & patruus obuiauit, cum quo per annum & vltra in controuersia permansit: & sic non potest dici fuisse in aliqua mora, aut negligentia administrandi tutelam per eã assumptam, arg. *l. si cum ipse. & quod ibi notabiliter tenet Bal. ff. de excus. tu. & c. ex ratione de appel. Et quod volunt Cy. Bal. & Salyc. in l fin. per illum text. C. de adul. & quod vult gl. in cle. sæpe. in verb. post dationem. de verb. signifi. pro qua bene facit text. in l. 1. & ibi not at Bald. C. de iura.*
12 *calum.* Quarto facit, quia † casus noster est omissus in reformatione Florentina, ergo cum sit ab ea omissus remanet in dispositione iuris communis, vel in dispositione statuti Florentini, & vtroque iure mater admitti debet ad tutelam exclusis officialibus pupillorum. Quia autem iste casus non sit comprehensus in reformatione Florentina taxante tempus semestre matri ad tutelam suscipiendam ostenditur triplici consideratione. Prima, quia reformatio Florentina quantum attinet ad propositum ponit tres casus, inter quos non reperitur casus noster. Primus est, quod mater & alij coniuncti possint acceptare tutelam infra sex menses duntaxat. Secundus casus est, ꝙ elapso dicto semestri tempore tutela deuoluatur ad officiales pupillorum, si eis fuerit facta notificatio, & eam acceptare voluerint. Tertius casus est, quando officiales pupillorum declarant se nolle esse tutores, vnde casus noster est omissus in dicta reformatione, videlicet quando sunt elapsi sex mẽses, sed officiales non habuerunt notitiam, nec declarauerunt se velle esse tutores, & mater acceptat tutelam, nunquid possit? Iste ergo casus omissus à reformatione Florentina remanet in dispositione iuris communis, vel statuti Florentini. *l. commodissime ff. de lib. & posthum. l. si cum dotem. in princ. ff. solu. matrim. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & c. susceptum. de rescrip. in 6.* Secunda consideratio est: quia reformatio Florentina præfigens terminũ sex mensium taxatiue matri ad suscipiendũ tutelam, loquitur & procedit in matre Florentina, quæ esset Florentiæ, vel in eius territorio. Si autem mater esset forensis, & tẽpore mortis patris pupilli esset in aliena patria remota & nunquam fuisset Florentiæ, nũquid adstringeretur ad tempus sex mensium: iste casus omittitur à reformatione Florentina, ergo remanet in dispositione iuris communis, vt dictum est. Tertio; quia reformatio Florentina non loquitur in casu præsenti, in quo mater moram trãhens Imolæ, mortuo patre istius infantis acceptauit ibidem eius tutelam legitime & iuridice secundũ dispositionem iuris communis, vbi non est taxatum aliquod tempus semestre ad eam acceptandam, nec postea Florentiam profecta debuit amplius talem tutelam acceptare, quam semel prius in ciuitate Imolæ solenniter & legitime secundum ius commune acceptauit. Et isto casu etiam cessat ratio finalis expresse assignata in dicta reformatione Florentina vt de se patet. Quinto facit, quia ista mater forensis habitabat in ciuitate Imolæ, vbi filium vnicum Ludouicum suscepit, nec vnquam fuit in ciuitate Florentiæ, nisi postquam reuersa fuit de captiuitate, igitur nullam notitiam habuit de dicta reformatione Florentina, nec vnquam apparere, aut probari poterit, quod de ea scientiam habuerit, cum †in du- 13
bio præsumatur ignorantia: *per regulam l verius. ff. de proba. & c. præsumitur. de regul. iur. in sexto.* præsertim in muliere forensi, quæ nunquã prius fuit in ciuitate, aut territorio Florentino, vbi viget dicta reformatio. Vnde absens præsumitur ignorare banna etiam generalia ciuitatis. *l. plane & ibi Bald. notat. ff. de excu. tu. Ad idem tex. in c. fi. & ibi domi. Abb. in 3. notabili ad hoc notat, qui matri. accus. poss. idem D. Abb. in c. 1. in 3. col. de postu. præla Bald. & Ang. in l. tres fratres. ff. de pæ.* imo qui est in ciuitate præsumitur ignorare ea, quæ fiunt in comitatu, *& econtra ita notant Bald. Ang. & moder. in l. Titius. §. Lucius. per illum tex. ff. de lib. & posth.* Vnde mulieri forensi, & in remotis agenti, & quæ nunquam fuit in territorio Florentiæ, non debuit æquitate attenta currere tempus sex mensium limitatum per dictam reformationem Florentinã: sicut annus assignatus matri ad petendum tutorem filio pupillo, quę alias priuatur successione, non currit ipsi matri ignoranti: *secundum Bald. in c. ex parte M. in 6. columna de appella. vbi dicit istum passum à nemine esse animaduersum.* Item † forensis potest petere restitutionem in 14
integrum aduersus statutum, quod probabiliter ignorauit tempore actus celebrati, & hoc ex clausula generali, si qua mihi iusta causa visa fuerit: prout est solennis decisio Innocentij, Compostolani, Ioan. And. & D. Anto. de Butr. in rubrica, *de consue. quam sic refert & sequitur D. Alex. in cons. 179. incipiente, Viso & opportune discusso processu. in 8. colum. Idem & plenius tenet do. Anto. de Butr. in cap. 2. in pe. charta. de consti. Ioan. Fabri in l. cunctos populos in 6. colum. C. de summa Trid. Francis. de Aretio in cons. 11. quod incipit, Procedendum est breuiter in 3. col. a i fi.* Nec obstat, si diceretur, quod ista mater viuente secũdo eius marito cum eius filijs effecta est ex priuilegio ciuis Florentiæ: quia re- 15
spondetur quod † ciui nouo parcit, & ꝓpter iustam ignorantiam excusatur: *vt est tex. notabilis in l. qui cum vno. §. fina. ff. de re mili. per quẽ tex. ita decidit Bal. in l. data*

opera

opera in 8. colum. C. qui accus. non poss. quem refert & sequitur Lud. Rom. in cons. 228. quod incipit, Pro plena discussione. & ibi addit text. concordantem in l. qui commeatus. §. fi. eod. tit. ff. de re milit. & idem Ludouicus Romanus in consil. 491. quod incipit, In casu pro ositæ consultationis breuiter dicendum, quod dictæ A. Et ista multo fortius procedunt in ista matre forensi & longius habitante, & quę nunquam fuit Florentię, nisi post relaxationem à captiuitate & nouellæ ciui Florentinæ, vt in ea ignorantia excusetur. Bene facit doctrina Bar. *in l. cunctos populos in 6. colum. in vers. secundo quæro, quid in delictu. C. de summa Trini.* vbi tenet, quod quando forensis non traxit longam moram in loco, tunc verisimile est eum ignorasse illud, quod per ciues illius loci erat prohibitum. *& idem tenet Bald. loquens de aduena nouitio in l. ius ciuile. ad fin. princip. ff. de iust. & iure. & in l. 1. C. quæ sit long. consuet. & in cap. 2. de constit.* Sexto pro ista matre multum me mouet: quia tempore mortis secundi mariti ipsa mater cum eius filio infante erat in ciuitate Imolæ, & sic longe extra territorium Florentinum, nec vnquam prius fuerat Florentiæ: ergo reformatio Florentina limitans tempus semestre duntaxat matri ad acceptandum tutelam, non ligat matrem existentem extra territorium: nec ha-
16 bet effectum extra territorium: quia † statuta aliquid disponentia respectu solennitatis, vel formæ, non porriguntur extra territorium: *secundum Bar. in d. l. cunctos populos in 6. q. principali. C. de sum. Trinita. facit text. in l. 2. ad fin. C. de eunuch. Bal. in c. 1 per illum tex. de iuram. calu.* Ergo mater existens in ciuitate Imolæ post elapsos sex menses à tempore mortis secundi mariti legitime & iuridice acceptauit tutelam filii sui infantis ibidem existentis: nec ligata fuit tempore semestri limitato per constitutionem Florentinam. Et ex quo legitime talem tutelam assumpsit, quamuis postea ex captiuitate exiens reuersa sit Florentiam, per hoc debet posse priuari per officiales pupillorum, cum talem casum nullatenus dicta reformatio comprehendat, aut comprehendere possit, vt apparet ex prędictis. Quinimo officiales pupillorum, tempore quo mortuus est pater istius infantis, non potuissent se impedire in suscipienda tutela istius infantis absentis, & existentis in ciuitate Imolæ, cum non haberet originem Florētiæ, nec domicilium, cum nondum ibi habitasset, dato quod ibidem haberet bona & facultates: *vt declarat Bart. in l. 1. per illum tex. C. vbi pe. tu. & in l. pupill. ff. de tut. & cura. da. ab his.* Et sic isto casu non possunt verificari verba reformationis Florentinæ, cum officiales certificati non potuissent acceptare, etiam si voluissent tutelam istius infantis absentis, & existentis Imolæ tempore mortis paternæ: & sic qui nec originem, nec domicilium habebat Florentiæ, dato quod ibidem
17 bona haberet. Quinimo † attendi debent circa tutelam deferendam statuta loci originis, vbi erat pupillus tempore mortis patris, dato quod alibi bona haberet: *per l. 1. in fin. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. & per ea quæ notant gloss. & Bart. in l. vnica. C. vbi pet. tut. & in d. l. pupillo. ff. de tut. & cura. da. ab his.* Per ista sex principalia fundamenta concludo in fauorem matris, quod in tutela Ludouici filii sui infantis prę ferri debeat officialibus pupillorum Florentię, & quod eos de iure omnino excludat. Aggredior secūdum dubium principale, quod pauciorib. absoluam, post-
quam in prędecedenti, re ita exigente, fui prolixior, scilicet apud quem de iure educandus & nutriendus sit Ludouicus pupillus: an apud matrem viduam, an vero apud patruelem, & in domo patruelis. Dubium facere videtur: quia mater est illustris à principe genita, & principari solita: Ludouicus autem infans est ciuis popularis Florentiæ: vnde potius secundū paternos & non maternos mores educandus & nutriendus videtur. Breuiter licet istud sit arbitrariū iudici, apud quem pupillus morari & educari debeat, & istud æquitati & religioni iudicis causa cognita committatur, inspecta personarū qualitate, & coniunctione, & singulorum affectione, *l. 1. in princ. & l. pen. ff. vbi pup. edu. deb. & l. 1. & 2. C. vbi pup. edu. & l. 1. §. tria luminaria. ff. de vent. inspi. & declarat not. Bal. in cons. 487. 5. part. quod incip. Pupilla morari debet.* †tamen educatio 18
pupilli nulli magis quā matri, quæ vidua permanet, committenda est: *ita formaliter dicit text. in d. l. 1. C. vbi pup. educ.* & gl. ibi dicit, quod matri indistincte committitur. Alibi dicit tex. not. *in §. eiusdem quoq; principii. in auth. de nupt.* quod mater omnium fidedignior ad filiorū educationē dari debet. Item nullus amor vincit maternū vel paternum. *l. isti quidem. §. fi. ff. quod met. cau. & l. fi. in prin. C. de cur. furi & l. quidā cum filium. in prin. cum gl. 2. ff. de hære. inst.* Enixum enim & ardentissimum est desiderium parentū in liberos: *sec. gl. in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. ff. de leg. 3.* Item ardor amoris paterni & materni est inæstimabilis: *sec. Bal. in l. precib. in 6. col. C. de impub. & aliis substi.* Præterea cum iste patruelis sit etiā ipse minor, ergo apud eum iste infans parum apte educandus & nutriēdus collocaretur. *arg. l. fi. C. de legi tut.* Præterea & fortius, cum ad istum patruelem spectet spes successionis istius infantis: quia secundū statuta Florētina succederet in eius hæreditate, & mater in totum excludatur: ergo propter spem successionis est suspectus, vt nullatenus iste infans apud eum sit educandus, *tex. est in l. fi. & ibi gl. & Bar. C. vbi pup. educ. & tex. in l. 1. in princ. ff. eod.* Condescendo ad tertium dubium principale, coram quo iudice prædicta sint discutienda. Dubium facit statutum Florentinum disponens, quod officiales pupillorum habeant plenissimam authoritatem cognoscendi, procedendi & terminandi quascunq; causas ciuiles motas aliquibus pupillis, vel per ipsos pupillos aliis personis. Vnde vigore istius statuti Florentini videtur, q officiales pupillorum sint iudices competentes super prædictis controuersiis discutiendis, & determinandis. Præterea † iudex de 19
cuius iurisdictione dubitatur, potest pronuntiare se esse iudicem competentē, & sic super declinatoria sui fori potest cognoscere & pronuntiare, *l. si quis ex aliena. ff. de iudic. gloss. & Doct. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. capitul. pastoralis. & capit. super literis. de rescript.* Breuiter puto, quod prædicta veniant examinanda coram iudice ordinario, & non coram officialibus pupillorum; eo quia dictum statutum Florentinum loquitur limitate in litibus, quæ mouentur pupillis passiue vel actiue. Sed præsentes controuersiæ non vertuntur cum pupillis, sed cum ipsis officialibus pupillorum, vnde iurisdictio † limitate attributa 20
limitatum producit effectum, *l. in agris. ff. de acquir. rerum domin. l. age. C. de transactio.* Præterea iurisdictio attributa per statutum Florētinum in causis pupillorum actiue & passiue cum deroget iurisdictioni

ordinariæ, debet stricte intelligi & restringi ad terminos solos, in quibus loquitur: *vt est glos. in clement. 2. in gl. pen. de offic. ordin. & in cap. statutum. §. sancimus. in verbis, sedis Apostolicæ. de rescript. in 6.* Præterea † iurisdictio ordinarii est fauorabilis, sed ista officialium pupillorum est extraordinaria & odiosa, *capitul. de cætero. in verb. ad extraordinarium iudicem. & ibi dominus Abbas not at de pact. gl. notabilis in cap. 1. in gloss. magna. in verb. processus. de rescript. in sexto. & gl. in cap. quoniam contra. de probat.* quia per eam detrahitur iurisdictioni ordinarii, *capitul. studuisti. & capitul. sane. de offic. delegat.* Præterea cum in causa præsenti principaliter contendatur cum officialib. pupillorum, an ad eos spectet tutela istius Ludouici infantis, an vero ad eius matrem, prout disputaui supra in primo dubio, certe si super hoc possent officiales pupillorum cognoscere, & iudicare, essent iudices in causa eorum propria & principali, quod esset penitus absurdum, *l. vnica. C. ne quis in sua caus. iud.* nec isto casu habet locum reg. *l. si quis ex aliena. ff. de iudic.* superius in oppositum
22 deducta. Confirmatur optime: quia quando iudex faceret se partem, assumēdo defensionem, quod sua sit iurisdictio, vt in casu præsenti, tunc cum faciat se suspectum, non poterit cognoscere super declinatoria sui fori, & consequenter an sua sit iurisdictio: *gl. est singul. in c. statutum. in prin. in verb. copia. ad fin. & ibi Gem. not. de rescri. in 6. & clare d. Abb. ponens practicam in c. solicitudinem. in pen. col. de appell.* Præterea isto casu contēditur de totali officio tutelę istius infantis, an spectet officialibus pupillorum, an matri infantis: ergo ineptum & absurdum esset dicere, quod ipsimet officiales possent de isto dubio, quod cum eis totaliter vertitur, cognoscere & sententiare: *per illud quod singul. tenet Bar. in l. ex sententia. per illum tex. ff. de test. tu. d. Ant. de But. in c. cæterū. in 7. col. de iud. do. Abb. & Gemi. in c. super literis. de rescri. Ang. de Aret. in l. constitutiones. ad fi. ff. de appel.* Confirmatur suspicio dictorum officialiū pupillorum, vt nō possint super hoc dubio cognoscere & iudicare, an ad eos tutela istius infantis pertineat, vel ad matrem, cum ex tali tutela & administratione sint salarium suscepturi, scilicet camerarius, notarius, scribanus, prouisor, seu rationarius ipsorum officialium pupillorum, secundum summam & quantitatem, quę eis taxatur in statuto Florentino posito sub rubrica, de modo creandi officiales pupillorum: *iuxta gloss. reputatam singularem in l. de iure. §. 1. ff. ad municip. de cuius veritate ponunt Bart. & alij Doct. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & in d. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. cum aliis suis concord.*

CONSILIVM CXXXIII.

THEMA.

PRÆSVPPONITVR in facto, quod magnificus quondam miles D. Leonardus de Martinengo habens tres filios masculos, & duas filias fœminas ex legitimo matrimonio matris eorum prædefunctæ: item habens in bonis valorem ducatorum triginta seu quadraginta millium, in eius testamento reliquit pro dote magnificæ Do. Socinæ eius filiæ ducatos mille ducentos pro omni eo, quod petere posset in hæreditate paterna, vel in dote materna. Eo defuncto postea magnificus D. Ioañes Antonius eius filius in suo testamento reliquit ducatos quingentos pro augmento ipsius dotis sororis suæ, & pro omni & toto eo, quod prędata domina Socina petere posset in hæreditate paterna, materna, vel fraterna. Successiue magnificus dominus Ioannes Franciscus eius patruus, & spectabilis dominus Apollonius de Bonis ambo commissarii dictorum duorum testamentorum addiderunt ducatos trecentos, & sic domina Socina habuit in dotem ducatos bis mille, pro quibus renuntiauit cum iuramento doti maternæ, quæ dicitur esse valoris viginti millium ducatorum in agro Veronensi, in oppido Songuaneti, & sic pro quinta parte spectabant ipsi dominæ Socinę ducati quater mille, cum tempore dictæ renuntiationis iuratæ ipsa esset tunc ætatis annorum quatuordecim, vel quindecim, aut circa: & pro ea etiam maritus & socer interceſſerunt, & promiserunt de indemnitate; & maritus iurauit, quod si dicta domina Socina, aut eius hæredes & successores aliquo tempore vendicarent partem aliquam dictorum bonorum maternorum, eius vir & socer tantundem de suis propriis bonis resarcirent fratribus dominæ Socinæ, prout apparet in instrumento publico superinde confecto. Item ex forma statuti Brixiensis, sub rubrica, de successione ascendentium, disponitur, quod in dote materna aliæ fœminæ cum masculis pariter admittantur, quod etiam procedit ex dispositione iuris communis: *iuxta l. maximum vitium. C. de liberis præteritis.* & sic cum mater dominæ Socinæ esset prę-mortua ante patrem, iam eius dos seu hæreditas erat delata pro quinta parte ipsi dominæ Socinæ. Item in ciuitate Veronæ, in qua nupta est domina Socina, & in qua facta est prædicta renuntiatio iurata, adest statutum sub rubrica, de minoribus, disponens, quod minores 25. annis sui iuris puberes vtriusq; sexus non possint, nec valeant aliquo modo alienare, nec distrahere inter viuos bona sua immobilia, iura & actiones, nisi præsente domino Potestate Veronæ, vel vno ex iudicibus consulibus communis Veronæ, & in præsentia trium proximiorum agnatorum, vel trium cognatorum: aliter autem etiam si minor iurasset

iurasset obseruare dictum contractum, vel distractum, ipse contractus vel distractus non valeat, nec teneat ipso iure, sed præsumatur dolose in fraudem & per metum celebratus, & iuramentum vitiose extortum. Quæritur, nunquid renuntiatio cum iuramento facta doti maternę per ipsam dominam Socinam minorem, & dotatam in duobus millibus ducatis sibi præiudicet propter iuramẽtum, ne possit effectualiter consequi quintam partem dotis maternæ sibi spectantem, an vero non obstante iuramento per eam præstito, & sine præiudicio promissionis factæ per eius socerum & maritum, & per ipsum maritum iuratæ, eam de iure consequi debeat?

ARGVMENTVM.

Multum late, Quod renuntiatio hæreditatis maternæ facta cum iuramento per filiam dotatam à patre, si est multum enormiter læsa, in effectu viribus non subsistit, aut saltem debet iuramentum relaxari.

SVMMARIA.

1 *Iura sua remittentibus regressus non dandus, intellige vt num. 32.*
2 *Volenti non fit iniuria.*
3 *Iuramentum firmat contractus minorum.*
4 *Ius canonicum in materia iuramenti attenditur.*
5 *Homini quid prodest, si vniuersum mundum lucretur, animæ detrimentum patiatur.*
6 *Absolutio quando non concedenda à iuramento.*
7 *Dolus non infertur scienti & volenti.*
8 *Declaratio cap. cum contingat. de iureiu. & cap. quamuis. de pact. in 6.*
9 *Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.*
10 *Filia dotata à patre non potest dicere se incongrue dotatam.*
11 *Statutum prohibens minores vel mulieres contrahere sine certa solennitate non habet locum, quando contrahunt cum patre.*
12 *Dos mille florenorum dicitur magna re & nomine.*
13 *Diuitiæ honorem & dignitatem familiarum conseruant.*
14 *Pactum de non succedendo super hæreditate adhuc viuentis an valeat.*
15 *Pactum de non succedendo in hæreditate iam mortui valet, etiam sine iuramento.*
16 *Simplicitas præsumitur in rustico, muliere & minore.*
17 *Consilium infirmum & fragile est minoris & mulieris.*
18 *Qualitas personæ attenditur.*
19 *Deceptiones enormes videntur à iuramento exceptæ.*
20 *Dolus præsumitur ex enormi læsione.*
21 *Dolus præsumitur commissus contra minores & contra mulieres ex enormi læsione.*
22 *Filia minor, quæ cum iuramento renuntiat hæreditati maternæ, quæ est ampla, si ignorat eius valorem, non ligatur iuramento.*
23 *Solennitas extrinseca est certificatio, quæ non præsumitur, nisi probetur.*
24 *Instrumentum facit fidem de his, quæ ipse notarius dicitur fecisse.*
25 *Filia dotata à patre præsumitur dotata in totum de patrimonio patris, quamuis habens dotem amplam.*
26 *Filia licet sit diues, tamen debet dotari de bonis patris.*
27 *Augmentum dotis censetur eiusdem iuris, cuius est principalis dos.*
28 *C. quamuis. de pact. in 6. non habet locum, quando filia dotata à patre vel fratre, renuntiat hæreditati matris, de qua nihil habuit.*
29 *Cap. quamuis. habet locum, quando filia, quæ cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ, nullam dotem à patre habuit.*
30 *Statuta loci, in quo celebratus est contractus in respicientibus solennitatem, vel decisionem litis, semper attendimus.*
31 *Statutum laicorum annullans contractus minorum vel mulierũ factos, non seruata solennitate statuti, quando non directo annullat iuramentum, sed præsumit illud dolo extortum.*
33 *Deceptio intra dimidiam absque dolo de iure est permissum.*
34 *Promissio etiam iurata non extenditur ad incogitata.*
35 *Fideiussor vtitur omnibus iuribus, exceptionibus, quibus principalis.*
36 *Pœnæ adiectio quando non valeat.*
37 *Contractus principalis quando non valet, tunc omnis obligatio redditur nulla.*
38 *Renuntiationes appositæ in compromisso non sortiuntur effectum, si actus principalis robur non habuerit.*
39 *Contractu simulato stante, omnes clausulæ simulatæ censentur.*
40 *Obligatio naturalis impeditur, cum statutum resistit.*

VIDERETVR in præmissa consultatione prima consideratione dicendum, quod talis renuntiatio iurata facta doti maternæ per dom. Socinam, sibi debeat de iure præiudicare cum † remittentibus iura sua non sit amplius ad 1
illa regressus concedendus, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. & l. 1. §. qui semel. ff. de succ. edict. & 7. quæst. 1. in cap. quam periculosum. & cap. 1. §. præterea. quib. mo. feu. amitt.* Præsertim cum talis renuntiatio videatur facta per scientem † & volentem, sed volenti & scien- 2
ti non fit dolus, neque iniuria, *l. cum donationes. C. de transact. & in regul. scienti. de regul. iur. in 6. & l. 1. in fin. ff. de act. emp.* Item in ista renuntiatione adest iuramentum, quod eam adstringit ad eius obseruantiam: quia † iuramentum firmat contractus minorum, in 3
quibus etiam est omissa iuris solennitas: *vt l. 1. & authent sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. & ca. 2. de delict. puer.* Item iuramentum validat contractum, qui alias de iure ciuili non teneret: *vt cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. quamuis. de pact. in 6. & cap. licet mulieres. de iureiu in 6.* Item qui iurat res suas nõ repetere debet illud iuramẽtum obseruare. *c. Abbas. quod met. cauſ.* Item † ius canonicum, quod est obseruan- 4
dum in materia iuramenti, tantam autoritatem tribuit iuramento, vt regulam generalem ediderit, quod omne iuramentum sit seruandum, quod seruari potest sine dispendio salutis æternę: *d. c. cum contingat. & d. cap. quamuis.* Item lege diuina præceptum est, iurate, & reddite domino iuramenta vestra, *c. &*

si Chri-

si Christus. de iureiur. Item plus est curandum de præiudicio animæ quam corporis, aut bonorum: *c. præcipimus in prin. q. 1. & ca. 12. cum infirmitas. de pœnitent. &* 5 *& remiss. & l. sancimus. C. de sacrosan. eccles.* Nam † quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? *vt dicit text. in c. Matthæus. in fin. de simonia. Item facit, quod in proposito tenet Bald. in auth. sacramenta puberum. in pen. colum.* quod refutationes, quas faciunt sorores fratribus de hæreditate paterna vel materna, item refutationes, quas faciunt minores tutoribus & curatoribus de administratione tutelæ cum iuramento, sunt validæ, adeo quod à tali iuramento non potest peti relaxatio: per dictam regulam Canonistarum, quod iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est. Ad idem facere videtur,
6 † quod licet Do. Socina prætendat se esse deceptam vltra dimidiam, tamẽ sibi habeat obstare iuramentum, à quo non debet concedi absolutio nec relaxatio, quamuis dolus dicatur re ipsa interuenisse: prout videtur tenere gl. communiter approbata *in c. pen. & ibi Doct. de empt. & vend. & in l. 2. C. de rescin. vendi.* vbi habetur, quod si deceptus vltra dimidiã iurauit non venire contra contractũ, propter tale iuramentum vlterius nõ auditur, & nullo modo potest rescindere contractum. Idem notant Ang. & Salyc. *in d. auth. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend.* & loquuntur glossæ præall. & Dd. ibid. quando talis iurans fuit errore & ignorantia ductus: quia si sciuisset valorẽ, certe in sciente alias non haberet locum remedium re-
7 scissionis: quia † scienti & volenti dolus non infertur: vt supra dixi. *Et ita in specie firmat Bart. & omnes in d. l. 2. C. de rescind. vendit.* Vnde in proposito nostro dicit Dom. Alexand. *in l. stipulatio hoc modo concepta. in 6. col. in 3. limit. ff. de verb. oblig.* quod difficile esset in practica obtinere contra authoritatem dictarum glossarum, quod si filia mortuo patre renuntiauit cum iuramẽto hereditati paternæ, aliquo sibi dato, quod erat minus dimidia hæreditatis, quod debeat absolui à iuramento, & quod debeat vlterius audiri, & dicit, quod propter hoc in isto passu valde dubitat Io. de Imol. *in d. cã. cum contingat. in 32. chart. in 3. membro. de iureiur. & in cap. Quintauallis. in antepenult. chart. eodem tit. & in cap. quamuis. de pactis. in 6.* vbi videtur tenere, quod talis filia, quę renuntiauit cum iuramento hereditati paternæ, quamuis reperiatur decepta vltra dimidiam hæreditatis, tamen propter iuramentum non debet vlterius audiri, nec debet à tali iuramento absolui, & ita late firmat D. Alexand. *in consil. 42. primæ partis, quod incipit, Super præmisso themate diligenti animaduersione prahabita. in penult. & vltim. colum. vbi reprobat Pet. de Anch. & D. Ant. de But. tenentes in hoc contrarium, & eos etiam reprehendit idem D. Alex. in cons. 125. primi voluminis, incip. Visis & consideratis statutis. in 8. col.*
8 *& tribus seqq.* Et tenendo istam partem † non obstat, si diceretur, quod text. *in d. cap. quamuis. & in d. c. cum contingat.* non procedunt, quando dolus interuenit, vt ibid. in verbo, dolo, quia tunc iuramentum non debet cum effectu seruari, vt ibi, sed dolus re ipsa æquiparatur dolo ex proposito, *l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. & l. 2. §. circa. ff. de except. doli.* Et sic dicta iura debent intelligi etiam de dolo re ipsa: quia potest responderi secundum Io. de Imol. *in d. c. cum contingat. in 32. charta. in tertio membro. & in d. c. Quintauallis. in pen. chart. & D. Alex. in prælleg. cons. 42. primæ partis. in pen. col. & in d. cons. 125. primæ part. in 11. col.* quod imo dicta iura debent intelligi de dolo ex proposito, & non re ipsa, alias enim essent imposita verbis & non rebus, si propter læsionem re ipsa, de qua loquuntur illa iura, posset peti absolutio à iuramento, quod non est dicendum, *l. 2. in fin. C. commun. de legat. & cap. commissa. de elect. in 6.*

Item non est verum, quod dolus ex proposito, & dolus re ipsa per omnia æquiparẽtur: patet: quia pro dolo ex proposito in contractibus stricti iuris datur actio de dolo, sed vbi est dolus re ipsa non datur, nisi sola exceptio: *vt dict. l. si quis cum aliter. cum ibi notatis.* Non etiam obstat, si diceretur, quod † iuramen- 9
tum non debet esse iniquitatis vinculum. *cap. quanto. de iureiurando.* Item iuramentum debet habere tres comites, scilicet veritatem, iudicium & iustitiam, *cap. & si Christus. de iureiurando. gloss. in authent. quod eis. C. de nupt.* quia potest responderi secundum Imol. *in dicto cap. cum contingat. in fin. primi membri. & do. Alex. in d. cons. 42. in antepen. col. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in 6. colum. & in 3. limitatione.* quod iuramentum dicitur continere iustitiam, quando non continet quid turpe, vel nõ tendit ad obseruantiam peccati, alias sequeretur, quod cum iustum sit, minorem non obligari efficaciter sine debita solennitate & authoritate administratoris, ac decreto iudicis, maxime vbi læditur, *l. 1. in principio. ff. de minoribus.* non deberet per tale iuramentum obligari & excludi à beneficio restitutionis in integrum, quod est contra text. *in dicta authent. sacramenta puberum. cum ibi notatis per Bart. & alios.* Similiter sequeretur, quod cum iniquum sit, valere alienationem feudi dotalis, quando contingit mulierem per hoc effici indotatam, *l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. action.* non deberet iuramentum interpositum super tali alienatione obligare, quod est contra *d. c. cum contingat.* Et ratio istorum iurium, quia, vt dixi supra, potius habetur respectus ad animam, quam ad fauorem rerum temporalium.

Nec est verum, quod à tali iuramento possit mulier obtinere absolutionem, quamuis maximam læsionem patiatur: secundum Archidiac. *in d. c. quamuis. de pactis in sexto. per illum textum. in verb. omnimodo. & idem tenet Angelus in d. l. si quis pro eo. in principio. ff. de fideiussor. vt ibidem in prælegato consilio plenius per dominum Alexand.*

Ad idem contra dominam Socinam facere videtur, quia † cum fuerit dotata à patre, vel in testa- 10
mento patris, nõ potest dicere se esse incongrue dotatam propter iuris præsumptionem, quę est pro patre: cum pater melius sciat capere cõsilium pro filia propria, quam alius, *l. nec in ea. ff. de adul.* Et ideo quod sibi competens visum fuit dare in dotem pro filia, non debet alteri videri incompetens, *argu. l. si furioso puberi. in fi. C. de cura. furio.* Nec redargui potest ab aliquo, cum nullus amor vincat paternum, *l. fi. in prin. C. de cura. furio.* nisi ex magno excessu appareret contrarium, ita quod dolus patris possit redargui, *arg. l. vnde si Neruæ. cum l. sequenti. ff. pro socio. ita notabiliter determinat Paul. de Cast. in cons. 110. quod incipit, Super primo quæsito dicendum videtur. in 7. dubio. quem refert & simpliciter sequitur D. Alex. in cons. 33. quarti vol. quod inci. Videtur super d. quæsito in vlt. col. & ad hoc bene facit quod notabi-*

habiliter tenet Bal. in l. pactum quod dotali in 21. q. C. de coll.
11 vbi tenet, †quod statutum disponẽs, quod mulieres contrahere non possint sine consensu propinquorum, non habet locum, quando filia contrahit cum patre, quia valet contractus, licet solennitas statuti non interuenerit, eo quia lex de patre multum confidit, propter naturalem eius affectum. *& sequitur ib. D. Lud. Rom. & in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acq. her. D. Alex. in cons. 106 primi vol. incip. quo ad præsens quæsitum dubium facit. ad fin. & in cons. 29. tertij volu. quod incip. præclare & subtiliter. in pen. col. D. Andr. Barb. in c. causam matrimonij. in 3. col. de off deleg.* Item D. Socina fuit dotata in ducatorum duobus millibus: ergo dicitur congruenter dotata, nec debet posse conque-
12 ri, quia † etiam dos 1000. florenor. dicitur magna re & nomine: *secundum Bal. in cons. 255. secundæ part. incip. confirmans consilium meum. ad fi.* Item dos mille ducatorum etiam comiti congrua est: *secund. Raph. Fulg. in cons. 22. incip. ex facto proponitur. in 2. col.* Item cum superessent tempore mortis patris tres filii masculi, & duæ filiæ fœminæ, conueniens videtur, quod filiæ fœminæ congruenter dotentur, & facultates rema-
13 neant in linea masculorum, qui † honorẽ & dignitatem familiarum conseruant: *vt l. 1. §. sed & si seruus. ff. de vent. inspic. & l. super statu. C. de qq.* Item per diuitias filiorum masculorum conseruatur honestas familiarum, quæ per inopiam perit. *§. sancimus. in auth. de testi. & l. 1. ff. de cust. re Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de succes. ab intest. super rubr. in 1. col. ad fi.* Vltimo contra do. Socinam facere videtur; quia talis renuntiatio iurata de non succedendo in hæreditate matris fuit facta post mortẽ ipsius matris, & etiam post mortem
14 patris. Vnde † licet pactum de non succedendo factum super futura hæreditate adhuc viuentis de iure ciuili non valeat, *vt l. pactum quod dotali. vbi gloss. & Dd. C. de collat. & l. fin. cum similib. ff. de suis & legit.* licet de iure canonico firmetur iuramento, *per d. c. quamuis. de pact. in 6.* tamen in casu nostro ista renuntiatio iurata non est de futura successione, cum iam mater
15 esset mortua: vnde † pactum de non succedendo in hæreditate matris vel patris iam mortui bene valet, etiam de iure ciuili, & etiam absque alio iuramento: *vt est tex. melior de iure in l. si quando. §. illud. in fin. & in §. seq. C. de inoff. testa. & in l. de fideicommisso. C. de transac. & ita tenet Bal. & Imo. in d. l. stip. hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & plenius idem Bal. in cons. 437. primæ part. incipi. quadam puella.* Ista sunt in effectu & substantia potiora & vrgentiora fundamenta, quæ contra dominam Socinam adduci posse videantur. Sed præmissis non obstantibus, contrariam opinionem arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem in casu præsenti, attento, quod do. Socina tempore renuntiationis iuratæ erat minor: quia vix attigerat quartumdecimum annum, vel circa, & sic erat proxima pupillari ætati, non habens veram notitiam de valore hæreditatis maternæ, nec de hoc fuit certificata, & iam illa hæreditas matris erat sibi delata pro quinta parte, tam de iure communi, quam ex dispositione statuti Brix. vt sup. dixi, cum iam mater esset mortua, etiã ante patrem, & de illa hæreditate materna ipsa nihil expresse aut in specie habuit: vnde potest, non obstante renuntiatione iurata, petere partem sibi spectantem de dicta hęreditate materna, cum ex tali renuntiatione iurata reperiatur non solum enormiter, imo enormissime læsa, cum bona patris tempore eius mortis essent valoris 30. vel 40. milliũ ducatorum, & dos vel hæreditas materna esset valoris 20. millium ducatorum, & sic est læsio nõ solum vltra dimidiam, sed etiam vltra duas vel tres dimidias, imo est omnino & in totum læsa, & sic plus quam enormissime quo ad hæreditatem matris, cum de ea nihil, vt dixi, expresse vel in specie habuerit. Vnde cum esset mulier, & minor adhuc proxima pupillari ætati, & sit tam enormissime læsa, non obstante iuramento debet obtinere partem hæreditatis maternæ sibi tangentem, & tanto magis cum per sedem apostolicam sit absoluta à tali iuramento, & sic legitime habilitata ab ipso iuramento. Et in primis adduco illud, quod notabil. tenet Bal. *in rubr. C. de rer. permu. in antep. q. in ver. item quare donatio nõ dicatur contractus nominatus.* vbi tenet, †q; simplicitas præsumi- 16
tur in rustico, muliere & minore. *l. cum de indebito. ff. de proba.* etiam si iurent, non nocet eis: quia cum iuramentum sit captiosum & iniustum, debet per episcopum relaxari. & licet iuramentum repræsentet quem maiorem, non tamen fingit eum prudentẽ & sagacem, sicut nec iuramentum fingit mulierem sagacem: quia, vt dixit Aristot. mulier habet consiliũ inualidum, minor autem habet imperfectũ, & hoc est naturale & immutabile, secundũ eum: ergo multo magis hoc procedit in casu præsenti, in quo erat & mulier & minor, simul & semel, & † fragile, & in- 17
firmum est mulieris, & talis ætatis consilium, multorum insidiis & captionibus expositum, vt docet experientia rerum magistra, *c. quam sit. in prin. de elect. in 6.* Mulier enim sæpe consueuit contra propria commoda laborare: *vt dicit tex. in l. si pater. ad fi. C. de sponsa. facit tex. in l. imperialis. in prin. in verb. lapsus mulierum sexus imbecillitate. C. de nuptiis. & text. in auth. vt immobilia antenuptialis donationu. in 2. col.* Item mulier habet infirmum & inualidum consiliũ variis seductionibus subiectum, *l. cuius bonis. post medium. ff. de curat. furios. Bal. in c. ad audientiam. ad fin. de rescript. & in c. 2. in penul. col. de proba. & in l. cum multa. C. de dona. ante nupt.* Item mulieres & minores facile seducuntur, quandoque minis, quandoque blanditiis & pollicitationibus: *secundum Bald. in l. 2. in 9. quæst. C. de rescinden. vendit.* Ad idem facit, quod in terminis nostris in specie tenet Pet. de Anchar. *in repetitione capit. canonum statuta. de consti. in 11. q. principali. in vers. quid dices de iuramento.* vbi dicit accidisse casum in ciuitate Senarum, in qua adest statutũ, quod nullus contractus, finis, vel quittatio, quæ fieret per minorem 25. annis valeat, nec de ea ius reddatur, nisi interuenerit certa solennitas, contigit, quod patruus, habens neptem ex fratre præmortuo illam tradidit nuptui, & dedit ei in dotem quingenta, & ipsa neptis minor renuntiauit dicto patruo omni iuri sibi competenti in paterna hæreditate, quæ valebat plus in quadruplum, & iurauit non contrauenire. Quærebatur, si erat aliquod remedium rescissiuum huius contractus finis & quittationis: refert se consuluisse, quod poterat peti absolutio seu relaxatio talis iuramenti; eo quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. *cap. quanto. de iureiurando. 22. quæst. secunda. in capitu. animaduertendum. & 22. quæstion. 4. capitul. inter cætera.* quod verbum, *iniquitatis*, ipse multum ponderat. Item quia iuramentum debet habere tres comites,

scilicet

scilicet veritatem, iudicium & iustitiam, *c. & si Christus. de iureiu. & c. animaduertẽdum. 12. q. 2. gl. in auth. quod eis. C. de nup.* Sed in quæstione prędicta euidens patet iniquitas, vbi pro modico talis puella renuntiat hæreditati paternæ, & ita patruus indebite locupletatur. Item paria sunt, dolum adesse ex proposito, vel dolum subesse re ipsa: *vt d. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. & l. 2. §. circa. ff. de excep. dol.* Sed hic inerat dolus re ipsa, saltem propter graue damnũ, etiam vltra quadruplum: sed sic est, quod etiam vltra dimidiam veræ æstimationis iura subueniunt etiam maiorib. deceptis. *l. 2. de rescind. vendit. & cap. cum dilecti. de empt. & vend.* modo iuramentum non obligat interueniente dolo aut metu. *d. c. cum contingat. de iureiu. & d. c. quamuis. de pact. in 6. & d. auth. sacramenta puberum. C. de rescin. vend.* quæ iura debent intelligi de dolo etiam re ipsa. Item in casu proposito est cum enormi deceptione coniuncta simul minor ætas, & sexus fragilitas, quibus iura multipliciter subueniunt propter naturalem æquitatem, & deceptionem verisimilem tam in contrahendo, quam in solennitatibus adhibendis. *l. 1. ff. de minorib.* Item ex qualitate personarũ & ipsius facti arguitur dolus, *l. 1. cum gl. ff. de excep. doli.* Ratione ergo euidentis iniquitatis & doli saltem re ipsa, inhęrentis illi renuntiationi iuratæ, debet iuramentum relaxari, sicut quando per metum quis renuntiat bonis suis cum iuramento, *c. si vero. de iureiu.* cum paria sint quo ad rescissionem contractus dolus & metus. *c. Abbas. & ca. pen. quod met. caus.* Ad hoc etiam adducit dictum Vincentii *in d. c. cum contingat.* dicentis, quod licet in casu illius capituli iuramẽtum obliget mulierem ad obseruantiam contractus, potest tamen mulier petere absolutionem à tali iuramẽto. & ita dicit Pet. de Anch. debere limitari tex. *in d. auth. sacramenta puberum.* vt non habeat locum, quando euidenter constaret de dolo re ipsa, & enormissima læsione vltra dimidiam: ergo multo fortius in casu proposito, vbi simul concurrunt sexus fragilitas, & minor ætas, & enormis læsio, & ẽt reuerentia, quam puella debet patruo suo, in cuius dominio & sub cuius gubernatione remãserat post mortem patris ad hoc, *l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. actio non dat. & quod not. 22. q. 4. in c. vnusquisque. Ita ibi residet Pet. de Anch. qui formaliter & in specie decidit casum nostrum in fauorem D. Socinæ. Idem etiam tenuit idem Pe. de Anch. in disput. sua incip. cum C: Iaicus. & in comment. c. ea quæ. de reg. iur. in 6. & in reg. accessorium. in 3. char. in 12. col. & in vers. pro declaratione prædictorum. eo. tit. de reg. iur. in 6. & in d. ca. quamuis. de pact. in 6. & in c. licet mulieres. de iureiur. in 6. & idẽ Pet. de Anch. in cons. 38. incip. pro clariori decisione quæstionis præmitto. in 2. col.* vbi refert vt supra, se etiam ita consuluisse Senis in quadã puella, quæ opulentissimæ hæreditati paternæ iam delatæ renuntiauit cum iuramento patruo suo pro dote 500. aureorum; eo quia ibi erat dolus re ipsa, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, vnde potest peti de iure relaxatio iuramenti, *vt dicit notare Io. And. post Vincent. in d. c. cum contingat. Idem etiam tenet ipse Petr. de Anch. in cons. 82. incip. visis diligenter actis & actitatis. circa fi. vbi etiã refert se sic alias plene Senis consuluisse. & in cons. 180. inci. visa diligenter narratione. in vlt. col. & in cons. 340. incip. visa copia. ad fi. & in cons. 341. incip. pro maiori intelligentia dicendorum. in vlt. dub. & in pen. col. & in cons. 376. inci. in supradicta quittatione. in 2. col.* Et sic vbiq; Pet. de Anch. tam in lectura, quam in consulendo in tot diuersis locis semper sequitur istam decis. Et istam decis. Petr. de Anch. formaliter refert & sequitur D. Abb. & dicit sibi satis placere, *in d. c. cum contingat. in 16. col. circa med. & in col. seq. & in cons. 8. secundæ partis. inci. Laurentia mulier. in vlt. dub.* Istam decisionem Petri de Anch. etiam refert & simpliciter sequitur Aret. *in cons. 93. incipiente, viso legato. in 2. col. Eam etiam sequitur ipse D. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in 6. colum. in 3. limit. vbi dicit, quod illa decisio Petri de Anchar. est multum sustentabilis & æqua. Idem tenet Rapha. Comens. in consil. 180. incip. videtur prima fronte dicendum, quod non. & idem in effectu tenet Cald. in cons. 8. posito in titu. de iureiur. quod incip. duæ puellæ. Idem late tenet D. And. Barb. in cons. 53. secundæ part. incip. præclare scripsit P. almistæ celebris, & c. præsertim in 3. col. ad fi. & in 5. D. Barthol. Soc. in cons. 243. incip. circa primum consultationis articulum. in 3 col.* Et sic ista videtur esse magis communis opinio, à qua non est in iudicando aut consulendo recedendum: *vt per Bar. & alios in l. fin. C. de pœn. iud qui male iud. & per Cano. in c. 1. & in c. ne innitaris. de consti.* Istud idem in filia dotata à patre, quæ cum iuramento renuntiauit doti maternæ, & renuntiatio erat enormis, tenuit ẽt Paul. de Cast. *in cons. 177. incip. contra superius consulta facere videntur aliqua, &c.* & ibi Pau. de Cast. inter cætera dicit, quod ex natura rei gestæ, & ex nimia & enormi læsione ipsius puellę, quę pro quingentis sibi in dotẽ dandis, renuntiauit portioni sibi spectanti in bonis maternis ascendenti ad triplum, & ẽt hæreditati paternæ, & sic reperitur immodice læsa: *iuxta l. si superstitis. in fi. ibi, sane si læsa est immodice. C. de dolo.* Item hoc etiam præsumitur ex nimia persuasione patrui vel contutoris seu administratoris, quæ idem est quod dolus, *l. 1. §. dolum. ff. de dolo* & † qualitas etiam personę facit, 18
vt de facili permiserit sibi persuaderi, tum quia fœmina, *l. 2. §. verba. ff. ad Velleia.* tum quia minor, & proxima pupillari ætati, *l. 1. in prin. ff. de mino.* tum quia ab ipso administratore persuasa & solicitata, & sic quasi metu quodam reuerentiali, *argu. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non detur.* Vnde secundum eum cogitet vnusquisq; qualiter vna puella, ætate tenella, parentibus orbata, sub administratoris præsentia persuadentis & solicitantis talem renuntiationem, sciuerit, aut potuerit contradicere, ne talem renuntiationem iuratam faceret. Vnde sufficit fundare intentionem istius puellæ minoris in iustitia naturali, quam vnusquisq; in mente sua sentire potest, *l. scire oportet. §. sufficit ff. de excu. tut.* quod ipsa puella non libera voluntate, sed ab administratoribus seducta, & machinationib. persuasa renuntiauerit, cum etiam circa volentem & scientem cõmittatur dolus quando scilicet calliditate seductus, & solicitatus vult consentire: *vt probatur in l. 3. §. si quis volentem. in vers. sed & si volentem. ff. de lib. hom. exhi. & l. 1. §. 2. ibi persuadere. ff. de ser. cor. vt ibidem plenius per ipsum Pau. de Cast. Imo fortius voluit dominus Anton. de Butr. in d. cap. cum contingat. in quarto casu principali.* quod si quis iurauit in contractu, in quo constat ipsum fuisse deceptum non dolo ex proposito, sed re ipsa tamen si deceptio est in magna quantitate, in qua præsumitur dolus, *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credit. & notatur in l. qui testamentum. ff. de probationibus.* siue deceptus sit maior siue minor, poterit discedere à contractu. Et adhuc secundum eum non esset necessaria absolutio à

19 tio à iuramento: quia † tales enormes deceptiones videntur à iuramento exceptæ, *l. si libertus iurauerit. ff. de oper. libert. & capitul. Quintauallis. cum ibi notatis per eum, de iureiurando.* Item quia text. *in dicto cap. cum contingat.* excipit iuramentum dolo præstitum: ergo siue dolus interuenerit actu & proposito, siue re ipsa, iuramentum nõ debet obuiare potestati rescindendi contractum, licet dicat esse cautius, quod petatur absolutio à iuramento: & hoc dicit esse verum, etiam si iuratum sit non contrauenire aliqua ratione vel causa quacunq;, quia ab istis verbis, vt ciuili modo intellectis, tales deceptiones debent & possunt excipi, *l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & l. tres fratres. ff de pac.* Sed si verba sunt magis specifica: quia iurat non venire contra ratione enormis deceptionis, vel læsionis, tunc etiam poterit, si sit minor, petere absolutionem à iuramento in casu enormis & enormissimæ læsionis: quia licet renũtiatio videatur valida, & etiam iuramentum, tamen intentio recipientis non est absq; fraude & dolo: quia contrahit nedum cum consumpturo, sed cum actualiter male consumente, *l. si quis cum sciret. ff. de vsuca. pro empt. & l si vero non remunerandi. §. adolescens. ff. mandati. & l. 2. ff. qua. re. act. non dat.* Vnde cum fraus sit ex parte recipientis, canonica iura non assistunt talibus iuramentis. Et ita dicit de facto consuluisse in vna puella, quæ à quodam suo attinente sic fuit inducta, vt iuraret, & dicit, quod istud habet æquitatem, quia talia iuramenta aliquando obripiuntur à notariis sub inuolucro verborum à minorib. maxime fœminis, quæ non intelligunt quid agant: vt ibid. notabiliter per eum. & sic concludit D. Ant. de Butr. quod propter enormissimam læsionem potest minor recedere à conuentione iurata, etiam sine aliqua absolutione iuramẽti. Sed quando esset enormis læsio, tunc potest peti absolutio à iuramento. Idem etiam tenet ipse dominus Anton. de Butri. *in consil. 45. incipiente, iuris rigor.* Istam opinionem Dom. Anton de But. etiam referunt & sequuntur D. Abb. *in d. c. cum contingat. in 19. colum. & sequenti. & ibidem Ioan. de Imol. in tertio membro principali. & dom. Abb. in c. pen. ad fin. de empt. & vend. & in d. cons. 8. secundi volum. quod incipit, Laurentia mulier. D. Alex. in cons. 89. secundi volum. quod incip. viso puncto & instrumentis. in vlt. col. & D. Andr. Barb. in consil. 53. secundi vol. quod incipit, præclare scripsit Psalmista celebris. in 5. col. ad fin.*

Tamen ista vltima inuestigatio, an sit necessaria absolutio à iuramento, non videtur in casu prẽsenti necessaria, ex quo domina Socina à tali iuramento, vt prędixi, fuit legitime habilitata. Ego etiam legendo & consulendo semper sequutus sum suprascriptam opinionem Pet. de Anchar. cum aliis superius allegatis, quam etiam nunc sequor: quia est magis
20 communis, & valde æqua, & pro ea facit, † quod ex enormi læsione præsumitur dolus, *argum. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. & ita firmat Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. in 6. col. ff. pro soc. & in l. fin. circa fi. ff. de prætor. stipul.* Et ibi dicit singulariter Bart. quod arbiter præsumitur esse in dolo, si plus debito arbitretur, & sic enormiter lædat & est notabile verbum & verum: *secundum Bal. ibi. & reputat valde notabile & signandum. Bal. in l. & per iusiurandum. §. eum qui. ff. de acceptil. reputat etiam singulare D. Alex. in l. si superstite. C. de dolo. cum concord. ibi per eum alleg.* Sed iura quæ volunt, quod iuramentum appositum in renuntiatione vel in contractu omnino obseruetur, non habẽt locum quando interuenit dolus: *vt dicunt iura prædallegata in d. cap. quamuis. & in d. cap. cum contingat. & in dicta authentic. sacramenta puberum.* Vnde dicit ad propositum nostrum notabiliter Baldus *in cap. 1. §. item sacramenta. in 4. q. de pace iura. fir.* quod † dolus præsumi- 21
tur commissus contra minores, & contra mulieres ex enormi ipsorum læsione, vt quia renuntiant hæreditatibus sibi debitis: *per id quod notat Bart. in d. l. fin. ff. de prætor. stipu.* vbi tenet, quod arbitrator præsumitur in dolo, si enormiter læsit. Vnde secundum Bal. boni præsides faciunt talia iuramenta, & illicitas extorsiones per capturam personæ relaxari, & cassari, & dicit, quod multoties vidit hoc fieri. Item dicit Bal. *in rub. C. de pœna iudic. qui mal. iudi. circa prin.* quod ratione enormitatis præsumitur dolus. Imo fortius tenet Bald. singulariter *in l. vnica. C. de his quæ pœn. nomine. in 5. col. in vers. & facit ad quæstionem, vtrum partes, &c.* quod vbi interuenit enormitas, ibi est dolus expressus: quod est bene notandum: vnde in proposito, concurrente dolo & enormi læsione, imo enormissima, vt in casu prẽsenti, videtur, quod iuramentum non sit obseruandum: cum, vt dixi, iuramentum non fuerit institutum, vt esset iniquitatis vinculum. Item quia in casu prẽsenti iuramentum non habuit in se discretionem, & sic iudicium, & veritatem, prout habere debet, cũ debeat habere tres comites, scil. iudicium, & sic discretionem, veritatem, & iustitiam, vt superius dixi: aut saltem debet peti relaxatio à tali iuramento: *per illud quod tenet gl. not ab. in l. 1. in gl. fin. C. si aduers. vendit.* per quam gl. notat ibi Bal. ad fi. quod licet minor iurauerit, tamen ex dolo aduersarii potest petere restitutionem in integrum, non obstante iuramento. & subdit Bal. quod de iure canonico prius est petenda relaxatio iuramenti: *per c. 1 de iureiur. & quod notat Inno. in c. venerabilem. de elect. & cum Bal. tenet do. Abb. in cons. 107. secundi volu. quod incipit, quatuor sunt in causa. in quarto dubio. & dicit Bald. in l. nulla. in penul. q. C. de iur. do.* quod vbi adest iuramentum, non potest prętendi lęsio, nisi contingeret dolo aduersarii, & sic propter valde enormem læsionem. Ad idem & tertio principaliter pro dom. Socina facit, quia † tẽpore, quo fecit renuntiationem 22
iuratam de hæreditate materna ignorabat verum valorem hæreditatis maternæ, nec de eo fuit certificata, & in dubio debet præsumi ignorantia: *per reg. l. verius. ff. de prob. & in c. præsumitur. de reg. iur. in 6.* Et hoc etiam est verisimile. cum tempore dictæ renuntiationis iuratæ esset adhuc tenellæ ætatis, & vix quartumdecimum annũ attigerat, & sic adhuc erat proxima pupillari ætati. Item erat orbata vtroq; parente, quo casu quando mulier ignorat valorem hæreditatis maternæ, cui cum iuramẽto renuntiat, tunc proculdubio non ligatur iuramento cum effectu: *prout tenent Canon. in d. c. quamuis. de pact. in 6. vbi hoc tenet Io. de Imol. & Gemi. qui eum refert & sequitur in 8. col. ad fi. idem tenet D. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in 3. limit.* vbi dicit, quod isto casu opinio Pet. de Anchar. superius relata in fundamento præcedenti est multum æqua & sustentabilis. Et idem etiam tenet D. Alex. *in prædalleg. cons. 125. primæ partis, incip. visis & consideratis statutis.* Idem notabiliter tenet Frider. de Senis *in cons. 199. incip quæritur, an D. Margareta.* vbi te-

net, quod iuramentum non extenditur ad id, quod non fuit cognitum, nec bene intellectum, *c. veniens. & c. pen. de iureiu. & c. 2. de renun.* quia iurando non videtur renuntiasse ei, quod ignorabat, *l. mater decedẽs. ff. de inoff. test.* Sed ista puella præsumitur ignorasse valorem hæreditatis, quia † certificatio est solennitas 23
extrinseca, quæ nõ præsumitur, nisi probetur, *l. quæcunq; §. fi. ff. de publ. & plene not. in l. sciendũ. ff. de verb. obli.* præsertim cum hic concurrat sexus, quia mulier: & ætatis, quia minor. *l. cum indebito. ff. de probat. & l. pen. 2. respon. ff. de iur. & fact. igno.* Et istud procedit, secũdum eum, etiam si in instrumẽto dicitur certificata: quia instrumentum non probat talem certificationem.
Nam † instrumentum facit fidem de his, quæ inter 24
contrahentes geruntur, non autem de his, quæ ipse notarius dicit fecisse, *arg. l. omnib. C. de testi. & quod not. Can. in c. quoniam contra falsam. de prob. & Legistæ in auth. si quis in aliquo. C. de eden. vt ibid. plenius per eum.* Quarto
principaliter ad idem bene facit, quia † pater D. So- 25
cinæ tempore mortis habebat in bonis valorem 30. vel 40. millium ducatorũ, & quando in testamento reliquit pro dote D. Socinę ducatos 1200. totũ illud intelligitur reliquisse de bonis suis propriis, & non aliquid de hæreditate materna D. Socinæ; quamuis adiecerit, pro omni eo quod petere posset in hæreditate paterna, vel in dote materna: quia etiam si dixisset, ꝙ eam dotabat de ꝓprio patrimonio & filiæ, vel de bonis suis & matris, adhuc intelligitur in totum dotasse de suo proprio matrimonio tantum, & non de bonis matris, si pater est soluendo: *vt est text. vnicus & singul. in iure in l. fi. C. de dot. promis. & est vna de quinquaginta nouis decisionib. Iustiniani: secundum Bal. & Alb. ibi:* quia licet secũdum propriam vim verborum videatur intelligi promisisse dimidiam partem de bonis suis, & aliam dimidiam de bonis filiæ, & sic de hæreditate matris propter copulã, &, *vt l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. 1. C. si plures vna sent.* tamen speciali fauore mulieris, & eius dotis, illa copula, &, ponitur pro disiuncta, sc. quod totum intelligatur promisisse & reliquisse de ꝓprio patrimonio ipsius patris, & inquantum bona patris nõ sufficiant, tunc in illo pluri intelligatur promisisse de bonis filiæ, & sic de hæreditate matris, & nõ aliter: *prout ibi est text. ad literam valde solennis. & per illum tex. dicit D. Bald. Nouell. in tract. suo de dote. in 6. parte. in 6. priuile.* quod si pater in instrumẽto dotis diceret, quod promittit ducatos mille pro dote filiæ, cõputato eo, quod debetur ipsi filiæ, tam de bonis paternis, quam maternis, quod hoc non obstante poterit ipsa filia post mortem patris petere bona materna vltra dictã dotem mille ducatorum, probando tot bona esse in facultatibus patris, quæ sufficiebant ad dictam dotem promissam. & ita dicit vidisse consultum per recolendę memorię dominum Ioannem de monte Sperello apud Pistorium, in fauorem domini Petri militis Tudertini: *per text. solennem in d. l. fi. C. de dot. prom. & dicit, quod illi consilio etiam ipse se subscripsit: de quo vltimo ponunt Moderni Senenses in l. 1. in 3. charta. vbi etiam*
aliquando dixi, ff. solut. matrimon. Et sic patet, † quod 26
licet filia sit diues, puta quia habeat dotem maternam satis amplam, tamen pater, qui etiam est diues, tenetur eam congruenter de suo patrimonio paterno dotare: quia ad patrem & non ad matrem spectat onus dotandi filiam: *vt est textus nota dignus in d. l. fin. & ibi gloss. in verb. intelligi. & ibidem Baldus in 2. col. in princ. ita notat ibi esse textum expressum, & ita etiam ibidem not. Ang. & idem Ang. in auth. res quæ in 1. col. C. comm. de leg. & sequitur simpliciter D. Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. in vlt. col. ff. ad Treb.* quamuis Bart. ibi videatur sentire contrarium. Et sic patet, quod D. Socina in dote mille ducentorum ducatorum sibi relicta à patre in testamento, nihil per hoc habuit de hereditate matris, sed totũ de patrimonio paterno. Similiter illud augmentum 500. ducatorum sibi factum à fratre in eius testamẽto, intelligitur de patrimonio suo, & non bonis, aut de dote matris, eo quia *d. l. fi. C. de dot. prom.* habet etiam locum in fratre dotante: *secundum Alb. de Rosa. ib. post Mart. de Fano per eum relatum.* Et istud de plano videtur procedere in casu presenti, in quo sumus in augmento dotis, in † quo idem 27
iuris censetur, quod in principali dote. *l. etiam. & ibi Bar. & alij ad hoc not. C. de iure dot. & l. inter socerũ. §. cum inter. in vers. fi. ff. de pact. do. & l. si conuenerit. 2. §. si nuda. ff. de pig. act. & est tex. not. in §. 1. in auth. de æqua. do.* vbi illud priuilegium prælationis, quod datur in dote, illud idem conceditur in eius augmento. Vnde per illum text. notat ibi Ang. quod omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmentũ. Et per hoc patet idem etiam esse in augmento trecẽtorum ducatorum sibi postea facto ab administratoribus. Et sic patet, quod dom. Socina bis mille ducatos in dotem habuit in totum ex patrimonio patris, & sic nihil habuit de dote materna, & tamen cum iuramento renuntiauit doti maternæ, de qua nihil percepit, vnde non videtur valere renuntiatio, etiã iuramento vallata quo ad hæreditatem maternam, ex cuius bonis nihil filia percipit, vt expresse determinat Pet. de Anch. *in cons. 38. incip. pro clariori decisione quæstionis. in 1. colum. eo quia text. in dicto cap. quamuis. de pact. in 6. veniens ad correctionem iuris ciuilis, scilicet l. pactum quod dotali. C. de collat. & l. si quando. C. de inoffic. testam.* non loquitur in casu isto, sed in casu, quando filia dotata à patre renuntiauit cum iuramento hæreditati paternæ, ergo † ille textus non est trahendus ad istum 28
casum, quando filia dotata à patre vel fratre renuntiat cum iuramento hæreditati maternæ, de qua nihil percepit, *l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim.* Et licet † ille text. *in dict. cap. quamuis.* adhuc procederet, 29
quando filia nullam dotem à patre recepisset, & tamen renuntiasset cum iuramẽto successioni paternæ, eo quia licet mulier renuntiet successioni paternæ, non per hoc excluditur, quin de iure possit petere dotem & alimenta à patre, & etiam ab eius hæredibus: *secundum Imol. & Gem. in d. c. quamuis. Imol. & Ludo. in l. qui superstitis. ff. de acq. hær. Imo. & Lud. Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & ibi D. Alex. in 5. col. in 2 limitatione. Imol. in c. Quintauallis. in pen. char. de iureiur. D. Alex. in cons. 42. primæ partis, incip. super præmisso themate diligenti animaduersione præhabita. in vlt. col. & in cons. 125. primæ part. incip. visis & consideratis statutis. in 10. colum. & in consil. 181. quintæ partis, incip. perspectis instrumentis duobus. in quibus locis reprehendunt Petrum de Anch. qui in hoc vltimo tenet contrarium in d. cap. quamuis. in secundo notabili. & Richar. de Salyc. in l. pactum. C. de pactis.* Sed ibi loquuntur in hæreditate patris, in qua licet tempore renuntiationis iuratæ non esset dotata à patre, tamen postea debet dotari à suo patre, vel eius hæredibus: sed istud non potest dici in hæredi-

tate

tate materna, in qua filia non debet recipere dotem, q̃uis mater esset diues, & eius hæreditas sit magna, vt dictum est: ergo cum domina Socina nihil penitus reperiatur habuisse de hæreditate matris, ergo cum renuntiauerit cum iuramento hæreditati materne, ex qua nihil percepit, talis renuntiatio quamuis iurata, nihil valet. Quinto & vltimo vltra prædicta bene facit statutum ciuitatis Veronæ superius relatum, prohibens minores 20. annis vtriusque sexus distrahere, & sic renuntiationes facere sine solennitate dicti statuti superius relata: & distractus, vel renuntiatio aliter facta non valeat, nec teneat ipso iure, etiam si minor iurasset, sed præsumatur dolose in fraudem & per metum celebrata, & iuramentum vitiose extortum, sed sic est, quod solennitas dicti statuti nõ fuit obseruata in renuntiatione iurata facta per dominam Socinam, & talis renuntiatio fuit facta Veronæ, & instrumentum de ea ibi confectum: ergo attendi debent statuta ciuitatis Veronæ, ex quo domina Socina nupta est ciui Veronensi, & ibidem habitant: *vt habetur in leg. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omni. iudicum. & in l. 1. C. de mulier.* & in quo loco, *lib. 11.* & distractus seu renuntiatio facta est Veronę, & ibidem confectum instru-
30 mentum. Vnde † in respicientibus solennitatem, seu ordinationem actus, item in respicientibus decisionem litis semper debent seruari statuta loci, in quo celebratus est distractus, seu cõtractus. *l. si fundus. ff. de euiction. & ita firmat Bartol. & omnes in l. cunctos populos. in prima quæstione principali. C. de summa Trinit. & Bartol. in repetitione l. de quibus. in quarta charta. si tamen est repetitio Bartol. ff. de legi. Bald. in l. prima. in 4. & 5. quæst. C. de contrahend. emption. & in c. fi. in penult. colum. de feriis. & in rubric. extra de constitution. in penultima*
31 *columna.* Item † tale statutum Veronæ non annullat directo ipsum iuramentum, quando contractus vel distractus minorum iurati sunt facti, non seruata solennitate ipsius statuti, sed bene disponit, quod si contractus aliter factus fuerit cum iuramẽto, quod præsumantur minores dolo & fraude inducti, & iuramentum vitiose extortum; tunc valet statutum, quia si dolus ineſt, non valeret. Vnde quia præsumitur dolus per statutum, potest iuramentum sine pœna contemni: *in capitul. cum contingat. de iureiuran. & in capitul. secundo. de pact. in 6. & in cap. licet mulieres. de iureiu. in 6. & quod in eis notatur. ita notabiliter tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in 2. quæst. tertiæ quæst. princi. ad fi. & dicit, quod sic iam vidit iudicari. & sequitur Bal. in auth. sacramenta puberum. in 2. col. & ibid. Saly. in pen. col. C. si aduer. vend. D. Abb. in cons. 72. inci. quinque dubia. Lud. Rom. in cons. 12. inci. viso facto proposito cæteriſque consiliis. D. Alex. late in cons. 59. primæ partis, incip. viso instrumẽto & titulo quæstionis. cum multis concordantiis ibidem per eum allegatis. vbi sequitur istam opinionem Bartolus, quam dicit esse veram & magis communem, & ab ea in iudicando non esse recedendum. Eam etiam tenet D. Alex. in cons. 39. quarti volum. incip. viso statuto & themate. Ad idem bene facit quod in proposito tenet Bal. in l. 1. ad fi. C. si aduer. don.* vbi determinat, quod si statutum disponat, quod contractus factus cum minore sine certa solennitate, puta sine authoritate curatoris, non valeat, etiam si minor iurauerit: tunc refutationes, quas faciunt puellę fratribus, etiam cum authoritate curatoris, quatenus sapiunt donationes, ipso iure sunt nullæ, etiam si iurent, ex quo statutum expresse reprobat iuramentum, quod est tenendum menti, secundum eum. Sed ista renuntiatio hæreditatis maternæ facta cum iuramẽto censetur esse quædam donatio: *secundum gl. in l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. cum multis concordan. ad hoc traditis per D. Alex. in l. si qua mulier. ff. de cond. ob cau. & in l. Nesennius. §. fi. ff. ad l. Fal.* Istud idem quod stante prædicto statuto vel simili non valeat renuntiatio hæreditatis facta per minorẽ, etiam cum iuramẽto, tenet Ang. *in cons. 170. incip. domina Catharina. in 3. & 4. dubio.* Ad idem facit quod tenet Frid. de Senis *in consil. 272. incip. factum tale est, statuto ciuitatis Perusii cauetur.* vbi statuto ciuitatis Perusii cauebatur, quod promissio facta à filiofamilias sine consensu patris non valeat ipso iure, etiam si iuratum fuerit. & quidam filiusfamil. sine consensu patris promisit & iurauit. consuluit Frid. quod ex quo iuramentum recipiens fecit contra prohibitionem & formam statuti ciuitatis ex causa editi, cui obtemperare debuerat. & non contrauenire. *8. dist. c. quæ contra. & 11. q. 3. c. qui resistit.* nec ex transgressione, pro qua venit puniendus, debet inde cõmodum reportare: & sic potest compelli ad relaxandum iuramentum, vt ibidem plenius per eum, quamuis in hoc vltimo aliter videatur succincte tenere Dom. Abb. *in d. c. cum contingat. in 19. col.* Per ista omnia concluditur, quod non obstante renuntiatione iurata possit de iure domina Socina petere partem hæreditatis maternæ sibi spectantem, & de iure communi, & ex forma statuti Brixiæ superius relati, præsertim cum à tali iuramento fuerit legitime habilitata. Et prędicta veriora apparebunt respondendo particulariter his, quæ superius in oppositum adducebantur. Non obstat 32
ergo primum, dum dicebatur, quod † remittentibus iura sua non est amplius cõcedendus regressus: quia illud procederet, quando talis renuntiatio fieret à maiore, sed hic fuit facta à minore & muliere. Item illud procederet, quando talis renuntiatio fieret à sciente, hic autem renuntiatio hæreditatis maternæ fuit facta à puella minore, & ignorãte verum valorem hæreditatis maternæ, & quæ non fuit de hoc certificata, & ex tali renuntiatione reperitur enormissime lęsa, vt superius fuit demonstratũ. Non obstat etiam, quod ista renũtiatio est iurata, & quod iuramentum firmat contractus minorum & mulierum, quia alias de iure nõ valerent, cum omne iuramentum sit obseruandũ, quod potest obseruari sine interitu salutis æternæ, vt in iuribus supra allegatis, quia respondetur, quod omnia illa iura procedunt, quando non contingeret enormissima læsio & deceptio vltra dimidiam, prout contigit in casu præsenti, vt superius late & copiose deduxi. Nam deceptionem intra dimidiam lex non reputat iure communi iniquam, † quia iure communi intra dimi- 33
diam permissum est contrahentibus sine dolo adinuicem se decipere, *l. in causæ. 2. §. penultimo. & ibi notatur. ff. de minorbius. & ita etiam dicit dom. Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in 3. limitatione. circa fi.* Non obstat etiam illud, quod tenet Bal. *in d. auth. sacramenta puberum. in pen. col.* quod refutationes, quas faciunt sorores fratribus de hæreditate paterna vel materna cum iuramento sunt validæ, adeo quod à tali iuramento non potest peti relaxatio: quia respondetur,

tur, quod illa decisio Bal. procederet, quando in tali refutatione facta per minorem interueniret dolus & fraus: prout in terminis voluit glossa notabilis *in l. 3. §. contrarium. ff. de contraria & vtil. act. tut.* Sed dolus censetur commissus contra minores & mulieres ex enormi ipsorum lasione, vt quia renuntiant hæreditatibus sibi debitis: prout expresse dicit Baldus *in cap. 1. §. item sacramenta. in 4. quæst. de pace iur. tenen. quem superius retuli. Et ita in specie illam decisionem Bald. in dict. auth. sacramenta puberum. limitat Do. Andr. Barb. in cons. 53. secundi volum. incipiente, præclare scripsit Psalmista celebris. in 8. col.*

Non obstant etiam glossæ communiter approbatæ *in d. c. pen. de empt. & vend. & in l. 2. C. de rescin. vend.* vbi deceptus vltra dimidiam propter iuramentum non auditur, quamuis ignorans & enormiter læsus: quia respondetur tripliciter. Primo, quod illæ glossę loquuntur in maiore sic iurante: *secundum D. Alex. in d. cons. 42. primæ part. quod superius retuli in 8. & etiam in vlt. col.* Nos autem loquimur in minore & in muliere, & sic illæ glossæ nō sunt ad propositum nostrum. Secundo respondetur, quod illæ glossæ solum dicunt, quod remedium *d. c. pen. & d. l. 2.* non habet locum, quando iuramentum fuit interpositum, & deceptio fuit vltra dimidiā iusti pretii, sed in casu præsenti deceptio fuit vltra duas & tres dimidias, & sic enormissima, vt in superioribus deduxi, ergo non sunt ad propositum casus nostri. Tertio respondetur, quod illæ glossæ non loquuntur, quando interueniret absolutio vel relaxatio iuramenti, vt in isto casu. Non obstat etiam, dum dicebatur, quod tex. *in c. quamuis. & in c. cum contingat.* debet intelligi, quando dolus interuenit ex proposito, nō autem re ipsa, & quod dolus re ipsa & ex proposito non æquiparantur, & quod à tali iuramento non debet mulier, quamuis minor, posse petere absolutionē: quia respondetur, quod in contrarium est magis com. opinio, & communiter est approbata in hoc opi. Pet. de Anch. & D. Ant. de But. prout superius oportune & abunde fuit dictum. Non obst. ēt, dum dicebatur, quod D. Socina fuit dotata in testamēto patris: ergo debet censeri congruenter dotata, præsertim cū augmēto postea facto, ita ꝙ reperitur dotata in ducatis duobus millibus, ergo non debet conqueri: quia respondetur, quod posset dici congrue dotata, habito respectu ad bona paterna, de quibus D. Socina non conqueritur, sed intendit petere partem hæreditatis maternæ sibi de iure spectantem, de qua nihil habuit, vt superius plane ostendi, alias diceretur enormissime læsa. Et propterea Paul. de Cast. *in præallegato consil. 110.* qui ponit prædictam decisionem, quod filia dotata à patre non potest dicere se esse incongrue dotatam propter iuris præsumptionem, quæ est pro patre, limitat expresse, nisi ex māgno excessu appareret contrarium, ita quod dolus patris posset redargui, *argum. l. si Neruæ. cum l. seq. ff. pro socio.* & talis est casus noster magni excessus, & maximæ læsionis. & dictam limitationem etiam sequitur D. Alex. *in præalle. cons. 116.* Nec aliquid fecit illa clausula apposita in testamento patris & fratris, pro omni eo, quod domina Socina petere possit in hæreditate paterna, materna, & fraterna: prout expresse determinat Paulus de Castro *in consilio 131. incipiente. licet ista domina Lisa. in secundo dubio.*

Non obstat vltimo, dum dicebatur, quod ista renuntiatio iurata de non succedendo in hæreditate matris fuit facta post mortē ipsius matris, vnde pactum de non succedendo in hæreditate iam mortui bene valet etiam de iure ciuili, & etiam absque iuramento: quia non est de futura successione: respondetur, quod illud procederet, quando renuntiatio hæreditatis matris iam mortuæ non fieret per mulierem minorem, & proximam pupillari ætati ignorantem verum valorem hęreditatis maternę, & non vere certioratam, & quæ esset enormissime læsa, vt in casu præsenti, secundum quod in superiorib. plene discussi. Item talis renuntiatio facta cum iuramento de hęreditate matris iam mortuę est maioris præiudicii, quam illa, quæ fit *in c. quamuis. de pact. in 6.* vbi filia dotata à patre promisit, cum iuramēto nullum regressum habere ad bona paterna, & sic talem renuntiationem fecit viuo adhuc patre, quo tempore nullum ius habebat in hæreditate patris etiam spe probabili, etiam respectu legitimæ, *vt est textus notabilis in l. 1. §. si impubere. in versic. præmatura enim spes. ff. de collat. bon. & in l. ex consensu. §. fi. & ibi Angel. ff. de appell. Bart. in l. post emancipationem. in princ. ff. de lib leg.* Sed in casu præsenti in hæreditate matris, cū mater iam esset mortua, filia habebat ius in esse deductum pro parte sibi tangente de iure communi: & ex statuto Brixiæ, cum hæreditas esset sibi tunc delata: & sic renuntiando cum iuramento iuri suo, quod habebat de præsenti, erat longe maius præiudiciū, quam *in d. c. quamuis.* vbi filia dotata renuntians cum iuramento nullum ius habebat in hæreditate patris adhuc viuentis. Postremo restat vna difficultas, retenta conclusione, quam per multa fundamenta superius firmaui, ꝙ renuntiatio hæreditatis maternæ facta cum iuramento per dom. Socinam minorem & insciam, nec certificatam de valore ipsius hæreditatis maternæ propter valde enormem læsionē in effectu viribus non subsistat, an saltem bona soceri & mariti nobilium Veronensium de Bandis sint obligata, cum in instrumento dictę renuntiationis promiserūt, quod D. Socina & eius hæredes nunquam aliquid petant de dictis bonis maternis, & si dicta do. Socina, aut eius hæredes & successores, vllo vnquam tempore vendicarent partem aliquam dictorum bonorum maternorum, tunc socer & eius maritus tantundem de suis propriis bonis resarcirent fratribus D. Socinę, & dictus maritus iurauit, prout seriosius apparet publico instrumento superinde confecto. Et quia in præcedenti principali articulo fui prolixior in scribendo, quam prima opinione conceperam, ideo in hoc vltimo pauciorib. me absoluam. Et ideo concluſiue loquendo dico, neque maritum dom. Socinæ, neque bona quondam eius patris, & sic soceri, effectualiter teneri, eo quia etiam ipsi ignorabant tam enormissimam læsionem resultantem ex renuntiatione hæreditatis maternæ iurata: cum etiam ipsi ignorarent verum valorem hæreditatis maternæ, nec fuerunt de hoc certificati: vnde †promissio non extenditur ad incognita & incogitata: *vt l. cum Aquiliana. ff. de transaction. & ibi tex. in fi.* subdit rationem, quia renuntiationem seu liberationem captiosam interpretatio prudētium fregit. & istud procedit etiam, si talis promissio esset iurata: quia etiam iuramentum non extenditur ad incognita

34

cognita. *c.veniens.& ibi gl.& ca.pen.de iureiur.& ca.2.de renun.* Nam si socer & maritus sciuissent tam enormem læsionem, non consensissent dominæ Socinę, quod talem renuntiationem iuratam faceret, nec ipsi se ad hoc obligassent. Item dicti nobiles de Bandis, scilicet socer & maritus promittentes pro ipsa domina Socina, & eius descendentibus, quod nunquam aliquid petent de dictis bonis maternis, censentur tanquam fideiussores, dato etiam quod principaliter se obligassent, ex quo negotium principale pertinebat ad ipsam dominam Socinam: *vt nota. per gl.in l.sed Iulianus. §. item si duos. ff.ad Macedo. & late declarat Pau.de Cast.in consil.81. incipiente, in causa Syluestri.* Ergo cum domina Socina, quæ est principalis, possit dicere dictum instrumentum renuntiationis iuratæ esse nullum, per iura & fundamenta, de quibus supra in præcedenti articulo, ergo etiam iisdem rationibus isti nobiles de Bandis poterunt se iuuare,
35 qui censentur veluti fideiussores, cum fideiussor † possit vti omnibus iuribus & exceptionibus, quibus & principalis. *l. constitutionibus. & ibi Bald. C. de vsuris. & l. tam mandatori. & ibi Bald. C. de non numerat. pecun. per Bart. in l.vbicunque. ff. de fideiuss. notatur in l.si eum. §.1. ff. si quis cau.* præsertim interueniente dolo, saltem re ipsa, ex enormissima læsione ipsius puellæ minoris cum iuramento renuntiantis, prout late ostendi in articulo præcedenti: quo casu etiam fideiussor minoris non tenetur: *vt l.2.ad fi. C. de fideiuss. minor.* Item cum domina Socina renuntiando cum iuramento hæreditati maternæ iam sibi delatæ enormiter, imo enormissime læderetur, & sic non posset adstringi iuramento, & hoc perpenderent eius administratores, voluerunt, quod eius socer & maritus vti fideiussores promitterent: ergo talis promissio fideiussorum non valet, neque tenet: quia illud, quod non potest fieri directa via, non potest etiam per indirectum fieri. *c.quanto. de priuil. & in reg. cum quid vna via. de reg.iur.in 6.* Et sic datio fideiussoris fuit facta causa fraudandi ius, ergo nihil valet: quia † quando aliquid non potest principaliter fieri, non valet adiectio pœnæ, & sic nec datio fideiussorum. *l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal.* Item si non valet principale, non valet etiam accessorium. *l.non dubiũ. C. de legi. & l.cum*
37 *principalis. ff. de reg.iu. & l.in omnib. ff. de solu.* Item † quando contractus principalis, & instrumentum de eo confectum aliqua ratione est nullũ, tunc omnis obligatio, & omne pactum in eo appositum similiter redditur nullum: *secundum Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. & in c.2.in vlt.col. post med. de feud.dat. in vic.leg. com.* Et *sequitur D.Alex. in l.1.§. si vir vxori. in 3. col. & in l. quod meo. in prin. ff. de acquir. poss. & in consil.81. tertij volu. incip. lecto & discusso laborioso processu. in 8.col. ad fi. & seq.* Idem notabiliter tenet *Alber. de Rosa. dicens ita fuisse de facto determinatũ in l.si pupillus. ff. de acq.re.do. facit gl. valde notabilis in l.si patronus. §. patronum. in verb. in Fauiana. ff. si quid in fraud. patro.* quæ notabiliter vult, quod quando contractus principalis est nullus, omnes clausulæ in eo appositæ viribus deficiunt. *Ad idem facit tex. in l.fin. de constit. pecu. quem text. pro singulari allegat Bal. in l.si absentis ad fi. C. si cert. pet.* quod si in instrumento non valet principale, non tenet etiam confessio accessoria super eo, neq; præceptum guarentigiæ. Ad idem facit, quod notabiliter tenet Bald. *in l.si diuersa.*
38 *circa med. C. de transact.* quod † renuntiationes appositę in compromisso non sortiuntur effectũ, si actus principalis robur non habuerit. Sequitur & commendat D. Alex *in cons.22. primi vol. quod incipit, viso instrumento syndicatus. in 1.col. D. Card. Flor. in c. olim. post pr. de præscri & quod not. D. Abb. in c. constitutus. de transac. & dicit gl. not. in c. significantib. in gl. fi. & ibi Dd. de offic. deleg.* quod pœna promissa in contractu, vel in compromisso, vel in alio actu, intelligitur, si actus principalis valebit. Item reprobato aliquo, reprobatur quicquid venit in eius concomitantiam, vel vigorem, siue sit principale, siue pœnale, *secundum Bald. in l. pactum. in prima oppositione. C. de collation.* Item si non valet testamentum, non valet etiam clausula cassans & irritans, in eo appositа: *secundum Bartolum in l. si iure. in vlt. q ff. de legat. 3. Bald. in l. sancimus. in 1.col. C. de test.* Item statutum annullans instrumentum propter non solutam gabellam, intelligitur etiam annullare quamcunque obligationem in eo contentam: *secundum Bald. in l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de leg. 1. quem refert & simpliciter sequitur Ludo. Roman. in consil. 57. quod incipit, in causa vertente inter communitatem.* Item † quando contractus in suo principali est 39
simulatus, & fraudem continens, ita etiam quælibet clausula in eo adiecta censetur simulata, & in fraudem: *secundum Ludouic. Roman in consil. 171. quod incipit, pro decisione consultationis. & in consil. 246. quod incipit, clarissime assessor.* Cum ergo in casu nostro instrumẽtum principale contractum cum domina Socina sit in effectu nullum, & inefficax, non obstante iuramento, prout late firmaui supra in articulo præcedenti, ergo similiter promissio dictorum de Bandis contenta in eodem instrumẽto redditur nulla, quia illud, quod statuitur in principali, porrigitur etiam ad accessorium: *vt l.3. §. hæc verba. vers. sed & si quid. & ibi nota. Bal. ff. de neg. gest. & Letiã. vbi Bar. & alij. C. de iure dot.* Ad idem facit, quia statutũ ciuitatis Veronæ sub rubrica, de minoribus, superius relatum prohibet minores 20. annis alienare, vel distrahere, non seruata solennitate ibi posita, etiam si minor iurasset obseruare dictum contractum, vel distractum, & vult, quod talis contractus vel distractus nõ valeat, neq; teneat ipso iure, & consequenter tale statutum resistit contractui, vel distractui minoris etiam iurato, in quo non sit seruata solennitas ipsius statuti: Ergo † cum resistat, impedit etiam naturalem obli- 40
gationem, *l.cum lex. ff. de fideiuss. & l.si nõ sortem. in prin. ff. de condi. indeb. & in specie Lud. Roman. in cons. 437. incipiente, in casu proposito aduertendum censeo. in primo dubio.* Ergo non potest accedere fideiussor: quia vbi nulla est obligatio etiam naturalis in principali, ibi non potest adesse accessoria, & sic fideiussoris, *leg.1. cum similib. ff. de fideiuss.* Item sicut iuramentum interpositum per dominam Socinam in renuntiatione hæreditatis maternæ processit dolo, saltem re ipsa, ideo in effectu nõ adstringit, cum saltem debeat relaxari, prout late firmaui supra in artic. præcedenti: certe multo magis istud procedit in iuramento, quod in instrumento præstitit eius maritus: quia illud censetur per dolum & fraudem fuisse exactum à marito, non solum re ipsa, sed etiam ex proposito, quia administratores seu executores dictorũ testamentorum cognoscentes, quod renuntiatio iurata dominæ Socinæ, cum esset enormissima, in effectu nihil valeret, curarunt, quod eius maritus cum iu-

ramento promitteret, vt faceret fraudem iuri: ideo etiam iuramentum mariti ex eadem causa fraudulenter & dolose proueniens in effectu debet iudicari nullum & inualidum: *per tex. in d. cap. cum contingat. & in d. cap. quamuis. in verb. dolo.* aut saltem debet per ordinarium relaxari.

CONSILIVM CXXXIV.

THEMA.

IN instrumento venditionis iurato facto de centenariis duobus millibus ducentis sexaginta septem, & tribus quartis alterius centenarii venæ ferri insulæ Iluæ per Illustrissimum dominum Plumbini venditorem domino Iacobo Centuriono Genuensi, ementi pro se & tribus sociis, pro quibus de rato promisit, pretio ducatorum septuaginta & quatuor milliũ ducatorum sexaginta octo, & quatuor quintorum alterius ducati auri, & in auro de camera, boni auri, & iusti ponderis. Inter cætera dominus Iacobus emptor tria promisit. Primo, quod ad omnem voluntatem & requisitionem quantumcunq; simplicem domini venditoris faciet ratificari per dictos tres eius socios omnia & singula in d. instrumẽto emptionis contenta ad infrascriptam pœnam, & bonorum obligationem. Secundo promisit in terminis limitatis de quatuor mensibus in quatuor menses soluere, & actualiter numerare in ducatis auri, & in auro de camera, vt supra, & non in alia re siue rebus. Tertio promisit ad omnem & quamcunque simplicem voluntatem & requisitionem domini venditoris eum facere securum & cautum in ciuitate Genuæ, Florentiæ, vel Lucæ, super bancho ipsi domino venditori grato & accepto, & ad ipsius domini electionem de soluendo pretium totius quantitatis prædictæ de paga in pagam, prout serioſius in ipso instrumento continetur. Modo de anno præsenti 1509. die 8. Ianuarii præfatus dominus Iacobus fuit iudicialiter requisitus & interpellatus, vt prædicta omnia & singula adimpleret, ipse autem die 12. Ianuarii fecit ratificare duos ex sociis, scilicet dominum Baptistam de Auria, & dominum Cyprianum de Mari, tertium autem, scilicet dominum Dauid Lomelinum ratificare non fecit, quia erat absens, scilicet Florentiæ. Quantum autem ad solutionem residui pagæ anni præcedentis opposuit compensationem de libris septem millib. quingentis, & vltra, de quibus dicit se & socios esse creditores domini Plumbini: & de quo credito fecit sibi fieri cessionem die 11. Ianuarii anni præsentis, & sic lite pendente, & propter hoc dicit etiam se nõ teneri ad tertium, scil. ad dandos fideiussores pro dicto residuo. Item dicit, quod licet dominus Plumbini elegerit banchum de Saluiatis in ciuitate Florentiæ, tamen quod electio loci, vbi debeant dari fideiussores, spectat ad ipsum dominum Iacobum emptorem. Sed electio banchi in dicto loco postea spectat ad dominum venditorem, & ita dominus Iacobus obtulit dare fideiussores de soluendo in ciuitate Genuæ, in bancho eligẽdo per dominum venditorem. Quæritur modo, quia in dicto instrumento venditionis adest aliud pactum speciale iuratum, quod si omnia & singula in d. instrumento contenta nõ fuerint per ipsum emptorem obseruata & adimpleta integre, inuiolabiliter, effectualiter, & ad plenum, incidat in pœnam ducatorum auri mille de camera, & etiam dominus venditor habeat facultatem recedendi ab ipso contractu: an dictus emptor dicatur contrafecisse instrumento, & non adimpleuisse integraliter per eum promissa, & sic dicatur incidisse in dictam pœnam mille ducatorum, & quod licitum sit domino venditori à contractu recedere.

SVMMARIA.

1 *Compensatio opponi potest etiam contra instrumentum iuratum.*
2 *Periurus non sum, si impedior iusta causa facere, quod promisi.*
3 *Residens censetur, qui pro negotiis ecclesiæ est absens.*
4 *Exceptio compensationis opponi potest, quamuis statutum prohibeat opponi exceptionem, nisi solutionis.*
5 *Soluere qui iurauit, non potest compensare.*
6 *Obligatus aliquid facere, soluendo interesse liberatur.*
7 *Exceptio, dolo facis, &c. non obstat, vbi adest iuramentum.*
8 *Impedimentum aduersarij quando excusat à periurio.*
9 *Iuramentum principaliter dirigitur in Deum.*
10 *Iuramentum quando verificetur in casu ficto.*
11 *Exceptio compensationis non est proprie exceptio.*
12 *Verbum, soluerit, quando capiatur stricte.*
13 *Compensatio non admittitur, quando debitum non est clarum.*
14 *Procurator constitutus ad iudicia non potest facere aliquam compositionem. 16.*
15 *Mandati forma est diligenter obseruanda.*
17 *Obligatus quilibet pro dimidia intelligitur alio non apparenti.*
18 *Compensatio de debito alterius opponi non potest.*
19 *Electio in alternatiuis debet esse debitoris.*
20 *Nullum verbum in instrumento debet esse absque virtute operandi.*

21 Clau-

21 *Clausula in fine posita debet referri ad omnia præcedentia.*
22 *Creditoris est electio in alternatiua locorum.*
23 *Fecisse nihil videtur, qui fecit vnum de duobus vel tribus debitis.*
24 *Syndicus communitatis, qui omisit denunciare vnum ex pluribus, incidit in pœnam.*
25 *Iuramentum est indiuiduum.*
26 *Iuratus non obseruans in vno incidit in totalem pœnam.*
27 *Dictio* integre, *importat sine aliqua diminutione.*
28 *Verba generalia restringũtur ad rem & causam, sub qua interponuntur.*
29 *Expensæ quando sunt promissæ per stipulationem, vel debentur iure actionis, iusta causa non excusat.* 30.
31 *Causa iusta non excusat à pœna conuentionali, sed à legali.*

QVANTVM ad solutionem prætermissam ratione compensationis, videretur prima consideratione dicendum, quod licet † dominus Iacobus emptor iurauerit soluere in terminis limitatis in ducatis auri & in auro, quod tamen opponendo exceptionem compensationis de credito vero & liquido, liberetur à periurio, *prout tenet Bart. in l. amplius non peti. in vltima columna. ff. rem ra hab.* Motus; quia etiam conditio debet impleri in forma specifica. *l. qui heredi. in princi. & l. Mœuius. ff. de condi. & demonstr.* Et tamen quando solutio ponitur in conditione sufficit compensare, vt conditio habeatur pro impleta. *l. si peculium. §. 1. ff. de pecu. lega. Item mouetur Bartol.* quia † si impedior iusta causa facere, quod promisi, non sum periurus. *l. fin. ff. qui satisd. cog. & cap. quemadmodum. de iureiuran.* Sed si non soluo tibi, quando tu debes mihi tantundem, ego impedior à te, quia ideo tibi non soluo, quia tu non soluis mihi. Vnde quasi facto tuo impeditus, non debeo dici esse periurus, & istam rationem facit in simili text. *in l. 3. circa princip. in versiculo. in de quæritur. ff. de statulib.* Idem tenet Ang. & Rapha. Co. *in d. l. amplius non peti. Bald. & dom. Abb. in cap. ad nostram 1. de iureiur.* & ibi Bald. mouetur; quia ex quo aduersarius facit, quo minus soluere possit: ergo non dicitur periurus: per text. quem ad hoc dicit esse vnicum in iure *in l. Iulianus ait, parua. ff. de conditio. & demon. Idem tenet Io. Faber in §. in bonæ fidei. instit. de actio. & do. Alex. in consil. 12. secundi volum. quod incipit, viso themate ante scripto. in vlti. colum.* Et pro ista opinione videtur facere bonus text. *in cap. ex parte. 2. de* 3 *cle. non resi.* Vbi † ille, qui iurauit residere in ecclesia, se absentando pro negotijs ecclesiæ censetur residens, & satisfacere iuramento, quod fecerat de residentia, & sic iuramentum impletur per fictam residentiam, quamuis ipsum iuramentũ non seruetur in forma specifica. Ad idem facit tex. *in l. debitor circa fin. ff. qui potio. in pigno. habe.* Vbi dicit text. neque enim interest soluerit, an compensauerit. Item facit, quod notabiliter tenet Angel. *in consilio 209. incipiente, quidam nomine Nicola.* Vbi consuluit, quod 4 † si statutum non permittat opponi, nisi exceptionẽ solutionis, tamen poterit etiã opponi exceptio cõpensationis. & loquitur etiam dom. Alexan. *in præallegato consilio 12. secundæ partis, in penultima columna.* Sed præmissis non obstantibus contrarium est de iure verius, & ita semper legendo & consulendo tenui, quod † qui iurauit soluere, & actualiter numerare 5
in ducatis auri, & in auro, non potest opponere exceptionem compensationis alicuius quãtitatis, vel debiti, imo necesse habet præcise soluere, prout iurauit: *vt est tex. ineuitabilis in d. cap. ad nostram. 1. de iureiurand. secundum vnam lecturam gloss. tertiæ ibi approbatam per omnes doctores.* Vbi fructus percepti ex re pignorata, quamuis ipso iure compensentur in in sortem. *l. 1. & 2. C. de pign. actio.* tamen quia ibi debitor iurauerat soluere, non admittitur vlla compensatio, & ita per illum text. tenet contra Bartol. dominus Mathesil. *in notabili 55.* Similiter Io. de Imo. *in d. cap. ad nostram. & in d. l. Iulianus ait. alias incipit. l. si heredi. ff. de conditio. & demonstratio.* tenet, quod per tex. & glo. in d. cap. ad nostram. & per ibi notata per omnes apparet, reprobari opinionem Bartol. *in d. l. amplius non peti.* Idem tenet dominus Alex. sibi contrarius *in cons. 91. secundi voluminis, incipiente, visis actis mihi transmissis. in 3. col. ad fi. & sequẽti.* Vbi dicit, quod opinio Bartol. damnatur, & communiter doctores tenent contrarium. Idem contra Bartolum tenet Aretinus *in cons. 100. incipiente, longitudo. & ibi dicit, quod contra Bartolum est communior opinio. & propterea Bartol. met. in d. l. Iulianus ait. ad fin. non se firmauit in hoc, sed se remittit ad d. cap. ad nostram.* Pro ista opinione bene facit; quia † licet obligatus aliquid facere, soluendo 6
interesse liberetur. *l. stipulationes non diuiduntur. in versic. Celsus. ff. de verbo. obligatio. & l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudic.* tamen quando iurauit facere, tunc soluendo interesse non liberatur, imo præcise tenetur factum implere propter iuramentum: *vt in c. querelam. & ibi ad hoc notat dominus Antonius de Butrio. ne prælа. vi. suas. & est gl. singularis in l. si pecuniam. in prin. in glo. parua. in verb. necesse habeas. ff. de condi. ob cau. cum multis concordan. quas ibi legendo dixi.* Ita in proposito, vbi qui iurauit soluere præcise, tenetur adimplere solutionem, & sic non potest opponere exceptionem cõpensationis. Ad idem facit; quia † vbi adest iura- 7
mentum, tunc non obstat exceptio, dolo facis, qui petis, quod restituturus es: *vt est tex. in cap. debitores. de iureiuran. notat Bald. in authen. ei qui in penulti. colum. C. de bon. autho. iudi. possi.* Nec obstant fundamenta Bartol. superius relata, quia ad ea respondet Ioan. de Imol. *in d. cap. ad nostram.* Et primo ad illud, quod dicit Bar. de conditione soluendi, quæ dicitur impleri compensando. Respondetur, quod magis debet impleri iuramentum in forma specifica quam conditio; quia in hoc in plus se habet iuramentum propter authoritatem ipsius iuramenti, quam conditio: *vt patet in d. cap. ad nostram. iuncta d. l. si peculium. §. 1.* Nec † etiam à periurio excusat impedimentum 8
aduersarij, si non est tale, quod impediat impleri iuramentum: vt aperte probatur *in d. cap. ad nostram. sed aliud est in conditione. d. l. si peculium. §. 1. & d. lege Iulianus ait.* Secus si esset tale impedimentum, quod omnino impediret implementum iuramenti. *capit. querelam. & capitulo breui. cum ibi notatis. de iureiurand.* Vel secundum Imol. potest responderi ad iura allegata per Bart. quæ dicunt, quod ad implendũ conditionem de soluendo sufficit compensari; quia loquuntur in eo, cui relicta est libertas sub conditione soluendi. Nam ibi fauore libertatis fuit statutum quod sufficiat compensari, & certe fauore libertatis

multa statuta sunt contra regulam iuris: vt dicit tex. *in §. fi. instit. de dona. & sic vltra Imol. arguendo à speciali in libertate, illi text. retorquentur contra Bart.* Item non obstat illud, quod dicitur de impedimento: ex eo quia tu non soluis mihi, ego impedior tibi soluere: ergo non debeo dici periurus, prout in simili dicit text. *in d. l. 3. circa princip. in vers. inde quæritur. ff. de statu*
9 *liber.* quia respondetur, quod † iuramentum principaliter dirigitur in Deum *vt in d. c. debitores. & in cap. & si Christus. de iureiuran.* Sed Deus non præstitit aliquod impedimentum, sed conditio de soluendo non sic dirigitur in Deum. Non obstat etiam tex. *in d. c. ex parte 2. de cle. non resi.* quia respondetur se-
10 cundum D. Abb. ibi † quod vbi obseruantia iuramenti in casu ficto non tendit in aliquam lęsionem illius, cui fuit præstitum, tunc iuramentum verificatur in casu ficto, vt ibi, vbi autem esset contra intentionem recipientis iuramentum, tunc procedit tex. *in d. c. ad nostram.* quod iuramentum debeat præcise impleri in forma specifica. Non obstat vltimum, dum dicebatur, quod si statutū nō permittit opponi, nisi exceptionem solutionis. quod tamen etiam poterit opponi exceptio cōpensationis: quia
11 respondetur † hoc non esse simpliciter verum, & in contrarium facit, quod notat Bald. *in d. l. Iulianus ait. per illum tex. ff. de condi. & demon.* vbi notat, quod exceptio compensationis non est proprie exceptio solutionis, sed ficte: ergo non habet locum in statutis, in quibus casus fictus non admittitur. *l. 3. §. hæc verba. cum vulgaribus. ff. de neg. gest.* Item exceptio compensationis non est exceptio solutionis, sed est exceptio doli: *vt §. in bonæ fidei. instit. de actio. secundum Bald. in d. cap. ad nostram. 1. de iureiuran.* Concludo ergo ex prædictis, quod vera & magis communis cōclusio est, quod ille, qui iurauit soluere in pecunia, vel in ducatis auri, & in auro, tenetur precise soluere, & non admittitur ad opponendum exceptionem compensationis, vt sic liberetur à promissione iurata, & consequenter à periurio. Prædicta conclusio fortius procedit in casu præsenti, in quo dominus Iacobus iurauit soluere in terminis limitatis, non quidem simpliciter, sed iurauit soluere, & actualiter numerare in ducatis auri, & in auro de camera, & boni auri, & iusti ponderis, & non in alia re,
12 siue rebus. Vnde quando † verbum, soluerit, nō profertur simpliciter, sed cum adiuncto, tunc capitur stricte, & tunc requiritur vera & naturalis solutio: *secundum Bar. in l. solutionis ff. de solu. per l solutam. eod. tit.* Sicut quando requiritur vera solutio, tunc non admittitur compensatio: *secundum Bald. in l. in ea. in fin. C. de compensa.* Sic etiam quando quis iurauit soluere vere, & non per iuris fictionem, tunc non potest compensare, licet talis fictio videatur esse idem quod veritas, & eandem habere vtilitatem: *secundum Bald. in d. c. ad nostram. 1. circa fin. de iureiu.* Item prædicta conclusio adhuc multo fortius procedet in casu præsenti, etiam si promissio de soluendo non fuisset iurata; quia istud assertum creditum librarum septem millium quingentarum & vltra Genuensium, non est liquidum & clarum, imo impli-
13 citum & inuolutum. Sed † quando debitum non est clarum, imo requirit altiorem indaginem, tunc planum est, quod non admittitur compensatio. *l. fi. vbi Bartol. & alij. C. de compensa. notatur in cap. bona fides. de depos.* Et multo minus vbi quis iurauit soluere in pecunia, vt in casu præsenti, tunc quando debitum non est liquidum, non potest opponi compensatio, nec admittitur ad liquidandum propter iuramentum; *secundum Bald. in d. cap. ad nostram. 1. de iureiuran.* Quod autem istud assertum creditum non sit liquidum, immo valde implicitum, & valde inuolutum, ac requirens multum altam indaginem, apertissime apparet exposita breuiter serie huius asserti crediti. Nā multis retro annis præteritis vsque de anno 1490. dominus Nicolaus de Patijs iuris vtriusque Doctor Regiensis fuit cōstitutus procurator ab illustrissimo domino Plumbini ad recipiendum solutiones à debitoribus Genuæ, & ad exigendum debita, item & ad iudicia: postea idem dominus Nicolaus de anno domini 1494. substituit loco sui procuratorem dominum Federicum Centurionem Genuensem, & sic planum est q̄ nec substituens, nec Federicus procurator substitutus potuit facere compositionem, & transactionem, & obligationem, quam fecit, nec dare illos duos fideiussores, quos dedit: quia † procurator constitutus 14
ad iudicia, vel ad exigendum debitores, non potest facere aliquam compositionem, nec aliquam transactionem in præiudicium domini: *vt est textus apertus in l. transactionis. C. de transactioni.* quia istud requirit speciale mandatum: *vt est textus. in cap. qui ad agendum. in fine. de procurato. in sexto. & in cap. per tuas de arbitr. & in l. mandato generali. ff. de procurato.* Ergo dicta asserta compositio, tranlactio, & obligatio facta per dictum Federicum substitutum procuratorem nihil penitus valet in præiudicium dōmini Plumbini, maxime pro assertis quantitatibus soluendis, ad quas ex asserta allegata sententia non fuit condemnatus dominus Plumbini, ergo de tali asserto credito, quod est nullum, in præiudicium domini non potest opponi aliqua compensatio, ex quo, vt dixi, nec dictus Federicus substitutus, nec eum substituens habebant de hoc speciale, & sic legitimum mandatum. Nam † forma mandati est di- 15
ligenter obseruanda, nec fines mandati sunt transgrediendi. *l. diligenter. in prin. ff. mandati. & c. cum dilecta. de rescrip.* & procurator tenetur non solum seruare mandatum, & eius terminos non egredi, sed etiam qualitatem mandati. *cap. cum venissent. & ibi notat Bald. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. facit text. in cap. Pisanus. & ibi no. domin. Abb. in 4. notabili, de restitut. spol.* Immo fortius, quando † procurator esset consti- 16
tutus ad iudicia, & ad recipiendum solutiones, vt in casu præsenti, & in instrumento procuræ esset adiecta clausula generalis, q̄ dominus promisit habere ratum & firmum, quicquid per eius procuratorem factum fuerit, tamen adhuc virtute huius clausulæ generalis non poterit talis procurator facere aliquam compositionem, transactionem, vel obligationem in præiudicium domini: *secundum glo. & Doct. in c. contingit. de transact. & in c. ex parte decani. de rescript. Geminia. in d. c. qui ad agendum Barto. in l. 1. ff. de offic. procu. Cæsa. Cyn. Bal. & mod. in l. si procurator ad vnam speciem. C. de procura. Ludo. Roma. in l. in prouinciali. § 1. ff. de ope. no. nuncia. vbi refert se ita consuluisse per cap. causam. de iura. calum.* Nec est curandum de verbis appositis in substitutione procuratoria facta dicto Federico; quia dominus Nicolaus constituens non

potuit

potuit plus iuris transferre in substitutum, quã ipse haberet à domino: *vt in regul. nemo potest plus iuris. & in regn. nullus. de reg. iur. in sexto. & c. quod autem. de iure patro. & c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. & l. traditio. ff. de acqui. re. do. & l. si vniuersæ. C. de leg.* Vnde inspiciendum est mandatum domini Nicolai constituti procuratoris à domino, & non mandatum sui substituti. Item fortius etiam dato, sed non concesso, & sine præiudicio veritatis, quod Federicus habuisset speciale, & sic legitimum mandatum ad faciendum compositionem, transactionem, & obligationem, quam fecit, quod omnino falsum est, tamen in ipso instrumento compositionis factę per ipsum Federicum dicitur, dominum Plumbini, & dominum Hieronymum de Spinolis Genuensem esse debitores & teneri ad certas quantitates pecuniarũ, & non dicitur ac tenerentur insolidum, an quilibet
17 pro parte, ergo † alio non apparente intelligitur quilibet esse obligatus solũ pro dimidia *l. 1. C. si plu. vna sen. & l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* Ergo non potest totum creditum septem millium quingentarum librarum Genuensium & vltra deduci in compensationem contra solum dominum Plumbini, imo super hoc requiritur indagatio: ergo non est creditum liquidum. Istud idem dicitur in instrumento assertæ solutionis & cessionis factæ Cypriano de Mari, & Ioanni Francisco Spinolæ. Nam ibidem etiam asseritur dominum Plumbini, & dominum Hieronymum Spinolam esse debitores certarum quantitatum, & non dicitur, an vterq; in solidum, an vero pro parte: ergo istud requirit altiorem indaginem, & declarationem præsertim cum in dubio, vt dixi, quilibet intelligatur solum teneri pro dimidia. Item in illo instrumento dicit q̃ fideiusserũt Cypr. de Mari. & Io. Franci. Spinola, & quod soluerunt libras quinquies mille Genuen. & vtrique eorum media pars quinque millium librarum fuit cessa. Sed Ioan. Franciscus nihil habet facere, nec est
18 socius in venditione dictæ quantitatis ferri: ergo † de debito alterius non potest opponi compensatio: *vt est text. in l. eius. C. de compen.* nisi etiam appareret de cessione postea facta per Io. Franciscum Spinolã domino Iacobo Cẽturiono & socijs, posito quod talis cessio de iure fieri potuerit, quod statim infra proxime attingam: ergo solum de dimidia dimidiæ, & sic solum de vna quarta ad plus dictarum librarũ septem millium quingẽtarum Genuæ posset opponi compensatio, & hoc etiam vt dixi, requirit altiorem indaginem, & longiorem inquisitionem, ergo de eo opponi compensatio non potuit, vt in iurib. superius allegatis. Item cessio dicti asserti crediti, quam opponit do. Iacob. Centurionus, est ipso iure nulla. & hoc patet euidenter; quia assertæ solutiones factæ per Cyprianum de Mari & Io. Franciscũ Spinolam, factæ fuerunt annis præcedentibus, scilicet ab anno 1506. retro, vt apparet ex apodijs superinde confectis: & postea dicta cessio fuit facta ex longo interuallo, post scilicet de año præsenti 1509. die 11. Ianuarij. Vnde post tantum interuallum temporis talis cessio fieri non potuit: *vt est text. ad literam in l. Modestinus. ff. de solu.* & ibi tex. assignat rationem: eo quia nulla actio tunc supererat, quæ posset cedi, cum per solutionem ipso iure fuerit sublata omnis obligatio & actio: *vt instit. quib. mod. tol. oblig. in princip. & l. prout. ff. de solu.* Et illud quod non est, cedi non potest. *l. decem. ff. de verb. obl. & c. ad dissoluendum. de despon. impub. & declarat in specie gl. in l. 1. §. cum prædium. in glo. fin. ff. de pigno.* Item talis cessio fuit facta lite pendente & sic in fraudem tergo nihil valet. *l. 2. & fin & authen. litigiosa. C. de litigio.*

Circa secundum, circa fideiussores dandos; quia dominus Iacobus emptor in instrumento iurato promisit præfatum dominum venditorem securare, & securum & cautum facere in ciuitate Genuæ, Florentinæ, vel Lucæ, super bancho ipsi domino grato & accepto & ad ipsius domini electionem, prætẽdit ipse dominus Iacobus emptor, quod sola electio banchi spectet ad dominum venditorem, sed electio dictorum trium locorum spectet ad ipsum dominum Iacobum, & ita electionem fecit de loco Genuæ, offerens ibi assecurare in bancho, quod elegerit dominus venditor. Et pro eo facere videtur regula, quæ habet, quod in dubio † in alternatiuis electio debet esse debitoris. *l. plerunque. §. fin. ff. de iure do. & in regul. in alternatiuis. de regul. iur. in sexto. & est text. notabilis in l. si quis seruum. C. de condi. indebi.* Item imputandum est domino venditori, quare legem in hoc apertius non dixerit. *l. veteribus. ff. de pac. & l. quicquid adstringendæ. in princi. ff. de verbor. oblig. & in regul. contra eum. & ibi gloss. de regulis iur. in sexto.* Sed istis non obstantibus veritas est in contrarium, quod non solum electio banchi, sed etiam electio trium locorum spectat solum ad dominum venditorem, qui elegit locum & banchum in ciuitate Florentiæ, in bancho, de Saluiatis. Nam quantum ad banchum fuit expresse dictum, videlicet super bancho ipsi domino grato & accepto, & sic geminate, grato & accepto, quæ geminatio multum solet operari. *l. Balista. ff. ad Trebell. l. mulier. 2. C. ad Velleia. & quod singulariter notat Bartol. in l. cum scimus. ad fin. C. de agrico. & censit. libro 11.* Vnde quo ad banchum est expeditum, quod ibi nõ sit opus dicere de electione: ergo frustra adijceretur, *& ad ipsius domini electionem.* Sed sic est, quod † nedum clausulæ, 20
imo nec etiam minimum verbũ in contractu, vel in instrumẽto appositũ debet esse sine virtute aliquid operandi: *secundum Bald. in rubr. C. de contrahend. emp. in 9. quæst. & ante eum glo. notabilis. in cap. solita. in verb. tanquam de maio. & obed. & gl. in l. 1. in gloss. 1. ff. quod metus causa. & in l. 1. §. ait prætor. ff. de vi & vi arma.* Secundo, quia illa verba, *& ad ipsius domini electionem*, cum sint posita in fine, & in eadem oratione debẽt referri ad omnia præcedentia, & sic ad electionem banchi, & ad electionem triũ locorum: quia † clausula 21
in fine posita debet referri ad omnia præcedentia. *l. 1. in fin. C. de libe. præte. l. talis scriptura. §. 1. vbi Bart. & alij ff. de lega. 1. & c. secundo requiris. de appell.* præsertim cum verba sint relata ad dominum venditorem. Tertio bene facit, quia † in alternatiua locorum, electio est 22
semper creditoris & non debitoris; eo quia debitor semper variaret: sed bene postea vbi soluat, est electio ipsius debitoris: *vt est text. clarus in l. non vtique. in prin. & ibi Bar. in 1. & 2. col. & omnes doctores. ff. de eo quod certo loco.* Et sic in casu nostro electio est domini venditoris, in quo loco velit sibi dari fideiussores & maxime cum ter in anno debeat fieri ista electio fideiussorum, cum solutio fuerit annuatim limitata, de quatuor mensibus in quatuor menses. Vnde si

electio

electio loci esset in potestate debitoris, posset variare, & sic per indirectum, & per circuitus facere ne deberet, contra regulam positam *in d.l. non vtique. in princi.* Et sic non obstat fundamentum superius in oppositum factum, quod in alternatiuis electio sit debitoris, quia procedit, nisi sit alternatiua locorum *d.l non vtique. in prin. vbi Bartol. & omnes.* Circa tertium, scilicet quoad ratificationem trium sociorum, quam dominus Iacobus tenebatur cum iuramento facere ad omnem voluntatem & requisitionem quantumcunque simplicem domini venditoris, idem domi. Iacobus fuit in iudicio interpellatus die octauo Ianuarij anni præsentis 1509. quòd faceret ratificari dictos tres socios, prout ex iuramento tenebatur, & ipse die 12. Ianuarij huius anni 1509. fecit duos ratificare, scilicet Baptistam de Oria & Cyprianum à Mari, tertium aût scilicet Dauid Lomelinum dixit esse ablentem à ciuitate Genuæ, & tunc esse Florentiæ, & petijt tempus sibi assignari ad faciendum Dauid absentem ratificare: & super hoc de assignatione temporis nihil ei fuit responsum; quia non expediebat. Vnde cum à die octaua Ianuarij, qua fuit interpellatus vsque ad finem præsentis mensis Februarij, sint elapsi duo menses, infra quos potuit commode, imo commodissime ire Florentiam, & facere dictum Dauid ratificare, & tantum tempus ipso iure intelligitur sibi assignatum, quo potuerit Florentiam commode accedere, licet non fuerit expresse assignatum: *vt est tex. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obli. & in §. locati. insti. eo.* Ergo elapso tanto tempore, quo potuit cum commoditate Florentiam peruenire, si non fecit dictum Dauid ratificare, dicitur contraueniisse instrumento iurato, & non sufficit, quod duos ex socijs fecerit ratificare, sed requirebatur, quod omnes tres faceret ratificare: ergo dicitur contrafeciisse promissioni iuratæ, quam fecit in instrumento: *per tex. in l. qui duos ff. in ius voca. vt eant.* Vbi † qui fecit vnum de duobus vel tribus debitis nihil feciisse videtur. Facit tex. *in c. defleat peccator. cum gl. de regu. iur. & de pœni. distinc. 5. in c. consideret.* Facit, quod tenet Bal. *in l. 1. in 14. q. C. de his quæ pœ. no.* Vbi tenet, quod si testator grauauit hæredem, quod daret mihi decem infra mẽsem, & si non dederit, quod daret mihi talẽ fundũ, quod si hæres dedit nouem, cadit in totalem pœnam, vt teneatur fundum dare, ac si nihil dediisset. Ad idẽ facit, quod notant Bald. Salyc. Paul. de Castr. & alij *in l. minoribus in fi. per illum tex. C. de his quibus vt indig.* Vbi tenent, quod syndicus communitatis, qui omisit denunciare vnum ex pluribus, qui interuenerunt ad perpetrandum maleficium, ita punitur ex forma statuti, ac si neminem denunciasset. Item facit, quod nihil dicitur actum, cum quid supereft ad agendum. *l. cum Syllanianum. C. de his quibus vt indig. & l. 2. in princ. & ibi Bal. notat. ff. de præto. stip.* Nec dicatur, quod dominus Iacobus faciendo duos ratificare, & non tertium, licet de rigore iuris incidat in totalem pœnam tamen de æquitate tenetur solũ pro parte illius tertij, quem ratificare non fecit: *l. si seruans. §. si plurium. ff. si quis cautio.* quia istud non potest dici in casu præsenti, in quo promisit cum iuramento † & iuramentum est indiuiduum: *secundum Bald. in cap. 1. §. 1. in 5. colum. de contro. inuesti.* Item in præsenti instrumento adest pactum speciale iuratum, quod si omnia & singula in præsenti instrumento contenta per ipsum emptorem obseruata & adimpleta non fuerint integre, inuiolabiliter, effectualiter, & ad plenum, quod incidat in pœnam ducatorum auri mille, & vlterius sit in electione domini vẽditoris recedere ab ipso contractu. Vnde cum † iurauerit, omnia & singula adimplere, tunc si aliquid prætermisit incidit in totalem pœnam: quia de natura illorũ verborũ, omnia & singula, est, vt nihil prætermittatur; *secundũ gl. in c. vt circa. §. 1. in vers. omnia & singula. de electio. in 6. Bartol. in consil. 113. incipien. processum fuit contra Titium de adulterio. ad fin.* Item promisit integre adimplere. Illa † dictio, *integre*, importat sine aliqua diminutione, ita quod nihil dimittatur. *l. decem. ff. de fideicommiss. liber. & cap. final. §. 1. de hære. in sexto.* Item subijcitur. *& ad plenum*, quæ importat, quod nihil debeat deesse, quod addi possit, *96. dist. c. bene quidem in prin.*

Vltima restat dubitatio, quæ quæstiones comprehendantur in cognitione duorum doctorum eligendorum Paduæ iuxta pactum speciale in dicto instrumento appositum. Nam dominus Iacobus prætendit, quod ad eos spectet cognitio etiam super asserto credito dependente ex assertis fideiussionibus, & solutionibus accessione factis dictis Cypriano de Mari, & Io. Francisco Spinolæ, de quo credito opposuit do. Iacobus compensationem, vt superius late tetigi in primo dubio, & quod creditum prætendebatur, antequam vnquam fieret præsens instrumentum venditionis venæ ferri. Et quòd talis cognitio dicti asserti crediti spectet ad dictos duos doctores eligendos Paduæ, probat ex generalitate capituli instrumentarij, in quo dicitur, quod si aliquo tempore esset aliqua differentia, seu discordia inter ipsum dominum venditorem & ipsos emptores, quod dictæ partes teneãtur eligere duos doctores in altera ex ciuitatibus ibi nominatis, qui doctores sic electi debeant super omnibus & singulis causis, litibus, quæstionibus, differentijs, & petitionibus, quæ coram eis proponentur, procedere & definire. Breuiter veritas est in contrarium, quod illa verba, licet generalia, tamen referuntur solum ad causam & contractum venditionis dictæ venæ ferri, & sic intelliguntur de controuersijs, & quæstionibus, ac litibus dependentibus à dicto contractu venditionis venæ ferri, ac vigore instrumenti super eo confecti, & contentorum in eo: non autem intelliguntur de alijs quæstionibus aliunde extrinsecus proueniẽtib., vt est de isto asserto credito, quod prætendebatur, antequam vnquam fieret ista venditio venę ferri: *vt est tex. in l. si de certa. C. de transac. & in l. si ex pluribus. ff. de solu. & in l. si ita quis. §. si. cum similibus. ff. de verb. obl.* In quib. iuribus habetur † quod verba generalia restringuntur ad rem & causam, super qua interponuntur. Sicut etiã renunciatio generalis restringitur ad cõtractum, super quo interponitur *l. iubemus. & ibi ad hoc notat Bal. C. ad Velleia.* Sic etiam videmus in transactione generali, vt licet facta sit per verba generalia, tamen restringitur ad rẽ & causam, super qua tunc litigabatur. *d. l. si de certa. cum concord. ibidem allegatis in gl.* Sic etiam dicimus in cõpromisso generali. *l. si cum dies. §. plenum. ff. de arb. & in computationibus seu calculationibus. l. emptor. §. Lucius, secundum verum intellectum. ff. de pac.*

Conclu-

Concludo ergo ex prædictis omnibus, dominum Iacobum Centurionum emptorem contraueniſſe inſtrumento emptionis iurato in tribus. Primo, quia non ſoluit actualiter numerãdo in ducatis auri, &in auro & de camera, & boni auri, & iuſti ponderis integraliter in terminis limitatis, prout iurauit, præſertim reſiduum anni præcedentis: nec ibi potuit opponere compenſationem, ex quo iurauerat ſoluere eo modo, quo dixi: & aſſertum creditum eſt multum implicitum, & valde inuolutum, & requirit multum altam indaginem, nec ceſſio de eo fieri potuit, & quæ facta fuit, nihil valet, vt in ſuperioribus aperte fuit demonſtratum. Item ſecundo contrafecit inſtrumento iurato, ex quo non præſtitit fideiuſſores in ciuitate Florentiæ in Banco de Saluiatis electo à domino venditore. Item & tertio, quia non fecit poſt requiſitionem iudicialiter ſibi factam ratificare omnes tres ſocios, prout in inſtrumento iurauerat, & à tempore factæ requiſitionis habuit longum ſpacium quaſi duorum menſium ad faciendum ratificare dominum Dauid Lomelinum exiſtentem Florentiæ: & ſic videtur incidiſſe in pœnam conuentionalem mille ducatorum & eſſe in facultate domini venditoris recedendi à contractu dictæ venditionis. Item debet domi. Iacobus condemnari in omnibus expenſis litis, &
29 extra, quas ſolenniter in dicto inſtrumento venditionis iurato promiſit: quo caſu, quando †expenſæ ſunt per ſtipulationem promiſſæ, tunc iuſta cauſa litigandi non excuſat, quo minus debeat in expenſis condemnari: *vt eſt gl. notabilis in §. oportet. in glo. magna in verſ. ſolo. ad fi. & ibi Ang. eam ſequitur in authen. de iudicibus. & illam gloſſ. ſequuntur & reputant ſingularem Bal. Salyce. & alij in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudicijs Bald. in cap. breui. de iureiurand. & in l. eos. §. cautione. C. de appella. & in authen. generaliter in 3. colum. C. de epiſc. & cleri. Bald. & Ang. in l. non ſolum. ff. de rei vend. D. Anto. de Butr. & alij in cap. finem litibus. in 7. colum. de dolo & contu. Io. de Imol. in l. final. in vlti. colum. ff. de re iudic. D. Alex. in conſ. 37 ſecundi volum. incip. viſo & opportune conſiderato proceſſu. circa fin. & in conſil. 34. quarti vol. incip. conſultus alias in cauſa principali. ad fin.* Imo generalius,
30 vbicunque †expenſæ debentur iure actionis, nunquam iuſta cauſa litigandi excuſat à talibus expenſis, *vt eſt gl. notabilis in l. 3. §. ſi rem. ff. de legat. 3. & in d. l. non ſolum. ff. de rei vendi. Bald. Ang. Paul. de Caſt. & alij in d. l. properandum. §. finaute alterutra.* Imo adhuc fortius, etiam ſi iudex abſolueret victum ab expenſis, non intelligeretur abſoluiſſe ab expenſis promiſſis per ſtipulationem, & quæ debentur iure actionis: ſecũdum Salyc. & d. Alex. *in d. §. finautem alterutra. in 1. colum.* Et ſicut †iuſta cauſa litigandi non excuſat ab
31 expenſis promiſſis per ſtipulationem, vt dixi, ita etiam non excuſat à pœna conuentionali voluntarie appoſita in contractu, & ſic à dicta pœna mille ducatorum, ſecundum Bal. *in d. l. eos. §. cautione. in 1. colu. ad fin. & in l. edita. in 11. col. in 8. oppoſitione. C. de eden. Alex. in conſil. 119. ſecundi volu. incipiente, titulus quæſtionis talis eſt in pen. col.* licet alias iuſta cauſa excuſet à pœna legali: *vt eſt gl. in l. ab executione. in gl. ſi C. quorum ap. non re. & in c. ſacro. de ſent. excom. Bald. in l. 2. C. de epiſc. & cler. & in addi. Spec. in tit. de arbit. in 7. col. in verſ. ex forma ſtatuti. & in auth. generaliter. in 4. col. C. de epiſco. & cle.* quia mitius agitur cum lege, quam cum homine. *l. Celſus. ff. de arbi.* Sed iſtud vltimum aliter non excutio in caſu præſenti, in quo dom. Iacobus non habet iuſtas cauſas, ſed iniquas & calumnioſas vt ex ſuperius dictis apparet, & abhorentes ab iſto cõtractu emptionis, qui eſt bonæ fidei, & in quo debet bona fides abundare. *§. actionum. & §. in bonæ fidei. inſti. de act.* Præſertim cum iſte contractus fuerit celebratus cũ principe, ſcilicet cũ illuſtri domino Plumbini: & omnis contractus celebratus cum principe habet naturam contractuum bonę fidei, & ſic debet bona fides obſeruari: *ſecundum Bal. in tit. de pace Conſtan. in 30. colu. in verb. ſi qua vero.* & ſic debent ceſſare cauillationes & calumniæ.

CONSILIVM CXXXV.

SVMMARIA.

1 *Prouiſio quæ ex dolo cauſatur nulla verborum cautela tolli poteſt.*
2 *Arbitri ijdem eligi poſſunt in reductione.*
3 *Iuramentum addit robur & firmitatem actui.*
4 *Aduocatus quando non poſſit recuſari vt ſuſpectus.*
5 *Iuriſdictionem non tribuit priuatorum conſenſus.*
6 *Notio per viam compromiſſi poteſt à partibus tribui.*
7 *Appellatio efficitur communis appellantis & appellati.*
8 *Verba pacti debent intelligi de prima appellatione.*
9 *Nouatio non præſumitur, niſi expreſſe fuerit actum.*

SVPER articulo an remittenda ſit cauſa reuiſionis ſpectabili iuris vtriuſque doctori domino Prothaſio Bozolo, qui fuit aduocatus dominæ Philippinæ de Petra ſecundum quod per pactum iuratum fuit in compromiſſo conuentum inter ambas partes. Ad primum fundamentum partis aduerſę, in quo videtur potiſſimum cõſiſtere difficultas, inquantũ dicitur, quod †nulla poteſt adhiberi cautela, per quam tolli pol- 1
ſit reuiſio, quæ prouenit ex dolo, vel ex enormi læſione arbitratoris: *ſecundum Bal. in l. cum antea. C. de arbitris, & in l. ſi vnus. §. illud. in vlt. quæſtione. ff. de pact.* Sed hic per indirectum tolleretur reuiſio; quia aduocatus pronus erit ad beneficium clientis. Ad hoc reſpondetur, quod hic non agitur de tollendo reuiſionem, ſed de ipſo reuiſore fuit prouiſum per partes cum iuramento. Vnde cum †partes in inſtrumẽto 2
compromiſſi poſſint de communi conſenſu eligere in bonum virum ipſos eoſdem arbitros & compromiſſarios, & eorum reductioni ſtare, *vt eſt tex. qui optime probat, in c. accepta. de appellat. & quod notat gl. ſi. in l. filius. ff. de inoffi. teſt.* Et ita in ſpecie tenet dominus Bartolomæus Veronenſis *in cautela 257. quæ incipit, quarta cautela poteſt etiam in hoc adhiberi.* Ergo multo magis partes de communi conſenſu poſſunt eligere in bonum virum aduocatum alterius partis, & eius reductioni ſtare. Et iſtud fortius procedit in caſu præſenti, in quo in inſtrumento compromiſſi fuit iſtud pactum factum de communi conſenſu partium, & etiam iuramento firmatum. Sed dominus Bartolomæus Veronenſis non loquitur, quãdo fuit appoſitum iuramentum †quod iuramentũ ad- 3
dit robur & firmitatem actui, etiam qui alias nõ valeret. *c. cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pact. in 6.*

Secundo, quia †aduocatus nõ poteſt recuſari vt 4
ſuſpe-

suspectus in iudicando per hoc, quod solum fuerit aduocatus alterius partis, quando non propalauit intentionem suam circa decisionem illius causę. ita tenet Innoc. *in c. irrefragabili. de offi. ordi. per illum text. in vers. excessus. cum glossa. in vers. sicut capitulum. & sequuntur ibidem Ioan. de Imo. & D. Abb. in vlt. col. princip. & ita limitant tex. in l. prætor. ff. de iurisd. om. iud.* Et istam decisionem etiam sequitur & reputat singularem D. Alex. *in l. solet. in 2. col. ff. eo. & per hoc infert D. Abb. in d. c. irrefragabili. circa fin. prin.* quod si aduocatus fuit consultus in aliqua causa, & nondum dedit responsum, nec adhuc dedit consilium suum, quod si assumatur in iudicem potest iudicare in causa, nec per hoc quod fuerit aduocatus alterius partis poterit reculari vt suspectus. Vnde dominus Prothasius, qui est egregius doctor, & vir probus & prudens, quamuis exercuerit officium aduocationis, tamen cum non propalauerit intentionem suam circa decisionem causę principalis, nec consilium suum dederit in causa principali, non potest nunc recusari suspectus, si assumatur in iudicem, vel reuisorem: & sic non est verū, quod isto modo per indirectum tollatur reuisio. Immo cum dominus Prothasius nunc efficiatur reuisor causæ principalis, obseruabit quæ legali iudici incumbunt. Ad secundum, quod non fuit in facultate partiū facere tale pactū;
5 quia † priuatorum consensus non tribuit iurisdictionem. *l. priuatorum. C. de iurisdi. omn. iudi.* & sic reuisor, qui debet esse superior eius, qui iudicauit: *vt per Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.* non potuit à partibus deputari: respondetur quod hic per pactum priuatorum non tribuitur iurisdictio, quæ est iuris publici, sed bene tribuitur notio, *vt l.*
6 *ait prætor. ff. de re iud.* quæ notio † per viam compromissi bene potest à partibus tribui: *secundum Paulum de Castro in d. l. priuatorum. C. de iurisdic. omn. iudi.* Ad tertium, quod pactum appositum in compromisso disponit, quod si dominus Isnardus de Petra peteret reuisionē, quod tunc iudex reuisionis esset præfatus D. Prothasius, si vero domina Philippina, tunc esset præstantissimus Doctor dominus Christophorus Albericius, sed hic euenit casus mixtus, qa vterque petijt reuisionem: ergo iste casus, qui fuit omissus, haberi debet pro omisso. *l. commodissime, cum vulg. ff. de lib. & posth.* & tanquam casus mixtus non debet comprehendi sub simplicibus, cum simus in odiosis, scilicet in tollendo per indirectum reuisionem. *l. 2. in prin. ff. de verb. obl.* quia respondetur quod solum dominus Isnardus fuit ille qui appellauit, & sic vnica tantum appellatio interuenit. Nam pro parte dominæ Philippinæ non fuit introducta aliqua appellatio, sed ipsa, seu agentes pro ea inhærent appellā-
7 tioni interpositæ per D. Isnardum † quæ efficitur cōmunis: vt notatur *in l. fi. C quando prouoca. non est necess. & in l. ampliorem. vbi Bal. C. de appel.* Vnde aliud est appellare, aliud est appellationi alterius inhærere: *per ea quæ notat Bald. in authen. hodie in vltim. colum. C. de appellatio.*

Preterea etiam posito, sine veri præiudicio, quod domina Philippina postea secundo loco appellasset, certe prima appellatio domini Isnardi debet attendi, secundum quam erit iudex præfatus dominus Porthasius, non autem debet attendi secunda, cum
8 † verba pacti debeant intelligi de prima appellatione, & non de secunda; *per regulam l. boues. §. hoc sermone ff. de verborum significatione, & l. dotis promissio. in principio. ff. de iure do. & capitulo, non potest. §. primo, & capitulo, mandato. & capitulo, si clericus. in principio. de præbend. in sexto. plene traditur per Modernos in l. diuortio. §. quod si in anno. ff. soluto matrimonio.* Item non est verum, quod ista dicatur materia odiosa, cum processerit ad euitandas lites, quas probi viri solent execrari: *vt est text. notabilis in l. item si res. §. fi. ff. de alie. iudi. mutan. caus. fac. & in simili notat. D. Alex. in d. l. 2. in princ. in 2. fallen. ff. de verb. obli.* Item non est verum, quod dicatur odiosa ex eo, quod per indirectum auferat reuisionem, quia imo, vt dixi supra in primo fundamento, neque directo, neque per indirectum aufert reuisionem, imo constituit reuisorem, vt ibi plenius fuit dictum. Ad quartum, quod à pacto cōpromissi videatur esse recessum per aliud compromissum factum in duos, & sic censetur esse nouatū: *iuxta notata in l. 1. C. de iudi.* Respondetur, quod secundum compromissum non fuit factū super causa principali, sed solum super quadam liquidatione: Ergo non potest dici recessum à primo cōpromisso. Nec † nouatio debet hodie præsumi, nisi expresse
9 fuerit actum. *l. fin. C. de noua. & §. præterea. insti. quibus mod. tol. obliga.* & tanto minus cum illud secundum compromissum non habuerit adhuc effectum: *vt notat Bald. in l. si diuersa. circa med. C. de transac. d. Alex. in consil. 22. primi volum incipiente viso instrumento syndicatus. in 1. col. D. Abb. in cap. constitutus. de transac. Facit, quod vult glo. notabilis in c. significantibus. in glo fi. & ibi doct. de officio delegati.*

CONSILIVM CXXXVI.

THEMA.

PRÆSVPPONITVR in facto, quod de anno 1430. die octaua Aprilis spectabiles viri domini Ioannes & Antonius fratres de Frichigdonibus condomini Castellenghi, suis proprijs & coniunctorijs nominibus dominorum Iacobi & Simonis fratrum suorum fuerunt inuestiti ab Illustrissimo do. domino Amadæo tunc Duce Sabaudiæ pro decem partibus cum dimidia castri & ville Castellenghi, & suorum confinium, cum alijs territorijs ibi nominatis, cum mero, & misto imperio, & omnimoda iurisdictione, & fuerunt inuestiti in feudum ligium pro se ipsis dominis Ioanne & Antonio, & etiam pro dominis Iacobo & Simone eorum fratribus, licet absentibus, & pro eorum liberis & hæredibus masculis ex legitimis matrimoniis recta via descendentibus recognoscentes in feudum nobile, ligium, antiquum, auitum, & paternum. Deinde de anno 1441. die 22. Ianuarii præfatus D. Simon de Frichignonibus condominus Castellenghi suo proprio & procuratorio nomine

mine præfati domini Iacobi de Frichignonibus eius fratris & condomini Castellenghi fuit inuestitus ab Illustrissimo do. domino Ludouico Duce Sabaudiæ pro dictis decem partibus cũ dimidia supra proxime relatis, recognoscens in feudum nobile, ligiũ, antiquum paternum, & auitum. Successiue decessit dominus Simon relicto d. Io. Petro eius vnico filio legitimo & naturali. Postea decessit dictus dominus Iacobus sine liberis masculis, relicta vnica filia fœmina. Tãdem mortuus est præfatus D. Io. Petrus, relictis duobus filijs, scilicet dominis Io. Gaspardo, & Ioann. Thoma, qui sunt eius hæredes, non simpliciter scilicet cum beneficio inuentarij. Dubium vertitur de parte feudi spectante dom. Iaco. qui decessit sine liberis masculis, an deuoluta sit ad dominum directum, an vero accrescat do. Io. Petro eius fratri, & successiue eius filijs superstitibus.

SVMMARIA.

1 *Feudum illud est nouum, quod non prouenit à linea ex successione progenitorum.*
2 *Frater quando non succedat in feudo alteri patri.*
3 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus, quid in feudo nu. 22.*
4 *Feuda noua non debent ire per saltus.*
5 *Filij masculi succedentes in feudo paterno veniunt per quasi mortis capionem.*
6 *Feudum non immutant illa verba*, tanquam antiquum, & auitum.
7 *Natura rerum non potest mutari per cautelam verborum.*
8 *Agnati transuersales succedunt, quando re vera feudum est antiquum, & paternum, secus quando est nouum. num. 6.*
10 *Feudum nouiter concessum potest assumere qualitates antiqui feudi 13. 14. 19.*
11 *Inuestituræ tenor ante omnia inspiciendus.*
12 *Feudi à natura propter conuentionem & pactum receditur.*
15 *Prælatis ecclesiarum est prohibitum à iure res ecclesiæ concedi de nouo in feudum.*
16 *Princeps potest alterare naturam feudi.*
17 *Glo. & doct. quando vnum tenent pluribus vicibus, illud est tenendum, quamuis alibi in vno loco contrarium tenent.*
18 *Contrariorum quando eadem debet esse disciplina.*
20 *Recognitio proprie cadit in feudis.*
21 *Dominus & vasallus sunt correlatiua.*
23 *Sententiæ videtur standum præsertim propter eius antiquitatem.*
24 *Transactioni directi domini videtur standum.*
25 *Ratum habere factum illius quis cogitur, cuius est hæres.*
26 *Inuentarium liberat hæredem, ne teneatur ad ea quæ fecit testator.*
27 *Filijs fam. existentibus in patris potestate non currit præscriptio aliqua.*

IN præsenti consultatione dubium facere videtur; quia istud videtur esse nouum feudum, ex quo est de nouo acquisitum, & cœpit exordium in persona ipsorum fratrum de Frichignonibus primo loco inuestitorum, & non habuit initium in persona eorum patris, vel aui, & sic non habuit principium ab aliquo ex antecessoribus, seu progenitoribus, qui fuerit communis stipes eorum: *vt c. 1. quot testes sint necessarij ad probandum inuestituram, declarat Bal. in præludijs feudorum, in 3. & 5. diuisione. & in §. hoc quoque. de succes. feu. & in c. 1. §. 1. per illum tex.* Vbi dicit melius quam alibi probari de gradibus succedentium in feudo. *& idem Bald. in l. 1. in 5. quæst. ff. de rer. diui.* vbi dicit, † quod illud est 1
feudum nouum, quod non prouenit à linea vel successione progenitorum. & idem Bal. *in auth. defuncto C. ad Tertul. D. Alex. in cons. 30. primi volum. incip. quoniam omne datum optimum. in 3. col. & sequenti, quod est errore duplicatum in secundo consilio, quinti volum. Idem tenet D. Franc. de Are. in consil. pen. incip. magnifici & excelsi domini & est gloss. 25. quæst. 2. in cap. quacunque super verb. nouum.* Clarum est autem, quod † in feudo nouo, quod ha- 2
buit initium ab ipsis fratribus, frater non succedit alteri fratri sine liberis defuncto, etiam si ambo simul fuerint inuestiti, & multominus nepotes ex alio fratre, nec alij agnati transuersales. Ita est tex. *in c. 1. §. fi. de succes. feud. & in c. 1. & ibi gl. & Bal. de beneficio fratris & in c. 1. §. cum vero Corradus. qui feu. da. pos. & in c. 1. §. his vero. de gradi. succeden. in feu. & in c. 1. de fratribus de no. benefi. inuesti.* nisi in inuestitura fuerit expresse, vel nominatim dictum, quod frater fratri succedat: *vt dicit tex. in d. c. 1. § fi. in verb. expressim. de succes. feu. & in d. cap. 1 §. cum vero Corradus. in vers. nominatim. & in capitulo 1. in fi. de duobus fratribus à cap. inuesti. & in c. 2. de feud. mar. & in cap. 1. de duobus fratribus de nouo benefi. inuesti.* Fratres enim acceptantes feudum pro se & hæredibus suis, videntur prospexisse sibi & suis descendentibus non autem fratri, neque filijs fratris, neque transuersalibus agnatis: *vt est tex. notabilis in cap. 1. de duobus fratribus à capi. inuestit.* Ideo si vnus eorum decedat sine hærede legitimo, pars sua reuertitur ad dominũ feudi. *cap. 1. §. sin autem. de his qui feud. da. pos. & cap. 1. de conten. inter me & domi. de portio. feu. fratris mei. secundum Bal. in l. fi. in 2. col. C. de suis & legi. & in l. cum acutissimi. in 1. col. C. de fideicom.* Item si coniunctim datum sit feudum duobus fratribus, non accrescit de vno in alterum, nisi specialiter, vel expressim contineatur in verbis inuestituræ: *secundum Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus in 1. & in 4. columna qui. feud. dar. poss.* Nam
† in contractibus non habet locum ius accrescen- 3
di. *l. si mihi & Titio. vbi Bar. & alij. ff. de verborum obligat.* Alibi dicit Bald. *in c. 1. §. filia. de succes. feud.* esse notandum, quod vna inuestitura non parit ius accrescẽdi & est ratio secundum eum; quia ius accrescendi non est de mera natura contractuũ, cum habeat procedere per interpretationem extensiuam, & per iuris fictionem: *vt notat gl. in l. Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2.*

Item † feuda noua non debent ire per saltus, ideo 4
in eis agnati transuersales non admittuntur: *secundum Ang. in consilio 110. incipiente, sanctissima & Illustrissima Regina in 5. columna.* Secus quando esset feudum antiquum, vel auitum, tũc ex natura principij

& stipitis fundatur antiquum feudū, veluti in radice portāte tale feudum ad posteros, sicut fons ad riuulos: *secundum Ange. ibi & Bald. in d. c. 1. §. & quia vidimus. & in c. 1. in vlt. colum. de gra. succe. in feu. Alibi dicunt Bald. & latius Iaco. Alua. in cap. 1. de eo qui sibi & hære. suis mascu.* quod non curamus quo tramite feudum descendat, sed quod sit eius principium, & prima radix, & fundamentum; quia in feudis semper respicimus primum stipitem, & primum consensum
5 domini, vt ibidem latius per eos. Nam † filij masculi succedentes in feudo paterno veniunt per quā dam mortis capionem: *secundum Bart. & Moder. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obli.* Et facit, quod in pulchra quæstione notat Bal. *in c. 1. §. fin. circa fi. & ibi Iaco. Aluaro. & alij. de succes. feud.* Nec prędictis haberet obstare, si diceretur, quod prædicta procederent, quādo feudum esset simpliciter nouum, sed cum in prędictis inuestituris istud feudum sit recognitum in feudum nobile, ligium, antiquum, auitum, & paternum: certe per talia verba videretur, quod agnati transuersales admitti debeant, sicut si feudum esset antiquum, vel paternum. *ca. 1. §. his vero. de gradi. succe. in feud. & ita tenet Bal. in c. 1. de alie. feu. pat. & Iaco. Alua. in c. 1. de vasal. decrep. æta.* Quia ad hoc potest dupliciter responderi.

6 Primo, quod quando † feudum re vera est nouū, licet in inuestitura adijciantur illa verba, tanquam antiquum & auitum, talia verba rei veritatem non immutant. *Ita tenet Oldr. Lauden. in consilio 178. incip. factum tale est, quidam nobilis. motu arg l. & si forte. ff. de Castrensi pecu. & eorum quæ notantur in l. si donatione. C. de collā. Et eum formaliter refert & sequitur Alberi. de Ro. sat. in dictionario suo in verb. nouum. & ibi in fin. subdit, quod ita fuit determinatum. Idem tenet Paul. de Cast. in consi. 156. incipien. Quia istud feudum pertineat ad filias.* vbi cōcludit, quod si aliqui fuerint nouiter inuestiti de feudo pro se & hæredibus suis, adiectis illis verbis, scilicet *tanquam de feudo veteri & antiquo*, quod illa verba non operantur, quod succedant illi agnati, qui alias non succederent in feudo nouo, sed solum in antiquo, & probat Paul. de Cast. quia dictus vasallus recipiens non potuit acquirere nisi pro se & hæredib. suis, imo si expressam mentionem fecisset de agnatis, haberentur pro non adiectis illi, ad quos feudum de sui natura non transibat. allegat *l. si mihi & Titio ff. de verborum obligat.* nisi nomine illorū recepisset tanquam eorum procurator, vel negotiorū gestor, & sequuta esset hoc vltimo casu ratihabitio. *l. si ego. & l. penult. cum ibi notatis. ff. de nego. gest.* Idem videtur sequi dom. Alexan. *in consil. 10. tertij volum. incipiente. ponderatis his, quæ in themate narrantur. in 2. colum. & in 3.* Pro ista opinione bene facit illud, quod notabiliter dicit Bald. *in cap. licet de euitanda. post princ. de electio.* Vbi dicit,
7 quod † non potest per cautelam verborum natura rerum immutari. Ad idem bene facit, quia contrariorum eadem debet esse disciplina. *l. 1. cum vulgarib. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Et non solum eadem disciplina, sed etiam eadem potentia, *vt notat Bal. in l. ab emptione. per illum tex. ff. de pact.* Item contrariorum vnum & idem est statutum: *vt notat Bald. in c. cum venisset. in vltima colu. de iudicijs.* Sed in casu econtrario videmus, quod si feudum re vera sit paternum, & antiquum, per nouam inuestituram non efficitur nouum feudum, nec assumit qualitates noui feudi, imo durat antiquum, & paternum, prout erat: *vt est textus in cap. 1. & ibi Bald. & alij ad hoc notant, de vasal. decre. æta. & textus in ca. 1. & ibi Iaco. Aluaro. ad hoc notat in titul. an agna. vel fil. & tex. in cap. 1. de eo qui finem fe. agna. gloss. in cap. quæcunque 25. quæstione 2. Bald. in l. 1. in 15. quæstio. ff. de rerum diuisio. & in cap. 1. in 1. colum. de eo. qui sibi & hæredi. mascu.* Ita si feudum vere sit nouū, propter illa verba, quod cēseatur iure antiqui feudi, nō ideo debet immutare naturam noui feudi, & assumere naturam antiqui. Secundo principaliter potest responderi, quod prædicta verba possent hoc operari, quando fuissent prolata per principem concedētem feudum, seu inuestientem, sed in casu præsenti talia verba fuerunt prolata per ipsos fratres de Frichignonibus inuestitos, profitentes & recognoscentes se tenere in feudum nobile, antiquum, auitum, & paternum, vnde nō videtur standum soli assertioni ipsius inuestiti, & sic vnius partis. *l. 1. §. conuentionis verbum. ff. de pactis.* Sed præmissis non obstantibus contrariam opinionem arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod ad partē feudi spectantem domino Iacobo prædefuncto sine liberis masculis admitti debeat de iure dominus Io. Petrus eius frater, qui post eam superuixit, & nunc eius filij superuiuentes, scilicet domini Io. Gaspardus, & Ioan. Thomas nepotes ex fratre, & sic agnati transuersales, exclusa ducali camera. Ad ita tenendum moueor ex infrascriptis fundamentis, ex quib. apparebunt claræ responsiones ad ea, quæ superius in oppositum adducta fuerūt. Vnde pro habēda veritate prędictis causæ considerandi sunt in ista materia tres casus. Primus est, quando † feudum re ve- 8
ra est antiquum, seu paternum, in tali feudo etiam agnati transuersales succedunt, excluso directo domino. & iste primus casus est indubitatus: *quia text. est in c. 1. §. his vero. de grad. suc. in feud.* Secundus casus 9
est, quando † feudum est nouum simpliciter & absolute, in tali feudo nouo non succedunt agnati transuersales, nisi istud nominatim & expresse fuisset dictum in inuestitura: *vt est tex. in c. 1. §. fi. de succes. feu. cum aliis multis iuribus concordantibus allegatis supra in prin. & iste secundus casus etiam est indubitatus.* Tertius casus est, quando feudum licet sit de nouo, acquisitum, tamen non est simpliciter & absolute nouum, sed cum illa qualitate vt habeat naturam antiqui, & auiti, & paterni feudi. Et iste est proprie casus noster, in quo proprie consistit præsens dubitatio, nunquid agnati transuersales admitti debeant propter illam qualitatem feudi antiqui, auiti, & paterni prout de iure admitterentur, si re vera esset antiquū vel paternum, an vero tale feudum reuerti debeat ad ducalem cameram, attento quod re vera est nouum, & in feudo nouo agnati transuersales non admittuntur. Et in isto tertio casu, qui proprie & directe attingit causam nostram, teneo, quod isti agnati transuersales de iure admittantur, & excludant ducalem cameram.

Moueor in primis: quia licet in feudo, quod est simpliciter & absolute nouum, non succedant agnati transuersales, eo quia ista est natura feudi noui, vt in multis iuribus supra in oppositum adductis, tamen secus est, quādo per verba appositā in inuestitura alterata est natura ipsius feudi noui, & assumpta natura feudi antiq., & paterni: qa feudū no- 10
uiter

uiter concessum potest assumere qualitates antiqui feudi, & subrogari loco veteris, adeo quod subrogatum assumat in virtute subrogationis sibi pristinam qualitatem: vt declarat Bald. *in c.1. de vasal. decre. æta.* interueniente consensu contrahentium, & beneficio, ac ordinatione principis concedentis: quia secundum eius ordinationem succeditur in feudo. *c.1. de benefi. fra. & c.1. qualiter frater fratri in feud. succed. ibi,* nisi per inuestituram à domino ordinatũ fuerit. *quem tex. ibi ad hoc notat Bal. & reputat mirabilem. Idem est tex. in c.1. in fine, de succes. feud.* Et sic princeps potuit attribuere feudo nouiter concesso omnes qualitates antiqui, sicut econtra potest per pactum fieri, quod feudum antiquum efficiatur nouum: *vt probat tex. in c.1. in fi. de eo qui finem fecit agna. gl. Bal. Iaco. Alua. & alij in c.1. in tit. imperator Lotharius Eugenio Papæ. arguendo à contrarijs. l. & si contra. cum similibus. ff. de vulg. & pup.* Item ista est vna maxima in feudis, quod
11 † ante omnia inspiciẽdus est tenor inuestituræ, quia derogat omni iuri & omni naturæ feudali. *vt est tex. in c.1. in verb. propter tenorẽ inuestituræ. de duob. fra. à ca. in uesti. & ibi Bal. notat, & dicit esse egregium text.* quod tenor inuestituræ derogat omni feudorum naturæ, quod est tenendum menti secundum eum, & idem notat Bal. *in l. vnica. §. sed & si quis. 2. C. de latin. liber. toll. & idem Bal. in prælud. feud. in 4. charta. & in quarta diuisione feudorum.* Vbi dicit, quod ad tenorem inuestituræ semper est recurrendum: quia vim contractus ostendit: *per d.c. primũ, de duob. frat. à cap. inuestit. & per c. si cui. de quibusdam aliis ca. extraor.* vbi dicit tex. sermonem tamẽ inuestituræ, necnon vim verborum, & sensum contrahentium intuentes, quem refert & sequitur. D. Marti. Laud. *in c. 1. in princ. in 1. col. qui feud. da. poss.* & per hoc dicit, ꝙ ista est vna maxima in feudis, quod primo & ante omnia inspiciendus est tenor inuestituræ: quia derogat omni iuri feudali. Et idem dicit Io. de Ana. *in cons. 7. incip. visis & ponderatis. in 3. col. & in cons. 37. incip. viso puncto. & in cons. 84. incip. videndum est de virtute renouationis. in 1. col.* Item forma inuestituræ est præcisa, à cuius tenore non est recedendum: secundum Bald. *in cap. 1. §. denique. in 1. columna quæ fuit prima cauſ. benef. amit. allegat ad hoc text. in d. cap. 1. de duob. fra. à ca. inuesti.* Item à tenore inuestituræ recedere non possumus, ideo regnum Apuliæ secundum tenorem inuestituræ defertur: secundum Bal. *in l. ex hoc iure. in 6. q. ff. de iusti. & iure. Alibi Bal. in l. quoties in 2. col. C. de suis & legi.* dicit, quod in feudis regula generalis traditur, sermonem inuestituræ, necnon vim & sensum verborum esse intuendum: & quod in feudis qualitas verborum inspicitur: quia verba contractus sunt forma contractus, & forma dat esse rei. *l. Iulianus. §. quantum.*
12 *ff. ad exhiben.* Item † à natura seu subsistentia feudi propter conuentionem & pacta receditur: *secundum Bald. in c.1. in 1. columna de feudo non haben. propri. natu. feud. Pet. de Ancha. in consilio 170. incip. casus talis est, quidam dominus Richobinus.* Item tenor inuestituræ est potentior omni natura tacita feudorum, & talis tenor inuestituræ non est restringendus, sed indefinite interpretandus, sicut verba sonant: *secundum Bald. in cons. 119. primi volu. inci. considerandum est, quia quando emphyteusis per tex. in d. cap. 1. de duob. fra. à cap. inuest. Alibi dicit Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus. in 6. columna in versiculo deinde dicitur hic quod per pactum. in titulo qui feud. da. poss.* quod pactum trahit feudum extra naturales terminos feudi ad terminos pacti Alibi tenet Oldr Laud. *in cons. 234. incip. factum tale est, quidam miles &c.* quod in feudis admittuntur pacta extranea, & naturæ feudi regulariter non insita, vt in iuribus ibi per eum allegatis. Cum ergo in isto feudo nouiter acquisito ab illustrissimo do. domino Duce Sabaudiæ per istos fratres de Frichignonibus sint in inuestitura feudali adiectæ qualitates, feudi antiqui, auiti & paterni: Ergo attendere debemus illum tenorem inuestituræ, & eum præcise sequi, & indefinite interpretari, quia derogat omni naturæ feudorum: & secundum illum tenorem inuestituræ, secundum quem est alterata natura feudi noui, dicendum est, & concludendum est, quod agnati transuersales de iure admitti debeant exclusa ducali camera, & sic excluso directo domino ipsius feudi. Secundo specialius & propius ad casum nostrum moueor. Nam verà & magis communis conclusio est, quod quando † 13
feudum re vera est nouum, tamen in inuestitura feudali redigitur ad qualitatem & instar feudi antiqui, & auiti, tunc tale feudum censetur esse antiquum, & de eo iudicatur prout de feudo antiquo, & paterno, & consequenter in eo admittuntur etiam agnati transuersales, qui admitterentur in feudo quod re vera esset antiquum, & paternum; quia possunt contrahentes per eorum consensum dare formam contractui, & sic feudo, quod in veritate est nouum, vt assumat speciem & figuram antiqui: *vt l. in conuentionalibus. ff. de verbor. oblig. & capitulo primo de feud. non hab propri. natu. feud.* contractus enim ex conuentione partium legem & formam accipiunt. *l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi. & in regul. contractus. de regulis iuris in sexto.* Et ita in specie tenet Iaco. Ardizo Veronen. in summa feudorum, in titu. nouum & non paternum. sub rubricella prima. Idem expresse tenet Bald. *in capitulo primo in 1. colum. de alie. feud. pater.* vbi tenet, quod si rex †concedit mi- 14
hi castrum nomine & iure antiqui feudi possidendum, quod licet sit nouum feudum, tamen assumit qualitates feudi paterni, *arg. l. quicunque desertum. C. de omni agro deser. libro 11.* Et sic poterit alienari in proximiores agnatos. quod est notandum secundum eum, & sequuntur ibidem do. Mart. Laud. & dominus Card. Alex. & alij Moderni ibi. Idem tenet Bald. *in c.1. an agna. vel filij Iaco. Alua. & Cardi. Alexand. in cap. 1. de vasal. decre. æta. & in cap. 1. §. 1. de gradi. succes. in feud. And. de Iser. in c.1. in pen colu. in vers. sed si rex. de controuers. feud. apud pares termi. & in c.1. §. fin. in 5. colum. de capi. qui curi. vendi. dominus Alexand. in consil. 30. primi volu. incipi. quoniam omne datum optimum. in 3. colum. quod est errore duplicatum in consi. 2. quinti volum. & idem dom. Alexan. in consil. 55. quarti volum. incip. prospectis his, quæ in themate narrantur. in 14. colum. circa fi. & in cons. 1. quinti volu. incip. ponderatis his, quæ in themate præmisso narrantur. in 9. colum. & sequenti. & in consil. 29. quinti vol. incip. perspectis consideratisque his omnibus. in vltim. colum. in princip. Idem etiam sequitur Cardi. Alexan. in prælud. feu. in 6. diuisione. & Io. Petr. de Ferra. in practica sua Papien. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verb. nec superstitibus ex eo liberis masculis. Idem multum diffuse tenuit dom. Franc. de Curte in consil. 49. incip. memoriæ recolendæ Ducis Mediolani tertius. & ita consuluit collegium Bononien-

se, cuius consiliũ est insertũ inter consilia domini Francisci de Curte, in consil. 50. incip. præsens consultatio consistit principaliter in quatuor. in primo dubio. Et ista est magis communis opinio, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum: *vt tradunt Bar. & alij in l. fi. C. de pœna iud. qui ma. iud.* Pro ista opinione bene facit, ꝙ dicit idem Bal. *in c. 1. §. hoc quoq; in vltimis verbis. de succes. feud.* vbi dicit, quod in feudis solent apponi hęc verba, *scilicet feudum paternum & antiquũ*, vt omnes cessent dubitationes, quod est tenendũ menti *secundum eũ. & sequuntur Iaco. Alua. & Cardi. Alex. ibidem.* Eandem opinionem, si bene consideretur, etiam voluit idem Bald. *in prælu. feu. in 3. diuis. in versi. circa hoc dubitatur de tali quæstione.* Vbi tenet, ꝙ quando sumus inter personas prohibitas de nouo infeudare, vt est episcopus, vel prælatus ecclesiæ, quod talia verba, tanquã de feudo antiquo, vel paterno, non probant, quod feudũ sit antiquũ, nec talia verba inducunt feudum esse antiquum, aut assumere qualitatem feudi antiqui; eo quia cũ tales personæ ecclesiasticæ non possent libere disponere super feudo nouo: ergo talia verba videntur apposita in fraudem legis. *l. qui testamentũ. ff. de proba. & sic non probant, nec disponunt. l. si forte vbi Bar. ff. de Castr. pecu. notatur in l. si donatione. C. de coll.*

15 Nam † prælatis ecclesiarum est prohibitũ à iure res ecclesiæ de nouo concedere in feudum, sed si antiquitus sunt feudales, & sic solitæ concedi in feudũ, tunc prælatus potest concedere: *vt est tex. de vtroq; in c. 2. de feu.* Ergo assertio prelati inuestientis tanquam de feudo veteri vel antiquo præsumitur fraudulenta. *l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3.* Secus est secundum Bal. quando esset in potestate enunciatis nouum factum formare, quia tunc per talia verba nouum substantiaretur negotium. *l. Lucius. §. quisquis ff. de lega. 2. & l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 3. & l. ex hac scriptura. ff. de dona. facit l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu.* Ergo vult Bald. quod rex vel princeps, qui potest libere concedere feudũ, si in concessione noui feudi apponat illa verba; iure antiqui & paterni feudi, certe per talia verba feudum substantiaretur secundum formam antiqui feudi, & assumeret qualitates, ac si vere esset antiquum. & illam decisionem Bald. sequitur do. Marti. Lau. *in c. 1. in prin. in 7. col. in versiculo, tertia diuisio. qui feud. da. pos. Idem tenet Io. de Imol. referens Card. Floren. ita consuluisse, in c. 2. in antepe col. de feu.* Etidem in prælato ecclesiæ, qui non potest libere disponere: quod illa verba, *tanquam de feudo veteri & antiquo*, non operẽtur, quod assumat qualitates feudi antiqui, tenuit etiam do. Alex. *in cons. 10. tertij volu. quod incipit, Ponderatis his quæ in themate narrantur* Cõ-

16 firmatur ista differentia alio simili. Nam † princeps potest alterare naturam feudi, & facere vt sit transitorium in fœminas. *c. 1. §. filia. de succes. feud. & c. 1. §. ad filias. de gradi. succe. in feud. & c. 1. de duobus fratribus à capita. inuesti.* & tamen prælatus ecclesiæ istud facere non posset: prout concludit Iaco. Alua. post Iaco. de Belui. *in c. 1. in princ. in vlti. col. qui feud. dar. poss. Ioann. de Imol. in cap. 2. in pe. col. de feud.* Tenendo istam partem, quæ est magis communis, quod quando feudum nouiter acquisitum per verba appositа in inuestitura feudali redigitur ad qualitatem feudi antiqui vel auiti, idem iudicatur, quod de feudo antiquo, vt in eo succedant agnati transuersales exclusa ducali camera, non obstãt ea, quæ superius in oppositum adducebantur, videlicet authoritas Oldra. Lauden. *in prælegato consilio 178. & Pau. de Cast. in prælegato consilio 156. & dom. Alexand. in prælegato consilio 10. tertij volu.* quia, vt dixi, in contrarium est magis communis opinio Doc. quos superius retuli, vnde ab ea non est in iudicando recedendum, vt etiam superius dixi. Item Oldra. Lauden. mouetur per *l. si forte. ff. de Castren. pecu. & per notata in l. si donatione. C. de colla.* & illa iura loquuntur in personis, quæ non possunt libere actum facere, in quibus talia verba nihil operantur, vt supra proxime dixi. Secus ergo est in casu nostro in principe, qui potest in bonis feudalibus libere disponere pro libito volũtatis: Ergo si in inuestitura feudali consentiat, quod feudum sortiatur naturam antiqui feudi, certe talẽ naturam consequetur. Item Paul. de Castr. *in dicto consi. 56.* principaliter fundatur ex eo; quia recipiens inuestituram feudi, non potuit acquirere nisi sibi & hæredibus suis. Vnde etiã si expressam mentionem fecisset de agnatis, haberentur pro non adiectis, cum ad eos feudum sui natura non transeat. *l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligationibus.* Sed in casu nostro cessat tale fundamentum: quia in casu nostro non agitur de acquirendo partem feudi agnatis transuersalib. vigore alicuius stipulationis factæ per recipientẽ, sed ex eo quia princeps in inuestitura cõsensit, quod tale feudum haberet naturã feudi antiqui, & paterni, vt superius fuit dictum. Item posset fieri pactum cum domino directo, quod agnati in feudo nouo succedant, dicto cap. primo. §. *fin. de succes. feud. notatur in c. 1. de beneficio fratris. & in c. 1. de duob. fratribus de no. benefi. inuesti.* Non quoque est curandum de authoritate do. Alexand. *in prælegato cons. 10 tertij volum. quia ipse dom. Alexand. in quatuor alijs consilijs superius relatis tenuit oppositum, & sequutus est cõmunem opinionem.* Vnde † quandogl. vel doctor in tribus 17
aut quatuor locis vnum tenet, illud est sequendum quamuis alibi in vno loco contrarium teneatur: *secundum Bal. in l. precibus. in 12. col. in fi. C. de impub. & alijs substi.*

Non obstat, dum dicebatur, quod contrariorum eadem debet esse disciplina, sed quando feudum re vera est antiquum, & paternum, licet de nouo inuestiatur, nõ propterea desinit esse antiquum, nec per hoc efficitur nouum, ita econtra, quando feudum vere est nouum, propter illa verba, *iure antiqui, vel auiti feudi*, non debet mutare naturam noui feudi, & assumere qualitates antiqui: quia respõdetur, quod † contrariorum eadem debet esse disciplina, illud 18
procedit vbi eadem est ratio, secus vbi est diuersa, vel contraria ratio: *vt l. si quis negotia. ff. de nego. gestis. gloss. in clemen. fina. de appellatio. Barto. in l. inter stipulantem. § sacram ff. de verborum obligationibus. & in l. in fundo. in prima colum. ff. de rei vendica. Bal. in l. si præses desertam. C. quomodo & quando iudex. dominus Alex. in l. necessariis. in primo notabili. ff. de acquirenda hæreditate.* Sed in casu præsenti subest diuersa ratio inter vnum casum & alium: Ergo &c. Nam quando est antiquum feudum, dato quod inuestiatur de nouo, tamen remanet antiquum, ne fiat præiudicium alijs agnatis non consentientibus, quibus erat ius acquisitum ex prima inuestitura beneficio domini. Sed quando in concessione noui feudi fit inuestitura, in qua redigitur in antiquum & paternum feudum,

tunc

tunc bene assumit qualitates antiqui feudi; eo quia respicit præiudicium solius principis de nouo sic in feudantis, & non inducit aliquod præiudicium agnatis, immo affert eis maximam vtilitatem; quia agnati transuersales propter talia verba admittuntur ad tale feudum, qui alias non fuissent admissi: & sic isti casus contrarij sunt longe dissimiles, & diuersam rationem præiudicij habentes: ergo non potest in eis esse eadem iuris disciplina. Non obstat aliud,
19 dum dicebatur † quod prædicta magis conclusio, quam superius firmaui, procederet, quãdo illa verba, quod feudũ habeat naturam antiqui & auiti, fuissent prolata ab ipso principe inuestiẽte, sed in casu præsenti talia verba fuerũt prolata per ipsos fratres de Frichignonibus inuestitos, & recognoscentes in feudum antiquũ, & auitum, & paternum: Vnde soli eorum assertioni non videtur standum: quia respondetur, quod cum sit vnum & idem instrumẽtum de voluntate ambarum partium confectũ, prẽsente, audiente, & intelligente ipso principe inuestiente, & in fine ipsius instrumenti dicatur, de quibus omnibus & singulis dictæ partes per me notarium & secretarium infra scriptum sibi fieri rogauerunt instrumentum, certe ista etiam in effectu censentur esse verba principis inuestiẽtis: quia recognosci dicitur illud in feudis, de quo quis est inuestitus. Nam
20 † recogniti ꝓprie cadit in feudis: *secundũ Host. Io. Andr. & do. Ant. de But. in c. relatũ. de iure patro.* & ex quo recognitio feudi fit vt de antiquo, auito, & paterno coram ipso principe, princeps censetur illud cum illa qualitate confirmare. *l. prima. §. inter filium cum gl. ff.*
21 *de falsis.* Item † dominus & vasallus sunt correlatiua, sed natura correlatiuorum est, vt quicquid dicitur in vno intelligatur dictum in alio, etiam si essemus in materia correctoria, vel etiam in materia pœnali: *vt l. fin. & ibi Bartol. & doct. C. de indi. vidui. tol. & lege fin. & ibi Bartol. ff. de acceptil. & l. vnica. & ibi Bartol. C. de cupres. ex luco Daph. non cæd. libro decimo, cum similibus.* Ergo illud, quod in inuestitura feudali fuit dictum de vasallo recognoscente in feudum antiquum, auitum, & paternum, intelligitur etiam dictum in domino sic inuestiente ex natura correlationis.

Item ista recognitio in feudum antiquum, auitũ, & paternum, fuit geminate facta in duabus diuersis inuestituris, scilicet in vna de anno 1430. & alia in anno 1441. Vnde talis geminatio multum debet operari, & maiorem effectum inducere, quã si esset vnica recognitio. *l. vnica. in verb. secundis confessionibus. C. de plus peti. gl. in l. in contractibus. post principium. in verb. penitus. C. de non nume. pecu. & quod geminatio actus multum operetur, facit tex. in l. Balista. ff. ad Trebell. & in l. mulier 2. C. ad Velleianum. & quod notat Bart. in l. cum scimus. in fi. C. de agrico. & cens. lib. 11. cano. in cap. si cautio. de fide instrumen.*

Item non est curandũ de formalitate verborum, an in inuestitura feudali dicatur, *recognoscentes in feudum antiquum*, an vero dicatur, *inuestientes in feudum antiquum*, & ad hoc adduco, quod ad terminos nostros tenet do. Card. *in prælud. feu. in sexta diuisio. ad finem*, vbi dicit, quod in regibus, & in alijs principib., qui possunt sine solẽnitate dare feuda, credit, quod non sit differentia, si dicatur in inuestitura noua, iure antiqui feudi datur, vel si diceret, affirmatur, siue enunciatur antiquum feudum: quia quęcunq; verba super hoc apponantur, sufficiunt, vt feudũ assumat qualitatem antiqui feudi: *per dict. l. quicunque desertum. C. de omni agro deser. lib. 11. cum alijs ibi per eum allegatis.*

Et sic per ista omnia concludo, veram & magis communem conclusionem esse, quæ in iudicando venit amplectenda, quod per verba superius relata istud feudum, quamuis nouiter acquisitum per ipsos fratres de Frichignonibus, tamen sit redactum ad qualitates feudi antiqui, ita vt in parte domini Iacobi prædefuncti isti agnati transuersales de iure, admitti debeant, excluſa ducali camera. Tertio principali fundamento moueor, dato etiam sine veri prẽiudicio, quod istud feudum esset simpliciter nouum, quod per illa verba, *recognoscentes in feudum antiquum, auitum, & paternum*, apposita geminate in duabus inuestituris, feudum istud non assumeret qualitates antiqui feudi, cuius contrariũ est omnino verum, vt plene firmaui supra in præcedentibus fundamentis, tamẽ adhuc in ista parte feudi domini Iacobi prædefuncti sine liberis masculis admitterẽtur isti agnati trãsuersales, excluso directo domino. Nam † licet alias in feudo nouo concesso duo- 22
bus, vel pluribus fratribus, vno ex eis decedente sine liberis eius pars reuertatur ad dominum. *cap. 1. de duobus fratribus à capita. inuesti. cum alijs multis iuribus in princip. ad hoc allegatis*, tamen fallit in feudo concesso in eadem inuestitura duobus fratribus ab Imperatore, vel rege, aut alio principe, tunc inter eos habet locũ ius accrescendi excluso directo domino: *per tex. in l. prima. & ibi sentit Bart. C. de libe. impe. sociis. lib. decimo, facit tex. in c. 2. circa fin. de benefi. fra. & ita expresse tenet notabiliter Bal. in l. vnica. §. in primo. in penul. col. C. de cadu. tol. & Bal. in c. 1. de duobus fra. à ca. inuesti. Bal. Iaco. Aluaro. & dom. Cardi. Alex. in c. 1. de fratribus de nouo beneficio inuesti. Bald. in l. si qua mulier. C. ad Tertul. Idem tenet Bald. Rapha. Com. Paul. de Castr. & do. Alexan. in l. si mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. & ibi dicit Rapha. Com. quod ita alias de facto respondit interrogatus ex parte illustrissimæ dominationis Venetorum, & dicit ibidem Do. Alex. se ita illo anno consuluisse, subdens quod istud nunquam exeat mentem tuam, & ita consuluit. D. Alex. in cons. 30. primi volu. incip. Quoniam omne datum optimum. in 4. col. quod consilium est errore duplicatum in cons. 2. quinti volu. Idem tenet D. Alex. in cons. 24. quinti vol. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur in 3. col. Idem expresse tenet Ange. in l. vnica. post Cyn. ibi. C. quando non pet. par. Aret. in cons. penul. incipiente, magnifici & excelsi domini. in 4. col. & late D. Francis. de Curte in consil. 49. incipiente, Memoria recolendæ Dux Mediolani tertius. in 34. col. & sequenti.* Et ista videtur esse magis communis opinio, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, quamuis legendo & subtilizando aliquando contrariũ attentetur, vt auditorum ingenia acuantur, prout alias legendo dixi *in d. l. si mihi & Titio. & in repetitione mea l. reconiuncti. ff. de leg. 3.* item illustrissimus Dux Sabaudiæ, qui est Vicarius perpetuus imperij, potest in terris & locis suis omnia quę Imperator potest facere per totum orbem: *secundum Pau. de Cast. in cons. 227. incipiente, Super primo dubio videtur dicendum. in 3. col. Rapha. Com. in cons. 162. incipiente, Visa copia priuilegiorum, in vlt. col. post medium.*

Sed contra istos spectabiles fratres dominos Io.

Gaspardum, & Ioan. Thomam nunc agentes videretur obstare: quia si dom. Ioan Petrus eorum pater viueret, videretur excludendus à dicta parte feudi domini Iacobi prius mortui ex quadruplici capite: ergo similiter videtur, quod excludi debeant isti duo filii eius hæredes: *vt l. cum à matre. C. de rei vend. & l. venditrici. C. de rebus alien. non alien. & in l. 1. in princip. ff. de excep. rei vend. & l. successores. C. de solut. & l. quæ à patre geruntur. C. de resti. mil.*

Inprimis ergo videtur obstare sententia lata per magnificum ducale consilium iam annis 40. præteritis super portione domini Iacobi fratris sine filiis
23 masculis defuncti, † cui sententiæ videtur standum, præsertim propter eius antiquitatem: *iuxta nota. per Cynum & Baldum in l. emancipatione. C. de fide instrumen. & in l. cum aliquis. C. de iure deliber. per Innocent. & alios in capitu. Albericus. de testibus.* Secundo, quia eorum pater transegit cum aduersa parte super illa parte feudi domini Iacobi cum authoritate & consensu di-
24 recti domini, † cui transactioni videtur standum: *vt capitu. si vasallus. vbi gloss. Bald. & alij, si de feud. fuerit controuer. inter dom. & agnat.* Tertio, renuntiatio facta per eorum patrem cum remissione ac cessione iurium, & etiam cum iuramento per se & hæredes
25 suos: vnde † cogitur quis habere ratum factum illius, cuius est hæres, *l. ex qua persona. ff. de reg. iur. Bar. in l. Lucius. ff. solu. matri.*

Quarto, quia pater consensit partem aduersam inuestiri de illa parte feudi dom. Iacobi prius mortui: ergo iura sua perdidit: *vt c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt.* Sed breuiter respondetur, quod ista omnia non videntur obstare istis filiis domini Ioan. Petri defuncti: eo quia sunt res inter alios actæ, quæ non præiudicant istis fratribus, qui tunc temporis nondum erant in rerum natura, & cum quibus non fuit litigatum: *vt l. sæpe. cum similibus. ff. de re iudica. &*
26 *l. prima. & per totum. C. res inter alios act.* Item † isti filii adiuerunt hæreditatem patris cum beneficio inuentarii: ergo non tenentur ad ea, quæ fecit pater. *l. fin. §. & si præfatam. & §. in computatione. & ibi gloss. & Doct. C. de iure delibe.* quod procedit etiam, vbi de feudo agitur: *secundum Bal. in l. qui se patris. in 8. col. in princ. in vers. item quæritur si vasallus. C. vnde lib. And. de Isern. & Moder. in c. 1. §. hoc quoque. de succes. feud. & in c. 1. an agnat. vel fil.* Nam confectio inuentarii cõstituit hæredem in eo statu & gradu, in quo esset, si hereditatem non adiuisset. *d. §. in computatione. cum gloss.* & ibi dicit pulchre Baldus *in prima oppositione*, quod confectio inuentarii facit censeri hæreditatem esse iacentem, & ita etiam dicit Baldus *in l. debitori. circa principium. C. de pact.* Item renuntiatio patris non habet præiudicare filio, quando feudum est antiquum, vel habens naturam antiqui feudi, & filius adiuisset hæreditatem patris renuntiantis, confecto solenniter inuentario: *secundum Baldum in l. qui se patris. C. vnde lib. in 8. col. in princ. in vers. item quæritur si vasallus. Paul. de Castr. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. & est gl. notabilis in c. 1. §. hoc quoque. in verb. inuestire. & ibi late Bal. in 2. col. C. de succes. feud. D. Alexan. in cons. 13. quinti volu. incip. Perspectis his quæ in themate narrantur. in pen. col. & in cons. 19. quinti volum. quod incipit, super eo de quo quæritur, visis instrumentis. in 4. col.*

Vltimo, cõtra suprascriptos fratres de Frichignonibus nunc agentes obstare videtur: quia pars aduersa dictam partem feudi quondam præfati D. Iacobi possedit annis 30. & vltra: ergo eam præscripsit: *vt c. si quis per 30. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & cap. 1. §. porro. & ibi Iaco. Aluar. qualiter olim feud. poter. ali. gloss. in c. 1. §. præterea si inter. & ibi Iacob. de Belui. Bald. & alij, de probi. feu. ali. per Frid. & ca. fi. & ibi Bal. de feud. dat. in vicem leg. commiss.* præsertim cum habuerit iustum titulum, scilicet sententiæ, transactionis, & renuntiationis, quas fecit D. Io. Petrus pater istorum agentium. *l. ex causa transactionis. C. de vsucap. pro empt. gloss. in l. si pro fundo. & ibi Bar. & alij. C. de transact.* quia ad hoc respondetur, quod præfatus D. Ioan. Petrus habens istos filios in sua potestate superuixit longo tempore, & pauci anni sunt, quod est mortuus: vnde † filius famil. in potestate patris existentibus non 27
currit præscriptio aliqua, cum impediantur à iure agere propter patriam potestatem. Vnde filiofamilias non valenti agere non currit præscriptio, *l. 1. in fi. C. de anna. except. & l. 1. in in fi. & auth. nisi tricennale. C. de bon. mat. & l. quæcunque. §. fi. C. de bo. quæ lib. gl. 16. q. 3. in c. prima actione. & gl. in c. cum non liceat. de præscrip. Bal. in l. 1. in 21. oppositione. vbi rationem assignat. C. qui admitti.* Istud procedit etiam in feudis, quod nulla currat præscriptio, donec filii sunt in potestate patris: secundum Bal. *in consil. 215. secundæ partis, incipiente, proponitur, quod inuestituræ antiquæ. in penultima columna.* & istud intantum procedit, quod etiam si statutum vniuersaliter disponeret, quod omnibus currat præscriptio, quæ sua debita non exegerunt, infra 10. annos, adhuc non curreret præscriptio contra filiumfamilias; eo quia regula, quæ habet, quod impedito agere non currat præscriptio, est regula naturalis: quia vbi non est negligentia, ibi etiam non debet esse pœna: & ideo etiam habet locum in statutis. *ita notabiliter tenet Bald. in d. auth. nisi tricennale. circa princip. quem refert & sequitur Petrus de Anchar. in comment. cap. canonum statuta. de consti. in 12. quæst. in versicu. occurrunt aliæ quæstiones. imo fortius tenet D. Abb. in cap. ex transmissa. in penul. col. de præscript.* quod etiam præscriptio inchoata non currit contra filiosfamilias. de quo vltimo habetur per Bart. *in l. senatus. ff. de officio præsi.* Præterea isti fratres erant tunc minores, & adhuc sunt intra tempora petendæ restitutionis in integrum, vnde præscriptio eis in effectu non obesset, *l. sancimus. vbi gl. Bar. & alij. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. & l. non est incognitum. C. quib. non obst. long. temp. præscrip. & l. 1. ad fi. C. si quis igno. rem mino. em. iuncta l. sicut. §. 1. C. de præscri. 30. anno. & l. fi. C. de temp. in integ. resti. pet. & ca. 1. de resti. in integ. in 6.*

CONSILIVM CXXXVII.

THEMA.

IN causa & lite vertente coram supremo Parisiensi Senatu inter illustrem Comitem Cameræ, & eius vxorẽ illustrem Dom. Annam de Bolonia ex parte vna, & illustres domicillas Bolonias reas conuentas ex parte altera, punctus principalis huius controuersiæ consistere videtur in vna clausula

clausula instrumentaria, quæ reperitur sub vario & diuerso tenore in duob. instrumẽtis à diuersis notariis, eodem tamen loco & tempore cõfectis. In vno ꝓducto per actores formaliter dicitur: item magis cõuenerunt inter se dictæ partes, quod si acciderit dictum illustrem dom. Comitem Boloniæ & Aluernię decedere sine liberis masculis, siue eius liberos masculos sine liberis masculis descendentib. ex eisdem per lineam masculinam, quod in eisdem casibus, & quolibet ipsorum dicta domina Anna & sui descendentes eisdem succedent, & quibuscunque aliis parentibus, & proximioribus agnatis & cognatis, vna cum aliis filiabus dicti Comitis Boloniæ, siue earum descendentibus. In alio vero instrumento producto per illustres domicellas reas conuentas formaliter dicitur: item plus conuentum fuit inter dictas partes, quod si contingeret dictum Comitem Boloniæ decedere sine liberis masculis, & eius liberos masculos sine descendentib. & toties & quandocunq; continget deficere rectam lineam dictorum masculorum dicti Comitis Boloniæ, & suorum descendentium, quod in dictis casibus, & quolibet eorum præfata domina Anna & eius descendentes ei succedant, & cuicunque alii eorum parenti, & agnatis & cognatis simul cum aliis filiabus prædicti Comitis Boloniæ, siue earum descendentibus. Vnde cum in primo instrumento dicatur de descendentibus per lineam masculinam, in secundo vero instrumento dicitur simpliciter de descendẽtibus, hinc exista varietate extorta est præsens controuersia, cum mortuo illustri dom. Bertrando Comite Boloniæ & Aluerniæ: postea mortuus sit illustris Comes Ioannes eius filius legitimus & naturalis sine liberis masculis, relictis duntaxat duab. filiabus, contra quas præfata illustris domina Anna egit petendo relaxari ratam partem eidem spectantem in successione paterna. Item præsupponitur extare duas consuetudines scriptas patriæ Aluerniæ, vbi contractus matrimonii fuit celebratus, & quasi tota fortunarum facultas consistit. Per vnam disponitur, quod omnia pacta siue conuentiones appositę in contractu matrimonii valeant, & teneant, siue sint de succedendo, siue de non succedendo: & adeo valeant, vt per dicta pacta dicantur contrahentes saisiti realibus possessionibus. Per aliam consuetudinem scriptam dictæ patriæ Aluerniæ cauetur, quod filia à patre vxorata non potest venire ad successionem patris, matris, vel alterius collateralis, quandiu stat masculus, aut à masculo descendẽs, siue sit ille descendens masculus, vel fœmina. Quæritur, stantibus prædictis, quis iustius induit arma, & an dicti actores debeãt de iure eorum ratam partem obtinere in dicta hæreditate paterna?

SVMMARIA.

1 *Verba contrahentium simpliciter prolata debent intelligi & interpretari secundum dispositionem statuti & consuetudinis patriæ.*
2 *Testes, qui concordant cum iure communi & statutario præferuntur aliis, qui contrarium deponunt.*
3 *Possessionem quando duo probant, ille erit potior, cui ius assistit.*
4 *Probationes quando sunt pares, ille obtinet, qui habet aliquam pro se præsumptionem.*
5 *Argumentum est bonum de testibus ad instrumenta.*
6 *Notarius potest declarare verbum obscurum instrumenti.*
7 *Contrahentes loquendo simpliciter de descendentibus, quando intellexerint de masculis.*
8 *Fauorabiliores ad absoluendum esse debemus.*
9 *Dispositio statutaria loquens de fratre non comprehendit sororem.*
10 *Testator præsumitur habuisse maiorem affectionem ad iam natos.*
11 *Notarius quando dicatur rogatus ab vtraque parte, & quando debet ei credi.*
12 *Instrumentum publicum & authenticum est probatio probata.*
13 *Præsumptiones duæ oriuntur pro instrumento publico.*
14 *Scripta in instrumento omnia præsumuntur de voluntate partium.*
15 *Constare illud dicitur euidentissime, quod constat ex instrumento publico.*
16 *Notario non creditur, nisi quando rogatus est ab vtraque parte.*
17 *Probatio infringens instrumentum debet esse concludens. 18.*
19 *Testibus paucis magis verisimiliora deponentibus magis credendum.*
20 *Testibus plenius factum deponentibus magis creditur.*
21 *Testibus duobus affirmantibus magis credendum, quam mille negantibus.*
22 *Subauditio debet fieri, vt euitetur contrarietas instrumentorum.*
23 *Verba in contractibus apposita sic debent intelligi, ne repugnantiam contineant.*
Item ne sint superflua. 24.
25 *Dictio,* item plus, *importat augmentum.*
26 *Inducta ad augmentum non debent operari contrarium effectum.*
27 *Verbum ambiguum simpliciter appositum in vna parte instrumenti declaratur per aliam. 28.*
29 *Testator quando in vna parte testamenti facit mentionem de naturalibus, semper intelligitur in reliquis partibus testamenti de illis sensisse.*
30 *Neptis remotior non debet excludere filiam, quæ est proximior.*
31 *Extensio in correctoriis quando sit licita.*

32 *Affectio maior ad filiam quam ad neptes.*
33 *Falsitatis imago dicitur à verisimili remotum.*
34 *Præsumptiones legum rebus non verisimilibus aptandæ non sunt.*
35 *Substitutum neptes non excludunt fideicommissarium, quando filiæ propriæ testatoris non excluderent.*
36 *Fœminæ ita dicuntur descendere per rectam lineam, sicut & masculi.*
37 *Grauare non possum quem non honoro.*
38 *Substitutio non potest fieri in contractibus.*
39 *Hæreditas dari non potest per contractus inter viuos.*
40 *Casus aduentitij non sunt habendi in consideratione.*

VIso & accurate considerato themate supradicto, & diligenter considerata clausula prædicta vtriusque instrumenti superius annotata, nec non dictis duabus cõsuetudinibus, & aliis, quæ in præsenti casu libranda & trutinanda veniunt. Videretur prima consideratione concludendum in fauorem dictarum illustrium domicellarum, quæ sunt reæ conuentæ: quia dicta clausula apposita in secundo instrumento per eas producto solum, & simpliciter dicit, quod si cõtingat dictum Comitem Boloniæ mori sine filiis masculis, aut suos filios masculos sine descendentibus: illa dictio, sine descendentibus, simpliciter & absolute prolata debet intelligi, masculis vel fœminis. Nam illa clausula sic simpliciter posita debet intelligi & interpretari secundum prædictam consuetudinem scriptam patriæ Aluerniæ, disponentem, quod filia vxorata à patre non veniat ad eius successionem, quandiu extat masculus aut descendens, siue ma-
1 sculus siue fœmina. Nam † verba contrahentium & instrumentorum superinde confectorum simpliciter prolata debent intelligi & interpretari secundum dispositionem statuti & consuetudinis patriæ: *secundum Bartolum & Doct. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & in l. vt iurisiurandi. § si liberi. ff. de oper. libert. Ioan. de Imol. in l. fi. ff. de condi. & demonst.* Bene facit quod notabiliter determinat Rayn. de Forliuio *in repetitione l. post dotem. circa quartam lecturam gloss. ff. sol. matr. & ibid. D. Alex. in fin. refert & sequitur.* vbi tenent, quod stante statuto, quod muliere decedẽte in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dimidiam partem dotis, si pater det dotem pro filia, & eam stipulatur sibi soli patri reddi in omnem casum soluti matrimonii, quod tamẽ maritus dictam dimidiam dotis ex forma statuti retinebit muliere mortua sine liberis: quia contractus partium debent intelligi & interpretari non solum secundum dispositionem iuris communis, sed etiam secundum dispositionem statuti & consuetudinis patriæ: *ad hoc allegãt l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. facit vltra eos illud quod not. Ang. in l. damni. §. cum parietem. per illum text. ff. de dam. infect.* vbi tenet, quod si maritus, qui ex forma statuti lucratur partem dotis, muliere prædecedente in matrimonio sine liberis, promisit restituere hæredib. mulieris dotem, quod intelligitur promisisse secundũ formam & dispositionem dicti statuti, sc. retenta dicta parte dotis per statutum sibi delatæ. *& idem tenet Io. de Imo. ibi. & in l. si patronus ff. de don. D. Alex. in cons. 5. tertij volu. inci. circa primum dubium. in vlt. col.* contrahentes enim præsumuntur se voluisse conformare cum consuetudine scripta patrię Aluernię, secundum quam debet dicta clausula interpretari. Secũdo pro ista parte facit, quia dictum secundum instrumentum, dum loquitur de descendentibus simpliciter, concordat cum dicto iure municipali, seu cõsuetudinario disponente, q̃ filia vxorata excludatur, donec supersit descendens, siue sit masculus, siue fœmina: sed primum instrumentũ inquantum dicit specialiter sine descendentibus per lineam masculinam, discordat à dicto iure cõsuetudinario: ergo præferri debet se-
cundum cum eo concord. sicut † dicimus in testi- 2
bus, quod testes, qui concordant iuri communi vel statutario præferuntur aliis, qui contrarium deponunt, ex quo primi verisimiliora deponunt: *vt c. licet causam. in vers. ex præmissis. & ibi ad hoc not. D. Abb. in 3. col. in prin. de probat. & ib. Inno. & D. Ant. de But. in 18. col. idem not. D. Abb. in c. auditis. in 4. col. de præscri. & idem D. Abb. in c. in nostra. in 2. not. ab. & ibi Inno. in 2. col. de testi. D. Ant. de But. in c. quid per nouale. in 4. q. de verb. sig. Pet. de Anch. in c. 1. per gl. fi. ad fi. ibi. de præscript. in 6. & in cons. 199. incip. tribus de causis. in vlt. col. & in cons. 253. inci. in quæstione presbyteri. ad fin. & in consil. 383. incip. iure stricto. Idem tenet Aret. in consilio 44. incipiente, In proposita consultatione viso articulo. ad fin. Bene facit, quod per prædicta signanter tenet Baldus in cap. si diligenti. in vltim. colum. de præscript.* vbi tenet, quod † quando duo probant de posses- 3
sione bona fide, & insolidum, ille erit potior, & debebit obtinere, cui ius commune vel ius statutarium fauet: quia cum eo est iuris adminiculum. Ad idem facit, quod † quando probationes sunt hinc- 4
inde pares, ille debet obtinere, qui habet aliquam præsumptionem pro se vltra aduersarium: *vt est gl. in l. si duo patroni. in princ. in verb. authoritatis. & ibi Bart. & alij ad hoc notant. ff. de iureiuran. quam gloss. ad hoc reputat singular. Angel. in repet. l. sciendum. in 13. colum. ff. de verbor. obligat. dom. Alex. in repetitione l. sape. in 36. col. & sequenti. ff. de re iudicat.* Et bonum † est argumentum de testi- 5
bus ad instrumenta, & econtra: *l. in exercendis. C. de fide instru. gl. & Doct. in l. 1. C. de vsur. & gl. in c. abbate sane. §. si. in verb. censeretur. de re iud. in 6 per quam gl. notat ibi Gemi. in vlt. col.* quod si licitum est arguere de iuribus loquentibus de testibus ad instrumenta. facit quod notabiliter tenet Ang. *in l. Imperator. in 2. col. ff. de stat. ho.* vbi tenet, † quod quando in instrumento conti- 6
netur aliquod verbum adeo obscurum, quod non potest intelligi, notarius qui scripsit potest illud declarare, sicut dicimus in teste. *c. cum clamor. de testi. & simpliciter sequitur do. Alex. in consi. 146. quinti vol. incip. in causa & lite vertente inter nobilem Raphaelem. in 7. col. ad fi.* Tertio † pro ista parte facit, quia in prędicta clau- 7
sula instrumentaria ter fuit facta mentio de liberis masculis. Item bis fuit facta mentio de descendentibus simpliciter: ergo apparet, quod contrahentes loquendo de descendentib. simpliciter intellexerũt tam de masculis quam fœminis: quia si voluissent intelligere solum de descendentibus masculis, ita expressissent ibi illam qualitatem masculis, sicut expresserunt in aliis tribus locis. Et ad hoc bene facit, quod decidit Io. de Ana. *in cons. 22. inci. Ad approbãdam & corroborandam conclusionem. circa finem.* vbi dicit esse multum ponderandum, quod testator in duabus substitutionibus expressit de masculis: in alia vero non expressit de masculis: ergo cõtrarium expresse

percipi-

percipitur: per regul. *l. cum prætor. ff. de iud. & c. nonne. de præsum.* Nam si testator voluisset in illa tertia substitutione intelligere de masculis, ita expressisset, sicut fecit in aliis duabus, *arg. c. ad audientiam. de decimis. & c. inter corporalia. post medium. de transiat. prælat. & l. vnica. §. penult. C. de caduc. toll. Idem tenet Pet. de Anchar. in consil. 219. incipiente, pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate. ad fin.* vbi tenet, quod quando testator voluit distinguere sexum masculinum à fœminino, expresse dixit, *filiis masculis*, ergo vbi simpliciter dixit de filiis. intellexit non solum de filiis masculis, sed etiam de fœminis, quos secundum naturalem lex pariter diligendos statuit, *leg. maximum vitium. C. de liber. præterit.* Quarto facit, quia in dubiis
8 iudicandum est pro reis: cum † fauorabiliores esse debeamus ad absoluendum, quam ad condemnandum: *vt l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. & l. Arrianus. ff. de action. & obligation. & cap. 1. §. ad hæc. in titu. hic finitur lex, deinde consuet. reg. incip. & in cap. ex literis. de probat. gl. & Dd. in c. cum ad sedem. de resti. spol. & in c. cum sint partium iura. & in c. contra eum. de reg. iur. in 6. Bar. & Dd. in l. de die. in prin. ff. qui satisd. cog. & in l. inter stipulantem. §. 1 ff. de verb. oblig.*

Tenendo istam partem non obstat, si diceretur, quod illustris Comes Bertrandus noluit illustrem D. Annam eius filiã excludi per suas filias fœminas proprias, sed solũ per masculos, ergo multo minus voluit, quod excluderetur à filiabus descendentibus à suis filiis, & sic multo minus voluit, quod neptes ex filiis, quæ sunt inferioris gradus, eam deberent excludere: *per regul. l. si viua matre. C. de bon. mater. & l. Publius. §. fin ff. de condi. & dem. & quod vult Bar. in l. quidam. § fi. ff. de reb. dub. Bene facit quod vult Pet. de Anch. in comment. cap. canonum statuta. de constit. in 14. q. princ.*
9 *in vers. dicto de filiis & nepotibus.* vbi tenet, quod † dispositio etiam statutaria loquens de fratre nõ comprehendit sororem, quando ita comprehendendo vna fœmina remotior excluderet proximiorem, *l. assiduis. versicu. exceptis. C. qui potior. in pignor. habe. & notatur per Dyn. in l. 1. ff. de verbor. significat.* & tanto minus cum istæ neptes nondum essent natæ, nec conceptæ, nec in rerum natura tempore illustris Comitis domini Bertrandi: vnde verisimiliter præsumitur habuisse maiorem affectionem ad filiam propriam natam, quam vidit, & multum dilexit, quam ad neptes, quæ nondũ erant conceptæ, & quas nunquam
10 vidit, nec cognouit: quia † testator præsumitur habuisse maiorem affectionem ad iam natas quam ad posthumas: *vt notatur in l. qui filiabus. in principio. ff. de lega. 1. Bal. in l. Lucius. ff. de hære. instit.* quia potest responderi, quod istud tollitur per supradictam consuetudinem scriptam patrię Aluernię, qua cauetur, quod filia vxorata excludatur per descendentes masculorum, siue sint masculi, siue fœminæ: & sic talis consuetudo tollit dictam præsumptionem, & sic fundamentum superius factum, cum disponat, quod etiam neptes fœminæ descendentes à filiis masculis excludant filias patris vxoratas, dato quod sint inferioris gradus, & sic dato etiam, quod auus paternus illas nunquam viderit.

Sed prędmissis non obstantibus contrariã sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod illustris dom. Anna debeat de iure succedere pro rata sua in hæreditate paterna ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebunt resoluta ea, quæ superius in oppositum adducebantur. In primis moueor vigore pacti expressi appositi in instrumento primo dotali superius relato, in quo expresse continetur, quod deficiente linea masculina descendentium illustris Comitis Bertrandi, prout contigit in facto, quod ipsa illustris dom. Anna succedat simul cum aliis filiabus vel descendentib. prędicti Comitis, iuncta consuetudine scripta patriæ Aluernię, disponente, quod omnia pacta apposita in contractu matrimonii valeant & teneant, etiam si sint de succedendo, & per talia pacta intelligantur contrahentes constituti in reali possessione: & de tali primo instrumento cum prædicta clausula constat per publicum & authenticum instrumentum confectum manu publici, & authentici, ac legalis notarii, & † talis notarius fuit rogatus ab vtra- 11
que parte de tali instrumento, prout ipse attestatur in sua subscriptione, cui in hoc est standum. *§. nos autem. cum gl. in authent. de tabell. firmat Bart. in l. sciendum. in pen. col. & ibidem alij Doct. ff. de verb. oblig. Bart. in cons. 163. incipiente, quæritur, si aliqua scriptura. circa fin. Bald. in l. prima. in 8. colum. C. de fide instrumentorum, & iur. hast. fisc. lib. 10. & idem Bal. in c. 1. in 2. col. & ibid. D. Abb. in 4. col. de fid. instru.* Istud ergo † instrumentum publicum & 12
authenticum est probatio probata, & non probanda, & veritas apparens, quæ non indiget discussione seu disceptatione fori: *secundum Bal. in l. Imperator. 1. in 2. col. de stat. ho. & in l. 2. in 1. col. C. quando fisc. vel priuat. & in l. quoties. in vltimis verbis. C. de iudic. & in l. fi. C. de vsur. pup. & in auth. qui semel. C. quom. & quand. iudex. & in ca. consuluit. in 5. col. ad fi. de off. deleg.* Et † pro instrumen- 13
to publico oriuntur duæ probationes, scil. quod sit verum, & quod sit solenne: *sec. Bal. in c. 1. §. si instrumentum. de not. feud.* Et in publicis instrumentis non præsumitur fraus neque simulatio: *sec. Bald. in c. illud. circa fin. de præsumpt.* Et omnia † scripta in instrumento 14
præsumuntur de voluntate partiũ scripta: *secun. Bal. in c. cum in iure peritus. in 8. col. de off. deleg. & in l. 1. circa fi. C. de pruile. dot. & in l. 2. circa fi. C. de execu. rei iud.* & alii duo asserti notarii, qui in prædicto 2. instrumento dictam clausulam aliter scripserunt, in eorũ subscriptione expresse ita formaliter attestantur per ista formalia verba, & hodie de p̃missis inter dictas partes fuit receptum vnum instrumentũ in forma publica per magn. Io. Trolieti Notarium publ. authoritate apostolica & imperiali: per quæ verba appareret, quod d. Trolietus solus recepit dictum instrumentum dicti cõtractus matrimonii, quid ergo vltra egemus testibus, cum habeamus pactum expressum in instrumento publico per manum publici & authentici notarii rogati ab vtraq; parte? & † illud 15
dicitur euidentissime constare, quod constat ex instrumento publico, *c. licet causam. in ver. ex præmissis. & ibi not. do. Ant. de But. in 13. col. de proba. & ca. cum dilecti. & ibi not. D. Abb. de dona.* & instrumentum publicum facit rem haberi pro manifesta. *c. cum olim. de verb. signif. & l. fi. cum gl. 1. C. de reb. cred. notat Bar. in l. 1. in prin. in ver. venio ad quæstiones ff. de oper. noui nun.*

Nec obstat, q̃ aliter reperiatur scripta illa clausula, super qua contenditur per illos duos assertos notarios, qui solum dicunt, descendentibus, & non addunt, per lineam masculinam, prout expresse dicitur in primo instrumento solenni & authentico:

quia

quia dico in primis, quod isti duo asserti notarii nõ fuerũt rogati ab vtraq; parte, nec vnquam reperietur in rerum natura: secundum quod mihi refertur, quod isti duo notarii fuerint ab vtraq; parte expresse rogati, quod de isto contractu matrimonii confi-
16 cerent instrumentum. Vnde † notario nõ creditur, nec statur, nisi quando est rogatus ab vtraque parte. *§. nos autem. in auth. de tabellio. Bar. & alij in auth. si quis in aliquo. C. de eden.* Nec in hoc isti duo asserti notarii in eorum subscriptione expresse attestantur se fuisse rogatos ab vtraq; parte, prout expresse attestatur dictus primus notarius: imo, vt dixi, in eorũ subscriptione affirmant, quod inter dictas partes fuit receptum vnum instrumentum in forma publica per Do. magistrum Ioan. Trolieti notarium publicum, sed dicti notarii fuerunt adhibiti, vt creditur, solum per dictum illustrem Comitem Bertrandum ex stylo & consuetudine patriæ, vt etiam ipsi copiam facerent de his, quæ agebantur inter partes in ipso contractu matrimonii: & propterea in eorum subscriptione solum dicunt, quod dictæ partes, & quælibet earum voluerunt, & fuerunt contentæ, quod possent se adiuuare ex scriptura instrumenti conscripti per illos duos notarios, sed de hoc non debet eis credi, vt dixi, cum non appareat, quod fuerint rogati: & dicunt, quod eorum instrumentum continet idem factum, & eandemmet substantiam, & non diuersam, prout continet instrumentum publicum dicti Trolieti. Vnde per ista verba non videntur expresse rogati ab vtraque parte, prout esse de iure debent, & videntur adhibiti cum illa qualitate, quando eorum instrumentum contineret idemmet factum & eandemmet substantiam, & non diuersam, sed illud continet omnino diuersam substantiam: sunt ergo adhibiti non proprie vt notarii ab vtraq; parte rogati, sed potius vt assistentes transscriptores.

Confirmatur: quia primus notarius, de quo nemo dubitat, nec potest dubitari, in sua subscriptione non dicit, quod alius notarius vltra eum fuerit rogatus de tali instrumento, quod verisimiliter dixisset, si alii fuissent rogati simul cum eo: *iuxta gl. in §. si vero absunt. in verb. tabularius. in auth. de hære. & Falci. Bal. in l. iusiurandi. in vltima colum. C. de testi. & in l. si quis ex argentarijs. §. 1. in vers. quid enim. in 5. notabili. ff. de edendo.* Item non est verum, vt prædixi, quod ipsi attestantur in eorum subscriptione, scilicet quod scriptura asserti instrumenti per eos facta contineat vnum & idem factum, & vnammet substantiam, & non diuersam. Nam licet contineat idem factum, tamen non continet eandem substantiam: quia ipsi non scripserunt de descendentibus per lineam masculinam, quod est multum substantiale, sed scripserunt solum de descendentibus simpliciter, & sic debet præsumi plus nuncupatum & dictum inter partes, & per eos minus scriptum: *vt l. cum auus. ff. de cond. & demonst. & l. errore. C. de testa.* Secundo, isti duo notarii non contradicunt directo instrumento authentico & solenni alterius notarii, sed minus dicunt: quia ipsi non dicunt, nec negant, quod non fuerit dictum, inter partes de descendentibus per lineam masculinam, licet ipsi omiserint hoc scribe-
17 re in eorum scriptura. Vnde † probatio infringens instrumentum debet esse concludens, & necessaria, propter magnum & graue præiudicium, quod ibi vertitur: secundum do. Abb. *in c. tertio loco. de probat.* Item ad hoc, vt testes reprobẽt aliquod instrumentum, debent necessario & concludenter deponere contrarium eius quod est scriptum in instrumento: *secundum D. Alex. in consil. 33. tertij volum. incip. ponderatis verbis vltimi testamenti. in sexta colum. & in cons. 95. quinti volum. incipiente, in causa & lite vertente inter Ser. Ioannem. in penult. col. in princ.* Tertio, quod dicta clausula fuerit sic concepta inter partes, prout asserit primus notarius, scilicet quod deficientibus descendentibus per lineam masculinam, &c. fuit comprobatum p plures testes instrumentarios descriptos in instrumento, qui sunt nobiles, & bonæ vocis, conditionis & famæ, & aliqui eorum Doctores. Item etiam fuit probatũ per alios quamplures testes nõ instrumentarios. Modo vera & communis conclusio est etiam in terminis fortiorib. quã sint nostri, quod † quan- 18
do duo testes instrumẽtarii descripti in instrumento, & necessarii ad essentiam & validitatem instrumenti de directo contradicunt ipsi instrumento, licet ex hoc videatur argui falsitas ipsius instrumenti, *l. optimam. C. de contrahen. & com. stip.* tamen si dictum instrumẽtum coadiuuatur per alios testes in eo descriptos, qui sunt pares numero, vel etiam plures, certe tunc ista probatio coadiuuans instrumentum præponderat probationi contrariæ propter authoritatem primi notarii, *l. cum precibus. C. de probation.* Ista est vera & communis conclusio Legistarum & Canonistarum. *ita enim tenet gl. in § item verborum. in gl. magna. in verb. tota die. ad fi. Instit. de inut. stip. Angel. in l. 2. §. diem autem. in 2. col. circa fin. ff. quemadmod. testa. aper. Ioan. de Imol. in l. prima. §. si quis neget. in 5. colum. eod. titul. Hostiens. in summa sua in titul. de fide instru. §. quid si instrumentum. vers. quid si sunt alij testes. & in tit. de teste. §. diuersitas. in vers. dicas igitur. Specul. in titul. de instru edi. §. restat. in vers. quid si vnus ex testibus. Bald. in Lexercendis. in tertia colum. & ibi Salyc. in penult. colum. & Paul. de Cast. C. de fide instru. Albe. de Rosa. in d. l. cum precibus. in 4. col. in duobus locis. C. de probat. Pau. de Cast. in l. iubemus. C. eod. de probation. ita etiam vult Bart. in l. 1. §. si quis neget. in penul. colum. in vers. quæro quid si duo. de testibus. ff. quemad. testa. aperi. & in l. in exercendis. C. de fide instrumentorum.* vbi formaliter tenet, quod per duos ex testibus descriptis in instrumento contradicẽtibus ipsi instrumento redditur instrumentum falsum, nisi per alios testes approbetur, *dicta leg. optimam.* Item si ex quatuor testibus instrumentariis duo contradicunt instrumento, alii vero duo non contradicunt: quia supersit numerus duorum necessarius ad substantiam instrumenti, non dicitur reprobatum instrumentum: *secundum dom. Alex. in consil. 93. quinti volum. quod incipit, in causa & lite vertente inter Ser. Ioannem in vltima columna.*

Ista fortius militant in casu præsenti, vbi illi duo prętensi notarii, qui effectualiter sunt duo testes, nõ cõtradicunt de directo instrumento authentico celebrato per magistrum Ioannem Trolieti, sed minus dicunt: ergo non officiunt dicto instrumento, quod est comprobatũ per plures testes instrumentarios, & alios non instrumentarios: imo fortius tenet notabiliter Io. de Imol. *in d. l. 1. §. si quis neget. in 5. col.* quod etiam si testes deponẽtes cõtra instrumentum essent plures numero, & testes deponentes pro instru-

instrumento essent pauciores, tamen iudex ex aptitudine negotii & testimonii debet animum suum inclinare, vt testes, quamuis pauciores numero, præ-
19 ferantur. Confirmatur: † quia magis credi debet paucis testibus verisimiliora deponentibus, quam pluribus non æque verisimilia dicentibus: *secundum Bald. in l. testium. in pen. col. C. de testi. d. Abb. in c. cum oporteat. in vlt. col. de accus.* verisimilitudo enim in probationibus multum attenditur: *sec. Bald. in l. scriptura. in 2. col. & ib. Sal. C. de fid. instru.* Quarto pro eadem parte facit, arguendo de testibus ad notarios, vel instrumenta, quod ad argumẽtum est validum in iure, vt dixi supra in secundo fundamento partis contra-
20 riæ: sed sic est, † quod quando testes producti, aliqui deponunt plus de facto, & aliqui minus, certe magis creditur eis, qui plenius factum dicunt: *vt est gl. reputata singul. in l. Lucius. in gl. magna. in verb. debeant. & ibi Bal. eam multum notat. ff. de inst.* Sed in proposito nostro primus notarius authenticus & rogatus ab vtraque parte plenius deponit super pacto inito inter partes in contractu matrimonii, quam deponant alii duo prætensi notarii: quia deponit, quod deficientibus descendentibus per lineam masculinam admitti debeat ad successionem paternam illustris domina Anna, sed alii duo prætensi notarii solum dicunt, quod deficientibus descendentibus, & non addunt illam qualitatem substantialem, ex linea masculina: Ergo cum minus deponant in facto, minus debet eis credi, & magis standum est primo legali notario plene totum factum & totum pactum asseueranti.

Quinto ad idem facit: quia primus notarius, & multi testes instrumentarii, & etiam nõ instrumentarii, qui cum eo concordant, deponunt super affirmatiua, scil. in contractu matrimonii fuisse concordatum inter partes, quod deficientibus descendentibus per lineam masculinam illustris Do. Anna admitteretur pro rata sua ad successionem paternam, sed duo prætensi notarii in effectu deponunt super
21 negatiua, sc. quod ita non fuerit conuentum: ergo † magis credi debet duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus: *vt est glo. in l. diem proferre. §. si plures. & ibi Bar. ff. de arbitr. & gl. in c. 1. in gl. magna. ante fi. de rescript. in 6.* Et isto casu magis creditur duobus laicis affirmantibus, quam pluribus clericis negantibus: *vt est gloss. notabilis in c. clerici. 81. distinct. quam allegat Bal. in l. data opera. in 13. col. C. qui accusa. non poss. & illam gl. dicit Lud. Roma. esse singularem, & eam à Bal. didicisse in l. in illa. in vlt. col. ff. de verb. oblig. & in l. 2. §. 1. ff. si ex noxa. caus. agatur.* & tanto magis cum in casu præsenti isti duo prætensi notarii, qui effectualiter deponunt negatiuam, non expresse contradicunt affirmatiuę, sed solum omittunt ponere illud, quod primus notarius, & quamplurimi testes cum eo concordantes affirmant: ergo proculdubio præferuntur: *secundum Bar. in d. l. diem proferre. §. si plures. Bal. in l. cum hi. §. nihil. ff. de transact.*

Sexto ad idem bene facit: quia ista duo instrumenta, si sane intelligantur, prout intelligi debent, in prædicta clausula non erunt inuicem contraria, ex quo ambo instrumenta habent eundem sensum & effectum, licet in vno verba sint magis expressa, quam in alio: quia vnum instrumentum expresse loquitur de descendentibus per lineã masculinam, aliud vero instrumentum non loquitur expresse de descendentibus masculis, sed simpliciter loquitur de descendentibus. Vnde debet sane intelligi & subaudiri de descendentibus, scilicet masculis, quasi in hoc secundo instrumento plus sit dictum à partibus, & minus in eo scriptum, *vt etiam superius dixi: vt l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. errore. C. de test.* cum ita subaudiendo ambo ista instrumenta concordabunt, & † talis subauditio debet fieri, vt euitetur 22
contrarietas instrumentorum, quæ producuntur: *vt volunt Bar. Bal. & alij in l. scripturæ. C. de fid. instru. ad fi.* vbi dicunt, quod quando instrumenta, quæ videntur continere contrarietatem, possunt reduci ad cõcordiam per aliquem modum verisimilem, semper debent concordari: *vt §. quibus. in 1. consti. C. & ca. cum tua. de testib. Cyn. in l. exercendis. in 2. q. C. de fid. instru. dom. Alex. in cons. 70. primi volum. incipiente, viso processu inquisitionis formatæ. in 1. columna.* Et sic licet vnum instrumentum plura verba contineat, quam aliud, tamen debent reduci ad eundem sensum & effectum, supplendo per vnum instrumentum illud, quod alii deficit, vt talia instrumenta ad concordiam reducantur. Facit bene text. notabilis *in c. inter dilectos. §. caterum. de fid. instru. quem ad hoc ponderat dom. Abbas in c. cum tu fili. de testib. idem notat Ioan. Andre. in addit. Spec. in titul. de præscript. super rubric. iuxta fin.* Similiter etiam priuilegia, quæ videntur prima fronte contrariari, debent per diuisionem reduci ad concordiam: *vt notat dom. Abb. in cap. ex ore. in quinto notabili. per illum textum, de priuilegiis.* Et quod ad secundum instrumentum, dum loquitur de descendentibus simpliciter, debeat subaudiri, scilicet masculis, optime facit illud, quod in terminis tenet Bart. *in l. fina. §. idem quæsiit. ff. de condi. indeb.* vbi tenet, quod † verba, quæ 23
apponuntur in cõtractibus vel in instrumentis debent sic intelligi & adiuuari, vt non contineant repugnantiam, vel contrarietatem, & ideo debet potius fieri subauditio, vt euitetur contrarietas. Vnde si in instrumento dicatur, Titius sciens se non teneri ad infrascripta, debet intelligi & subaudiri, nisi ex causa, quæ inferius ponitur, vt non contineat repugnantiam: *per l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur & l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. & sequuntur Ang. & Moder. ibi.*

Septimo pro ista parte multum me mouet, quod illo secundo instrumento loquente de descendentibus similiter debeat subaudiri, scilicet *masculis*, ad hoc vt concordet cum primo instrumento, & sic ad hoc, vt euitetur contrarietas instrumentorum, vt dixi in præcedenti fundamento, imo fortius dico, & credo esse verum, quod etiam si non esset primum instrumentum, sed solum requireretur secundum instrumentum confectum per illos duos prætensos notarios, cum illa clausula simpliciter loquente de descendentibus deficientibus, necessario debet intelligi, scilicet *masculis*, alias illa clausula esset omnino superflua, & nihil penitus operaretur: quia si intelligeretur, deficientibus descendentibus simpliciter, & sic masculis, & fœminis, tunc illustris domina Anna succederet de iure communi absque aliquo pacto iure proximitatis, & non vigore alicuius pacti, nec conuentionis: & sic illa clausula esset omnino superflua, & nihil penitus operaretur, & illud tale pactum de succedendo patri, deficientibus descendentibus, esset omnino frustratorium:

sed

24 sed † sic est, quod verba apposita in contractibus debent sic intelligi, vt non sint superflua, nec frustratoria, sed vt aliquid operentur, *l. finali. in princ. & ibi Pau. de Cast. & dominus Alexand. ad hoc notant. ff. si certum petatur. & l. hanc legem. ff. de contrahen. empt. facit l. si quando. in princip. ff. de legat. primo. & capitul. si Papa. de priuileg. in 6.* Imo in contractibus nedum clausulæ, imo nulla dictio, nulla syllaba debet esse sine effectu aliquid operandi: *secundum Baldum in rubric. C. de contrahend. empt. in nona quæstione. & ante eum idem dixit gl. in capitul. solitæ. in verb. tanquam. ad fin. de maior. & obed. gloss. in l. 1. ff. quod metus causa. & gloss. in l. prima. §. ait prætor. in verb. si familia. ff. de vi & vi armat.* Vnde in casu nostro ad hoc, vt ista clausula non sit penitus & omnino superflua, & ad hoc, vt istud pactum non sit omnino frustratorium & inane. debet de necessitate & inuitis dentibus intelligi de descendentibus, scilicet per lineam masculinam: & tanto fortius, cum istud expresse dicatur in primo instrumento, quod constat esse publicum, & solenne, & rogatum à notario authentico & legali, & rogato ab vtraque parte. Et istud fundamentum, vt prædixi, multum me mouet in istam sententiam, quam puto esse de iure verissimam. Et istud fundamentum etiam corroboratur ex eo, quod statim dicam in sequenti fundamento.

Octauo pro eadē parte bene facit: quia in vtroq; instrumento, quando apponitur dicta clausula vniformiter in hoc dicitur: item plus conuenerunt di-
25 ctæ partes: illa dictio, † *item plus*, importat augmentum, & adiectionem: *vt l. cum furti. ff. de in lit. iur.* ergo apparet, quod ambæ partes voluerunt augere conditionem contrahentium illud matrimonium: sed si illud pactum intelligeretur simpliciter; prout iacet in secundo instrumento de descendētibus simpliciter, certe illud pactū nihil penitus augeret, imo nihil penitus operaretur, & esset omnino frustratorium, prout deduxi supra in proximo præcedenti
26 fundamento: & † sic inducta ad augmentum & melioratione non operarentur effectum augmenti, prout debet, sed potius contrarium: *contra regulam l. legata inutiliter. in prin. ff. de leg. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. & l. mancipia. in prin. ff. de fund. instruct. Bene facit quod tenent Guliel. de Cug. & Ang. in l. nulla. ff. de legi.* vbi volunt, quod si testator legat vxori suæ domum cum hoc, quod si valeat minus ducentis libris hæres teneatur supplere, ita quod habeat valorem ducentarum librarū, certe si reperiatur valere plus quam ducentum libras, vxor tamen debet habere etiam illud vltra, cum illa verba fuerint inducta ad ampliandum, & ad augendum: ergo non debent operari contrarium effectum: & pro illa decisione est bonus tex. *in terminis in l. ea lege. in princ. ff. locati.*

Nono ad idem facit, quod etiam si non extaret primum instrumentum, sed solum extaret clausula, prout in secundo instrumento continetur, adhuc illustris dom. Anna deberet pro sua rata admitti ad successionem paternam, ex quo in dicta clausula ter est facta mentio de masculis, & in ea dicitur bis de descendentibus, quod deficiente dicta linea masculorum, & suorum descendentium, debet intelligi similiter masculorum: & hoc probatur aperte; quia
27 † ex quo verbum ambiguum simpliciter appositum in vna parte instrumenti declaratur per alia, quæ in eodem instrumento dicuntur, *l. qui filiabus. in princip. & ibi notant Bart. & Doctor. in l. si seruus plurium. §. 1. ff. de legat. 1. & l. qui non militabat. §. 1. & ibi Bald. & Angel. ff. de hær. insti.* censetur enim plus dictū à partibus, & minus scriptum à notario, vt superius pluries dixi: *d. l. cum auu. ff. de cond. & demon. & l. errore. C. de testa.* Vna enim clausula declaratur & interpretatur per alias: *l. vtrum. & ibi notant Doct. ff. de pet. hæred. Bald. in c. secundo requiris. in vlt. col. de appellat. & in l. quemadmodum. §. hæc verba. per illum text. ff. ad leg. Aquil.* sicut vna scriptura suppletur & declaratur per aliam: *l. si quis ex argentario. §. si initium tabularum. & ibi Bal. ad hoc not. ff. de edend. & singulariter Ioan. Andre. in addit. Spec. in tit. de depositio. super rubr. quem refert & sequitur Aret. in l. triticum. ff. de verb. oblig.* Quanto ergo fortius istud dicemus in vna & eadem clausula, quod † si reperiatur vnum ver- 28
bum simpliciter prolatum, quod intelligatur & declaretur cum illa qualitate masculinitatis, quę toties in eademet clausula reperitur repetita? sicut quando dubitatur de voluntate defuncti, potest probari non solum ex eadem, sed etiam ex alia scriptura, *leg. alimenta. §. primo. & ibi ad hoc notat Bartol. ff. de aliment. legat.* & non eundo per media remota, sed per proxima casus nostri, quod quando facta est mentio de liberis vel de descendentibus simpliciter, tamen ex quo in eadem dispositione, & ante, & post, facta est mentio de liberis masculis, videtur semper intellectum de liberis & descendentibus masculis, quia verba dubia capiunt intellectum & declarationem à præcedentibus & sequentibus, vt in iuribus præallegatis, *& l. final. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoque legat. ita ad literam singulariter tenet dom. Abb. in cons. 37. primi voluminis, incipiente, videtur primo quod sic. in vltima columna.* Et vltra eum bene facit in simili, † quod 29
quando testator in aliqua parte testamenti facit mentionem de naturalibus, semper intelligitur in reliquis partibus testamenti de illis naturalibus sensisse: *per d. l. qui filiabus. in principio. ff. de legat. primo. ita tenet Bart. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.* Ad idem bene facit: quia vbi præcedentia verba sunt expressa & declarata, & sequentia non obscura, vel generalia, vel indefinita, tunc præcedentia determinant & declarant sequentia, *ita notabiliter tenet Bald. post Cyn. in l. legatorum petitio. §. si. in fi. ff. de legat. secundo. per l. si cum fundum. ff. de verbor. significat. idem notant Bald. Imol. & Moder. in l. cohæredi. §. qui discretas. per illum tex. ff. de vulg. & pupill.* Ad idem bene facit; quia ex quo in prædicta clausula in vna alternatiua fuit bis aut ter expressum, *masculis*, ergo apparet, quod semper fuit intellectū de masculis, & sic quod verbum, *descendentibus*, simpliciter prolatum intelligatur de masculis: quia vna pars ex alternatiuis alteram alternatiuæ orationis dubiam partem declarat: *vt est text. notab. in l. 1. ff. de reb. dubiis. quem ad hoc reputa singul. Ludo. Roma. in consil. 132. incip. præmissorum Doctorum conclusionem.*

Decimo facit ad idem, quod intelligēdo clausulam secundi instrumenti, dum loquitur de descendentibus simpliciter, quod intelligatur per lineam masculinam; bene facit, quia hoc modo intelligendo reducimur ad ius commune, secūdum quod neptis fœmina, † quæ est remotior, nō debet exclude- 30
re filiam, quæ est proximior in gradu, *l. si viua matre. C. de bonis materni. facit l. Publius. §. finali. ff. de condit. & demon.*

demon. Ergo talis extensio, & talis interpretatio fieri
31 debet, quia † etiam in correctoriis, in quibus alias non est licita extensio, etiam ex maioritate rationis. *l. præcipimus, in fi. & ibi Bartol. C. de appell. notatur in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo.* tamen etiam in correctoriis fit extensio, quando per talem extensionem reditur ad ius commune, quasi tunc materia sit fauorabilis, eo quia res de facili reuertitur ad naturã suam: *vt l. si vnus. §. pactus ne peteret, in vers. fi. ff. de pact. & cap. ab exordio, cum glo. 35. distinctio.* & quod etiam in correctoriis licita sit extensio, quando per hoc reditur ad ius commune, tenet glos. notabilis & melior de iure *in cap. statutum, in verb. numerandum, de præben. in sexto. dom. Anton. de Butr. in cap. olim tibi, per illum tex. de verbor. signif. dom. Alexan. in l. si constante, in princip. in sexta columna. ff. soluto matrimonio.* Ergo fortius in casu præsenti debebit fieri talis interpretatio, & talis extensio de descendentibus, scilicet masculis, vt res reducatur ad ius commune absque alia correctione alterius iuris, vt isto modo filia & neptes pariter admittantur ad paternam & auitam successionem: Nam hoc casu debet fieri lata interpretatio, vt prædixi.

Vndecimo & vltimo ꝓ ista interpretatione huius vltimi instrumenti, quod dum loquitur de descendentib. simpliciter intelligatur per lineam masculinam, vltra superius adducta, suadetur optime
32 ex præsumpta mente patris dotantis, qui † verisimiliter maiorem affectionem & dilectionem habuit ad filiam propriam, quam secundo loco maritabat, quam ad neptes fœminas ex masculis, quas nondum vidit, & quæ nondum erant in rerum natura: quia Comes Ioannes eius filius nunquam viuo patre duxit vxorem, vnde maior præsumitur affectio ad filiam iam natam, quam ad neptes posthumas, & postea nascituras, de quibus non erat tunc verisimilis cogitatio, cum eius filius, vt dixi, tunc non haberet vxorem, nec viuo patre eam duxerit: *vt notatur in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. 1. Bald. in l. Lucius. ff. de hære. institu.* Et pater quando dotauit filiam, si non expressisset de descendentibus per lineam masculinam, prout expressit, & prout expresse dicitur in primo instrumento, tamen si pater fuisset in specie interrogatus, verisimiliter ita respondisset, quod intelligebat de descendentibus per lineam masculinam, vt apparet ex prædictis: Ergo illud debet haberi pro expresso *prout tenet gl. notabilis & approbata in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis.* & dicit Baldus in secundo notabili, quod illa gl. est optima, & menti tenenda, nedum in legibus & statutis, sed etiam conuentionibus, & in contractib. & etiam in rescriptis, vt illud habeatur pro dispositio quod verisimiliter fuisset statutũ, si de hoc fuisset interrogatus. *idem tenet Bald. in l. 1. C. qua res pigno. oblig. pos. facit tex. in l. Barbarius. in vers. sed & si scisset. & ibi Bald. in primo notabili ad hoc notat. ff. de offic. præto. & tex. in proposito notabilis in l. cum ex pluribus, in princ. in vers. quod verisimile videtur. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de solu.* Item ex quo pater noluit, quod filiæ suæ propriæ excluderent ipsam dominam Annam, quanto minus censetur voluisse, quod neptes fœminæ in futurum nascituræ, quas nunquam vidit, nec cognouit, & quæ sunt remotiores in gradu, illam excluderent: *vt l. si viua matre, circa med. C. de bon. mat.* Vnde † quod à verisimili remotum est dicitur 33
esse imago quædam falsitatis: *secundum Bal. in l. 1. in 4. colum. C. de seru. fugit.* Item nulla dispositio tam generalis reperiri potest, quæ trahi debeat ad ea, de quibus non est verisimile disponentem cogitasse. *prout egregie tenet Ange. in consilio 248. incipiente, Philippus ciues de Florentia.* Hinc est, quod † etiam præ- 34
sumptiones legum rebus non verisimilibus aptandæ non sunt: *vt notat Bal. in l. fi. in vlt. notabi. C. de hæred. instit. facit cap. quia verisimile, cum simil. de præsumpt.* Ad idem bene facit, quod neptes † non excludũt sub- 35
stitutum fideicommissarium, quando filiæ proprię testatoris eum non excluderent: *per regulam d. l. si viua matre, circa medium, prout tenet Paul. de Cast. in consi. 358. incipiente, Viso dicto testamento ponitur in facto. Raph. Fulgos. in l. 1. C. de condi. inser. & in consilio 28. incipiente, Solumutia fecit testamentum. & in consilio 38. incipiente, In proposita quæstione puto dictam Benedictam. & late D. Andreas Barbatius inter consilia dom. Alex. in consilio 52. quarti volum. incipiente, Circa hanc dubitationem. & ante eos videtur tenere Ioan. Andreæ summæ authoritatis post Richardum Malumbria, in addi. Spec. in tit. de testam. super rubri. in penult. col. in versicu. sub hoc titulo generali, quicquid dicat idem Paul. de Castr. in consil. 79. incipiente, Casus iste frequenter contingit: & in l. prima, in vlt. colum. C. de condi. insert.*

Per ista vndecim fundamenta concludo in fauorem Illustris dominæ Annæ, quod admitti debeat pro rata ad successionem paternam non solum stante clausula instrumenti, prout stat in primo instrumento per eam producto, quod est planum & expeditum, sed etiam stante clausula, prout in secundo instrumẽto per partem aduersam producto. Et licet per ista vndecim fundamenta remaneant euacuata ea quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas adhuc clarius eluceseat, ad ea particulariter respondetur.

Non obstat ergo primum fundamentũ, in quo dicebatur, quod clausula apposita in secundo instrumento faciens mentionem de descendentibus simpliciter, debet intelligi de descendentibus tam masculis quam fœminis; quia debet intelligi secundum consuetudinem scriptam patriæ Aluerniæ, secundum quam filia vxorata à patre non potest venire ad eius successionem, quamdiu extant descendentes à masculo, siue masculus, siue fœmina: cum verba contrahentium & instrumentorum simpliciter prolata debeant intelligi & interpretari secundum consuetudinem patriæ: quia ad hoc dupliciter respondetur. Primo, quod dicta consuetudo scripta procedit circumscripto pacto, sed cũ instrumento dotali fuerit factum pactum in contrarium, vt patet ex fundamentis superius deductis: Ergo dicta consuetudo cessat. Secundo & notabilius respondetur, quod impossibile est de iure, quod dicta clausula apposita in dicto secundo instrumento intelligatur secundum prædictam consuetudinem, deficientibus descendentibus, scilicet tam fœminis quam masculis, quia isto modo talis clausula esset omnino superflua, & nihil penitus operaretur. Item tale pactũ esset omnino frustratorium, quia si ita intelligeretur, scil. deficientibus descendentibus tam masculis quam fœminis, tunc

Illustris domina Anna succederet de iure communi iure proximitatis, & non vigore pacti, nec conuentionis, & sic tale pactum esset penitus superfluum, & nihil omnino operaretur, quod est absurdum & nullatenus dicendum, prout late deduxi supra in septimo fundamento & sequenti. Et hoc eodem modo respondeo ad secundum fundamentum, dum dicebatur, quod dicta clausula, prout stat in secundo instrumento, concordat cum dicto iure consuetudinario, sed prout stat in primo instrumento ei contradicit: ergo præferri debet secundum instrumentum concordans cum iure cõsuetudinario: quia, vt supra dixi, per tale pactum derogatum fuit illi iuri consuetudinario. Item quia impossibile est, vt proxime dixi, quod tale pactum intelligatur & restringatur secundũ illud ius consuetudinarium, quia hoc modo esset penitus inutile & frustratorium, vt dixi.

Non obstat tertio, dum dicebatur, quod in dicta clausula est facta ter expressa mentio de liberis masculis, ergo quando dictum est de descendentibus simpliciter, si partes intellexissent ex linea masculina, ita expressissent, sicut ter superius expresserunt: quia respondetur, quod istud fundamentum retorquetur ad oppositum, quod ex quo sumus in vna & eadem clausula, in qua reperitur verbum (*descendentibus*) simpliciter prolatum, illud debet intelligi cum illa qualitate masculinitatis, quæ toties in eademmet clausula fuit repetita, prout per multa superius firmaui in nono fundamento: vbi etiam vltra rationes ibi relatas adduxi in specie authoritatem domini Abbatis & etiam Bartol. quæ prævalent & præponderant authoritati Ioannis de Ana. & Petr. de Anchar. quos adduxi supra in illo tertio fundamento partis contrariæ, præsertim cum melioribus iuribus & rationibus firmentur, quas deduxi supra in dicto nono fundamento.

Non obstat quartum & vltimum, quod in dubiis iudicandum est pro reis, cum fauorabiliores esse debeamus ad absoluendum, quam ad condemnandum: quia respondetur, quod non sumus in dubiis, imo sumus in claris, præsertim attenta clausula primi instrumenti, quæ est plana & expedita, & quæ est vera. Item etiam attentis aliis decem fundamentis superius adductis, per quæ res redditur clara & plana in fauorem illustris dominæ Annæ, quod admitti debeat ad successionem paternam pro rata sua simul cum istis neptibus: & ita pro veritate & iustitia speratur, quod iudicabitur per eminentissimum senatum Parisiensem.

Est de materia præcedentis consilij.

CONTRA consultationem, quam absoluti in fauorem illustris Comitis Cameræ, solennes & præstantissimi eius aduocati Parisienses mouerũt duas subtiles difficultates super duobus fundamentis, quæ ibidem feci. Primo inquantum dixi, quod verbum, *descendentibus*, dato etiam quod esset simpliciter prolatum, prout videtur dici in instrumento producto per illustres domicellas reas conuentas, tamen debet intelligi de descendentibus, scilicet masculis, non autem de fœminis, eo quia qualitas masculinitatis fuit ter repetita in illa clausula, in qua est illud verbũ, *descendentibus*: ergo habet declarare, quod illud verbum, *descendentibus*, intelligatur scilicet masculis, prout per multa istud in meo consilio comprobaui: dicitur, quod istud fundamentum procederet in terminis iuris communis, sed in casu nostro illud verbum, *descendentibus*, interpretatur tam de masculis, quam de fœminis, quia in instrumento contractus non fuit dictum simpliciter de descendẽtibus, sed fuit adiectũ de descendentibus per rectam lineam. Illud verbum, *per rectam lineam*, limitat & restringit illud verbum, *descendentibus*, vt intelligatur tam de masculis quam de fœminis, & maxime attẽta consuetudine patriæ Aluerinæ, secundum quam verbũ, *descendentibus*, intelligitur & declaratur tam in fœminis, quam in masculis. Sed ad hoc respondetur defendendo fundamentum quod feci. Et primo ad verbum, recta linea, quod declarat verbum *descendentibus*, † quia ita fœminæ dicuntur descendere per rectam lineam sicut & masculi. *l. cognoscere. §. 1. ff. de verb. sign. glo. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. & ibi Bal. & Moder. ff. de lib. & posthu. Paul. de Cast. in l. maritus. C. de procura.* quia hoc est verum, quando simpliciter diceretur de descendentibus per rectam lineam, sed dico, quod in casu nostro in eademmet clausula toties fuit repetita mentio masculorum, quod ista repetitio masculinitatis facit, quod verbum, *descendentibus per rectam lineam*, intelligatur de masculis tantum, cum etiam masculi dicuntur descendere per rectam lineam, nec intelligendo de masculis ampliatur verbum, *descendentibus*, extra rectam lineam. 36

Nec obstat consuetudo patriæ Aluerniæ, quæ interpretatur illud verbum, *descendentibus*, tam in masculis quam in fœminis: quia respondetur, ꝙ illa consuetudo procederet, quando ei nõ fuisset derogatum per pactum contrarium, prout fuit in casu præsenti, prout plene demonstraui in meo cõsilio, & probatur euidenter ex fundamẽto sequenti.

Secundo principaliter comprobaui, quod illud verbum, per rectam lineam descendentibus, debeat intelligi solum de descendentibus masculis, & non fœminis, & hoc de necessitate, quia si intelligeretur de vtrisque, tale pactum esset inane, & frustratorium, & nihil operaretur: quod non est dicendum. Nam deficientibus omnibus descendentib. per rectam lineam tam masculis quam fœminis, sine vllo pacto illustris domina Anna iure proximitatis admitteretur. Ad hoc dicitur, quod imo tale pactum non est frustratorium, imo potest magnam vtilitatem afferre, quia succedens vigore talis pacti posset reuocare bona alienata tanquam subiecta restitutioni, quia Comes Ioannes, & eius filiæ, & descendentes ex eis non potuissent alienare aliqua ex bonis relictis per decessum Comitis Bertrandi primi paciscentis, quia talia bona essent obligata ad restitutionem vigore dicti pacti: secus quando veniret solum iure proximitatis, quia tunc successio posset esse exigua, & valde tenuis, propter alienationes prius factas. Respõdetur, quod ista vtilitas non est considerabilis in casu præsenti, in quo sunt bona feudalia, quæ etiam sine pacto de iure sunt ꝓhibita alienari: *vt c. imperialem. in prin-*

in princip. cum similibus, de prohib. feud. alie. per Feder. & tanto magis cum ista bona non solum sint feudalia, sed etiam sunt feuda dignitatis, scilicet comitatus, quæ multo magis de iure sine vllo pacto prohibita sunt alienari: *vt in d. cap. imperialem. §. præterea ducatus.* Præterea in dicto pacto comes Ioannes & eius descendentes solum ponuntur in conditione, & non in dispositione: Ergo cum non sint honorati, non potuerunt etiam grauari tali prohibitione alienationis, dato quod ab intestato admittan-
37 tur: quia † quem non honoro, grauare non possum. *l. ab eo. cum similibus. C. de fideicom.* Item ibi nulla est substitutio expressa, quæ habeat impedire alienationem bonorum: *prout expresse declarat Bart. in l.*
38 *Lucius. ff. de hæred. instit.* præsertim † cum in contractibus non possit fieri substitutio. *l. hæreditas, C. de pact. con.* Item quando etiam esset expressa substitutio, adhuc illa non impediret alienationem bonorum, nisi quando esset facta in omnibus bonis, & vltimo decedenti: *vt l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2.* Præterea aut volumus dicere, quod virtute dicti pacti impediatur alienatio bonorum, tanquam illud sit factum in contractu & in actu inter viuos,
39 & † certe per contractus inter viuos non potest dari hæreditas, nec substitutio induci, per quam bona dicantur subiecta restitutioni: *per d. l. hereditas. C. de pact. conuen.* Aut volumus dicere, quod tale pactum habeat vim vltimæ voluntatis, in qua possunt prohibitiones fieri, & subiici bona grauamini restitutionis, & certe istud contineret manifestam repugnantiam, scilicet quod contractus dotis, qui celebratur inter viuos, diceretur vltima voluntas: *vt l. verba contr. axerunt, gesserunt, nõ pertinent ad testandi ius, ff. de verbor. signific.* Et si dicamus, quod sit actus inter viuos, & sic prohibitio de non alienando resultans ex dicto pacto, talis prohibitio tacita esset sine causa expressa, & sic nihil valet; *vt l. filius fam. §. diui. ff. de legatis primo.* Et sic ex prædictis concluditur, quod verum & solidum est fundamentum, quod feci, quod tale pactum esset frustratorium, & inane, si intelligeretur de descendentibus
40 tam fœminis quam masculis, & † aduentitii casus non sunt habendi in consideratione: *vt inquit tex. in l. Iulianus. ff. qui & à quibus.*

10 *Instantia causæ quando finitur per mortem domini.*
12 *Declaratio text. in cap. 2. si de feud. fuer. controuer. int. dom. & agnat.*

CONSILIVM CXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An procurator litem contestatus possit domino mortuo causam inchoatam finire, si dominus sit mortuus sine hærede, & erat causa possessorij: per totum consilium?

SVMMARIA.

1 *Procurator per contestationem litis efficitur dominus ipsius litis. 11.*
2 *Mandatum per mortem domini re integra finitur.*
3 *Procuratoris officiũ extinguitur quando dominus moritur absq; hærede. 6. 7. 9.*
4 *Iudicium possessorium quando procedat cum dominus principalis est mortuus.*
5 *Feudum potest venire in petitione hæreditatis, licet non sit hæreditarium. 13.*
8 *Procurator constitutus à prælato per mortem constituentis reuocatur.*

REVOCATVR in dubium, an Dom. Bartholomæus Paganus possit in causa per eum inchoata procedere post mortem domini, qui eum procuratorem cõstituit. Et prima consideratione videtur dicendum quod sic, ex quo fuit litem contestatus, & processit in causa vsque ad publicationem testium inclusiue. Nam † pro- 1
curator per contestationem litis efficitur dominus ipsius litis: *vt l. post litem & l. si defunctus. ff. de procuratoribus. & l. procuratorib. C eo. & c. quamuis. eo. tit. in 6.* Vnde nulla dubitatio est post causam in iudicio agitatam procuratorem dom. litis effectum, et post mortem domini posse inchoatam causam finire: *vt formaliter dicit textus in l. nulla dubitatio. C. de procura.* Ratio est, quia quando procurator est contestatus litem, cum sit effectus dominus litis, vt dixi, mandatum non reuocatur per mortem domini † quia 2
per mortem domini re integra finitur mandatum, alias secus. *l. mandatum. C. mandati. l. more. & l. & quia. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Item non solum per contestationem litis procurator efficitur dominus litis, vt dictum est, imo post litem contestatam procurator & dominus censentur vna & eadem persona. ita dicit gloss. notabilis *in l. si procurator. 2. in gloss. penult. ff. de except. doli.*

Nec obstat, si diceretur, quod dominus Bartholomæus Paganus fuit constitutus procurator ad causam feudalem terræ Collurnii, quam habebat illustris D. Antonius Sanseuerinus cum Illustriss. domina Barbara Gonzaga comitissa Caiaciæ, & illustrissimo domino Roberto Ambrosio Sanseuerinatæ eius filio, & quod præfatus illustris dominus Antonius decessit sine filiis legitimis & naturalibus, relicto filio naturali tantum, quem in testamẽto instituit hæredem vniuersalem; quia quoad feudum, de quo contenditur, naturalis etiam legitimatus non admittitur: *vulgato cap. naturales. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna.* Vnde † quan- 3
do dominus mortuus est sine hærede extinguitur officium procuratoris, dato etiam quod fuisset procurator in rem suam. Item dato etiam quod res non fuisset integra, quia fuisset litem contestatus: *vt est text. reputatus singularis in l. 1. C. de actio. & obliga.* Item dato quod fratres, & sic agnatos reliquerit, tamen in tali feudo non succedunt tanquam hæredes, quia feudum non censetur quid hæreditarium: *vt c. 1. an agna. vel fil.* Igitur respectu præsentis feudi dicitur dominus principalis sine hærede decessisse, ergo extinctum debet censeri mandatum procuratoris sui, quamuis fuerit litem contestatus: quia respõderi posset, quod in isto iudicio fuit intentatum remedium possessorium. *c. reintegranda. 3. q. 1. de quo remedio traditur per Bar. in l. si coloni. C. de agri. & censi. li. 11. per moder. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. per cano. in c. sæpe. de restit. spol.* Vnde videtur quod tale † iudicium possessorium procedat, dato quod 4
dominus principalis sit mortuus relicto tali hærede, qui regulariter non potest in feudo succedere: *per illud quod in bono simili singulariter decidit Ioan. And.*

in addi. Specul. in tit. de testa. §. sequitur videre. in vlt. col. Vbi decidit, quod si mortuus est vasallus relicta filia vnica, quæ regulariter in feudis succedere non potest, & quam hæredem vniuersalem instituit, quod si talis filia petit se mitti in possessionem bonorum defuncti, etiam inclusis feudalibus, quod agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendum ipsam filiam mitti in possessionem etiam bonorum feudalium, etiamsi tale feudum debeatur agnatis. & ita dicit esse casum *in cap. 2. si de feud. fue. controu. inter dom. & agna.* Sed post missionem veniet illud cognoscendum & definiendum: & si consuetudo vel aliud ius iuuabit filiam, defendetur in illo, alias assignabitur agnato. ita ibi formaliter tenet Ioan. Andreæ, & illam decisionē Ioan. Andreæ refert & simpliciter sequitur D. Alex. *in l. fi. in vlt. col. C. de edict. diui Adria. tol.* Ita in proposito, in isto iudicio feudali, in quo intentatum est remedium possessorium, debet istud iudicium possessorium procedere, & illud debet terminari & finiri, dato quod illustriss. D. Antonius reliquerit filium naturalem, qui etiam postea legitimatus non posset regulariter succedere in dominio talis feudi, & eo magis cū in isto iudicio possessorio veniant fructus, qui sunt allodiales, quorum saltem respectu debet procedi
5 ad definitionem causæ. Item † quia feudum nō videtur esse hæreditarium; quia potest venire in petitione hæreditatis, sicut & aliæ res, pro quibus defunctus habebat solam possessionē vel nudam detentationem: *vt l. regulariter. in prin. ff. de peti. hæred & l. hæreditas. C. eo.* sicut etiam in petitione hæreditatis veniunt res alienæ, puta res depositæ, commodatæ, *vel similes. l. non tantum. in prin ff de peti. hære. & ita tenent gl. & Ang. in l. item videndum. §. fin. ff. de peti. hæred. & ita alias legendo tenui in prælud. feud. in 13. col. circa fin. & in col. seq. in vers. an autem feudum peti possit, &c.* cum vna tamen limitatione, quam ibi dedi. Ista sunt in effectu & in substantia principaliora & potiora fundamenta, quæ adduci posse videntur, vt procurator litem contestatus possit in causa procedere non obstante morte domini principalis.

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod imo dominus Bartholomæus non possit amplius de iure procedere in ista causa feudali, pro qua fuit procurator constitutus, ex quo extinctum est eius mandatum per mortem domini, qui decessit effectualiter sine hærede, quo ad casum huius feudi, & quia instantia dictæ causæ est finita & extincta. Nam reliquit filium naturalem tantum, qui, vt dictum est, etiam postea legitimatus regulariter ad feudum non admittitur. *dict. cap. naturales, si de feud fue controuer. inter dom. & agna.* Sed
6 quando † dominus principalis moritur sine hærede, tunc finitur & extinguitur mandatum procuratoris, quamuis litem fuerit contestatus: *vt est tex. reputatus singularis in l. 1. C. de act. & oblig. & ratio est secundum Bal. ibi in 2. colum.* quia quando mandans decedit sine hærede, tunc nulla remanet imago defuncti, quem nullus repræsentat. & ideo procurator, vel mandatarius non potest vti titulo sui nominis, quod vere & ficte extinctum est à rerum natura: *vt l. postquam, in prin ff. vt lega. no. ca.* Et istud procedit non solum in procuratore simplici, prout est casus noster, sed etiam, quod est fortius, in procuratore in rem suam, & sic in cessionario, quia adhuc mandatum procuratoris in rem suam finitur per mortem mandantis, qui decessit sine hærede. Et in istis terminis propriè loquitur tex. *in d. l. 1. C. de act. & obliga. quem Bartol. Bald. & alij ibi ad hoc reputant singularem. ita etiam tenet Bar. in l. 2. §. sed & si quis ff. de dona.* Vbi dicit, quod etiam mandatum procuratoris in rem suam extinguitur mōrte mandantis, quando non habet hæredem; eo quia tunc non est ille, cuius nomine agere possit. Imo fortius † etiam 7
mandatū procuratoris habens clausulam expressam, quod transeat post mortem domini mandantis, adhuc extinguitur illo decedente sine hærede: *vt est tex. in d. cta l. quem ad hoc reputat singularem Ange. in quæstione per eum disputata, quæ incipit, Astensis miles, in 1. col.* Sicut etiam donatio causa mortis non reuocatur per pœnitentiam donantis, quando talis donans decedit sine hærede. quia ex quo nullus est hæres, non est qui possit obiicere donationem esse reuocatam. ita notabiliter tenet Angel. *in l. qui Romæ, §. Flauius. & ibi latius domi. Alexan. in penul. & vlt. col. ff. de verbor. oblig. & idem Angel. in l. 2. & ibidem dom. Alexan. ff. de legatis 1. & Ang. in l. circa. §. si cui. & ibidem Ioan. de Imol. ff. ad leg. Falcid. & Ang. in repetitione l. eam quam, in 10. colum. C. de fideicommiss. & in d. q. per eum disputata, quæ incipit, Astensis miles, in 13. colum. ad fin. idem etiam tenet dominus Alexan. in l. non omnis, in princip. ff. si cert. peta. & in istis locis mouetur Ang. per tex. in l. 1. in fi. iuncto primo intellectu gl. ibi. ff. qui sine man. ad lib. peruc.* Vbi dicit text. quod si aliquis vendidit seruum eo
8 acto, quod post certum tempus manumittatur, non potest venditor per pœnitentiam reuocare: eo, quia, vt ibi dicit glo. notabilis, venditor decessit sine hærede, ideo tunc eius pœnitentia nihil nocet: eo quia quando sine hærede decessit, non est qui possit agere ex pœnitentia, vel qui possit de pœnitentia obiicere. Item prædicta cōclusio, quod mandatum procuratoris qui fuit litem contestatus, finiatur & extinguatur per mortem domini decedentis sine hærede, comprobatur per tex. *in cle. fin. de procura. vbi est tex.* quod procurator † constitutus à prælato per mortem constituentis reuocatur, etiam quo ad causas, in quibus per ipsum procuratorem fuerit ante mortem prælati lis contestata. Et ratio est, quia per mortem prælati extinguitur ius, quod erat in ipso prælato, ideo etiam extinguitur officium procuratoris, in quem non potuit plus iuris transferri, quam esset in ipso constituente: *secundum dom. Anton. de Butr. Petr. de Anch. Cardi. & Ioan. de Imol. in d. clemen. fin. Bald. in l. mandatum, in 3. colum. ad fin. in versicu. nunc venio ad secundum. C. mandati facit, quod per dictam clem. fin. tenent Bar. Bal. & alij in l. si per epistolam. ff. de acquir. hære.*

Item prædicta conclusio, quam feci, & quæ est vera, quod mandatum procuratoris, qui fuit litem 9
cōtestatus, extinguitur per mortem domini principalis, qui decessit sine hærede, procedit etiam quando ageretur possessorio, *vt in casu l. fundi venditor. ff. de acqui. possess.* vbi erat mandatum de inducendo emptorem in possessionem, tamen tale mandatum, quod est in solo possessorio, extinguitur per mortem mandantis, quando mādans decessit sine hærede, quia tunc nullus extat vere vel ficte, cuius

nomine

nomine mandatum possit exequi. ita tenet Ludou. Roma. *in d.l. fundi venditor, vbi ita limitat illum text. per d. l. 1. secundum intellectum Barto. & aliorum ibi. C. de actio. & obliga. refert & sequitur dom. Alexan. ibidem in 2. colum. in princ.* & per hoc tollitur vnum, quod adduxi supra in contrarium, quod in isto iudicio fuit intentatum remedium possessorium. *cap. redintegranda. 3. q. 1.* Vnde videtur, quod illud iudicium possessoriũ debeat procedere saltem ratione fructuum, dato quod dominus principalis sit mortuus sine hærede, vel sit mortuus relicto tali hærede, qui nõ potest in feudo, de quo contenditur, succedere: quia (vt dixi) etiam quando ageretur solo possessorio, tamen mandatum procuratoris litem contestati extinguitur per mortem domini decedentis sine hærede. Ad idem pro ista parte bene facit;
10 quia † vbicunq; res super qua iudicium pendebat contra defunctum, non est transitoria ad hęredem vniuersalem, tunc per mortem domini finitur instantia talis causæ, & tale iudicium pendens, & talis instantia nunquam transit ad hæredem, & multo minus durat in procuratore: *vt est tex. notabilis in l. si operarum. ff. de ope. liber. per quem tex. ita notabiliter tenent Ludou. Roma. & moder. in l. si eum hominem, ff. de fideiuss. ita etiam tenet Bal. in l. 1. C. si pen. ap. mors inter.* vbi tenet Bal. quod quando negotium non est transitorium ad hæredes, tunc instantia causæ nunquam transmittitur, alias secus, *per d. l. si eum hominem. ff. de procur. & l. seruus, in princip. ff. de infam. & l. 2. ff. de præto. stipula.*

Et tenendo istam partem, quæ est de iure vera, non obstant ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Et in primis dum dicebatur, quod procurator per contestationem litis efficitur dominus ipsius litis, ergo potest etiam post mortem domini
11 causam inchoatam finire: quia respondetur † hoc esse verum, quando dominus decessisset cum hærede, qui repræsentaret ipsum defunctum, & cuius nomine posset agi, & in quẽ verba executiua sententiæ possent proferri. *vt notant Bartol. & doct. in l. nulli. C. de procu. & in l. 1. C. de senten. & interlo. omn. iudi.* Sed in casu præsenti dominus principalis in effectu dicitur decessisse sine vllo hærede quo ad feudum Collurnii, de quo contenditur, ex quo reliquit filium naturalem tantum, qui etiam postea legitimatus non posset in dicto feudo succedere, vt superius deduxi.

Non obstat etiam, dum dicebatur, quod in isto iudicio fuit intentatum remedium possessorium, quod videtur posse procedere saltem ratione fructuum, dato quod dominus principalis sit mortuus relicto tali hærede, qui regulariter non potest in feudo succedere: quia, vt superius dixi, etiam in iudicio possessorio extinguitur mandatum procuratoris litem contestati, quando dominus decessit sine hærede.

Non obstat illud, quod in simili decidit singulariter Io. And. *in addi. Specul. in tit. de testamentis. in §. penult. in vlt. colum.* quod filia quæ regulariter in feudis non succedit, tamen si sit hæres vniuersalis instituta à patre debet mitti in possessionem bonorum defuncti, etiam in feudis, non obstante contradictione agnatorum: *per tex. in cap. 2. si de feu. fue.*
12 *contro. inter dom. & agna. quia respondetur, quod † tex. in d. c. 2. in quo solo se fundat Io. Andr.* loquitur, quando quæstio erat inter partes, an illud esset feudũ; quia agnati dicebant esse feudum, filia vero dicebat esse allodium, tunc interim pendente hoc dubio possessorio debet apud ipsam filiam collocari, ita expresse & ad literam loquitur ille tex. sed in casu nostro nõ est dubium, an terra Collurnii sit feudum? & consequenter ille tex. in d. cap. 2. non facit ad ꝓpositum nostrum, nec decisio Io. Andreæ, quæ debet intelligi secundum text. quem allegat: *vt inquit Barto. in l. non solum. §. si liberationis verba, ff. de lib. leg. & in l. cum quidam. ff. de his quib. vt indig. Salyc. in l. si ex cautione, in 10. col. C. de non nu pecu. & ipse Io. And. in ca. cum nuncius, de testi. & est gl. in cap. Daybertum, 1. q. 7.* Secundo respondetur, quod decisio Io. Andr. procedit, quando talia feuda reperiuntur in hæreditate patris defuncti, & sic possidebantur ab ipso defuncto, tunc filia hæres vniuersalis instituta ita debet mitti in possessionem bonorum feudalium, quæ possidebantur à patre, sicut & in possessionem aliorum bonorum feudalium patris. & ita etiam loquitur tex. *in l. fina. in verb. quæ testatoris mortis tempore fuerint. C. de edict. diui Adria. tollen. super quo tex. Ioan. Andr. expresse format dictam decisionem.* Sed in casu præsenti illustris quondam dom. Anto. non erat in possessione istius feudi Collurnii, nec repertum est in eius hæreditate: ideo illa decisio Ioan. And. nihil facit ad propositum præsentis casus.

Non obstat † etiam dum dicebatur, quod feudũ 13
non videatur esse hæreditarium, & quod veniat in petitione hæreditatis, prout alias tenui in prælud. feud. *in 14. col.* quia respondetur, quod illud, quod ibi legendo tenui, etiam nunc teneo consulendo, & dico, quod feuda possunt venire in petitione hæreditatis: *secundum gl. & Ang. in d. l. item videndum. §. fin.* quando talia feuda peterentur à possidente, qui non haberet ius illa detinendi, secus si peterentur aduersus filium, vel alium qui in feudo succederet, tunc non posset agi petitione hæreditatis. ita tenet Bart. *in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. quem sequutus sum in dictis præludiis feu. & sequitur etiam do. Alex. in d. l. si patroni. in princ. in 7. col. & sequenti. vbi dicit Bar. ibi optime & sancte loqui.* Sed in casu nostro istud feudum non tenetur ab eo, qui non habet ius tenendi, sed imo iuste possidetur per Illustrissimum dom. Robertum Ambrosium iustum successorem dicti feudi. Item glo. *in d. l. item videndum. §. fi.* quæ vult, ꝙ feudum veniat in petitione hæreditatis, procedit, quando tale feudum fuit defuncti, vel remansit in eius hæreditate, dato quod dominium feudi nõ esset hæreditarium, cum in petitione hæreditatis veniant etiam ea, quæ hæreditaria non sunt, si tñ in hæreditate inuenta sunt, vt res depositæ, commodatæ, & similes. *l. & non tantum. in prin. ff. de peti. hæred. ita expresse tenet Ange. in d. l. item videndum. §. fi. quem ẽt sequutus sum in dictis præludiis feudor.* Sed in casu præsenti istud feudum Collurnii non remansit, nec est repertum in hæreditate Illustris. quondam D. Antonii: ergo non potest venire in petitione hæreditatis, & sic illud quod tenui in dictis præludiis feudorum facit pro ista parte, vt prædixi, & non facit in aliquo in contrarium. & hoc fortius procederet, si teneremus, quod feudum non sit ius hæreditarium, cum non habeatur iure hæreditario. *cap. 1.*

de succes. feud. & cap. primo, an agna. vel fil. & sic non veniat in petitione hæreditatis, prout tenet ipsemet Barto. post Dyn. *in l. item videndum. §. fina. & ibidem* Bald. *ff. de peti. hæredit. & Bald. in l. prima, in 50. quæstio. ff. de rerum diui.*

CONSILIVM CXXXIX.

ARGVMENTVM.

Quando communitas tenetur ex deprædatione, vel alio delicto commisso per aliquos de communitate.

SVMMARIA.

1 *Communitas non tenetur ex delicto, nisi communicato consilio & præcedente deliberatione. intellige vt num. 2. 8.*
3 *Factum familiaris quando imputetur domino.*
4 *Communitas quando teneatur ad emendationem damni. 5.*
6 *Rebellis quando dicatur ciuitas.*
7 *Guerra & timor guerræ patria sunt.*
9 *Rebelles qui dicantur.*

IN præsenti consultatione dubitatur, an excelsum commune Genuæ teneatur ad restitutionē bonorum raptorum Illustri domino Philippo de Rochabertis tunc vicegubernatori Regis in ciuitate Genuæ. Dubium facere vi-
1 detur, quia † communitas non tenetur ex delicto, nisi communicato consilio, & præcedente deliberatione processerint ad delinquendum, sed agi debet contra singulares personas, quæ deliquerunt: *vt est gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & in l. sed & si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & in l. sicut. §. 1. ff. quod cuiuscunque vni. Io. Andreæ in c. fœlicis. § fin. de pœnis. in 6. in nouella. & ibidem Geminia. in 2. col. idem notabiliter tenet Barto. in l. aut facta. §. fin. in vlt. col. ff. de pœnis. quem refert & sequitur dom. Abb. in c. dilectus. 2. & ibidem Ioan. de Anania, de simonia. & dom. Abb. in c. in Genesi. in 4. col. de elect. & notabiliter dom. Cardi. Florenti. in clemen. 1. super verb. ciuitas, in 2. quæst. & ibid. Io. de Imol. in 2. col. post Ioan. de Lignano, de pœnis. Ang. in consi. 163. incipien. Cum multitudo.* vnde consuluit Paul. de Cast. *in consi 86. incipiente, In causa Fortij.* non sufficere, quod probatum fuerit, homines vnius villæ vel terræ combussisse certum fœnum cuiusdam nobilis, ad hoc vt libellus contra vniuersitatem procedat; quia non fuit probatum, quod fecerint communicato consilio, vnde agendum fuit contra singulares personas, quæ tale incendium fecerunt. *allegat Bartol. in dicta l. aut facta. §. fina. Ad idem facit, quod consuluit dom. Franciscus de Aret. in consil. 164. incipiente, Sicut Ioannes dicit in Apocalypsi, in 16. colum. & sequenti.* quod ciuitas Florentina non potuit de iure subiici interdicto per Papam Sixtum, ex eo quod Florentini interfecerunt Archiepiscopum Florentinum, & vnum Cardinalem captiuauerunt; eo quia nō fecerunt præcedenti ad hoc deliberatione & consilio, ideo non potuerunt omnes puniri, sed debebant puniri singulares personæ, quæ tale delictum commiserunt.

Sed his non obstantibus, contrarium arbitror in casu præsenti esse de iure verius, quod imo communitas Genuæ de iure teneatur ad emendationem bonorum deprædatorum regio officiali tempore rebellionis commissæ contra Christianissimam regiam maiestatem † quia superius adducta, 2
quæ habent, quod communitas non teneatur ex delicto commisso per homines ipsius communitatis, nisi præcesserit consilium & deliberatio, procedunt in delicto momētaneo, vt est homicidium, secus quando delictum habet causam successiuam, vt est in proposito nostro rebellio, tunc communitas tenetur, dato quod consilium & deliberatio non processerint; eo quia tale delictum, vt dixi, habet tractum successiuum, ita notabiliter tenet Petrus de Anchar. *in consilio 153. incipiente, Ex narratis in facto, in 6. colum. vbi ita limitat doctrinam Bar. in d. l. aut facta. §. fin. & istam decisionem Petri de Anchar. refert & sequitur Io. de Ana. in dicto cap. dilectus, 2. in 11. colum. de simonia. idem tenet Petr. de Anchar. in d. clemen. 1. de pœnis. & ibidem dom. Cardi. Floren. in verb. ciuitas, in 2. quæstio. ita etiam tenet Salyc. in l. 1. C. de seditio.* Vbi tenet, quod quando delictum habet causam successiuam, tunc imputatur communitati, quamuis non sit factum communicato consilio, vel præcedente deliberatione. Bene facit quod notabiliter tenet dominus Abbas *in cap. constitutus, el 1. & in capit. cum causam, in vltima charta, de testib.* Vbi tenet, quod † licet alias 3
factum familiaris non imputetur domino. *cap. cum ad sedem. & ibi gloss. magistra, de restitu. spolia. notant docto. in cap. Petrus, de homicidio.* Istud est verum, quando delictum famuli habet causam momentaneam, vt est homicidium, secus si habeat causam successiuam, tunc imputatur domino, quia tunc dominus non prohibendo præsumitur accommodare eius consensum. *& dicit dominus Abbas esse suum nouum dictum. & ita cum ista limitatione Petr. de Anchar. & sequacium etiam legendo tenui in l. ciuitas. ff. si cert. peta.*

Ad idem facit; quia occasione rebellionis commissæ contra regem fuerunt deprędata bona ipsius vicegubernatoris, & sic officialis regii, non propter ipsum officialem, nec eius odio, aut propter eius demerita, sed propter ipsum regem, contra quem fiebat rebellio: vt declarat Bartolus *in l. hostes, in penult. colum. circa finem, ff. de capti.* Ergo † cum 4
propter talem rebellionem dicta bona fuerint deprædata regio officiali, debet communitas ad eorum emendationem teneri. Item talia bona fuerunt deprædata in palatio communis Genuæ, & sic in loco adeo publico & euidenti, quod in omnium notitiam facile debuit pertrāsire: Ergo facit, quod omnes patiendo & sic ratificando videntur deliquisse, & sic communitas teneri debet. *l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. & ita tenet Innoc. in c. grauem. de sen. excom. Bar. in d. l. aut facta. §. fin. in vlt. colum. ff. de pœnis.* Sicut quando populus ex post facto consentit maleficio commisso per potestatem, tunc communitas tenetur, & similiter si capitulum ex postfacto consentiat maleficio prælati nocet ecclesiæ: *vt est gloss. in cap. cum dilectus. & ibi notat Bald. in vltima columna, de ordi. cogni.* Ad idem bene facit: quia † anciani ciuitatis Genuæ susceperunt in se expressam custodiam dictorum bonorum existentium in palatio, ergo videntur in se susscepisse periculum talis deprædationis *l. si vt certo. §. si de me petiisses. cum gloss. & quod ibi Bart. ff. commo.* 5

Bart.

Bart. in l. 1. §. quemadmodum. ff. de lib. agnos. Bald. in leg. ex diui C. locati. facit l. si soluturus. ff. de solu. & cum tunc instaret rebellio contra regem, & propter hoc esset periculum deprædationis dictorum bonorum, de illo periculo censentur anciani promisisse, cum de alio tunc non dubitaretur: *vt l. fundus qui locatus. in fin. ff. de fund. instruc. glos. in l. pediculu. §. item cum quæreretur. ff. de auro & argen. leg. Bald. in l. liberti. in penultima columna. in prin. C. de bo. liber.* Sed clarum est quod anciani repsentant cõitatẽ Genuę: *secundũ glos in rubric. quæ sit lon. cõsue. & in l. 1. C. de decurio. lib. 10. Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque vni. & in rubri. ff. de decuri* Ergo ipsam communitatem ad hoc obligarunt. Nec obstat si diceretur quod eo tempore, quo dicta bona fuerunt deprædata, quod adhuc non erat commissa rebellio, prout videtur in processu opponi: quia ad hoc multipliciter respondetur, etiam hoc fatendo, sine tamen veri præiudicio, quod † ex quo post 6
rapinam dictorum bonorum factam regio officiali statim ciuitas rebellauerit regi, dicitur fuisse rebellis etiam tempore quo bona regij officialis fuerunt deprædata: *vt probat text notabilis in l. si ventri §. eorum. & quod ibi notabiliter decidunt Barto. & Ang. ff. de priui. credi. & text. in cap. dudum. de repudiis. & in ca. officij & ibi glos. de elec. Barto in leg. post contractum. in quinta præsumptione. ff. de dona. & in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. quæstio. ff. de ope. no. nun. Bald. in leg. 1. per diuersas. in vlti quæstio. C. mandati.* Item præparamenta ad rebellandum idẽ operantur, quod ipsa rebellio, & idem operatur timor guerræ quod ipsa guerra. Vnde † si sit conuentum inter conductores gabellarum & locatores, ꝙ in casu guerræ debeat fieri remissio mercedis, idẽ erit, si non euenit guerra, sed timor guerræ: secundum Pet. de Anch. *in con. 807. incipiente, Præmissa facti serie considerata. quem refert & sequitur dom. Alexand. in leg. diuortio. in prin. in quarta* 7 8
columna ff. sol. ma. Item deliberatio † de faciendo rebellionem facit, vt communitas teneatur de rapina eius occasione sequuta, *arg. leg. si seruus seruum. §. si quis insulam. ff. ad leg. Aqui.* quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse intelligitur. *leg. qui occidit. § in hac. & ibi glos. ff. ad l. Aqui. & cap. fi. in fin. de iniuriis & dam. da. glos. notabilis in cap. sicut. de testi. & glos. in cap. si canonici. §. si autem. in glos. 2. & ibi Gemini. in fin. de offic. ordi. in sexto.* Imo verius dicitur, quod tempore factæ dictæ deprædationis bonorum iam erat facta rebellio contra Christianissimam regiam maiestatem, cum Genuenses contumaciter non obedirent regi, nec eius officialibus, & iam arma hostiliter cepissent, & arces regias inuasissent, prout hæc notoria sunt, & nequeunt tergiuersatione 9
aliqua celari. *cap. fin. de coha cle. & mul.* Nam † rebelles intelliguntur omnes existentes in proterua & in notoria inobedientia: *secundum Ange. in lege secunda. §. fin. circa fin. ff. de iudi.*

Item rebellis dicitur non solum ille, qui domino suo naturali resistit, sed etiam qui iudici suo non vult parere, vel suam iurisdictionem impedit. *ita notat dom. Abb. in c. sane. 2. de offi. deleg.* & hoc dicit esse notandum pro statutis facientibus mentionem de rebellibus. *& idem etiam tenent ibi domi. Anto. de But. & alij cano.*

CONSILIVM CXL.

SVMMARIA.

1 *Sententia virtus & potentia.*
2 *Communitas an & quando possit renunciare priuilegio, seu consuetudini propter se introducta.*
3 *Vniuersitas aliud, & aliud homines de vniuersitate.*
4 *Homines vniuersitatis non possunt renunciare iuribus vniuersitatis.*
5 *Plurale numerus, homines, potest in paucis verificari.*
6 *Communitas debet esse legitime congregata ad hoc vt illi aliquid imputetur.*
7 *Maior pars quando non præiudicet minori parti.*
8 *Mandatum ex diuturnitate temporis non præsumitur.*
9 *Solennitas, quæ ex inspectione instrumenti apparet non interuenisse, nunquam præsumitur ex tempore etiam cuius initij memoria &c. nisi aliæ præsumptiones concurrant.*
10 *Solennitas extrinseca non præsumitur.*
11 *Priuilegium & ius ex sententia tolluntur per non vsum.*

COMMVNITAS & homines Charij habent bene fundatam eorum intẽtionem contra magnificos dominos ciusdem loci, ex sententia lata 1399. per magnificum dominum Antonium Adarnum tunc ducem, & ancianos seu consilium Ianuæ, & sic iam sunt transacti anni 120. per quam sententiam pronunciatur, quod magnifici domini illius loci Charii non possint pro damnis illatis in suis prædiis imponere pœnam solidorum sexaginta, sed solum pœnã dupli eius quod exigeretur ab aliis de Chario damnum dantibus in prædiis aliorum hominum priuatorum de eodem loco. Quæ † sententia fuit à partibus acceptata, & ap- 1
probata, & transiuit in rem iudicatam, vnde facit ius irretractabile inter ipsas partes. *leg. eleganter. §. si quis post. cum vulgaribus. ff. de condi. indeb.* Item habet vim constitutionis seu statuti: *secundum glos. in l. 1. C. quando prouoca non est neces.* Item habetur pro veritate *l. ingenuum. ff. de sta ho. Item facit notorium. leg. emptorem. in prin. cum glos. ff. de acti. emp. & c. fin. de coha cle. & mul.* Item sententia definitiua est altera natura, quia ius facit & originem creat: *vt est text. singularis in l. 2. in fin. & prin. sequentis. & melius in l. 4. in prin. ff. de lib. agnos. secundum Bald. in ca. nihil est in 5. columna. de elec.* Item est tam longissimum & vetustissimum tempus, quod dicta sententia est lata, cuius initij memoria nõ est in contrariũ, & sic habet vim constituti. *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua cot. & esti.* Itẽ habet vim priuilegii imperialis. *ca. super quibusdam. §. præterea. de verb. signi.* & sic, vt dixi, ex tali sententia sic vetustissima remanet optime fundata intentio dictæ cõmunitatis & hominum Charij. Sed pro parte magnificorum dominorum Charij dicitur † ꝙ 2
homines Charii renunciarunt dictæ sententiæ, vt dicitur constare publico instrumento superinde confecto. Et prædictæ sententiæ potuerunt renunciare. *le. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & l. si diuersa. vbi glos. C. de transac. & l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac.* Quia quilibet potest renunciare his, quæ in fauorem suum sunt introducta. *leg. si quis in conscribendo. cum similibus. Cod. de pac. & capit. si diligenti. de*

fo. compe. Et super ista renunciatione dictæ sententiæ an valeat de iure, & præiudicauerit dictæ communitati, vel ne, consistit totum pondus præsentis controuersiæ. Breuiter non insistendo in verbis videtur de iure aperte concludendum, quod talis renunciatio facta dictæ sententiæ non præiudicet ipsi communitati. Nam dicta sententia fuit lata pro communitate Charii, prout acta demostrant, & licet aliqui particulares homines Charii eidem renunciauerint, tamen cum nullum haberent mandatum ad renunciandum, non potuerunt in aliquo præiudicare communitati. Nam illi sententiæ non fuit renunciatum per ipsam communitatem ad hoc legitime & solenniter congregatam, nec consilio super hoc præhabito, nec deliberatione, nec talis renunciatio fuit facta per consiliarios ipsius terræ, seu per consilium quod repræsentat ipsam communitatem: *secundum glo. in rub. Cod. quæ sit long. consue. & in lege prima. Cod. de decurio. lib. 10. Barto. in leg. nulli. ff. quod cuiusque vniuersi. & in rub. ff. de decurio.* Aliud † est enim communitas, seu vniuersitas, & aliud homines de vniuersitate secundum iuris dispositionem. Nam iura vniuersitatis seu communitatis sunt penes vniuersitatem, & non penes homines de vniuersitate: *vt declarat Bar. in le. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. dom. Abb. & cano. in capit. dilectus. 2. de simonia.* Homines † ergo de vniuersitate non possunt renunciare iuribus vniuersitatis, quia iura nō sunt penes homines, sed penes vniuersitatem, & sic homines Charii non potuerunt renunciare sententiæ latæ in fauorem communitatis: & tanto minus in casu præsenti, vbi non fuerunt homines Charij, sed aliquæ singulares personæ, quæ dictam renunciationem fecerunt. Et licet in instrumento renunciationis indefinite dicatur, quod homines Charii fecerunt talem renunciationem, tamen illa indefinita, *homines*, non probat, quod fuerit maior pars hominum Charii, imo † ille numerus pluralis, *homines*, potest in paucis verificari. *leg. inter illam. ff. de verb. significa. secundum Petr. de Ancha. & Imo. in cap. quanto. de his quæ fiunt à ma. par. capi. Oldra. Laud. in consilio 100. incipiente, In executione. dom. Alexan. in consi. 7. quod incipit, Super hac dubitatione, qua quæritur, an per resignationem. & in consilio 108. secundi volum. incip. In causa & lite vertente inter dominos & possessores. in penultima columna. & in consilio 197. secundi volum. quod incipit, Super hac dubitatione. & in con. 112. quarti volum. quod incipit, In causa & lite vertente inter filios. in quarta columna. & ibidem domi. Alexand. in leg. rescriptum. in prin. ff. de pac. dom. Abb. in cap. 2. de coniugio lepro. & sentit Barto. in leg. final. Cod. de prædi. curi. lib. 10.* Illa ergo indefinita, *homines Charii*, verificatur solum in personis ibidem per nomina propria & specialia descriptis, tamen per hoc non est maior pars hominum Charij. Et dato etiam sine veri præiudicio, quod fuisset maior pars hominum Charii, tamen erant singulares personæ, & non ipsa communitas ad hoc legitime congregata nec consilium ipsius communitatis: ergo non potuerunt ipsi communitati præiudicare. Nam † requireretur quod communitas fuisset ad hoc conuocata & congregata ad sonum campanæ, vel aliter, secundum morem ipsius loci. *leg. secunda. C. de decuri. lib. 10. dom. Alexand. in consilio 68. secundi volum. quod incipit, Viso & bene discusso processu. in quarta columna.* Vel quod esset legitime congregatum ad hoc faciendum consilium ipsius communitatis repræsentans, vt dixi, ipsam communitatem: *iuxta tex. & gloss. in l. aliud. §. refertur. ff. de verbor. significatio.*

Item ad hoc vt valeant actus communitatis, debet ipsa communitas, vt dixi, esse legitime congregata, & conuocata, & debent simul conuenire saltem duæ partes hominum communitatis, & tūc factum à maiori parte illarum duarum partium dicitur factum ab ipsa tota communitate. *l. nulli. & ibi glo. & Barto. & l. plane. ff. quod cuiusque vniuer. & in leg. nominationum. Cod. de decurio. li. 10.* & vbi conuenirent plures quam duæ partes, tunc requireretur consensus maioris partis conuenientium, & non sufficeret maior pars duarum partium: *secundum D. Abb. & alios Cano. in cap. cum omnes. de consti. & in ca. 1. circa fi. de his quæ fiunt à ma. par. c. & in c. cum inter vniuersas. in 3. col. de elec.*

Item est aduertendum, quod cum ista sententia sit vetustissima, & tam longissimi temporis, quod eius initij memoria non extat in contrarium, *vt superius dixi, & sic censetur esse priuilegium, vt d. cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. significa.* etiam si interueniisset maior pars hominum Charii, non potuissent per eorum renunciationem derogare, vel aliquid statuere contra priuilegia vel consuetudines dictæ communitatis, nec † tunc maior pars præiudicaret minori: *iuxta l. maior ē ff. de pact, & le. quod maior. ff. ad municip.* imo vnus solus contradicendo posset hoc impedire. *ita notabiliter tenet Innoc. in cap. accedentibus. circa medium. de priuilegiis. quem refert & sequitur domi. Abb. in cap. veniens. in nona columna. de præscrip. idem tenet Bald. in lege prima. in princ. ff. de magis. conue. & ita etiam legendo tenui in d. leg. maiorem. in 12. limitatione, quam legi sub leg. iurisgentium. §. final. ff. de pact.*

Item dicti homines Charii, qui renunciauerunt dictæ sententiæ, fuerunt singulares personæ, vt dixi, & quæ nullum habebant ad hoc mandatum de renunciando dictæ sententiæ, vt apparet ex inspectione dicti instrumenti, ergo cum penitus carerent mandato, non potuerunt per eorum renunciationem in aliquo præiudicare ipsi communitati. Nec † ex diuturnitate temporis præsumitur præcessisse mandatum ipsius communitatis, quod erat necessarium ad talem renunciationem faciendam: *secundum Bald. in leg. 2. Cod. si ex fal. instru. & in l. 1. C. de rebus alie. non alie. quem refert & sequitur dom. Alexand. in consilio primo quarti volum. quod incipit, Ponderatis his, de quibus in themate fit mentio. in octaua columna. & in le. qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hære. & in l. sciendum. in quinta columna. ff. de verb. obliga.* Vbi fortius tenet, quod etiam tempus mille annorum non faceret præsumi solennitatem mandati. *& ad hoc allegat Bal. in d. lege secunda. Cod. si ex fal. instrum.* Et ad prædicta faciunt notata per Bartol. *in leg. qui fundum. §. procurator. ff. de vsucap. pro emp.* Item pro his, quæ sunt fundamenti, nunquam præsumitur: *vt no. Innocen. in capit. innotuit. de eo qui fur. or. susce. & expresse Bald. in capit. in præsentia. in tertia columna. de renuncia.*

Item † ex inspectione instrumenti dictæ renunciationis sententiæ apparet, quod non interuene-

uenerunt solennia, quæ requirebantur ad hoc, vt renunciatio dictæ sententiæ posset valere, ergo ex diuturnitate temporis non potest præsumi, quod interuenerit secundum Paulum de Castro *in consilt. 50. quod incipit, In causa quæ vertitur inter Reuerendum patrem. circa med. quem refert & sequitur dom. Alexand. in prædicto consilio primo. quarti vol. in penultima column.* Item in dicto instrumento renunciationis sententiæ illæ particulares personæ de Chario ibidem descriptæ promiserunt de rato habendo pro aliis hominibus Charii, & tamen non constat eos vnquam ratificasse, & sic aliis non habentibus ratum non nocet tanquam res inter alios acta. Nec ex diuturnitate temporis potest præsumi talis ratificatio, cum sit magni præiudicij. *l. nullo. C. de rei vendi. ita tenet notabiliter Barto. in quæstione per eum disputata, quæ incipit, Mulier habens amplum patrimonium, in vltima columna. quem sequitur Dom. Alexand. in consilio 12. quarti volum. quod incipit, Viso processu iuxta probabilem consuetudinem. in vltima columna. & in consilio 111. quarti voluminis incipiente, Viso & diligenter considerato themate. in penultima colum. & in d. leg. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. Idem tenet Rapha. Fulgo. licet de Barto. non faciat mentionem, in lege prima. in penultima column. & ibidem moder. C qui admitti.*

Nam quando agitur de modico præiudicio, tunc ex diuturnitate temporis bene præsumeretur ratificatio, prout contingit *in leg. si filius. Cod. de petit. hære. & in casu quem ponit gloss. notabilis in leg. pe. Cod. communi diui.* Item antiquitas temporis non facit præsumi solennitatem extrinsecam, quam apparet ex inspectione instrumenti non interuenisse, prout supra proxime dixi: *secundum Paulum de Castro in præallegato consilio quinquagesimo, & Dom. Alexand. in præallegato consil. primo quarti voluminis in penultima columna.*

Non obstat etiam, si dicetur, quod licet ex diuturnitate temporis, & sic ex spacio 10. vel 20. annorum non debeat præsumi interuenisse ratificationem solennem dictæ renunciationis sententiæ, per communitatem Charij: vt in iuribus supra allegatis, cum talis ratificatio sit multum præiudicialis, vt supra dixi, tamen ex longissimo tempore, quo dicta renunciatio dictæ sententiæ fuit facta, quo dicitur forte esse vltra centum annos. & sic est tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, posset dici, talem solennitatem extrinsecam ratificationis præsumi interuenisse: *secundum dom. Abb. in capit. peruenit. de emp. & vend per gloss. ibi quam ad hoc reputat semper tenendam menti*, quia dicitur hoc non posse procedere in casu præsenti.

Primo per illud, quod expresse tenet idem Do. Abb. *in cap. Albericus. in penultima columna. de testi.* vbi
20 tenet, quod † solemnitas extrinseca non præsumitur, etiam si tempus longissimum intercesserit, nisi etiam alia præsumptio simul concurrat: *per leg. quæcunque. §. fin. ff. de publicia. & per notata in d. capit. peruenit. de emptio & vendi.* Sed in casu præsenti non solum non concurrit alia præsumptio pro tali renunciatione sententiæ, quod fuerit solenniter ratificata per communitatem Charij, imo adest vehementissima & vrgentissima præsumptio in oppositum. Nam si talis renũciatio fuisset solenniter ratificata, certe magnifici domini Charij ea fuissent aliquando vsi: & tamẽ contrarium fuit postea obseruatum & obseruata dicta sententia per tam longissimum tẽpus, cuius initij memoria non est in contrarium. Vnde fortior præsumptio debet tollere minorẽ. *l. diuus. ff. de in integr. restit. & cap. literas & ibi no. dom. Abb. de præsump sicut verisimilitudo maior tollit minorem: secundum Bald. in leg. siue possidetis. circa fin. Cod. de proba.*

Item vehemens præsumptio naturalis tollit quamlibet opinionem contrariam. *leg. eum qui probabilem. & ibi ad hoc no. Bald. C. de episc. & cle.* Imo fortius † etiam dato, sine veri præiudicio quod illa renunciatio sententiæ non solum præsumptiue: sed etiam vere fuisset solenniter ratificata per communitatem Charij, tamen ex quo postea magnifici domini dicti loci nunquam fuerunt ea vsi: ergo per non vsum tam longissimi temporis perdidissent omne ius, quod ex tali renunciatione sententiæ solenniter ratificata habuissent. *per regulam leg. sicut. & leg. omnes. Cod. de præscrip. trig. vel quadr. an. & capit. de quarta. de præscri. facit, quod no. Barto. in lege prima per illum textum. ff. de nundinis.* vbi notat, quod Aretini, quibus fuerat concessum priuilegium doctorandi, cum non fuerint eo vsi spatio decem annorum, illud perdiderunt. Et tanto fortius in casu nostro, in quo non solum dicti magnifici domini nunquam vsi sunt dicta renunciatione sententiæ, imo fuit obseruatum totum contrarium per tam longissimum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Vnde dicuntur homines Charii ius suum reacquisiuisse illius suæ sententiæ pro eorum communitate latæ, non obstante eius renunciatione & ratificatione solenni: prout expresse & in terminis determinat Dom. Alexan. *in consilio septimo primi voluminis quod incipit: super hac dubitatione, qua quæritur, an per resignationem.*

CONSILIVM CXLI.

THEMA.

VIsa longa & seriosa facti narratione & his, quæ in iure copiose & accurate adducta fuerunt per clarissimum ac præstantissimum dominum consultorem, ego paucioribus absoluere proposueram, nisi materia me longius traxisset, quam mente conceperam. Perstringam tamen quantum potero, & substantialia attingam, prætermissis non necessariis. Considerata ergo arrogatione, quam authoritate Cæsarea fecit quondam dominus Thomas de Sanignonis ciuis Ianuensis de Augustino Picamilio ætatis annorum 37. similiter ciue Ianuensi, & qui erat ex proximioribus

propin-

propinquis dicti quondam domini Thomæ, prout confessus est dictus dominus Thomas eius auunculus in instrumento dictæ arrogationis,& tunc dictus dominus Thomas agebat annum 81. Item considerato vltimo testamento dicti quondam domini Thomæ, in quo post factam dictam arrogationem præfatum Augustinum hæredem suum vniuersalem instituit:nec non considerata donatione inter viuos, quam postea dictus quondam dominus Thomas de omnibus bonis suis præsentibus tantum fecit spectato officio misericordiæ Ianuæ, seu pauperibus Christi, sequendo ordinem primi consultoris, de iuribus, quæ habet dictus Augustinus in bonis & hæreditate dicti quondam domini Thomæ. Secundo erit videndum, de validitate vel inualiditate dictæ donationis inter viuos factæ per dictum dominum Thomam de omnib. bonis suis præsentibus præfato officio misericordiæ Ianuæ,seu pauperibus Christi.

SVMMARIA.

1 *Testamentum solemne non potest reuocari ex actu inter viuos.*
2 *Solemnitas eadem, quæ requiritur in faciendo actum, eadem requiritur in reuocando ipsum actum.*
3 *Primum testamentum quando non censetur reuocatum per actum contrarium.*
4 *Mentecaptus, sicut non potest testari, ita non potest reuocare testamentum solenne factum.*
5 *Testatorem instigans vt reuocet testamentum ad fauorem alterius, quid iuris.*
6 *Probatio per coniecturas & indicia sufficit pro plena probatione in his, quæ à communiter accidentib. sunt difficilis probationis.*
7 *Veritatem quando difficile est probare, coniecturæ habentur loco plenæ probationis.*
8 *Fama sola tunc facit plenam probationem, vbi à communiter accidentibus probatio solet esse difficilis.*
9 *Simulatio contractus probatur per indicia & coniecturas.*
10 *Contractus probatur vsurarius præsumptionibus & argumentis.*
11 *Filii possunt esse testes pro patre in his, quæ sunt difficilis probationis.*
12 *Arrogatus cum sit suus succedit patri arrogatori ab intestato.*
13 *Statutum in vno ex correlatiuis censetur etiam in alio statutum.*
14 *Furiosus & demens quomodo probatur.*
15 *Testamentum furiosi recte testantis an valeat.*
16 *Liberis qui caret, & habet propinquos egentes, tenetur eis hæreditatem relinquere ex debito honoris parentalis.*
17 *Donatio procurata non dicitur pia, nec ad pias causas.*
18 *Titulus procuratus non dicitur iustus titulus.*
19 *Donatio occulta non caret suspicione.*
20 *Impuberi arrogato non competit querela inofficiosi testamenti, nec querela inofficiosæ donationis, sed vtraque competit maiori arrogato.*
21 *Arrogari potest, qui fecit testamentum.*
22 *Quarta debita ex constitutione diui Pii impuberi arrogato hodie non est aucta.*
23 *Statutum in vno quando censeatur in alio.*
24 *Extensio non fit in correctoriis etiam ex maioritate rationis.*
25 *Donatio etiam facta ad pias causas quando est inofficiosa reuocatur.*
26 *Iuramẽtum interpositum donationi inofficiosæ non impedit eius reuocationem.*
27 *Verba*, in omnibus & per omnia, *quid importent.*
28 *Promittens aliquem tractare vt filium, si non facit, ad quid teneatur.*

CIRCA primum consultationis articulum concluſiue procedendo, apparet dictum Augustinum ex vltimo testamento dicti quondam domini Thomæ esse institutum hæredem vniuersalem, & tale † testamentum de iure reuocari 1
non potuit instrumento dictæ donationis inter viuos, prout expresse fuit reuocatum, eo quia in donatione inter viuos, in qua duo testes sufficiunt per regulam *leg. vbi numerus. ff. de testi.* & sic in actu inter viuos non potest reuocari testamentum solenne, in quo septem testes de iure requisiti interuenerunt: cum sit speciale in casu. *l. sancimus. C. de testa.* quando quis apud acta, seu coram iudice in præsentia ad minus trium testium dixit se nolle primum testamentum valere, & postea elapsum sit decennium, tunc istis omnibus sic copulatiue concurrentibus bene reuocatur testamentum, alias de iure reuocari non potest in actu inter viuos: *vt ibi est text.* Nam eadem † solennitas debet requiri in re- 2
uocando actum, quæ requiritur in faciendo ipsum actum. *leg. hæredes palam § si quid post ff. de testam. Bald. notabiliter in l. fin. in vltima columna circa medium, Cod. de fideicom.* vbi tenet, quod si ex forma statuti legatum potest probari per duos testes: similiter poterit probari reuocatio ipsius legati. & sequuntur D. Cardi. & Ioann. de Imol. *in capit. relatum. de testamen. domi. Alexand. in rub. & in leg. quemadmodum. ff. de acquir. poss.*

Item facit, quia eo modo, quo probatur aliquid, eodem modo debet probari eius resolutio. *ita notat Bal. in l. testium. in quinto notabili per illum tex. C. de testi.* Item nihil est tam naturale quam vnumquodque solui eo modo, quo ligatum est: *vt in regula, nihil tam naturale. & lege fere quibuscunque. ff. de reg. iur. & l. prout ff. de solu.* quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. *cap. 1. de reg. iur. & 27. q. 2. c. omnis res.*

Vnde † si aliquis facto testamento solemni po- 3
stea in alia voluntate, neminem instituendo, coram septem testibus dixit, quod nolebat primum testamentum valere: & sic adimebat hæreditatem scriptis in

ptis in primo testamento, per hoc illud primum testamentum non dicitur esse reuocatum: *vt est tex. melior de iure in §. ex eo autem solo. insti. quib. mod. testam. infir. Facit lex. sed si in conditione. §. fin. ff. de hære. instit. & text. in leg. militis codicillis. §. veteranus ff. de mili. testa. & ita expresse determinat Barto. in leg. si iure. ff. de lega. 3. & late sequitur Dom. Alexand. in l. si ita scriptum. §. regula. ff. de lib. & posth. & in consilio 104. secundi volu. quod incipit paucis vtar. cum concordantiis ibi per eum allegatis.*

Et prædicta fortius procedunt in casu præsenti stante pro vero, quod tempore factæ dictæ reuocationis in dicta donatione inter viuos, dictus Dom. Thomas non erat in bono sensu, & in sano intellectu, sed insanus, & amens, seu mentecaptus, prout 4 dicetur infra in secundo dubio principali, quo casu sicut non poterat testamentum facere *l. furiosum. C. qui testa. face. pos. & l. 1. ff. de bono. pos. furio. infan. muto, fur. & §. furiosus. institu. qui. non est permis. fa. testa.* ita non poterat testamentum solemne prius factum reuocare. Item cum dictus D. Thomas dolose & fraudulenter fuerit inductus ad reuocandum illud testamentum per dolosas instigationes presbyteri Hilarii, & Sclauæ ipsius domini Thomæ, qui presbyter Hilarius cõtinuo instigabat simul cum dicta Sclaua dictum D. Thomam vt testamentum reuocaret prout prædicta apparent ex dispositionibus multorum testium, de quibus in processu, & similiter dolose & fraudulenter fuit ad hoc instigatus, per sapientem salariatum dominorum officialium misericordiæ, prout dicetur infra in secundo dubio principali: Ergo dicto Augusti[illegible] competit exceptio doli contra dictos official[illegible] & alios donatarios: *vt l. 1. in fin. ff. de excep. dol.* Item potest agere actione de dolo, vel in factum contra prædictos donatarios: *vt l. non enim. cum glo. ff. de inoff. test.* Vnde deci- 5 dit ibi notabiliter Ang. quod † si aliquis per falsas instigationes suggerat testatori in perniciem alterius, ad hoc vt testator priuet illum hereditate, quem hæredem instituerat, & alii bona relinquat, vel ipsi suggerenti, quod istud est illicitum, & prohibitum, & prouidetur per exceptionem doli, vel per actionem in factum, seu de dolo.

Et per hoc dicit Ang. se semel obtinuisse quandam magnam hæreditatem, cum quidam testator instituisset hæredem quendam conuentum fratrum religiosorum, & quidam agnati testatoris persuaserunt eidem, quod non erat bene factum relinquere bona sua talibus religiosis, quia talem hæreditatem conuerterent ad malos vsus, & frustrarentur eius pium propositum, & tantum dixerunt & instigarunt, quod testamentum mutauit, & agnatos hæredes reliquit: fuit iudicatum in ciuitate Perusij, quod auocanda erat talis hæreditas ab agnatis prædictis, & fuit concessa dictis fratrib. religiosis. & ita etiam formaliter tenet idem Ang. *in le. fin. C. si quis aliquem test. prohi.* vbi etiam refert ita fuisse iudicatum Perusij per D. Vicarium Epi. Perusini. Idem etiam tenet Do. Bartholomæus Cœpola Veronensis *in cautela 52. quæ incipit, licet eum verbis blandis.* vbi per hoc dicit sumi bonam cautelam, quod si aliquis instituit te hæredem, & aliqui per suggestionem, vel solicitudinem, vel importunitatem induxerunt testatorem ad adimendum institutionem de te factam, quod per actionem doli, vel in factum subsidiariam, poteris petere ea, quæ tibi in testamento relicta sunt, non obstante dicta reuocatione per suggestiones, vel importunitatem facta: *per d. l. 1. in fin. ff. de except. dol. & l. 1. & quod ibi notatur. C. de peti. bo. sub. lib. 10. & per decisionem Ang. in d. l. fi.* & dicit, quod est casus quotidianus, & mẽti tenendus, & quod ita vidit semel de facto iudicari. Ad idem facit, quod in simili dicimus, quod votum per aliorum impulsum emissum non valet, neque tenet, nec debet obseruari: *vt est glo. notabilis 17. q. 3. in c. sunt qui opes.* Prædicta fortius & planius procedunt eo stante, quod prædicta donatio inter viuos facta de omnibus bonis præsentibus dicto officio misericordiæ sit nulla & inualida, prout dicam infra in secundo dubio principali. Item est aduertendum, quod cum difficile sit probare tales fraudulentas & dolosas instigationes: *vt d. l. dolum. cum sim. C. de dolo.* debet sufficere probatio per coniecturas, & per indicia: quia in † his quæ à communiter ac- 6 cidentibus sunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas, & indicia, & sufficit pro plena probatione. *l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. consensu. §. super. C. de repu. c. veniens. 2. in fin. de test. & cap. Michael. de filiis presby.* Istam regulam tradit Fred. de Sen. *in consi. 118. quod incipit, nulli dubium. Bald. in l. quicunque in pen. col. C. de ser. fugi. & in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cler. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. q. & ibidem notat D. Alex. in 8. col. ff. de ope. no. nunc. Paul. de Cast. in consi. 278. quod incipit, viso processu. & in consi. 326. quod incipit, in causa mota. Do. Alexa. in consilio 64. primi volu. incip. viso themate. & dubiis, & in consi. 24. secundi vol. quod incipit animaduersis his quæ tam per testes. in 3. col. & in consi. 69. secundi vol. incip. visa facti recitatione. in 1. col. & in cons. 186. secundi vol. quod incipit, in causa & lite vertente inter reuerendiss. in 4. col. & in con. 211. secundi vol. quod incipit, visis & discussis scripturis. in fi. & in cons. 98. tertii vol. quod incipit, quoniam per excellentiss. & in consi. 113. quarti vol. quod incipit. viso themate suprascripto. in 4. col. & in cons. 156. quinti volu. incip. viso processu causæ vertentis inter Apolloniam. in 1. col.* Hinc dicit notabiliter Ang. *in l. si quis ex argentariis. §. pe. ff. de eden. & in cons. 218. quod incipit, visa narratione facti. in 5. col.* quod vbicunque difficile est probare veritatem, 7 coniecturæ habentur loco plenæ probationis. *Et tenet Bar. in d. l. si quis ex argentariis. §. pe.* quod in casibus clandestinis & occultis sufficit probatio per coniecturas. Alibi tenet notabiliter Bar. *in l. in illa stipulatione si calendis. in fi. ff. de verb. obli.* quod in his, quę non possunt liquido probari, sufficit informatio ex præsumpta opinione, arg. *l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili.* & q̃ ratione difficilis probationis sufficiat præsumptiua probatio, tenet ẽt Bal. *in auth. quas actiones. in vlt. col. C. de sacros. eccle. & in c. vasallus. circa fi. fi de feu. fue. contro. inter domi. & agna.* Alibi tenet notabiliter Bal. *in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri.* quod torturã illatã per officialẽ in camera sufficit probare per indicia, & p̃sumptiones: quia nõ potest bene probari de visu. Hinc ẽt videmus, quod † vbi à 8 cõiter accidentib. probatio solet esse difficilis, tunc fama sola facit plenam probationem: *vt notatur in c. præterea. de testibus. dom. Anto. de Butr. in cap. venieus. inf. eo. titu. in capit. transmissa. qui filii sint legi. do. Alexan. in 66. tertii volumi. quod incipit, viso testamento Simonis.*

nis. circa fin. Facit, quod volunt Cyn. & Bart. in l. si quidem. C. solu. matrim. Hinc etiam est, quod in antiquis, vbi est difficilis probatio, fama sola facit plenam probationem. Ita tenet Innoc. *in c. veniens. de verbo. sign. Bal. in l. cum super. C. de rei vendi. & in authent. quas actiones. in vlt. col. C. de sacros. eccles. cano. in c. veniens.* 9 *1. de testibus.* Hinc etiam videmus, quod † simulatio contractus probatur per indicia & coniecturas: quia difficile est eam vere probare. *dict. l. dolum. C. de dolo. ita tenet Paul. de Castr. in consil. 62. quod incipit, visis his, quæ superius allegata sunt. & in consi. 326. quod in-*
10 *cipit, in causa mota.* Hinc etiam videmus, † quod contractus probatur vsurarius ex præsumptionibus & argumentis. *cap. cum in diœcesi. in verb. si tamen argumentis. de vsuris. Bald. notabiliter in rubric. extra de offic. iudic. in 6. colum.* vbi dicit, quod contractus probatur vsurarius ex perspicuis indiciis, sicut & dolus, propter occultas fraudes vsurariorum. Idem tenet Ioan. Andreæ. *in ca. ex literis, de iureiurand. Petr. de Anchar. & Ioan. de Imol. in cap. ad nostram.*
11 *de empt. & vendit.* Hinc etiam videmus, quod † ratione difficilis probationis filii possunt esse testes pro parte, & econtra, parentes pro liberis, & plene probant: *vt in l. quoties. & ibi Bartol. ad hoc notat. C. de naufragiis. lib. 10* Et sic ex prædictis omnibus concluditur, quod dolosæ & fraudulentæ instigationes presbyteri Hilarii, & Sclauæ, nec non prædicti sapientis salariati dominorum officialium misericordiæ non solum probantur per coniecturas & præsumptiones, quæ debent sufficere pro plena probatione, vt dixi, sed etiam clare apparent ex depositionibus multorum testium, de quibus in processu. & etiam apparebunt luculenter ex his, quæ subiiciam infra in secundo dubio principali.

Secúdo principaliter vltra ius vniuersale, quod habet d. Augustinus in bonis & hæreditate dicti quondam Dom. Thomæ ex testamento vltimo ipsius Do. Thomæ, in quo ipsum Augustinum hæredem vniuersalem instituit, vt supra plene dixi, etiam dictus Augustinus ab intestato eidem succedere debet, cum sit ex proximiorib. propinquis dicti domini Thomæ, qui erat eius auunculus, prout ipse do. Thomas confessus est in dicto instrumento arrogationis. Vnde bona & hæreditas dicti quondam Dom. Thomæ de iure spectant & pertinent ad dictum Augustinum eius proximiorem propinquum: *vt §. reliquum. in auth. de hære. ab intest.* Item vltra vinculum naturale & proximitatis sanguinis, dictus Augustinus etiam habebat vinculum ciuile, quia erat filius arrogatus auctoritate Cæsarea dicti
12 domini Thomæ, & † filius arrogatus, cum sit suus, *vt instit. quemadmodum testam. infir. in prin. in verb. quasi agnatione sui hæredis. & in l. certum. in princ. ff. de iniust. rup. & in l. cum in adoptiuis. in prin. in verb. sui hæredis habere iura. & ibi Bal. ad hoc notat. C. de adopt. Bal. in l. eam quam in 1. col. in fin. C. de fideicom.* Ideo vniuersaliter succedit patri arrogatori defuncto ab intestato, exclusis aliis agnatis: & si pater arrogator haberet alios filios legitimos & naturales, iste filius arrogatus simul cum eis ab intestato succederet. *l. si te parens. C. de suis & legitim.* Nam arrogatus auctoritate imperiali transit in potestatem patris arrogantis. *§. illud proprium. & ibi notat Angel. de Aret. inst. de adop. Bal. in d. l. cum in adoptiuis in prin. in 1. col. circa fin. C eod.* & quemadmodum pater arrogator succedit ab intestato filio arrogato. *§. mortuo autem filio. inst. de acquisi. per arrog.* ita econtra, mortuo patre arrogatore ab intestato debet filius arrogatus ei succedere ratione correlationis; quia † statutum in vno ex correla- 13
tiuis censetur etiam in alio statutum. *l. si. vbi Bart. & alii ad hoc notant. Cod. de indi. vidu. tol.* & ibi legendo plene dixi, & cumulaui istam regulam, vt procederet etiam in materia pœnali & correctoria, quanto magis in materia fauorabili, vt est ista? Et prædicta magis procedunt in casu præsenti, cum in instrumento arrogationis dictus Do. Thomas promiserit dict. Augustinum diligere, tractare, & reputare de cætero, & in perpetuum. & in omnib. & per omnia, prout si esset filius suus legitimus, & naturalis de suo corpore natus, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & generaliter in quibuscunque aliis agendis per eum. per quæ verba videtur tacite voluisse eum esse hæredem suum ab intestato, & quod admittatur ad succedendum ab intestato ex tacita eius voluntate. *l. si quis cum nullum. & l. conficiuntur. in principio. ff. de iure codicill. Et declarat in specie Paul. de Castr. in l. quidam cum filium. in tertia colum. circa fin. ff. de verbo. oblig.*

Et sic ex prædictis omnibus apparet, dictum Augustinum habere bonum ius tam ex testamento quam ab intestato in bonis, & hæreditate dicti quondam Domini Thomæ. Et ita remanet absolutum primum dubium principale, cuius tamen dubii effectus videtur satis pendere ex his, quæ statim dicam in *eg.* undo dubio principali: quia stante valida dot[illegible]ne inter viuos omnium bonorum præsentium facta dicto officio misericordiæ, in effectu censeretur quodammodo esse reuocatum testamentum Domini Thomæ, saluis tamen his quæ superius tenui, cum eius hæres ex testamento parum, vel nihil consequeretur, tamquam esset testamentum eius, qui bona non haberet, ex quo illa postea donauit alii inter viuos: iuxta authentic. ingressi. C. *sacrosanct. ecclesiis.* licet hæreditas sit nomen iuris, & possit etiam sine bonis consistere. *l. hæreditas. in principio, ff. de petitio. hæreditatis.*

Aggredior itaque secundũ dubium principale, in quo cõsistere videtur pro magna parte vis & substantia præsentis controuersiæ. An valeat d. donatio inter viuos facta per dictum Do. Thomam de omnib. bonis suis præsentib. præfato officio misericordiæ Ianuæ, an vero de iure sit nulla, vel inualida, aut saltem possit per dict. Augustinum retractari? Et in hoc dubio etiam concluſiue procedendo dicitur, quod talis donatio est nulla, quia † fuit fa- 14
cta à dicto D. Thoma, tunc temporis insano, & demente: quia, vt deponunt testes super hoc producti, & præsertim Ioannellus Doria barbitonsor, post subornationes & suggestiones ei factas per presbyterum Hilarium, dictus Dominus Thomas factus est vt demens, & mente captus, & iactabat brachia hinc inde, & faciebat multos clamores in plateis, & in ecclesia, & in domo, prout faciunt homines insipientes, & sic videtur probata eius infamia tempore factæ donationis: *vt est textus melior de iure in l. ob quæ vitia. ff. de adilit. edicto.* Vbi
dicitur

dicitur furiosus, qui per vicos more insanorum loquitur, vel deridendo vadit: *vt ibi. & lege secunda, Cod. de Iudæis. & leg. quidam in suo. ff. de condit. instit. instit. & gloss. in capitu. final. in verb. compotem. de successione ab intestato, & gloss. in capit. indicas. 3. quæst. 9. Bald. Angel. Imol. & Moder. in leg. si cum dotem. §. si maritus. ff. solu. matrimo.* Ponunt late scribentes præsertim Domin. Alexand. *in leg. furiosum. C. qui testa. face. poss.* Item est text. notabilis *in §. si quis de prædictis. in verb. si quis viderit. in authen. vt cum de appella. cogno.* quem Ange. ibi ponderat, & dicit esse text. expressum, quod furor percipitur per visum, ideo secundum eum si testis deponat, quod Titius erat furiosus, & interrogatus de ratione dicti sui respondeat: quia vidit eum furentem, ille testis optime probat, & non solum furiosus, qui est cum rabie furoris, sed etiam mentecaptus, vel amens, cui mens & consilium deficit, licet nullum furorem ostendat: *vt declarat Bald. in leg. furiosi. Cod. de nupt. & lege humanitatis. in tertia columna. C. de impube. & aliis substitu. & in l. sed & milites. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. Ales. 1. in cons. 53. primæ partis. incip. ad quæsitum breuiter concludo.*

Isti omnes non possunt testari, nec aliquid disponere: & similiter homines phrenetici, donec sūt in phrenesi, nihil possunt testari, vel disponere: *secūdum Bald. in l. secunda, in decima quæstione. C. de rescind. vendi.* & isti tales prohibentur etiam ad pias causas testari, aut eis relinquere: *secundum Bartol. in repetitione le. primæ, Cod. de sacrosan. eccles. in prima, quæst. primæ quæst. principalis*: quia in eis non cadit recta voluntas, vel rectum arbitrium: *vt le. final. Cod. de testamen. mili. & cap. fin. de successione ab intest.* Idem tenent Petr. de Anchara. & Ioan. de Imol. in *cap. secundo, de testamen. Domi. Alexand. in consilio 182. quinti voluminis, quod incipit, super eo, de quo quæritur.* Immo fortius tenet multum notabiliter domi. Abb. *in capit. sicut tenor. in secundo notabili, per illum textum, de regularibus.* vbi notat, quod furiosus, vel demens etiam bene faciendo, puta obligando se Deo, non per hoc præsumitur, quod sit sanæ mentis. Ex quo infert, quod licet furiosus faciat testamentum tanquam quilibet mentis compos, non tamen per hoc valebit tale testamentum. Idem est secundum eum, si donaret omnia bona sua pro anima: *per text. in dicto cap. fin. de successione ab intesta.* Et iste est casus noster.

Et per hoc non obstat, si diceretur, quod talis donatio omnium bonorum præsentium debeat valere, ex quo eam fecit officio misericordiæ, & sic pauperibus CHRISTI pro anima sua, & parentum suorum: quia immo non valet, ex quo non erat in bono sensu, prout expresse ibi tenet domi. Abb.

Et per hoc etiam non obstat, si diceretur, quod
15 quandò † furiosus rite & recte in omnibus & per omnia testatus est, sicut homo sanæ mentis, quod tale testamentum valet & tenet, non obstante quod esset furiosus: *secundum Ioan. Andreæ. in dicto ca. final. de successione ab intesta. vbi refert Valerium dicere ita fuisse obseruatum à senatoribus Romanis. Et sequitur Bald. in cap. primo, in principio, in titu. per quos fiat inuesti. Ludoui. Roma. & do. Alexand. in dicta l. furiosum. C. qui testa. fa. pos.* Nam contrarium expresse & notabiliter tenet Do. Abb. *in dicto cap. sicut tenor. in secundo notabili, per illum textum, & Bal. notabiliter in §. item furiosi. instit. qui. non est permis. fa. testa.* Vbi tenet, quod si sit furiosus non habens dilucida intercualla, dato quod rite & recte sit testatus, sicut quilibet sapiens: item plus, dato quod notarius diceret, talis sanus mente, tamen tale testamentum non valet, neque tenet. Quinimo in ista donatione omnium bonorum præsentium, quam dictus Dominus Thomas fecit præfato officio misericordiæ, non fecit rite, & recte, in omnibus, & per omnia sicut homo sanæ & bonæ mentis fecisset, ex quo nihil reliquit dicto Augustino eius filio arrogato, qui vltra arrogationem etiam erat ex proximioribus propinquis suis, & successurus ei ab intestato, & quem in instrumento dictæ arrogationis promiserat tractare in omnib. & per omnia, ac si esset filius legitimus & naturalis, & de proprio corpore procreatus. Item † qui caret liberis, prout 16
iste dominus Thomas, & habet vlteriores propinquos egenos, qui non sint mali, aut indigni, tenetur eis hæreditatem dimittere ex debito honoris parentelis: quia cum præcipitur honorari patrem & matrem, præcipitur etiam honorari parentelam & cognationem in his, quæ ad parentelam & cognationem pertinent. ita notanter determinat sanctus Thomas de Aquino in quodam suo quodlibeto, 81
quem refert & sequitur Alberi. de Rosa. *in suo alphabeto iuris canonici, in verb. testamentum. 2.* Item quicunque vult, exhæredato filio, hæredem facere ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, imo neminem inueniet qui acceptabit: *vt inquit text. in 17. q. vlt. in c. si. & refert gl. in l. si quis ad declinandum. C. de episco. & cleri.* Et sic stante hoc quod dictus do. Thomas tempore, quo fecit dictam donationem de omnibus bonis præsentibus officio misericordiæ erat amens, aut mentecaptus, prout testes super hoc producti videntur deponere, certe hoc non videtur habere aliquam dubitationem, quod talis donatio est penitus nulla, & sic dictus Augustinus vigore vltimi testamenti dicti domini Thomæ, in quo est institutus hæres vniuersalis, de iure admitti debet ad omnia bona, & hæreditatem ipsius domini Thomæ: & hoc non videtur habere scrupulum. Secundo principaliter, quod talis donatio non valeat, facit; quia ista donatio fuit procurata per sapientem Salariatum officii misericordiæ, & per aliquos ex ipsis officialibus ad hoc deputatis in totalem perniciem & totalem exclusionem dicti Augustini filii arrogati, & proximioris propinqui dicti domini Thomæ. Nam dictus Sapiens Salariatus conuenit cum duobus officialibus ad hoc deputatis, quod de eo quod opera & medio dicti Sapientis dictum officium misericordiæ haberet ex bonis dicti domini Thomæ, quod sibi quintam partem darent, cum ille dimidiam vellet, & sic facta fuit conuentio & deliberatio de bonis dicti domini Thomæ diuidendis inter ipsos officiales, & dictum Sapientem. Postea ipsi officiales annullauerunt dictam deliberationem per eos factam de dicta quinta parte bonorum dicti domini Thomæ, quia erat illicita, & turpis, & fuerunt contenti approbare & confirmare obligationem prouentuum locorum 50. factam per dictum domi. Thomam dicto Sapienti pro se & eius vxore & hæredi-

bus vsque ad annos 30. quæ approbatio successit in locum dictæ quintæ partis bonorum: quam obligationem locorum 50.do. Thomas facere non poterat, cum vigore prædictæ donationis inter viuos omnes prouentus dictorum locorum post mortem domini Thomæ libere spectarent dictis officialibus, & sic voluerunt in dictis prouentibus locorum 30. retribuere dictam quintã partem Sapienti, & illos prouentus tollere & auferre pauperib. Christi. Nec releuat, quod vigore admonitionis generalis factæ sub pœna excommunicationis de mandato reuerendi domini vicarii archiepiscopalis dictus Sapiens in sua releuatione respõdit se quodãmodo iocose dixisse dictis dominis officialibus, si volebãt facere partem fraternam secum: quia non excusatur, quando deprehensus in facinore dicit, Ludens
17 feci: vt inquit text, *in c.1. de præsumpt.* Ista † ergo donatio procurata per dictum Sapientem Salariatum officii misericordiæ, & per duos ex ipsis officialibus ad hoc deputatos, non debet censeri pia, nec potest licite retineri, sed debet restitui ei, qui de iure debet succedere, *argu. tex. notabilũ in c constituit. 20. quæstione 3. & in c. fi. 17. quæst. vlti.* Nam officiales misericordiæ ex eorum constitutionibus debent solum acceptare illa bona, quæ eis pie & iusto titulo relinquũtur, non autem illa, q̃ per subornationes, & indictiones
18 mediatas, vel immediatas ad eos ꝓueniunt. Nã † titulus ꝓcuratus non dicitur iustus titulus, nec ꝓdest in p̃iudicium iuris tertii: *secundũ Bart. in l. siue autẽ. § si duob. ff. de publici.* sicut ẽr officiũ publicũ ꝓcuratum nihil ꝓdest, nec p̃stat ali q̃ immunitatẽ: *vt est text. in l. vniuersi. secundũ vnam lecturã, & ibi Bal. ad hoc notat. C. de leg. li. 10. sicut nec impedimentũ procuratũ. l. 2. §. fi. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. si quis cautio.* Tertio principaliter ad idẽ facit; q̃ talis donatio omniũ bonorũ p̃sentiũ facta officio misericordiæ & conuentiones eius vigore factæ ꝑ aliquos ex dictis officialib. cũ eorũ Sapiente Salariato fuerunt occultatę vsq; ad admonitionẽ generalẽ factã sub pœna excõis de mãdato
19 Reuerendi do. Vicarii Archiepiscopalis: Vnde † talis donatio fic occultata nõ caret suspicione: *vt formaliter dicit tex. in c.1. §. porro, vt eccle. beneficia sine diminutio. conferãtur.* Nã ꝓpter clandestinitatẽ p̃sumitur dolus: *vt est glos. in l.1. & ibi Bal. C. de interdicto matri. Facit l. nõ existimo ff. de admi. tuto. & l fi. ff. de ritu nupt. Bar. in l. post contractũ. in quarta præsumptione. ff. de dona. vnde dicit tex. notabilis in l. fi. C. de litigiosis.* iustũ est. n. ꝓpter dolosam mentẽ & absconditã machinationẽ. Itẽ q̃ male agit, odit lucẽ. *dicit tex. in c. consuluit. de offic. delega. gl. in l.1. §. mulier. ff. de ven. inspi.* Item dicti officiales misericordiæ faciebant teneri clausum ostiũ dom⁹, in qua p̃fatus do. Thomas infirmus erat, ne ad eum possit dictus Augusti. accedere, q̃ vocatus à medico dicti do. Thomæ, vt ad eũ accederet, non potuit ad eũ ire, quia ostiũ clausum tenebant, ꝓut ex dispositione ipsius medici & aliorũ testiũ apparet: ergo dicti officiales misericordię ꝓ hoc videtur reddi indigni bonis dicti do. Thomæ per illud, ꝙ tenet Bar. *in l. fi. ante fi. ff si quis aliquẽ testa. prohi.* Quarto principaliter, & vltimo, ẽt dato, sed nõ concessio, & sic ẽt fatendo, sine veri p̃iudicio, ꝙ dicta donatio omnium bonorũ p̃sentium facta officio misericordię per dictum do. Thomam esset de iure valida, tñ non põt negari, quin sit inofficiosa, ex quo effectualiter pri-
uat in totum dictum Augustin. ergo saltem debet posse retractari per querelam inofficiosę donationis. Pro cuius intelligentia est aduertendum ꝙ quãdo impubes † est arrogatus non habet querelam in- 20
officiosæ donationis: eo quia sibi non datur querela inofficiosi testamenti, quæ est remedium extraordinarium, cum habet remedium ordinarium, & possit quartam petere ex constitutione diui Pij: vt est tex. *in l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffic. testamen. & in § tam aũt. insti. eo.* Sed cui non datur querela inofficiosi testamenti, etiam non datur querela inofficiosæ donationis, quæ est inducta ad instar querelæ inofficiosi testamenti: *vt l.1. & l. fina. C. de inoffi. dona. & ita per dictam rationem tenet Bald. in l.1. in 8. col. in fi. & sequenti. C. de iure fisci. li. 10. Idem tenet do. Alex. licet de Bal. nullam faciat mẽtionem in cons. 45 primæ partis, quod incipit, consideratis verbis dicti statuti.* & de impubere arrogato communiter loquuntur leges. *vt l. si arrogator. ff. de adept. & dicta l. Papinianus. §. si quis impubes. & l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. & l.1. §. si impuberi. C. de colla. bon. & l. fi. ff. si quid in frau. patro. & §. cũ autẽ impubes. instit. de adop.* Sed nos sumus in maiore arrogato, quia iste Augustinus erat ætatis annorum 37. quando fuit arrogatus authoritate Cæsarea per do. Thomam tunc existentem annorum 81. & quod etiam maior possit arrogari est indubitatum, quia etiam habens filios potest arrogari: *vt l. 2. §. fina. ff. de adopt.* Item † qui fecit testamentũ 21
similiter potest arrogari: *vt l. qui liberis. §. testa. ff. de bõ. poss. secundum tabu.* Ergo expeditũ est & indubitatũ, quod etiam maior potest authoritate Cęsarea arrogari, & quando maior arrogatur, tunc nõ habet locum constitutio diui Pij, quę solum loquitur in impuberi arrogato: & sic maiori arrogato non debetur quarta ex cõstitutione diui Pij, sed debetur sibi de iure communi, quia est suus, & in potestate patris arrogantis, & si præteratur, tanquam suus rumpit testamentum: *vt est tex. instit. quib. modis testa. infir. in principio, & in l. certo. in principio, ff. de iniust. rup. & in l. cum in adoptiuis. circa finem, C. de adopt. & §. aliquam. circa finẽ, insti. de heredi. quæ ab intesta. Bal. in l. eam quam. in 1. col. in fin. C. de fideic. ommiss.* & sic ei debetur quarta de iure cõmuni, & si exhæredetur sine causa, ei competit querela inofficiosi testamenti: *vt le. si suspecta. §. quoniam. ff. de inoffic. testamento, & in §. tam autem. insti. eo. & tenent Cyn. & Rapha. Fulgos. in l. secunda, Cod. de adopt. & ibi clarius Saly. & idem Salycetus in repetitione l. si arrogator. ff. de adopt. in 16. columna. in versicu. quæro. 13. an puberi quarta debeatur. & ibidem etiam legendo ita tenui, in vltima charta.* Cum ergo maiori arrogato competat querela inofficiosi testamenti, debet ẽt competere querela inofficiosæ donationis: quia tunc cessat ratio, quæ in impubere arrogato assignatur *in dicta lege Papinianus. §. si quis impubes.* & quia datur querela inofficiosi testamenti, etiam datur querela inofficiosæ donationis, quæ est adinuenta ad eius similitudinem. *d. le.1. & leg. fin. C. de inoffic. dona.*

Et quamuis † in impubere arrogato hodie non 22
sit aucta quarta sibi debita ex cõstitutione diui Pij, prout expresse tenet glos. *in §. primo, in versicu. hoc obseruando. in authen. de triente & semis.* vbi glos. expresse loquitur de quarta debita ex constitutione diui Pii impuberi arrogato, quæ non est hodie aucta,

tamen

tamen nos loquimur in arrogato, cui non debetur quarta ex constitutione diui Pii, sed de iure cõmuni, & cui competit querela inofficiosi testamenti. & text. *in d. §. primo, in vers. hoc obseruando.* dicit, quod legitima est aucta in omnibus personis, quibus ante competebat querela inofficiosi testamenti, ergo etiam est aucta in maiore arrogato, & sic est aucta vsque ad trientem. *& ita in specie firmat Saly. in d.l. secunda, C. de adop. & in d. repetitone. le. si arrogator. in 16. col. in vers. quæro. 13. an puberi quarta debeatur.* & ibidem etiam legendo tenui in vltima charta: quia impubes arrogatus in aliis est melioris conditionis, quam quando maior arrogatur: quia impubes arrogatus reuocat alienata in fraudem: vt est textus singularis *in l. fin. in fi. ff si quid in fraud. pa.* quæ solum loquitur in impubere arrogato, ad denotandum quod aliud est in maiore arrogato.

Quinimo fortius tenuerunt Pet. Cyn. & Albe. de Rosa. *in d.l. si arrogator. & ibidem Sal. in repetitione, in 17. colum. in vers. quæro. 19. an hæc quarta sit aucta. & Cyn. in l. secunda. C. de adopt.* quod etiam in impubere arrogato sit hodie aucta legitima vsque ad trien-
23 tem, moti; quia † quando duo procedunt sub eadem ratione, statutũ in vno intelligitur etiam statutum in alio: *vt l. prima, C. de diuer. rescrip.* sed sub eadem ratione procedunt arrogatus, & filius legitimus & naturalis: *vt inst. de acquis. per arroga. in princip. ergo & cæt.* Istud potest fortificari; quia non solum in exorbitantibus, quando duo casus parificantur à lege antiqua, illud quod statuitur de nouo in vno, intelligitur etiam statutum in alio; *vt est gl. in l. si quis seruo persuaserit. ad finem. C. de fur. & gloss. expressior in l. quod vero contra. ff. de leg* sed etiam in correctorii, quando duo casus sunt parificati, à lege antiqua, lex noua corrigens in vno intelligitur etiam corrigere in alio, *ita tenet Barto. in l. secunda, ff. de leg. 1. & declaraui plene legendo in auth. quas actiones. C. de sacr. oſun. eccles.* Ergo cum à lege antiqua æquiparantur filii arrogati, & filii legitimi & naturales, vt dixi, ergo &c. Et isto argumento vtitur in simili Bart. ad probandum, quod hodie legitima parentum sit aucta, sicut legitima filiorum, *in l. si à milite. §. si patri. ff. de mil. testamen. & in l nam & si parentibus. & in l. pater filium. ff. de inoffic. testamen. Bald. & Salycet. in authentic. nouissima. & ibi etiam tetigi. Cod. de inoffic. testamen.*

Sed istud vltimum de impubere arrogato, quod eius quarta hodie sit aucta non firmo, ex quo contrarium expresse tenuit glo. quam superius retuli, *in dict. §. 1. in versicul. hoc obseruando. in authentic. de tri. & semis. Iac. Butr. & Bartol. in dicta leg. si arrogator. & ibi Bald. in repetitione, in 11. oppositione,* & communiter
24 alii † eo quia in correctoriis etiam ex maioritate rationis non fit extensio: *vt notatur in dict. authentic. quas actiones, & in leg. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim.* Vnde cum text. *in dict. versicul. hoc obseruando.* dicat, quod legitima est hodie aucta vsque ad trientem in omnibus personis, quibus ante competebat querela inofficiosi testamenti, sed impuberi arrogato non competit querela inofficiosi testamenti, cum habeat remedium ordinarium ex constitutione diui Pii: *vt dicit tex. in d.l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inof. testam.* Ergo in impubere arrogato non est hodie aucta quarta, sed in maiore arrogato, cui bene competit querela inofficiosi testamenti, vt superius firmaui, bene est hodie aucta legitima vsque ad trientem. Et istud teneo, licet prima consideratione aliter videretur tenendum.

Concluditur ergo ex prædictis, quod huic maiori arrogato competit querela inofficiosæ donationis ad reuocandum donationem omnium bonorum præsentium factam officio misericordiæ, & sic pauperibus Christi; quia † etiam donatio fa- 25
cta ad pias causas, quando est inofficiosa, & sic quando est immensa reuocatur, saltem vsque ad legitimam ipsius filii. *vt 17. quæst. 4. in c. vltimo, & ita tenet gloss. 13. q. 2. in capitul. si quis iraſcitur. in gloss 1. Barto. in leg. Titia. §. Imperator. in penultim. column. ff. de lega. 2. Bald. in leg. 1. in 4. column. & ibidem Paul. de Castr. in 3. colum. Cod. de inoffic. dona. D. Abb. in cap fin. post gloss. ibi, de dona.* Imo fortius tenet idem Bald. quod talis donatio reuocetur in totum. *ita tenet ipse Bald. in auth. si qua mulier in prima colum. Cod. de sacros. eccl. & in con. 215. quinta partis, quod incipit, quidam donauit omnia sua bona cuidam monasterio.* Bene verum est, quod quantum ad donata extraneis reuocatio fit in totum, quando est inofficiosa re & consilio: *secundum gloss. Bartol. & communiter doctores in dicta leg. 1. Co. de inoff. dona & in dicta leg. Titia § Imperator. Ang. in authen. de immensis dona. post gloss. ibi:* quia patronus, cui minus est debita legitima in bonis liberti quam liberis. *vt l. si quis legatum. §. fin ff. de falsis reuocat. in totum. l. si libertus. §. pen. ff. de iure patro.* multo fortius filius debet posse in totũ reuocare donationes re & consilio inofficiose factas per patrem in extraneas personas nec iuramentum † interpositum per domi- 26
num Thomam in prædicta donatione omnium bonorũ præsentium impedit quin possit agi querela inofficiosæ donationis: quia quando contractus infirmatur ratione alterius, nunquam talis contractus confirmatur iuramento contrahentium: quia esset in alterius dispendium: *vt cap. quamuis. de pac. in sexto. & c. licet mulieres. de iureiuran. in sexto.* Sed in proposito nostro donatio inofficiosa infirmatur fauore filiorum: ergo iuramentum non impedit: & ita expresse tenet Bartol. in dicta *l. Titia. §. Imperator. in secunda columna, & ibidem Bald. & alii. ff. de lega secundo. Bartol. in l. hac edictali. in fin. in princip. Cod. de secund. nupt. Bald. in leg prima, in quinta column. & ibidem Salycet. Cod. de inoffic. dona. dom. Anto. de Butr. in capitul. final. in vltima column. & ibidem Petr. de Anchar. & Ioan. de Imol. de dona. Dom. Alexand. in consil. 55. primæ partis, quod incipit, consideratis verbis dicti statuti.*

Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo dictus Augu. fuit rogatus per dom. Thomam authoritate Cæsarea, & in instrumento arrogationis expresse promisit ipsum tractare in perpetuum in omnibus & per omnia, prout si esset ipsius filius legitimus & naturalis, & de proprio corpore procreatus, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & generaliter in quibuscunque aliis per eum agendis. Et illa † verba, in omnibus & per o- 27
mnia, important, quod non debeat esse vlla differentia, nec vlla disparitas inter filium legitimum & naturalem, & istum filium arrogatum, quem promisit in omnibus & per omnia tractare vt filium proprium de suo corpore natum: *vt est text. in leg.*

secunda §. furiosus. & ibi Ang ad hoc multum notat, & reputat singularem. ff. de iure codicil. do. Alex. & alij in l. prima, ff. de lega. primo, cum concordantiis ibi traditis per do. Alex. vbi etiam legendo dixi. Et † quando quis promisit
28 tractare aliquem vt filium, si eum priuat, vel exhæredat sine causa, contra eum committitur pœna apposita in stipulatione: alias tenetur ad interesse: *vt est text. solemnis in l. quidam cum filium. vbi Barto. Angel. & alij. ff. de verborum obligationibus, quæ lex est ad hoc egregia & solemnis: secundum Bald. in capit. primo, in quarta columna, de plus peti. & ille text. est singularis, & non est alibi in iure: secundum Bartol. ibi circa principium, & Bald. in capit. per tuas in vltima columna de probat. & in capit. ego in secunda columna de iureiurando.*

Eodem modo quando contrahunt adinuicem fraternitatem, & iurant se tractare vt fratres licet per hoc non contrahatur fraternitas *leg. nec apud. C. de hæredi. instit.* tamen talis conuentio est seruanda, adeo quod si in testamento præteriret eum, instituta turpi persona, *iuxta l. fratres. C. de inoffic. testamento*, posset agere ad pœnam, si promissa est, vel ad interesse: *per dictā l. quidam cum filium. ita notabiliter tenet Ioann. de Imol. in l. ille autem. in vltima columna. ff. de hæred. instituen. quem refert & sequitur dominus Alexand. in dicta leg. nec apud. quam legit sub. leg. si pater tuus. Cod. de hæred. instituen.* Item si aliter diceremus in casu præsenti, quam superius fuit conclusum, sequeretur maximum absurdum, quod fuisset in potestate dicti dom. Thomæ priuare Augustinum filium suum arrogatum sine vlla causa legitima bonis suis, & sic facere, quod elusoria fuisset & inanis arrogatio tam solēniter facta cum authoritate imperiali quod nullatenus est dicendum. Item spectatum officium misericordiæ Ianuæ, quod est pium, magnam exerceret impietatem & iniquitatē, si aliter faceret, quam superius fuit conclusum, quod nullatenus est credendum propter magnam integritatem & prudentiam dominorum officialium dicti loci misericordiæ.

CONSILIVM CXLII.

Argvmentvm.

Conditio, si filius masculus mihi nascetur & hæres erit, an per solam suitatis potentiam impleatur? quod non, per totum.

Vel sic.

Conditio, si hæres erit, non impletur ex sola suitate, sine actuali immissione.

Svmmaria.

1 *Copulati vtriusque concursus requiritur.*
2 *Familiarum dignitas conseruatur per diuitias.*
3 *Testator, si voluit teneri filias, quanto magis eius sorores.*
4 *Filius in potestate est suus sed non necessarius hæres hodie.*
6 *Beneficium prætoris concessum filiis circa abstensionem quid operetur.*

MIHI quoq; de iure concludendum videtur, quod existentia sui hæredis, absque actuali immissione, non faciat censeri purificatam esse conditionem extinctiuam legati cētum aureorum, quod legatum testator voluit non habere effectū, si contingeret ex ipso nasci aliquos filios masculos, vnum seu plures, & eos esse hæredes ipsius testatoris, sed quod dictum legatum sortiretur effectum casu, quo contingeret ex ipso non nasci aliquos filios masculos, sed solum filias fœminas, vnam, vel plures, cum euenerit casus, quod natus sit posthumus, qui infra octo menses mortuus est, absque eo quod nomine dicti infantis aliquis immiscuerit se hæreditati paternæ. Nam cum tale† 1
legatum fuerit reuocatum sub duplici conditione copulatiua, & sic requiratur concursus vtriusque copulati. *l. si hæredi plures. cum vulgaribus. ff. de condi. instit. & l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verbor. obligatio.* Et sic testator voluit ad hoc vt legatum sit reuocatum, quod nascatur sibi filius masculus: item quod sit hæres ipsius testatoris. Vnde si illa secunda conditio, quod sit hæres, intelligeretur ex sola suitate, fuisset omnino superflua, quod non est dicendum: *per l. si quando. in princ. cum similib. ff. de l. 1.* Vnde debet intelligi, quod sit hæres cum effectu, & sic mediante actuali immissione. Nam testator proprie visus est prægocitasse istum casum, quod posset contingere sibi nasci filium masculum, sed quod statim vel infra breue tempus moreretur, ideo voluit, quod nō sufficeret nasci sibi filium masculum, nisi etiam esset sibi hæres effectualiter: quia ratio reuocationis istius legati fuit; quia voluit, quod bona remanerent in descendentibus masculis & sic linea masculina fauore agnationis: *vt l. 1. §. sed & si seruus. ff. de ventre inspi. & l. super statu. C. de quæstio.* cum † per diuitias familiarum dignitas cōseruetur, quæ 2
per inopiam perit. *§. sancimus. in authen. de testibus. & l. 1. ff. de custo. reorum.* Et ad publicam vtilitatem pertinet, quod masculinam prolem comitentur paternæ diuitiæ, cum per nepotes & eorum proles sit futura ęterna memoria. *l. liberorum. in fi. ff. de verb. signifi. secundum Io. Andreæ, qui prædicta latius prosequitur in additionibus Specul. in tit. de suc. ab intesta. super rub. in 1. col. ad fi.* Vnde testator expresse disposuit, quod dictum legatum deberetur, si contingeret nasci sibi filias fœminas, vnum, vel plures, quo casu cessat dicta ratio agnationis.

Confirmantur prædicta; quia † si testator voluit 3
filias proprias, casu quo nascerētur, teneri ad dictū legatū, quāto fortius voluit teneri fœminas transuersales, & sic sorores ipsius testatoris: *per regulā l. si viua matre. C. de bonis ma. & l. Publius. §. fi. ff. de cōditio. & demōstratio.* Accedat ēt, ꝙ si testator fuisset de hoc casu interrogatus, verisimiliter hoc respōdisset, sc. ꝙ casu quo hæreditas sua peruenire ad fœminas trāsuersales, ꝙ dictum legatū factum pro dote nepti ipsius testatoris deberetur: vnde illud debet haberi pro dispositō. *l. Titius. §. Lucius, & ibi Bart. & doct. ff. de liber. & posthum. & l. final. Cod. de posthum. hære. instituen. & leg. cum res. in versicu. 1. ff. de legatis 1. & est glo. ordi. & approbata in leg. tale pactum. §. final. ff. de pac. cum concordantiis, quas alias ibidem legendo dixi.* Nec nuda suitas debet sufficere ad extinctionem legati

quia

5 † quia licet filius in potestate secundum legem duodecim tabularum esset necessarius hæres patri. *§. sui instit. de hæredum qual. & diff. & l. in suis. ff. de lib. & posthum.* tamen propter beneficium abstinendi concessum à prætore filius in potestate redigitur ad instar filiorum emancipatorum. *l. nam nec emancipatus. ff. de legatis primo. & l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredi. & §. sed hu permittit prætor. insti. de*
4 *hære. quali. & diffe.* Et licet † illud beneficium prætoris videatur procedere quo ad ea, quæ essent damnosa filiis, secus in his quæ respiciunt eorum
3 commodum, *vt est text. melior de iure in leg. si filius qui patri. vbi Barto. & doct. ff. de vulgar. & pupillar. Facit lex prima, §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis cau. testam. & declarant Barto. & doct. in d. l. nam nec emancipatus.* tamen istud procedit quantum ad commoda, quæ sunt extra ipsam hæreditatem, vt quod confirmentur tabulæ pupillares, item dationes tutelæ, & similia: secus quando esset commodum ex ipsa hæreditate proueniens, quod nõ põt ab incommodo separari, vt debita & credita hæreditaria, & in istis suitas nihil operatur, nisi sit sequuta actualis immistio *ita expresse declarat Barto. in leg. necessariis. ad finem, post gloss. ibi. ff. de acquirenda hæreditate.* Item dictio, *hæredis*, apposita à testatore in dicta conditione extinctiua legati, intelligitur quantum ad onera hæreditaria, & sic quantum ad istud legatum de hærede cum actuali immistione. *vt leg. prima. Cod. si vt se ab hæredi. absti.* non autem intelligitur de ipsa simplici suitate iuris ciuilis. *d. l. nam nec emancipatus. ff. de legatis primo, prout notabiliter declarat Bald. in capit. primo, in principio, in vltima quæstione. de Capitulis Corradi. quem refert & simpliciter sequitur dominus Alexand. in consilio 80. primi voluminis incipiente, circa primum, de quo quæritur, scilicet coram quo domino in penultima columna. ad finem.*

CONSILIVM CXLIII.

THEMA.

SPectabilis quondam dominus Ioannes Antonius de Furnariis ciuis Papiensis habens nepotes ex tribus fratribus prædefunctis diuisit in testamento suo hæreditatem in tres partes. Nam instituit dominum Augustinum filium quõdam spectabilis doctoris domini Sebastiani pro vna tertia parte hæreditatis suæ, & spectabilem doctorem dominum Sebastianum, & Angelinum & fratres & filios quondam egregij doctoris domini Iacobi pro alia tertia parte. Item dominum Ioannem Franciscum, Ioannem Antonium, & Hieronymum fratres filios quondam Caualerii pro reliqua tertia parte: deinde fecit substitutionem sub hac forma. Item vult & disponit idem dominus testator, quod quandocunque contingat, aliquem, seu aliquos ex dictis filiis dicti quondam domini Iacobi, vel ex eorum descendentibus, vel descendentium descendentes mori absque filio, vel filiis masculis de legitimo matrimonio natis, vel intrare aliquam religionem, & in ea profiteri, & eodem modo de filiis & descendentibus, ac descendentium descendentibus ex ipsis filiis suprascripti quondam Caualerii, quod superuiuens, vel superuiuentes tam ex filiis suprascripti quondam domini Iacobi, quam ex filiis suprascripti quondam Cauallerii legitime nati ex eis descendentibus succedant præcedenti, seu religionem intranti, & ibidem profitenti æquis portionibus per capita: quia intentio dicti domini testatoris fuit & est, conseruare ipsam hæreditatem in ipsos filios & eorum descendentes, vt supra. Mortuo deinde testatore, & adita per omnes institutos hæreditate, contingit, quod Hieronymus vnus ex dictis quatuor filiis dicti Caualerij ingressus est religionem S. Apollinaris Papiæ, & ibidem professionem fecit, & sic in eius persona euenit casus fideicommissariæ substitutionis. Quæritur, an eius portio vigore dictæ substitutionis debeatur solum aliis tribus suis fratribus, an etiam debeatur aliis duobus consanguineis æquis portionibus & per capita.

SVMMARIA.

1 *Testatoris voluntate in interpretanda sape erratur.*
2 *Verba testamenti sunt diligenter inspicienda.*
3 *Verba testamentorum in se magnum pondus habent.*
4 *Verba testatoris quando sunt clara, non est opus interpretatione.*
5 *Verba ostendunt mentem testatoris.*
6 *Verba*, tam, & quam, *affirmatiue posita, faciunt comparationem æqualiter.*
7 *Verba*, æquis portionibus, *quid operentur.*
8 *Dictio*, in capita, *quid significet.*
9 *Voluntas testatoris in substitutione fideicommissaria magis attendi debet.*
10 *Lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem.*
11 *Substitutus præfertur coniuncto.*
12 *Coniectura de facili admittitur in substitutionibus fideicommissariis.*
13 *Voluntas testatoris in dubio intelligitur secundum quod ius commune ab intestato disponit.*
14 *Vocati à testatore ad fideicom. censentur vocati secundum ordinem iuris.*
15 *Substitutus quasi dicitur, qui venit per ius accrescendi.*
16 *Vincula duo debent plus operari, quam vnum.*
17 *Ius substitutionis iunctum cum iure accrescendi est potentius.*

18 *Substitutio declaratur ab institutione.*

19 *Verba testamenti debent intelligi secundum quod ratio naturalis & necessitudo sanguinis dictat.*

20 *Effectus aliquis operatiuus verbo sufficit quod detur.*

REDEMPTORIS crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. ¶ Agitur † in præsenti consultatione de interpretanda voluntate testatoris, in qua propter nimiam subtilitatem sæpe erramus; quia testantis animum non videmus: *secundum Bald. in leg. precibus. in septima columna, C. de impub. & aliis substit.* Vnde iudicium testatoris nimia subtilitate fraudari non debet: vt inquit text. 2 *in l. si quis hæredem. C. de institut. & substitu.* verba † ergo testamenti sunt subtiliter consideranda: *vt dicit text. in §. nos igitur. in authen. de restitu. fideicommiss. quem text. notat Bald. ad hoc in capitu. primo, de feudo quar.* Item verba testamenti sunt caute respicienda: secundum Bald. *in l. si cum dotem. §. si pater. in fin. ff. soluto matrimonio.*

3 Verba † enim testamentorum in se magnum pondus habent ad cognoscendum quid est, ideo bene sunt ponderanda: *secundum Bald. in consilio 122. primæ partis, incipiente, verba testamenti sic dicunt. in fine.*

Vnde diligenter & mature consideratis verbis dictæ substitutionis, videretur prima consideratione aperto ore dicendum, quod in parte dicti fratris Hieronymi non solum admitti debeant dicti tres eius fratres, sed etiam alij duo consanguinei: quia verba dictæ substitutionis vi- 4 dentur istud clare cantare. Vnde † quando manifestus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam debet tantum valere, vt melior sensu existat: *vt dicit text. in lege tertia, Cod. de lib. præte.* & vbi verba testamenti sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis: *secundum Bartol. in leg. iam hoc iure. §. final. per illum textum, ff. de vulgari & pupill. substitut.*

Et vbi testator se ipsum glossat, non recurritur ad glossam legis, quia expressum non consistit in interpretatione iuris, sed tacitum: *secundum Bald. in authentica, nisi rogati. in secunda columna. Cod. ad Trebellia.* Item in certis & claris non est locus coniecturis. *lege continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationibus, & lege pediculis. §. argento. ff. de auro & argen. lega. & 30. quæstione quinta, capit. iudicantem. not. Bald. in lege certo generi. §. primo, ff. de serui. rusti. prædi. per illum textum, quem dicit ad multa allegabilem.*

5 Nam † verba sunt notæ earum, quæ sunt in animo, passionum: secundum Philosophum. *& leg. Labeo. §. idem Tubero. ff. de suppellec. legat.* & nullum est maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum: secundum Bal. allegantem ad hoc Cassiodorum *in capitu. primo, de testibus. & capit. super literis. in quinta columna, de rescript.* & vbi habemus sonum verborum, non egemus interprete: *secundum Bald. in cap. primo, in sexta columna.*

Et vox est mentis nostræ euidentissimum argumentum: *secundum Bald. in leg. ea quæ. circa principium, Cod. quomodo & quando iudex.* Nec potest allegari voluntas defuncti ad detrahendum verbis: *secundum Bald. in leg. cum virum. Cod. de fideicommiss.* quod autem verba substitutionis sint clara, probatur in tribus locis dictæ substitutionis, inquantum dicitur, quod superuiuentes tam ex filiis dicti quondam domini Iacobi, quam ex filiis suprascripti quondam Caualerii succedant prædecedenti, seu religionem intranti, & profitenti, æquis portionibus, per capita. Nam † primo illa 6 verba, *tam, & quam*, affirmatiue posita faciunt comparationem æqualiter inter dictos quinque: *vt expresse declarat Bartol. in lege pro hærede. in principio. ff. de acquirenda hæreditate. facit lex cum scimus. §. sin autem, Cod. de agrico. & cens. libro vndecimo, cum multis aliis iuribus ad hoc allegatis per Alber. de Rosa. in dictionario suo, in verb. tam, & quam.* Ergo dicti quinque debent æqualiter admitti ad dictam portionem fratris Hieronymi, alias illa verba, *tam*, & *quam*, non facerent comparationem æqualiter inter eos, prout facere debent. & istud videtur prima fronte stringere pro ista parte.

Secundo † sunt illa verba, æquis portioni- 7 bus, quæ faciunt, vt disiuncti simul cum coniunctis æqualiter admittantur, *vt est text. notabilis in lege interdum. in princip. & ibi Bartol. & alij ita summant illum textum, & reputant diligenter ad hoc notandum. ff. de hæreditatis institutione.* & ponderandum est, quod est ibi maior coniunctio, quam sit in casu præsenti: *vt ibi declarat Bartol. in secundo notabili.*

Nam ibi coniuncti per nomen collectiuum fratris filii sunt plus coniuncti, quam illi qui coniunguntur per copulam in eadem oratione, vt in casu nostro, & tamen ibi quamuis sint plus coniuncti, dictio, *æquis portionibus*, facit, vt disiuncti æqualiter admittantur cum illis coniunctis: ergo fortius debet istud facere in proposito nostro, in quo est minor coniunctio, vt ibidem declarat Bartol. in secundo notabili.

Tertio † adest illa dictio, *in capita*, quæ non pos- 8 set bene stare, & aliquid operari, nisi omnes simul admitterentur, cum non sint nisi duo filii Domini Iacobi. Vnde vno mortuo verbum illud in capita, nihil operaretur, si vno ex eis mortuo alius solus admitteretur.

Nec ob. si diceretur, quod licet in illis duobus filiis Domini Iacobi illa dictio, *in capita*, nihil possit operari, tamen bene posset verificari in descendentibus illorum duorum: quia dicitur replicando, quod substitutio fuit hic expresse facta de superuiuente, vel superuiuentibus, tam ex filiis domini Iacobi, quam ex filiis Caualerij: sed in filiis domini Iacobi, in quibus principaliter facta est substitutio, illa dictio, *in capita*, nihil posset operari vno eorum mortuo, si solus superstes admitteretur, ergo per illam dictionem, *in capita*, appareret, quod etiam alij consanguinei æqualiter sunt vocati: & similiter illa verba, æquis portionibus, essent superflua, si soli fratres præmortui, & sic solum

coniun-

coniuncti admitterentur, & non alii consanguinei: sed hoc esset absurdum dicere, quod illa verba, æquis portionibus, & illa verba, *in capita*, essent superflua, & nihil operarentur, contra regulam, *l. si quando. in princ. cum similibus. ff. de leg. 1. & cap. si Papa, de priuilegiis, in sexto.*

Tenendo istam partem non obstat, si in contrariū adduceretur fortis textus *in l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil.* vbi testator plurib. coniunctis portiones separatim dedit, & post institutiones, postea hæredes institutos inuicem substituit, talis substitutio declaratur, vt coniuncti prius in illa portione admittant̃ exclusis aliis disiunctis: quia potest plane respōderi, quod ille tex. non loquitur in terminis nostris, cum loquatur, quando hæredes fuerūt simpliciter substituti, sed in casu nostro adsunt multa verba, quæ ostendunt, quod nō sumus in casu d. §. qui discretas. Nam hic adsunt illa verba, *tam, & quam*, facientia comparationem æqualiter. Item illa verba, *æquis portionibus*, quæ faciunt, vt disiuncti æqualiter admittantur cum coniunctis etiam maiori coniunctione: *per d. l. interdum, in prin. & ibi Bar. & alij per quam videtur limitari d. §. qui discretas.* Item & tertio adest dictio, *in capita*, quæ alias nihil operaretur, nisi etiam disiuncti admitterentur simul cum coniunctis. Ista sunt, quæ prima consideratione videntur reddere hanc consultationē non parum dubiam propter dicta verba testatoris, quæ videntur clara, & propterea satis à principio dubitaui in quam partem consulerem.

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod in portione fratris Hieronymi solum eius tres fratres admitti debeant exclusis aliis duobus consanguineis: & ad ita tenendū moueor;
9 quia in casu † præsenti agitur de fideicommissaria substitutione, in qua magis attendi debet voluntas testatoris, quæ est regina, & dominatur verbis, quam attendi debeat propria significatio verborum. *l. in conditionibus primum locum obtinet. in princ. & l. Publius. §. fin. ff de condi. & demonst. & l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebel. & l. 3. §. conditio. ff. de adim. lega. & l. cum quæstio. in fi. C. de lega. & l. cum virum. C. de fideicom. & l. cum proponebatur ff. de lega. 2. & l. fideicommissa. §. idem si quis. ff. de lega. 3. & dicit egregius tex. in l. quisquis mihi. ff. de verbor sign.* quod cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus vero mentem testantis, proculdubio Labeonis sententia non est vera. ita ibi text. non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire. *cap. humanæ aures. 32. q. 5. c. intelligentia. & c. in his, de verb. sign.* ita enim præponendæ sunt sententiæ verbis, sicut anima corpori: *dicit tex. notabilis in cap. sedulo. 38. d. ff.* Item multum rationabile est, quod verba testatoris restringantur ad eius cogitatum, *secundum Bal. in l precibus, in 13. col.*
10 *C. de impub. & aliis substit.* Vnde † lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem. *ita dicit egregie Bal. in l. si. C. de necess. ser. hære. instit. alibi dicit Bal. in l. quoniam indignum. C. de testam.* quod non est curandum de qualitate verborum, dummodo constet de mente testatoris loquentis. Vnde mens & voluntas est radix verborum, & radix substantia prima, & lingua cedit cordi, cum sub iugo mentis verba consistant: *secundum Bal. in cap. mandatum, in 1. colum. de rescrip. alibi tenet Baldus in l. fina. C. de impub. & alius substit.* quod ex coniecturata mente testatoris recedimus à vi & natura coniunctionis verbalis.

Hinc videmus, q̃ licet † regulariter substitutus, 11
eo quia venit ex expressa dispositione testatoris, præferatur coniuncto. *l. 3. §. si duo. ff. de bon. pos. secundum tabul. & l. vnica. §. in primo. C. de cadu. tol.* tamen ex præsumpta mente testatoris coniunctus præfertur substituto. *l. quidam testamento. & ibi Bar. & alij ad hoc notāt. ff. de vulg. & pupil.* Sic etiam videmus, quod licet causa testati præferatur causæ intestati. *l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. & l. antequam. C. communia de succes.* tamen ex præsumpta mente testatoris veniens ab intestato excludit causam testati. *l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant. ff. de hære. instit. Bald. in d. l. antequam.* Ergo in proposito, in ista substitutione fideicommissaria debemus magis attendere voluntatem & coniecturatam mentem testatoris, quam verba seu significationem verborum, præsertim † cum in substitu- 12
tionibus fideicommissariis de facili admittatur cōiectura, & voluntas præsumpta testatoris. *l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. Lucius. & ibi notatur. ff. de hæred. instit. & l. filius fa.* X
§. cum quis. ff. de lega. 1. secundum Oldr. Laud. in consil. 269. incip. thema seu tenor facti.

Modo in proposito nostro mens & voluntas testatoris ex multis aperte colligitur, quod voluerit in patre fratris Hieronymi admitti solum tres eius fratres superstites, & non alios duos consanguineos sibi remotiores in gradu. Nam istos quatuor fratres & filios Caualerii in tertia parte hæreditatis suæ coniunxit re & verbis, cum in eadem oratione, & in eadem portione eos copulauerit, & sic per nominis & rei complexum eos coniunxit: *l. triplici. ff. de verbor signif.* Ergo testator voluit eos in substitutione fideicommissaria debere præferri aliis duobus consanguineis, qui sunt disiuncti & separati ab illa tertia portione *l. vnica. §. his ita. in versi. si vero quidam. ff. de cadu tol. & l. tres comuncti, in versic. præfertur ergo. ff. de legatis tertio. & l. item quod Sabinus. ff. de hæredi. instit.* Nam isti quatuor fratres coniuncti à testatore in illa tertia portione hæreditatis sunt magis dilecti, quam alii duo disiuncti, ergo in ea præferri debent: quia testator, qui reliquit illis quatuor fratribus vnam tertiam partem hæreditatis suæ, voluit, quod in illa tertia parte essent separati & diuisi ab aliis suis nepotibus; Ergo substituendo in casum, quo vnus ex dictis quatuor fratribus moreretur, vel religionem profiteretur, voluit verisimiliter, quod alii tres fratres ei in totum succederent, & quod alii nepotes separati in illa non admitterentur. Secundo, quia vltra coniunctionem re & verbis, quam testator fecit inter istos quatuor fratres in illa tertia parte hæreditatis suæ adest etiam alia coniunctio sanguinis: quia sunt fratres, & de iure communi fratres defuncti præferuntur aliis consanguineis. *§. secundo gradu. iuncto §. quarto gradu. instit. de gradibus. & l. iureconsultus. ff. eo.* Sed † voluntas 13
testatoris in dubio intelligitur regulari secundum quod ius commune disponit in successionibus ab intestato: *secundum Bartol. & alios, præsertim dominum Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Bartol. in l. vt*

iusiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. Item testator censetur cogitare illud, quod lex disponit: *secundum Bald. in l. precibus. in 13. colum. in versi. procedo vlterius. C. de impube. & aliis substi. arg. l. si duo. ff. de acquir. hared.* Item debemus interpretari voluntatem testatoris, vt conformetur legi in successione ab intestato, secundum Salyce. *in auth. item hæreditas, ad fin. C. de bon. quæ libe. Alibi tenet notabiliter Petr. de Anch. in consil. 119. incipiente, pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate. circa finem,* quod in dubio, qui venirent ab intestato ad successionem, videntur comprehensi in successione etiam ex testamento: quia verba testatoris & cuiuslibet disponentis sunt referenda in dubio ad intellectum iuris communis. *capit. causam quæ, de rescriptis, cap. cum dilectus, de consuetu. & l. quæro.*
14 *§. inter locationem. ff. locati.* Item † vocati per testatorem ad fideicommissum intelliguntur vocati secundum ordinem iuris, ita quod proximiores in gradu remotioribus præferantur. *l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. & l. si. C. de verb. signif.* Tertio inter istos quatuor fratres vltra coniunctionem testatoris, & vltra coniunctionem sanguinis adest duplex substitutio, vna expressa & expresse facta per ipsum testatorem, alia est substitutio tacita proueniens ex iure accrescen-
15 di: quia † qui venit per ius accrescendi competens inter coniunctos dicitur quasi substitutus. *l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de legatis secundo.* Ergo ex duplici substitutione debent præferri aliis duob. consanguineis, in quibus non est nisi vna substitutio
16 expressa. Vnde † duo vincula debent plus operari quam vnum. *authen. itaque. C. communia de successio. & cap. 1. cum glossa, de treuga & pace. & l. cum in adoptiuis, in princip. & ibi Bald. in secunda colum. ad hoc notat. C. de adopt. & l. re coniuncti, & ibi Raphael. Com. ff. de legatis tertio.* Similiter duo iura sunt fortiora, & vincunt vnum. *l. sed & milites. in prin. ff. de excusatio. tuto.* & ibi Bal. ad hoc notat, & per hoc infert, quod si aliquis sit marchio & comes, præfertur illi, qui est mar-
17 chio tantum. Et in terminis nostris † quod ius substitutionis iunctum cum iure accrescendi sit potentius, quam simplex substitutio, est tex. *in l. coheredi. §. qui discretas. & ibi Bald. Imol. & Moder. ad hoc notant. ff. de vulg. & pupil.*

Quarto, quia ex quo testator in institutione quatuor filios Caualerii instituit hæredes in vna tertia parte hæreditatis suæ, & postea in alia tertia parte instituit alios duos filios domini Iacobi, licet postea in substitutione omnes istos hæredes adinuicem substituerit, tamen si vnus ex illis quatuor fratribus simul coniunctis decedat, vel religionem profiteatur, certo primo loco admitti debent alii tres fratres sibi coniuncti, & excludere alios duos consanguineos, qui erant disiuncti & separati ab illa tertia parte hæreditatis: *vt est text. singularis & multum quadrans ad decisionem præsentis quæstionis, in l. coheredi. §. qui discretas. vbi Rayn. Nicol. de Neapoli. Bald. & alij, ff. de vulgar. & pupilla. Bartol. in l. si. ad finem, ff. ad Trebel. & in l. Lucius, in vltima quæst. ff. de vulga. & pup. Bal. Angel. & Salyc. in l. in testamento magna. C. de testam.*
18 *mili. Bald. in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil.* eo † quia substitutio declaratur ab institutione: *vt est tex. in dicto §. qui discretas.* Vnde partes adiectæ in institutione censentur repetitæ in substitutione *l. 1. C. de impub. & aliis substit. & l. plane. §. si duobus. in versic. inde dicitur. ff. de lega. 1. & dicit tex. notabilis in l. si plures sint instituti, ad fin. ff. de vulg. & pupil.* quod vix credēdum est, testatorem alias portiones in substitutione dare voluisse, quam in institutione dederit, nisi euidenter hoc fuerit expressum.

Quinto & vltimo facit; quia testator in fine supradictæ substitutionis assignat rationem, quare motus sit ad faciendum talem substitutionē; quia intentio dicti domini testatoris fuit & est conseruare ipsam hæreditatem in ipsos filios, & eorum descendentes, vt supra. Si ergo intentio ipsius testatoris fuit conseruare hęreditatem in ipsos filios, ergo dummodo in eis conseruetur, prout conseruatur, si dicti tres fratres succedunt ex substitutione in parte fratris Hieronymi, cui erant coniuncti à testatore vltra coniunctionem sanguinis, ergo nihil repugnat, quin ipsi tres admitti debeant ex substitutione, exclusis aliis duobus consanguineis, qui sunt disiuncti & separati ab illa tertia parte hæreditatis semel coniunctim assignata à testatore illis quatuor fratribus, & separata ab alia tertia parte hęreditatis assignata aliis duobus fratribus, & filiis domini Iacobi. Ista videtur mihi esse æqua & rationabilis opinio conueniens menti & voluntati testatoris: item conueniens dupli coniunctioni illorum quatuor fratrum. Vnde † verba testamen- 19
ti debent interpretari secundum quod ratio naturalis & necessitudo sanguinis dictat. *ita signanter notat Bal. in l. Lucius vltima, per illum tex. ff. de hared. instit.* Et si testator de hoc fuisset interrogatus, verisimiliter in specie ita respondisset. vnde haberi debet p expresse dispositō: *secundum gloss. ordinariam & approbatam in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis, cum concordantiis, quas alias ibidem legendo dixi. facit l. Titius. §. Lucius. & ibi Bart. & alij. ff. de lib. & posthu. hæred. instit. & l. cum res, in versi. 1. ff. de legatis primo.* Prædicta veriora apparebunt, respondendo his, quę superius in oppositum adducebantur, in quantum dicebatur, quod verba dictæ substitutionis in tribus locis videbantur clara, quod in parte fratris Hieronymi debent etiam admitti alii duo cōsanguinei, & primo in illis verbis, tam, & quam, affirmatiue positis, quæ vidēntur comparationem æqualiter facere. *secundum Barto. in d. l. pro hærede. in prin. ff. de acquir. hared.* quia respondetur, quod in ista substitutione illa verba, *tam, & quam,* faciunt comparationem æqualiter intelligēdo sane verba dictæ substitutionis, prout intelligi debent, & prout est voluntas ipsius testatoris. Nā est aduertendum, quod testator in ista substitutione expressit duos casus. Primus est, quod quandocunque contingat aliquem, seu aliquos ex filiis dicti quondam domini Iacobi, vel eorū descendentes mori absque filiis legitimis & naturalibus, vel intrare aliquam religionem, & in ea profiteri. Secundus casus est, quod eodem modo quando eueniret de filiis & descendentibus suprascripti quondam Caualerii, quod superuiuens, vel superuiuentes tam ex filiis dicti quondam domini Iacobi succedant vni eorum sine filiis masculis decedenti, quam ex filiis suprascripti quondam Caualerii succedant morienti sine filiis, & sic æqualiter tam filii domini Iacobi succedant decedenti ex eis, vel eorum descendentibus, quam filii domini Caualerii

succe-

ſuccedant ſimiliter vni eorum decedenti, vel religionem profitẽti. & ſic iſtæ dictiones, *tam & quam*, faciunt æqualem comparationem in ſua linea, & in ſua coniunctione, vt in illa tertia parte hæreditatis in qua ſunt inſtituti, ſint etiam ſubſtituti, & coniunctio facta in inſtitutione æqualiter obſeruatur in ſubſtitutione. Non obſtant ſecundo illa verba, æquis portionibus, quæ faciunt vt diſiuncti ſimiliter admittantur cum coniunctis, etiam vbi eſſet maior coniunctio. *d.l. interdum. in princip. & ibi Bart. & alij:* quia reſpondetur, quod ille tex. loquitur in inſtitutione, & ſic in primo gradu: ſed nos loquimur in ſubſtitutione, quæ declaratur ab inſtitutione præcedenti, & ſecundum eam intelligitur & declaratur: *vt eſt tex. apertus in d. l. cohæredi. §. qui diſcretas.* cp non põt dici in d.l. interdum. in princ. in ipſa inſtitutione. Non obſtat vltimo illa dictio, *in capita*, quæ nihil importaret in filiis domini Iacobi, cum eſſent tantum duo, ſi contingeret vnũ eorum decedere: quia reſpondetur, quod illa dictio operatur in eorũ deſcendentibus, & deſcendentium deſcendentibus, de quibus facta eſt expreſſa mentio in ipſa ſubſtitutione, & quorum reſpectu illa verba, *æquis portionibus*, & illa verba, *in capita*, multum bene poſſunt operari, & ſic non redduntur ſuperflua. Et † ſufficit ſi detur aliquis effectus operatiuus verbo, licet ille effectus per omnia non ſequatur, ſecundum quod importat ſonus verborum: *vt eſt glo. in cap. ſi duo, in princip. in verb. inſolidum. & ibi Geminia. ita eam notat, de procuratoribus in ſexto.* Vel aliter & ſecundo poteſt ad prædicta reſponderi, quod nos ſumus in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua magis attendi debet coniecturata & præſumpta mens & voluntas teſtatoris, quam propria ſignificatio verborum, prout ſuperius late deduxi, & copioſe firmaui.

CONSILIVM CXLIV.

SVMMARIA.

1 *Damnatus ex aliquo crimine non tenetur comparere perſonaliter pro alio crimine ex inquiſitione.*
2 *Procurator in criminalib. admittitur pro abſenti bannito, qui comparere non poteſt reſpectu banni ex alio crimine.*
3 *Statutum prohibens opponi omnes exceptiones, non excludit officium iudicis.*
4 *Socius criminis quando interrogetur de conſociis.*
5 *Defenſio licita eſt omni iure.*
6 *Mortuus ex vulnere quando quis non præſumatur.*

STatvtvm quartum cauſarum criminalium ciuitatis Papiæ inter alia diſponit, quod vbi inculpato requiſito ingeratur pœna ſanguinis, teneatur perſonaliter, & nõ per procuratorem coram domino iudice comparere, non obſtante, quod monſtretur offenſum bannitum eſſe de maleficio, & nõ obſtante aliqua alia excuſatione, per quam diceretur impediri debere proceſſus, ſed perſonaliter compareat, & reſpondeat, *ſaluis ſuis exceptionibus.* Iſtud ſtatutum multum præciſe & ad vnguem obſeruant domini iudices maleficiorum, qui nullas exceptiones, aut defenſiones admittunt, niſi inculpatus ſe perſonaliter in carceribus conſtituat: & caſu quo ſe nõ conſtituat, procedunt ad bannum tanquam contra cõtumacem. Sed iſtud ſtatutum non habet obſtare domino Ioanni Aluyſio de Lunate, qui eſt abſens ex cauſa neceſſaria, quin pro eo poſſit comparere, & admitti debeat dominus Ioannes Paulus de Lunate eius frater, & ſic tanquam coniuncta perſona, & ſic cõiunctorio nomine pro excuſatione & defenſione ipſius domini Ioannis Aluyſii, & ad demonſtrandum eius innocentiam. Nam † cum præfatus dominus Ioannes Aluyſius ſit bannitus à ciuitate Papiæ pro imputatione cuiuſdam homicidii, & ſic non poſſit tute perſonaliter comparere in loco Papiæ, in quo eſt bannitus, certe non potuit etiam perſonaliter citari, vt perſonaliter compareret, & talis citatio eſt ipſo iure nulla, prout diſponitur de iure communi, & etiam ex ſtatutis & decretis Papiæ, quibus etiam expreſſe cauetur, quod nullus rector, vel officialis Papiæ poſſit contra bannitum per accuſam, vel denunciam, vel inquiſitionem vel aliter, proceſſum aliquem facere. ita cauetur præcipue in ſtatuto 69. cauſarum criminalium: ideo ſi non compareat, non poteſt, nec debet per hoc reputari contumax, nec contra eum poteſt procedi ad bannum tanquam contra contumacem. Ideo iſto † caſu debet admitti quilibet de populo volens 2 eum defendere, & excuſationes eius innocentiæ adducere: & tanto magis eius frater, qui eſt coniuncta perſona, & promittit de rato, quatenus expediat: & ſic dictum ſtatutum Papiæ nullatenus procedit in caſu præſenti, in quo formatur inquiſitio contra eum, qui eſt bannitus pro alio delicto, & ſic qui non poteſt perſonaliter tute comparere, nam tunc debet admitti procurator, aut coniuncta perſona, aut quilibet de populo: quia publice intereſt, ne quis indebite criminaliter puniatur: & melius eſt nocentem abſoluere, quam innocentẽ condemnare. Vnde cum citatio facta de bannito in loco, quo eſt bannitus, ſit ipſo iure nulla, per conſequẽs non poteſt dici cõtumax, nec procedi contra eum tanquam contra contumacem, nec talis bannitus tenetur comparere etiam cum literis ſalui conductus, prout iura ſunt nota, quia non tenetur quis ſe ponere in periculo ſaluiconductus, tamen in caſu præſenti quando ei detur talis ſaluuſconductus, de quo poſſit bene & plene confidere, eſt paratus omnia adimplere, ad quæ tenetur, quia non intendit vllo modo eſſe contumax, ſed defendere innocentiam ſuam, dummodo ſaluus conductus procedat à loco bene tuto.

Secundo principaliter dicitur, quod non obſtante dicto ſtatuto Papiæ reiiciente omnes excuſationes, etiam quod offenſus eſſet bannitus, tamen ſemper poteſt implorari officium iudicis, vt ex ſuo officio defenſiones innocentiæ ipſius imputati recipiat: quia † quamuis ſtatutum prohibeat multum generaliter nullas admitti exceptiones vel excuſationes, aut defenſiones, nunquam tamen intelligitur prohibere, quin poſſit officium iudicis implorari, & quin iudex ex officio teneatur admittere excuſationes innocentiæ inculpati. ita formaliter in terminis dicti ſtatuti tenet Angelus in multis locis referens ſe ita infinitis vicibus praticaſſe, & obtinuiſſe, quia iudex debet innocentia 3

partis

partis quærere, etiam si se non defendat, vt in iure aperte disponunt.

Tertio præfatus dominus Ioannes Aluysius ex neutra inquisitione potest condemnari de iure ad aliquam pœnam corporalem, imo debet in totum absolui, quia in vtraque inquisitione, & sic in vtraque imputatione delicti non adest aliqua probatio, imo nec aliquod legitimum indicium, sed solum adest confessio facta per Vincentium de Malacridis, qui in vtraque inquisitione asseritur esse
4 socius & particeps vtriusque delicti, cum † socius criminis non possit examinari contra socios, nec contra eos fidem faciat. Item est infamis & condemnatus ad mortem, & si quid confessus est, verisimiliter id fecit metu tormentorum. Item est vnicus & singularis testis tantum: Vnde cum sit socius vtriusque inquisitionis, item si infamis & condemnatus ad mortem, non potest ex eius dicto infami & suspectissimo sequi aliqua condemnatio corporalis, & ideo non potest ingeri aliqua pœna sanguinis, ergo non sumus in terminis prædicti statuti Papiensis, quod prohibet admitti procuratorem pro inculpato, quando venit ingerenda pœna sanguinis. Item quantum ad homicidium domini Theophili Græci, pro quo formata est vna inquisitio, dicitur primo, quod dictus dominus Theophilus erat bannitus, & descriptus in albo bannitorum Papiæ, ergo potuit impune occidi ex forma statutorum & decretorum Papiæ. Item & secundo præfatus dominus Theophilus cum magna comitiua gentium armatarum ad numerum sexaginta vel circa, fecit insultum contra istos alios quibus fuit licitum se defendere, cum fuerint ab aliis insultati, & alias essent in periculo vitæ constituti,
5 cum † omni iure naturali, gentium, ciuili, canonico, & diuino licitum sit insultato se defendere: & si alium occidat, per hoc non tenetur de homicidio. Tertio, quia præfatus dominus Theophilus post dicta vulnera superuixit per dies quinqua-
6 ginta, vnde † non præsumitur à iure mortuus fuisse ex illis vulneribus, sed ex malo regimine vitæ. Quarto, quia ex tenore inquisitionis clare apparet ex cuius vulnere dictus dominus Theophilus fuerit interfectus, quia in ea dicitur, quod Andoardus de Tortis cum vno ense à duabus manibus vulnerauit dictum dominum Theophilum vno magno vulnere supra caput: vnde cum constet ex cuius vulnere quis sit mortaliter vulneratus, alii non debent teneri de homicidio, prout est notorium in iure.

Quantum autem ad secundam inquisitionem formatam ratione violentiæ & raptus dictarũ duarum fœminarum de Marianis, similiter dicitur, quod tale delictum nõ apparet nisi ex asserta confessione dicti Vicentii de Malacridis similiter inquisiti pro eodem delicto. & sic socii eiusdem criminis, item infames & condemnati ad mortem, ita quod eius dictum non facit etiam legitimum indicium, præsertim cum metu tormentorum istud dixisse videatur, & tales fœminæ sunt infames, & habitæ pro publicis meretricibus, & quæ pro pretio earum corpora quibuscunq; volentibus præbent: & statutum Papiæ loquens de pœna raptoris, loquitur de mulieribus honestæ vitæ.

CONSILIVM CXLV.

SVMMARIA.

1 *Delegatus quilibet tenetur in citatione sua inserere tenorem rescripti, intelligi. & nu. 6.*
2 *Iurisdictio delegata pendet ex productione rescripti.*
3 *Conseruator, vel subconseruator dicitur delegatus.*
4 *Certus certiorari non debet.*
5 *Delegata pro iurisdictione non præsumitur.*
7 *Mandatum iurisdictionale principis quando possit probari absq; scriptura.*
8 *Conseruator dicitur delegatus & merus executor iniuriarum, nisi in rescripto sibi committatur. 9.*

CIRCA duo motiua subtiliter & fundamentaliter tradita contra venerabiles moniales de Storiis Papienses, breuitati & veritati inseruiam. Circa primum motiuum, in quo dicitur, quod † quilibet delegatus tenetur in citatione sua 1
inserere tenores rescripti sui delegatorii, alias citatio non arctat citatum ad comparendum, & processus videtur reddi nullus: *vt est tex. in c. præterea. & ibi cano. de dila. & in cap prudentiam, de offi. delega. & tex. in auth. qui semel. in verb. aduersario cognitis. & ibi Bartol. in 3. colum. ad hoc notat. C. quomodo & quando iudex. & Bart. in l. 2. in 3. colum. in princi. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in l. vnica, per illum tex. C. de superindictio. libro 10. glo. in §. si episcopus. & ibi Archidia 3. quæst. 2. Bald. in authen. offeratur. in 5. col. C. de litis contestati.* Nam † iurisdictio delegata pendet ex productione rescripti: 2
vt notabiliter tenet Bald. in l. falsus, in 6. colum. in versi. sed pone quod causa. C. de fur. Attento † quod conseruator vel subconseruator, de quo in præsenti agitur, 3
dicitur esse delegatus: *vt est glo. ordi. & communiter approbata in c. 1. in glos. 2. magna, circa princi. de offi. delega. in 6. & gloss. in cle. 2. in verb. delegatus, de rescrip. notat Gemi. in c. fi. §. penult. in 1. notabi. per illum tex. de offi. deleg. in sexto.* Quia respondetur in forma, quod istud motiuum posset procedere, quando ille, qui impetrauit conseruatorem, faceret alium citari, sed in casu nostro fabrica Papiensis impetrauit talem conseruatorem vel subconseruatorem, vnde cum fuerit citata sub suo proprio conseruatore, non debuit in citatione inseri aliquis tenor subconseruatoriæ, ex quo deputati super tali fabrica habent ipsi rescriptum conseruatoris, & instrumentum publicum subconseruatoris. Vnde succedit trita regula, quod † certus certiorari non debet: *vt est tex. in l. 1.* 4
in fin. ff. de act. empt. & in c. eum qui certus. de regul. iur. in sexto. & gloss. notabilis in l. qui fundum. §. seruus. ff. de vsucap. pro empt. sed in mere delegato, ideo debet inserere tenorem rescripti delegatorii: quia partes citatæ non tenentur credere, nisi in citatione inseratur tenor delegationis, vt dictum est. Confirmatur per tex. *in l. si quis ex argentariis. §. prohibet. ff. de eden.* vbi argentario, vel notario non debet edi copia aliqua, quia ipse debet habere instrumentum originale penes se, prout etiam in casu nostro fabricarii Papienses habent rescriptum authenticum cõseruatorum, & instrumentum publicum subcõseruatorum, & moniales prædictæ habuerunt copiam de prædictis à notario fabricæ, scilicet à domino Io. Dominico de comite, & venerabilis dominus archi-

archipresbyter de Vulpeculo tanquam subconseruator dictæ fabricæ erat in exercitio iurisdictionis dictæ subconseruatoriæ per plures menses & annos, prout constat in ciuitate Papiæ, & expresse attestatus est alius notarius dictæ fabricæ Papiensis, scilicet D. Bartholomeus de Strata, & postea ipsum instrumentum subconseruatoriæ fuit in processu productum, prout in actis apparet. Item & secundo in mere delegato ideo requiritur, quod in citatione inserat tenorem delegationis suæ, eo † quia non præsumitur pro iurisdictione delegata, cum sit odiosa. *cap. cum in iureperitus. vbi gloss. notabilis, & ibi docto. de offi. delega. Bal. in l. vnica, C. de manda. princi.* Sed in casu nostro iurisdictio conseruatorum est fauorabilis, prout expresse tenet Gemi. *in c. cum in illis, §. 1. circa fin. de præben. in sexto. quem refert & sequitur Feli. in c. eam te. in 12. col. in versi. quarta declaratio. de rescript.* Tertio respondetur, quod † quando citatus est in loco citantis, vel modicum distat, prout est casus noster, tunc non est necesse mittere copiam delegationis, sed satis est se asserere delegatum, & citatus tenetur comparere, cum ei sit modicum præiudicium, ex quo est in eodem loco. *ita notabiliter limitat dominus Abbas in d. c. præterea. in 4. col. de dilatio. & ante eum dom. Anto. de But. ibi.* Et confirmatur per optimum simile. Nam † licet alias mandatum iurisdictionale principis nõ possit probari, nisi per scripturam authenticam. *d l. vnica. vbi docto. C. de manda. prin. & l. vnica. vbi Bartol. notat. C. de superindictio. libr. 10.* Istud est verum, nisi princeps sit in eadem ciuitate, quo casu faciliter potest haberi copia mandati. *ita tenet Specul. in titu. de proba. §. videndum, in versi. auditoribus, quem refert & multum commendat Ludou. Roma. in l. sciendum, ff. de verbor. obliga. allegans per hoc casum in §. quia vero. in authen. vt litigan. iur.* Quarto accedat, quod verba istius conseruatoriæ expresse cantant, quod iurisdictio intelligatur ad eos perpetuata à tempore datæ, absque alia præsentatione, & citatione. Secundum dubium est, † quod conseruatores dantur vt defendant à manifestis iniuriis, & violentiis, vt eorum iurisdictio se non extendit ad alia, quæ concernunt iudicialem indaginem: *vt est tex. in cap. 1. de offi. deleg. in sexto.* & ibi Gemi. *in prima oppositione* dicit, rationem esse, quare conseruator non possit cognoscere de his, quæ requirunt indaginem iudicialem; quia hoc modo conseruatores essent generales iudices eorum, qui eos impetrant. quod esset contra cap. ad hæc, de rescript. Vnde tales † conseruatores censentur meri executores: *secundum Goffre. in summa illius tituli de offi. delega. ad fin. in versi. quod de conseruatoribus.* quia ad hoc plane respondetur, quod tex. *in dict. cap. 1. de offi. deleg. in 6.* loquitur in nudo & mero conseruatore, qui nullam habet iudicialem indaginem. *ita ibi expresse tenet & declarat illum text. Gemin. in vlt. colum. & ita etiam dicit dom. Abb. in c. audita. in 5. colum. de resti. spo.* Sed in casu nostro isti conseruatores habent iudicialem indaginem & generalem quo ad lites pendentes & futuras, prout cantant verba istius conseruatoriæ, quæ bene sunt inspicienda: *vt dicit tex. in cap. recepimus. & in cap. porro. de priuilegiis.* & præfatus dominus archipresbyter Vulpeculi, vt dixi in præcedenti dubio, tanquam subconseruator dictæ fabricæ Papiensis erat in exercitio iurisdictionis dictæ subconseruatoriæ per multos menses & annos, vt dictum est. Item cum constet de euidentissima & irrefragabili iustitia dictarum monialium, quod donatio per eas facta est funditus & omnino nulla, animus Reuerendi domini commissarii iudicare debentis vehementissime moueri debet ad iustitiam faciendam, ad cuius finem iura instituta sunt, istis talibus prætermissis. vt inquit dominus Anto. de Butr. *in consi. 27. incipiente, visis præsentibus actis, in 3. col.* præsertim cum illa non obstent, & eis supra sit bene & opportune satisfactum.

CONSILIVM CXLVI.

SVMMARIA.

1 *Fideicõmissarius debet capere de manu hæredis grauati.*
2 *Filius institutus in legitima non debet propria auctoritate apprehendere possessionem.*
3 *Testator potest fideicommisso vniuersali dare licentiam intrandi possessionem bonorum propria authoritate.*
4 *Testator non potest maiori directo substituere post aditam hæreditatem.*
5 *Decretum, quod possessio defuncti continuetur in hæredem, quomodo intelligatur.*
6 *Filius grauatus fideicommisso post mortem detrahit duas quartas.*
7 *Trebell. an possit prohiberi, & quomodo. num. 10. fallit. num 11.*
8 *Extensio in corollariis non est licita etiam ex maiori tate rationis.*
9 *Fideicommissarius vniuersalis potest compellere hæredem inuitum adire vt restituat hæreditatem.*
12 *Testator non potest facere, quod filij primi gradus computant fructus in Trebell.*
13 *Iura noua generaliter corrigentia nunquam intelliguntur corrigere leges ponentes speciales casus. 14.*
14 *Hæreditas non potest dari pacto.*

PRÆSVPPOSITO, sine veri præiudicio, quod in casu presenti locus sit fideicõmisso vniuersali, tamen † fideicõmissarius vniuersalis non potest apprehendere propria authoritate possessiõnem bonorũ subiectorum fideicommisso, sed debet capere de manu hæredis grauati, qui habet restituere re, aut verbo. *l. restituta. in princ. & l. facta in prin. ff. ad Trebel.* Adeo quod ante restitutionem sibi factam non potest propria authoritate possessionem bonorum apprehendere, etiam cum protestatione, & non facit animo inuadendi: secundum Oldr. Laud. *in consi. 107. incipien. circa ius municipale, in 6. q. & dom. Maria. Socy. in consi. 33. quod incip. prosequendo ordinem prædictarum quæstionum, in vlt. dubio.* & in prædictis duobus consiliis ponitur, an fideicommissarius vniuersalis apprehendẽs propria authoritate possessionem bonorum priuetur iure fideicommissi vniuersalis: *iuxta l. non est dubium. C. de lega.* Similiter † etiam filius institutus in legitima non debet propria authoritate apprehendere possessionem, nec sibi ius dicere: *secundum Baldum in l. si quis in suo. C. de inoffi. testa.*

Nec † dicatur, quod auus paternus, qui dictam assertam substitutionem fideicõmissariam asseritur fecisse, dederit licẽtiam fideicommissario vniuersali

uersali accipiendi possessionem propria authoritate: *iuxta l. Titia cum testamento. §. 1. ff. de leg. 2.* quam licentiam testator videtur fideicommissario vniuersali posse dare: *prout tenent Ang. & dominus Alex. in l. Paulus. 1. ff. ad Trebel.* quia imo in casu præsenti dictus testator talem licentiam non dedit. Nam licet in eius testamento dicatur, quod substituit etiam directo, & per verba directa substitutionem fece-
4 rit, tamen † testator nō potest maiori directo substituere post aditam hæreditatem *l. verbis ciuilibus. & l. Centurio. ff. de vulgar. & pupil. & §. extraneo. instit. de pup. substi. iuncta l. post aditam. C. de impub. & aliis substi.* Et sic istud, quod testator in hoc dixit, nihil valet, quia est contra leges prælegatas: *vt l. nemo potest. ff. de leg. 1. & l. testandi. C. de testam. & cap. requisisti. & cap. tua nos, de testam.* Item etiam quando testator dedisset licentiam fideicommissario vniuersali apprehendendi possessionem propria authoritate, quod non fecit in casu præsenti, tamen adhuc deberet interuenire authoritas prætoris, & deberet obtinere licentiam à prætore, citata parte, *prout notabiliter in proposito tenet Baldus in consilio 234. tertij volum. quod incipit, veritas est ista, in versicu. sed vnum est aduer-*
5 *tendum.* Vnde † magnifica domina Isabella hæres vniuersalis ex testamento domini Ioannis Mariæ, de Anguisolis eius patris nuper defuncti, debet mitti vel potius cōtinuari in possessione omnium bonorum possessorum per quondam eius patrem, tam ex dispositione iuris communis per ea, quæ dicta sunt, quam ex dispositione decreti ducalis continuantis possessionem hæreditatis, & bonorum defuncti in hæredem. Et quando statutum dicit quod possessio defuncti continuetur in hæredem, tunc in executione statuti fit missio quasi recuperandæ possessionis: *secundum Bald. in cap. item cum quis, in 1. col. de resti. spo.*

Nec dicatur, quod dictum decretum non habeat locum, quando mortuo testatore, vel parum ante possessio fuit per alium apprehensa, prout factum videtur per dominum Nicolaum, & consortes de Anguisolis, quia illa actualis apprehensio impedit continuationem fictam inductam à statuto, vel decreto: *secundum Raph. Com. in l. Pomponius. §. quæsitum. per illum tex. ff. de acquir. pos. & sequitur dom. Alexan. in consilio 83. secundi voluminis, quod incipit, visa facti narratione, in 6. colum. licet idem dom. Alex. eam alibi referat, sed non firmet, in l. cum hæredes, in princ. ff. de acquir. poss.* Et ego soleo ad hoc allegare gl. *in l. cum miles, in prin. in gl. magna, ad fin. ff. ex quib. cau. mai. quā allegaui legendo in l. si sorori. C. de iure delib.* quia istud posset procedere, quando possessio fuisset medio tempore per alium licite apprehensa, quod non potuit in casu nostro facere fideicommissarius vniuersalis ante restitutionem hæreditatis sibi factam, vt in iuribus supra proxime allegatis, & sic in casu præsenti isti fideicommissarii, qui de facto & illicite, & propria authoritate possessionem occuparūt, non debent ex hoc commodum aliquod reportare: *vt l. relegatorum. in fin. ff. de inter. & rele. & l. si fine. in fi. C. ad Velleia. & c. eum qui, de præben. in 6.* Vnde hæres directe debet mitti & continuari in possessione dictorum bonorum: prout etiam tenet notabiliter Bal. *in consi. 444. primi volu. incipiente, quidam Ioannes decessit condito testamen.* & ita in iisdem propriis terminis in fideicommissariis vniuersalibus qui apprehenderant possessionem vigore testamenti multū ampli, dum grauatus fideicommisso laboraret in extremis, fuit iudicatum & ordinatum per excelsum regium senatum Mediolanensem, auditis procuratoribus & aduocatis vtriusque partis, anno superiore in causa nobilium de Butigellis Papiæ, quod vsufructuaria vniuersalis, & hæredes vniuersales restituerentur in possessionem castri & bonorum occupatorum propria authoritate per fideicommissarios vniuersales vigore testamenti, vt dixi, multum ampli: & ita fuit obseruatum.

Item est aduertendum † quod posito, sed non 6
concesso, quod esset locus dicto prætenso fideicommisso vniuersali, præfata magnifica domina Isabella hæres, vt dixi, vniuersalis patris sui proxime defuncti, potest ex persona patris sui detrahere duas quartas, scilicet quartam legitimam, & quartam Trebellianicam, & sic dimidiam tertiæ partis hereditatis & bonorum quondam primi testatoris obuentæ præfato quondam domino Ioanni Mariæ. Nam ista est communis opinio, quæ seruatur vbique in practica, quod quando filius grauatur restituere post mortem, quod possunt detrahi duæ quartæ: *per c. Rainucius. & c. Raynaldus. de testa. & cap si pater, de testa. in 6. prout tenent Bartol. & doct. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. cum suis concordantiis, quas tradit late do. Alexan. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. & dixi legendo in authent. res quæ. C. communia de leg. Et dicunt Ange. & Imol. in l cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil. quod ista opinio seruatur vbique. & in iudiciis, & in scholis, sic etiam dicit Paul. de Castro, in l. iubemus, in princip. C. ad Trebel. quod ita communiter vbique practicatur, & pro euangelio tenetur.* De legitima est planum; quia cum substitutio fideicommissaria sit onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil.* ipso iure reiicitur de legitima filii. *l. quoniam in prioribus. C. de inofficio testam.* De Trebellianica, an possit per istam filiam detrahi, prima fronte dubium facere videtur quod non; quia testator primus substitutionem fideicommissariam fecit in omnibus & singulis bonis & iuribus ádicta clausula; quia intentionis suæ est, quod omnia bona mobilia & immobilia, iura, rationes, & actiones, & cuncta sua hæreditas remaneat in agnatione & familia de Anguisolis. per quæ verba videtur testator prohibuisse detractionem Trebellianicæ: *iuxta gl. reputatam singularem in l. decem. ff. de fideicom. liber. Bart. in l. centurio. ff. de vulga. & pup. in penul. charta. in 3. quæst. principali.* Sed recte & iuridice consideranti contrarium est de iure verius in casu præsenti. Nam aduertendum est, quod licet testator possit hodie prohibere in legatis detractionem falcidiæ: *per tex. in auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur. C. ad l. Falci.* tamen † an de fideicōmissis vniuer- 7
salibus testator possit prohibere detractionē quartæ Trebellianicæ, est magnum & disputabile dubium, cum de iure Digestorum & C. testator non posset eam prohibere: *vt l. 1. §. idem Neratius. ff. ad Trebel. & l. si vt allegas. C. ad l. Falcid. & §. sed quia stipulationes. instit. de fideicom. hare.* & ista iura non reperiuntur hodie correcta, quia dicta auth. sed cum testator. corrigit solum in falcidia, ergo non debet extendi ad Trebellianicam; quia † in correctoriis etiam ex 8
maiori-

maioritate rationis non est licita extensio: *vt est glos. communiter approbata in auth. quas actiones. & ibi Bar. & docto. C. de sacrosan. eccle.* & istam opinionem, quod etiam hodie testator non possit expresse prohibere detractionem quartæ Trebellianicæ tenet glo. *in d. auth. sed cum testator. in gloss. 2. & ibidem Iaco. Butriga. & Bal. C. ad l. Falcid. & gl. in l. si vt allegas. C. eo. Iaco. de Belui. vbi late disputauit istam quæstionem, in §. hinc nobis, in 16. quæst. in auth. de hære. & falci. Archidia. in cap. si pater, super gloss in verb. Trebellianicæ, de testa in 6. & ibidem etiam tenet Io. Andreæ in nouella. & ibidem Bal. in repetitione, ad finem. Idem tenet Io. de Imol. & do. Alexan. in l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebel. Ludou. Roma in repetitione authen. similiter, in vltima charta, C. ad l. Falci.* & ista opinia in puncto iuris est verior, & sustētabilior. Nam diuersa est ratio inter Trebellianicā & Falcidiam.

9 Nam † fideicommissarius vniuersalis potest compellere hæredem inuitum adire & restituere hæreditatem. *l. quia poterat, cum similibus. ff. ad Trebel.* quod non potest facere legatarius. *l. nam quod. §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebel. & l. si quis omissa. ff. si quis omissa cau. testa.* Vnde cum hæres in vno grauetur fideicommisso vniuersali, vt cogatur inuitus adire & restituere, nimirum si lex in alio hæredem releuauit, vt Trebellianicæ detractio sibi prohiberi non possit. *argu. regulæ l. eum qui. in princ. ff. de iureiur.* Tamen tenendo aliam opinionem quæ videtur magis communis, & quam tenent communiter antiqui, Bart. & alii *in d. auth. sed cum testator. & in dict. l. Marcellus, in princ. cum multis concordantiis, quas alias ibidem legendo dixi.* est aduertendum retenta dicta communi opinione quod Trebellianica possit hodie per testato-

10 rem prohiberi, † certe talis prohibitio debet fieri expresse, & non sufficeret prohibitionem resultare per coniecturas, puta per verba generalia, vel vniuersalia apposita à testatore, sed oportet, quod specialiter prohibeatur, & verbis expressis. *§. si vero expressim. in auth. de hære. & falci. & ita tenet Oldra. Laud. in consi. 248. incipiente, præsupposita consuetudine.* Vnde testator substituendo in totum, vel in omnibus bonis, prout in casu præsenti, non per hoc intelligitur Trebellianicam prohibere, ita notabiliter tenet dominus Maria. Soci. *in consilio 14. incipiente*, sequendo ordinem prædictarum quæstionum, in vltimo dubio, hinc est, quod prohibitio Trebellianicæ facta per testatorem in vno casu, non censetur facta in alio, nisi exprimatur: *secundum Paul. de Cast. in consilio 109. incipiente, respondeo breuiter dubiis, in 2. colum & in consilio 164. incipiente, visa facti narratione, in 2. colum. & in simili in consilio 1503. incipien. super primo quæsito, in vltima columna.* Et hoc videtur rationabile, cum simus in materia correctoria, vt minus inducatur correctio, quam sit possibile: *vulgata l. præcipimus, in fi. C. de appell. & l. sancimus. C. de testa. & cap. cum expediat, de elect. in sexto.* quia per subauditiones & coniecturas non debet induci correctio legum: *vt inquit gloss. notabilis in cap. cupientes, §. quod si per viginti, de elect. in sexto.* Item non debemus multiplicare correctiones iurium, & inconuenientia. *l. ratas. C. de rescinden. vendit.* Item tenendo prædictam magis communem opinionem, quod testator hodie possit prohibere detractionem Trebellianicæ, tamen in terminis nostris talis Trebellianica nō potuit per testatorem expresse prohiberi, quod non detrahatur, quantò minus tacite. & per coniecturas eo quia † in filiis primi gradus, prout est casus 11
nostер, testator nō potest prohibere detractionem Trebellianicæ: *per tex. in l. iubemus in prin. in verb. licet testator hoc iusserit. C. ad Treb. vbi est tex.* quod † testa- 12
tor nō potest disponere, quod liberi primi gradus sibi computēt fructus in Trebellianicam, qui alias essent computandi: si ergo testator non potest hoc modo diminuere Trebellianicam filiis: ergo multominus poterit eam in totum tollere, seu prohibere. *argum. l. videamus, §. penult. ff. de in lit. iuran. & ita expresse tenet Bald. in d. l. iubemus, in princip. in 3. notabili.* Vbi per illum tex. notat, quod testator non potest extenuare, nec minuere Trebellianicam filiorum; 13
ergo nec prohibere. Idem etiam tenet ibidem Bal. *in 3. col. in princi. per illum tex.* & ibi subdit hæc verba: porro nemo dixerit principium illius legis, quod loquitur de fauore filiorum, aliquo iure esse correctum. Idem tenent Salyc. & Paul. de Cast. *in d. l iubemus, in princi. in 1. col.* Mouetur Salyc. quia iura noua authenticorum, quæ volunt testatorem posse prohibere detractionem Trebellianicæ, secundū magis communem opinionem, per dictam auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur, debent distingui & declarari secundum iura vetera. *l. sed & posteriores. ff. de legi.* & sic debent distingui per *d. l. iubemus, in princi.* vt non procedant in filiis primi gradus. Idem tenet Salyc. *in dicta authen. sed cum testator. Ludou. Rom. in d. l. Marcellus. §. quod autem in fi. ff. ad Trebel. & in consi. 206. incipiente. licet ex communi conclusione. dom. Alex. in consi. 5. tertij voluminis, quod incipit, circa primum dubium videtur prima consideratione dicendum, circa fin.* Vbi prædictam decisionem Bald. refert & reputat solennem, & dicit quod requisitus noluit contrarium consulere. & ideo ipse dominus Alexander *in dicta l. Marcellus, in princip. in 7. & 8. colum.* dicit, quod vno vult istud decidere, quia quæstio pendet de facto. idem tenet Rapha. Comen. *in consil. 25. quod incipit, Franciscus instituit dom. Gerardam, in penult. colum. licet ibi non satis clare se firmet. idem tenet dominus Petrus Philippus Corneus Perusinus in dicta lege iubemus. in prima colum. ad finem. & in princip. sequentis, idem etiam nouissime tenuit præstantissimus iurisconsultus dominus Philippus Decius in consilio 81 quod incipit, In casu proposito agam paucis, in quarto dubio.* Vbi dicit, quod ista est magis communis opinio, & pro ea sunt rationes magis efficaces, licet contrarium voluerit Cyn. *in dicta l. iubemus, in prima oppositione*, vbi tenet, quod cum hodie testator possit prohibere Trebellianicam dicta authen. sed cum testator. ita etiam potest disponere, quod fructus computentur in Trebellianicam filiis primi gradus. & sic vult quod dicta l. iubemus hodie sit correcta. idem & latius tenet Raph. Comen. *in l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupil. & in l. in fideicommissaria. in princip. ff. ad Trebel.* dominus Alexan. sibi contrarius *in consilio 67. primi voluminis, quod incipit, Consideratis his quæ in themate narrantur, in 2. colum. & in consi. 29 quinti volum. quod incipit, Perspectis consideratisq; his omnibus, in secunda columna.* Sed, vt dixi, præcedens opinio est magis communis, & ab ea non est iudicando, aut consulendo recedendum: *secundum Bartol. & Angel. in l fina. C. de pœna iudic. qui male iuaic. & cano. in capitu. 1. & in capit. ne innitaris, de consti.* & istam opinionem

sum semper sequutus, & legendo, & pluries consulendo, & eam etiam firmaui *in d.l. Marcellus, in prin. ff. ad Treb.* & hoc vt euitetur correctio dictæ l. iubemus. quia legum correctio quantum fieri potest, est euitanda. *l. præcipimus, in fi. C. de appella. & c. cum expediat, de elect. in 6.* quia quod non mutatur, quare stare prohibetur. *l sancimus, C. de testa.*

Secundo & fortius; quia d.l. iubemus, loquens in casu speciali non debet corrigi per generalitatem legis nouæ disponentis, quod hodie testator possit prohibere Falcidiam, dicta auth. sed cum testator. & in corpore vnde sumitur, & illud extenditur postea per doct. etiam ad Trebellianicam. Nam
13 regulam habemus claram & indubitatam, † quod iura noua generaliter corrigentia nunquam intelliguntur corrigere leges ponentes casus speciales: *vt est gloss. ordinaria & approbata in l. sciendum, in princi. & ibi Barto. in prima oppositione, & alij doct. ff. qui satisd. cog.* Et pro ista regula est bonus tex. *in l. in testamentis. C. de testam. & ibi Rapha. Fulgos. ad hoc notat, iuncta l. hac consultissima, vbi gl. & docto. C. qui testa. fa. pos.*

14 Tertio pro eadem parte bene facit. Nam † quotiescunq; lex apponit specialem fauorem certarum personarum, licet postea fiat lex reuocatoria generaliter, tamen non corrigit, nec tollit illum specialem fauorem inductum illis certis personis: *vt probatur in l. de decurionibus, iuncta gl. & ibi Bart. & Ang. C. de silentiariis, lib. 12. & illam gloss. iuncto tex. ad hoc exclamat Ludo. Roma. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. poss. & in l. si vero §. de viro. in fallentia ob publicam vtilitatem. ff. solu. matri. Bal. in l. placet. C. de sacros. eccl. & in l. 1. C. de nouo codi. compo. & in l. dotalem. ff. de mili testam. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in auth habita. C. ne filius pro patre. & in c. 1. §. sancimus, quo tempo. mil. in vsi. feu.* Cum ergo dicta l. iubemus dederit hunc specialem fauorem liberis primi gradus, vt testator non possit extenuare Trebellianicam in filiis primi gradus, & per consequens multo minus possit eam in totum tollere, certe ista specialitas fauoris nõ venit in generali noua dispositione introducente simpliciter quod testator possit prohibere Trebellianicam. & ista fuit ratio noua domini Andreæ Barbatii *in d.c. Rainutius, in penult. charta, de testa.* Et sic concludo veram esse prædictam magis communem conclusionem, quod testator hodie non possit expresse prohibere detractionem Trebellianicæ in filiis primi gradus, & multo minus tacite, & per coniecturas, & per verba generalia, vt est casus noster, quem reputo in hoc esse indubitatũ. Etiam tenendo magis communem opinionem, quod testator hodie possit prohibere etiam detractionem Trebellianicæ, & sic quod iura fforum & C. contrariũ volentia sint hodie correcta, tamen non debemus multiplicare inconuenientia, *d l. ratas. C. de rescinden. vend.* Et sic nõ debemus multiplicare correctionem iurium, & sic tenere, quod etiam hodie sit correcta *d. l. iubemus, in prin.* quæ speciali fauore filiorum primi gradus disponit, quod testator non possit extenuare, & multo minus prohibere Trebellianicam filiorum primi gradus.

Nec prædictis habet obstare, si per aliquem subtiliter diceretur, quod *d. l. iubemus, in prin. C. ad Treb.* loquitur, quando detrahitur vna tantum quarta, scilicet Trebellianica: quod patet, quia tex. ibi dicit, quod retenta quarta dodrans restituitur, quæ quarta Trebellianica imputabatur in legitimam, & magis contemplatione legitimæ fuit ibi illud introductum, quam Trebellianicæ. Sed eo casu, quo detraherentur ambæ quartæ, scil. legitima & Trebellianica, tunc sufficit, quod liberi primi gradus habeant hoc priuilegium quantum ad legitimam, sed quantum ad Trebellianicam cessat dispositio *dicta l. iubemus. ita tenet Paul. de Castr. in l. mulier. §. cum proponeretur, in penult. col. ff. ad Trebel.* Vbi dicit; quod ita alias consuluit, & multis placuit, licet dubitauerint consulere: quia est dictum nouum, quod non reperitur ab aliquo dictum. sequitur & exclamat ibidem dominus Alexan. *in 8. colum.* vbi dicit, quod istud dictum nunquam est tradendum obliuioni, nec ab alio scriptum inuenitur. idem tenet Paul. de Castr. *in l scimus, in princip. in vlt. colum. C. de inoffi. testa.* Vbi etiam dicit, quod plures Doctores viderunt illud suum consilium, sed noluerunt se subscribere, quia carebat authoritate. *ita etiam tenet Paul. de Cast. in l. quod de bonis. §. fructus. ad fin. ff. ad leg. Falcid. idem consuluit ipse Paul. de Cast. in consi. 92. incipiente, Quia dubia supra formata satis trita sunt, in vltimo dubio.* Sed certe ista imaginatio Paul. de Castr. non est bona. & nullus alius tangit, & sic caret authoritate, ideo nullus alius doctor voluit ipsam sequi & se subscribere, vt etiam ipsemet Paul. de Castr. refert & fatetur, & contrarium tenet Barto. si bene inspiciatur, *in dicta l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad leg. Falcid.* Vbi vult, quod dicta l. iubemus, habeat locum etiam quando medietas hæreditatis retinetur, & sic duæ quartæ, & ita etiam ponderat ipse Paul. de Cast. sibi contrarius *in dicta lege iubemus, in princip. vbi ipsemet Paul. de Cast. sequutus Barto.* tenuit contrarium, & dicit, quod ista secunda pars est securior, licet præcedens de rigore iuris videatur magis placere: sed quia non reperit aliquem ad hoc aduertentem, ideo sequitur istam opinionem, quæ colligitur ex dictis Barto. *in d. §. auus.* quod etiam quando medietas hæreditatis tenetur per liberos primi gradus, quod etiam tunc fructus non computantur eis in Trebellianicam: *per dictam leg. iubemus. in principio. idem etiam tenet Angelus in consilio 123. quod incipit, Iolus domini Dalmacij de Tuderto, in vltima columna, in secundo & tertio dubio, quod etiam allegat dominus Alexander in dicta l. mulier, §. cum proponeretur, in octaua columna.* Istam partem etiam tenuit & melius ipsemet dominus Alexander sibi contrarius *in dicta l. quod de bonis. §. auus.* vbi dicit esse bene notanda verba Bartol. ibi, volentis, quod dicta l. iubemus, habeat locum etiam, quando duæ quartæ deducerentur, & quod ita etiam voluit Angel. *in dicto consilio 123.* licet referat contrarium voluisse Paul. de Castr. in locis prælegatis non facientem mentionem de Barto. nec de Ange. & quod propter authoritatem Barto. & Ange. durum esset in practica obtinere contrariũ: motus & bene & fundamentaliter; quia intelligendo quod dicta l. iubemus, solum haberet locum, quando filius detrahit vnam quartam, seruiret nobis de vento; quia legitimam debent habere filii absque eo, quod in ea imputentur fructus. *l scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam.* & sic inane esset priuilegium d. l. iubemus, cum esset satis consultum liberis in vna quarta.

Nec

Nec obstat, quod tex. in d. l. iubemus, dicat, quod retenta quarta dodrans restituitur, & sic tres quartæ, quia ad illum text. potest facile responderi: secundum Paul. de Castro, ibi in secunda columna, quod intelligatur de dodrante residui. Nam in legitima non cadebat fideicommissum, & perinde erat ac si fuisset rogatus restituere, quod supererat vltra legitimam debitam filio, sicut in simili habetur *in dicta l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. & ita ante eum etiam respondet Bald. post Azo. per eum relatum in l. filium quem habentem. C famil. erciſc. in 9. colum. in verſic. extra opponitur, dicitur hic. & dom. Alexan. in d l. quod de bonis. §. quod auus, in vlt. colum.*

Non obstat vltimo transactio iurata inita inter dictum quondam dominum Ioannem Mariam Anguisolam & fratres, in qua fuit conuentum, quod si aliquis ex ipsis fratribus decederet sine filiis masculis legitimis, quod eidem sic decedenti succedant alii fratres superstites; quia tale pactum de succedendo nihil valet, & est improbatum à iure, cum sit contra bonos mores † quia hæreditas non potest dari pacto: *vt l. hæreditas. C. de pact. conuent. & l. licet inter priuatas. C. de pactis.* Item tale pactum de succedendo affirmatiuum est contra bonos mores, quia inducit votum captandæ mortis: *contra cap. ne captandæ, de conces. præben. in 6.* Item restringit liberam facultatem testandi, quod similiter est contra bonos mores. *l. stipulatio hoc modo concepta, cum similibus. ff. de verb. oblig. & l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio.* Ideo non firmatur iuramento: vt in reg. non est obligatorium. *de regu. iur. in sexto. & ita tenent Bartol. & doct. in l. fina. C. de pactis. & in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. cum concordan. quæ in vtroque loco traduntur.* Et in specie ita etiam tenet notabiliter Barto. *in consi. 212. quod incipit, Promitto tibi & tu mihi.* vbi consuluit, quod si aliqui conueniant adinuicem, quod vno eorum præmoriente sine liberis res seu bona eius debeant esse superstitis, ista conuentio nihil valet, & si vnus eorum moriatur sine liberis, tamen bona sua non debent ad alios deuenire. *& idem tenent Barto. & doct. in d. l. licet inter priuatos. C. de pactis.*

CONSILIVM CXLVII.

THEMA.

PEr decretum solenne ciuitatis Ianuæ conditũ contra conducentes salem ad loca prohibita, inter cętera formaliter cauetur, quod non liceat alicui officiali communis Ianuæ, tam in ciuitate, quam extra, in quacunque parte districtus Ianuę constituto, saluumconductum, seu fidentiam huiusmodi nauibus, & nauigiis, quæ contra fecerint, aut deinceps contrafacient, in prædictis quomodolibet concedere sine expresso ac libero consensu magnificorum ac spectabilium officialiũ sancti Georgii & salis, & si concederetur, non valeat, nec teneat, & ex eo ciusmodi naues, quæ contrafecerunt, & contrafacient, vt supra se quouis modo iuuare non possint. Accidit, quod Ioannes Antonius de Monterubeo salinatius, siue institor nomine magnifici officii salis Ianuæ in loco Spediæ Riperiæ Ianuensis assecurauit Bertrandum Bessonum Massilienſem patronizãtem quandam nauem, & omnes eius nautas, & omnes merces existentes in dicta naue, sub pœna, & sub refectione damnorum, vt apparet ex instrumento publico superinde cõfecto. Dictus vero Bertrandus contra decreta & prohibitiones conduxerat salem ad loca prohibita, & sic inciderat in pœnas in dicto decreto contentas. Et ita in ciuitate Ianuæ facto debito processu, & lata sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, dicta nauis fuit combusta, ablatis prius rebus in ea existentibus.

Quæritur modo, stante dicto decreto, nunquid dictus Io. Antonius conuentus in loco Spediæ coram spectabili & clarissimo domino Vicario dicti loci, teneatur ad damna & interesse, quæ contra eum petuntur per patronum dictæ nauis combustæ, vigore assecurationis per eum factæ?

SVMMARIA.

1 *Pœna facit, vt quis teneatur ex facto alieno.*
2 *Statuti determinationem vbi habemus, illa est præcise seruanda.*
3 *Clausula actus annullatiua reddit nullum, quicquid in contrarium fit ipso iure.*
4 *Statutum si actui resistit, ex eo nec naturalis, nec ciuilis obligatio nascitur.*
5 *Actus quando non potest fieri pure, adiectio pœnæ nihil valet.*
6 *Verba,* quouis modo, *quid operentur.*
7 *Casus fortuitus quando dicatur.*
8 *Impossibilitas adimplendi excusat à promissione.*

IN casu præsenti videretur prima considerationedicendum, quod non obstante dicto decreto, dictus Ioannes Antonius ex sua promissione teneri debeat; quia talis assecuratio, licet sit facta per dictum Ioannem Antonium non habentem ad hoc potestatem, & dictus Bertrandus non possit ex ea se iuuare contra Magnificum officium salis Ianuæ, & sic contra superiorem, cuius authoritas & consensus erat necessarius, tamen decretum non prohibet quin agi possit contra Ioa. Antonium, qui huiusmodi assecurationem & promissionem fecit, & sic tenetur ex facto suo ad damna & interesse: *iuxta l. stipulationes non diuiduntur, in versicu. Celsus. ff. de verborum obligationib. & l. si quis ab alio. in fine. ff. de re iudica.* & sic illud decretum debet sane intelligi, quod talis assecura-

curatio non valeat in præiudicium officialium S. Georgii: tamen ipse assecurator debet teneri, præsertim cum promiserit illud, quod sciebat se non posse attendere, & consequenter præsumitur esse
1 in dolo. Item quia adiecta est pœna † quæ facit vt teneatur ex facto alieno: *vt l. stipulatio ista habere licere. in princip. & §. quæsitum. & §. si quis dolum. ff. de verb. obligatio.*

Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorem, & dictum Ioannem esse à petitis absoluendum ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebit cessare ea,
2 quæ in contrarium adducebantur. Nam cum † habeamus determinationem dicti decreti & statuti non debemus vlterius inuestigare rationem: vt inquit Bald. *in l. Gallus. § si eius. in 2. col. ff. de lib. & posthu.* Item decretum est tenaciter obseruandum & eius verbis inhærendum, nec ab eo est recedendum, licet durum sit, & cum decretum sit præcisum, non vendicat sibi locum arbitrium aliquod: *secundum Bald. in repetitione l. quid ergo. §. pœna grauior. in 5. colum. ff. de insa. & dicit Bald. quod ita consuluit assessori, quod ita faciat. Alibi dicit Bald. in capit. quoniam frequenter. §. quod si super. in fin. vt lit. non contesta. per gloss. ibi, nota bene tu assessor, quod decretis seu statutis municipalibus debes inhærere, & quod sufficit seruare illud, quod statuta volunt.* Alibi dicit idem Bald. *in ca. significante. in 2. col. in fin. de appella.* quod debemus inhærere verbis statutorum, vel decretorum, nec aliter interpretari, quam statuta loquantur: & quod omnis assessor debet habere præ oculis illam legem quæ dicit, quod in dubio melius est verbis decreti deseruire. *l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria.* Item vbi statutum vel decretum loquitur, serua illud decretum: *secundum Bal. in l. 1. in fi. ff. de arbitris.* Item cum istud decretum sit principaliter conditum in odium fraudantium officium salis Ianuæ, debet contra tales fraudantes sic obseruari, prout iacet. Item † tale decretum est prohibitiuum, & habet clausulam annullatiuam actus: Ergo ipso iure redditur nullum quicquid in contrarium fuerit actum. *l. non dubium C. de leg. iuncto tex. solenni. in c. dilecto. circa fi. in versi. nisi forte. de præben. gloss. in l. à diuo Pio. cum similibus. ff. de rit. nup.* Item cum tale decretum † resistat tali assecurationi, facit vt ex ea non oriatur nec naturalis, nec ciuilis obligatio: *vt l. cum lex. ff. de fideiuss. & l. si non sortem. in princ. ff. de cond. indeb.* Ergo cum non oriatur naturalis, nec ciuilis obligatio, ex ea agi non potest. *l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego gest. & l. quoties. §. si temporali. ff. de administra. tu.* Item in prædicto decreto sunt illa verba geminata, *non valeat, neque teneat*, quæ ostendunt actum in contrarium factum esse ipso iure nullum, & sic non requiri aliam sententiam: secundum Bald. in dicta *leg. non dubium. in sexto notabili. Cod. de legi. & in titu. de pac. Constan. in 10. col. in versi. & in irritum deducantur. & in c. vnico. in vlti. col. de lit. contesta.* Nam geminatio debet multum o-
5 perari. *l. balista. ff. ad Treb.* Item † quando actus non potest fieri pure, adiectio pœnæ nihil valet, neque tenet: *vt est text. notabilis in leg. Seius & Augerius. & ibi Bartol. notabiliter & alii scribentes. ff. ad leg. Falcid.* Cum ergo assecuratio nauis huiusce modi per istud decretum fieri non possit: Ergo adiectio pœnæ nihil operatur, & sic cessat illud, quod supra dicebatur, quod hic esset adiecta pœna. Non obstat etiam, dum dicebatur, quod tale decretum prohibens fieri talem assecurationem talibus nauibus incidentibus in commissum debet intelligi in præiudicium magnificorum officialium salis Ianuæ, sed bene valet in præiudicium ipsius promittentis. Nam istud nullo modo dici potest, cum decretum vlterius procedat se expresse declarando, quod si talis fidentia concederetur, quod ex eo huiusmodi naues, quæ contrafacient, quouismodo se iuuare non possint. Nam ponderetur illa dictio vniuersalis, *quouismodo.* Nam si ipse assecurator teneretur ex sua promissione & assecuratione, certe tales naues possent se ex ea iuuare aliquo modo, quod est contra verba ipsius decreti, quæ dicunt, quod se quouismodo iuuare non possint. Nam † ista verba, 6
quouismodo, apposita in aliquo decreto, vel in aliquo statuto, important, & ibi nulla distinctio, nulla restrictio, aut limitatio fieri possit. Vnde alibi decidit multum signanter Saly. *in l. 2. in 3. column. C. de noxalibus.* quod si statutum disponat, quod quicunque occiderit quouismodo, decapitetur, tunc non distinguitur dolo, vel culpa nec forte, an fecerit ad sui defensionem, necne: refert & sequitur do. Alexand. *in l. si seuerior. C. de infami. facit, quod vult glos. in cle. ne Romani. §. irritum. in verb. quouismodo. de elec. & glos. in cle. si summus Pontifex. in verb. quouismodo. de senten. excomm.* Item dictio, *quouis*, vel, *quamuis* est vniuersalis præcisa, & comprehendit omnes modos, etiam non expressos, & maiores: *vt est glos. notabilis in cle. 1. in verb. quauis. & ibi Cano. eam notant, & sequuntur, de re iudi. & glos. in cle. 2. in glos. fin. in verb. quamuis. de rebus eccle. non alie.*

Et istud fundamentum apponit falcem ad radicem præsentis dubitationis, vt sequi debeat absolutio dicti Ioannis Antonii. Prædicta fortius procedunt in casu præsenti, in quo dictus Ioannes Antonius non fuit in aliquo dolo, nec in aliqua culpa, & fecit, & curauit, quantum potuit, vt dicta eius assecuratio haberet locum. Vnde † illud, quod 7
fecerunt magnifici officiales Ianuæ quantum ad eum debet reputari vis maior. *l. si merces. §. vis maior. ff. locati.* & consequenter quo ad cum reputatur casus fortuitus: *iuxta notata per Bart. o. in l. exceptione. circa medium. ff. de fideiuss. & in leg. si per imprudentiam. ff. de euictio. Bald. in leg. falsus. in penultima columna. C. de furtis.* Ergo de casu fortuito teneri non debet. *le. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & c. 1. de commodato.* item dictus Ioan. Anto. assecurator, seu promissor non debet teneri, nisi ex facto suo, & eorum quos potest prohibere. *le. fluminum. §. quanquam. ff. de dam. infec. & l. si fundus. & l. & hæc distinctio. ff. locati.* Vnde dicit notabiliter Bal. *in d. le. fluminum. §. quãquam. per illum tex.* quod si commune vendidit cõmunitas, &, quod est fortius, promisit defendere ab omni homine, intelligitur quod defendit de iure, item de acto ab eo, quem potest prohibere, non autem de facto societatum, quas non potest prohibere. & dicit quod ad hoc singulariter allegatur ille §. & sic in casu præsenti dictus Io. Antonius intelligitur promisisse pro suo dato & facto, item & eorum, quos potest prohibere, non aũt pro facto alieno, de quo nulla est facta mentio in assecuratione, & maxime de facto alieno magnificorum officialium Ianuæ,

de

de quibus nullum fuit factum verbum in dicto instrumento assecurationis, præsertim cum promiserit non tanquam ipse, sed tanquam salinarius & officialis magnifici officii salis communis Ianuæ.

8 Item † etiam difficultas & quasi impossibilitas adimplendi assecurationē debet eum excusare à promissione, & à pœna. *l. si vehenda. §. 2. ff. ad leg. Rhodiam. de iactu. & l. 2. §. 1. ff. si quis caut. Bar. & alij in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig.* Et sic ex prædictis omnibus, & præsertim ex dispositione dicti decreti concluditur, dictum Io. Antonium esse de iure absoluendum à petitis ab eo occasione dicti salui cōductus, seu dictæ assecurationis per eum præstitæ.

CONSILIVM CXLVIII.

SVMMARIA.

1 *Possessio pacifica multorum annorum valde operatur.*
2 *Possessio antiquior in interdicto vti possidetis prævalet.*
3 *Possessio illa, quæ habet titulum in dubio, validior & potior iudicatur.*
4 *Titulum qui probat, melius possessionem probat.*
5 *Epistola inferioris à Principe non probat inter alias personas.*
6 *Dominium, neq; possessio ex solo titulo absq; traditione, vel quasi, non transfertur. fallit, vt nu. 8.*
7 *Possessio, seu dominiū in contractu Principis non transfertur sine traditione verā, vel factā, quādo princeps contrahit, secus si pure donat, vel priuilegiū concedit.*
9 *Constituto & precario transfertur possessio.*
10 *Constitutio nō operatur translationem possessionis aut dominij sine traditione, quando constituens tempore constituti non possidebat.*
11 *Opinio vera est, quam consuetudo approbat.*
12 *Confirmatio addit robur actui confirmato.*
13 *Res inter alios acta aliis non præiudicat.*
14 *Solennitas ex diuturnitate temporis nunquam præsumitur, vbi agitur de magno præiudicio, & quando ex inspectione instrumēti apparet illam nō interueniſſe.*
15 *Possessio defuncti ipso iure continuatur in hæredem.*
16 *Instrumenti ex inspectione apparet non interueniſſe illud, de quo quæritur.*
Intelli ge nisi tractetur de modico præiudicio. 17.
18 *Antiquum quod non dicatur.*

VIso processu causæ vertentis inter illos de Tusignano parte vna, & illos de Moneldinis Rauennatenses parte altera super valle Nagaioni tam de super quam de subtus attingam substantialia, & procedam per veras iuris
1 conclusiones. Isti † ergo de Correlis de Tusignano probant de pacifica eorū possessione sexaginta annorum totius vallis Nagaioni tam supra quam de subtus, vsque ad alterius confines illorum de Moneldinis, ergo obtinere deberet: *per tex in §. commodum, cum simil. instit. de interdict.* quia beati possidentes:
2 *vt inquit glo. in c. 1. §. si tres, de pace tenen.* Nam † etiam si duo probarent de possessione, ille debet præferri & obtinere, qui probat de antiquiori & longiori possessione: *vt cap. licet causam, de probationibus.* Nam qui prior est, & antiquior in possessione reportat palmam victoriæ: *secundum Bal. in cap. si diligenti, in vlt. col. de præscrip.* Item isti de Coreliis nō solum probant possessionem 60. annorum, sed etiam ostendunt titulū acquisitionis suæ per instrumentum publicum & authenticū in actis productum, & sic habent possessionem titulatam, sed possessio titulata est potior, quia magis iustificatur per viam rationis. *d. c. licet causam. secundum Bal. in l. qui accusare, circa fin. de eden.*

Item † qñ dubitatur de possessione antiquiori, 3
ille, qui probat iustiorē causam, debet obtinere; quia qualitas possessionis facit vnam probationē alteri prævalere. & tanto iustior & potior est possessio, quanto magis est à proprietate causata: *ita fignanter tenet Bal. in l. data opera. ad fin. C. qui accus. non pos. Et ista verba Bal. dicit esse aurea D. Francis. de Curte in consil. suo 76. quod incip. Super motuis redditis in fauorem communitatis, in pen. col. in fi.* Item ēt inter prædones ille vincit & obtinet in interdicto vti possidetis, qui habet titulum: *secundum Bal. in d. c. licet causam, in 8. colum. de proba.* Nam † ille melius probat possessionem qui ēt 4
probat titulum: *secundum Bald. in l. arboribus. in §. nam & si agrum. ff. de vsufruct.* Et propterea iure optimo lata fuit sententia in fauorem istorum de Corelis, per quam comprehenditur tota dicta vallis Nagaioni de supra & de subtus. Et sic isti de Corelis habent bene fundatam suam intentionem.

Ex aduerso autem illi de Moneldinis non potuerunt aliquid probare de possessione, sed produxerunt † vnam epistolam patentem domini Ostasii 5
de Polenta, tunc dom. Rauennæ, factam de anno Domini 1431. per quam voluerunt probare titulum acquisitionis suæ, sed ista est epistola non solum inferioris ab Imperatore, sed etiam à rege, & sic non habet vim legis, nec habetur pro lege: *vt est gl. notabilis in l. 1. in princip. & ibi Angelus, Raph. Fulgos. & dominus Alexand. ad hoc notant & sequuntur. ff. de feriis. & idem dom. Alexan. in l. ciuitas. in vlt. colum. ff. si cert. peta. & in consil. 97. tertij volum. incip. Alias de facto consultus respondi, Leonardum. facit l. 1. & ibi notant Bart. & Raph. Fulg. C. de offic. præfect. præto.* Et ista epistola est enunciatiua venditionis iam factæ, & pretii recepti, quæ non facit fidem quo ad istos de Corelis, qui non erant sibi subditi, cum essent de Tusignano, *argum. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. & cap. vt animarum ad fin. de consti. in sexto.* sicut nec epistola priuati faceret fidem inter alios. *l. Publia. §. fina. ff. depositi. notatur in cap. post cessionem, de proba.*

Item dato sine veri præiudicio, quod talis epistola probaret titulum venditionis † tamen ex so- 6
lo titulo absque traditione, vel quasi, non transfertur dominium neque possessio. *l. traditionibus. C. de pactis. l. penult. C. de rei vendica. & l. si ager. & ibi gloss. notabilis. ff. eodem titu. de rei vendica. & §. per traditionem. instit. de rerum diuis.* Et duplicem rationem istius regulæ, quare solo contractu absque traditione non transferatur dominium, neque possessio, assignat Bald. *in l. ea lege, in prima colum. C. de condi. ob causam.* Et ista regula procedit non solum in contractu particulari, vt est casus noster, sed etiam si esset contractus vniuersalis: puta, quia venderetur vniuersa hæreditas, adhuc ex eo non transfertur dominium, neque possessio sine traditione, vel quasi: *vt est glo. ordinaria in l. prima, in princ. in verb. vniuersæ. & ibi Bar. ff. de vsuçap. pro dote. quam glo. reputat ad hoc singularem Baldus in l. nulla. C. de iure dot. & sequitur idem*

Bal. in l. 1. in 8. q. C. de actio. & obliga. & in l. fi. §. preterea. C. de iure do. & est de hoc tex. melior de iure in l. qui tibi hereditatem. & ibi Bal. ad hoc notat. C. de his qui à non domino manu. & similis text. in l. qui tibi hæreditatem vendidit: C. de hære. vel acti. vend. Itē † etiam princeps vendendo ex solo titulo non transfert dominium, neque possessionem sine traditione, sicut nec priuatus: *secundum Bal. in c. 2. in vlt. col. & ibidem Andreas de Isern. de noua forma fideli.* Vbi dicit Bal. multum referre vtrum cum principe contrahatur, & in tali contractu seruandum est ius commune, vt scilicet post contractum Princeps sit obligatus ad tradendum, & ante traditionem non acquiritur dominiū, nec possessio: Vnde secundum eum. *l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip.* debent intelligi interueniente traditione. si vero princeps gratiam facit non per viam contractus, sed supplicationis, tunc ex ipsa gratia transfertur dominium; quia est natura collationis gratiosæ: *vt in c. si tibi absenti. de præb. in sexto. vt ibi dicitur plenius per Bald.* qui postea subdit, quod quælibet gratia principis censetur esse priuilegium: *vt notat Io. Andr. in c. olim, de verb. signif. in nouella.* Et tanto magis cum in casu nostro iste dominus Ostasius de Polenta esset inferior non solum à summo Principe, sed etiam à rege, & similib. Item licet † aliquando ex solo titulo contractus transferatur dominium sine traditione in certis casibus specialibus, puta in ecclesia, & in ciuitate: *vt l. fin. C. de sacros. eccl. & in aliis similibus enumeratis per gl. in d. l. si ager. ff. de rei vend.* tamen nunquam acquiritur possessio, nisi sit actualiter apprehensa: *vt l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & l. commissa. ff. de publica. & l. denique. ff. ex qui. cau. ma. & ita tenet gl. ordinaria. in d. l. fin. & ibi Bar. circa fin. in pen. q. C. de sacros. eccl. & ibidem Bal. & alij. Bal. in l. licet. C. de acq. pos. & in l. 1. ad fin. C. de re. permu. gl. & doct. in c. 2. de consue.* Item in dicto instrumento, seu in dicta epistola D. Ostasii nō fuit tradita aliqua possessio nec † adest constitutū, neq; precarium, per quod possit dici, quod sit translata aliqua possessio: *iuxta gl. & doct. in l. ab emptione. ff. de pactis. & l. quod meo. in princ. cum sim. ff. de acquir. possess.* Item non est probatum, quod præfatus Do. Ostasius de Polenta, à quo isti de Moncldinis dicunt se titulū habuisse, esset in possessione dictæ vallis Nagaioni de subtus, quod erat necesse probari ad probandum dominiū vel possessionem: quid ēt quando † venditor constituit se possidere precario nomine emptoris, quo casu transfertur & naturalis & ciuilis possessio. *leg. & habet. §. eum qui precario. ff. de precario.* & talis possessio, quæ transfertur, est vera, licet actus constituti sit fictus: *vt est tex. notabilis in l. certe. §. 1. in verb. ego proprie habere dicor. ff. de precario. Bart. in d. l. ab emptione. in fi. in vlt. q. & in l. si is qui pro emptore. in princ. in vlt. q. ff. de vsucap. Bal. in c. item inuestitura, de notis feudor.* istud procedit, quando venditor tempore constituti erat in actuali & vera possessione, secus si possessio non fuisset penes eum, tunc constitutum nihil operatur: *vt l. quamuis. §. 1. & ibi Angel. & Moder. ff. de acquir. poss. Bal. & Salyc. in l. 1. C. quando liceat ab empt. discē. & est bonus tex. in l. 2. in verb. tradita. & ibi ad hoc notat Ang. C. de acquir. poss.*

Item talis venditio enunciata in dicta Epistola domini Ostasii de Polenta est incerta, & alternatiua: quia vendidit iure proprio & in perpetuum, si erat proprium, si autem conductitium tantum ad eum pertinuerit, tunc vendidit saluo iure domini in pensione & renouatione: Ergo dicta venditio videtur vitiari, cum non sit reperire dominium alternatiuum: *vt est gloss. notabilis in l. fi in rem agat aliquis. ff. de rei vendica. facit l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud. ff. de verb. oblig.*

Item præfatus Do. Ostasius in prædicta epistola promisit sub fide, cum ad legitimam ætatem peruenerit facere instrumentum publicum dictę venditionis rogandum manu publici notarii, & sic cōtractus venditionis non est habitus pro perfecto, cum fieret à minore, & actum fuerit sub fide, quod cum erit legitimæ ætatis, tunc fieret instrumentum publicum: *vt l. contractus. & ibi glo. & doct. C. de fide instrum. & gl. in §. 1. in verb. conficiuntur, instit. de contrah. empt. & dicit Bald. in dicta l. contractus, in secunda colum. in 3. notabili,* quod † vera opinio est, quam consuetudo approbat, quod quando fuit dictum à patribus, quod talis cōtractus scribatur, vel quando aliqua partium dixit, habeamus notariū, qui de hoc conficiat publicum instrumentū, istud est signum, quod debeat contrahi in scriptis, id est, quod non erat alias contracturus, nisi fieret scriptura: *prout expresse notat glo. in dict. §. 1. instit. de contrahen. empt.* & subdit Bal. quod contractus, qui fiunt à regibus & comitibus, in quibus forma scripturæ præcedit consensum, omnes isti cōtractus dicuntur in scriptis, vt ibidem per eum.

Nec obstat, si diceretur, quod præfatus D. Ostasius de Polenta in dicta epistola quando promisit sub fide, quod cū peruenerit ad legitimam & perfectam ætatem faciet fieri emptori & suis hæredibus publicum instrumentū dictæ venditionis rogandum manu publici & authentici notarii, postea subiecit ista formalia verba, scilicet, *præcipientes & mandantes expresse interim quibuscunq; nostris officialibus & rectoribus, tam præsentibus, quam futuris, quod præsentem venditionem, pretij confessionem, & fidei suæ promissionem ratam, firmam, & gratam habeant, & inuiolabiliter obseruent, sub pœna arbitrio nostro inferenda:* dicitur, quod per ista verba non fuit tradita neque possessio, neque dominium translatum.

Item, quod est fortius, ista clausula continet cōtradictionem, & repugnantiam, & sic impossibilitatem: ergo debet vitiari. *l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. & l. scripturæ. C. de fide instr. & in c. imputari. eod. tit. de fide instru.* Nam actum repugnantem etiam summus Deus non potest in esse producere: *secundum Ang. in consi. 187. incip. Hic punctus prima facie videtur clarus circa fin.* Nam præfatus Do. Ostasius in dicta sua epistola præcipit officialibus, & rectoribus suis quod interim, donec peruenerit ad legitimam & perfectam ætatem, debeant tria inuiolabiliter obseruare, scilicet præsentem venditionem, item pretii confessionem, item fidei suæ promissionem: sed istud tertiū interim obseruare est impossibile, quia promissio fidei suæ est, quod cum peruenerit ad legitimam & perfectam ætatem, faciet de dicta venditione fieri publicum instrumentū manu authentici notarii: ergo interim antequam sit perfectæ ætatis, impossibile est, quod istud per officiales suos inuiolabiliter obseruetur: ergo ex hoc capite ratione impossibilitatis debet vitiari.

Nec

Nec etiam præiudicat quædam confirmatio D. Nicolai Memi prouisoris Venetorum Rauennæ,
12 cum † de natura confirmationis sit addere robur & validitatem actui confirmato, non autem ipsum extendere ad id, quod in eo non includebatur. *ita notabiliter tenet Bal. in l. aduersus. in fin. C. si aduersus rem iudi. & in le. nominationes. ad fin. C. de appel. & vtrobique allegat text. notabilem cum gl. in l. Aurelius. §. testamento. ff. de libe. lega. idem tenet Paul. de Castr. in consilio 134. incipiente, Notandum est, quod ista imperialis concessio. circa princ. idem etiam tenet notabiliter Bald. in ca. 1. in princip. in titu. per quos fiat inuesti. in vsibus feud.* Vbi voluit post Innocen. *in cap. dudum. de decimis.* quod si certa priuilegia confirmentur per Papam non intelliguntur confirmari, vt aliquod ius nouum detur, nisi aliter constet de intentione confirmantis. *Facit, quod vult glo. notabilis in l. ex verbis. in verb. cui. C. dona. inter vir. & vxo.* quæ tenet, quod Papa, vel Princeps confirmando priuilegia antiqua nunquam intelligitur de nouo aliquid dare sed ea confirmare prout sunt. *& idem tenet Oldra. Lauden. in consilio 164. incipiente, Viso priuilegio inclyti regis Ludouici.*

Non obstant etiam quædam alia producta per
13 istos de Moneldinis: quia † cum sint res inter alios actæ, non præiudicant illis de Correlis, *vt toto titu. C. res int. ali. act. & l. sæpe. in prin. ff. de re iudi. & ca. quamuis. eodem titu. de re iudi. & cap. primo, §. e contrario. & ibi Bald. in fin. eum multum notat, de inuestitu. de re alie. fac.* Vnde alibi decidit multum egregie & notabiliter Ioann. Andreæ in addi. Specu. *in tit. de obligat. & solutio. §. fin. in versicu. sed indebitum. in additione incipiente, Ordine quo supra,* quod si aliquis diuisit hæreditatem paternam cum fratribus, postea vt possit matrimonium contrahere cum quadam puella, iurauit se non fuisse filium illius, cuius putabatur, & cuius hæreditatem diuiserat, certe fratres non poterunt per condictionem indebiti, vel sine causa aliquid ab eo repetere: *per regul. d. tituli. C. res inter alios acta.*

14 Vltimo † non obstat si diceretur, quod ex diuturnitate vel longinquitate temporis præsumi debeat dominium & possessio: *per leg. si filius. & quod ibi Barto. & doct. C. de peti. hære. & l. qui aliena. in princip. in versicu. sed si non adierit. vbi mod. præsertim domi. Alexand. multa accumulant. ff. de acq. hæredi. & capit. continebatur. de his quæ fiunt à prælato sine consensu Capituli. & capit. peruenit. iuncta glo. de empt. & vendi.* Cum in casu præsenti tempore dictæ assertæ venditionis factæ illis de Moneldinis de anno 1431. videantur esse transacti anni 79. vel circa. Nam multum præsumitur pro factis antiquis: *secundum Bald. in cap. primo, si de feud fuer. contro. inter domi. & agna. allegantem ad hoc Barto. in leg. admonendi. ff. de iureiurando, vbi Bartol. in penul. charta, circa fin. in versicu. quæro, quid si reperiuntur dicta testium.* Item magna est authoritas antiquitatis: *secundum Bald. in leg. exemplo. post medium. Cod. de proba. facit text. in capit. mos antiquus. & in cap. sequenti. 65. distin.* Quia ad hoc multipliciter respondetur, & plane.

Et primo, quod istud procederet, nisi alius vere & actualiter interim fuisset in possessione prout in casu præsenti: quia tunc veritas fecit cessare præsumptionem: *vt leg. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis, & leg. prima, §. si quis filium. ff. si tabul. testamen. null. exta.* Sicut dicimus in statuto vel decreto disponente, quod † possessio defuncti ipso 15
iure continuetur in hæredem, ac si esset apprehensa. Nam intelligitur, nisi possessio interim fuerit ab alio apprehensa, quia illa actualis apprehensio possessionis impedit illam continuationem possessionis inductam à statuto: *secundum Rapha. Com. in leg Pomponius. §. quæsitum per illum textum. ff. de acq. pos. quem refert & sequitur dom. Alexand. in consilio 83. secundi voluminis incip. Visa facti narratione. in 2. columna. & in l. cum hæredes. in princ. ff. de acquir. poss. & pro hoc soleo allegare gl. ordinariam, quam prædicti docto. non allegant in leg. cum miles. in prin. in glo. magna ad fin. ff. ex quibus caus. ma. prout legendo dixi in l. si sorori. Cod. de iure deliber.*

Secundo respondetur, quod ex inspectione instrumenti, seu epistolæ domini Ostasij de Polenta apparet solus titulus enunciatiuus factæ venditionis, & non apparet, quod fuerit tradita aliqua possessio, nec translatum dominium, nec ibi adest constitutum, prout in superioribus plene deduxi. Vnde quando ex † inspectione instrumenti apparet 16
non interuenisse illud, de quo queritur, tunc cessat præsumptio, quæ alias ex diuturnitate temporis insurgeret: *per dictam l. si filius. cum concordantibus supra allegatis. secundum Paul. de Castr. in consi. 50. quod incipit, In causa, quæ vertitur inter Reuerendum patrem. circa medium illius consilij, quem refert & sequitur dom. Alexand. in consilio primo quarti voluminis incipiente, Ponderatis his, de quibus in themate fit mentio. in penultima columna.*

Item prædicta † iura procedunt, quando tra- 17
ctatur de modico præiudicio, prout contingit in d. leg filius. & in casu notabili, quem ponit glo. *in le. pen. C. communi diuid.* secus esset, vbi tractaretur de magno præiudicio, vt est in casu præsenti. ita singulariter & late limitat Bartol. in quæstione per eum disputata, quæ incipit, Mulier habens amplum patrimonium. *in vltima columna per totam. vbi melius quam alibi examinat intellectum dicta l. si filius. & sequitur dom. Alexand. in consilio 13. quarti voluminis quod incipit, Viso processu iuxta probabilem consuetudinem. in vltima columna. & in consilio 111. quarti volum. incip. Viso & diligenter considerato themate. in penultima columna. & in dicta leg. qui in aliena. in princip. ff. de acquir. hæredi. idem expresse tenet Rapha. Fulgo. in l. 1. in pen. col. vbi etiam moderni ponunt. Cod. qui admitti. licet Barto. mentionem non faciat.*

Item hic non sumus in antiquis, cum non exopinio est, quod † ad hoc vt res dicatur esse in an- 18
tiquis requiritur tempus centum annorum, quod est tempus longęuæ vitæ hominis. *l. fina. C. de sacrosan. eccle. & leg. an vsusfructus. in fin. ff. de vsufruct.* Et ista videtur esse finalis opinio Innocen. *in capit. veniens. el primo. de testibus. & eam expresse ibi tenent Ioan. de Imola & Dominus Abbas, & idem Ioann. de Imol. in lege secunda. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. domi. Alexand. in leg. cum aliquis. Cod. de iure delib. Vbi attestatur, quod ita communiter tenetur. & idem dom. Alexand. in consilio octuagesimonono quinti voluminis, incipiente, Excellentissimi Iurisconsulti. in prima columna.* Dominus Franciscus de Curte *in consilio pen. incipiente, Circa primum, in quo*

quæri videtur. ad fin. Vbi etiam ipse dicit, istam esse communem sententiam in iudicando sequendam. & notat Speculator *in titulo de probat. §. primo, in versi. & notat quod scriptus. quicquid tenuerit domi. Anto. de Butr. in dicto capit. venient. el primo, de testibus. & in cap. quid per nouale. de verbo. significa.* Vbi tenet, quod tunc sumus in antiquis, quando excessit tempus centum, vel etiam tempus 40. annorum, quod vltimum etiam videtur sequi domi. Alexand. sibi contrarius *in consilio 146. incipiente, Videretur inspectis. in nona columna.* vbi tenet, sufficere tempus 40. annorum, vel hoc relinquo arbitrio iudicis: *per regu. l. prima, in fine. ff. de iure deliberandi, & capitu. de causis. de offic. delegat. & ca. final. de transact. & ad hoc inducit verba Cyn. & Bartol. in leg. si quidem. Cod. solu. matrimonio.* Sed, vt dixi, communis opinio est, quod requiratur tempus centum annorum, & à communi opinione non est in iudicando, aut consulendo recedendum: *vt notant Barto. & alij in l. fi. C. de pœn. iudi. qui male iud. Cano. in c. 1. & in c. ne innitaris. de constit.* Et ita etiam semper legendo tenui, præsertim in commento *l. admonendi. ff. de iureiurando.*

Rauennæ, die 13. Aprilis. 1510.

CONSILIVM CXLIX.

THEMA.

IN quæstione mota contra spectabilem causidicum Papiensem Domi. Ioann. Franciscum de Caneuariis, & consortes suos de Gorgeriis, viso longo processu, & testibus potioribus hincinde productis: visis quoque his, quæ per clarissimum domin. aduocatum adeo plene & copiose ac accurate adducta fuerunt, vt nullus additioni locus relictus esse videatur, ego breuitati inseruiens circa tria substantialia breuiter & concluſiue insistam.

Primo circa vnam ex conditionibus appositam in dicta asserta donatione, an dicatur fuisse effectualiter impleta per ipsum donatarium.

Secundo circa reuocationem dictæ donationis, & eius renunciationem.

Tertio, an per talem assertam donationem fuerit trãslatum dominium, vel possessio in ipsum donatarium, & sic an iudicium rei vendicationis fuerit per agentem bene intentatum.

SVMMARIA.

1 *Conditio, si studuerit in legibus, intelligitur cum effectu, ita vt ad doctoratum peruenerit.*
2 *Conditio debet constare ex omnibus suis partibus.*
3 *Studium est applicatio animi ad aliquid peragendum cum summa voluntate.*
4 *Legatum ob causam, causa cessante, tacita voluntate adimitur.*
5 *Papa dispensans cum clerico, vt possit esse in studio, quid contineat.*
6 *Doctoratus potest probari per testes.*
7 *Probatio nulla efficacior, quam proprii oris confessio.*
8 *Confessio partis admittitur contra probationem iuris & de iure.*
9 *Remissio debiti censetur esse donatio, & sic requirit insinuationem: lim. 2. modis.*
10 *Dominium non transfertur ex solo titulo etiam vniuersali sine traditione.*
11 *Testes repetiti non probant.*
12 *Dominium, neque possessio potuit transferri ex contractu conditionali ante purificatam donationem.*
13 *Dominium, neque possessio transfertur per illa verba,* dedit, & tradidit, *si res non erat in conspectu.*
14 *Rei vendicatio de necessitate præsupponit dominium in agente.*
15 *Alienatio rei litigiosæ nihil valet.*

CIRCA primum consultationis articulum planum est in facto, prout etiam testes aduersæ partis deponunt, quod in dicta donatione possessionis Torrini facta per quondam Do. Bartolum de Georgiis D. Ioan. Matthęo Trouamalæ inter alias fuit apposita illa conditio, si studuerit in legibus, & dom. Ioan. Matthæus iurauit. Et concluſiue † procedendo dicitur, quod talem conditionem iuratam non impleuit: quia talis conditio, si studuerit in legibus, est intelligenda cum effectu, verba enim cum effectu intelligi debent: *vt l. prima, §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. & l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui. & cap. relatum. de clericis non resid.* præsertim in conditionibus, quæ debent formaliter impleri. *vt leg. qui hæredi. in prin. & leg. Mæuius. ff. de cond. & demon.* Quia † conditio debet constare ex omnibus suis partibus, cum denotet formam: *secundum Bald. in l. pro hæreditarijs. in 1. col. in fi. C. de hære. act.* præsertim quando conditio est iurata, vt hic, cum etiam iuramentum sit præcisum, & debeat formaliter impleri. *c. ad nostram. de iureiur. & glo. reputata singularis in l. si pecuniam. in princ. in gl. parua, in verb. necesse habeas. ff. de condi. ob. cau.* Ista ergo conditio iurata, si studuerit in legibus, est intelligenda cum effectu, ita quod studium legale ad effectum deduxerit, & sic ad eius finem, cum mediocri saltem ac conuenienti legum scientia. Vnde non dicitur quis studere, nisi hoc faciat cum effectu, quia de fine & effectu est cogitatum: *secundum Bald. in consi. 284. secundæ partis, incipiente, Pater disponẽti se ad studium.* non enim sufficit fuisse in studio, nec diu, sed bene & laudabiliter studuisse: *secundum gl. in l. vnicuique. C. de proximis sacro. scri. lib. 12. Sicut nec secundum gl. ibi sufficit Hierosolymis fuisse, sed bene & laudabiliter ibi vixisse: vt est tex. 12. q. 2. in c. gloria episcopi.* Item non sufficit diu in scholis fuisse, sed laudabiliter studuisse: *secundum gl. in c. cum ex literis. in verb. instructus. de in integ. resti.* studium .n. † est vehemẽs applicatio animi ad aliquid peragẽdũ cum summa voluntate. *secundum Bal. in l. 1. §. huius studii. in prima col. ff. de iusti. & iure.* & illud verbum, *peragendum,* denotat perfectionem. *l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. signi.* & sic debet studium perfici cum effectu. Item studere est valde cupere. Vnde & literarum studia dicta sunt à cupiditate lectionis: *secũdum Archid.*

Archid. 18. q. 2. in 9. quem refert & sequitur do. Abb. in c. fi. in pen. col. ne clerici vel mo. Hinc est, quod si pater tradit libros filio causa studii, intelligitur ei donare. *l. quæ pater. cum gl. ff. famil. ercis.* Istud est verum, si filius studium perfecerit, & sic deductus fuerit ad apicem doctoratus, secus si miser & ignorans remansit, nam non intelligitur tali misero voluisse donare: 4 sicut † dicimus in legato ob causam relicto, quod tacita voluntate adimitur cessante cā: *vt l. 2. & 2. ff. de adim. lega. Ita egregie tenet Ang. in l. filiæ licet circa med. C. de colla. quem refert & sequitur Raph. Com. in con. 40. quod incipit, Cuidam filio studēti empti fuerunt libri. in 2. col. D. Alex. in l. si donatione. in pen. col. C. de colla.* Item licentia data alicui vt possit studere, intelligitur de studio perfecto, & sic vt possit etiam doctorari: *secundum Io. Andreæ in regul. cū quid prohibetur. de reg. iur. in 6. in Mercuria. quem refert & sequitur. Do. Abb. in proœmio decretalium, in 3. col. & plenius attingit idem do. Abb. in c. fi. in 9. & 10. col. ne cleri. vel mona.* Vnde tenet Petr. de Anch. *in consi. incipiente, Ortum dubium.* quod licentia Papæ, vt in certo studio clerici possint audire leges, includit etiam facultatem doctoratus accipiendi. Facit, 5 quod Papa † dispensans cum clerico, vt possit esse in studio intelligitur etiam dispensare super his, quæ sequuntur ad ipsum studium: *secundum Bald. in auth. habita. in 9. col. C. ne filius pro patre.* Vnde in proposito nostro Do. Ioan. Matthæus Trouamala, qui publice legebat artem oratoriam, licet forte cœperit studere in legibus, & fatendo etiam quod sit verum illud, quod dicunt testes partis aduersæ, quod per vnum vel duos annos studuerit, seu intrauerit scholas legales, tamen per hoc non perseuerauerit in studio legali, nec studium perfecit, nec in tam breui tempore potest dici adimpleuisse conditionem prædictam, immo nec studuit tempore debito & limitato ad studium legale perficiendum: *iuxta §. nos vero. in prin ff orū. & gl. in c. cū ex eo. in verb. septēnium: & ibi Io. de Imo. & Geminia. de electio. in 6. Bart. Bal. & alij in l. petitiones. C. de aduo. diuer. iudi.* Item non peruenit ad finem & effectū studij legalis, & sic ad do- 6 ctoratum: quia † doctoratus debet probari per instrumentum priuilegij, aut per testes, qui interfuerunt in publico examine: *secundum Bal. in l solemnibus. per illum text. C. de fide instru. & in proœmio decretalium. 14. col. quod non est factum in casu præsenti.* Item, quod fortius est ipsemet Do. Ioan. Matthæus in præsentia D. Bartoli de Georgiis expresse acceptantis cōfessus est, se non adimpleuisse nec adimplere velle conditiones in dicta promissione donationis appositas, prout deponere videntur quatuor testes 7 pro parte reorum producti. & † nulla est efficacior probatio quam partis confessio. *l. cum te. C. de trāsac. & l. generaliter. C. de non num. pecu. & l. 1. in fine. ff. de interro. actio.* Hinc est, quod licet † contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio, tamen admittitur confessio partis: *vt est gl. in §. illud, in auth. de æquali. dotis. Bar. & doct. in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. notant Cano. in c. in his qui fidem. de sponsa.* Item licet sit renunciatum probationibus, & conclusum in causa, tamen confessioni partis nunquam concluditur: *vt c. cum Ioannes Eremita. de fide instru. & l. ampliorem. C. de appel. Bal. in rub. C. de proba. in vlt. col. in princ.*

Et sicut ex prædictis concluditur in primo dubio quod d. Io. Matthæus non impleuit illam conditionem appositam in promissione donationis; scilicet, si studuerit in legibus, prout etiam ipsemet expresse fuit confessus, & prout etiam erat notorium Papiæ apud eum cognoscentes, & prout etiam probatum fuit per multos testes fide dignos in causa productos.

Circa secundum dubium etiam breuiter & conclusiue procedendo dicitur, quod sequuta est reuocatio & renunciatio dictæ donationis promissæ; quæ fuit per d. D. Bartolū expresse acceptata, prout deponere videntur quatuor testes per reos conuentos producti. Planum est autem, quod dictæ partes potuerunt recedere à dicto contractu donationis, & illum reuocare, ac illi renunciare. *l. tale pactum. in princ. & l. ab emptione. vbi plene traditur. ff. de pactis. notant glo. & doc. in l. iurisgentium. §. adeo. ff. eo. de pactis. & lege prima & secunda. Cod. quando liceat ab empt. disce.*

Nec obstat si diceretur † quod remissio debiti 9 censeatur esse donatio, & sic requirat insinuationem, quæ hic non interuenit: *vt est gl. notabilis in l. si quis obligatione. & ibi Bar. notat. ff. de reg. iur. quam gl. rèputant ad hoc singularem Dy. Ang. & do. Alex. in l. Neseninus. §. fi. ff. ad le. Falcid. & Ang. in cons. 94. incipiente. Cumlis & quæstio seu controuersia. in antepen. colu. idem tenet Bar. in l. Modestinus. in prin. ff. de donat. Alberi. de Rosa. post Guliel. de Cugno in l. si mulier. ff. de condi. ob caus. cū multis concordantiis ibi traditis per Do. Alexan.* & dicit Angel. *in l. pacta quæ contra. C. de pactis.* quod semel vidit iudicari in Perusio, quod pactum de non petendo eget insinuatione, sicut pura & simplex donatio. Quia dicitur, quod in casu nostro ista renunciatio non fuit facta ex causa donationis, sed quia do. Ioa. Matthæus non adimpleuit, nec vult adimplere cōditiones appositas in ipsa donatione, prout attestātur dicti quatuor testes. Vnde cum hic sit alia causa istius remissionis & renunciationis, cessat coniectura, quod sit donatio. *l. si cum aurum. ff. de solut.* Itē vbi cadit alia etiam leuis occasio, vel coniectura, non præsumitur donatio: *secundum Bald. in l. primā, C. ad Trebellia.* Item dato quod talis renunciatio seu remissio fuisset donatio, tamen cum prius ipse domi. Bartolus donationem fecisset, certe talis renūciatio esset remuneratoria, & sic ad antidora. *l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati.* Sed donatio remuneratoria, & sic facta ei, qui prius donauerat, valet sine insinuatione: vt *lege, Aquilius Regulus. & ibi Bartol. & plenius Ioannes de Imola. ff. de dona. probatur in lege fina. in princip. iuncta glo. parua, & ibi Ange. ad hoc notat. Cod. de iure do. idem tenet Bald. in lege secunda ad fin. Cod. ne liceat poten. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in leg. tertia. C. qui bonis cedere possunt. & in lege. & si mortis. in fin. C. ad leg. Falcid.*

Circa tertium & vltimum dubium, an per talem assertam donationem fuerit translatum dominium, vel possessio in ipsum donatarium, & sic an iudicium rei vendicationis fuerit per agentem bene intentatum, etiam conclusiue procedendo breuiter respondetur quod non. Nam † ex solo titulo donationis, vel alio titu- 10 lo, absque actuali traditione, vel quasi, nunquam transfertur dominium, neque possessio. *l. traditionibus*

bus. Cod. de pactis. & l. pe. C. de rei vend. & l. si ager. & ibi glo. notabilis, eod. tit. ff. de rei vendic. & §. per traditionem. instit. de rerum diuis. & duplicem rationem istius regulæ, quare ex solo contractu absque traditione non transferatur dominium, neque possessio assignat Bald. *in l. ea lege. in 1. col. C. de condi. ob caus.* & ita regula procedit non solum in contractu particulari, vt est casus noster, sed etiam si esset contractus vniuersalis, puta venditio hæreditatis, adhuc ex solo titulo sine traditione vel quasi non transfertur dominium, neque possessio: *vt est gloss. ordina. in l. 1. in prin. in verb. vniuersæ. & ibi Bartol. ff. de vsucap. pro dote, quam gloss. reputat ad hoc singularem Bald. in l. nulla. C. de iure dot. & sequitur idem Bald. in l 1. in 8. q. C. de actio. & oblig. & in l. fi. §. præterea. Cod. de iure do. & est de hoc text. melior de iure in l. qui tibi hæreditatem. & ibi Bald. ad hoc notat. Cod. de his qui à non domino manumit. & est similis text. in l. qui tibi hæreditatem vendidit. C. de hæred. vel act. vendit.* nisi in instrumento contractus adesset constitutum, aut precarium, quod non est in casu præsenti, per quod posset dici, quod sit translata aliqua possessio: *iuxta gl. & doct. in l. ab emptione. ff. de pactis & in l. quod meo. in principio, cum similib ff. de acq. poss.* Et quod in casu præsenti ex isto titulo donationis non fuerit translatum dominium, nec aliqua possessio in ipsum Dom. Ioan. Matthæum donatarium patet: quia dom. Bartolus de Georgiis & successores sui semper perseuerauerunt in possessione dictæ possessionis de Torrino donatæ etiam vltra decem annos: ergo nullatenus potest præsumi translata possessio in ipsum donatarium. *le. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mod. pig. vel hypo. solui. & le. 3. & ibi Bart. notat. C. de natur. lib. Bar. in l. post contractum. in 3. præsumptione simulationis. ff. de dona.* duo enim insolidum non possunt eandem rem possidere, sicut nec esse domini eiusdem rei insolidum. *l. 3. §. ex contrario. & §. ex pluribus. ff. de acq. pos. & l. si vt certo. § si duobus vehiculum. ff. commoda. & le. quod vero contra. §. vni duo. ff. de reg iur.*

11 Nec obstat si diceretur † quod duo testes tertio loco repetiti, videlicet D. Marcus Antonius Bilia, & do. Francisc. Lazaronus in sua tertia repetitione deponunt, quod quondam D. Bartolus de Georgiis, eis præsentibus, cum iuramento dixit domino Ioan. Matthæo præsenti & acceptanti, quod ista possessio esset sua, & ex tunc eam dabat & transferebat, eo obseruante & adimplente dictas duas conditiones, quia dicitur, quod istud eorum tertium dictum nihil valet, cum superiora eorum dicta iam fuissent publicata. Item in eis cum eorum iuramento dixerunt, se nihil aliud scire. Item fuerunt repetiti super eisdem capitulis in effectu, & sic stante publicatione & effectuali identitate capitulorum. Ista additio per eos in tertia repetitione facta nihil valet, & nihil probat: *vt est tex. in cap. præterea. & ibi cano. de testib. Bar. in l. repetit. in princip. ff. de quæstionibus. Bald. in auth. qui semel. in 3. column. Cod. de proba.*

Secundo, etiam dato, quod ista additio facta per hos duos testes in tertia repetitione valeret & teneret, tamen per illa verba, quod esset sua, & ex tuncdabat & transferebat eo obseruante & adimplente dictas conditiones, adhuc non potest dici, quod sit transactum dominium neque possessio. Quia cum sit dictum, *eo obseruante & adimplente dictas duas conditiones*, illi duo ablatiui resoluuntur in conditionē, si obseruauerit & adimpleuerit dictas duas conditiones: *vt l. ab emptione. & ibi Bartol. & alii notant. ff. de pactis. & l. à testatore. & ibi Bar. ff. de condit. & demonstra. & l. euictis. cum similibus. ff. de vsuris.* & illa dictio, *extunc dabat*, intelligitur adimpletis dictis duabus conditionibus, & non ante: *vt est text. in leg. huiusmodi. 2. & in l. si ita stipulatus fuero si Titius. in prin. ff. de verbor. oblig.* Et sic ex illis verbis non potest dici, quod fuerit tunc translatum dominium neque possessio. Nam ex isto contractu† donationis con- 12
ditionali ante purificatam conditionem non potuit transferri dominium neque possessio. *§. ex conditionali. instit. de verbor. oblig. & l. cedere diem. ff. de ver. sign. & l. si Stichum. §. 1. ff. de noua. & l. legata. ff. de con. & demon.*

Tertio & adhuc fortius etiã dato, sed non concesso, quod talis donatio fuisset pura, vel quod dictæ duæ conditiones fuissent iam obseruatæ & adimpletæ, tamen per illa verba, *quod ex tunc dabat & transferebat, & quod esset sua*, non potest dici, quod sit translatum dominium, nec aliqua possessio, ex quo illa possessio Torrini nõ erat in conspectu, nec in præsentia, sed erat multum à remotis: *vt l. prima, §. si iusserim & l. quod meo. §. si per venditorem. ff. de acq. possessio.* Nam † quando res non est in conspectu, 13
per illa verba, dedit, vendidit, aut tradidit, & similia, non potest dici tradita aliqua possessio, & consequenter nec dominium: *prout tenent Bar. & alii in le. prædia. per illum tex. secundum vnam lecturam. ff. de acq. poss. Idem tenet Bartol. in l. 2. & ibidem alii. Cod. eo. de acq. poss. Bald. in l. 1. C. de suffragio. & in l. non idcirco. C. de fid. instrum. Et dicit ad terminos nostros Bartol. in l. 5. §. stipulatio. in 2. col. ff. de verbor. oblig.* quod si dico, do & concedo tibi stipulanti talem fundum meum, qui non est præsens, non dicor transferre in te dominium. Multo ergo minus in casu præsenti, vbi talis donatio erat conditionalis, & dicta verba, quod esset sua, & quod extunc dabat & transferebat eam, fuerunt dicta sub conditione, si obseruaret & adimpleret dicta duas conditiones. Cum ergo in casu præsenti ex dicta asserta donatione conditionali non fuerit translatum dominium neque possessio in præfatum dominum Ioannem Matthæum: Ergo per agentes, qui habent causam ab eo, non potuit intentari rei vendicatio † quæ de necessitate 14
præsupponit dominium in agente. *l. in rem. in principio. & l. officium. ff. de rei vendicatio. & cap. examinata. de iudi.* Ergo ex isto capite debent ipsi agentes succumbere: quia dato, sed non concesso, quod aliqua actio possit competere, solum eis potuisset competere actio personalis, ex dicto contractu donationis, quæ non potuit de iure intentari contra domin. Ioannem Franciscum Caneuarum singularem successorem, & possessorem. *l. fin §. final. ff. de contrahen. emp. & l. prima. §. si hæres percepto. ff. ad Treb. & l. æris alieni. C. de donatio.* Et istud procedit etiam, si obligatio principalis contracta sit per respectum ad rem, quæ transiuit ad personam singularis successoris: *vt l. quædam §, nihil interest. ff. de eden. & l. cum hæreditas ex causa fideicommissi. & l. si hæres institutus. §. fin. ff. ad Treb. secundum Ludo. Roma. in l. quæ neptis. ff. de acquiren. hæred. & in consilio 417. quod incipit. In proposito*

ſito caſu aduertendum. in 3. colu. Ex prædictis omnib. concluditur, quod de iure non potuit contra præfatum D. Franciſcum & eius conſortes de Gorgetiis ferri aliqua ſententia, & ſi fuit lata, nihil valet, nec alia poteſt nunc ferri, immo aperto iure abſoluendi veniunt, & tanto magis † cum alienatio, quam fecit præfatus dominus Ioannes Matthæus in agentem fuit de re litigioſa, ſuper qua litigabatur: ergo nihil valet: *vt leg. fin. C. de litigioſis.* Item facta eſt in potentiorem ratione officii: ergo etiam ex hoc capite non valet: *vt l. 2. & ibi Bald. & Saly. C. ne liceat potentio. Specu. in tit. de ceſſ. act. in 1. col.* præſertim cum fuerit facta in forenſem & Gallum, & nulla penitus neceſſitudine aut affinitate dicto domino Ioan. Matthæo coniunctum, ex quo etiam præſumitur fraudulenta: *ſecũdum Speculatorem in tit. de ceſſi. actio. in prin. in 6. col. in verſicu. item quando nulla ratio, vel cauſa aſſignari poteſt. Pau. de Caſt. in l per diuerſas. in 1. col. ad fi. C. mandati.*

CONSILIVM CL.

THEMA.

REVOCATVR in dubium, vtrum datio in ſolutum facta de domo & de duob. prædiis pro dote & legitima præſumatur facta in fraudem vſurarum, & illa datio in ſolutum præſumatur in effectu eſſe pignus, attenta modicitate pretii, & pacto de retrouendendo infra triennium?

SVMMARIA.

1 *Datio in ſolutum eſt ſimilis venditioni. 6.*
2 *Contractus vſurarius quando præſumatur.*
3 *Qualitas contractus præſumitur ex modicitate precij.*
4 *Pactum de retrouendendo non reddit contractum ſuſpectum.*
5 *Declaratio tex. c. ad noſtram. de empt. & vendi.*

VIDERETVR prima conſideratione dicendum, quod talis inſolutum datio debeat cenſeri in fraudem vſurarum facta, concurrentib. illis duobus ſcilicet modicitate pretii, & pacto de retrouendendo. Nam † datio in ſolutum eſt 1
ſimilis venditioni, & habet vim venditionis. *l. ſi prædium. C. de euictio. & eleganter. in prin. ff. de pigno. actio.* & ibi Pau. de Caſt. adhoc notat, & dicit quod ſemper illa lex allegatur ad hoc, quod datio in ſolutum habet vim venditionis. *facit tex. in l. litis. ff. de vſucap. pro empt. & in l. final. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. eatur.* Sed in
† emptione & venditione quando iſta duo interueniunt ſcilicet modicitas pretii, & pactum de retrouendendo infra triennium, præſumitur contractus eſſe vſurarius: *vt videtur eſſe tex. in c. ad noſtram. & ibi cano. de empt. & vendi. & tex. in c. illo vos de pignoribus.*
Nam † ex modicitate pretii præſumitur qualitas contractus. *l. per diuerſas. C. mandati. ca. & ſi quæſtiones. de ſimonia. & eſt gl. notabilis in l. 1. in prin. ff. de ſuperfi. Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica.* Et quod prædicta duo ſufficiant ad præſumendum contractum fœneratitium, abſque eo quod concurrat tertium ſcilicet quod emptor ſit ſolitus fœnerari, *tenet gl. notabilis in c. conqueſtus. & ibi Ioan. de Ana. de vſuris. & gloſ. in c. plerique. & ibi Archidi. 14. q. 3. & ita firmare videntur Hoſtiẽ. D. Ant. de Butr. & D. Abb. in d. c. ad noſtrã Bal. in rubr. C. de vſur. & fruc. leg. Pau. de Caſt in con. 331. incip. Viſa petitione prædicta. in 1. colu. & in l. 1. C. plus va. quod agi. Alberi. de Roſa. in l. 3. C. eo. plus va. quod agi. vbi dicit ſe ita de facto obtinuiſſe coram magnis iuriſperitis.* Sed præmiſſis non obſtantibus contrariam opinionem in caſu præſenti proculdubio arbitror de iure eſſe veriorem ex infraſcriptis fundamentis, ex quibus apparebunt ea, quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur. Nam ex eo † quia fuerit appoſitum pa- 4
ctum de retrouendendo ad certum tempus, puta infra triennium contractus nõ præſumitur ſuſpectus, nec in fraudem vſurarum. *l. ſecunda. & ibi Bald. C. de pactis inter empt. & vendi.* etiã ſi res fuerit vendita minus iuſto pretio: ſecundũ Iaco. de Arena. Cyn. Saly. *c. in l. emptione. C. plus va. quod agitur.* niſi etiam aliæ coniecturæ concurrant: & ſic iſta duo non ſufficiunt ſcilicet pactum de retrouendendo ad tempus certum, & modicitas pretii, niſi etiam tertium concurrat ſcilicet quod emptor ſit vſurarius, ſeu ſolitus fœnerari, vel (vt dixi) niſi aliæ coniecturæ concurrant ita tenent Petr. de Anchor. d. Cardin. Floren. & do. Andr. Barba. *in c. ad noſtram. & dõ. Cardina. Floren. in clemẽ. 1. §. fina. in 18. quæſt. de vſuris. Bal. in con. 444. tertiæ partis, quod incipit, Videamus ſi ex iure domini Epiſcopi. in vlt. col. Saly. in d. l. 3. C. plus val. quod agi. do. Alexa. in conſ. 107. quarti vol. quod incipit, Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Antonium, in vltima column.* Vbi dicit vnum bonum verbum in practica, quod iſta eſt magis communis opinio, à qua in iudicando non eſt recedendum.

Nec obſtant allegata in contrarium, & † præſer- 5
tim tex. *in d. c. ad noſtram de empt. & vend.* qui tex. videtur fortius ſtringere: quia in illo text. concurrebant plura ad præſumendum contractum vſurarium, vt ibi ponderant Doct. quæ non concurrunt in caſu præſenti. Cõcurrebat enim, quod ibi à principio venditor requiſiuit emptorem vt pecuniam mutuaret, non autem vt fundum emeret. Item cõcurrebat, quod ibi fuit in venditione adiectum pactum, quod venditor non poſſet recuperare fundum poſt ſeptennium: & ſic volebat omnino emptor interim medio tempore lucrari fructus cauſa vſuræ, quod non eſt in caſu noſtro, in quo infra triennium, quandocunque ſibi placebat, poterat illa duo prædia retroemere & iſtud ponderant cano. *in dicto c. ad noſtram. & do. Alex. in prædallegato con. 107. quartæ partis in vlt. col. & iſtud etiam multum ponderat do. Abb. in conſ. 77. primi volum. quod incipit, Tria ſuccincte. in primo dubio.*

Secundo † fortius pro iſta parte optime facit, nã 6
nos ſumus in datione in ſolutum, quæ licet videatur ſimilis emptioni, tamẽ non eſt proprie emptio. Vnde ſtatutum loquens de contractu venditionis non habet locum in datione inſolutum. *ita notabiliter concludit Specul. in titu. de empt. & venditio. §. nunc dicendum. in verſiculo, ſed pone ſtatutum.* Vbi etiam tenet, quod ſtatutum concedit facultatem vicino vel conſorti vt poſſit rem venditam infra annum recupe-

recuperare, non habet locum in datione in solutum, & ibidem sequitur Ioann. Andreæ in additio. Item tenet Alber. de Rosa. *in prima parte statutorum in quæstio. 88. incipiente, Suppositio statuto prædicto. domi. Alexand. in consi. 76. quinti voluminis, incipiente. Visis dubitationibus præmissis in tertia columna.* vnde tex. *in dicto capitu. ad nostram. cum aliis præallegatis*, loquens in emptione & venditione, & p̄sumens contractum vsurarium ex coniecturis ibi concurrentibus, non habet locum in datione in solutum, prout est casus noster. Et istud in terminis, & in specie tenet Raphael Fulgos. licet prædicta non alleget, *in consilio 133. incipiente, In quæstione versa coram Domino Capitaneo Trigesti. in secunda columna, in principio*, vbi formaliter dicit, istud esse animaduersione dignissimum, quod text. in præallegato capit. *ad nostram. de empt. & venditio.* loquitur in emptione voluntaria, & vbi pretii, & pecuniæ numeratio realiter intercessit, quo fit, vt ex ipso pacto de retrouendendo, & exiguitate pretii, venditio simulata, & pignus ac mutuum fœneratitium præsumatur. Sed in casu nostro fuit in solutum datio, & ad ipsam creditor non tam vltro, quam sui debiti consequendi necessitate descendit: & ibi nulla pecuniæ numeratio profecta est, cum pro pecunia iamdudum ante debita processerit. Vnde non sic facile mutuum, quod pecuniæ datione contrahitur, actum fuisse veraciter existimandum est, ipso tempore in solutum dationis, quo nulla prorsus pecunia ad ipsum in solutum dātem peruenit, nec antea peruenerat. Licet. n. in solutum datio pro pecunia debita emptio & venditio intelligat̄, nō tñ vera & directa emptio est, ideoq; vtili ex empto agit̄: *vt l. elegāter. in pri. ff. de pigno. actio. & l. si prædium in verb. vtilis. & in verb. vicē. C. de euictio.* Sic ergo valde diuersus dicti *c. ad nostram. de empt. & vendi.* à casu proposito in solutum dationis. ita ibi formaliter tenet Rapha. Fulgo. decidens in specie casum p̄sentem. Confirmatur vltra ea, quæ superius adduxi: quia in emptione & venditione vsurarius, qui emit, habet intentionem mutandi, & sub prætextu pretii pecuniam fœnerādi: sed in casu præsenti non potest præsumi aliquis animus fœnerandi, cum creditor accipiat in solutum pro eo, q̄ est sibi debitum, nec ab eo aliqua pecunia trāsfertur in debitorem, vnde possit mutuū aut pignus præsumi prout in emptione & venditione: *vt in d. c. ad nostram. cum aliis superius allegatis.* Et ista est mera & pura veritas in casu præsenti.

Sarzanæ, die 27. Iunii. 1510.

Est de eadem materia.

SVMMARIA.

CONSILIVM CLI.

1 *Contractus vsurarius quomodo & ex quib. præsumatur.*
2 *Glo. in c. conqueſtus. de vsur. declaratur.*
3 *Modicitas precii quomodo intelligatur.*
4 *Pactum de retrouendendo. facit, vt res minus valeat.*
5 *Datio in solutum non est proprie emptio.*
6 *Iudicis authoritas & interuentus facit cessare omnem suspicionem.*
7 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendi. habet locum in datione in solutum.*
8 *Vsura quando sit permissa.*

CONTRA consultationem quam superiorib. mensib. absolui in ciuitate Sarzanæ, quædam motiua subtiliter adducta fuerunt per clarissimū dominū iudicare debētem, sed eorum nō fuit, vt par erat, expectata responsio. Tenui consulendo, & adhuc teneo, q̄ in solutū datio facta de domo & duobus prædiis non debeat cēseri vsuraria propter pactum de retro vendendo cum modicitate pretii, ex quo accipiens in solutum non erat solitus fœnerari, nec contra eū aliquid opponitur q̄ vnq̄ fuerit vsurarius, aut solitus fœnerari. Dicitur in motiuis, q̄ cōis opinio legistarum & canonistarum est, quod dictæ duæ qualitates sufficiant ad p̄sumendū idlam dationē in solutū fuisse verū pignus, & sic cōtractū vsurariū, & ad hoc allegat̄ gl. *in c. cōqueſtus. de vsuris. cū aliis cōcordantiis, quas ego in cōsilio meo allegaui, v. tra quas dominus motiuans addit, D. Abb. in conſ. 77. primi vol. incip. Tria succincte. Ang. in conſ. 243. incip. Pactum adiectum. ad fi. & D. Alex. in conſ. 46. tertii volu. incip. Circa præsentis consilij materiam. Do. Andreas Barbatius in conſ. 51. primi volu. incip. Scripsit sapientiæ fons Salomon. in 1. col & tribus sequentib.* Deinde dicitur, quod cum istam opinionem teneat in locis per me præallegatis corroborata authoritate excellentum Doctorum, ab ea non est in iudicando recedendum: *secundum Iaco. de But. in l. 1. C. qui pro sua iurisdi & Bal. in l. precib. C. de impub.* Et fuit istud vltimum fundamentum D. Alexa. Barba. *in præallegato conſ. 51.* Sed præmissis non obst. tenui & teneo, quod in casu p̄senti contraria opinio sit de iure verior† q̄a pactum de retrouēdēdo, 1
& modicitas precii, ista duo non sufficiunt vt contractus p̄sumatur vsurarius, nisi ēt tertiū cōcurrat. sc. q̄ acceptor sit solitus fœnerari, put retuli: *firmat Pet. de Anch. & d. Card. Flor. in pleriſq; locis, & D. Ant. Barba. met, deinde Bal. & Saly. & quod aureus doctor D. Alex. in con. 107. quarti vol. in vlt. col. dicit, quod ista est magis cōis opinio, à qua in iudicando nō est recedēdū.* Deinde dixi, q̄ pars contraria nō p̄batur iure: *quia tex. in c. ad nostrā. de emp. & ven.* non facit in proposito nostro, vt ibi respondi. Et vltra ea quæ dixi in præallegato conſ. quod imo tria requiruntur. ſ. pactum de retrouendendo ad tempus certum, item modicitas pretii, item quod emptor vel acceptor sit solitus fœnerari, vltra Doc. quos præallegaui, qui ita expresse firmant, idē in effectu tenet D. Laurentius de Rodulphis in solenni repetitione *c. cōsuluit. in 2. parte, in 60. q. de vsur.* & ibi ēt refert, q̄ egregius doctor & magn' practicus do. Laurētius de Pinu *in ca. illo vos. de pigno.* dixit in practica seruari q̄ illa tria requiruntur, q̄ bene confirmat illud quod tenui: q̄a in iudicando non est recedendū à cōi opin. nec ab eo quod communiter in practica obseruatur. Subdit ēt præfatus D. Laurentius de Rodulphis *in d. 90. q.* aliud bonum verbum, q̄ mens Io. Andr. *in d. c. ad nostram. & in d. c. illo vos.* videtur esse, q̄ tria concurrere debeant. sc. q̄ emptor sit vsurarius, item quod pretiū sit iniustū, itē pactū de retrouendēdo, & ideo præfatus clarissimus dñs motiuans male refert: contrariū tenere Io. Ant. qui imo sequitur illud quod ego tenui, prout expresse attestatur præfatus D. Laurentius de Rodulphis, nec ēt D. Ant. de But. clare se in hoc firmare videtur. Est ēt aduertēdū, quod† gl. q̄ allegatur in 2
contrarium *in d. capit. conqueſtus*: non expresse firmat

duo

duo sufficere, sed solum istud innuit, cum dicat, & præcipue si emptor cõsueuit exercere vsuras. ita expresse ad illam gl. dicit D. Alex. qui videatur *in consil. 117. quarti vol. q̃ incipit, Sine disputatione studio breuitatis. circa fi. & sic per illa gl. non potest fieri capitale.* Est etiam aduertendum, q̃ in casu præsenti non interuenit modicitas pretij: quia domus & duæ petiæ terræ fuerunt datæ in solutum occasione dotium & legitimæ pro precio librarũ ducentarum Ianuæ, hoc expresse acto inter partes q̃ pro suo iusto damno, & interesse ipsi' Io. Dominici libere remaneat sibi dicta domus, nec veniat in pacto retrouẽdendi, vt expresse cantat instrumentũ dictæ in solutũ dationis: & sic vltra dotes & legitimã, quę erant librarum ducentarum Ianuæ, erat etiam aliud creditum pro suo iusto damno & interesse dotis & legitimę sibi multo tẽpore retentæ, quod creditum ambæ partes taxarũt ascendere ad valorẽ dictæ domus, & sic nunc in modicitate precij non est habenda cõsideratio domus: quia illa domus fuit data pro iusto damno & interesse. Vnde licet aliqui testes dicerent, quod dicta domus & duæ possessiones essent valoris librarũ quadringentarum Ianuæ, tamen pretium domus non venit in computatione circa libras ducentas Ianuæ, & sic dempta domo, pro iusto damno & interesse Ioannis Dominici in dictis duabus possessionibus testantibus, non reperietur modicitas pretij, cum non sufficiat quælibet iniustitia pretij: sed debeat esse pretium valde tenue respectu valoris rei: prout expresse declarat dominus Abb. *in d. c. ad nostram. in vit. colum. in versi. puto tamen quod non sufficiat.* Et in
3 præsenti proposito † modicitas pretij intelligitur, quando est minus dimidia iusti pretij. *vt est text. in d. cap. ad nostram. & declarat Petr. de Anchar. in consil 9. quod incipit, Plurima coniectura cõcurrunt. in pen. colum. in duobus locis.* Item in dicto instrumento dicitur, *& si plus valent, donant*: & ista verba fuerunt prolata à scientibus, cum illæ possessiones essent ibi propinquæ quasi ad vnum iactum lapidis, aut paulo plus: Ergo sibi præiudicauerunt: secundum quod declarat Bart. *in l. si quis cum aliter. in vlt. col. & ibidem alij. ff. de verb. obl. & in l. 2. in 3. col. & ibi latius Bald. in 7 q. & sequentibus. C. de rescind. vendi. D. Abb. in c. cum causa. de empt. & vendi.*

4 Item illud pactum † de retrouẽdendo facit, vt illæ possessiones minus æstimentur. Vnde si aliquis emit prædium cum onere retrouẽdendi, & postmodum allegetur paruitas pretij ad inferendum cõtractum vsurarium, nõ debet æstimari verus valor rei, sed debet haberi respectus ad onus de retrouendendo impositum, nam tanto minus valet prædium. ita notabiliter tenet D. Abbas *in c. in aliquibus. in 2. notabili per illũ tex. de decimis.* dicens q̃ pluries ita in facto respondit. & q̃ multi in hoc errant. & ita etiã tenet idem do. Abb. *in d. c. ad nostram. in vlt. col. bene facit tex. in c. cum Ioannes. de fid. instr. quem ad hoc reputat singularem D. Marianus Socinus in cons. 15. quod incipit, Visis prædictis publicis instrumentis. in vlt. col.*

Pro eadem parte in alio consilio fortius mouebar: quia nos sumus in datione in solutum † quæ li-
5 cet videatur similis emptioni, tamen non est proprie emptio. Vnde statutum loquens de emptione & venditione non habet locum in datione in solutum: & ad hoc adduxi plures authoritates scribentium. deinde dixi q̃ text. *in d. c. ad nostram.* loquens in emptione & venditione, & præsumens contractum vsurarium ex coniecturis ibi concurrentibus, non habet locum in datione in solutum, prout est casus noster, & allegaui ita in terminis & in specie tenere Rapha. Fulg. *in cons. 134.* per bonas rationes & bona fundamenta, quę etiam corroboraui & confirmaui. & istud sufficit ad verã decisionem præsentis casus. & dictis rationibus & fundamentis d. motiuans nõ respondet, sed volens effugere dicit, quod dictum Spec. & do. Alex. procedit in datione in solutum necessaria, & sic quæ fieret per iudicem: sed ista solutio non potest cadere in proposito præsenti, de quo nos agimus: quia si loqueremur in datione in solutum necessaria facta per iudicem, tunc non caderet quæstio de præsumendo contractum vsurarium: quia † 6
authoritas iudicis & eius interuentus faceret cessare omnem præsumptionẽ fraudis & vsurarum *l transactionem. C. de transact. & l 1. & quod ibi notat Bart. C. de prædi. decurio. sine decreto nõ alie. lib. 10. Spec. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. in versi. breuiter scias. Bald. in l. quæcunq;. C. de bon. quæ lib. & ita in specie tenet dom. Abb. in consil. 176. quod incipit, Casus in his terminis proponitur quondam. D. Antonius. in 1. col. ad fin. alias est consilium 49. secundi vol.*

Dicitur etiam per dominum motiuantem, quod contrarium in terminis dationis in solutum tenuit Ang. *in præallegato consilio 243. ad fin. & domin. Andr. Barbatius in d. consil. 51.* Sed Ang. illud de datione in solutum solum dicit in discursu sermonis, & etiam do. And. Barbatius, & non examinant punctum, an præsumptiones vsurariæ positę in d. cap. ad nostram. habeant locum in datione in solutum, nec tangunt fundamenta & rationes, quas adduxi pro parte negatiua. & ideo de eo q̃ in discursu simpliciter dicit Ang. non est curãdum, & similiter de eo quod dicit dñs And. Barbatius, cum non examinet in specie istum passum: Vnde standum est in iudicando decisioni Rapha. Fulgo. *in consil. supra allegato*, vbi in specie examinat istum passum, & per bona fundamenta firmat non habere locum in insolutum datione, cuius fundamentis dominus motiuans, vt dixi, non vidit quid bene possit responderi.

Nec obstat illud, quod subiungit idem D. motiuans, scil. q̃ † remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* loquẽs 7
in emptione & venditione, habet etiam locũ in datione in solutum, quæ est similis venditioni: *secundũ Oldr. Lauden. in cons. 37. quod incipit, Ad primam q. quæ quæritur. in 3. q.* Sed respondetur, quod prædicta decisio Oldrad. Laud. procedit: eo quia d. l. 2. habet locum non solum in emptione & vẽditione, sed etiam in omnibus contractibus bonæfidei, *vt est text. in l. maioribus. & ibi gl. notabilu. Bar. Bal. & alij. C. communia vtriusque iudi. Idem Bart. in l. item si in pretio. §. quemadmodum. ff. locati.*

Vltimo, per prędictum D. motiuantem ponderatur alia coniectura ad conueniendum istam in solutum dationem, quod sit vsuraria: quia in dicto instrumento in solutum dationis adest etiam pactum, quod Ioannes Dominicus voluit lucrari dictam domũ absq; eo q̃ tenetur eam retrouendere. Quia respondetur, quod in ipso instrumento expresse dicitur, actum fuisse inter ipsas partes, quod dicta dom' pro suo iusto damno & interesse ipsius Io. Dominici

libere sibi remaneat, & non veniat in pacto retro-
uenditionis: ergo nō est verum, quod voluerit eam
lucrari per aliquam vsurariam prauitatem, sed eam
licite habere pro suo iusto damno & interesse, pro-
ut expresse cantat ipsum instrumentum, quo casu †
8 etiam si esset vsura, pro concurrenti quantitate ipsi°
interesse & damni est omni iure permissa. *cap. peruenit, & ibi gloss. in verb. seruent indemnem. de fidejus. & c. conquestus. vbi plene notatur, & cap. salubriter. de vsuris. 14. q. 44. cap. quoniam multi. notant gl. & doc. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & notat Hostien. in summa sua in titulo, de vsuris. §. an aliquo casu. in vers. 7. cum sequenti. Cyn. in authen. ad hæc. in pen. q. & ibidem Bal. C. de vsu. gl. in l. cum allegas. in fin. C. eod. tit. quam Bald. ibi in penult. colum.* reputat notabilem, & ex ea colligit, quod in quocunq; contractu de mundo potest fieri vsura licita, quatenus interest. D. Alexan. *in cons. 220. secundi vol. incipiente*, Super titulo quæstionis transmissæ. in 1. col.

Sarzanæ, die 22. Decembris, 1510.

CONSILIVM CLII.

Argvmentvm.

Decretum continuans possessionem defuncti in hæredem, non habet locum in bonis feudalibus, præsertim ecclesiasticis.

SVMMARIA.

1 *Statutum continuans possessionē defuncti in hæredem non habet locum in feudalibus.*
2 *Iura correctoria vel exorbitantia non procedunt in feudis.*
3 *Statutum loquens de dote lucranda non habet locum in feudis.*
4 *Potestas legitimandi simpliciter concessa non extenditur ad feuda.*
5 *Renunciatione generali quis non præiudicat sibi in feudis.*
6 *Io. And. in addi. Spec. tit. de testa. §. pen. in fin. impugnatur.*
7 *Iura singularia difficilius extenduntur.*
8 *Qualitas possessionis paternæ præsumitur esse talis in filia, qualis fuit in patre.*
9 *Statutum laicorum locum non habet in feudis ecclesiasticis.*
10 *Fœmina regulariter de iure communi non succedit in feudo.*
11 *Hæreditas dari non potest ex contractu.*

1 VEra & iuridica censeri debet illa cōclusio: quod † decretum cōtinuans possessionem defuncti in hæredem nō habeat locū in bonis feudalibus: put in terminis tenet Raph. Com. *in consil. 173. incipiente, Galuanus; in vlt. colum. per rationes, de quibus ibi per eū.* Idem effectualiter tenet Ioan. de Imol. *in cons. 16. incipiente, viso casu transmisso. in secunda col. ad fin.* vbi determinat tale decretum non habere locum, quando ille, de cuius possessione cōtinuanda agitur, possidet naturaliter tantum, & ideo possessio vsufructuarij, quæ est naturalis tantum, non continuatur in eius hæredem, secūdum ipsum: ita pari ratione dicendum est in feudatario, quia naturaliter tantum possidet: *vt notatur in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. possess.* quod eius possessio naturalis non continuetur in hæredem, & istud fundamentum etiam inter alia adducit Raph. Comen. *in præallegato consil. 173. in vltima colum. Et illam decisionem Imol. refert & sequitur Dom. Andreas Barbatius in consil. 58. secundi volum. incipiente, Mihi videtur de iure dicendum, quod dominus Angelus. in pen. charta.* Vltrà prædictas authoritates confirmo istam conclusionem optima ratione. Nam istud decretum est correctorium iuris communis: quia corrigit l. cum hæredes. *in princip. ff. de acquirend. possess.* Sed † iura cor- 2
rectoria vel exorbitantia, quæ aliquid generaliter disponunt, non procedunt in feudis, nisi de eis expressam & specialem mentionem faciant. hinc est, quod statutum † loquens de dote lucranda, non ha- 3
bet locū in feudis. *cap. 1. §. quamuis. & ibi Bald. de inuesti. de re alie. fac. Bal. in c. 1. an mari. suc. vxo. in benefic. do. Alexan. & alij in l. 1. C. vnde vir & vxor. Item dispositio d. l. 1. & authen. præterea. Cod. vnde vir & vxor. non habent locum in feudis: secundum Ludo. Roma. & dom. Alexan. in vtroque loco.* Item in rescriptis simpliciter impetratis non veniunt feudalia, nisi de eis fit facta specialis mentio. † *ita signanter notat Bald. in c. cum ordinem.* 4
in 4. colum. de rescript. argum. illius tex. melius facit tex. in c. ex parte B. circa medium. de foro compet. Item in generali potestate legitimandi concessa per Imperatorem Comiti Palatino, non venit potestas legitimandi ad feuda, nisi specialiter & nominatim fiat mentio de potestate legitimandi quo ad successionem feudorum. ita notabiliter D. Signorolus Homodæus *in consilio 223. incip. quidam nomine Cabrius. alias est consilium 220. quod incipit, Quidam dictus Ianolus. refert & simpliciter sequitur D. Cardin. Alexandrinus in cap. per venerabilem. §. quod autem. in 18. charta. qui filij sint legitimi. Idem simpliciter tenet domin. Alexand. in consilio 60. secundi volum. quod incipit, Visa legitimatione facta de domina Marmorina. in prima colum.* Sicut etiam simpliciter legitimati non intelliguntur legitimati ad feuda, nisi nominatim dictum sit de feudis. *c. naturales. cum gloss. ibi approbata per doct. si de feud. fuerit contro. inter dom. & agna.* Item † per 5
generalem renunciationem quis non præiudicat sibi in feudis, nisi de eis faciat specialem mentionem. secundum Bald. *in authent. in successione. circa finem. Cod. de suis & l. argumen. l. de creationibus. Cod. de silentia. lib. 12.* Ad idem facit text. notabilis *in cap. generali. si de feu. fue. contro. inter dom. & agna. & text. in cap. 1. ad finem, de capita. qui curi. vendi.* quæ iura aperte dicunt, quod in generali alienatione bonorū suorum non veniunt feuda, nisi de eis fiat specialis mentio.

Ergo ex prædictis videtur firmādum, quod prædictum decretum continuans possessionem defuncti in hæredem non habeat locum in feudis, ex quo de eis non facit specialem mentionem: Et per prædicta † videtur reddi dubium illud, quod tenet Ioan. 6
Andreæ in additionibus Specu. *in titu. de testam. §. penul. in fin.* Vbi dicit, quod filia hæres instituta petens se mitti in possessionem bonorum defuncti, mittetur etiam in possessionem rerum, quæ fuerunt patri in feudum concessæ, nec agnati masculi erunt legitimi contradictores ad impediendum hanc missionem;

nem, *per cap. secund. ſi de feu. fue. contro. inter domi & agna. & videtur ſimpliciter ſequi D. Alex. in l. fi. in vlt. col. C. de edict. diui Adria. tol.*

Secundo & notabilius reſpondetur, quod prædicta deciſio Ioan. Andreæ & dom. Alexan. procedit, quãdo filia vult mitti in poſſeſſionem, etiam bonorum feudalium, quæ fuerunt patris ex diſpoſitione iuris communis, & ſic ex diſpoſitione *d. l. final. C. de edict. diui Adria. tollen.* & tunc poteſt ita procedere prædicta deciſio Ioan. Andr. & dom. Alex. Sed quæſtio noſtra eſt, quando filia non vult petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorũ defuncti patris etiam feudalium ex diſpoſitione, d. l. fina. & ſic iuris communis, ſed prætendit ipſo iure poſſidere, & in eam continuatam poſſeſſionem bonorum defuncti abſque aliqua actuali apprehenſione vigore prędicti decreti ducalis. Et iſtud non poteſt prætendere in bonis feudalib⁹ per prædicta: quia illud decretum eſt correctorium iuris communis, vt ſuperius dixi: Ergo non eſt extendendum ad feuda, ex quo de eis nõ facit expreſſam mentionem, vt prædixi. Item dictum decretum continet ius ſingulare derogatorium iuri communi: ergo non ita debet extendi ad feuda ſicut extenditur. *d. l. fin. C. de edict. diui Adria. tol.* quæ contí-
7 net ius commune, cum † iura ſingularia præſertim correctoria difficilius extendantur, quam iura communia, *l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſtam. mili. & §. quia vero veriſimile. in fin. in authen. de non alie. & l. Cẽturio. & ibi Bald. & Moderni notant. ff. de vulga. & pupil. facit cap. fin. & ibi Gemma. in quinto notabili. de in integrum reſtitut. in ſexto. Item Io. And. & dom. Alex. in locis ſupra allegatis mouentur per tex. in c. 2. ſi de feud. fue. contro. inter domi. & agna.* & ille text. loquitur, quando agnati dicebant prædium de quo erat quæſtio, eſſe feudum, filia vero dicebat, quod eſſet allodium, tũc filia interim bene debet eſſe in poſſeſſione: & ratio
8 eſt ſecundũ Bald. ibi: quia † qualitas poſſeſſionis paternæ præſumitur eſſe talis in filia, qualis fuit in patre: *vt notatur in §. ſui. inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato.* ſed iſtud nõ procedit in caſu noſtro, vbi per inueſtituras conſtat iſta eſſe bona feudalia eccleſiæ.

Prædicta fortius militant in caſu præſenti, in quo
9 agitur de feudis eccleſiaſticis † in quibus decreta & ſtatuta laicorum locum non habent: *vt habetur in ca. eccleſia ſancta Mariæ. de conſtitut. & in ca. eccleſia ſancta Mariæ. vt lit. penden.* Vnde ſtatutum laicorum diſponens, quod res vẽdita poſſit per creditorem, aut per illos de parẽtela infra annum redimi, non habet locũ in rebus emphyteuticis, aut feudalibus eccleſiarum: *ſecundum Bald. in conſil. 300. primæ partis. incipiente, Statuto cauetur, quod liceat debitori.* Item ſtatutum laicorum prohibẽs alienationem bonorum immobilium non habet locum in rebus eccleſiaſticis: ſecundum dom. Cardin. Florent. *in repetitione c. perpendimus. in ſexta charta. in verſic. & per hoc deciditur alia quæſtio. de ſenten. excommu.* Item in iſtis feudis, præſertim eccleſiaſticis, iſta magnifica domina admitti non debet, nec de iure communi, nec ex tenore in-
10 ueſtituræ. Primum patet: † quia de iure communi fœmina regulariter non ſuccedit in feudo: *vt cap. 1. in princip. & §. filia. de ſucceſſ. feud. & c. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat. & c. 1. in princ. de gradi. ſucceſſ. in feu. Specul. in titul. de feud. §. quoniam. verſicul. 25. Et quinque rationibus quare fœmina regulariter non ſuccedat in feudo aſſignat Bald. in l. quoties. in 4. col. C. de ſuis & legi.* Hinc eſt, quod dñs directus non poteſt confirmare feudum in filiam vaſalli, agnatis non conſentientib. *vt eſt text. notabilis in c. 1. & ibi Bald. ad hoc multum notat, de aliena. feu. pater.*

Similiter non poteſt admitti ex tenore inueſtituræ feudalis, cum illa vocet ſolum maſculos, & non fœminas. Item in ea non habent locum verba dicti decreti loquentia de hæredibus, cũ iſta domina nullatenus poſſit dici hæres in iſtis bonis feudalib. præſertim eccleſiaſticis, cum eorum ſit incapax, ex quo eſt fœmina, tam de iure communi, quam ex tenore inueſtituræ feudalis, vt prædixi, & ſic etiam non poteſt ſe iuuare ex eo, quod dicat ſe hæredẽ ſororis prędefunctæ ab inteſtato: quia iſtud poſſet ſatis prætẽdere quoad alia bona allodialia, ſed non quoad iſta feudalia & eccleſiaſtica. Minus etiam poteſt ſe iuuare ex quodam pacto appoſito in inſtrumento dotali, quo diſponitur, quod ſi eius ſoror decederet ſine filiis legitimis & naturalibus, quod ipſa ſuccederet: quia † per tale pactum factum in contractu inter vi- 11
uos non poteſt dari hæreditas, vt eſt notorium in iure. *l. hæreditas. C. de pact. conuen.* Item tale pactum eſt nullum & improbatum à iure, cum ſit contra bonos mores, & auferat liberam facultatem teſtãdi: *vt l. fi. cũ vulgaribus. C. de pact. & l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig.*

Mediolani, die 12. Ianuarij, 1511. pro Illuſtriſſimo domino Octauiano Pallauicino.

CONSILIVM CLIII.

THEMA.

PRæſupponitur in facto cõtractas fuiſſe duas diuerſas emptiones cũ diuerſis pſonis, & diuerſis temporibus quorũdam prædiorum per publica inſtrumenta cũ pacto de retrouendendo eodẽ pretio. Et vna fuit facta cũ pacto de retrouẽdendo elapſo nouennio, & non ante, & iſtud pactum fuit factum in eodem inſtrumento ſimul cum principali cõtractu vẽditionis. Aliud vero pactum fuit factũ in diuerſo & ſeparato inſtrumento, ſed eadẽ die, quod poſt tres annos fieret talis retrouenditio, & quod ipſe emptor fructus proprietatũ in tertio & vltimo anno perciperet. Quæritur de duobus: Primo, an iſti contractus de iure cenſeri debeant vſurarij vel ne? Secundo, an Princeps ſecularis poſſit contra iſtum emptorem propter hos contractus criminaliter per inquiſitionẽ procedere ad eum extra ordinem puniendum.

SVMMARIA.

1 *Contractus an cenſeatur vſurarius propter pacta de retrouendendo poſt certum tempus & non ante. numero 10.*

2 *Fœneratorum fraudulоſa cautela.*

3 *Cõtractus arguatur vsurarius ex modicitate precij & pacto de retrouendendo. num. 18.*
4 *Fœnerari solitus & consuetus quis dicatur.*
5 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*
7 *Contractus qualitas præsumitur ex qualitate precij.*
8 *Iniquum minus quod videtur, illud debemus capere.*
9 *Explicatio l. emptione. C. plus vale. quod agit.*
11 *Emptio & venditio potest fieri ad certum tempus.*
12 *Vsurarius quis non præsumitur ex natura contractus.*
13 *Contrahentibus licitũ est se inuicem in precio decipere.*
14 *Agentium intentionem colligimus ab effectu.*
15 *Pactum de retrouẽdendo non arguit contractum simulatum & vsurarium.*
16 *Contractus, qui frequentantur in regione non debent censeri vsurarij.*
17 *Contractus dubius non debet censeri vsurarius.*
19 *Vsuras consuetus exercere quando quis dicatur.*
20 *Princeps secularis an possit contra vsurarium per inquisitionẽ criminaliter procedere ad eum extraordinem puniendum.*
22 *Vsurarius exigẽs vsuras tenetur crimine stellionatus, sed vide num. 24. 25.*
23 *Inquisitio habet locum in crimine vsurarum.*
24 *Vsurarius non venit criminaliter puniendus.*
25 *Crimine stellionatus quis teneatur.*
26 *Crimen vsurarum est crimen ecclesiasticum.*
27 *Declaratio c. post miserabilem. de vsur. & capit. cum in tua. num. 28.*

1 CIrca † primum propositæ consultationis articulum, videretur prima animaduersione dicendum, tales contractus cẽseri vsurarios; eo quia in eis est appositum pactum de retrouendẽdo elapsis nouem annis in primo instrumento, vel elapsis tribus annis in secundo instrumento, & sic non licebat venditoribus recuperare res venditas quandocunque, sed volebat interim emptor lucrari fructus causa vsuræ: *per text. in cap. ad nostram. de empt. & vendition. per quem text.* ita videtur in specie determinare solennis doctor. D. Laurẽtius de Rodulphis *in sua solenni repetitione cap. consuluit. de vsuris in 2. parte, in quæst. 41.* Vbi formaliter quærit. si contractus venditionis fiat cum pacto de retrouendendo infra decem annos, ita tamen vt ante quinquennium instrumentũ retrouenditionis nequaquam facere teneatur. Respõdetur, quod eo ipso fraus vsuraria detegitur: secundum Hostien. & Ioannem And. qui ita notant *in d. c. ad nostram. per illum tex. in verb. à septẽnio vsque ad nouennium.* vbi est casus de hoc, si recte aduertatur, secundum eum. Idem tenet D. Lanfran. de Oriano in repetitione *cle. dispendiosam. in pen. col. de iudi.*

Secundo concurrit alia coniectura tradita per Io. And. Io. de Imol & alios *in d. c. ad nostram.* vbi dicunt, quod inter alias fraudes, quibus vtuntur fœneratores in fraudem vsurarum cõtrahentes, est ista, vide-
2 licet, † quod vbi emunt aliquam rem cum pacto de retrouendendo, pactum non apponitur in instrumento venditionis, sed in alio instrumẽto de per se, prout obseruatum fuit in casu præsenti, & sequitur etiam simpliciter D. Alex. *in consil. 46. tertij vol. quod incipit, Circa præsentũ cõsilij materiam. in 2. colu. in princ.*
3 Tertio ex † modicitate pretij & pacto de retrouendendo, per ista duo arguitur contractus esse vsurarius: *per text. in d. c. ad nostram. vbi ita tenent do. Abb. & Io. de Imol. Idem innuit glos. reputata notabilis in c. cõquestus. & ibi Io. de Ana. de vsuris. & in c. pleriq; 14. q. 3. dom. Abb. in cons. 77. quod incipit, Tria succincte. in 3. col. Ang. in cons. 243. incipiente, Pactum adiectum. ad fi. Paul. de Cast. in l. 1. C. plus valere quod agitur. & in consil. 331. incipiente, Visa petitione prædicta. in 1. col. Albe. de Rosa. in l. 3. C. plus val. quod agi.* vbi dicit se ita de facto obtinuisse coram magnis iuris peritis. Idem D. Alex. *in præallegato cons. 46. tertij vol. n 1. col.* vbi dicit, ꝙ ista opinio videtur esse magis communis, & in dubio, cũ sit magis tuta ꝙ salute & exonerationem animarum est amplectenda. *c. inuenis. de sponsa.* Et tanto fortius, cum etiam hic in casu isto videatur cõcurrere tertium. scil. quod sit solitus fœnerari, vt statim dicã in sequenti fundamento, vnde istis tribus concurrentibus planum videretur & indubitatum, quod isti cõtractus debeant cẽseri vsurarij. Quarto concurrit & alia coniectura, ꝙ
4 † iste potest dici solitus fœnerari, ex quo istos duos contractus fœneratitios exercuit. Nam etiam ex vnico actu dicitur quis esse solitus. *l. Mela. §. sed si alimenta. & ibi Bartol. ad hoc notat. ff. de ali. & cib. lega. Idem Bart. in l. prima, ad fi. vbi etiam Angel. & alij. C. quomodo & quãdo iudex.* Verum quia text. in cap. illo vos. de pigno. in fin. vtitur verbo, *consueuerit*, dum dicit in vltimis verbis, præsertim cum vsuras consueuerit exercere: ꝙ put etiam loquitur glos. *in d. c. conquestus.* Certe etiam consuetum dicitur ex bino actu: *secundum Bart. in d. l. Mela. §. 1. & probat text. in l. 3. C. de episcop. audi. per quem text.* notat ibi Bald. *in vltimo notabili*, quod consuetudo inducitur ex bino actu, declarando tamen vt ibi per eum. & hoc dicit esse argumentum; quod ille qui fecit duo furta dicatur consuetus furari, vnde pro tertio mittitur ad furcas tanquam fur famosus.

Quintũ, iste † emptor etiam potest dici vsurarius 5
manifestus, ex quo illa duo instrumenta facta de dictis duobus contractibus, qui videntur vsurarij, faciunt rem manifestam & notoriam. *c. cũ clim. de verbo. signif. & l. fi. cum gloss. 1. C. de reb. cred. notat Bart. in l. 1. in princ. in vers. venio ad quæstiones. ff. de ope. no. nunci. facit. in cap. licet causam. in vers. ex præmissis & ibi notat D. Anto. & alij de proba.* Ista sunt in effectu, & in substantia principaliora, & vrgentiora fundamenta, quæ adduci posse videntur ad conuincendum hos contractus esse vsurarios. Sed præmissis non obstantibus in casu præsenti contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, stantibus terminis prout in facto præsupponitur. Et ad ita tenendum moueor ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebũt sublata & resoluta omnia, quæ superius in oppositum adducebantur. Moueor imprimis: quia contractus non potest censeri vsurarius propter illud solum pactum, quod venditori non liceat retro emere rem venditam nisi elapso certo tempore: *vt est text. apertus in d. c. ad nostram. vbi text. duo copulatiue requirit.* Primo pactum de retrouendendo elapso certo tempore, & non ante. Secundo modicitatem pretij, quæ vix dimidiam iusti pretij contingat, *vt ibi cantat tex. & ita ibi formaliter declarat D. Abb. in vlt. colum. in vers. tertium casus est*, vbi dicit,
6 † quando fit pactum de retrouendendo certo termino elapso, & non ante, & pro modico pretio, tũc

talis

talis contractus bene præsumitur fœneratitius, & iste est proprie casus secundum eum. *d. c. ad nostram.* Nam tunc bene præsumptio est, ℘ interim voluerit emptor lucrari fructus. Idem tenet d. Abb. *in præallegato consil. 707. primæ partis, quod incipit, Tria succincte videnda sunt. in 1. col.* vbi formaliter dicit, quod casus est rotundus, qui nullo modo cauillari potest in d. c. ad nostram. vbi cõtractus initus sub forma emptionis & venditionis iudicatus fuit pignoratitius ex duabus coniecturis duntaxat. Primo: quia fuit venditori factum pactum de retrouendendo, nõ tamen quandocunque, sed à septennio vsq; ad nouennium, & sic infra septennium & nouẽnium volebat libere lucrari fructus illius medij temporis septem annorum loco vsurarum. Secundo: quia interuenerat modicitas pretij habito respectu ad verum valo-
7 rem rei. Nam † ex qualitate pretij præsumitur qualitas contractus. *l. per diuersas. C. mandati. c. & si quæstiones. de simonia. notat glos. in l. 1. in princ. ff. de superfici. Bar. in l. cotem ferro §. qui maximos. ff. de publica. ita ibi notabiliter tenet do. Abb. Idem d. Alex. in consil. 107. quarti vol. quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter Antonium. in vlt. col. ad fi. Idem tenet do. Anton. Barba. in d. c. ad nostram. in 5. colum.* Vbi dicit, quod quando interuenit modicitas pretij, quæ fuit circa dimidiam, & interuenit pactum de retrouendendo post certum terminum, & contractus fuit celebratus à non solito fœnerari, & tũc tenet contractum nõ præsumi vsurarium, sed potius præsumitur deceptio in pretio: quia partes possunt se decipere in pretio: *vt in l. item si pretio. §. fi. ff. locati.* Vnde tunc potius præsumitur, quod interuenerit deceptio in pretio veræ vẽditionis, quam quod contractus fuerit simulatus: quia
8 † quoties aliquid capi potest, vt minus videatur iniquum, illud debemus capere. *l. quoties. ff. de reg. iur.* sed isto casu intelligere, quod sit deceptio in pretio, & vẽditio sit vera, minus habet iniquitatis, cum per hanc viam contractus maneat validus, & euitetur infamia vsurariæ prauitatis. ita ibi resident do. Andr. Barba. & ante eum fuit ratio prædicti Ludo. Rom. *in consil. 304. incipiente, Plura sunt, quæ allegantur. in 1 col.* Idem etiam tenet D. Barthol. Cæpola Veronensis *in tractatu suo de simula. contractuum, in 10 præsumptione, vbi latius prosequitur.* sed ego breuiter referam ea, quę ipse ibi ponit facientia ad casum nostrum. Nam dicit; quod quando in pacto de retrouendendo fuit dictum, quod nõ possit retroemere, nisi certo tempore elapso, emptor voluit esse secur⁹, de perceptione fructuum pro certo tẽpore, ex hoc insurgit præsumptio simulationis & fraudis vsurariæ: *per text. in d. c. ad nostram.* & refert, quod ita vidit cõsultum per multos sacrorum canonum interpretes, & quod ita tenent Hostien. & Ioan. Andr. *in dicto cap. ad nostram. super verb. ad nouennium. & beatus Bernardi. in suo tractatu de contractibus & vsuris. in 29. sermone, articulo 2. capit. 1.* Ipse autem D. Bartholomæus Cæpola concludit, quod ista præsumptio sola sine aliis non sufficeret ad probandum contractum vsurarium, sed coniuncta cum aliis præsumptionibus sic. & ita dicit probari *in d. c. ad nostram.* vbi fuit appositum dictum pactum de retrouendendo post certum tempus, & non ante, & tamen Papa ibi dum concludit, illum contractum esse vsurarium, non se fundat tãtum in dicto pacto, sed etiam in enormitate pretij, quod vt dimidiam iusti pretij contingebat, vt ibi dicit text. ex quibus duobus præsumit emptionem fuisse vsurariam. ita ibi concludit dom. Bartholomæus Cæpola ad finem illius decimæ præsumptionis. Secundo principaliter ad idem facit, quod tenent Bald. & Salyc. *in l. emptione. circa principium. per illum text. C. plus val. quod agi.* vbi dicũt, quod † Odo- 9
fre. figurabat casum in illa *l. hoc modo. tu volebas, quod ego mutuarẽ tibi centũ, ego dixi paratus sum, sed volo quod re vera tu vendas mihi pro istis centum prædium tuum, & ego tibi revendam post decennium pro eodem pretio.* Nam constito quod causa originalis fuit causa mutui, & non emptionis, istud instrumẽtum videatur fœneratitium & vsurarium secũdum Odofredum, quod exemplum est nota dignum secundum Bald. qui per hoc subdit ad propositum nostrum, quod si non constaret de originali mutuo, tunc ex tali pacto de retrouendendo post decennium non propterea iudicaretur vsurarium, nec cum vsurario factum, ita dicit debere intelligi illud quod notant Iaco. de Arena. & Cyn. ibi, & quod notatur in *d. c. ad nostram. & in c. illo vos. de pignoribus.* Ecce quod ibi tenet Baldus, quod † per solum pactum de retrouendendo 10
post certum tempus, & non ante, non iudicatur contractus esse vsurarius, nisi etiam alia concurrãt, & illam decisionem Bald. refert & simpliciter sequitur Ludo. Roma. *in consil. 423. quod incipit, Pro pleniori discussione propositæ consultationis. in vltimo dubio.*

Tertio ad idem facit, quod notabiliter decidit Bal. *in c. 1. in vlt. col. de feu. da. in vicem leg. commis.* vbi quærit, pone, quod fœnerator mutuat mihi re vera centum, pro quibus ego facio chartam venditionis cuiusdam domus, hoc pacto quod ego promitto reemere hanc domum post quinquẽnium, & nõ ante, pro eodem pretio. respondet Bald. quod si non possit probari aperte de mutuo, tamen ex consuetudine fœneratorum præsumo contractum vsurarium. Item quia est contra naturam veræ venditionis. *d. c. ad nostram. & d. c. illo vos.* Alij secundum Bal. contradicunt: quia nulla lex, vel decretalis hoc dicit, & ex forma sui iste contractus non est fœneratitius. Item † emptio & venditio potest fieri ad certum tempus: 11
vt l. 2. C. de pact. in empt. & vendi. Isti secundum Bar. dicũt melius, nisi probetur, quod sit solitus fœnerari, & in fraudem vsurarum simulata instrumenta conficere. Nam in eodem genere malitiæ semel malus semper præsumitur esse malus: vt in regu. semel malus. & ibi per Dy. & sic ibi etiam tenet Bal. quod per solum pactum de retrouendendo post quinquennium, & non ante, non propterea præsumitur contractus vsurarius, cum nulla lex vel decretalis hoc dicat, & ex forma sui iste contractus non sit fœneratitius, nisi etiam alia concurrant.

Quarto ad idem adduco illud, quod notabiliter in proposito nostro tenet Bald. *in c. 1. ad fi. de feu. da. mini. valuis. in vsi fiu.* vbi quærit, nunquid contractus præsumatur vsurarius ex eo, quod potest rescindi, vel reuocari, fructibus tamen lucratis. Et respondet quod non: quia † ex natura contractus nunquam 12
præsumitur vsurarius. Vnde vbi potest procedere sine vicio, idest secundum naturam contractus, ibi nunquam debet præsumi vsura: *per illũ text. & l. 2. C. de pact. in emp. & vendi. & ca. conquestus. de foro compe.*

Modo in casu nostro præsenti cum interuenerit solum pactum de retrouendendo post certum tempus, & non ante, per hoc solum non debet censeri contractus vsurarius, cum etiam non interuenerit modicitas pretij, & sic secũdum requisitũ quod requirit text. *in d. c. ad nostram.* nam vt in specie declarat do. Abbas. *in d. c. ad nostram. in vlt. col. in versic. puto tamen quod non sufficiat, &c.* non sufficit quælibet iniustitia pretij, sed debet esse pretium valde tenue respectu valoris rei. & vltra eum, in præsenti proposito modicitas pretij intelligitur, quando est minus dimidia iusti pretij: *prout videtur esse tex. in d. c. ad nostram, & expresse ita declarat Pet. de Ancha. in consilio 11. quod incipit, Plurimæ coniectura concurrunt. in penul. col. in duobus locis. & notabiliter Ludou. Roma. in consil. 304. incipiente, Plura sunt quæ alleganiur. circa principium. dom. Barthol. Capola in tractatu de similitudine contractuum. in 2. præsumptione. in 1. & 2. col.* Sed in casu nostro pretium non est infra dimidiam iusti pretij imo est vltra dimidiam, & quidem non parum, prout mihi in facto præsupponitur. & vt dictum est su-
13 pra. licitum † est contrahentibus se inuicem in pretio decipere: *dicta l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. locati. & l. in causa. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de mi.* & istud procedit etiam de iure canonico: *vt est text. in capit. pen. de empt. & vendit. & gloß. notabilis in capit. in ciuitate. in gloß. 1. de vsuris.* quæ notabiliter dicit, quod licitum est contrahentibus se adinuicem decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, & ibidem declarat dom. Abb. post alios. & idem dom. Abb. *in c. fi. in vlt. colum. eo. ti. de vsuris.* Nam in contractibus decipere non est peccatum: secundum glos. *in c. si cupis 16. q. 1.* Item est bene aduertendum in casu præsenti, quod propter illud pactũ de retrouendendo tunc illa prædia vendita debent minus æstimari, quam æstimarẽtur, si fuisset simpliciter vẽdita sine illo pacto de retrouendendo. Vnde si aliquis emit prædium cum onere retrouendẽdi, & postmodum allegetur paruitas pretij ad inferendum cõtractum esse vsurarium, non debet æstimari verus valor rei, sed debet haberi respectus ad onus de retrouendendo impositũ venditioni. Nam propter hoc tantominus valet prædium, ita notabiliter tenet dom. Abb. *in c. in aliquibus. in 2. notabili per illum text. de decimis.* vbi subdit, quod pluries ita in facto respondit, & quod multi in hoc erant, & ita etiam tenet idem dominus Abb. *in dicto ad nostram. in vlt. col. Bene facit text. in c. cum Ioannes. de fide instr. quem text. ad hoc notat & reputat singularem D. Marianus Socyn. in consil. 15. incipit. visis prædictis publicis instrumentis. in vlt. col. & ibi videatur in specie eius declaratio, & exemplificatio, conferens multum ad declarationem casus nostri.*

Quinto pro confirmatione prædictorum, quod quando pretium est admodum tenue, quod fructus qui medio tempore ex pacto debent lucrari, dicatur esse vsura, adduco illud quod decidit Bald. *in rubrica. C. de vsuris. in vltima quæstio.* Vbi quærit, pone quod emi fundum hoc pacto, vt talis emptio non duraret, nisi vsque ad quadriennium, & post quadriennium ipso iure reuerteretur ad venditorem, quam venditionem feci pro tam modico pretio, quod si emissem solos fructus, contractus præsumeretur vsurarius: quæritur, nunquid iste contractus sit licitus? Videtur quod sic, quia illud, quod emi non consistit in pondere, numero, vel mensura, & sic non videtur contractus vsurarius: *vt no. in ca. secundo de vsuris. & sic debet recurri ad l. 2. C. de rescin. vendi.* Contrarium determinat Bald. quia ibi loquitur in venditione perpetua sed ista venditio temporalis est vsuraria, cũ sit facta in fraudem vsurarum, quia finalis effectus eius est solum percipere commodum fructuum medij temporis. Vnde † intentionem agentium colligim⁹ 14
ab effectu, argumen. *l. reprehendenda. Cod. de instit. & substit. & l. cum hi. §. fi vni. in primo & secundo responso. ff. de transactio. & illam decisionem Bald. sequitur Ludou. Roma. in l. si quis cum aliter. in octaua fallentia. ff. de verbo. obligat.* Sed in casu nostro pretium non est ita tenue, imo nec omnino iniustum cum non sit citra dimidiam iusti pretij, vt dixi, sed est vltra dimidiam, & non parum vltra. Vnde etiam si non fuisset pactum, fructus medij temporis debet licite lucrari ex natura contractus propter pretium, quod exbursauit. *l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. & l. fructus. C. eo. bene facit illud, quod ad propositum dicit Bald. in ca. 1. de feu. da. mini. valuis.* Vbi tenet, quod emptor medio tempore percipit fructus iure suo, dilatione pendẽte, vt dicit eleganter notari in *l. emptor. in princ. ff. de rei vendi.* quia omnis dilatio concedit fructus possessori: *vt l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebell.*

Sexto facit, quia † ex pacto de retrouẽdendo eo- 15
dem pretio etiam emptore lucrante fructus medij temporis, tamen contractus non præsumitur simulatus, nec vsurarius: *vt est text. in l. secunda, C. de pact. in empt. & vend. & ibi Bald. in fin. in vltimo notabili ad hoc notat illum text. & reputat tenendum menti, ad idẽ text. in l. qui fundum. ff. de contrahen. empti. Idem tenet Petr. de Ancha. in consil. 9. quod incipit plurima coniectura. Paul. de Castr. in consil. 318. quod incipit, in causa mota per Dom. Dorotheam. in quarta colum. dom. Laurentius de Rodulphis in d. commento cap. consuluit. de vsur. in secunda parte in 60 quæst.* & istud notabiliter ampliatur, vt procedat etiam in consueto fœnerari, *secundum Bald. & Salyc. in l. 3. C. plus valere quod agi. Rapha. Fulg. in consil. 134. quod incipit, in quæstione versa coram D. Capitaneo Trigesti. in 2. col.*

Septimo facit; quia † isti contractus, de quibus in 16
themate nostro, frequentãtur in illa regione, & quasi per vniuersum, vnde non debent censeri vsurarij, per textum *in l. quia sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edic.* ibi, qui id facit, quod publice facere licere arbitratur. *per quem text.* notat ibi signanter Bart. quod si quis facit aliquem actum, qui æstimatur communiter licitus: cõtrarium tamen est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, quod ex hoc non dicitur vsurarius. Idem per illum text. notat ibidem Salyc. post Bartol. quod qui facit actum, qui prima facie & communi opinione æstimatus est licitus, licet vere sit illicitus, non propterea iudicamus illum illicitum commisisse. & sic si quis faciat aliquem contractum, qui sapiat vsurariam prauitatẽ, quem ille arbitratus est licite facere, & ita communiter æstimatur, non propterea debet dici vsurarius. quod reputat esse notandũ propter leges imponentes pœnam vsurariis, secundum eum. & idem quod *Bar. etiam sequitur dom. Bart. Capola Veronensis in cons. 13. quod incipit, stante quodam decreto illustrissimi. in pen. col. facit, quod tenet Bald. in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine. in 8. col. in 3. q.* vbi tenet, quod cõtractus quamuis

bis sit suspectus, tamen nõ debet fœneratitius iudicari, si in regione communiter frequentatur, & inter bonos seruatur, & etiam apud mercatores. Nam quia verisimile, ideo permissum. *l. 3. §. fi. cum sua gl. ff. de eo quod certo loco.*

17 Octauo & vltimo facit † quia etiam contractus dubius non debet censeri vsurarius, sed licitus: *secũdum Bal. in l. rogasti. § si tibi. in fi. ff. si cer. pet. & l. si ea pactione. cum gl. C. de vsurꝫ. dom. Alex. in consil. 220. secundi vol quod incipit, super titulo quæst. onis transmissæ. in 2. col.* Item omnes contractus præsumuntur celebrati bona mente, & absque fraude vsurarum: *secundũ Bald. in rubrica extra de offic. iudi. in 8. col.* & tanto magis in casu præsenti, in quo iste emptor est homo legalis, bonæ conditionis, vocis, & famæ, & thesaurarius principis, & qui nunquam exercuit vsuras, nec fecit aliquos contractus, qui reuera essent fœneratitij. Per ista octo fundamenta remanent sublata ea, quæ superius in oppositum adducebantur, tamen vt veritas adhuc magis eluceſcat, ad ea in specie particulariter respondetur. Non obstat in primis text. *in d. c. ad nostram.* quia ille text. facit ad oppositum, cum requirat duo copulatiue, scilicet pactum de retrouendendo elapso certo tempore, & non ante, item modicitatem pretij, quæ vix dimidiam iusti pretij contingat, quod non est in casu præsenti, prout deduxi supra in primo fundamento.

Et per hoc etiam non obstat authoritas dñi Laurentij de Rodulphis *in dicto commento ca. consuluit. in 2. parte. in 61. q. & dom. Lanfranci,* quia fundantur in text. d. c. ad nostram. ergo debet intelligi secundum text. quem allegat: *vt dicit Bart. in l. non solum §. si libertionꝫ verba. ff. de libe. leg. & in l. cum quidam. ff. de his quibus vt indig. Salyc. in l. si ex cautione. in 8. col. C. de non nume. pecu. Io. And. in c. cum nuncius. de testi. & est gl. in c. Daybertum. in gl. 2. 1. q. 7.*

Non obstat etiam dum dicebatur, ꝙ iste emptor volebat interim lucrari fructus causa vsuræ, quia respõdetur hoc esse verum, qñ pretium esset valde tenue, & infra dimidiam iusti pretij prout proprie loquitur tex. *in d. c. ad nostram.* Vnde cum in casu nostro pretium nõ fuerit ita tenue, nec infra dimidiam iusti pretij, imo satis vltra dimidiam, emptor etiam sine aliquo pacto licite & de iure debuit lucrari fructus medij temporis ex natura contractus, & propter pretium, ꝙ soluit, prout firmaui supra in sexto fundamento. Non obstat etiam, dũ dicebatur, ꝙ hic cõcurrit alia coniectura vsurarum, ex eo ꝙ pactum de retrouendendo fuit appositum in alio diuerso & seperato instrumento: quia respondetur, ꝙ ista sinistra præsumptio non debet cadere in casu præsenti, in quo emptor in vna emptione apposuit istud pactum in eodem instrumento, licet in alia emptione appoſuerit in diuerso, & sic non debet præsumi eius malitia, nec fraus, sed potius factum notarij aut alterius consultoris: *per regulam l. merito. ff. pro socio. & l. moneor. C. de seruꝫ expor.* Non obstat etiam, dum dicebatur, ꝙ ex modicitate pretij, & pacto de retrouẽdendo, per ista duo arguitur cõtractus esse fœneratitius † quia potest dici, ꝙ imo requiratur tertium copulatiue, scilicet quod sit solitus fœnerari, put tenent & expresse firmant post Ioan. Andr. Petrus de Anchar. dñs Cardin. Floren. & dñs And. Barba. *in d. cap. ad nostram. & dom. Card. Floren. in cle. 1. §. final. in 18. q. de vsuris. Bal. in cons. 464. tertia partis, quod incipit, videamus si ex iure domini episcopi. in vlt. col. Salyc. in l. 3. C. plus valere quod agitur. dominus Alex. in cons. 107. quarti voluminis, quod incipit, viso processu causæ vertentis inter Antonium. in vlt. colum.* Vbi attestatur, quod ista est magis communis opinio, & sic ab ea in iudicando non est recedendum. Idem etiam in effectu tenet dominus Laurentius de Rodulphis *in dicta repetitione d. cap. consuluit. in 2. parte, in 60. quæst.* Vbi etiam refert, quod egregius Doctor, & magnus practicus dominus Laurentius de Pinu doctor suus *in cap. illo vos. de pignoribus,* dixit in practica seruari, quod illa tria copulatiue requirantur ad præsumendum contractum esse fœneratitium. Sed in casu nostro nedum non interueniunt illa tria. sed nec etiam illa duo: quia hic non interuenit modicitas pretij prout ostendi plane supra in quinto & sexto fundamento. Item nec iste emptor erat solitus fœnerari, vt statim infra subiiciam.

Non obstat aliud. dum dicebatur, quod iste emptor potest dici solit⁹ aut cõsuetus fœnerari, ex quo istos duos contractus fœneratitios exercuit: quia ex vnico aut bino actu quis dicitur solitus, vel consuetus facere. Respondetur istud procedere † quando 19
illi duo actus essent vsurarij, nam faciendo duos cõtractus, qui vere essent vsurarij, tunc posset procedere, quod censeatur consuetus vsuras exercere, sed in casu nostro isti duo contractus re vera non sunt vsurarij, nec reputantur vsurarij, imo frequentantur in regione & quasi vbique, vt superius per plura aperte ostendi, & nunquam reperietur, ꝙ iste emptor exercuerit vsuras, aut fecerit contractus illicitos, qui re vera sint vsurarij. Præterea ex vnico vel bino actu non iudicamus seruum esse erronem, sed quando frequenter & sine causa vagatur: *vt l. quũ sit fugitiuus. §. erronem. ff. de ædi. edicto.* Sic etiam non dicitur plagiarius qui semel seruum abduxerit, sed qui habet ex consuetudine: *secundum gl. in l. si abducta. in gl. 1. C. de furtis. Idem in abigeo: vt l. 1. §. fin. & l. fi. ff. de abigeis.* ita ex vnico vel bino actu nõ debet quis iudicari cõsuetus fœnerari, sed quando frequenter vsuras exercuit. Nam qui per tres annos vsuras exercuit, ille bene præsumitur semper fuisse vsurarius, & solitus vsuras exercere: *secundum Bal. in l. rogasti. § si tibi. in pr. col. ff. si cer. peta.*

Non obstat vltimum dum dicebatur, quod iste emptor potest etiam dici vsurarius manifestus propter illa duo instrumẽta facta de illis duab. emptionibus, quæ faciunt rem manifestam, & vsurariam: quia respondetur, ꝙ illa duo instrumenta bene faciunt rem notoriam. & manifestã. quod illi duo cõtractus emptionum fuerint illo modo celebrati, ꝓut in illis instrumentis continetur, sed non faciunt notorium, quod illi contractus fuerint vsurarij. aut illiciti. Vnde ex prædictis omnibus concludo in primo dubio, quod isti duo contractus non debent de iure censeri vsurarij.

Condescẽdo ad secundũ dubium, an † princeps 20
secularis possit contra istum emptorem propter dictos cõtractus criminaliter per inquisitionem procedere, ad eum extra ordinem puniendum. Et quia iste articulus non videtur multum expediens in casu præsenti, propter ea, quæ firmaui in articulo precedenti, vbi concluſi istos contractus non censeri vsu-

ri vsurarios, ideo paucioribus absoluam: quia etiam si aliquis obstinate instaret, quod imo isti cõtractus debeant censeri vsurarij, certe ista esset quæstio iuris, in qua communiter concludunt tam legistæ
21 quam canonistæ, quod † quando vertitur quæstio iuris super vsuris, eius cognitio spectat ad solum iudicem ecclesiasticum, ita quod iudex secularis se intromittere non potest: *secundum gloss. in cle. dispendiosam. de iudiciis. & in c. cum sit generale. vbi canonistæ ponunt, de foro compet. & in c. tuam. de ordi. cogni. Bart. & legi. in l. quoties. C. de iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacrosanct. eccles. & in l. Titia. ff. solut. matr. & in l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* & ita seruatur de consuetudine: *secundum Bald. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Sed loquendo in alio casu, quam sit noster, quando certum esset, aliquem esse vsurarium nunquid iudex secularis possit contra eum per inquisitionem criminaliter procedere, vt eum saltem extra ordinẽ punire possit: Dubium facere videtur illud, quod tenet Iaco. Butriga. *in l. improbum fœnus. Cod.*
22 *de usu.* vbi tenet, quod † vsurarius exigendo vsuram committit dolum, & ideo tenetur crimine stellionatus. & sequitur solennis Doctor dominus Ioannes Baptista de sancto Seuerino *in repetitione l. cunctos populos 36. col. Cod. de summa tri.* eo quia nulli est dubium hoc esse crimen, cum appelletur crimen vsurarium, quod est contra Deum, contra canones, & contra bonos mores: igitur puniri potest saltem arbitrarie, quasi pro crimine stellionatus, *argu. notatorum in l. 1. ff. de extraordi. cri.* refert tamen, quod insignes & excellentissimi doctores domini Io. Petrucius Senensis, & dominus Benedictus Capra Perusinus, Doctores cõscientiæ timoratæ consulentes dixerunt non reperiri iure cautum, quod fœneratores puniantur aliqua pœna vltra pœnas positas *in c. quia in omnibus. de vsuris. & in c. quãquam. eo titu. in sexto. per Hostien. in summa. in titu. de vsuris.* Pro ista opi-
23 nione Iacobi Butrigarij facere videtur; quia † in crimine vsurarum, propter eius detestationem, habet locum inquisitio, etiam quãdo ciuiliter proceditur: *secundum Bald. in c. 1. §. si tres. de pace tenenda. & in l. ea quidem. in 12. col. ad fi. C. de accusa. allegat Innocen. in c. ad nostram. de iureiuran.* Vnde si iudex inquirit contra vsurarium, quod extorsit à me centum, possum cumulare quod extorsit à me bene: *secundum Bal. in l. edita. C. de eden. in 24. col. in versi. item dubitatur si iudex.* Item pro ista opinione facere videtur text. *in c. post miserabilem. in verbo, per principes & potestates seculares. & in c. quanto. de vsuris.* Item punitus pro crimine vsurario in foro ecclesiastico, potest etiam in foro seculari puniri: *secundum Archidia. Ioan. Andr. & Gemi. in c. 1. in princip. de vsur. in sexto.* Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure veriorem ex infrascriptis mediis, ex quibus cessabunt superius in oppositum adducta. Contrarium in primis tenuerunt in terminis Bald. & Salyc. *in d. l.*
24 *improbum fœnus.* vbi tenent, quod † vsurarius non venit criminaliter puniendus, cum non sit aliqua lex quæ hoc dicat, nec etiam tenetur crimine stellionatus, cum agat ex promissione & consensu partis.
25 & pro hoc facit: quia † in criminalibus ille solet teneri crimine stellionatus, qui in ciuilibus teneretur actione de dolo. *vt l. 3. §. 1. ff. de crimine stelliona.* Sed vsurarius non tenetur ciuiliter de dolo propter conuentionem, & consensum partis; quia scienti & volenti non fit dolus. *l. cum donationis. C. de transactio. & in regu. scienti. de reg. iur. in sexto.* Pro ista parte facit illud, quod magistraliter tenet Innocen. *in d. c. ad nostram. 2. de iureiuran.* vbi tenet, quod contra vsurarios licitum est procedere per modum inquisitionis, vel denunciationis, non solum Papæ, sed etiam aliis eius delegatis. licet aliqui in hoc secundo contradicant, sed nõ licet episcopis sic inquirere, nisi ad imponendum ei pœnam canonicam. *d. c. quia in omnibus.* tunc ad istum effectum possent inquirere contra aliquem quem suspectum haberent de vsura. & ita etiam refert & sequitur Archidiaconus *14. q. 3. in c. q dictum.* & sic solum ad correctionem peccati, & pœnitentiam peragendam potest in crimine vsurarum formari inquisitio, & non aliter. *c. 1. de offic. ord. & ita procedit illud, quod tenet Bald. in d. c. 1. §. si tres. & in d. l. ea quidem. in 12. col. ex quo vtrobique allegat Innocenti. in d. c. ad nostram. & ita etiam Bald. intelligit & declarat dominus Bartholomæus Senensis in consilio 219. incipiente, circa primam difficultatem.* vbi etiam dicit ita tenere cano. *in d. c. ad nostram.* & ita etiam intelligitur illud, quod tenet idem Bal. *in consil. 163. primæ partis, quod incipit, factum proponitur, quod quidam nomine Michael, in fine.* vbi dicit illud esse notandum, quod in detestationem criminis vsurarum, & male extortorum, potest criminaliter inquiri. & hoc dicit eleganter tenere Innocen. *in d. c. ad nostram.* Nam hoc procedit quantum ad restitutionem male extortorum per vsurariam prauitatem. Ad idem facit; quia † cum cri- 26
men vsurarum, sit crimen ecclesiasticum, *vt in dicta clemen. dispendiosam. de iud. & cap. cum sit generale. vbi cano. de foro competen. & c. tuam. de ordine cognitio. & c. lator. & c. causam. 3. qui filij sint legiti. Specu. in titu. de compet. iudi. adi. §. 1. in v. rsic. 1. ideo puniri debet pœna ecclesiastica, de quibus in dicto c. quia in omnibus. & in d. c. sequen.* Vnde dicit dominus Signorolus de Homodeis *in consi. 165. alias est 362. quod incipit, in quæsti. ne præsentibus allegata &c.* quod crimen vsurarum interdum proponitur per viam criminalem, & sic secundum pœnas canonicas: *vt in c. 3. & 4. de vsuris.* Interdum per viam ciuilem. Item iudex secularis non cognoscit, nec se impedit de reatu vsurarum: secundum Bal. *in c. 1. §. similiter. de controuersia nuesti.* Nec
† prædictis obstat tex. *in d. c. post miserabilem. in verb.* 27
per principes & potestates seculares. & in c. quanto. de vsuris. quia ad illa iura respondet dupliciter dominus Alex. in l. Titia. in 1. charta. ff. solu. mat. Primo, quod loquantur, quando non vertebatur quæstio iuris, sed solũ quæstio facti. Secundo respondet secundũ Petrum de Ancha. *in repetitione c. ea quæ. in 5. q. de reg. iur. in sexto.* quod illa iura procedunt. quãdo quæstio vertebatur inter Iudæos, vel infideles, quia tunc iudex laicus potest cognoscere, quia de his, quæ foris sunt nihil ad ecclesiam pertinet cognoscere, per iura ibi per eum allegata, quod dictum dominus Alex. commendat, & reputat notabile. Similiter † ad text. *in c.* 28
cum in tua. de vsuris. dum vult pro crimine vsurarum accusationẽ fieri posse. Respondetur, quod loquatur quo ad pœnam Lateranensis concilij, de qua loquitur ille textus in fine. & text. *in c. quia in omnibus. de vsuris.*

Casali Montisferrati, die vltimo Decembris, 1510.

CON-

CONSILIVM CLIV.

THEMA.

TEstator habẽs tres filios legitimos & naturales, Philippũ, Antonium, & Ioan. Iacobum, eos hęredes vniuersales æquis portionibus instituit. Itẽ legauit Nicolinæ & Iacobinæ filiab⁹ suis legitimis & naturalibus libras mille imperiales & vestẽ vnam pro qualibet, cũ fuerint in ętate nubili. Item statuit, & disposuit, q, quãdocunq; aliquis ipsorum Philippi, Antonij, & Ioannis Iacobi, siue duo ex eis decederent sine filiis masculis ab ipso, vel altero ipsorũ legitime descẽdentibus, siue descẽsuris, quod alij duo, qui superstites fuerint, seu alius ex ipsis tribus, qui superstes fuerit, succedãt, siue succedat illi sic morienti, seu illis sic morientibus, quos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum. Et casu quo prædicti tres filij dicti testatoris videlicet Philippus, Antonius, & Ioan. Iacobus decederent omnes sine filiis & filiabus legitimis, tunc prædictis eius filiis substituit Ioan. Petrum, Georgium, & Simonem fratres de Gritis, & filios quõdam sororis dicti testatoris. Defuncto testatore postea mortui sunt Philippus & Antonius, relictis post se filiis masculis & legitimis, deinde mortuus est Ioa. Iacobus sine filiis masculis, sed relictis tribus filiabus. Dubitatur, an filij dictorum Philippi & Antonij admittãtur ex substitutione fideicommissaria, exclusis dictis filiab⁹, ex quo ipsi Philippus & Antonius decesserunt ante tempus substitutionis, & sic antequam Ioãnes Iacobus mortuus fuerit sine filiis masculis? & sic dubium vertitur, an trãsmiserit spem substitutionis ad filios suos masculos exclusis supradictis filiabus ab hæreditate aui paterni.

ARGVMENTVM.

Late, an & quando fideicommissum conditionale ascendentis transmittatur ad filios substituti descendentis, pendente conditione fideicommissi.

SVMMARIA.

1 *Verba testamentorum in se magnum pondus habent.*
2 *Substitutio fideicommissaria non transmittitur ad hæredes substituti.*
3 *Substitutio conditionalis non recipit transmissionem.*
4 *Omissum à testatore habetur pro omisso.*
5 *Testator potest facere, vt fideicommissum conditionale transmittatur.*
6 *Familiarum honestas conseruatur per diuisas.*
7 *Testator præsumitur habere maiorem affectionem ad personas, quæ sunt in rerum natura.*
8 *Nepotes masculi quando veniunt in fideicommissis.*
9 *Fideicommissum cõditionale non transmittitur etiam ad suos.*
10 *Prouisio testatoris facta in vnum casum, quando extẽdatur ad alium.*
11 *Voluntas testatoris magis attendenda, quam verba.*
12 *Fideicommissorum materia male fundatur in voluntate testatoris.*
13 *Substitutio vnita cum iure accrescendi assumit eius naturam.*
14 *Bald. in l. quidam ambiguo, in vlt. col. C. de iu. delib. declaratur.*

VIso testamento superius annotato, & eius tenore bene & diligenter cõsiderato, necnon viso elegãti ac subtili cõsilio præstantissimi quondam iurisconsulti; & Romanæ Rotæ auditoris dignissimi domini Andreæ Bassignanæ arbitror præsentem cõsultationem esse nodosam, & ancipitem, & ideo verba istius testamẽti esse subtiliter & accurate ponderanda: *vt inquit text. in §. nos igitur. in authen. de restit. fideicommiss. quem text. ad hoc notat Bald. in c. 1. de feudo guardiæ. Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. in fi. ff. soluto matrimo.* Verba † enim testamen- 1
torum in se magnum pondus habent ad cognoscẽdum quid est, ideo bene libranda sunt: *secundum Bal. in consilio 122. primæ partis, quod incipit, verba testamenti sic dicunt. ad finem.* Agitur de interpretanda voluntate testatoris, in qua propter nimiam subtilitatem sæpe erramus: quia testantis animum non videmus, secundum Bald. *in l. precibus. in 6. colum. Cod. de impub. & aliis substitut.* & iudicium testatoris nimia subtilitate fraudari non debet: *vt inquit text. in l. si quis hæredem. Cod. de instit. & substit.* In præsenti ergo consultatione videretur prima animaduersione cõcludendum, quod filij masculi quondam Philippi & Antonij non possunt admitti ex substitutione fideicommissaria facta in testamento eorum aui paterni, sed quod filiæ fœminæ Ioan. Iacobi vltimo defuncti sine filiis masculis eidem ab intestato succedere debeant etiam in bonis dicti quondam testatoris. Nam talis substitutio fideicommissaria est effecta quasi caduca, ex quo Philippus & Antonius substituti pendente conditione mortui sunt ante Ioan. Iacobum vt *l. vnica. §. & cum triplici. Cod. de caduc. tol.* Item trita est regula, quod † substitutio fi- 2
deicommissaria non transmittitur ad hæredes substituti. *l. si ex pluribus. in fin. ff. de suis & legi. & l. toties. in fi. ff. de acquirend. hæredita. & l. sed si plures. in principio. ff. de vulg. & pupilla.* Item ius fideicommissi conditionalis non transmittitur etiam ad filios substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem: *vt est text. in l. vnica. §. sin autem sub conditione. & ibi Bartol. & moder. ad hoc notant. C. de caduc. tollen. & est glos. ordinaria & approbata in l. vnica. & ibi Bartol. & alij Cod. de his qui ante apert. tabul. & gl. in l. hæredes me. §. cum ita. in verb. susceptisset. & ibi docto. præsertim dominus Alexand. in duob. locis notat. ff. ad Trebell. reprobata glos. in l. is cui sub conditione. §. fi. & ibi Bartol. ff. de actio. & obligatio. & ita etiam tenet Bald. in l. si in personam. Cod. de fideicommiss. & in l. si auus. in 3. col. C. de libe. præte. & in l. vnica. in secũdo notabili. C. vt actio. ab hæredi. & contra hære. & in c. 1. qui succ.*

tene.

tene. Bald. & Imol. in l. cum ex filio. ad fin. princip. ff. de vulga. & pupillar. dominus Antonius de Butrio in cap. Raynaldus. in 1. colum. ad finem. de testam. Et quod pendētia conditionis in fideicommisso vniuersali impediat etiam in filiis propriis testatoris trāsmissionem ad eorum descendentes, *facit text. in l. si cui legetur. §. primo, & ibi Bald. & Florentin. ad hoc notant. ff. de legatis primo.*

Confirmantur prædicta per textum notabilem *in l. in causa. 2. §. Pomponius. ff. de minoribus.* per quē text. notat ibi signanter Bald. quod si testator relinquit aliquid nepoti, & adiecit conditionem, quod si decederet sine liberis reuerteretur ad hæredē, si hæres vniuersalis decedat, ℭ amplius restitutio non debeatur, quod dictum semper reputaui bene notādum. refert & sequitur dominus Alexander *in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthum. & in l. qui liberis. §. hæc verba. in 2. col. per illum text. ff. de vulg. & pupill. vbi reputat hoc dictum Bald. esse bene signandum, & plenius idem dominus Alex. in l. fi. C. de legatis.*

Ad idem bene facit, quod decidit Bal. *in cōsil. 435. quartæ partis. incipiente, punctus super quo petitur consilium exhiberi. circa fin.* Vbi testator substituit superuiuentem, vel superuiuentes, prout etiam videtur in casu nostro, vbi testator substituit superstites vel superstitem: decidit ibi Bald. quod eorum filij non veniant nec ex substitutione, nec ex transmissione, eo quia vltimo morienti nulla fuit facta substitutio: *vt in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia.* Nec ista substitutio conditionalis transmittitur: quia † sicut directa substitutio cōditionalis non recipit transmissionem. *d. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. ita nec fideicōmissaria. d. §. cum ita. & d. l. si in personam. C. de fideicōmiss. & l. vnica. §. sin autem sub conditione. & §. prosequ. ūdo. C. de caducis tollen. notat gloss. in dicta l. vnica. & ibi docto. C. de his qui ante apertas tabul.* & præsertim vbi testator dicit, *substituo superuiuentes.* Nam ordinem moriendi considerat, & ex natura verborum appareret vltimo morienti neminem fuisse substitutum, ita ibi formaliter resident Bald.

Ad idem pro ista parte facit; quia filij quondam Philippi & Antonij, cum sint omissi ab auo testatore in prædicta substitutione fideicommissaria, ergo iste casus omissus habetur pro omisso, & relinquatur dispositioni iuris communis. *l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. & l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matrimo. & l. commodissime. ff. de lib. & posthu. & c. susceptum. de rescript. in sexto.* Sed de iure communi filiæ succedunt ab intestato earum patri, *vt in auth. de hæred. ab intest. in princ.* Illud enim † quod omittitur à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso: *secundum Bald. in l. cum proponebatur in secunda oppositione. ff. de lega. 2.* Item ex voluntate testatoris agi non potest, nisi quando transiuit ad dispositionem. Vnde non sufficit testatorem velle nisi etiam disponat. *l. quidam cum filium. & ibi Bal. in tertio notab. li. Imol. & alij ad hoc notant. ff. de hæred. instit. dominus Alex. in l. 3. ad fin. C. de libe. præte.* non enim credimus testatorem velle nisi illud, quod exprimit in testamento: secundum Bal. *in l. voluntatis. ad fi. C. de fideicom. & in l. vnica. §. vbi autē. C. de cadu. tol. per illum text. in verfic. sin autem ad deficientis.*

Sed præmissis non obstantibus contrariam sentētiam arbitror esse de iure veriorem, & sic concurro in sententiam excellentissimi primi consultoris domini Andreæ Bassignanæ ex infrascriptis fundamētis, ex quibus remanebunt sublata omnia, quæ superius in oppositum adducta fuerunt.

Moueor in primis; quia † testator potest facere ℭ 5 fideicommissum conditionale transmittatur ad hæredes substituti, quamuis fideicōmissarius decesserit ante euentum conditionis appositæ in fideicommisso: *vt est textus melior de iure in l. in conditionibus primum locum obtinet. in princ. ff. de condi. & demon. & ita tenet Bald. in l. si pater. in 4. q. C. de instit. & substit. & in l. vnica. in secundo notabili. Cod. vt actio. ab hæredi. & contra hæred. & in cap. Cumana. in 6. colum. de elect.* Et istud potest testator nō solum expresse disponere, sed etiam ex tacita voluntate testatoris, & ex coniectura mente defuncti, fideicommissum conditionale, quod non est transmissibile, tunc efficitur transmissibile. *ℭ prout notabiliter tenet Bald. in l. vnica. in vlt. colum. & ibi mod. sequuntur. Cod. de cadu. tol.* quando aliquid non est omnino omissum, sed sequit ad aliquod expressum: quia tunc habetur pro expresso. *l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. & l. iam hoc iure. in princip. ff. de vulg. & pupilla.* Vel quando posset in testamēto colligi, quod idem sensisset de nepotibus, ad hoc allegat in argumentum l. Lucius. *ff. de hæred. instit. ita ibi notabiliter Bald.* vel quando testator fecisset mentionem de hæredibus, aut de descendentibus substituti: *secundum Bald. in d. l. vnica. per illum text. Cod. vt actio. ab hæredi. & contra hæred. & in d. l. si pater. in 4. quæstio. C. de instit. & substi.* Et sic ista est vera & approbata conclusio, quod etiam ex tacita voluntate testatoris, & ex coniecturata mente defuncti fideicommissum conditionale transmittatur ad hæredes substituti mortui pendēte conditione, & ita etiam late firmat dominus Bartholomęus Socinus Senensis *in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in 4. & 5. colum. ff. ad Trebel.* Sed in casu præsenti adsunt vehementes cōiecturæ, quod voluntas defuncti fuerit, quod istud ius fideicommissi conditionalis transmittatur ad eius nepotes masculos, exclusis nepotibus fœminis, *argu. d. l. Lucius. ff. de hæredi. instituen.* Nam testator in testamento suo fecit tres gradus substitutionum, & primum gradū, quem fecit inter filios proprios, fecit fauore masculinitatis, vt bona remanerent in agnatione. Istud patet ex multis. Primo, quia testator disposuit, quod si aliquis filiorum suorum decederet sine filiis masculis ab eo legitime descendentibus, licet extarent filiæ fœminæ, tamen vocauit ad substitutionem alios filios suos superstites. Sed istud non potest dici fuisse dispositū, à testatore alia ratione, nisi fauore agnationis, & lineæ masculinæ, vt eius bona conseruētur in agnatione & familia sua, & sic vt agnationis suæ salua esset dignitas: *vt inquit text. in l. 1. §. sed & si seruus. ff. de ventre inspi. & l. super statu. C. de quæstio.* Nā per † 6 diuitias familiarū conseruatur honestas, quæ per inopiam perit. *§. sancimus. in auth. de testibus. & l. 1. ff. de custo. reorum.* & ad publicam vtilitatem pertinet, ℭ masculinam prolē comitentur paternæ & auitæ diuitiæ, cum per nepotes & eorum proles sit futura æterna memoria. *l. liberorum. ad fin. ff. de verb. signif. Prædicta ponit & latius Ioan. Andreæ in additionibus Spec. in tit. de succes. ab intesta. super rubr. in 1. col. ad fin.*

Secundo istud patet, quia testator in secūdo gradu substitutionis disposuit, ℭ casu quo prędicti tres

eius

eius filij decederent omnes sine filiis & filiabus legitimis; quia in illo secundo casu, in quo substituit filios sororis suæ bona erant transitura in extraneam familiam, tunc bene dixit, si tres eius filij decederēt sine filiis & filiabus legitimis, quia tunc non cadebat consideratio agnationis testatoris: sed in primo gradu substitutionis, in quo substituit filios pprios adinuicem, tunc non dixit, si aliquis eorum decederet sine filiis & filiabus legitimis, sed dixit, si decederet sine filiis masculis, quia in illo primo gradu prædilexit filios & nepotes masculos filiabus & neptibus fauore agnationis, & lineæ masculinæ, vt eius bona peruenirēt ad ablaticos, & descendentes masculos, exclusis neptibus.

Tertio, quia testator voluit, quod filij sui masculi primi gradus excludāt filias proprias ipsius testatoris iam natas, quas in solis dotibus eisdem relictis tacitauit, & quas filias vidit & cognouit solum illa ratione, & fauore masculinitatis, vt bona conseruarēt in eius agnatione: Ergo eadem ratione præsumitur voluisse, quod nepotes masculi excludant neptes posthumas, quas nunquam testator vidit, nec cognouit, & sic quas præsumitur minus dilexisse. Vn-
7 de dixit Bar. *in l. Lucius. ff. de hæredi. instit.* quod † testator præsumitur habere maiorem affectionem ad illas personas, quæ erant in rerum natura tempore vitæ testatoris, quam ad postea nascituras, & sic ad posthumas, quas testator nunquam vidit, nec cognouit. *facit text. in l. filiabus. in principio, & ibi gloss. & docto. ff. de legatis primo.* Vnde neque naturalis ratio admittit, bene ciuilis constitutio comprobat, sed detestatur, vt cēseatur testator plus dilexisse neptes, quam filias proprias: *vt est text. in l. si vna matre. §. nepotibus. Cod. de bonis mater. facit text. notabilis in l. Publius. §. final. ff. de conditio. & demonstratio.* quinimo in casu præsenti apparet, quod testator plus dilexerit filias suas proprias, quam neptes, cum filias in rebus certis instituerit particulariter, neptibus vero nihil reliquit: Si ergo testator fauore agnationis & masculinitatis voluit, quod filij masculi primi gradus excluderent filias proprias ipsius testatoris: ergo etiam voluit, quod nepotes masculi excluderent nepotes posthumas, cum, vt dixi, in primo gradu substitutionis solum dixerit, si aliqui filiorum decesserint sine filiis masculis, & non dixit, sine filiis fœminis, prout dixit in secundo gradu substitutionis, vbi non cadebat respectus agnationis, & masculinitatis. Et ista est vehemens coniectura, quod præsumpta mens defuncti fuerit, quod istud fideicommissum cōditionale transmitteretur ad filios masculos, vt bona testatoris conseruarentur in eius agnatione & familia, & istud videtur mihi solidum & verum fundamentum. Et ita in specie & in terminis, quod quando testator substituit vnicuique filiorum decedenti sine filiis masculis, quia per hoc videtur voluisse conseruare bona in eius familia, colligitur vehemens coniectura testatoris, quod voluerit etiam nepotes filij præmortui substituti admitti iure transmissionis, tenuit recolendæ memoriæ dominus Franciscus de Curte *in consil. 75. incipiente, dominus Ludouicus Rathar. in tertia col. in primo dubio & etiam in secundo.* Et istud quod tenet prefatus dominus Franciscus de Curte fortius militat in casu nostro præsenti, in quo etiam militant alia duo, de quibus supra proxime dixi.

Accedit etiam alia quarta coniectura: quia testator instituit tres filios suos hęredes vniuersales, & altero sine liberis masculis decedente substituit alios filios suos, quibus omnibus non existentibus substituit extraneos, & sic filios sororis suæ: tunc si filij inuicē substituti præmoriantur, relictis liberis, superstite grauato transmittunt spem fideicommissi conditionalis ad liberos suos, tum quia appellatione *filiorum* largo modo veniunt nepotes: *vt traditur in l. liberorum. ff. de verborū signific.* tum quia † ibi filij non 8
solum sunt substituti, sed etiam positi sub conditione ad exclusionem extraneorum, igitur veniunt nepotes masculi nati ex filiis præmortuis; quia testator non solum filios, sed etiam eorum liberos videtur voluisse præferre illis extraneis substitutis, prout hæc omnia probantur *in dicta l. Lucius. ff. de hæredi. instit. ita formaliter & in specie tenet ad literam Dominus Bartholomæus Socinus in dicta l. hæredes mei. §. cū ita. in quarta colum. in fine.*

Confirmantur prædicta ex eo, quod in terminis nostris voluit notabiliter Bald. *in dicta l. vn ca. in vltima columna, & ibidem sequuntur moderni. C. his qui ante aper. tab* Vbi tenet, quod † fideicommissum condi- 9
tionale non transmittitur etiam ad suos: secundum gloss. ibi, nisi aliquibus indiciis seu coniecturis apparet, quod testator idem sensisset de nepotibus, *argum. l. Lucius. ff. de hæredi. instit.* quia si testator cogitasset, idem statuisset de nepotibus, *argum. illius text. in ratione sui, & l. tale pactum. §. final. ff. de pact.* & hoc quādo aliquid nō est omnino omissum, sed sequitur ad aliquid expressum, & tunc reputatur cautum: vt *in d. l. Lucius. & l. iam hoc iure. ff. de vulga. substi.* Secus quādo aliquid esset omnino omissum, tunc bene habetur pro omisso: *vt l. commodissime. ff. de liber. & posthu. ita ibi formaliter tenet Bald. cū quo, vt dixi, etiam moder. transeunt.* Modo in casu nostro ex indiciis & coniecturis supra proxime adductis apparet, quod testator idem sensit de nepotibus, ex quo dixit, si decesserint sine filijs masculis, & non dixit, fœminis. Item quia exclusit filias suas proprias, vt bona sua conseruarentur in agnatione & familia sua, ergo fortius voluit excludere neptes posthumas, quas nunquam vidit, neque cognouit, vt superius deduxi. & si testator cogitasset de hoc casu, idem statuisset de nepotibus, vt infra statim in specie subiiciam. & ista sequūtur ad aliquid expressum imo ad plura expressa, quæ superius retuli.

Secundo principaliter moueor naturali & reali ratione. Nam testator voluit bona sua conseruare in agnatione & in familia sua, vt superius per tria capita ostendi. Vnde si fuisset interrogatus de isto casu, quid si filij sui habentes filios masculos decederent ante alium fratrem non habentē masculos, an vellet, quod nepotes sui masculi admittantur exclusis neptibus fœminis, certe nemo sani capitis inficiaretur, quod testator respondisset quod sic: Ergo † prouisio tō
testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium casum, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus: *vt est text. in l. Titius. §. Lucius. & ibi Bar. & alij notant. ff. de lib. & posthum. & text. in l. fin. secundum intellectū Bartol. & magis communem. C. de posthu. hæredi. instit. & rex. in l. final. C. de insti. & substi. Ad idē facit text. in l. tale pa-*

le pactum. §. final. & ibi est gloss. ordinaria & approbata. ff. de pac. & gl. in clemen. 1. & ita dominus Antonius de Butrio & Imol. de rescript. & ita etiam tenet notabil ter Bal. in l. 1. C. quæres pigno. obliga. posse facit text. in l. Barbarius. in versic. sed & si sic esset. & quod ibi notat Bald. in l. 10. ff. de offic. præto. Confirmatur optime per illud quod egregie tenet Ang. *in l. Gallus § & quid si tãtum. in 2. colum. ad fi. ff. de liber. & posthu.* vbi tenet, ꝙ sicut dispositio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter idem prouidisset, si de eo cogitasset, vt statim dixi, eodẽ modo dispositio testatoris expresse concepta in vna persona extenditur etiam ad aliam personam omissam, si ex euidentibus coniecturis apparere potest, quod testator idẽ prouidisset, si de ea cogitasset, allegat ad hoc tex. *in d. l. Titius. § Lucius. & in d. l. final C. de posthu. hære. institut.* Et ita videtur contingere in casu præsenti & ista doctrina Ang. bene quadrat in proposito nostro. Item prædicta bene confirmantur, quia verba testamenti debent interpretari secundum quod ratio naturalis, & necessitudo sanguinis dictat. ita egregie notat Bald. *in l. Lucius. vltim. per illum text. ff. de hæred. institut.* Item rationabile est quod verba testatoris restringantur ad eius cogitatum: *secundum quod signanter dicit Bal. in l. precibus. in 13. col. C. de impube. & aliis substitut.*

Tertio principaliter moueor, quia in casu præsenti sumus in fideicommissaria substitutione † in qua magis attendi debet voluntas testatoris, quæ est regina, & verbis dominatur, quam attẽdi debeat propria significatio verborum. *l. in conditionibus primum locum obtinet. in princip. & l. Publius. §. final. ff. de conditio. & demonstratio. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & l. tertia, §. conditio. ff. de adimen. lega. & l. cum quæstio. in fine. C. de lega. & l. cum virum. C. de fideicommis. & l. cum proponebatur. ff. de legatis secundo, & l. fideicommissa. § item si quis. ff. de legatis tertio. & l. tertia. C. de libe. præteri.* Et dicit egregius tex. *in l. quisquis mihi. ff. de verbo. significatio.* quod cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus vero mentem testantis, procul dubio Labeonis sentẽtia non est vera. ita ibi text. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire. *c. humanæ aures. 32. quæst. 5. & ca. intelligentia. & c. in hu. de verbo. significat.* ita enim præponendæ sunt sententiæ verbis, sicut anima corpori: *dicit text. notabilis in capit. sedulo. 38. distinctio.* Vnde lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem. *ita dicit egregie Bald. in l. final. C. de necess. ser. hæred. instituend.* Alibi dicit Bald. *in l. quoniam indignum. Cod. de testament.* quod non est curandum de qualitate verborum dummodo constet de mente testatoris loquentis. alibi tenet Bald. *in l. final. Cod. de impube. & aliis substitut.* quod ex coniecturata mẽte testatoris recedimus à vi & natura cõiunctionis verbalis. Item in substitutione fideicommissaria de facili admittitur coniectura & voluntas præsumpta testatoris. *l. cum proponebatur. ff. de legatis secundo & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & l. Lucius. & ibi notatur. ff. de hæredi. instituen. & l. filius famil. §. cum quis. ff. de legatis secundo, secundum Oldrad. Laud. in consil. 249. incipiente, thema seu tenor facti.* Quinimo multum signanter & magistraliter tenuit dom. Alexander *in consilio 88. quarti voluminis, incipiente, visa parte testamenti. in secunda columna, in principio.* quod † materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti, quæ quibuscunque verbis, coniecturis, seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quædam verba specialiter deputata quibus fideicommissa conficiebantur, *vt §. penultimo. instituta. de sing. re. per fideicommis. relic.* tamen postea fuit statutum per quæcunque verba, & quomodocunque constaret de voluntate defuncti, fideicommissum induci. *l. 2. C. communia de lega. l. vnum ex familiis. §. fi. & l. cum proponebatur. vbi optimus text. ff. de legat. 2. & l. fideicommissa. §. hæc verba. & l. nutu. ff. de leg. 3. & l. mulier. in princip. ff. ad Trebel. ita ibi formaliter tenet dominus Alexander.* Modo in proposito nostro, mens & voluntas testatoris colligitur, quod testator fecit istam substitutionem fideicommissariam fauore agnationis, & lineæ masculinæ, vt bona in agnatione & familia sua conseruarentur, ergo ex ista præsumpta & coniecturata mente testatoris, quæ in fideicommissis potissime venit attendenda, debemus dicere, quod filij masculorum prædictorum Philippi & Antonij, qui prius decesserunt, habeant excludere iure fideicommissi. & iure transmissionis filias fœminas Ioan. Iacobi vltimo loco vita functi, cum filij masculi habeant sustinere pondus & onus familiæ, sed filiæ fœminæ sunt dotandæ, prout docet experientia rerum magistra, *vt c. cum sit. in princ. de elect.*

Quarto principaliter & vltimo pro eadem parte facit, quia ista † substitutio fideicommissaria, quam testator adinuicem fecit inter istos tres filios suos hæredes institutos, à principio ante aditam hæreditatem fuit vnita cum iure accrescendi; quia si vnus filiorum expresse repudiasset hæreditatem paternã, vel aliter fuisset exclusus, eius portio aliis fratribus accreuisset: Ergo talis substitutio à principio vnita cum iure accrescendi assumpsit eius naturam, vt transmittatur sicut transmittitur ius accrescendi, licet adita fuerit hæreditas: *vt est textus reputatus singularis in l. qui patri. ff. de acquir. hæredi. & est bonus textus in l. qui ex duabus. in princip. cum gloss. & ibi Bart. eo. tit.* Ergo in casu nostro substitutio fideicõmissaria conditionalis, quæ alias non transmittitur, tamen nunc transmittitur propter ius accrescendi, quod ei à principio fuit vnitum. Vnde dicit in specie ad terminos nostros dominus Bartholomæus Socinus *in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in 5. colum.* quod si filij testatoris essent adinuicem substituti, si aliqui eorum decederent sine liberis, & si omnes decedesent sine liberis esset substitutus extraneus, tunc forte primus decedens cum liberis transmitteret spem fideicommissi conditionalis in filios duplici de causa. Prima, quia ponendo liberos in conditione videtur illos prædilexisse, *argum. d. l. Lucius. ff. de hæred. instituend.* Secunda, quia substitutio fideicommissaria à principio ante aditam hæreditatem vnita cum iure accrescendi assumpsit eius naturam, quod transmittatur sicut ius accrescendi, vt prædixi. Nec huic fundamento obstat, si † in contrarium adduceretur illud, quod tenet Bald. *in l. quidam eulogio. in vltima col. circa med. C. de iure deliberan.* Vbi dicit aduertendum esse, quod si testator dixit, *superuiuente substituto*, tunc non habet locũ dicta l. qui patri. quia ista verba habent tacitam conditionem, *si superuixerit.* Item non demon-

demonstrãt, nisi superuiuentem, vnde iste, qui non superuiuit, non est substitutus, & sic non transmittit. & ad hoc dicit facere *l. si pater filium ff. de vulgari & pupillar.* Sed in casu nostro testator substituit superstites, seu superstitem, quod est idem dicere, quod superuiuentem: ergo non potest fieri fundamentũ in dicta l. qui patri. quia vltra responsionem quam dedit præstantissimus primus dominus consultor, ego vltra eum respondeo altero de duobus modis. Primo, quod Bald. loquitur cum mysterio, quando substitutio fuit facta per ablatiuos absolutos, quia testator dixit, *superuiuente substituto*, nam illi ablatiui absoluti habent tacitam conditionem, si substitutus superuixerit. *l. à testatore. cum vulgaribus. ff. de condi. & demon. & l. facta. §. rescripto. ff. ad Trebell.* Sed in casu nostro talia verba sunt pure posita, quia testator substituit superstites, vel superstitem, & sic superuiuentem: vnde testator hic expressit illud, quod tacite omnimodo inerat, ergo expressio eorum quæ tacite insunt, in casu nostro nihil operatur: *vt l. tertia, ff. de legatis primo, & l. non recte. cum vulgaribus. C. de fideiussor.*

Secundo respõdeo, quod Bal. ibi loquitur in substitutione directa, prout etiam loquitur tex. quẽ limitat *in d. l. qui patri. ff. de acqu. hæred.* nos autem loquimur in substitutione fideicõmissaria, quæ potest fieri tacite, & per coniecturas, & ex præsumpta mente testatoris, prout dixi in fundamento præcedenti, & declarat etiam in alio proposito Pau. de Cast. *in l. pen. C. de impub. & alijs substi.* faciendo istam differentiam in simili inter substitutionem directam & fideicommissariam.

CONSILIVM CLV.

SVMMARIA.

1 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam inter liberos, vel ad pias causas nihil valet.*
2 *Verba enunciatiua principaliter emissa fauore piæ causæ dispositionem inducunt.*
3 *Verba enunciatiua propter aliud emissa fauore piæ causæ disponunt nu. 10.*
4 *Argumentum de libertate ad piam causam validum.*
5 *Scriptura notarij facta de mandato testatoris, licet nõ publicata probat vltimam voluntatem fauore liberorum & piæ causæ.*
6 *Old. cons. 119. defenditur ab impugnatione.*
7 *Declaratio c. cum esses. & c. relatum. de testam.*
8 *Opinio communis illa dicitur, quæ plurium doctorum testimonio comprobatur.*
9 *Doct. antiqui in magna veneratione fuerunt.*
11 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*
12 *Notarius non potest esse rogatus de commissione sibi facta.*
13 *Opinio solius doct. excelsi pro testamento sequenda contra communem.*
14 *Ecclesia & pia causa in dubio vtitur iure communi.*
15 *Iudicare per imperitiam præsumitur qui inhæret singulari opinioni.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. In causa & lite vertente inter hospitale magnum Laudæ ex parte vna & dominum Guidonem de Triuilio ex parte altera super hæreditate quõdam domini Stephani de Triuilio fratris domini Guidonis, multa in iure motiuando & allegando per vtriusque partis aduocatos hinc inde subtiliter & copiose deducta fuerunt. Ergo strictius procedam, insistendo in his, quæ substantialia videntur, prætermissis leuibus & non necessarijs. Illud planum esse videtur † quod testamentum imperfectum ratione voluntatis etiam factum à patre inter liberos non valet, neque tenet, vt quia morte præuentus non potuit voluntatem perficere: *vt est gloss. approbata in l. si is qui. vbi Bartol. & alij. ff. de testam. & gloss. in l. final. in gloss. parua. in verbo, impletum. & ibi Bartol. & Bald. C. famil. erciscun. Bartol. Albe. de Rosa. Angel. & alij in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Angel. de Aretio in §. ex eo autem. institutio. quibus mod. testa. infir. & notabiliter dominus Abb. in cons. 212. incipiente, casus in facto sic proponitur.* Sic etiã testamentum militis non valet, si est imperfectũ ratione voluntatis. *l. Lucius. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. de mili. testa.* Ita etiam in dispositione ad pias causas, si testamentum sit imperfectum ratione volũtatis nihil valet: *secundum Bal. in l. ex ea scriptura. per illum tex. ff de testa. & in repetitione l. 1. C. de sacrosanct. ecc'e. in vltim. charta in 21. col. in vers. super sexta quæstione.* Vnde in casu nostro videndum est, an voluntas dicti quondam domini Stephani dicatur imperfecta ratione volũtatis, vel ne. Difficultas huius passus substantialiter procedendo reducitur ad duo principalia, scilicet ad dicta duorum fratrum sancti Francisci, Item ad schedulam factam manu domini Ioannis Calchi notarij Laudensis.

Assumo primũ, & quidem videtur, quod vltima voluntas domini Stephani perfecta fuisse & dispositiua probetur per duos fratres Sancti Francisci, qui se dant pro contestibus. Nam frater Gabriel deponit, quod dominus Stephanus ad eius interrogationẽ respondit, quod instituebat hospitale Laudæ hæredem vniuersalem, & sic deponit de verbis dispositiuis testatoris. Item frater Marcus Antonius deponit, quod ad interrogationem fratris Gabrielis testator dixit, *ordinaui, quod hospitale magnum sit hæres meus vniuersalis*, & sic deponit de verbis enunciatiuis de præterito † quæ sunt principaliter ad hoc 2
emissa, ideo fauore piæ cauæ dispositionem inducunt. *c. fin. de succes. ab intest. iuncta l. ex his verbis. C. de testa. mili. & l. ex hac scriptura. ff. de dona. & ita tenet Bar. in repititione l. 1. C. de sacros. eccle. in pen. col. in 2. q. vltimæ q. principalis Hostien. Io. And. & alij in d. c. fin. per illum tex. de succes. ab intest. dominus Cardin. Floren in cap. indicante per illum tex. in verb. nullis verbis. de testa. & ibidem Imola. in 4 col. Idem tenet dominus Abb. in consil. 11. incipiente, in causa quæ vertitur inter hospitale sanctæ Mariæ. in 3. colum.* Et † istud procedit etiam, quando verba enunciati- 3
ua essent propter aliud emissa, adhuc inducunt dispositionem validam fauore piæ causæ: *per d. cap. fin. secundum Areti. in l si is qui. in vlti. colum. ff. de testam. facit vltra eum tex. notabilis in l. 1. §. similique modo. C. de latina liber. tol. & in §. fi. institu. de adop.* In quibus iuribus habetur, quod verba enunciatiua propter aliud emissa fauore libertatis disponunt, ergo idem fauore piæ causæ, arguendo de libertate ad piã causam † quod 4
argumentum est validum: *vt notat Bartol. in l. proxime. §. 1. per illũ tex. ff. de his quæ in testa. delen. & in l. si vnus*

cum vulgaribus C. de testā. Et super isto dicto istorum duorum fratrum sancti Francisci aduocati hospitalis faciunt magnum & præcipuum fundamētum. Secundū principale est scriptura manu domini Ioannis Calchi notarij Laudensis facta de mandato & commissione domini Stephani, continens eius vltimam voluntatem. Nā† talis schedula, licet nō publicata probat vltimam voluntatem factam ad pias causas, quamuis testator miserit vocatum notariū, vt eam publicaret, & interim mortuus est: nam tale testamentum dicitur esse perfectum ratione volūtatis declaratæ per illam scripturam, licet dicatur imperfectum ratione omissæ solennitatis eius publicationis, prout probat, quando esset facta inter liberos: *secundū Bar. & alios in l. si is qui. in 2. col. ff. de testa. & in l. fideicōmissa. §. 1. ff. de lega. 3. Et ita in pia causa tenēt Imol. & Aret. in d. l si is qui. Io. de Ana in cons. 57. incipiente visis & consideratis. ad fi. Lud. Ro. in repetitione authenticæ similiter. C. ad l. Falcid. in 13. speciali piæ causæ inter vltimas voluntates. facit, quod fortius tenet Bart. in l. in testamento. per illum tex. ff. de fideicommiss. liber. do. Abb. in ca. 1. in tertio notabili, ad finem de succes. ab intest. Ista sunt duo potissima fundamenta, quæ in fauorem hospitalis prima fronte stringere videntur.*

Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod vltima voluntas domini Stephani ad pias causas perfecta non sit sufficiēter probata, sed q̄ in effectu dominus Guido, qui est proximior, ab intestato succedere debeat: quia ex dictis testium hinc inde productorum nō appareret de dispositione pura & perfecta domini Stephani, nec de voluntate eius dispositiua, nec de animo deliberato pure testandi, sed semper cum dilatione temporis in futurum vsque ad aduentum notarij, & nunquam dominus Stephanus fecit mētionem simpliciter de institutione hospitalis, sed semper cum dilatione in futurū, quod vocaretur dominus Ioan. Calchus notarius, qui eius testamentum coram testibus publicaret: & quoties dictus dominus Ioannes Calchus notarius venit ad dominum Stephanū vt publicaret testamentum, quod fuit quatuor aut quinq; vicibus, semper dominus Stephanus distulit in aliud tempus tale testamentum facere, vt apparet ex dictis omnium testium hinc inde productorum. Vnde talis asserta voluntas domini Stephani dicitur esse imperfecta ratione voluntatis non perfectæ, ergo nihil valet etiam ad pias causas: prout in terminis etiam fortioribus consuluit Oldrad. Lauden. in consil. 119. quod incipit, Titius condidit testamentum. vbi in specie decidit casum nostrum: non refero aliter eius verba, quia per alios fuerunt formaliter relata.

6 Sed per aduocatos partis aduersæ dicitur, quod † illa decisio Oldr. non est vera, & quod communiter tenetur contrarium. Ego autem dico, quod decisio Oldradi est vera, & communis, & communiter approbata, & quod ab ea in iudicando nullatenus est recedendum, vt in iuribus vulgaribus, & istud est, quod me mouet ad consulendum, quia consulendo soleo semper sequi cōmunes opiniones, quæ multo magis in iudicando sunt sequendæ. Idem enim quod Oldrad. Lauden. formaliter tenet Io. Andreæ *in additio Specu. in titul. de instrum. edi. §. compendiose super versic. quid si prius. in vltim. colum.* Vbi formaliter refert omnia verba Oldrad. Lauden. & eius rationes: quamuis eum non nominet. & idem sequitur & subdit vnum bonum verbum in practica, quod ita fuit iudicatum. Item illam decisionem Oldradi formaliter de verbo ad verbum refert & sequitur Alberic. de Rosa. *in lege hac consultissima. §. si quis autem. C. de testament. eam etiam tenet Petrus de Anchar. in cap. cum esses. de testament. prout etiam ibi refert Ioann. de Imol. in 8. quæstio. eam etiam sequitur Paul. de Castro in consilio 365. incipiente. visa dicta facti narratione. circa fin. vbi consuluit adhuc in fortioribus terminis.* Nam ibi in casu suo lecta fuit scriptura priuata, in qua continebatur ordinatio testamenti, & institutio hæredis ad pias causas. & testator dixit, *quod sibi placebat, & quod ita faciebat:* addidit tamen quod volebat adhiberi testes, & notarium, & quod volebat differre vsque in vesperas, & interim mortuus est testator. Consuluit Paul. de Castr. quod tale testamētum etiam ad pias causas non valeat, quia talis dispositio non fuit perfecta. Nam licet illa verba apta fuissent ad faciendum dispositionem perfectam, si testator voluisset, tamen ex sequentibus verbis apparet, quod testator noluit, quia distulit in futurum, & voluit testes & notarium adhiberi, vnde apparet, quod non habuit illam dispositionem pro perfecta, sed potius fuit quædam præparatio testamenti, quam testamentum allegat Ioann. And. *in loco præallegato.*

Idem tenet Io. de Ana *in cons. 57. incip. visis & consideratis his, quæ in facto proponuntur. circa medium. in vers. facit etiam. vbi tenet idem, quod Old. Laud. licet eum non alleget,* quod si testator coram duob testib. & vno clerico declarauit voluntatem suam, & dixit, quod volebat quod omnia ordinata per eum redigerentur in scriptis per vnum notarium in publica forma, & antequā notarius & testes accederent, interim fuit morte præuentus, quod tunc non videtur testamētum fecisse, & sic non habuisse illam vltimam volūtatem pro completa & perfecta, sed potius se præparasse ad testamentū, quam testamentū fecisse: & loquit̄ de vltima volūtate ad pias causas. sicut & Oldr. Laud. Et sic ista est cōmunis opinio, quod si testator fecerit vocari duos testes, & ibidē fecit scribi per aliū clericum, quod instituebat piam causam hæredē in bonis suis, sed dixit testibus, quod volebat dictā ordinationem facere scribi per notarium præsentibus testibus, & interim moriatur, quod per dictos testes istud deponentes non dicatur esse probatū testamētum, sed probata quędam prima dispositio ad testādum, seu quędam nuda verborum enunciatio in testamentum postea redigenda, vnde ante ista impleta non dicitur testamentum fecisse, sed cœpisse facere. *l. si is qui. & l. ex ea scriptura. ff. de testa. & l. fideicom. §. 1. & ibi gl. ff. de lega. 3.* Nec † obstant tex. *in cap. 1. cum esses. & in c. relatum. de testa.* qui volunt, quod testamentum ad pias causas cum duobus testibus valeat; quia procedunt, quando constabat saltem per duos testes testamētum factum esse, hic autem non constat factum fuisse, sed paratum fieri, ita concludunt Oldr. Laud. *in cons. præallegato, Ioan. Andr. Alber. de Rosa. Petr. de Ancha. Paul. de Castr. & Ioan. de Ana. in locis præallegatis:* Ergo ista est in hoc communis sententia, à qua non est in iudicando recedendum. Ab ista decisione Oldrad. & sequacium non inuenio 7

vnum

vnum solum expresse & directo discrepare. ſ. Io. de Imol. *in d.c.cum esses.in 8.q.de testam.* vbi formaliter refert prædictam decisionem Oldra. Laud. & tenet contrarium; quia ex quo ista voluntas fuit perfecta ratione voluntatis, licet restaret publicatio fienda per notarium, certe debet valere ista dispositio, ex quo erat ad pias causas: *per illud quod notat Bar. in l. fideicom. §.1.ff.de leg.3. & per ea quæ dixit ipse Imol. in l.si is qui.ff. de testa. & plus non dicit.* Sed certe istud assumptum Imol. non est verum, dum præsupponit, quod ista voluntas fuerit perfecta ratione voluntatis: quia imo non est perfecta dispositio, sed præparatio dispositionis futuræ: prout dicunt Old. & sequaces per iura per eos allegata. Est verum quod do. Alex. *in l.hac consultissima §.ex imperfecto.in 3.colum. C.de testa. refert illam decisionem Oldr. Lauden. & Ioann. Andr. & dicit sibi plus placere decisionem Imol. & quod ex notatis per Imol. & Bartol. in locis supra per eum allegatis* apparet, quod in quæstione proposita non fuit defectus voluntatis, sed solemnitatis. ita ibi leuiter pertransit domi. Alexand. & non expresse aliter reprobat Old. Laud. & Io. And. Item Bart. quem allegat non contradicit decisioni Oldr. vt statim infra proxime ostendam. Item Aret. *in l.si is qui.in pen. & vlt. col.ff.de testa.* bene tenet contra Io. And. in loco præallegato, sed non dicit, quod alia opinio contra Old. Laud. & Io. Andr. seruaretur in practica, & quod est opinio communior, & in hoc male allegatur in oppositum. Est bene verũ, quod Aret. dicit, quod opinio, quam firmat ibi Bar. *in l.fideicommissa §.quoties.ff. de leg.3.* seruaretur in practica, & quod illa opinio est communior, sed certe Bar. in dictis locis non contradicit decisioni Oldr. Laud. & Io. And. sed loquitur in terminis multũ diuersis & separatis, & in ista diuersitate æquiuocauit Aret. Nam Bar. *in d.l.si is qui. in secunda colum.* loquitur, quando testator scripsit in schedula totam voluntatem suam, sed eam non publicauit coram testibus & notario, & tenet, quod dicatur imperfectum ratione omissę solemnitatis publicandi, sed non ratione voluntatis. & idem Bart. *in l.fideicommissa.§. quoties.* loquitur, quando in libro notarij defuncti reperitur scriptum in schedula, quod testamentum fuit factum coram testibus: tenet, quod licet ex illo testamento non publicato nihil debeatur, tamen forte sufficeret inter liberos, secundum eum. Et sic Barto. loquitur solum, quando testamentum non fuit publicatum, & sic quãdo solum omissa fuit solennitas publicationis, sed non loquitur in terminis Oldra. Lauden. & Ioann. Andreæ, & aliorum, qui expresse loquũtur, quando testator dixit, quod volebat testamentũ suũ fieri & publicari per notarium authenticum coram testibus, & mortuus est interim, antequam notarius & testes ad eum accederent. & isto casu quando testator expressit se ita velle, ꝙ notarius & testes interueniant, & coram eis testamentum publicetur, tunc si non fiat, dicitur esse defectus voluntatis, nec aliter tunc testator dicitur disposuisse, sed se præparasse ad disponendum, nec fuisse testatum, sed se præparasse testari. & ista est mera concordia inter Barto. in dictis duobus locis præallegatis, & Oldr. & Io. Andr. quia loquuntur in terminis multũ diuersis. Et ita etiam in effectu diuersificat istas decisiones dominus Petrus Philippus Corneus *in authe.quod sine.C.de testa.* & ista *(vt puto,)* est ipsa veritas. Et sic ex prædictis apparet, quod decisionem Oldr. sequuntur sex solennes doctores, qui sunt summæ authoritatis, scilicet Old. Laud. Io. And. Albe. de Rosa. Petr. de Anchar. Pau. de Cast. & Io. de Ana. Sed contrariũ tenet clare solus Io. de Imol. & posito etiã quod D. Alex. & Aret. tenuerint contrarium, sunt solum tres doctores cõ- 8
trarium tenentes, sed † illa dicitur esse magis communis opinio, & in iudicando tenenda, quæ pluriũ doctorum testimonio comprobatur: *vt l.1. in versic. & sane crebrior. & ibi Bald. ad hoc notat.ff. de offic. quæsto. & c.nouimus. in ver. opinio à pluribus approbata. & ibi. D. Anto. de Butr. & D. Abb. ad hoc notant.de verb. sign. & in c. de induciis. ibi, in quo plurimi concordant.3. quæst.3. & in l. diui fratres. post medium. in ver. plurium etiam iuris authorum.ff de iurepa.gloss.de pœniten. distinct.1.in cap.fin.* Item Oldra. & sequaces non solum sunt plures doctores numero, sed etiam sunt præstantiores, & maioris authoritatis, quam isti tres nouissimi, scilicet Imol. D. Alexan. & Areti. ergo eis potius standum est in iudicando: *vt est text. 19. distinct. cap. in canonicis. in verb. plures, grauioresque.* Nam † antiqui doctores ma- 9
gna veneratione fuerunt præstantiores modernis pondere, numero, & mensura, vt non minus egregie quam vere dicit Bal. *in l.si in antepe.col. C. de edic. diui Adria. tollen.* Item prædicta decisio Oldr. Io. Andr. & sequacium multo fortius procedit in casu præsenti in quo licet testator pluries enunciauerit, quod volebat instituere hæredem hospitale magnum Laudæ, semper tamen dixit, quod volebat adesse notarium, & testes, & sic nunquam disposuit, nec habuit voluntatem perfectã super hoc, sed semper dilatam & suspensam in futurum. Imo plus, quoties D. Ioan. Calchus notarius Laudensis, quem testator fecerat vocari, venit ad præsentiam eius, semper dixit, quod volebat differre testari in aliud tempus, prout ex depositionibus testium hincinde productorum apparet.

Tenendo istam partem, non obstant duo præcipua fundamenta, quæ superius adducta fuerunt in fauorem hospitalis.

Primo, dictum duorum fratrum sancti Francisci, quorum vnus deponit de verbis dispositiuis testatoris, quod instituebat hospitale Laudæ. Alius deponit de verbis enunciatiuis de præterito, scilicet ordinauit, quod hospitale Laudæ sit hæres vniuersalis, & verba enunciatiua fauore piæ causæ dispositionem inducunt, cum sint principaliter ad hoc emissa, & etiam si essent emissa propter aliud. Nã re- 10
spondetur in forma, quod † verba enunciatiua fauore piæ causæ dispositionem inducunt, quando testator voluit, quod induceret, sed in casu nostro voluit oppositum, scilicet quod non disponerent. patet; quia quando dixit illa verba coram dictis fratribus, commisit fratri Gabrieli, quod iret ad D. Io. de Calcho, vt accederet ad ipsum testatorem pro publicando eius vltimam voluntatem coram testibus: ita expresse deponũt dicti duo fratres S. Francisci. Vnde † actus agentium non debẽt operari vltra eorum 11
intentionem. *l.non omnis.in prin.ff.si cert.pet. & l.obligationum substantia.§.fi.ff.de actio. & obliga.* Et sic verba enunciatiua simpliciter prolata inducunt dispositionem fauore piæ causæ, quando non sunt statim suspensa & dilata in aliud tempus, prout in casu no-

ſtro, vbi teſtator cõmiſit dictis fratribus ſancti Frãciſci, vel vni eorum, quod irent ad vocandum notarium. Nam talis ſuſpenſio facta ad notarium vocãdum ſuſpendit ſubſtantiam voluntatis teſtatoris in futurum: etiam quãdo præceſſiſſent verba alias apta ad inducendum diſpoſitionem, nedum enunciatiua: *prout expreſſe determinant Old. Laud. Io. And. & alij in locis ſupra allegatis.*

Vlterius, quod in caſu noſto teſtator non voluerit, quod illa verba per eum prolata inducerẽt diſpoſitionem patet, quia poſtquam dominus teſtator dixerat prædicta verba prædictis fratribus, poſtea pridie quam decederet poſt veſperas dixit, quod volebat cogitare à ſeipſo, quid & quomodo diſponere haberet de reb. ſuis, prout deponunt Ioan. Maria de Boldonis, & Io. Ant. de Gariboldis, & nonnulli alij: Ergo apparet clariſſime, quod teſtator per illa verba prolata coram dictis duobus fratribus noluit facere diſpoſitionem, nec illa verba habere vim vltimæ voluntatis.

Non obſtat ſecũdum principale, ſcilicet ſcriptura facta D. Io. Calchi notarij Laudenſis de mandato & commiſſione dom. Stephani continens eius vltimam voluntatem, quæ licet publicata non fuerit per notarium vocatum, tamen debet probare vltimam voluntatem, & perfectam fauore piæ cauſæ. Ad hoc dupliciter reſpondetur, & quidem clare & nitide.

Primo, quod iſtud procederet, quando cõſtaret, talem ſcripturam fuiſſe factam per notarium de mandato ipſius teſtatoris; quia paria ſunt, vel quod teſtator ipſe manu ſua propria talem ſchedulam ſcripſerit, pro vt loquitur Bar. *in d. l. is qui. in 2. colum.* vel quod notarius eam ſcripſerit de mandato ipſius teſtatoris: prout debet intelligi Bart. *in d. l. fideicommiſſa. §. quoties. prout ſonant iura Bar. ibi allegata, & prout eum expreſſe declarat D. Alex. in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. in 2. col. & ego etiam idem legendo tenui in authen. quod ſine. in verſ. ego limito hoc eſſe verum. C. de teſta.* Et talis commiſſio facta notario per teſtatorem debet probari ſaltem per duos teſtes, quod illa fuerit vltima voluntas teſtatoris: *prout tenet domi. Alex. in d. §. ex imperfecto. in 2. colum.* & illi duo teſtes debent eſſe omni exceptione maiores. *vt cap. cum eſſes. in verb. idonei. de teſta. iuncta gloſſ. notabili in §. item verborum. inſtit. de inuti. ſtip. & cap. relatum. in verb. legiti. de teſta. & l. Lucius in princ. in verb legitimis probationibus. ff. de mil. teſta. iuncta gloſſ. in cap. & ſi clerici. in prin. in verb. legitima. de iudi.* Sed in caſu noſtro non conſtat, quod do. Ioan. Calchus talem ſcripturam fecerit de commiſſione Do. Stephani, nec aliquis teſtis iſtud ſufficienter deponit. Vnde hoc non probatur per aſſertionem ſolius notarij: prout in terminis tenet Io. de Imol. *in conſilio 91. quod incipit, in cauſa quæ vertitur & verſa eſt inter conſortium.* Item † notarius non poteſt 12
eſſe rogatus de commiſſione ſibi facta; quia eſſet teſtis in facto proprio: *vt notat Io. And. in regu. cum quid de regul. iur. in 6. in mercurialibus. Bald. in l. vt iuſiurandi. in vlt. col. C. de teſta. & in l. iudices. in vlti. colum. C. de fid. inſtru. & in l. ſi conſul. in 2. colum. ff. de adop. & in l. ad egregias. in fi. ff. de iureiur. Io. de Ana in conſil. 48. incip. dubium, de quo quæritur, ad fi. vbi etiam ducit omnes doc. communiter ita tenere D. Alex. in conſ. 212. ſecundi vol. incip. viſo in 3. col. & in conſ. 104. quinti vol. incip. circa primum. in vlt. col.* Et ſic D. Io. non eſt in hoc idoneus teſtis nec omni exceptione maior, & eſt ſingularis. Nec vxor do. Stephani ſuper hoc aliquid ſufficienter deponit, vt ex eius dicti inſpectione euidenter apparet.

Secundo reſpondetur, quod etiã dato quod per duos teſtes omni exceptione maiores probaretur commiſſio facta per teſtatorem d. Io. Calchũ, quod illam ſcripturam faceret continentem eius vltimam voluntatem, adhuc in caſu noſtro non probaret vltimam voluntatem teſtatoris perfectam etiam ad pias cauſas, quia illud quod tenent Bar. & alij *in d. l. ſi is qui. & in d. l. fideicommiſſa. §. 1. & in alijs concordantijs ſupra allegatis*, procedit, quando teſtator propria manu talem ſchedulam ſcripſit, aut mandauit notario, quod eam ſcriberet, & aliud non fecit, tunc probaret inter liberos & ad pias cauſas: Sed in caſu noſtro, dato quod ſchedula fuiſſet ſcripta de mandato do. Stephani, & hoc clare conſtaret, tamen quando teſtator in præſentia duorum teſtium fecit per alium ſcribi ſuam voluntatẽ, & dixit, quod volebat, quod publicaretur per notarium in præſentia teſtium, & ſic expreſſe diſpoſuit, quod volebat adhiberi notarium, & teſtes, & fieri publicationem, prout contigit in caſu noſtro, tunc ſi interim moriatur teſtator illa non dicitur eſſe perfecta voluntas teſtatoris, nec eſſe teſtamentũ, ſed quædam ordinatio & præparatio ad teſtamentum poſtea in futurum faciendum: *prout expreſſe tenet Old. Laud. Io. And. & alij ſuperius allegati*, qui expreſſe decidunt caſum noſtrum, & quorum opinio eſt communis, & communiter approbata, vt ſuperius dixi, & ab ea non eſt in iudicando recedendum. Et iſta multo fortius procedũt in caſu præſenti, in quo non ſolum teſtator voluit, quod D. Io. Calchus notarius vocaretur, & publicaret coram teſtibus eius vltimã voluntatem, ſed etiam poſt quã D. Io. Calchus pluries venit ad eius præſentiam. vt tale teſtamentum ordinaret, & publicaret, quod fuit quatuor aut plurib. vicib. ſemper teſtator dixit, quod volebat differre in aliud tempus prout teſtes hincinde producti deponunt. Imo fortius, pridie quam decederet D. Stephanus poſt veſperas, & cũ in camera & præſentia do. Stephani adeſſet præfatus D. Io. Calchus, tractaretur de vltima voluntate D. Stephani condenda, ipſe do. Stephanus dixit erga do. Io. & aſtãtes, quod volebat cogitare à ſeipſo, quid & quomodo diſponere haberet de rebus ſuis, prout deponunt prædicti Ioannes Maria de Boldonis, & Ioannes Antonius de Gariboldis, & nonnulli alij, prout etiam ſupra retuli, quæ verba aperte oſtendunt imperfectionem voluntatis teſtatoris, prout in terminis tenet Ioann. de Imol. *in d. conſilio 91. quod incipit, in cauſa, quæ vertitur & verſa eſt inter conſortium.* Vbi tenet, quod quando teſtator dixit notario, quod volebat præmeditari, quid facere volebat vltra illa, quæ erãt ſcripta per notarium, dicitur eſſe ſcriptura imperfecta ratione voluntatis, & ſic non valet etiam in relictis ad pias cauſas, vt ibi notabiliter per eum.

Item inquantũ ſuperius tenui, quod opinio Old. Lauden. eſt communis, & quod ab ea in iudicando non eſt recedendum, non obſtat † ſi in contrarium 13
adduceretur, q opinio vnius ſolius excelſi doctoris quæ ſit pro teſtamento, ſeu vltima voluntate præualet, & ſequenda eſt contra communem opinionem

nem, præsertim fauore piæ causæ: *secundum D. Andr. Barba. in cons. 6. incip. scriptum est præclare primo regum. in 2. col. quem legendo retuli in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth.* Item semper debemus iuuare testamenta, in quantum est possibile, & maxime ad pias causas, in quibus non est de apicibus iuris disputandum: *secũdum Bal. in cons. 216. primæ partis, quod incipit, verba testamenti sic dicunt, ad fin.* Quia respondetur, quod in casu præsenti non adest testamentum, nec aliqua vltima voluntas domini Stephani, quæ sit dispositiua simpliciter, sed semper suspensa, & relata in futurũ, & sic est potius quædam præparatio ad testamẽtum in futurum faciendum coram notario & testibus, quam quod fuerit testamentum, vel vltima volun-
14 tas deliberata, vt superius late fuit dictum. Vnde † ecclesia & pia causa, cui sunt facta relicta, in dubio vtitur iure communi, quando non apparet, eam esse in specie priuilegiatam. *cap. 1. de alie. feu. per quem tex ita tenet Salyce. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. in vers. i. nunc trãseamus ad personas testantium. quem refert & sequitur dom. Alex. in cons. 182. quinti volu. quod incipit, super eo, de quo quæritur. circa princ.* Item ecclesia & pia causa cultrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum, quamuis priuatus sæpe obuiet iustitiæ, *ita notabiliter inquit tex. in d. cap. 1. in vers. sed diuersum. de aliena. feud.* Item ecclesia & pia causa nihil debet præter bonum appetere: *dicit tex. in c. 1. in princ. de statu. contra liber. eccle. in vsibus feu.* Item ecclesia & pia causa, quæ est cultrix iustitiæ, non vult iuri alterius præiudicare. *ita notat Bal. in l. si quis presbyter. in tertio notabili per illum tex. C. de epis. & cleri.* Et licet in dubio fauendum sit pauperibus, & piæ causæ. *cap. super prudentia. 14. q. 2. & ca. fi. de re iudi. & l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune.* non tamen propter hoc licitum est deuiare à tramite iuris. *c. ex tenore. de foro compe. & cap. nuper. de dona inter virum & vxo. 10. de Ana. in cons. 68. incipien. viso statuto.* Nec propter singularem opinionem alicuius doctoris est à communi opinione in iudicando recedendum: secundum Lud. Ro. *in cons. 129. quod incipit, amplissime doctor. in 5. col.* Item supina ignorantia est iudicare contra opinionem communiter approbatam: *secundum Angel. in l. fi. C. de pœna*
15 *iudi. qui male iudi.* Item † præsumitur per imperitiam iudicare ille, qui inhæret singulari opinioni, relicta communi sententia: *secundum D. Alex. in cons. 95. secundi volu. incip. visis processibus circa lites versas. in 2. col. circa fin.*

CONSILIVM CLVI.

ARGVMENTVM.

Plene, quando filij nati ex matrimonio incestuoso dicantur legitimi propter ignorantiã, vel errorẽ parentum, aut alterius eorum, & possint vtrinque succedere, & an tunc dicantur vere legitimi, etiam quo ad ordines sacros, & etiam quo ad feuda?

Item, an Comes Palatinus possit infantes legitimare.

SVMMARIA.

1 *Filij iudicantur legitimi propter bonam fidem parentum contrahentium publice.*
2 *Coniunctus præsumitur scire factum coniuncti quoad iura sanguinis.*
3 *Præsumptio in genere tollitur per præsumptionem in specie.*
4 *Prolis quoad legitimationem sufficit ignorantia alterius coniugum.*
5 *Ignorantia facti præsumitur in minore & in pupillo.*
6 *Error iuris non prodest mulieribus nisi in casibus à iure expressis.*
7 *Legitimatio facta viuente patre, quem effectum habeat.*
8 *Potestas legitimandi infantes videtur competere solum Cæsari.*
9 *Infans potest legitimari, & efficitur legitimus.*
10 *Legitimandi potestas est fauorabilis & amplianda.*
11 *Contractus etiam nullus iuramento validatur.*
12 *Laici statuendo non possunt iuramentum annullare.*
13 *Papæ confirmatio statutorum non extenditur ad statuta reprobantia iuramentum.*

QVANDO per eximium ac præstantissimum dominum consultorem præsens materia fuit plene & subtiliter discussa, ideo strictius & concluse procedam sequendo ordinem quæsitorum. Circa primum dubiũ in quo quæritur an Syluester de Torresanis censeri debeat legitime natus, ita vt vtrique parenti de iure succedere possit cum sit natus ex coniunctis in secundo gradu affinitatis, & sic videatur natus ex matrimonio incestuoso. Omissa disputatione ad partes, puto concludendum cum primo domino consultore, quod sit legitime natus; eo quia præsupponit in facto, quod matrimonium fuit contractum per eius parentes in faciem ecclesiæ, & sic palam, & publice, & secundum consuetudinem patriæ: *vt per Bar. in l. 2. C. de his qui ex publi. rati. mutuam pecu. acce. lib. 10.* Vnde ex tali facto publico oritur præsumptio, quod ambo parentes ignorauerint ius, & factum, & sic impedimentũ affinitatis: Vnde † propter bonam fidem parentum cõ- 1
trahentium publice in facie ecclesiæ filij iudicantur legitimi, licet postmodum matrimoniũ constet inter illos non potuisse consistere propter consanguinitatem vel affinitatem: *vt est tex. in c. 2. & ibi do. Abb. in 1. notabili ad hoc notat illum tex. qui filij sint legiti. & tex. in c. cum inhibitio. & ibi do. Abb. in secundo notabili, ad hoc notat, de clandest. despon. & tex. in d. c. 2.* præsupponit, quod ignorantia parentum præsumatur ex hoc solo, quod matrimoniũ in faciem ecclesiæ fit contractum, & per hoc tollitur obiectũ, q; parentes alias præsumerentur sciuisse factum ratione affinitatis: quia † coniunctus præsumitur scire factum coniun- 2
cti, quo ad iura sanguinis & naturæ: *vt l. octaui. in fi. ff. vnde cogna. & l. de tutela. C. de in integ. resti. mino. declarãt Bal. & alij in l. quoniam sororem. C. de iure delib.* Nam illa præsumptio tollitur per actum publice & palã factũ in faciem ecclesię, cum vna præsumptio tollat aliam *l. diuus. & ibi Bar. notat. ff. de in integ. resti. & l. mater. & ibi Ang. & Saly. C. de calum. & c. literas. & ibi do. Abb. in quarto notabili ad hoc notat, de præsump.*

Item præsumptio † in genere tollitur per præsum- 3
ptionem in specie. *l. cum de indebito. in princ. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. de proba.* & fortior præsumptio tollit minorem: *secundum gl. in c. transmissa. in gl. fi. qui fil. sint legiti.* sicut verisimilitudo maior tollit minorem: le-

cundũ Bal. *in l. siue possidetis. circa fi. C. de prob.* Et quando vterque parentum ignorauit impedimentũ matrimonij vere, vel præsumptiue, filij nati ex tali matrimonio putatiuo sunt legitime nati: *secundum gl. in l. qui contra. C. de incest. nup. & in l. mariti, §. pen. ff. de adul.* Item contrahentes matrimonium prohibitum palam & publice præsumuntur bona fide, & sic per errorem contrahere: *vt est tex. in l. fi. ff. de ritu nup. & in l. si adulteriũ cum incestu. in prin. ff. de adul. per quæ iura dicunt Bal. & Alberi. de Rosa. post Cy. ibi in l. nemo clericus. C. de sum. Tri. & dom. Abb. in l. homine. de celebra. miss.* quod quando quis contrahit matrimonium prohibitum palam, præsumitur per errorẽ contrahere. Imo fortius, tales filij susceptiex matrimonio putatiuo propter ignorantiã parentum sunt vere legitimi, & sic sunt legitimi etiam quo ad ordines sacros, & sic etiam quo ad spiritualia: quia non debent reputari filij legitimi pro parte, & pro parte illegitimi. ita signanter tenet do. Abb. *in c. ex tenore. circa fi. qui fil. sint legi.* Item tales filij sic susceptisunt legitimi à natura, & ideo succedunt etiam in feudis: *secundum Bal. in c. naturales. in vlt. col. si de feu. fue. cõtro. int. do. & agnat.* Vbi quærit, pone quod matrimoniũ non tenet propter impedimentũ iustitiæ & publicæ honestatis, tamen contrahentes credebãt tenere, errantes in facto, an filij succedant in feudo? & tenet, quod sic: quia sunt
4 legitimi natura, vt prædixi. Item † quoad legitimationem prolis sufficit ignorantia alterius coniugum de impedimento coniugij: *vt est tex. notabilis in d. cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. & ibi do. Abb. in secundo notabili ad hoc notat illum text. & dicit, quod ad hoc quotidie allegatur ille tex. & idẽ* D. *Abb. in c. 2. in primo notabili eod. tit. qui fil. sint legi.* & licet Bar. *in l. fi. in vlt. colum. ff. de condi. si. causa. sequutus gl. in d. l. qui contra. in verb. acerrimo. ad fin. C. de incest. nup.* tenuerit, quod filij dicãtur esse legitimi ex parte parentis ignorantis, sed non ex parte scientis, tamen illa opinio est falsa, saltem attẽto iure canonico, quod imo ignorantia vnius ex coniugib. sufficiat quoad legitimationem filiorum, etiam respectu parentis scientis, & sic quoad hoc, vt vtrique parenti dicatur esse legitimus, & vtrique possit succedere, per iura prælegata. & ita etiam tenet gl. notabilis & approbata *in cap. cum inhibitio. in verb. parentes. de clandesti. desponsa.* Vbi quærit, quid si vnus coniugum scit impedimentum matrimonij, & alter nescit? Refert quosdam tenere, quod quantũ ad scientem filij sunt illegitimi, sed quantum ad ignorantem legitimi, *argu. d. l. qui contra.* Contrariũ determinat illa gloss. quod imo sunt legitimi in totum: *per d. cap. ex tenore.* Et quia monstrum esset, quod aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus sicut quod aliquis esset partim seruus, & partim liber: *vt l. duobus. ff. de statu liber. Idem notabiliter tenet Specul. in tit. de succes. ab intesta. in vers. sed pone. T. contraxit matrimonium.* vbi tenet, quod si talis contraxit matrimonium cum aliqua muliere, ignorans eam cum alio prius contraxisse, quod filij succedent non solum patri impedimentum ignoranti, sed etiam matri scienti, & sic succedent vtrique parenti, cum in totum sint pro legitimis habendi: quia, vt dixi, non potest aliquis pro parte esse seruus & pro parte liber. *d. l. duobus. ad hoc etiam allegat d. cap. ex tenore. & idem quod Speculator formaliter tenet Albertus Galeoti in margarita sua, in tit. de filijs naturalibus, in vers. sed pone quæstionem de facto; quidam Parmensis & c. Idem tenet Bal. in d. l. qui contra. in 3. quæst. & ibidem Alberi. de Rosa. post Iaco. de Arena per vtrunque allegatum.* Nam quærunt, an filij nati ex matrimonio illicito sint legitimi & concludunt, quod si vterque parentum sciuit matrimonium illicitum, tunc spurij sunt, *vt in authen. ex complexu. C. de incest. nup. & d. ca. cum inhibitio. de clandest. despon.* Si autem vterque parentum ignorauit impedimentum, vel alter eorum tantum, tunc filij sunt legitimi: *per cap. 2. & cap. referente. & cap. ex tenore. qui filij sint legiti.* & quod satis sit, si vnus parentum ignoret, *ducunt facere d. l. duobus. ff. de lib. caus. quod Bal. ibi reputat nota dignum.* Accedit, quod tenet idem Bald. *in l. eam quam. in 6. col. in vers. ic. denuo quæro. C. de fideicom.* Vbi quærit, aliquis putans tenere matrimonium, quod de facto erat contractum, instituit hæredem genitũ ex tali matrimonio illicito tanquam filium suum legitimum, nunquid valeat talis institutio: & tenet quod sic, quando pater iusto errore ductus credidit matrimonium valere, quamuis esset de facto contractũ: *per gl. in d. l. qui contra. C. de incest. nup.* Et in casu nostro saltem mater præsumitur ignorasse impedimentum affinitatis, & sic tam factum, quã ius, cum tempore contracti matrimonij esset etiam minor.
5 Nam † in minore & in pupilla præsumitur ignorantia facti: *vt est tex. in l. 2. in princ. & ibi Bar. ad hoc multum notat. ff. ad Macedo.* Item in muliere præsumitur, quod ius ignorauit: *vt in authẽ. de incest. nup. in prin. in vers. mulier quoq; & ibi gl. in verb. sciens. Bart. in l. si adulteriũ cũ incestu. §. stuprum. in vlt. col. ff. de adul.* Nã in muliere facilius præsumitur ignorantia iuris, quam in masculo: *secundum Bar. in l. fin. C. de iuris & fac. igno.* Item ex eo, quod erat mulier, vel minor, alternatiue probatur iuris error: secundũ Bal. *in l. venditioni circa med. C. de vsuca. pro empto.* Ergo fortius in casu nostro, in quo copulatiue erat & mulier & minor, & sic error iuris in altero parentum, & consequenter in matre sufficit, vt filij sint legitimi, & vtrique parenti succedant vt in iuribus & authoritatibus supra adductis.

Nec obstat, si diceretur, quod † error iuris non 6
prodest mulieribus, nisi in casibus à iure expressis: *vt d. l. fina. C. de iuris & fac. igno. notat gl. 1. q. 4. in c. vltimo. in princip.* quia dicitur, quod casus iste est de illis: *vt in dicto authen. de incest. nup. in princip. in vers. mulier quoque. & d. l. si adulterium cum incestu. in princip. & ibi Bart. in vlti. colum.* Et tanto magis cum hic allegetur error iuris, nõ ad commodum ipsius mulieris principaliter, sed filiorum, quo casu magis est eis subueniendum, cum filij sint innocentes, & inculpábiles: *prout arguit text. in d. authentic. de incest. nupt. in principio.*

Per ista de plano concludo in primo dubio, q; Sylvester debet censeri legitime natus, & sic de iure sit habilis ad succedendum vtrique parenti, & hoc stante, superfluum videtur attingere sequentia dubia, ex abundanti tamen ea breuiter attingam.

Secundum dubium est, dato sine veri præiudicio, quod dictus Sylvester non fuisset legitime natus, an valeat legitimatio de eo facta per comitem Palatinum ex duplici authoritate, scilicet apostolica, & imperiali. Et considerato priuilegio imperiali, quod est valde amplum, cessare videretur omnis difficultas: sed quia in terris ecclesiæ legitimatio nõ videtur posse fieri authoritate Cæsarea, prout communi-

muniter concluditur per scribentes *in c.per venerabilem.qui fil.sint legi.cum multis concor.ad hoc dari consuetis.*
7 tamen cum ista †legitimatio fuerit facta viuente patre, & ad postulationē ipsius patris, videretur, quod potuerit fieri per Comitem Palatinum authoritate imperiali, etiam in terris ecclesiæ: prout tenet Baldus *in proœmio C.in pen.col. quem sequitur & late confirmat Paul. de Cast.in consil. 222.incip. visa quadam dispensatione papali.& in cons.230.incip.dubitatur primo, an Comes Palatinus.in 1.col. Raph.Comens.in cons.68.incip.reuerendus pater dominus Episcopus Vincentius. quamuis eum reprobet D.Abb.in cap.per venerabilem.in 3.colum.per illum text. & latius in 6. colum. ad fin. & seq.* Sed in casu nostro magis videretur opin.Bal.posse procedere, cum iste Comes Palatinus ex vtraq; potestate, sc. apostolica & imperiali legitimauerit, & sic cum imperiali potestate etiam cōcurrit apostolica: item patris voluntas & postulatio. Tamen quod etiam legitimatio ista valeat, ex priuilegio apostolico de per se potest bene defendi, non obstante, quod pater haberet ex alio matrimonio alium filium legitimum & naturalem, & hoc propter clausulam derogatoriam, non obstantibus constitutionibus apostolicis, ac legibus imperialibus, ac statutis municip. quibus caueri dicitur expresse, quod naturales & bastardi non possint nec debeant legitimari sine consensu & voluntate legitimorum & naturalium: quibus etiam si deberet fieri mentio specialis, pro expressis habitis motu & scientia, specialiter & expresse derogamus. Item propter illam clausulam plenam, liberam & omnimodam potestatem, autoritatem & facultatem concedimus, quæ verba ita ampla, & geminata videntur tollere, quæ in oppositum adduci possent, non obstante illa exceptione, absq; tamen præiudicio illorum, qui ab intestato decedentibus de iure admitterentur: quæ omnia plene & accurate prosequitur præstantissimus primus D. Consultor, præsertim quod illa exceptio procedit ab intestato, & non condito testamēto, vt est casus noster. Et illam exceptionem etiam optime declarat dominus Alexander *in consilio 87. quinti voluminis, incipiente, videretur prima consideratione dicendum.* vbi intelligit illam clausulam, dummodo in legitima de iure debita filiis legitimis & naturalib. nullum fiat præiudicium per succeſſionem, ad quam ex testamento vocarentur legitimati, & sic salua semper remanente legitima filiis legitimis & naturalibus: & sic prædictam exceptionem concedens non voluit præiudicari in iure succēdendi venientibus ab intestato, sed eis istum legitimum addidit, vt ibidem plenius per eum. Verum quia principalis difficultas in eo consistit, quod iste Syluester tempore legitimationis erat adhuc infans, & priuilegium apostolicum non expresse concedit potestatem, quod possit infans legitimari, prout concedit priuilegium imperiale, ideo videbatur ex hoc capite legitimationem non vale-
8 re: quia † potestas legitimādi infantes videtur competere solum Cæsari, aut Papæ, non autem Comiti Palatino, nisi haberet speciale mandatum legitimandi etiam infantem: prout tenet dominus Antonius Roselus *in tractatu legitimationis, in secundo libro, sub rubric. de causa materiali vel subiectiua. in secunda columna. in versicul. sed iuxta hoc quæro, infans. Item tenet dominus Martinus Laudensis in quæstione per eum disputata, quæ incipit, Augerius Seio. in 22. columna. Quero, an bastardus infans possit legitimari. D. Alexand.in d.c.per venerabilem.§.quod autem. in 16.chart.in versic.consequenter quæritur, an infans.* vbi dicit: aduerte tu, qui habes priuilegium legitimandi, vt facias specialiter exprimere de infantibus & furiosis, quia forte ad illos potestas tua non extenderetur. Idem tenet D.Bartholomæus Socinus *in consil. 295. quod incipit, in causa contra filios & hæredes Petri. in vltima columna. & ita etiam tenet Ang.in l.inuiti.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.* Nam ad hoc, vltra plene dicta per primum dom. Consultorem, dico, quod contrariam opinionem, quod imo etiam Comes Palatinus poterit etiam infantes legimare, *tenet Bald.in consil.234.secundi volum.quod incipit, super primo articulo, quo quæritur, vtrum infans.* Motus: quia legitimatio tendit ad vtilitatem infantis, & ideo intelligitur consentire, *argum. l. si infanti. in princ. cum similibus.C.de iure delibe. Idem etiam tenuit idem Bal. in consil.105. quintæ partis, quod incipit, primo est videndum de legitimatione dicti infantis. & in consil. 119 quintæ partis, quod incipit, quidam vxoratus nomine Christophorus. Idem tenet Paul.de Cast.in consil.229. incipiente, viso testamento Reliquiani.in 1. colum. circa medium. Idem tenet D. Andreas Barbat. licet prædicta non alleget, in consil. 34. secundi volum. incipiente, præclare optimus dixit Psalmistà. Raph.Fulg.in cons.16.incip.casus talis est. A. decesit condito testamento. in 2.col.*

Item infans † potest legitimari, & efficitur legiti- 9
mus, sed non redigitur in potestatem patris, si non consentiat postea effectus maior: *secundum Baldum in cons.146. primi volum. incipiente, titulus principis Achaiæ. ante fin.* Et talis ratificatio legitimationis facta etiam post mortem patris, valet & tenet: *secundum Angelum in quæstione per eum disputata, quæ incipit, nobilis quidam genere. in tertia colum.in fin. per text.in authent. si quis. C. de natu.lib. quod reputat Ang. esse singulare & peregrinum. & illud dictum Angel. reputat singulare, & sequitur Dom. Alex.in consil.139.primi volu.incipiente, eleganter fuit consultum.in vltim.colum.* Et sic infans legitimatus postea maior effectus poterit legitimationem ratificare, *arg.l.1.& l.fin.C.si maior fac.ra.habu.Lud.Rom.in cons.184. incip. in proposita consultatione primo videndum occurrit. in quarto dubio.circa finem illius quarti dubij.* & etiam pupillus existens poterit cum solennitatibus requisitis ratificare, *argum. eius quod ponit Bartol. in l. procurator.in princip.ff.de nouat. & in l.3.ff. rem ratam haber. secundum Socinum in d. l. Gallus. §. forsitan. in vlt. col. ff. de lib.& posthum.*

Et per hoc tollitur fundamentum tenentium contrariam partem, qui tenent, quod ideo infans non possit legitimari per Comitem Palatinum, si hoc non contineatur specialiter in priuilegio: eo quia legitimatus debet consentire legitimationi, quia inuitus non potest redigi in potestatem patris: *vt est text. in §. generaliter. in auth. quib. mod.nat.effic.sui.* Sed infans non potest consentire, quia istud procedit quantum ad hoc, vt immediate transeat in potestatem patris, sed non quantum ad hoc, vt per suam ratificationem non possit postea approbare talem legitimationem, quia potest, ex quo tunc cessat ratio prælegata, ad hoc bene ponderetur text. *in d.§. generaliter.* vbi dicitur, quod filius potest legitimationem de eo factam ratificare, ergo datur intelligi, quod consensus filii tempore legitimationis præ-

cise non requiritur, sed sufficit, quod postmodum ratificetur. Et ista conclusio, quod infans potuerit legitimari per Comitem Palatinum, etiam authoritate apostolica, fortius procedit in casu præsenti, propter multa verba appositа in priuilegio apostolico, scilicet plenam, liberam, & omnimodam potestatem concedimus. quæ verba de per se, & multo magis simul iuncta habent vim specialis mandati, & specialis confessionis legitimandi etiam infantes, sicut quando datur potestas legitimandi quoscunque spurios, tunc possunt etiam infantes legitimari: *vt tenet Socyn. in d. §. forsitan. in vltima columna. post D. Alexan. in consilio ibi per eum allegato.* præsertim cum
10 potestas † legitimandi sit fauorabilis, & amplianda, quamuis ipsa legitimatio sit odiosa. Nam potestas legitimandi concessa Palatino est beneficium principis, ideo ibi fit largissima interpretatio: *vt l. fin. ff. de constit. princ. secundum Bart. Imol. & dom. Alexand. & alios in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. dom. Abb. in cap. at si clerici. §. de adulter. in septima columna de iudiciis. Angel. notabiliter in cons. 17. quod incipit, Comes Brandisius. in 1. colum. dom. Alexand. in consil. penult. quinti volum. quod incipit, perspectis verbis dicti priuilegij. in penult. colum. Pet. de Anchar. in consil. 242. incipiente, ex tenore priuilegij. in principio. & in consil. 428. incipiente, circa primum quæsitum fuit satis expediens. in princ.*

Circa tertium quęsitum de validitate transactionis non videbatur expediens insistere, stantib. prædictis conclusionibus, quod Syluester sit legitime natus, prout fuit firmatum sup. in primo dubio, aut valide legitimatus, prout fuit conclusum supra in 2. dubio: ideo non videtur, quod tranactio possit ex aliquo impugnari ab hæredibus Vincentii, quia ex quo iuratum fuit solenniter in tali transactione, non potest impugnari ex eo, quod sit omissa solennitas à statuto requisita, eo quia non interuenit decretum magnificorum dominorum Ancianorum, & dominorum de collegiis, prout statutum Bono-
11 niense requirit: † quia contractus etiam nullus iuramento validatur: *authent. sacramenta puberum. C. si aduers. transact. & cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. quamuis. de pact. in 6.*

Nec obstat, quod statutum expresse reprobet iu-
12 ramentum, non seruata forma statuti, quia † tale statutum laicorum in hoc non valet ex defectu potestatis statuentium, qui non possunt iuramentũ annullare, nec virtutem iuramenti impugnare; quia dicũtur ponere falcem in messem alienam, cum iuramentum sit aliquid spirituale ad ecclesiam spectans. *c. nouit. de iudic. & cap. per venerabilem. qui filij sint legit. & 22. quæst. 2. in ca. omnes.* Item cum scriptum sit, reddite iuramentum vestrum Deo, *c. & si Christus. & c. debitores. de iureiurando.* & contra ius diuinum non posset fieri lex, statutum, vel alia dispositio valida, cum sit inferior. *l. nam & magistratus. ff. de arbit. & l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell.* Item in spiritualibus, prout est iuramentum, etiam Imperator, & alii temporales domini debent recurrere ad ecclesiã. *95. dist. in c. si Imperator. notatur. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in c. tuam. de ord. cognit.* & in terminis, quod non valeat statutum laicorum tollens iuramentum, firmat Bar. *in l. omnes populi. in 2. quæstion. 3. q. principalis. ad fin. ff. de iustit. & iure. Ang. in l. de quibus. in fi. ff. de legi. do. Ant. de But. & Imol. in d. c. cum contingat. & ibi late do. Abb. in 9. col. & tribus sequentib. & late D. Alex. in cons. 59. primi volum. incipiente, viso instrumento. & tit. quæstionis. & in consilio 38. tertij volum. incipiente, visa petitione Antonij de Roma. in penult. colum. & in consil. 39 quarti volum. quod incip. viso statuto & themate.*

Et in specie, quod istud statutum communis Bononiæ tanquam factum à laicis nõ potuit iuramentum infringere, tenet Aret. *in consil. 8. incip. abunde satis & sufficienter demonstratum est. in prin.* Motus per illud, quod signanter dicit Io. And. *in nouella. in ca. tua nobis. 1. de decimis.* & sequuntur ibi Doctores, vbi tenent, quod omnes leges, quæ statuunt iuramentum non esse seruandum, nihil valent, quia laicis nõ pertinet dispositio de spiritualibus, & sic de iuramento, vt in iuribus vulgaribus. Nec † generalis appro- 13
batio statutorum Bononiensium facta per sedem Apostolicam, refertur ad statuta reprobantia iuramentum: prout late firmat & concludit do. Alex. *in præallegato consilio 59. primæ partis.* Et in specie, quod istud statutum Bononiense annullans iuramentum non intelligatur confirmatum per generalem confirmationem statutorum Bononiæ factam à Papa, subtiliter disputat, & ita concludit Aretin. *in præallegato consilio 8.* Nec dictus Vincentius, aut eius hæredes possunt dicere, quod in d. transactione Vincentius fuerit deceptus: eo quia ei fuerit à consultoribus persuasum, quod dom. Angelica errauerit in iure & in facto credens matrimonium valere, & quod Syluester, qui erat infans, potuerit per Comitem Palatinum legitimari, vigore priuilegii apostolici, quia primum, quod mulier errauerit in facto & in iure, cum esset tunc & mulier & minor, est illud, quod lex præsumit, vt superius fuit plene ostensum in primo dubio: ergo cum Vincentius crediderit illud, quod à iure præsumitur, non potest dici deceptus, aut circumscriptus, *l fin. C. de in integ. restit. min.* Nec etiam potest dici deceptus per hoc, quod infans fuerit legitimatus, cum legitimatio talis infantis in casu prẹsenti de iure valuerit, vt firmatum fuit supra in secundo dubio.

CONSILIVM CLVII.

THEMA.

EActvm sic se habet, domina Lucia de Bertellis vidua propter multa seruitia & benemerita recepta à D. Thomasina de Gandino, & Antonio eius D. Thomasinę marito, donauit prædictę dominę Thomasinæ & eius filiis, & hæredibus, & successoribus quandam domum, & quędam prædia sita in villa Caualesii vallis Flemarum diœcesis Tridenti, prout apparet ex instrumento publico donationis superinde confecto. Deinde prædicta domina Lucia in eius testamento dictam donationẽ confirmauit, & vlterius legauit suprascriptæ Do. Thomasinæ, & eius filiis & hæredibus, ob multa seruitia ei impẽsa per ipsam D. Thomasinam

masinam & maritũ suum, omnia bona mobilia, viua & mortua, & per se mouẽtia, quę reperiuntur in domo ipsius testatricis, & omnia bona, quæ pertinent ad domum ipsius testatricis, & alia mobilia, vt supra nominata, tam in domo quam extra domum ipsius testatricis, & prout in instrumento authentico testamenti continetur. Et tempore factæ dictæ donationis iam natus erat Martinus filius infans dictæ dominæ Thomasinæ. Postea mortua domina Lucia, & Antonio, marito, prædicta domina Thomasina habens dictum Martinum filium vnicum, & infantem, conuolauit ad secundas nuptias, & secundum accepit maritum. Vnde nunc dubitatur, an dicta bona intelligantur donata simul matri & filio, an vero ordine successiuo, & an Do. Thomasina teneatur facere inuentarium de dictis bonis mobilibus.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta per extraneum matri & eius filiis, hæredibus & successoribus, an intelligatur simul & eodem tempore, an ordine successiuo propter dictionem, hæredibus. nu. 5.*
2 *Hæres viuentis esse non potest. n. 11.*
3 *Explicatio l. si quis Titio. cum l. seq. ff. de vsufru. accres.*
4 *Copula quando ponitur inter personas, æqualiter copulat.*
6 *Bar. in l. Gallus. §. 1. declaratur.*
7 *Fœmina nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam visum adȳcerent.*
8 *Inuentarium conficere tenetur, qui tenetur alteri restituere post mortem bona.*
9 *Sequestratio quantumuis prohibita sit, semper descriptio bonorum fieri debet.*
10 *Inuentarium pater legitimus administrator non tenetur conficere de bonis filij.*
12 *Hæredis appellatione venit vniuersalis hæres.*
13 *Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. in vlt. col. ff. de ope. lib. communiter damnatur.*
14 *Successores singulares veniunt sub illis verbis*, hæredibus & successoribus.
15 *Vocabula duo quando veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur.*

REDEMPTORIS crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. Circa propositæ consultationis articulum, quo quæritur, an † bona donata per D. Luciam intelligantur donata D. Thomasinæ, & eius filiis, & hęredibus ordine successiuo, vt primo mater, donec vixerit, admittatur in totum, & ea mortua, postea successiue filii admittantur? *iuxta l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. pen. ff. de leg. 2. & gl. magistra. in l. Gallus. §. 1. vbi Bar. & alij. ff. de li. & post hu.* an vero simul & semel admitti debeant dicta mater & Martinus filius in viriles, & sic pro æqualibus portionibus. Dubium facere videtur illa dictio, *hæredibus*, ex quo in donatione fuit dictum, *quod donabat dominæ Thomasinæ, & eius filiis, & hæredibus*, argo apparet, quod filii non debeant admitti, nisi demum post mortem matris: † quia viuentis non potest esse hæres, *l. qui superstitis. cum vulg. ff. de acquir. hæred. & l. i. ff. de hære. vel act. vendi. facit quod tenet Bart. in d. l. Gallus. §. 1. in versic. quæro, quid si testator dicat, substituo talem & eius filios & hæredes.* vbi tenet, ex eo quod dixit, hæredes, apparet, quod post mortem illius intellexit; & sic ordine successiuo. & sequuntur Cyn. Bald. & alii, & Salycet. *in l. finali. C. de impuber. & aliis substitut.* Sed hoc non obstante, contrariũ arbitror esse de iure verius, quod imo domina Thomasina mater, & Martinus eius vnicus filius debeant admitti simul & semel ad dicta bona donata in viriles, & sic pro æqualibus portionibus, & sic ambo simul de præsenti concurrant. Moueor primo per textum *in l. si quis Titio. & in l. sequenti. ff. de vsufruct. accresc.* vbi est textus, quod † si aliquis relinquat Titio & hæredibus ipsius Titii, quod dimidiam Titius, & aliam dimidiam eius hæredes habebunt, & hoc siue sit dictum Titio & hæredibus suis, vel mulieri, & liberis suis, siue sit dictum Titio cum hæredibus suis, vel mulieri cum liberis suis. Secundo moueor, quia de natura propria † copulæ, &, quando ponitur inter personas, est copulare æqualiter, & in viriles portiones: *vt l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. 1. C. si plu. vna sen. & l. 1. & 2. & ibi Bar. ff. de pecu. leg. & l. Lucius. 2. §. Lucius. ff. de lega. 2.*

Tertio, verbum *donauit*, respiciens plures & diuersas personas, debet eos æqualiter determinare, etiam vbi subest diuersa ratio determinandi, *vt est textus in l. iam hoc iure. in principio. ff. de vulgar. & pupilla. & in l. quamuis. & in l. hæreditatem. C. de impuber. & aliis substitut.*

Quarto multum me mouet; quia † quando mater & filius vocati per copulam, sunt personę extraneæ disponẽti & donanti, vt in casu nostro, tunc intelliguntur simul & eodem tempore vocati, nõ autem ordine successiuo. *ita expresse tenet Bart. in d. l. Gallus. §. 1.* vbi istud pluries repetit, ad hoc allegando tex. *in d. l. si quis Titio. ff. de vsufru. accres. ita etiam tenet gl. in d. l. Gallus. §. 1. quæ ita intelligit tex. in l. si. C. de impu. & al. substitu. & sequuntur alij omnes.* Secus quando copula caderet inter personas coniunctas testatori, inter quas caderet ordo charitatis, tunc illæ personæ intelligerentur vocatę ordine successiuo, secundum diuersitatem graduum, & secũdum quod ordo iuris & necessitatis inducit testatorem, aut disponẽtem ad ita relinquendum. *& ita procedit gl. magistra. in præallegata leg. Gallus. §. 1. & quæ ibi scribunt Bartolus & Doctores.* Sed in casu nostro domina Thomasina est persona penitus extranea dominæ Luciæ donanti, & similiter eius filii, ita quod non cadit ordo sanguinis, nec charitatis inter eos respectu dominæ Luciæ: ergo cum sint vocati per copulam, intelliguntur vocati simul & æqualiter, prout est propria natura copulæ, non autem per aliquem ordinem successiuum. Et ita in specie, quod quãdo aliquis donat patri, vel matri, & eius filio, non intelligatur prius patri, & deinde filio, imo intelligatur, quod vtriq; pro medietate acquiratur, tenet formaliter And. de Iser. *in cap. 1. § finali. in pen. col. de alie. feud. patern. per d. l. si quis Titio. cum similibus. ff. de vsufruct. accresc.* nisi secundum eum constaret, aut probaretur, donantem non voluisse

luisse acquiri filio in vita patris, sed demũ post mortem ipsius patris, vt ibi per eum.

Nec obstat dictio, *hæredibus*, quia aduertendum est, quod intentio dominæ Lucię donantis fuit non solum donare prædicta bona dominæ Thomasinæ, & eius filiis, sed etiam aliis hæredibus, & successoribus, quando filios non haberet, & sic non voluit, quod filii admittantur, ita demum si sint etiam hæredes, sed voluit donare dominę Thomasinę & eius filiis, si filios haberet, & si contingeret, quod filios non haberet, sed relinqueret alios hæredes, vel successores, adhuc voluit, quod illi extranei hæredes & successores dominæ Thomasinæ talia bona haberent, & ista est vera mens & verus sensus prædictorum verborum, & per hoc nõ est necesse in præsenti casu attingere illum passum, an ad hoc, vt filii admittantur ad dicta bona donata debeant etiam esse hæredes matris: *iuxta tradita per Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. alias legendo posui in l. 2. C. de iure emphyt.*

6 Item per hoc apparet nõ obstare illud, † quod tenet Bar. *in d. l. Gallus. §. 1.* vbi tenuit, q̃ quando testator dicit, substituo Titium, & eius filios, & hæredes, ex eo, q̃ dixit hæredes, apparet, quod intellexit post mortẽ Titii, & sic ordine successiuo: quia illud procedit in substitutione, in qua testator voluit substituere Titium, & eius filios & hæredes, scil. qui essent & si filii & hæredes Titii, quia noluit substituere extraneos hæredes Titii, sed solum hæredes proprios, qui essent filii & hæredes Titii: quod secus est in casu nostro, vt prædixi.

Item est aduertendum, quod cum do. Lucia fecerit prædictam donationem dominæ Thomasinæ, & eius filiis propter benemerita, & seruitia recepta ab ipsa domina Thomasina, & ab Antonio eiusdem D. Thomasinæ marito, intelligitur donasse filiis natis ex illo matrimonio, cum voluerit remunerare filios Antonii, prout dicitur in instrumento donationis: ergo non extenditur ad filios, qui nascentur in futurum ex alio matrimonio nunc contracto per ipsam do. Thomasinam post decessum Antonii primi mariti. Item per prædicta apparet, non esse necessarium examinare, an do. Thomasina, quæ nunc transiuit ad secundas nuptias, teneatur facere inuentarium, ex quo Martinus eius filius de præsenti debet habere dimidiam partem dictorũ bonorum donatorum. Sed posito, sine veri præiudicio, quod filius non deberet habere nisi post mortem matris, & sic quando erit eius hæres ab intestato, vel ex testamento saltem in legitima, prout etiã bene & prudenter tetigit clarissimus primus d. Consultor, certe domina Thomasina tenetur conficere inuentarium, quia transeundo ad secundas nuptias efficitur nimium suspecta erga Martinum eius filium vnicum: quia, vt dicit text. solennis *in l. lex quæ tutores. ante fi. C. de admi. tut.* 7 Fœminæ † nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam adiicerent: & ideo ad officium boni præsidis spectat consulere indemnitati filii infantis per confectionem inuentarii, propter nimiam suspicionem secundi matrimonii, & quia inuentarii paruum præiudicium affert matri, & magnam prouisionem affert filio infanti.

8 Item † quia ille, qui tenetur alteri restituere bona post eius mortem, tenetur conficere inuentarium: *prout notant Bald. & Imol. in l. cum tale. §. 1. per illum tex. ff. de condi. & demon. Bar. in l. Marcellus. in princ. in vlt. q. ff. ad Trebell. Bal. in l. filium quem habentem. ad fi. C. famil. hercis. Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. in 3. col. ff. si cui plusquam. per leg. Fal. do. Alex. in l. in ratione. 1. §. quod vulgo. in 12. col. ff. ad l. Fal.* Item videmus, quod etiam † vbi est prohibita 9 sequestratio bonorum, tamen semper debet fieri inuentarium & descriptio talium bonorum: *vt l. 1. §. pen. & ibi Bar. ff. de ven. in poss. mitt. & l. fin. in princip. & ibi Bart. ff. de requir. reis. Idem Bart. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appellat. & in l. post contractum. ad fin. ff. de donatio. & in l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & in l. vnica. vbi Bald. Sal. & alij. C. de probib. seq. pecu. Bald. in l. si fideiussor. §. finali. ff. qui satisdar. cog. Imol. Paul. de Cast. & alij in l. hæres cum debuerat. ff. ad Treb. D. Ant. de Bu. & Can. in c. 2. de seq. pos. & fru.* Item † licet speciale sit in patre administrante bona 10 aduentitia filii sui, quem habet in potestate, & in quo aduentitio peculio habet vsumfructum, & est legitimus administrator, vt non teneatur conficere inuentarium, nec reddere rationem administrationis filio regulariter, *vt l. si quis prioris. §. in illo. & ibi Bal. C. de secund. nup. & l. cum oportet. §. non autem. & l. fi. §. fin autem. ex alienum. C. de bo. quæ lib. in vers. paterna reuerentia eum excusante à ration. & caution.* tamen mater bene tenetur conficere inuentarium, & reddere rationem administrationis filiorum, *vt est gl. notab. in d. l. si quis priori. §. fin. in gloss. in d. §. fin autem ex alienum. in verb. reuerentia. Bal. in d. l. cum oportet. §. fina. & in l. filiæ cuius. in vlti. col. C. famil. hercis. Bene facit l. Nesennius. ff. de negot. gest. & l. hac edictali. §. is illud. C. de secun. nupt. dom. Alex. in cons. 110. tertij volu. 'quod incip. circa primum dubium, in quo quæritur, an magister Augustinus. in vlt. col.*

EST DE MATERIA PRÆCEDENTIS consilij.

ABSOLVI anno superiore consultationem in fauorem Martini infantis diœcesis Tridentinæ, quod ob bona donata propter benemerita matris & patris debeat simul & de præsenti admitti cum matre dotataria in partes viriles. Motus per quatuor fundamenta, quæ in ipso consilio continentur. Verum egregius do. Aduocatus partis contrariæ conatus est subtiliter & argute ad illa quatuor fundamenta respondere, & in effectu respectu respondet, quod fundamenta mea militarent, quando in donatione facta dominæ Thomasinæ, & eius filiis, & hæredibus, & successoribus, adesset solum dictio, *filiis*, puta, quia donasset matri & filiis, quæ erant personæ extraneæ donanti, tunc intelligerẽtur simul & eodem tempore vocati, & non ordine successiuo: *secundum Bart & alios in d. l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & posthu.* vel quando adesset solummodo dictio, *hæredibus*, puta, quia donasset matri & hæredibus, tunc etiam simul vocarentur: *per text. qui ita videtur loqui in l. si quis Titio. ff. de vsufru. accres.* Sed cum in casu nostro ambo istæ dictiones copulatiuæ interueniant: quia donans (vt dixi) donauit dominæ Thomasinæ, & filiis, & hæredibus, & successoribus, apparet de mente disponẽtis esse, quod filii tantum post mortem matris admittantur: quia ex eo, quod dixit, *filiis & hæredibus*, apparet, quod post mortem illius intellexit, † cum viuentis non sit hæreditas: 11 *secundum Bart. in d. l. Gallus. §. 1. in pen. col.*

Nec

Nec obstat solutio per me data, quod Bar. loquatur, quando testator substituerat Titium & eius filios, & hæredes, in qua substitutione testator voluit substituere Titium, & eius filios, & hæredes. Id est, eos, qui essent simul filii & hæredes Titii, & sic noluit substituere extraneos hæredes Titii. Respondet præfatus spectabilis dominus aduocatus, quod imo in substitutione facta per illa verba, *filiis & hæredibus*, non requiritur simul filium esse & hęredem: *secundum eundem Bartol. in §. etiam si parente. in vltima columna. in eadem l. Gallus.* Ista est summa votorum, & obiectionum, ac responsionum suarum, licet prolixioribus verbis explicatarum. Sed cum in casu præsenti agatur de interpretanda voluntate donantis, eiusdemque testatoris, & sic exercentis liberalitatem, dicit Baldus *in l. precibus. in 7. colum. C. de impube. & aliis substitu.* quod tunc propter nimiam subtilitatem sæpe erramus: quia donantis animum non videmus. Ego in consilio meo sequutus sum, quantum potui, mentem & sensum donantis circa verba superius relata, quod donans apponendo dicta verba, *& eius filiis & hæredib. & successoribus*, habuerit intentionem donandi prædicta bona non solum do. Thomasinæ, & eius filiis simul & coniunctiue, sed etiam aliis hæredibus & successoribus, si contingeret filios non habere, aut eos prædecedere, & relinquere alios hæredes, & successores: & sic quod illa verba, & hæredibus & successoribus, non stent restrictiue, sed ampliatiue. Et pro confirmatione eorum, quæ ibi dixi, etiam moueor: quia si illa verba intelligerentur restrictiue, prout intelligit spectabilis dominus aduocatus partis aduersæ, & sic quod filii do. Thomasinæ non possint admitti, nisi post mortem matris, & sic quando erũt hæredes matris, & non aliter, sequeretur magnum absurdum, quod esset in potestate matris priuare filios illa donatione facta per extraneam personã, propter benemerita etiam patris: quia mater posset in testamento instituere filium in legitima tantum, & alium quemlibet extraneum instituere hæredem vniuersalem, quo casu filius institutus in re certa, vel in legitima non admitteretur ad illa bona donata, cum non esset hæres vniuersalis, sed hæres singularis, aut tertia species: *vt declarant Bar. & Doct. in l. quoties. C. de hæred. insti. & in l. ex facto. magna. ff. de hære. insti.* quia † appellatione hæredis venit hæres vniuersalis, non autem singularis, aut in re certa: *vt l. quædam. §. nihil interest. & ibi Bal. & alij. ff. de eden. cum concor. quæ ibi tradi solent. & l. hæreditas. ff. de reg. iur.* 12

Nec obstant ea, quæ notat Bartolus *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. in vltima columna. ff. de oper. libert.* vbi in casu per eum formato videtur tenere, quod filius institutus in re certa non excludatur, quia † illa opinio Bartoli in hoc magis communiter damnatur: *vt expresse dicit dominus Alexander in consilio 124. quinti voluminis, quod incipit, consideratis his, quæ in themate narrantur. in secunda columna.* Item secundum dominum Alexand. Bartol. ibi loquitur, quando pater receperat fundum in emphyteusim pro se & filiis, & non adiecit dictionem, *hæredibus*: ergo ne sequatur dictum absurdum, verba dictæ donationis debent sano modo intelligi, prout in consilio meo tenui & declarauí. 13

Nec obstat decisio Bartoli *in dicta l. Gallus. §. quidam recte.* quia in meo consilio respondi, quod Bartolus loquitur in substitutione, in qua substituit Titium, & eius filios, & hæredes, id est, qui essent & filii & hæredes Titii, non autem essent hæredes extranei.

Nec obstat, quod dicit spectabilis dominus aduocatus partis contrarię, quod imo in prędicta substitutione non est necesse, quod sint filii & hæredes simul: *secundum Bar. in d. §. etiam si parente.* quia Bart. si bene videatur, dicit, quod istud procedit secundum rigorem verborũ, ex quo copula cadit inter duo adiectiua non respectu vnius substantiæ: *vt l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. 3.* sed non procederet, quando resultaret sensus incongruus, & contra mentem testatoris. ita ibi tenet Bartol. & ita esset in ipsa substitutione, prout in consilio meo declaraui: & sic ego nõ ponderaui rigorem verborum, vt dicit Bar. sed mentem & sensum testatoris donantis, prout etiam dicit Bar. Item secundum Bal. Ang. Imol. & etiam D. Alex. *in vlt. chart. in d. §. etiam si parente.* quando testator substituit Titium, & eius filios & hęredes, videntur vocati extranei hæredes, & etiam filii, qui non essent hæredes, *arg. l. ea tamen adiectio.* quia ista verba, *& hæredes*, sunt ampliatiua, non autẽ restrictiua. Ecce qualiter præfati Dd. teneant illud, quod ego in consilio meo firmaui, ꝙ filii non debeant esse hæredes matris, & sic non censeantur vocati post mortem patris, per hoc quod dixit, *& hæredibus*, sed ea viuente.

Præterea sequendo vestigia spectabilis do. aduocati, dico, quod ea, q̃ ipse præsupponit, non possunt procedere in casu præsenti, in quo nõ solum adsunt illæ duæ dictiones, *filiis & hæredibus*, sed etiam est tertia dictio copulata, & successoribus: sed impossibile est, quod illa verba stent restrictiue, quia filius post mortem matris non posset esse hæres & successor, siue † intelligamus, quod etiam comprehendantur singulares successores, ex quo simul dixit, & hęredibus & successoribus: *prout tenet Do. Alex. in consil. 192. secundi vol. quod incip. ex themate præmisso de pluribus dubitari contingit. in 1. col. per tex. in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infect.* Et quia alias illud verbum, *successorib.* esset superfluum: *contra l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. & c. si Papa de priuile. in 6.* siue velimus tenere, quod verbum, *hæredibus*, intelligatur de hæredibus vniuersalibus succedentibus de iure ciuili: *& successoribus*, intelligatur de successoribus vniuersalibus, qui succedunt de iure prætorio. *l. stipulatio ista. in prin. cum gl. in ver. cæterorum. ff. de verb. obli. prout tenet Io. de Imo. in l. quod dicitur in pen. col. ff. de verb. obli. & sequitur ibid. D. Alex. sibi contrarius in vltima charta. & idem D. Alexand. in d. l. quædam. §. nihil interest. in 1. notabili.* Nam ex quo ista duo vocabula sunt simul posita, non videtur, quod possint stare restrictiue, ergo necessario stant ampliatiue, prout tenui in meo consilio. Et dicere, quod primum verbum, *& hæredibus*, stet restrictiue, secundum autem verbum, *& successoribus*, stet ampliatiue, prout videtur respondere præfatus egregius dominus aduocatus, videtur absurdum, cum regulam habeamus, quod † quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur: *vt est text. solennis in l. fi. C. de sent. & interloc. om. iudic.* quem Bart. ibi dicit esse singularem, & se nescire alibi, vnde possem etiam dicere, vt dixi, sequendo vestigia domini aduocati, 14 15

quod

quod Bart. *in d.l. Gallus. §. 1.* loquitur, quando solum essent illa duo verba, scilicet, *filiis & hæredibus*, secus quãdo sunt omnia ista tria, vt in casu nostro, scilicet, *filiis, & hæredibus, & successoribus*, quia tunc non possunt stare copulatiue, quia filius non potest habere illas qualitates, quod sit hæres & successor: ergo oportet adhærere declarationi, quam dedi in consilio meo, quod illa verba de necessitate stent ampliatiue, & sic quod donans non solum voluerit donare illa bona dominæ Thomasinæ, & suis filiis simul & semel, & eodem tempore, & sic etiam in vita matris in viriles portiones, sed etiam si contingeret dominam Thomasinam filios non habere, vel quia prædecederent, quod voluit, post eius mortem illa bona haberent etiam hæredes extranei vniuersales, & etiam successores singulares in illis bonis donatis, secundum vnam intelligentiam illius termini, successoribus, superius relatam. Et sic resideo in conclusione, quam feci in alio meo consilio, quam puto esse veram, & iuridicam, & congruam menti donatricis.

CONSILIVM CLVIII.

MAgnifica domina N. nobili genere orta, sed infelix vidua, marito, quo iamdudum orbata est, podagra, & aliis infirmitatibus laboranti longo tempore seruiuit. Eo mortuo ab intestato, nullo per eum cõdito testamento, relictis sibi duobus liberis ex eorum legitimo matrimonio procreatis, scil. filio masculo, & filia fœmina, mortua est filia in ætate infantili, vel pupillari. Nunc supersest solum filius masculus, proximus adhuc infantiæ, ætatis, &c. qui est satis debilis, & delicatæ naturæ, ita quod de eius immatura morte satis verendum & dubitandum videtur: & si contingeret eum p̃mori, quod Deus omnino auertat, ad eius luctuosam hæreditatem, ordine naturæ turbato, ipsam infelix mater & vidua ab intestato de iure vocaretur. Vnde ad aliquod solamen tantarum calamitatum, & ad aliquam recompensationem tantarum miseriarum, sereniss^m Imperator motus ex dictis causis, & etiam ex aliis quampluribus animum suum mouentibus, motu proprio & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, etiam absolute statuit, & ordinauit, & ita præcise & firmiter voluit & vult, quod si contingeret præfatum filium masculũ prædecedere, quod præfata infelix vidua superstes succedat in totum in lachrimabili hæreditate dicti filii masculi prædefuncti, etiam in bonis subiectis fideicommisso, & bonis feudalibus, ac etiam certis locis existentibus in ciuitate Genuæ, & hoc non obstantibus testamentis prohibentibus omnem alienationem, & substituentibus per fideicommissum descendentes, & præsertim testamento auito condito anno & mense in eo contentis. Item non obstante, quod feuda non videantur alias posse de iure transire ad extraneas personas. Item non obstantibus testamentis & dispositionib. factis de dictis locis Genuæ, & ordinibus dictæ ciuitatis. Quibus omnibus, tam fideicommissis, quam prohibitionibus alienationum, ac iuribus feudalibus, nec non dispositis & decretis super dictis locis Genuæ. Idem Imperator habens de prædictis plenam & veram scientiã, præsertim de dicto testamento auito, & de inuestituris feudalibus, nec non de dispositionibus testamentariis, & inter viuos, & de ordinibus ciuitatis Genuæ, super dictis locis Genuæ, prædictis omnibus & singulis in totum derogauit, & derogat, ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, etiam absolute mandans, & ordinans, quod præfata vidua in totum in prædictis omnib. & singulis succedat in hæreditate prædicti filii sui prædefuncti in omnibus & per omnia, & prout ipse filius prædefunctus, dum viueret, ea omnia & singula habebat, tenebat, gaudebat, & possidebat. Et hoc non obstantibus quibuscunque testamentis, sub quacunq; verborum conceptione formatis. Item non obstantibus quibuscunque iuribus communibus, statutariis, aut municipalibus, & iuribus feudalibus, ac ordinibus ciuitatis Genuæ, etiam si talia essent, de quibus oporteret specialem mentionem in indiuiduo fieri, quorum tenores habeantur pro sufficienter expressis, & quibus omnibus & singulis, vt dictum est, idem Imperator ex Cæsarea potestate, & de plenitudine potestatis, etiam absolute & ex certa scientia, & motu proprio in totum derogauit, & derogat, & derogatum esse vult, & intendit. Et ista est præcisa & omnimoda eius intentio & voluntas, quam omnino & firmiter obseruari vult, mandat, & iubet, cessantibus omnibus & singulis, quæ in contrarium, tam in iure quam in facto, adduci & allegari possent. Quibus omnibus potestate qua supra derogauit & derogat.

CONSILIVM CLIX.

THEMA.

ODoricvs Galeffi de villa Poiæ, diœcesis Tridentinæ, condidit testamentum, deinde codicillos, in quibus disposuit, quod adueniente casu, quod Brunorius & Ioannes eius filii legitimi & naturales instituti hæredes vniuersales in testamẽto, quandocunq; decederent sine filiis legitimis & naturalibus masculis, tunc voluit & mandauit bona sua deuenire debere ad proximiores, ad quos de iure debent peruenire. Vigore huius substitutionis fideicommissariæ factæ in codicillis, Dominica filia dicti testatoris prætendens se proximiorem, & de iure vocatam ad prædicta bona porrexit petitionem contra Beneuenutam filiam quondam Do. Brunorij, & sic neptem dicti testatoris, & contra Antonium & Brunorum eiusdem Beneuenutę filios pro medietate pro indiuiso totius hæreditatis, & omniũ bonorũ quondã Odorici, detracta portione legitimæ detrahenda, & prout serioſius in dicta petitione continetur. Quęritur, an dicta petitio sit iuridica, & an bona dicti quondam Odorici debeant in totum de iure

de iure spectare ipsi Dominicæ filiæ prædicti testatoris tanquam proximiori.

SVMMARIA.

1 *Testator, si substituit proximiores, an intelligantur de proximioribus testatoris, an vero de proximioribus hæredum.*
2 *Filia est proximior in gradu patri, quam neptis.*
3 *Proximus dicitur, quem nemo antecedit.*
4 *Testator quando substituit proximiores, nepos succedit in locum & gradum patris præmortui, & simul cum patruo admittitur.*
5 *Dictio*, mors, *restringit indefinitam appellationem proximiorum.*
6 *Nepos an succedat in locum patris præmortui, & concurrat cum patruo, an debeat esse natus tempore mortis testatoris.*
7 *Filius fratris præmortuæ admittitur ad successionem non patruo viuente, in statuto vocante ad successionem proximiores in gradu.*
8 *Succedens in locum alterius sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
9 *Extensio passiua habet locum in statutis procedens ab aliis regulis iuris communis.*
10 *Filius quando est grauatus fideicommisso vniuersali non pure sed sub conditione, detrahentur duæ quartæ.*

IN præsenti consultatione prius & ante omnia videtur inquirendum, † quomodo ille terminus, ad proximiores, prælatus indefinite, & indeterminate ab ipso codicillante intelligi debeat, an de proximioribus ipsius testatoris, an vero de proximioribus ipsorum filiorum & hæredum. Nam si intelligeremus de proximiorib. ipsorum filiorum, certe eorum filiæ & descendentes essent proximiores, & excluderent præfatam Dominicam sororem dictorum filiorum. Et in hoc dom. Bartholomæus Socynus Senensis *in l. hæredes mei. §. cum ita. in 7. colum. in princ. ff. ad Treb.* dicit se alias consuluisse, & vidisse consultum per multos solennes Doctores, quod in fideicommisso vniuersali relicto inter illos de familia, seu de agnatione, vbi proximiores in gradu admittuntur: *vt l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. § fratre. ff. de leg. 2. & in l. fin. C. de verb. sig. Bar. in l. si cognatis. in vlt. col. in ver. quæro quo ordine admittantur hi cognati. ff. de re. du.* certe si contendat proximior testator cum proximiore hęredis grauati fideicōmisso, tenet, quod attendatur proximitas penes personam grauati, & non penes personam testatoris, motus authoritate Bald. qui ita consuluit secundum eum, & illud cons. dicit referre do. Alex. *in d. l. si cognatis. & licet non dicat, est in cons. 488. tertiæ part. incip. casus talis est, quidam Titius decessit.* tamen in casu nostro, inhærendo veritati, videtur tenendū, quod intelligatur de proximioribus ipsius testatoris, non autem hæredis: *prout tenet Bar. in d. l. si cognatis. in vltim. col. in vers. quæro hic dicitur, quod legauit cognatis, &c. motus per l. cum acutissimi. C. de fideicomm. & l. generaliter. §. cum autem. cum sim. C. de insti. & substi. Idem ēt tenet Bar. in l. peto. § fratre. in 1. quæst. ff. de lega. 2. vbi dicit Pet. de Bellapertica, Dyn. & omnes ita tenere. & ita etiam ibid. tenet Salyc.* & ita puto tenendum in casu præsenti, in quo tractatur de substitutione fideicōmissaria, per quam succeditur testatori, & in bonis ipsius testatoris, & non filiorum, vel hæredum, *vt l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulg & pup.* Ergo terminus, *proximiores*, intelligitur de proximioribus ipsius testatoris: & tanto magis cum expresserit in ipsa substitutione fideicommissaria, quod bona sua deuenirent ad proximiores. Et consilium Baldi præallegatum non est ad præsens propositum, vt ex eius inspectione apparet, & illud referam in specie in dubio sequenti.

Assumo itaq; principalem dubitationem, in quā consistere videtur pondus præsentis controuersiæ. Nunquid prædicta Dominica, quæ est filia prætati testatoris, debeat iure prædicti fideicommissi in totum admitti ad bona dicti testatoris, cum ipsa videatur esse proximior. Nam planum est, quod † filia est 2 proximior in gradu patri, quam sit neptis, & sic filia filii. *l. 2. C. de leg. hær. & l. Iurisconsultus. §. 2. & 3. ff. de grad. & §. 1. insti. de gradib.* dicuntur enim filiæ proximiores respectu aliarum linearum, *vt dicit text. in c. 1. ad fin. de nat. succ. feu.* Nam † etiam proximus dicitur, quē ne- 3 mo antecedit, *l. proximus. ff. de verb. sign. & l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & leg.* Ad idem facere videtur illud, quod in simili in linea transuersali decidit Baldus *in l. cum ita. §. in fideicommisso. ad fin. ff. de leg. 2.* vbi quærit, an filius, vel filia fratris præmortui in fideicommisso vniuersali relicto sub nomine collectiuo admittatur simul cum fratre testatoris, & sic cum patruo, vel cum amita. gloss. ibi dicit, quod sic: *per auth. cessante. C. de legiti. hæredi.* Sed illa auth. secundum Bald. nihil facit, quia ibi non consideratur affectio testatoris, sed iuris dispositio. Hic autem cōsideratur affectio, quæ maior est ad fratrem, quam ad filium fratris. Item hic solum consideratur sola prioritas gradus: ergo præferendus est frater filio alterius fratris: *vt l. 3. §. si duo. ff. de leg. tu. ita ibi reſidet Bal. idem ibi tenet Raph. Com. & plenius in cons. 106. inci. mulier instituit maritum. d. Alex. in cons. 203. secundi volu. quod incip. consideratis verbis dicta inuestitura. in 3. colum. & in cons. 4. quarti volu. quod incipit, ponderatis verbis testamenti præfati nobilis. in 4. col. & in consil. 129. quinti volum. incipiente, perspectis his quæ in themate suprascripto narrantur. in 2. colum.* vbi dicit, istam opinionem Bald. esse sustentabiliorem, quam Imol. ibi sub dubio forte transeuntis cum glos. quæ violat illum text. secundum eum. Ista sunt, quæ prima consideratione facere videntur in fauorem prę-fatæ Dominicæ actricis.

Sed præmissis non obstantibus, teneo, ♀ † in isto 4 fideicommisso vniuersali bonorum relicto proximioribus, ad quos de iure debēt peruenire, quantū ad partē petitā concurrere debeant, & simul admittī dicta Beneuenuta filia quondam Brunorii, & dicta Dominica amita, eo quia hic tractatur de successione ascendentium, & sic patris, in qua nepotes vel neptes succedūt in locum patris sui prædefuncti, & simul cum patruis vel amitis concurrunt: *vt §. cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intestat.* Et est aduertendum, quod nepotes vel neptes succedentes in locum parentum suorum prę-mortuorum intelliguntur succedere in gradu proprio suorum parentum, vt perinde succedant, & tantum habeant, quantum haberet pater eorum, si viueret. ita tenet Bartolus *in l. prima. §. si sit nepos. ff. de collat. bon. & in l. 1. §. si filius. ff. de coniun. cum eman. liber. & in l. qui superstitis. ad fin. ff. de*

acquir.hære. & in l.liberorum. in pen.col.ff.de verbo.signific. Si ergo nepos vel neptis subintrat in locum & gradum patris sui, & tantum debet habere, quantum haberet pater eius, si viueret: ergo est æqualis cum amita, ergo simul cum ea debet admitti. Vnde est aduertendum, quod in casu isto in successione patris, & sic ascendentis nepos aut neptis succedit cum patruo vel amita, non tanquam neptis, quia esset inferioris gradus, sed tanquam repræsentans eius patrem, & intrans in eius locum & gradum, vt in iuribus & locis prælegatis, ergo est ita proxima, sicut & Dominica eius amita, ergo simul cum ea debet cõcurrere, sicut eius pater, in cuius locum & gradum succedit.

Secundo pro ista parte bene facit, quia nõ solum in hæreditate ascendentis, & sic patris, vel aui, prout est casus noster, quæ est magis debita omni iure descendentibus: *vt l.scripto.in fin.ff.vnde lib. & l. nam & si parentib.ff.de inoffi.testa.* sed etiam in hæreditate transuersali, & sic minus debita, quando tractatur de successione patrui, nepos aut neptis succedit in locum patris prædefuncti, & cum patruis vel amitis concurrit. & simul admittitur ad successionem patrui: *vt est tex.in auth.cessante. & in auth.post fratres ex vtroque parente.C.de legi.hær. & in §.reliquum. & in §.si igitur defunctus.in auth.de hær.ab intest. & in auth.vt fra.fi.in prin.* & est bene ponderãdum, quod tex. *in d.auth. post fratres ex vtroq; parente.* dicit, ℘ fratrũ filii sunt pares defuncti fratrib. si ergo sunt pares, ergo à iure reputantur esse in eodem gradu, & æque proximi. similiter tex. dicit *in auth. vt fra.fi.in prin.coll.9.* quod ad hæreditatem patrui vocantur cum fratribus præmortui fratris filii paternum ingredientes gradum. & illius ferunt portionem. ita ibi formaliter dicit tex. si ergo paternum ingrediuntur gradum, ergo pares sunt & æquales in gradu cum aliis patruis vel amitis, ergo sunt æque proximi, ergo simul cum eis debent succedere. Ponderandum est, quod si iura istud disponunt in hæreditate patrui, & sic transuersali, quæ est minus debita, ergo fortius procedunt in hæreditate ascendentis, & sic patris, quæ est magis debita, in qua filii vel filiæ fratris præmortui ingrediuntur paternum locum, & sunt pares & æquales in gradu cum aliis patruis & amitis: ergo sunt æque & pariter proximiores, ergo simul & pariter admitti debẽt ad fideicommissum. Tertio pro ista parte facit gl. ordinaria & communiter approbata, loquens in terminis fortioribus, scilicet in hereditate transuersali patrui, *in d.l.cum ita. §. in fideicommisso. in gl. in verb. proximo.ff.de leg.2.* referendo illam gl. ad tex. prout referri debet, vt dicit tex. quod in fideicommisso vniuersali relicto familiæ, vel cognationi, & sic sub nomine collectiuo, debent admitti illi, qui proximo gradu sunt. & illa dictio, *proximo*, intelligitur, id est, in priore gradu. *l.proximus. ff. de verborum significa. & l. 2. §.hæreditas ff.de suis & legit.* & tamen gloss. *in d. §. in fideicommisso.in verb. proximo.* dicit, quod quandoque, qui sunt in gradu impari, æqualiter admittuntur, vt filii fratrum cum fratribus, *authent. cessante. C. de legitim.hæred.* ita ibi formaliter dicit glossa, & sic vult, quod filii fratrũ, quamuis reuera sint in gradu impari, & sic inferiori, tamen æqualiter admittuntur cum fratribus testatoris, & sic cum patruis, vel amitis, quamuis illi videantur esse proximiores in gradu; eo quia isti filii fratrum subintrantes in locum & gradum paternum censentur esse pares & æquales in gradu, & æque proximi cum ipsis patruis & amitis, ergo simul & pariter cum eis admitti debent. *& cum illa gl.in d.§.in fideicommisso.videntur transire alij Dd. ibi, excepto Bald. prout etiam dicit D.Alex.in consiliis infra proxime allegandis. & illam gl.ibi in specie approbat Ioan. de Imo. & reprehendit Bal. qui tenet contrarium, & respondet ad eius fundamenta, vt ibi videri potest. illam gl. etiam idem tenet D.Alex.in cons.38.primæ partis, incipien. quia concurrere debeant filius fratris. & in consilio 137. primæ part. incipiente, præclare à priori consultore scriptum. & in consilio 26.tertij vol. incip. videretur fortasse super præmisso themate. illam decisionem gl. & Imol. contra Bald. etiam refert & formaliter sequitur D. Franciscus de Aretio in consilio 163. incip. diligenter & mature discussis.in penult.col.* Quarto in terminis nostris est decisio expressa Bal. *in consilio 488.tertiæ partis, incipiente, casus talis est, quidam Titius decessit.* vbi consuluit Bal. quod si testator dicat, *substituo filio quandocunq; decedenti sine filiis legitimis proximiores meos*, quod mortuo filio debẽt venire ad substitutionem nõ solũ soror viua, sed ẽt filius alterius sororis præmortuæ: quia licet ipsa soror dicat se esse proximiorem, quam sit filia fratris præmortui, tamen ex aduerso, quod æqualiter ambo admitti debent, facit, cum tex. *in d.auth.post fratres. C.de legi.hær.* dicat, ℘ filii fratrum sunt pares fratrib. quo ad successionem. & hoc etiam colligitur ex notatis per gl. *in d.l.cum ita. §. in fideicommisso.* licet illa gl. habeat respectũ ad iura intestati, & non ad iura testati: *vt patet ex l.quam allegat.* Item licet filia sit patri suo reuera in gradu proximior, quam nepos ex alio filio, *vt patet in l.Iurisconsultus.ff.de gradib.* & quando testator dixisset, *proximiores meos*, propter illam dictionem, *meos*, intelligeretur tempore mortis testatoris, & nõ postea, *l.si cognatis.ff.de reb.dub.* quia illa † dictio, *meos*, re- 5
stringit indefinitam appellationem proximiorum. Contrarium tamẽ determinat Bal. quia nepos subrogatur loco patris præmortui. *§. cum filius. institu. de hære.quæ ab intest.* & auus videtur de eo sensisse, *l.1. C. de condi.inser.* & verba sunt ciuiliter intelligenda, *l.si cui. ff. de serui.* & nepos proximior est in sua parte, quia in ea nemo antecedit, *l.proximus.ff de verb.signif.* & testamentum aui interpretatur secundum ordinatam tam à nostra quam à iure charitatem, *l. Gallus.§.etiam si parente.ff.de lib.& posthu.* quia ad ius se retulit, & videtur testamentum suum loco legalis dispositionis subrogari, ergo intelligitur secundum auth. *defuncto. & auth. cessante. & in corpore vnde sumitur.C.de legitim.hæred.* Et istam partem tenet ibi Bald. quando in substitutione non esset adiecta illa dictio, *meos*, prout est in casu nostro, & illam decisionem Bal. sequitur d. Alex. *in prælegato consil.88. primæ partis. & in dicto consilio 137.primæ partis. & in d.cons 26. secundæ partis, in vltima parte.* Ista multo fortius, & sine dubitatione aliqua procedunt in casu præsenti, in quo testator substituit proximiores, ad quos de iure debent peruenire, & sic expresse se retulit ad dispositionem iuris, quo casu omnes indifferenter tenent, quod tunc filii fratrum præmortuorum æqualiter admittuntur cum amitis & patruis: secundum Bald. *in d.l.cum ita.§.in fideicommisso circa fin. & in prælegato consilio 488.* Nec est † curandum in casu 6
præsenti, quod filia dicti Brunorii p̃defuncti forte

non

non eſſet nata, nec forte concepta tempore mortis teſtatoris: *iuxta l. item prætor. ff. de ſuis & legitimis. & l. ſi quis filio exhæredato. in principio. ff. de iniuſt. rupt. & l. ſi cognatis. ff. de rebus dubi.* quia illa iura procedunt in ſucceſſione ab inteſtato, & ſic legali, ad quam ſolum vocantur illi, qui erant concepti tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur. *l. ſi Titius. ff. de ſuis & legitimis. & l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati.* vel in diſpoſitione legati ſimpliciter relicti agnatis: quia non veniunt niſi illi, qui ſunt cognati tempore teſtamenti, vel tempore mortis teſtatoris: ſed nos loquimur in ſubſtitutione fideicommiſſaria expreſſe collata in tempus alicuius certi euentus futuri, ſcilicet in caſum, quo Brunorius & Ioannes eius filii quandocunque decederent ſine filiis legitimis & naturalibus maſculis: quia tunc ſufficit, quod ſint in rerum natura tempore quo euenit caſus ſubſtitutionis, & ſic conditionis, *l. cum pater. §. hæreditatem. 1. in fin. ff. de legat. 2. & ita notat Ioan. Andre. in addition. Specul. in titul. de teſtament. ſuper rubric. in quarta colum. in verſic. item Lambertinus. quem refert & ſequitur Dom. Alexand. in prælegato conſilio 26. tertij voluminis, quod incipit, videretur fortaſſe ſuper præmiſſo themate. in vlt. col.*

7 Quinto & vltimo pro iſta parte bene facit, † quod etiam in ſtatuto vocãte ad ſucceſſionem proximiores in gradu, filius fratris præmortui admittitur ad ſucceſſionem cum patruo viuente, quia reputantur eſſe in eodem gradu, ex eo quod filius ſuccedit in locum & gradum patris: *vt in §. reliquum. in authent. de hæred. ab inteſtat. & in authent. vt fratrum filij. in princ. & notat Bart. in l. 1. §. ſi filius. ff. de coniun. cum emanc. liber.* Et

8 ſuccedens † in locum alterius ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *vt l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & cap. eccleſia. cum ſimilibus. vt lit. pend.* Et

9 in † ſtatutis habet locum extenſio paſſiua procedẽs ab aliis regulis iuris communis: *vt l. 1. §. lex Falcidia. vbi Bartol. & alij, ff. ad leg. Falcid. & notat Bart. in l. omnes populi. in 2. queſt. principal. ff. de iuſtit. & iur. ita expreſſe determinat Domin. Alexand. in dicto conſilio 88. primæ partis, quod incipit, quod concurrere debeant filius fratris præmortui. & in dicto conſilio 137. primæ partis, quod incipit, præclare à priori conſultore ſcriptum.* Poſtremo aduertendum eſt, quod prædicta Dominica actrix in ſua petitione reſeruat dictæ Beneuenutæ portionem legitimæ detrahendam. Nam etiam debuit reſeruare

10 aliam quartam Trebellianicam. Nam † quando filius eſt grauatus fideicommiſſo non pure, ſed ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, tunc detrahuntur duæ quartæ, ſcilicet legitima, & Trebellianica. & iſta eſt opinio approbata, quæ de conſuetudine obſeruatur: *vt cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. de teſtament. & ita tenet Bart. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtament.* vbi dicit ſe ita pluries conſuluiſſe, & quod ita obſeruatur, prout etiam dicit Bal. *in conſil. 498. primæ partis, incipiente, factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt.* vbi etiam dicit ſe ita ſæpe de facto conſuluiſſe, & ita obſeruari, & vſum totius mundi ita tenere. & ſic in caſu noſtro de parte illius partis, quæ de iure obueniet præfatæ Dominicæ, cum qua concurret dicta Beneuenuta, debebunt pro rata illius partis detrahi duæ quartæ, ſcilicet legitima, prout ipſamet fatetur, & etiam Trebellianica, prout eſt vera & communis omnium ſcribentium opinio.

CONSILIVM CLX.

ARGVMENTVM.

Frater ſoluens ſecundam dotem ſorori prius dotatæ à patre præſumitur per errorem ſoluiſſe, ideo poteſt ea repetere, non obſtante iuramento. per totum.

SVMMARIA.

1 *Veriſimile quod eſt, attendi debet.*
2 *Præſumptio naturalis excludit quamcunque opinionem contrariam.*
3 *Error multum veriſimilis, vbi de damno tractatur, admittitur.*
4 *Præſumptio alia quam donationis quando capi poteſt, non præſumitur donatio, limitatur duobus modis.*
5 *Error in facto alieno dicitur iuſtiſſimus.*
6 *Coniunctus abſens præſumitur ignorare factum à conditto, etiam de quo ibi erat publica fama.*
7 *Coniunctus quod præſumatur ſcire facta coniuncti, quomodo procedat.*
8 *Ignorantia veriſimilis probatur iuramento.*
9 *Dos ſoluta per errorem quando poſſit repeti, non obſtante cauſa pietatis.*
10 *Hæreditatis ex aditione inducitur quaſi contractus.*
11 *Clauſula, ſponte & ex certa ſcientia, an præiudicet & impediat ſoluti repetitionem.*
12 *Conditio indebiti quomodo tollatur.*
13 *Diſpoſitio generalis non trahitur ad ea, de quibus veriſimiliter non eſſet diſpoſitum.*
14 *Dubitanti ſicut erranti datur ſoluti repetitio.*
15 *Iuramentum non impedit reuocationem, quæ fit prætextu erroris.*

REDEMPTORIS crucifixi, & glorioſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis. ¶ Viſis & dilgenter conſideratis motiuis & dubitationibus ſubtiliter formatis contra dominum Ioannem Iacobum de Vitalibus de Buzeto & reſponſionibus bene & congruenter accommodatis ad prædicta dubia per clariſſimum dominum Conſultorem & Aduocatum præfati domini Ioannis Iacobi, ego, quæ dicturus ſum, paucioribus abſoluam. Videretur præfatus dominus Ioannes Iacobus omnem iuſtitiam, & omnem æquitatem fouere, quia non eſt veriſimile, nec cadit in ſenſum hominis ſenſatum, quod ſi dominus Ioannes Iacobus ſciuiſſet dominam Luciam ſororem ſuam dotatam actualiter fuiſſe à patre in libris mille ducentis, quod eidem ſorori conſtituiſſet aliam dotem de ſuo proprio in aliis libris mille, & ſic quod voluiſſet ſororem ſuam habere duas dotes ita amplas, attento quod pater alias ſorores ſuas dorauit pro longe minori ſumma dando cuilibet earum libras ducentas, vel circa, ita quod eſt remotum ab omni veriſimilitudine, quod dominus Ioan. Iacobus voluerit duplicare dotem ita magnam, habito reſpectu ad dotem aliarum ſororum. Vnde † attendi debet illud, quod eſt veriſimile, *cap.* 1 *quia veriſimile. de præſumpt.* Et præſumptiones legum rebus non veriſimilibus aptandæ non ſunt: *ita notat Bald. in l. fin. in vltimo not. C. de hæred. inſtitut.* Et quod à

verisimili remotum est, imago est quędam falsitatis: *secundum Bal. in l. 1. in 3. col. C. de seru. fugit.* Item experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis & verisimilibus, vt magnus attestatur Auerrois. Et refert Bal. *in suo diuino consil. schismatis, posito post rubricam, C. si quis aliquem testa. prohib. in 14. col. & idem Bal. in d. l. 1. in 3. col. C. de ser. fug.* Item vehe-
2 mens † præsumptio naturalis excludit quamcunq; opinionem contrariam: *vt egregie notat Bald. in l. eum qui probabilem. in secundo notabili. per illum tex. C. de episc. & cle.* Vnde dictus D. Io. Iacobus sciens statutũ terræ Busseti, vbi habitat, excludere filias à successione paterna, si sint dotatæ, intellexit, quod debeant esse dotatæ à patre, de cuius successione agitur, vel ab ipso fratre volente eas excludere: *secundum Bald. in l. 1. C. de leg. hær. quem refert & reputat notabilißimum dictum D. Alex. in l. 1. §. veteres. in antepe. col. ff. de acqui. pos. & idem D. Alex. in cons. 29. primi vol. incipiente, quoniam abunde. in 3. & vlt. colum. & in consil. 151. incipiente, viso themate suprascripto, & allegationibus elegantißimis. Andre. de Isern. in c. 1. in 6. col. de natur. succes. feud.* Ideo vt excluderet sororem à successione paterna, vigore statuti supradicti, constituit ei istam secundam dotem ignarus
3 de prima dote actualiter constituta à patre: ideo † cum per errorem ea constituerit, & præstiterit, & tractet de damno euitando, admitti debet ad allegationem erroris multum verisimilis: *per textum in l. sed & si me putem. ff. de condi. indeb. not. Bar. in l. non fatetur. in 4. colum. ff. de confess. & in l. post diuisionem. C. de*
4 *iuris & facti ignor.* Et cum hic † possit capi alia verisimilis præsumptio, non debet capi præsumptio donationis: *in l. si cum aurum. & ibi notat Bart. ff. de solut. & eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act.* Quinimo etiam vbi cadit alia leuis occasio, vel coniectura, non præsumitur donatio: *secund. Bal. in l. 1. C. ad Treb.* Item ad excludendam præsumptionem donationis, quæ præsumitur in scienter soluente indebitum, sufficit quælibet alia præsumptio, etiam si capiendo illam præsumptionem actus sit inualidus, & inefficax in effectu. ita subtiliter colligitur ex text. iuncta nota Bart. *in l. si non sortem. §. si quis falso. ff. de condi. inde. & ita in specie notat Aret. in l. à Titio. in pen. col. in fi. ff. de verb. obli.* Item hæres præsumitur ignorare factum defuncti, *l. qui in alterius. ff. de regul. iur. cum sit factum alienum. l. fi.*
5 *ff. prosuo.* Et † error in facto alieno dicitur iustissimus: *secundum Bar. in l. Celsus. in 2. col. ff. de vsuca. D. Ant. de But. in c. si diligenti. de præscri.* & maxime, quia dom. Io. Iacobus erat absens, & habitabat Mediolani tempore, quo dicta eius soror fuit à patre maritata, quo casu præsumitur ignorasse factum patris: *vt l. Titius. §. Lucius ff. de lib. & posthu. notatur in c. cum in tua. qui matri. accus. poss.* Vnde qui est in ciuitate, præsumitur ignorare ea, quæ fiunt in comitatu, & econtra: *vt notant Bald. Ang. Imol. & d. Alex. in d. l. Titius. §. Lucius per il-*
6 *lum tex.* Et ibid. † etiam tenent, quod factum in rure præsumitur ignorari per coniunctum existentem in ciuitate, vt ibidem per eos. Et idem de coniuncto absente, quod præsumatur ignorare, tenet Angel. *in l. tres fratres. circa princ. ff. de pact. imo fortius tenet Bar. in l. is potest. in 6. col. ff. de acqui. hær.* quod illud, quod dicitur, quod p̃sumitur, quod quis sciat illud, de quo est publica fama, intelligitur de præsente, & non de absente. allegat ad hoc text. quem dicit esse ad hoc diligenter notandum *in d. c. cum in tua. qui matri. accus. poss.* Et † licet coniunctus præsumatur alias scire fa- 7
cta coniuncti. *l. de tutela. C. de in integ. rest. mi. & l. octaui. in fi. ff. vnde cognati.* istud procedit quo ad ea, quæ concernunt factum naturæ, vel ius sanguinis, vel ætatem, non autem præsumitur scire aliud factum coniuncti: *secundum Bal. Ang. & alios in l. quoniam sororem. C. de iure delib. And. de Isern. in cap. 1. in princ. in 14. col. de natur. succes. feud. D. Alex. in d. l. Titius. §. Lucius. & in d. l. is potest. in 7. col. ad fin. & sequenti. ff. de acquiren. hered.* Item regula iuris est, quod in dubio præsumitur ignorantia. *l. verius. cum gloss. ff. de probat. & in reg. præsumitur. de regul. iur. in 6.* Et cum † in casu præsenti sit 8
magna & vehemens verisimilitudo & coniectura, quod d. Io. Iacobus nesciret sororem fuisse à patre dotatam, certe isto casu, cõcurrente verisimilitudine, ignorantia debet probari per iuramentũ ipsius domini Io. Iacobi, prout omnia iura clamant, *vt c. si vero. 2. & ibi ad hoc notat Do. Abb. in tertio notabili. de sent. excom. & cap. vt circa. §. super huiusmodi. & cap. nulli. in fin. de election. in sexto. & cap. fin. qui matr. accu. poss. & cap. pastoralis. de exce. gl. in c. notuit. in verb. ignorantiam. & ibi D. Abb. in vlt. col. ad hoc notat. de election. & gl. in ca. accedens. in gloss. 1. de crimin. falsi. & gloss. in cap. 2. in verb. scienter. de tempor. ordin. in sexto. & gl. in c. præsumitur. de regul. iur. in sexto. & gloss. in c. proposuisti. 82. dist. & in c. qui & humanis. in ver. ignorare. 12. q. 2. & gl. in l. si cui. §. ijsdem. & ibi Barto. ff. de accu. & gl. in l. at qui natura. §. cum ne absente. & ibi Bart. not. ff. de negot. gestis.* Item, vt dixi, etiam militat magna æquitas, quia soror debet esse contenta vna dote sibi data à patre, quę est longe maior & amplior quam aliæ eius sorores habuerint, & non debet velle habere aliam secundam dotem in damnum & perniciem domini Io. Iacobi fratris sui. Et per hoc patet non obstare text. qui allegabatur in oppositum *in l. si donaturus. §. 1. ff. de condi. ob caus.* quia loquitur expresse, quando maritus indotatam vxorem haberet, quod non est in casu præsenti. Item † non 9
obstat textus *in l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. indebit.* vbi dos per errorem promissa vel soluta, non videtur, quod possit repeti, cum videatur facta ex causa pietatis, quæ repetitionem impedit: quia, vt ibi dicit Bartolus, ille textus procedit, quando causa pietatis induxit aliquem ad credendum, & se obligandum ad dotem, ita quod pietas & affectio, quæ erat inter eos, fuit causa istius erroris: & talis pietas bene impedit repetitionem soluti; vt ibi. Sed in casu nostro error non fuit causatus à tali pietate, sed à facto: quia dominus Ioan Iacobus nesciuit patrem suum constituisse magnam dotem pro sorore, prout constituit & præstitit, & propter istum errorẽ facti promisit secundam dotem. Vnde dicit Bart. *in d. §. si mulier.* quod si mater vel frater putabat se teneri ad dotem; eo quia putabat se debitricem ex causa mutui, vel depositi, & tunc solutum indebiti bene repeteretur: quia sublato errore tunc non remanet causa pietatis.

Sed in casu nostro do. Ioan. Iacobus credebat se teneri ex forma statutorum Busseti ad constituendam dotem sorori, & sic se esse obligatum ex quasi contractu, † qui inducitur ex aditione hæreditatis 10
paternæ. *l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de act. & oblig. & §. hæres. insti. de oblig. quæ ex quasi contract.* ideo secundã dotem indebite solutam potest repetere. Nec obstat, † 11
quod in principio instrumẽti dotalis dicatur, quod

d. Io.

d. Io. Iacobus ſponte ſua, & ex certa animi ſcientia promiſit dictam dotem ſorori, & quod tabellioni debeat credi de huiuſmodi verbis, ſicut ſi tabellio diceret, talis conſenſit: *ſecundum Bald. in l. mater. in 3. col. C. de rei vendic.* Quia reſpondetur, quod talia verba videntur appoſita ſolum ex communi vſu notariorum, ideo non præiudicant: vt in terminis noſtris, & in ſpecie dicit idem Baldus *in l. vnica. in 9. col. & ſequenti. C. de confeſſ. in verſicul. modo ſequitur alia quæſtio de facto.* Item talia verba ſunt multum generalia, vnde non debent præiudicare domino Ioanni Iacobo. Nam ſi dictum fuiſſet in ſpecie in inſtrumento, quod do. Io. Iacobus ſciuerit aliam dotem fuiſſe conſtitutam à patre ſorori, tunc iſta verba ſpecialia bene ſibi præiudicaſſent: *prout tenet Bart. in l. ſi. §. idem*
12 *quæſiit. ff. de condi. indeb.* vbi dicit, quod † ſi notarius in principio inſtrumenti diceret, Titius ſciens ſe ad infraſcripta non teneri promiſit, tunc per iſta verba ſpecialia bene tolleretur condictio indebiti, quæ non datur ſcienter ſoluēti indebitum: *vt l. 1. ff. de cond. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & ſequuntur Angel. Rapha. Fulg. in d. §. idem quæſiit.* Vnde non obſtantibus illis verbis generalibus poterit error probari: *ſecundum Bal. in l. ſed & ſi quis. §. ſi. ff. ſi quis caut.* Confir-
13 matur optime: quia † nulla diſpoſitio tam generalis eſt, quæ trahi debeat ad ea, de quibus non eſt veriſimile diſponentem in ſpecie cogitaſſe. *ita ſignanter tenet Ang. in conſ. 268. incip. Philippus ciuis de Florentia. in 2. col.* Non obſtat etiam, quod in dicto inſtrumento dotali ſpecialiter fuit conuentum, quod ſi dictus do. Io. Iacobus exigere poterit ab hæredibus quondam Baptiſtini de Ferrariis libras ducentas imperiales, quæ fuerant & ſunt in & ex dote ipſius dominæ Luciæ, ex quibus verbis videtur apparere, quod do. Io. Iacobus habuerit ſcientiam alterius dotis ſororis ſuæ: quia reſpondetur de plano, quod illa verba ſunt imperſonalia, & indefinita, & non dicunt de dote habita à patre, prout requireretur, vt ſtatutum Buſſeti excludens filias dotatas à ſucceſſione paterna haberet locum: quia potuit fuiſſe dotata ab ipſo Baptiſtino, vel ab alia perſona, præſertim cum ipſe Baptiſtin. vt mihi præſupponitur in facto, eſſet multum inuolutus, & haberet bona multum inuoluta, propter exceſſus ab eo cōmiſſos, propter quod dictum matrimonium contraxit, vt propter authoritatem magnam ſoceri defenderetur & adiuuaretur, ita quod veriſimiliter potuiſſet ipſe dotē conſtituere. Vnde ad excludendam condictionem indebiti debuiſſet eſſe ſcientia certa, *vt in clem. cauſam. de elect. & l. ſi quis inficiatus. in principio. ff. depoſiti. & gloſſ.*
14 *in l. qui in alterius. ff. de regulis iuris.* Hinc eſt, † quod etiam dubitanti datur repetitio ſoluti, ſicut ei, qui per errorem ſoluit: *vt eſt text. in l. fin. C. de condi. indeb.* quia dubitans & errans æquiparantur, *l. fin. §. ſin autem neſcius & dubitans. C. de furtis. per quem text. notant ibi ſignanter Bar. Bal. & alii in 1. col.* quod ſicut iuri, quod quis ignorat ſibi competere, nō videtur renuntiare, *vt l. mater decedens. in princ. ff. de inoff. teſta.* ita etiam iuri, quod quis dubitat ſibi competere, non intelligitur renuntiare. & dicit ibi Bart. hoc eſſe tenendum menti: quia neſcit alibi iſtum caſum, & iſtud bis repetit. Item dubitanti ita parcitur ſicut erranti, & ignoranti: *ſecundum Bald. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. & reputat not. dignum. & ſequitur Io. de Ana. in conſ. 72. incip. viſis & conſideratis his, quæ in facti narratione in vlt. col.* Non obſtat etiam, quod in inſtrumento dotali adſit iuramentum: quia † iuramentum non impe- 15
dit reuocationem, quæ fit prętextu erroris: *ſecundum Bald. in l. error. in pen. col. C. de iuris & facti ignor. & in l. de tutela. in 2. col. C. de in integ. reſtit. mi. Ludoui. Roman. in l. ſi vero. §. de viro. in 31. fallentia. ff. ſoluto matrimonio. & in conſil. 391. incipiente, vt propoſita conſultatio reddatur clarior. D. Anton. de But. in cap. fin. in 13. colum. de confeſſ.* quia error remouens conſenſum, *l. ſi per errorē. ff. de iuriſd. omnium iudicum. & l. ſed & ita. ff. de aqua pluuia arcend. & l. cum teſtamentum. in fine. C. de iuris & facti ignorant.* impedit etiam effectum iuramenti, vt habetur in locis præallegatis.

CONSILIVM CLXI.

THEMA.

REVOCATVR in dubium, an æſtimatio fundi alienati per hæredem p̄ ſua legitima vel Trebellianica, debeat fieri ſecundum valorem temporis pręſentis, quo euenit cōditio fideicommiſſi, an vero ſecundū tempus, quo alienatus fuit ipſe fundus, vt ſic ſolum fiat æſtimatio eius pretii, quod vere & actualiter ad ipſum alienantem peruenit tempore dictæ alienationis factæ?

SVMMARIA.

1 *Hæres pro quarta Trebellian. poteſt alienare inuito fideicommiſſario.*
2 *Fideicommiſſum eſt onus & grauamen.*
3 *Legitima nullam recipit dilationem.*
4 *Fideicommiſſarius adueniente conditione poteſt vendicare rem alienatam.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis. Iſta quæſtio parum habet dubitationis apud habentes aliquam notitiam terminorum iuris: quia † hæres pro quarta 1
Trebellianica poteſt alienare inuito fideicommiſſario bona ſubiecta fideicommiſſo, & talia bona per eum alienata computantur in eius quartam: *vt eſt textus in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* & ibi Paul. de Caſtro & alii dicunt, iſtud multo magis procedere, quando hæres alienaſſet pro ſua legitima, vt eſt caſus noſter, prout etiam tenet Aretin. *in conſil. 18. quod incipit, viſa & diſcuſſa conſultatione. in penul. col.* quia † fi- 2
deicommiſſum eſt onus & grauamen, *l. cum hæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pup.* quod ipſo iure reiicitur de legitima filii, *l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* Vnde cum nullum dicatur eſſe fideicommiſſum effectualiter reſpectu legitimæ, ideo aduerſarii non poſſunt petere, quod bona alienata redimantur, aut quod præſtetur æſtimatio pręſentis temporis. Imo ecōtra, ſi hæres vellet redimere rem, quam alienauit pro ſua quarta, & illam dare fideicommiſſario inuito, hoc non poſſet facere, prout tenent Angel. Imol. & dom. Alexand. *in dicta l. Marcellus. §. res quæ.*

Item cum filius statim post mortem patris potuerit alienare tot bona, quæ ascendant ad eius legitimam: † quia eius legitima nullam recipit dilationem, *dicta l. omnimodo. & dicta l. quoniam in prioribus.* Ergo potuit alienare pro illo pretio, quod tempore alienationis vere reperiebatur: ergo ex eo, quod fecit licite & iure permittente, non debet pati aliquod damnum, aut incommodum, *leg. Gracchus. C. de adulter. & l. in concubinatu. ff. de concubin.* quod pateretur, si diceremus, quod teneretur soluere æstimationem præsentis temporis, quam non habuit, nec recipit, nec reperisset tempore, quo talem alienationem licite fecit. Bene verum est, quod quando † fideicommissum fuisset purum, aut in tempus certum, vel etiam sub conditione, & conditio iam euenisset, tunc si hæres postea alienasset, posset fideicommissarius vendicare ipsam rem alienatam, & sic posset petere restitutionem talis rei alienatæ: *vt est textus in l. finali. §. sin autem sub conditione. §. finali. & in authentic. res quæ. C. communia de legat.* sed ista iura non procedunt, vt dixi, quando hæres alienasset pro sua quarta Trebellianica, & fortius pro sua legitima, quia talis alienatio irreuocabiliter valet, & tenet, nec potest peti res alienata, aut alia similis, sed bene pretium, quod habuit ex alienatione debet sibi computari in quartam, & tanto magis, cum talis res, de qua contenditur, fuerit assignata præfato quondam dom. Ioanni Mariæ in diuisione per eum facta cum fratribus suis pro illo pretio, pro quo etiam ipse punctualiter alienauit, ita quod non potest cadere verisimilis malignitas alienantis: *per ea quæ dicunt Bart. & Doct. in d. l. Marcellus. §. res quæ. & hoc etiam considerauit Aretin. in prædallegato consilio 18. in pen. colum. ad finem.*

CONSILIVM CLXII.

THEMA.

STATVTVM ciuitatis Laudæ disponit, quod in causis pupillorũ procedatur simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & omni solemnitate iuris.

Quæritur, an per verba dicti statuti intelligatur esse derogatum regulæ iuris, quæ habet, quod spoliatus ante omnia sit restituendus.

SVMMARIA.

1 *Verba, sine figura iudicij, quid importent.*
2 *Statutum potest remouere quemlibet ordinem cognoscendi.*
3 *Correctoria non extenduntur ex identitate, nec ex maioritate rationis.*
4 *Minoris persona, vel priuilegium quando non consideretur.*
5 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato non vtitur priuilegio.*
6 *Obligationis conditio non potest mutari ex persona hæredis.*
7 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
8 *Spoliatio per generalia verba statuti nõ cẽsetur remissa.*
9 *Statuti declarationem vbi habemus, alia non requiritur.*
10 *Oculis corporeis quod potest legi, illud dicitur ad literã.*
11 *Litera intelligitur, prout à vulgo exponitur.*
12 *Statuta generaliter loquentia non intelliguntur loqui in casibus specialibus.*
13 *Priuilegiis nunquam intelligitur derogatum per generalem derogationem.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. Pro parte affirmatiua, quod per tale statutum intelligatur esse derogatum regulæ supradictæ, videretur prima consideratione facere; quia † per illa verba, sine figura iudicii, videtur sublatus omnis ordo cognoscendi introductus à iure ciuili, & omnis forma, & iudex per illa verba tenetur obseruare formam iudicii inductam de iure gentium, vel naturali: *iuxta clem. sæpe. de verbor signific. secundum Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. & figura in prima colum. ad fin.* Reducimur ergo per illa verba ad ius gentium, quo iure non erat scripta regula, *l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. & cap. 1. de rest. spol. Nec regula cap. redintegranda. 3. q. 1.* Sed omnia manu regia expediebantur, *l. 2. in princip. ff. de orig. iur.* 1

Secundo: quia dictũ † statutũ remouet omnem solennitatem iuris & statutorum, ergo etiam videtur remouere quemlibet ordinem cognoscendi: vt per Bal. *in l. prolatam. in vlt. col. vbi etiam Saly. C. de senten. & interloc. omn. iud.* Quod autem cognoscatur primo de spoliatione, & postea de proprietate, est ordo iuris ciuilis, *l. ordinarii. C. de rei vend. & l. si de vi. ff. de iudi.* Ergo talis ordo intelligitur per dictum statutum sublatus. Nec per hoc non corrigitur regula prædicta, quæ habet, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, sed tantum limitatur, vt non procedat in causis pupillorum, & facilius inducitur limitatio iuris communis, quam correctio: *vt patet ex notatis per Bart. in l. omnes populi. in 3. quæstione principali. ff. de iustitia & iure.* Item † iura correctoria non extenduntur ex identitate, imo nec ex maioritate rationis: *vt per gloss. & Doctor. in authent. quas actiones. C. de sacrosanctis eccle.* & tamen iura limitatoria extenduntur ex identitate rationis: *secundum Bart. & Doct. in l. si constante. in 9. quæst. primæ partis. ff. solut. matrim. & est bonus text. in cap. cum dilecta. §. nos igitur. de confir. vtil. vel inutil. quem textum ad hoc ibi notat dominus Abbas. & in cap. ad audientiam. in primo notabili. de cleric. non resid. & alibi sæpe. Ad idem etiam est bonus textus in c. post translationem. in vers. quanquam. & ibi Bal. ad hoc reputat valde notabilem, de renuntiat.* 2 3

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam in casu occurrenti arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem, quod Ioannes Franciscus & Apollonia soror de Regaciis ante omnia veniant restituendi, cum eorum mater fuerit spoliata, & sic obtinere debent in causa spolii per eos intentata contra Leonellam de Arigonibus pupillam. Et ad ita tenendum multum me mouet, quia Antonius Ioannes pater dictæ pupillæ, & eius fratres fuerunt illi, qui talem spoliationem fecerunt, & sic spoliatio fuit facta à maiore, nec aliquod factum minoris interuenit: quo casu succedit vera iu-

ris

4 ris regula, quod † quando actus cœpit à defuncto maiore,&minor cum quo nihil est gestum,succedit maiori, tunc non consideratur persona minoris, nec eius priuilegium sed solum consideratur persona maioris, à qua initium habuit, ideo tunc minori non competit restitutio in integrum aduersus aliquid non factum, licet propter hoc dicat minor se læsum: & sic tunc persona minoris, cum qua nihil est gestum, non habetur in consideratione. *gloss. est notabilis in l.cum filius.§.in hac stipulatione.in gloß. in verb. stetisse.& ibi Barto.& omnes doc.ff.de verb.obligat.* Et ex illa glo.& ibi dictis per Barto.& doct.infertur nota-
5 biliter,quod† priuilegiatus succedens non priuilegiato,tunc non vtitur priuilegio suo,sedquando cũ eo aliquid fuit gestũ,&sic quando conuenitur propter factum suum, secus si propter nõ factum; quia nihil sit actum cum priuilegiato, tunc non vtitur priuilegio suo, & ita tenet gloss. notabilis *in l. si cum militaribus.C.de restit.mili.* Item ex illa glo.*in d.§.in hac.* sequitur,quod si pupillus fuit in mora soluendi speciem promissam infra tempus statutum à defuncto si species perijt, non competit pupillo restitutio in integrum aduersus perpetrationem causatam ex mora, ex quo cum ipso pupillo nihil est gestum, secus si mora fuit causata per interpellationem factam minori, vel eius tutori, aut curatori, ex quo tunc cum minore aliquid est gestum, & pro illa doctrina *d.glo.in d.§.in hac est bonus text.in l.Æmilius.ff.de minoribus.in versi. quod pater eius & non ipsa pupilla contraxerat.& ibi Bar. ad hoc notat illũ tex.idẽ tenet Bar. in l. ad diem.ff.de verb.oblig.glo.Bart.& alij doc.in l.2 C. si aduersus vendi.pigno.* Et ista est communis doctrina, & communiter approbata, quæ punctualiter decidit casum nostrum. Nam pater pupillæ est, qui fecit hanc spoliationem,&per pupillam nihil est factum: ergo persona pupillæ,nec eius priuilegium non habetur in consideratione. Vnde etiam dato millies, sine veri præiudicio,quod statutum Laudæ expresse disponeret,quod causã spolij non deberet prius cognosci contra pupillos, isto casu tale priuilegium indultum pupillo non esset attendendum, ex quo nihil est gestum cum pupillo, sed spoliatio est facta à maiore, cuius pupillus est hæres. Vnde si maior qui spoliauit viueret, proculdubio spoliatus contra eum ante omnia esset restituendus, ergo eodem modo contra pupillam eius hæredem, cuius persona & priuilegium attendi non debet, vt prædixi.
6 Quod etiam confirmatur;quia† ex persona hæredis non debet immutari conditio obligationis. *l.2.§.ex his.& l.in executione.§.pro parte.ff.de verbor. obligatio.* Alibi dicit tex.notabilis *in l.2.in fi.C.de fructi.& lit.expen.*quod hæredis succedentis in vitium par habenda fortuna est.

Secundo principaliter pro eadem parte multum me mouet regula iuris communis,quę habet, quod
7 † spoliatus ante omnia est restituendus. *l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. & cap. frequens. §. 1. de restitut.spol.in sexto. & 3. quæst. 2.& in cap.oportet.*&ista regula procedit etiam in prædone & latrone spoliatis, vt ante omnia sint restituendi: *vt est tex. in ca. in literis. de restitu. spol.* Item ista regula procedit etiam,si probationes de dominio offerantur in cõtinenti,tamen adhuc spoliatus ante omnia est restituendus.*ita notat domin. Abb. in cap. literas. in secunda colum.in princip.per illum tex. de restitutio. spoliat.* Item spoliatus debet ante omnia in integrum restitui vsque ad vltimum quadrantem tam possessionis quã fructuum, & si vnus nummus deficeret, non tenetur in alijs respondere.*ita notat Bald.in cap.conquerente.in prima colum.per illum tex.de restitu.spol.* Ista regula non solum est statuta de iure communi, sed etiam per geminatum statutum Laudæ,&geminatio ostẽdit præcisam intentionem statuentium. *l. Balista. ff. ad Trebel.Bald.in cap.eam te.in secunda columna de rescriptis.& in l fructus.C.de actio.empti.* Vnde per generalitatem prælegati statuti Laudensis, quod disponit in causis pupillorum procedi simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, non debet intelligi derogatum iuri communi, & iuri statutario geminato.*l.si quando.in princip.in vers. neque enim credendum est. C. de inoffic. testam.* Nec † per verba gene- 8
ralia dicti statuti debet intelligi remissa spoliatio, & sic dolus & delictum spoliantis,quin spoliatus ante omnia sit restituendus. *l.creditor.§. Lucius. ff. mandati. Bald. in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.* Et tanto magis cum istud statutum, quod in causis pupillorum procedatur simpliciter,&de plano &c.declaretur per aliud statutum ciuitatis Laudæ, quod declarat,qualiter talia verba intelligi debeant.& vbi † ha- 9
bemus declarationem ipsius statuti, ibi non debet cadere alia declaratio, vel interpretatio hominis: *vt in simili dicit Bald.in auth. nisi rogati.in prima colum.C.ad Trebell.* quia determinata & declarata non egẽt alia determinatione nec declaratione, sed ea quæ sunt indeterminata.ita notat Bald.*in l.certo generi.§.1.ff. de seruitu.rusti.prædi.per illum tex. quem dicit ad multa allegabilem.facit l.continuus. §. cum ita.in fin. ff. de verb. obli.* præsertim stante alio statuto ciuitatis Laudæ disponente,quod omnia statuta præcise seruentur, sicut iacent ad literam. Illud † autem dicitur ad literam, 10
quod oculis corporeis potest legi: *vt est text. in l. 1. in princ.& ibi Bar.ff.de his quæ in testa.delen.* Sed oculis corporeis non legitur,quod spoliatus contra pupillum non debeat ante omnia restitui.Bene facit,*quod tenet Bal.in l.2.in vlt.col.in prin.C.de patri.qui filios distraxerũt.* quod quando est statutũ generale disponens, quod statuta debeant seruari ad literam, tunc non fit extensio,nec ibi cadit interpretatio extensiua: quia litera dicitur,quæ oculis videtur, nõ quæ solo intellectu percipitur:*per dictam l. primã in princ.ff.de his quæ in testa.delen.* Itẽ stante statuto, quod testamenta seruentur ad literã,tunc sub expressa vulgari non continetur tacita pupillaris *ita singulariter tenet Bald. in l. precibus.in quarta col.C.de impu.& alijs substitu. quem sequitur do.Alex.in l.1.in sexta charta in fine,& in l.iã hoc iure in primo notabili.ff.de vulg.& pup.* Item † quando statutũ 11
dicit, quod verba statutorum debeant ad literã intelligi,tunc litera intelligitur,prout à vulgo exponitur:*secundum Bald.in l.omnes populi.in penul. col.in vers.c. tertio nota.quod si statutum.ff.de iusti.& iur.sequitur Petrus de Anch.in commento cap.canonum statuta.de constit.in 14. quæstione principali, in vers.c. vtrum ergo statuta recipiant interpretationem.*

Tertio principaliter pro eadem parte facit; quia secundum statuta ciuitatis Laudæ, spoliatus in modo procedendi est ita priuilegiatus sicut & pupillus. Nam quemadmodum disponitur, quod in causis pupillorum procedatur de plano,& sine strepitu. &

figura iudicij, ita etiam in causa spolij disponitur, quod quicunq; spoliatus restituatur in ea possessione, in qua erat tempore spoliationis, summarie, & sine strepitu, & figura iudicij: & sic quantũ ad modum procedendi pupillus & spoliatus sunt pariter priuilegiati. Sed vltra hoc spoliatus est in specie priuilegiatus, & de iure cõmuni, & de iure statutario, quod ante omnia debeat restitui: Ergo cum in hoc casu, de quo agitur, spoliatus sit in specie priuilegiatus in ista causa spolij, ergo excludet priuilegiatum in genere: *vt l. final. C. ex quib. cau. ma.* Ista est doctrina Bartol. & omnium in authen. quas actiones. *in secunda col. C. de sacrosanctis eccle. item notat domin. Abb. in cap. ad aures. in secundo notabili, per illum text. de præscriptio. & idem dominus Abbas in cap. cum pro causa. in secundo notabili, per illum text. de senten. excommu. facit text. in §. sed hoc præsenti. in versic. si tamen. in authen. de sanctiss. episco. & in authen. nisi rogati. & ibi gloss. magna ad fin. C. ad Trebellia.*

Quarto ad idem facit, quia prædictum statutum generaliter loquens in causis pupillorum, non habet locum in causa spoliationis specialiter priuilegiata, quia † statuta generaliter loquentia non intelliguntur loqui in casibus specialibus, seu specialiter priuilegiatis: *vt est gl. ordinaria & approbata in l. sciendum in princ. & ibi Bartol. & alij ad hoc notant & sequuntur. ff. qui satisd. cogan. & glo. in authen. de hæred. ab intest. in princip. in gloss. in verb. vacantibus. Bartol. in extrauaganti, ad reprimendum, in verb. non obstantibus & pro hoc soleo allegare tex. in l. in testamentis. & ibi Rapha. Fulgos. ad hoc notat. C. de testa. iuncta l. hac consultissima. vbi gl. C. qui testa. fa. poss.*

Confirmatur; quia † per generalem derogationẽ, seu per generalem reuocationem nunquam intelligitur derogatum priuilegijs, seu causis priuilegiatis, nisi de eis fiat mentio. *gloss. est singularis & approbata in l. decurionibus. C. de silentiarijs. libro 12. quam ad hoc notat & reputat singularem Bal. in c. 1. in fin. in tit. quo tempore miles. in vsi. feud. & ca. ecclesia Sancta Maria. in quarta col. de constitu. & in ca. 1. in penulti col. & in c. cum ordinem. in pen. col. & ibi bonus tex. de rescrip. idem tenet Bal. in l. non plures. C. de sacros. eccle. & in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. & in 2. constit. C. in ver. Si qua vero. per illum text. do. Alex. in cons. 101. primi vol. quod incipit, Visis instrumentis exemptionis. in secunda co. Facit, quod vult gl. notabilis in c. vnico. in gloss. antepenulti. in verb. consuetudine. de capell. monach. in sexto.* Sed causa spolij est priuilegiata de iure communi: *vt patet in c. reintegranda. 3. quæst. 1. & in l. prima. C. si per vim vel alio modo. & l. si quis ad se fundum. C ad leg. Iul. de vi. & in c. super spoliatione. de ordi. cogni.* Item est etiam priuilegiata per statuta geminata ciuitatis Laudæ, vt prædixi.

CONSILIVM CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simplex habita à matre non debet conferri sorori nisi in duobus casibus.*

QVÆRITVR, an donatio simplex iurata facta per matrem vni ex filiabus quæ iam erat maritata, & dotata, veniat de iure conferenda cum alia sorore, quæ similiter erat maritata, & dotata, sed nullam donationem simplicem à matre habuerat, & ambæ veniunt ad successionem matris ab intestato. Videretur quod sic, ad hoc vt æqualitas inter ipsas sorores obseruetur: *iuxta l. vt liberis. C. de colla.* Breuiter in contrarium est veritas, quod talis donatio simplex iurata habita à matre non debet conferri alteri sorori, sed debet esse sua præcipua: † donatio simplex habita à matre non debet conferri sorori nisi in duobus casibus. Primus est, quando ipsa mater donans hoc expressisset in donatione, scilicet quod debet conferri. Secundus casus est, quãdo vna sola filiarum habuisset dotem, & alia simplicem donationem, tunc quia dos habita debet conferri, illa quæ habuit simplicem donationem teneretur etiam illam donationem simplicem conferre, vt isto casu æqualitas inter ipsas sorores obseruetur. *text. est de his planus in l. illud. §. final. C. de colla. per quem text. ita etiam tenet Bart. in l. 1. §. nec Castrense. in pen. col. in vers. Sed contra prædicta facit. ff. de colla. bono.* & ibi Bart. assignat rationem diuersitatis, quare secus sit in filio emãcipato, quod donatio ei facta à patre veniat in collationem *l. vt liberis ad fi. C. de colla.* & tamen donatio simplex facta à matre non venit in collationẽ nisi in duobus casibus supradictis: *per d. l. illud. §. final. & cum Bar. transeunt Rapha Fulgo. Lud. Ro. & do. Alex. in auth. ex testamento. C. de colla. Pau. de Castr. in d. l. vt liberis.* Vbi dicit, quod non posset dari melior ratio, quam sit illa Bart.

CONSILIVM CLXIV.

THEMA.

SVPER terra seu Baronia de Landora de Artonino, & vicecomitatu de Cadarcio diœcesis Ruthenensis vertitur quæstio & controuersia in petitorio coram sublimi & excelso senatu, seu parlamento Tholosano, inter dominã Margaritam, seu Raymũdum de Castro Persio eius donatarium & maritum ex parte vna, & nobilem & potentem dominum Guillotum de Stagno ex parte altera, & procuratorem regiũ nomine pauperũ Christi ex parte tertia, quis eorum in prędictis bonis potiora iura habeat, & quis eorum debeat de iure præferri.

SVMMARIA.

1 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
2 *Fœmina est de agnatione patris.*
3 *Substitutio quando non valeat.*
4 *Prohibitio testatoris fortior quam contrahentium.*
5 *Dispositio testatoris est lex, seu pro lege seruatur.*
6 *Virile officium est arma & signa domus deferre & non fœmineum.*
7 *Familiarum conseruatur honestas per diuitias.*
8 *Via tutior pro anima & iustitia naturali semper est iuuare dispositiones ad pias causas.*
9 *Hæredis institutio caput & fundamentum testamenti.*
10 *Testator quilibet nescit dicere, instituo hæredem.*
11 *Masculus vltimus de familia potest extraneum hæredem instituere, ex quo alius masculus de agnatione non superest.*

12 *Prohibitio alienationis in generali intelligitur de voluntaria alienatione.*
13 *Testandi facultas debet esse libera.*
14 *Fideicommissum non debetur, quod pendet à conditione inutili.*
15 *Remittentibus actiones suas non est dandus regressus.*
16 *Metus præsumptio non est in loco, vbi viget iustitia.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. In prę̃senti egregia cõsultatione videretur prima consideratione dicendum, quod dicta bona peruenire debeãt ad dominam Margaritam, seu Raymundum eius donatarium & maritum vigore testamenti Ianicoti, qui instituit Arnaldum fratrem suum vltimũ masculum hæredem suum vniuersalem, & post mortem illius substituit illi quandam sororem suam, aut filiũ Galendum, & illis deficientibus, prout defecerunt, substituit dictam aliam sororem dominam Margaritã: Ergo vigore talis substitutionis, quæ euenit, dicta domina Margarita admitti debet; & cũ dictus Arnaldus fuerit hæres dicti Ianicoti, non potuit aliquid
1 facere, aut ordinare cõtra eius dispositionem † cum hæres non possit venire contra factũ defuncti. *l. cum à matre. C. de rei vendi. & l. successores. C. de solu. & l. venditrici. C. de rebus alie. non alie.* Item cogitur quis habere ratum factum illius, cuius est hæres. *l. ex qua persona. ff de reg. iur. Bar. in l. Lucius ff. sol. matri.* cum hęres censeatur eadem persona cum defuncto: *vt in authen. iureiu. à mor. præsti. in princ. gl. & Bart. in l. secunda §. final. ff. de*
2 *præto. stipu.* Item † ista domina Margarita licet sit fœmina, tamen est de agnatione & familia de Lãdorra, quamuis etiam sit maritata. *l. 1. §. fi. ff. de iniurijs Bal. & alij in l. voluntas. circa princip. C. de fideicommiss. dominus Alex. in l. quædam puella. in vlti. col. in princ. ff. de iurisdict. om. iudic.* Vnde ipsa potius admitti debet, quæ nunc vltima reperitur de dicta agnatione, quam prę̃fatus dominus Guillotus, qui est penitus & omnino extraneus.

Sed istis non obstantibus breuiter concluden-
3 dum videtur, quod † dicta domina Margarita, seu dictus Raymundus ex dicta substitutione Ianicoti admitti de iure non possint, quia talis substitutio nihil valet, cum sit facta contra expressam prohibitionem Arnaldi primi testatoris, qui in suo testamento expresse prohibuit, quod dicta terra seu Baronia nũ quã peruenire debeant ad liberos fœminas, & nunquam in eis succedant, sed congruenter & debite dotentur etiam in casum, in quo non supererent liberi masculi: & sic perpetuo excluserit fœminas suę posteritatis à successione dictorum bonorum; quia noluit nomen & arma illorum per fœminas perdi, sed voluit, quod bona sua perueniant ad posteritatem suam masculinam, de masculo in masculum in infinitum, & casu quo dicta terra, seu Baronia, & vicecomitatus ad fœminas deueniret, quod tunc publice vendantur, cum omnibus eorum membris, & pretium inde exactum detur pauperibus Christi, & ad maritandum pauperes domicellas, & alia pia opera. Vnde cum ille primus Arnaldus expresse prohibuerit in suo testamento dictam Baroniam, & vicecomitatum deuenire ad liberos fœminas, prout dicunt verba testatoris, etiam quando nõ supererent liberi masculi, & sic quod nullo vnquã tempore succederẽt fœminę in dictis bonis, ergo substitutio facta postea per Ianicotum de personis expresse prohibitis non valet. *l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. Bar. in l. peto. §. fratre. ff. eodem de leg. 2. & in l. si ita quis. §. ea lege ff. de verb. obl.*

Itẽ prohibitio expressa testatoris primi, quod dicta bona nunquam perueniant ad liberos fœminas, impedit, ne possint substitui hæredes. *dicta l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligatio.* vbi † prohibitio 4
contrahentium istud impedit, ergo multo fortius debet impedire prohibitio testatoris, quę est fortior. *l. final. C. de rebus alie. non alie.* & æquiparatur prohibitioni legali. *l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. 1. & l. cum pater. § libertis. & l. peto. §. si. ff. de legatis. 2. Bar. in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3.*

Item aliud inquirere non debemus, nisi quia testator primus sic disposuit, & expresse prohibuit: *vt l. 3. in fin. C. de necess. ser. hæred. instituend. vbi est text. optimus de hoc: secundum Angel. in consil. 6. quod incipit, Ex dicto themate plura dubia possent oriri. in prima columna, circa finem.*

Item † dispositio testatoris est lex, seu pro lege ser- 5
uatur. *§. disponat testator, & pro lege seruetur. in authent. de nup. & l. verbis legis ff. de verb. signifi. & l. testandi. C. de testa.* & tanto magis cum ista prohibitio facta in liberos fœminas sit facta cum legitima causa expressa in testamento, vt non perdatur nomẽ, nec arma de Landorra, ergo valet: *vt l. filiusfa. §. diui. cum vulgaribus. ff. de leg. 1. & l. quoties ab omnibus. cum gloss. C. de fideicommiss.* Nam † virile officium est, arma, & signa domus 6
deferre, & non fœmineum. Vnde masculi, & non fœminæ, possunt faydam leuare, & sic pacem & cõcordiam de inimicitia facere: prout dicit gloss. notabilis *in cap. primo, §. hoc autem notandum, in gloss. prima magna. ad fin. qui feudum dare possunt. quæ gloss. est ordinaria, & alibi non reperitur in iure: secundum Baldum Angel. Imol. & alios in l. pro hærede. §. final. ff. de acquirend. hæredi.*

Item æqua & rationabilis fuit dicta prohibitio, vt prædicta bona conseruentur in linea masculina, & sic in agnatione & familia: *vt est text. in l. prima. §. sed & si seruus. in verb. vt ordinum dignitas, familiarũque sit salua. ff. de ventr. inspi. & l. super statu. C. de quæstio.* quia
† per diuitias familiarum conseruatur honestas, quę 7
perit per inopiam. *§. sancimus. in auth. de testi. & l. prima ff. de custo. reorum.* Nam ad publicam vtilitatem pertinet, quod masculinam prolem comitentur paternæ & auitæ diuitiæ, cum per nepotes, & eorũ proles sit futura æterna memoria. *l. liberorum. in fin. ff. de verborum significatio. & notabiliter Ioan. Andreæ in addition. Specul. in tit. de succes. ab intesta. super rubrica. in prima col. ad finem.*

Item in istum casum substitutionis Ianicoti, potius deberent admitti pauperes Christi, propter expressam dispositionẽ primi Arnaldi testatoris proxime relatam, qui expresse disposuit, quod eo casu, quo eius hæreditas ad liberos fœminas deueniret, tota terra & Baronia de Landorra, & vicecomitatus prędictus cum omnib. eius mẽbris publice vendantur, & pretiũ inde exactum distribuatur in pauperes domicellas maritandas, & alia pia opera. Vnde cum domina Margarita sit substituta in testamento

Ianico-

Ianicoti,&ad eam prędicta hæreditas sit deuentura, ergo pauperes Christi vigore testamenti Arnaldi primi debent præferri:& in dubijs fauendũ est pauperibus Christi,& pro eis iudicandum.*cap.super prudentia.14.q.2.& cap final.de re iudi.& l.sunt personæ ff. de religio.& sump.fune.*

8 Item tutior† via pro anima&pro iustitia naturali est semper iuuare dispositiones ad pias causas,in quibus non est de apicibus iuris disputandum:*secundum Bald. in cons.216. primæ partis incipiente,Verba testamenti sic dicunt.in fi.*

Nec dicatur,quod illud testamentũ Arnaldi primi non sit validum;eo quia non habet expressam in
9 stitutionem hæredis † quæ est caput & fundamentum testamenti.*§. ante hæredis.insti. de legatis.* Nec valet testamentum,quod hæredem non habet : *vt dicit tex.in l.proxime.ff.de his quæ in testamen. delen.* Item non est proprie testamentum sine institutione hæredis: *vt notatur in l.1.ff.de testamen.* Quia respondetur, quod istud testamentum fuit factum à milite militante & statim profecturo ad bellum,prout dicitur in prin.ipsius testamenti, in quo etiam dicitur quod vltimam eius ordinationem de omnibus bonis suis & hæreditate disposuit, secundum modum ibi contentum: & inter cætera,quod eo casu,quo ipsum Arnaldum decedere contingeret in dictis armis,seu alibi vbicunque sine liberis masculis, quod totam terram de Landorre,& vicecomitatũ de Cadarcio cum omnibus eius membris teneat & possideat eo casu nunc,& in futurum Amaluiuus deLãdore frater suus germanus,& eius liberi masculi legitimi,& ipsorum liberorum suorum liberi masculi,quæ verba important institutionem hæredis: *vt est text.expressus in l.licet inter priuatos.C. de pactis. & ibi gloss. Bartol. & alij:& est l. multum singularis, secundum Bartol.ibi,* qui etiam dicit se nescire eam alibi. Nam milites quocunque modo,& quibuscunque verbis testari possunt. *l.1. ff. de mili. testa.* imo etiam in testamento pagani valet testamentum, licet non sit expressa institutio hæredis, dummodo sint alia verba æquipollentia: *vt notabiliter tradit Bal.in cons.136.tertij*
10 *voluminis incipiente,Viso testamento Blasini*: quia † quilibet testator nescit dicere,*instituo hæredem,* sed sufficit, quod æquipollentibus verbis vtatur: *vt est gloss. notabilis in l.quoties.& ibi Bal. & alij. C. famil. erciscund. & Bal.in l.licet.C.de natu.liber.* Et quantum ad dominam Margaritam, seu Raymundum eius donatariũ crederem, quod pauperes Christi eam de iure excluderent.

Breuiter concludendo, tenendũ arbitror, quod prædicta bona de iure pertinere debeant ad præfatum dominum Guillotum de Stagno,&quod preferri debeat non solum dictæ dominæ Margaritæ, seu Raymundo eius donatario, per ea quæ superius deducta sunt,sed etiam pauperibus Christi; eo quia fuit institutus hæres vniuersalis in testamento Arnaldi tertij & vltimi masculi cum hoc, quod portaret nomen & arma domus de Landorre,& præfatus testator dictæ dominæ Margaritæ eius sorori iã sexagenariæ prouidit de sufficienti portione bonorũ vt inde posset honeste viuere, attento quod esset in ætate non nubili, aut saltem non apta ad sobolem procreandam,&ipsa domina Margarita præsente,& non contradicente suum fecit testamentum. Vnde † cum dictus Arnaldus tertius esset vltimus de li- 11
nea masculina,& sic nulli essent masculi, quos posset instituere,& esset expresse prohibitus relinquere fœminis, & sic sororibus, etiam quando non supereſſent liberi masculi ex testamento Arnaldi primi, prout superius fuit dictum, ergo licite potuit instituere socerum,&sic extraneum, alias in homine sanæ mentis impediretur libera testamenti factio : *contra l.non vsque adeo.ff.si quis à paren. fue. manumis. & l.ex facto. ff. de vulga. & pupilla.* Item auferretur sibi facultas testandi, quæ tamen etiam constringi non potest.*l.cum duobus. §.idem respondit.ff.pro socio. & l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. & l.fin. C.de pactis.* Item esset impedire rerum suarum liberam administrandi potentiam : *contra l. dudum. C. de contrahen.emp.& l.Polla.C.de his qui. vt indi.* item quando Arnaldus vltimus de linea masculina instituit socerum hæredem, & sic extraneum, istud fecit ex quadam necessitate : quia quum non posset semper viuere,sed necesse esset,quod semel moreretur.*l.1.ff.de condi.& demonst.* & quod haberet hæredem ex testamento,vel ab intestato. *l.1.cum gloss.ff. de fundo dotali. & l.quædam. ff. de acquir.rer. domin.* Ergo quando instituit extraneum fuit necessaria alienatio in extra-
neum, si testari volebat, sed in † generali prohibi- 12
tione intelligitur de voluntaria alienatione, & non de necessaria : *secundum Bartol.& docto. in dicta l. si ita quis.§.ea lege.ff.de verbor.obligatio.& in dicta l.peto.§. fratre.ff.de leg.2.*

Bene facit,quod egregie consuluit Angel.*in cons. 57.incipiẽte,domina Andrea condidit testamentum & suum hæredem fecit quoddam hospitale &c.* Vbi signanter cõsuluit, quod si testator reliquit alicui bona sua, & prohibuit ipsum hæredem, & eius descendentes alienare quoquomodo,vel pignorare,vel permutare, vel quouis alio titulo in alium transferre, & si secus fecerit voluit bona sua ad alium deuenire, & sic in casum alienationis & contrafactionis ibi expresse & nominatim prouidit de substituto, tamen non obstante tali prohibitione potest etiam extraneum hæredem instituere, quia talis prohibitio intelligitur de alienatione voluntaria,quæ non trahitur ad hæredis institutionem, cum sit necessaria, *dicta l.prima,ff.de fundo dotali.iuncta l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alie.iudi.mutan.cauſ.fac.* Non enim prohibitus potest perpetuo viuere, vnde necesse est, quod habeat hæredem : nec secundum Angel. debet imputari ei, cui dicta prohibitio facta est, si instituit extraneum hæredem † quia libera debet esse testandi 13
facultas, & non debet restringi per metum pœnarum,aut amissionis hæreditatis.*l.ille autẽ. ff. de hæred. instituẽ. & l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio.* Imo fortius subdit ibidem signanter Ange. quod si testator,qui prohibuit bona hæreditaria alienari,voluisset etiam dicta bona adimere hæredi suo,si extraneum hæredem instituisset, & hoc expresse adiecisset in testamento, ista talis prohibitio de instituendo extraneum hęredem non valeret;eo quia† fideicommissum relictum, vel iniunctum in 14
defectum conditionis,quæ de iure reijcitur, vel reprobatur,non debętur : *vt l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine. & l. quoties sub conditione. ff. de condi. & demonstratio. & sic vult signanter Angel.* quod testator non possit hæredi instituto expresse prohibere, ne in-

stitutio-

ſtitutionem hæredis etiam extranei faciat. & illam deciſionem Angel. totam formaliter refert & ſequitur dominus Alexand. *in conſilio 154. ſecundi voluminis incipiente, Viſis & accurate conſideratis his quæ in themate.* Et iſtud idem, quod teſtator non poſſit prohibere hæredem inſtitutum, quin ipſe hæres poſtea alium etiam extraneum inſtituat hæredem, tenuit ipſemet Angel. *in conſilio ſeptimo incipiente. Ex dicto themate plura dubia poſſent oriri.* Et iſtud multo magis procedit in caſu præſenti, attento quod dictus Arnaldus tertius erat vltimus de linea maſculina, vt ſtatim ſubijciam.

Ad idem pro eadem parte facit; quia cum primus Arnaldus teſtator prohibuerit alienationem, ſeu diſpoſitionem dictarum terrarum & bonorum in liberos fœminas, etiam quando non ſupereſſent liberi maſculi, iſtam prohibitionem in fœminas fecit fauore maſculinitatis, & ſic agnationis & familiæ, vt ſuperius fuit dictum. Vnde cum non ſupereſſet niſi vnus ſolus maſculus de familia, ſcilicet Arnaldus tertius, ille potuit relinquere dicta bona extraneo & ſic alienare extra familiam, ex quo non ſupereſt, qui poſſit alienationem reuocare. ita in ſpecie tenet Paulus de Caſtro in conſilio 45. incipiente, Videtur dicendum, quod dictus Chriſtophorus de Vbertis, & licet nihil ad hoc alleget, poteſt allegari bonus text. *in l. Mutiana. in fin. ff. de condit. & demonſtrat. quem allegat Bart. in l. filius fami. §. diuus. in ſecunda oppoſitione. ff. de legatis primo.* Potuit ergo dictus Arnaldus tertius & vltimus de linea maſculina inſtituere quem extraneum vellet, dummodo non inſtitueret perſonam expreſſe prohibitam inſtitui à primo Arnaldo teſtatore, & ſic dummodo non inſtitueret aliquos liberos fœminas, quia tunc pauperes Chriſti fuiſſent admiſſi. Vnde iſte dominus Guillotus de Stagno inſtitutus hæres vniuerſalis ab Arnaldo tertio eius genero, debet cæteris omnibus præferri, & excludere non ſolum dominam Margaritam, ſeu Raymundum eius donatarium, cum ſubſtitutio de ea facta in teſtamento Ianicoti nihil valeat, cum ſit facta contra expreſſam prohibitionem Arnaldi primi teſtatoris, vt ſuperius fuit deductum, ſed etiam excludit ipſos pauperes, cum non ſimus in caſu contento in teſtamento Arnaldi primi, qui iuſſit bona ſua debere vendi, & diſtribui in pauperes, & pios vſus, eo caſu quo hæreditas ſua ad liberos fœminas deueniret: & nihil debet intelligi, ſi deueniret ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed in caſu iſto, attenta inſtitutione vniuerſali domini Guilloti, facta in teſtamento Arnaldi tertij & vltimi, nullo caſu bona ſunt peruentura ad liberos fœminas, non quidem ab inteſtato, quia illa ceſſat, donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento. *l. quamdiu. 2. ff. de acquir. hæredi. & l. quamdiu. ff. de regul. iur. & l. antequam. C. communia de ſucceſ.* Non quoque ex teſtamento domini Arnaldi tertij & vltimi de linea maſculina, quia ipſe non inſtituit aliquam liberorum fœminam, in quem caſum pauperes Chriſti vocati ſunt in teſtamento primi Arnaldi, ſed inſtituit ſocerum ſuum hæredem vniuerſalem: Et licet in dubio fauendum ſit pauperibus, vt ſuperius fuit dictum, non tamen propter hoc licitum eſt deuiare à tramite iuris. *capit. ex tenore. de ſo. compe. & cap. nuper de dona. inter vir. & vxor. 10. de Ana. in conſil. 68. incipiente, Viſo ſtatuto.* Vnde cum dominus Guillotus præferatur etiam pauperibus, qui præferuntur & excludunt dominam Margaritam, vt ſuperius fuit concluſum: ergo ſuccedit trita regula, quod ſi vinco vincentem te, multo magis debeo te vincere. *l. de acceßionibus. §. 1 ff. de diuerſis & tempo. præſcrip. & c. authoritate. ad fi. de conceſ. præben. in ſexto. Facit tex. notabilis in l. ſi viua matre. circa medium. C. de bon. matet.*

Prædicta adhuc fortius militant in caſu præſenti in fauorem domini Guilloti de Stagno ad excluſionem præfatæ dominæ Margaritæ, ſeu Raymũdi, quia in facto præſupponitur, ꝙ ipſa domina Margarita diuerſas donationes fecit ipſi domino de Stagno de omni iure ſuo prætenſo, licet poſtea dicat illas feciſſe metu. Vnde † remittentibus actiones 15
ſuas non eſt regreſſus dandus: *vt dicit tex. in l. quæritur §. ſi venditor. ff. de ædi. edic. & in cap. quam periculoſum 7. quæſtione prima. & text. notabilis in capit. primo §. præterea. qui' mod feud. amit. & in l prima, §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. edic.* Item † in omni loco, vbi viget iuſtitia, nõ 16
eſt præſumptio metus, nec eſt veriſimile, quem eſſe metu compulſum. *l. non eſt veriſimile. in princip. & ibi Bartol. in ſecundo notabili. ff. quod metus cauſa. & l. prima, C. de his qui per metum iudi. non appellant.* Item non eſt veriſimile, quem pati metum, aut violentiam in loco iuſtitiæ. ita dicit Innocentius in cap. ſecundo, circa finem, de alie. iudi. *per tex. in dicta l. non eſt veriſimile. in princip.*

CONSILIVM CLXV.

ARGVMENTVM.

Generalis remiſſio delictorum non porrigitur ad non expreſſa, neque ad maiora expreſſis, etiam adiecta clauſula generali, ſi eſſent maiora: item nec ad bona iam in fiſcum incorporata.

SVMMARIA.

1 *Literæ Principum quando non valeant.*
2 *Clauſula, etiam ſi talia forent &c. quid operetur.*
3 *Clauſula generalis non debet com, rehendere delicta.*
4 *Canonici quando non veniant ſub clauſula clericarum.*
5 *Omißio formæ vitiat actum quantumcunque pium & fauorabilem.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosiſſimæ virginis nominibus ꝑ veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis. Hæredibus extraneis quondam Antonij Formicæ non poſſunt de iure ſuffragari literæ Marchionales, licet in ampla forma habitæ quantũ ad crimen obloquutionis de principe, propter quod iã fuerat condemnatus, & pœna exacta, & fiſco incorporata, eo quia literæ remiſſionis condemnationum non valent, niſi cauſa, & quælibet facti qualitas exprimat; quia † tales literæ prin- 1
cipũ, quæ facti ſeriẽ non continent, non valent. *cap. ſuper eo. de cohabi. cleri. & capit. dilectus filius Abbas ſancti Stephani. & cap. ad audientiam. de reſcript. Ita formaliter tenet Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtili. pub'. in nona colum. in verſic ad concordandas iſtas opiniones. vbi reputat hoc eſſe menti tenendũ. idem tenet Olar. Laud. in conſ. 22. incipiente, Ad quæſtionem. ad ſi. Refert & ſequitur domi.*

Alex-

Alexand. in consilio 114. primi voluminis, quod incipit, Ponderatis his quæ narrantur in themate. in secunda colum. ad fi.

2 Nec obstat, quod † in literis marchionalibus adsit clausula, etiam si talia forent, de quibus hic mentio specialis fieri debuisset, quæ clausula idem videtur operari, ac si specialiter & nominatim fuissent expressa, quæ exprimi debuerant: *prout notat Bald. in l. omnes. circa princ. C. de præscrip. 30. annorum. per illum tex. in verb. specialiter ac nominatim.* quem ad hoc reputat singularem & meliorem, qui sit in iure, ad clausulam quam dicit multoties vidisse, in qua dicitur, quod perinde habeatur ac si specialis fuisset facta mentio. *Angel. in l. diuus §. licet ff. de iure codicil. & in consilio 274. quod incipit. Non est dubium. in pen. col'um. cum alijs concordantijs ad hoc solitis allegari:* Quia dicitur, quod imo illa clausula generalis non sufficit, sed requiritur specifica expressio cuiuslibet facti, & delicti: prout tenent Doctores superius relati. & quod illa clausula generalis non sufficiat, si dicatur, etiam si essent talia, de quib. esset fienda mentio specialis de verbo ad verbum, *tenet Calderinus in consil. 11 sub rubri. de priuilegijs. quod incipit, Habet ordo sanctæ Clarę. Et late Cardina. Florentin. in consilio 51. quod incipit, Gregorius Papa. & in consilio 136. quod incipit, Factum sic habet, vacantibus canonicatu & maiori præbenda. in penulti. colum. & in clemen. prima, in tertia oppositione, de sepultu. idem tenet Fridericus de Senis late arguens ad partes in consilio 232. quod incipit, Casus talis est, monasterijs cuiusdam ordinis monialium. idem notabiliter tenet Archidiaco 26. quæstione. 2. in summa. in vltim. columna, quem simpliciter allegat Bal. in præludijs feudorum, in 14. col. in prima diuisione feudorum, circa fi. Et ista est communis opinio secūdum do. Feli. in cap accedentes. in tertia col. ad fi. & sequenti de præscrip. post doc. ibi per eum relatos. & idem Felyn. in cap. nonnulli. in princip. in nona col. in versic. amplia 2. de rescriptis. idem late tenet Paul. de Castro remouendo quædam contraria in consilio 55. incipiente, Passus iste dubitabilis videtur. & in consilio 314. quod incipit, quoniam adiectione non indiget plenitudo. in tertia columna, & sequenti. idem late sequitur Ludoui. Roman. in consilio 327. quod incipit, Istæ sunt rationes. in penultima col. & in cons. 436. incipiente, Quia indultum Petri. & in consilio 498. quod incipit, In casu quo quæritur. in penul. col. do. Andreas Barba. in cons. 27 secundi volu. quod incipit, Scripsit Propheta. in vlt. col. & Petrus de Anch. in c. cum instantia. de censibus.* vbi dicit, se illo anno ita consuluisse, & secundum illud consilium fuisse pronunciatum per Reuerendum dominum Patriarcham Venetum.

Secundo cū de isto delicto obloquutionis principis iam esset sequuta condemnatio, & facta exequutio pœnæ, & incorporatio in fiscum, certe literę Marchionales remissorię quorūcunque delictorū, etiam si remittant condemnationes, & bonorum confiscationes, tam factas, quam faciendas, vt in casu præsenti, non intelliguntur remittere illas, de quibus pœna iam fuit actualiter per fiscum exacta, nisi rescriptum principis faciat mentionem de illa exactione iam facta, propter quam omissionem rescriptum redditur nullum, tum quia est obreptitiū, tū quia fisco damnosum. *ita tenet Bal. in l. nec damnosa. in versic. secundum exemplum est. per illum tex. C. de preci. impe. offe.*

Tertio, quia in dictis literis marchionalib. fit specialiter remissio quorundam delictorum, & postea subijcitur generalis clausula, de quibuscunque alijs excessibus, quo casu † illa generalis clausula non debet comprehendere delicta, quæ sunt grauiora his, quæ fuerunt specificata, prout est illud crimē obloquutionis de principe, quod videtur esse grauius, quam essent illa specialia crimina ibi specificata, scilicet conductionis bladorum extra dominium, vel non conductionis bladorum temporibus debitis, & ad loca debita, *prout est text. in cap. sedes apostolica. de rescrip.* per quem text. decidit ibidem Innocen. quod † si Papa concedit rescriptum contra Titium clericum, & quosdam alios, sub illa clausula generali nō veniunt canonici, quia sunt maiores & digniores simplicibus clericis. domin. Abb. *in cap. bonæ. el primo, in prima colum. de postula. præla.* Ad idem est text. *in clemen. non potest. ad fin. de procura. Facit, quod per ista iura tenent Bartol. & alij in l. sed & si quis. §. quæsitum. in secunda columna ff. si quis caut.* quod si aliquis renunciauit in specie aliquibus casibus fortuitis, de inde subijciat clausulam generalem renūciationis, quod restringitur ad similia vel minora casibus expressis, non autem ad maiora, item facit, quod notabiliter tenet Ludo. Roma. *in consilio 271. quod incipit. Vis tota. in prin.* Vbi consuluit, quod si rex vendat terram cum quibusdam iuribus regalibus expressis, ad iecta clausula vniuersali, *& quibuscunque aliis iuribus regalibus*, quod non veniunt iura regalia maiora expressis.

Quarto & vltimo accedit decretum marchionale, disponens, quod rescripta marchionalia dispononentia circa introitus marchionales, sint ipso iure nulla, & nullius roboris, & momenti, nisi sint subscripta manu propria ipsius domini marchionis. Vnde cum istæ literæ marchionales concessæ dicto quondam Antonio Formicæ tenderēt ad diminutionem introituum marchionalis cameræ, & non sint subscriptæ manu propria ipsius domini marchionis, ergo sunt ipso iure nullæ, cum in eis non sit seruata forma tradita à decreto marchionali: *per regulam l. cum hi. §. si prator. ff. de transact. & capi. cum dilecta. de rescrip.* quia † etiam omissio formæ vitiat actū quantuncunque pium & fauorabilem: *vt l. qui Romæ §. Flauius Hermes. ff. de verbor. obligatio. Bald. in l. testamentum non ideo. in 2. notabili. C. de testa. & in l. si pupillus. in princip. ff. si cer. petat. & in l. fin. C. si manci. ita fue. alie. ne prostituatur. & in l. tertia. C. si minor se maio. dix.* & tanto magis cum illud decretum marchionale habeat expressam clausulam annullatiuam rescripti. *iuxta textum notabilem in capit. dilecto. circa fi. in versic. nisi forte. de præbend. & gl. solennem in clementi. prima, in verb. inhibentes. de iure patro.*

3 4 5

CONSILIVM CLXVI.

THEMA.

PVNCTVS præsentis controuersiæ in eo consistere videtur, an Monsnoctulus sit territorium & iurisdictio separata à territorio Charij, an vero dicatur de finibus & territorio ac iurisdictione Charij. Nam

Nam si verum fuerit, quod Mons noctulus sit de territorio Charij, tunc filii & hæredes quondam domini Nicolai de Scarampis habebunt fundatam suam intentionem contra filios & hæredes quondam domini Matthæi de Scarampis ex iure concesso de anno dominicæ salutis 1190. ecclesiæ de Fornellis, quod habeat molendina, falla, batanderia; & totum ripaticum in aquis, ripis, & fluminibus curiæ Charii, & totius villæ Charii, & quod aliqua alia persona, excepto ministro dictæ ecclesiæ de Fornellis, non possit, nec habeat ius ædificandi, construendi, vel quouis ingenio faciendi molendinum, batanderium, vel folerium in tota aqua, siue toto ripatico curiæ Charii, vel toto territorio, vel poderio villæ Charii. Quæ iura dicta ecclesia de Fornellis permutauit cum ecclesia de Ferrania, vt apparet ex instrumento permutationis celebrato de anno 1285. in quo instrumento continetur, quod ecclesia de Fornellis in cambium & nomine cambii, seu permutationis, dat ecclesiæ de Ferrania totum id, & omnia illa, & singula, quod, vel quæ dicta ecclesia de Fornellis habebat, tenebat, & possidebat in districtu, territorio, & confinibus Charii, exceepto quodam nemore, qui vocatur Mõsnoctulus. Deinde omnia dicta iura ipsa ecclesia Ferraniæ cum authoritate sedis Apostolicæ permutauit cum præfato domino Nicolao de Scarampis.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictionis ob exercitium probatur villa esse de territorio.*
2 *Territorium quid sit.*
3 *Iurisdictio probatur per census, collectas, onera, præcepta executa, & obedientiam in loco, vel homines loci qui ostenduntur esse de iurisdictione.*
4 *Exceptio debet esse de regula.*
5 *Instrumenta de antiquo de confinibus plene probant.*
6 *Fama de antiquo plenam probationem facit.*
7 *Scriptura priuata quando probet.*
8 *Testes de auditu in antiquis plene probant.*
9 *Princeps in dubio nunquam intelligitur derogare iuri tertij.*
10 *Diuisio quando non præiudicet.*
11 *Sententiæ verba sunt stricte intelligenda.*
12 *Nemini licet in littore, vel ripa aliena aliquid facere, vel ædificare.*
13 *Fluuiorum in ripis licet retia ponere & ea siccare.*
14 *Dicta ratione frequentioris vsus alia non excludunt.*

REDEMPTORIS Crucifixi, & gloriosissimæ virginis nominibus pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. Procedendo substantialiter & succincte in quæsito superius formato, concluditur, quod Monsnoctulus sit de iurisdictione, & territorio, ac finibus Charii, ex infrascriptis fundamẽtis, ex quibus tollentur quædam, quæ per partem aduersam in oppositum adducuntur. Nam præsupponitur in facto, quod iudex, siue magistratus Charii semper ius dixit habitantibus in territorio Montisnoctuli, eos citando per nuncium curiæ Charii, & in eos procedẽdo pro publicis, & priuatis delictis, & quod habitantes in dicto territorio Montisnoctuli sunt & fuerunt semper de parochia Charii & ibi recipiunt sacramenta ecclesiæ, sicut alii de Chario, & sic sunt sub iurisdictione Charii in temporalibus & spiritualibus: *vt c. veniẽs. de transac.* Item soluunt onera, & collectas simul cum aliis de Chario. Vnde † per exercitium iurisdictionis probatur, villam esse de territorio illius loci, in quo iurisdictio exercetur, *ita tenet Bal. in l. data opera. in 11. colum. circa medium, in vers. Super situ cadit testimonium C. qui accusa. non pos.* Vbi formaliter dicit, probari aliquem locum esse de tali territorio per exercitium iurisdictionis: quia homines illius loci citati comparebant, & mandatis obediebant, vt ibi per eum. Istud idem, quod per exercitium iurisdictionis probetur territorium, & districtus, tam in terra, quam in mari, tenet etiam Bal. *in cons. 420. primæ partis, quod incipit, Verba principis Montisferrati dicunt. in secunda col. quod consilium est duplicatum in cons. 468 tertii voluminis, quod incipit, Qualiter probentur pertinentiæ & districtus. Et etiam est triplicatum in cons. 445. quintæ partis, quod incipit, Qualiter probentur pertinentiæ & districtus.* Istud idem q̃ territorium probetur per exercitium iurisdictionis, tenet etiam dominus Alexand. *in cons. 23. quinti voluminis, quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter magnificum. in 1. colu. in fine, & princ. sequentis.* Nam † territorium non est aliud, quam terræ spacium munitum & armatum iurisdictione: *secundum Bald. in rubri. quæ sint regalia in vsibus feud. facit l pupil. §. territorium. ff. de verborum significatio.*

Item † per impositionem, & exactionem onerum publicorum, & collectarum deprehenditur locum vel villam contribuentem in onerib. esse de territorio vel iurisdictione illius loci, cum quo soluit: *vt est text. in §. si quis igitur ex qualibet in authenti. quib. mod. na. effi. sui. in verb. sub illa ciuitate villa aut vicus tributa persoluat. per quem tex. notat Bald. in l. si quis. quæ est lex tertia. C. de natu. li. per illum etiam tex. in verb. censeatur.* quod per vtrunque text. potest notari, qualiter probetur, q̃ castrum, vel possessio sit de aliquo territorio. Nam probatur per solutionem census, vt patet in dictis duobus iuribus. *idem tenet Bald. in l. data opera. in 11. colu. circa finem. C. qui accusa. non pos. per dictum §. si quis igitur ex qualibet.* Et sequitur etiam dominus Alexand. *in cons. 35. quarti voluminis, quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter communitatem in tertia col. Et in dicto cons. 23. quinti voluminis, quod incipit, Viso processu causæ vertentis inter magnificum. in 1. col. ad fi. & princip. sequentis.*

Ad idem, quod Monsnoctulus sit de territorio Charii, facit instrumentum permutationis superius relatum factæ per ecclesiam de Fornellis cum ecclesia de Ferrania, in quo dicitur, quod ecclesia de Fornellis dat titulo cambii & permutationis ecclesiæ de Ferrania omnia & singula, quæ habebat,

bebat, tenebat & possidebat in territorio & cõfinibus Charii excepto quodam nemore, qui vocatur
4 Monsnoctulus. Vnde exceptio debet esse de regula: *vt l. 1. ff. de regul. iur. & glos. in rubri. de regu. iur. in sexto. Bartol. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in secunda columna. in fine. ff si quis caut. idem Bartol. in l. in his. ff. de legi.* Ergo est necesse, quod locus Montisnoctuli exceptuatus ab aliis quæ ecclesia tenebat in finibus Charii, sit etiam ipse in eisdem finib. Charii. Nam vt dicit Bartol. *in dicta l. in his*, bona est exceptio, quando dico, *omnes libri sunt mei*, excepto tali libro: sed non est bona exceptio, quando dico, *omnes libri sunt mei*, excepta domo: quia exceptio non est de contentis sub regula, secundum eum.

Ad idem facit instrumentum donationis quondam Marchionis Saluciarum factum de anno 1325. vbi dicitur, quod donauit Francisco Mulacio petiam vnam terræ montagnosæ, sitam in finibus Charii in Montenoctulo, & sic Montemnoctulum appellat de finibus Charii. Idem in effectu dicitur in alio instrumento gratiæ factæ hominibus Charii, condito de anno 1344. & in alio instrumento sententiæ latæ per dominum Archiepiscopum Ianuæ de anno 1347. Item adest protestatio domini Ianonis de Scarampis per instrumentum publicum rogatum de anno 1342. quod Monsnoctulus est in posse & territorio Charii. Item adest testificatio, seu depositio quondam Raynaldi de Scarampis aui paterni istarum partium facta de anno 1453. deponentis audiuisse ab eius patre, quod poderium & tenuta Montisnoctuli sit de finibus Charii. Idem & alii testes ibidem descripti in scripturis ad me transmissis deponunt audiuisse à quondam patribus suis, quod Monsnoctulus sit de finibus Charii. Præsupponitur etiam in facto, quod per testimonium de auditu probatur, quod Monsnoctulus sit de finibus Charii, quia vicini deponunt audiuisse semper à maioribus suis, quod territorium Montisnoctuli erat de finibus Charii. Vnde per talia instrumenta de antiquo, & per testes de fama, & auditu, & alia adminicula superius relata optime probantur confines, quod Monsnoctulus sit de territorio & finibus Charii: *vt est text. planus in cap. cum causam de proba.*

5 Confirmatur; quia † quando sunt instrumenta de antiquo facientia mentionem de confinibus, vel de plebanatu, aut de territorio, tunc plene probant, etiam si sint facta inter alias personas: *secundum Bald. Alberi. de Rosa. Salyc. & Moder. in leg. cum aliquis. C. de iure delib. Floren. in leg. in finalib. ff. finium regund. domi. Alexan. in consilio 89. 5. volumin. incipien. Excellentissimi Iurisconsulti. in secunda columna. domi. Francis. de Aretio in consilio 43. incipien. viso consilio elegantissimo. domi. Abb. in capit. super eo. in secundo notabili, de parochiis. & est bonus text. in dicto capit. cum causam. de proba. gloss. in capit. cum olim. in glo. secunda, in versicu. instrumentis. de censibus.* Item instrumenta, quæ sunt de antiquo, etiam si sint enunciatiua, & prolata propter aliud, plene probant: *secundum do. Ant. de But. in capi. cum dilectus. de succes. ab intest. & in clem. si summus Pontifex per illum textum, de senten. excommu. & in clemen. 1. de proba. domi. Alexand. in consilio 74. quarti voluminis incipien. visis & ponderatis in themate. in tertia*
6 *colum.* Eodem modo † quando fama est de antiquo plenam probationem facit: *secundum Inno. in capit. veniens. de verb. sign. Do. Anton. de Butr. in capit. veniens. 1. de testi. Ioann. de Imol. in d. capit. cum causam. per illum textum. de prob. Bald. in authen. quas actiones. in vltima columna. C. de sacrosanc. eccles. & in leg. cum super. C. de rei vendi. & in leg. bonæ fidei. in vltima columna. C. de rebus credi. & in lege proprietatis. C. de proba. & in leg. non ignorat. in 45. columna. Cod. qui accu. non poss. Domi. Alexan. in præallegato consi. 74. quarti volum. in 2. colum. & in præallegato consi. 89. quinti vol. in 1. colum. & in consi. 16. quinti vol. inci. perspectis ponderatisque omnibus in vlt. colum. Do. Franc. de Are. consi. 37. incipiente, sequendo ordinem quæsitorum.*

Ad prædicta accedat, quod signanter tenet D. Anto. de Butr. *in cap. 2. de fide instrumen. in 4. columna. in versicu. Tertius casus est*, quod apocha priuata nullo 7
adminiculo nec testium nec comparationis literarum suffulta, si est antiqua, probat. allegat Ioann. And. in additio. Spec. *in tit. de instru. edi. §. nunc dicendum. super. vers quid si producens.*

Vltimo facit, quod in antiquis testes deponen- 8
tes de auditu & de fama plene probant: *vt est text. notabilis in cap. licet ex quadam. de testibus. in verb. valere testimonium de auditu. per quem text. ita ibi notant Do. Anto. de But. in primo notabili & ibidem Domi. Abb. & Ioann. de Imol. & sequitur D. Alexan. in consi. 186. secundi volum. incip. in hac causa & lite vertente inter Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum. in vltima colum. dom. Fran. de Are. in consilio 37. incipien. sequendo ordinem quæsitorum. in secundo dubio.* Sicut etiam in antiquis testes deponentes de credulitate probant: *vt est text. in cap. quoties. in fin. de testi. in verb. accepisse à maioribus suis & credere.*

Per ista omnia satis superque apparet, quod Mõsnoctulus est de territorio & iurisdictione Charii. Nec obstat, quod domi. Antonius de Scarampi de anno 1419. fuerit inuestitus ab illustri domino Marchione Montisferrati de territorio Montisnoctuli de per se cum mero & misto imperio, & omnimoda iurisdictione: quia dicitur, quod dominus Marchio expresse reseruauit iura cuiuscunque personæ ius habentis, seu vllo tempore prætendentis ius habere, & sic noluit derogare iuri tertii, & consequenter noluit derogare iurisdictioni & territorio Charii. Nam † etiam in dubio princeps 9
nunquam intelligitur derogare iuri tertii. *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & leg. nec auus. cum gloss. & ibi Bald. Cod. de emancipa. liber. & capit. super eo. de offic. delegat. & cap. quamuis. de reseri. in sexto.*

Non obstat etiam, quod in venditione domini Luchini de Charreto facta domino Antonio Varcho de anno 1400. de territorio Montisnoctuli dicatur, cui cohæret territorium Sauonæ, & territorium Charii, & easdem cohærentias dicat idem D. Antonius in eius testamento: quia ista non præiudicant iurisdictioni & territorio Charii, præsertim cum sint res inter alios actæ: *vt toto tit. Cod. res inter ali. ac. & capit. primo. §. econtrario. de inuestitu. de re ali. facta.*

Non obstat etiam, quod in diuisione facta inter quondam dominum Nicolaum & dominum Matthæum fratres de Scarampis, qui fuerunt patres partium præsentium obuenerit domino Matthæo Monsnoctulus

noctulus in diuisione cum omnibus iuribus suis, iurisdictione, & territorio : quia respondetur, quod diuisio, vel separatio facta de territorio Mõtisnoctuli non præiudicat territorio & iurisdictioni Charii † quia censetur facta causa commodioris vsus inter ipsos fratres, *arg. l. Caius. §. 1. ff. de legat. 2. non autem ad præiudicium iurium, & iurisdictionis, ac territorii Charii: secundum Bar. in l. 1. in 2. col. in versi. Sed quæro, an vna prouincia possit diuidi in duas. Co. de metropoli. berito. lib. 11.* vbi adducit Bart. simile de pluribus tutoribus qui possunt inter se facere diuisionem causa commodioris administrationis. *l. 2. ff. de adm. tut.* tamen tutela durabit communis, ita ipsum territorium vnum & commune remanebit. *l. inter tutores. ff. de admin. tutor.*

Neb obstat, quod in dicta sententia diuisionis supradictæ dicatur, *sententiamus & adiudicamus locum Montisnoctuli cum omnibus iuribus suis pedagiis, & aquariis* ponderando illud verbum, *aquariis*: quia respondetur, quod incontinenti subiicitur, spectantibus & pertinentibus iurisdictioni & territorio Montisnoctuli, ergo per illam sententiam nihil de nouo inducitur, sed solum reseruatur: & sic reseruantur sibi iura sua aquarum, scilicet si qua iura aquarum habet: *vt per Bartol. & alios in leg. si sic. §. 1. ff. de leg. 1. & in leg. legaui. ff. de libe. lega. Bald. in capit. 1. in prima colum. de feu. guar.* Non ergo aliquid de nouo concedit in præiudicium iuris aquarum domini Nicolai de Scarampis, cui non præsumitur derogatum. *l. nec auus. C. de emancip. libe. & l. cum filius.* 11 *cum similibus. ff. de milit. testam.* Præsertim: cum † verba sententiæ sint stricte intelligenda, nec debent habere intellectum, quem ex lata significatione vocabuli habere possunt, sed debent restringi ad intellectum, quem stricte habere possunt. *c. dilectus. & ibi Dom. Abb. in secundo notabili ad hoc notat, de offic. ordi.*

Circa ripaticum dicitur, quod cum instrumentum concessionis superius relatum dicat, quod concedit totum ripaticum in aquis, ripis, & fluminibus curiæ Charii, & totius villæ Charii, & quod aliqua alia persona, excepto ministro dictæ ecclesiæ de Fornellis, non possit, nec habeat ius ædificandi, construendi, vel quouis ingenio faciendi molendinum, batanderium, vel folerium in tota aqua, siue toto ripatico curiæ Charii, vel toto territorio, vel poderio villæ Charii. Ista verba sunt adeo clara, quod non videntur alia interpretatione indigere, cum in claris non sit opus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. in fi. ff. de verb. obli.* & ea quæ sunt certa & determinata non egent determinatione: *vt not at Bald. in leg. certo generi. §. 1. ff. de seruitu rusti. prædio. per illum textum, quem dicit ad multa allegabilem.* 12 Nemini † enim licet in littore vel ripa aliena aliquid facere, vel ædificare. *leg. sicuti. §. Aristo. ff. si seruitus ven.*

Item qui habet ex priuilegio, vel concessione totum ripaticum, vel ius totius ripatici, vt in casu præsenti, potest de iure alium prohibere volentem ibi aliquid facere, vel ædificare. *l. venditor. ff. communia prædi. & l. fin. ff. de vsucap. & leg. si quisquam. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & quod tenet Bart. in le. quominus in 8. quæst. ff. de fluminibus.*

13 Item † licet in ripis fluuiorum sit licitum ponere retia, & ea siccare, & naues alligare: *vt l. riparum ff. de rer. diuis. & §. riparum. insti. eo. & ibi gloss.* non tamen posset aliquis in ripa fluminis aliquod nouum ædificium facere, inuito eo, cuius est ripa, aut cuius prædiis inhæret: & si fecerit, potest dominus ripæ propria authoritate destruere. *leg. quemadmodum. §. 1. ff. ad l. Aquil. & ita not at Barto. in d. l. quominus. in 8. quæst. ff. de flumi. D. Barto. Veronen. in tractatu seruitutum rusticarum, in titu. de ripa, in secunda columna. Item secundum Bald. in l. item lapilli. in penultima columna in 9. quæst. ff. de rer. diuis.* in ripa mea tu non posses apodiare clusam tuam, & ideo hanc clusam in parte infixa ripæ meæ possum mea authoritate destruere. *d. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. & l. si seruus. C. quod cum eo.* Item si quis in ripa mea ligat nauem cum cathena, vt superponat molendinum, sicut fit in Pado Ferrariæ, istud non potest, secundum eum. Item quando est flumicellum non nauigabile, vt in casu præsenti, ibi non potest fieri molendinum, nec aliquid aliud præiudicando iuri quasi possesso ab alio per prius, secundum Bald. *in consilio 463. quarti volu. incip. quatuor sunt* bene verum est, quod ripatica quæ soluunt transeuntes per nauiculam de ripa ad ripam dicuntur esse de iure communi regalia, nisi sint alii ex priuilegio concessa. *capit. 1. & ibi Bald. in 1. columna. Iacobus Aluarotus & cæteri in titulo, quæ sint regalia. in vsib. feudorum.* Sed istud non est ad propositum nostrum.

Item licet in dicta concessione totius ripatici fit dictum, quod posit facere molendina, foleria, & batenderia, tamen etiam poterit alia similia facere, scilicet resecas, martineta, & alia: quia ex quo ripa est sua, in re propria potest facere illud & quodlibet, cum in re propria quilibet sit moderator & arbiter. *leg. in re mandata. Cod. mandati. & lege nemo externus. C. de Iudæis. & leg. non vsque adeo in fin. ff. si quis à paren. fue. manumis.* & in re propria quilibet potest facere quod vult, etiam abutendo: *l. sed & si lege. §. consuluit. in verb. dum se abuti putant. ff. de petitio. hæredi.*

Et in hac concessione ideo facta est mentio de illis tribus ratione frequentioris vsus, quia illa tria magis consueuerunt in similibus frequentari. Vnde † quando aliquid exprimitur ratione maioris 14 frequentationis, non per hoc videntur alia denegata, aut alia excludi: *vt est gloss. notabilis in clementina prima & ibi Domi. Anto. de But. & Ioann. de Imol. in 5. columna. ad hoc notant, de rescrip. & glos. notabilis in l. 1. in gloss. 1. C. de his qui ad eccles. confugi. & in authen. cassa. in verb. per Italiam. C. de sac. sanc. eccl. cum multis similibus. & glo. in leg. si mater. §. hoc iure. & ibi Bartol. ff. de excep. rei iudi. & glo. in capit. secundo in verb. reus. & ibi Gemnia. ad hoc notat, de confes. in sexto.* Facit, quod signanter decidit Ioann. Andr. *in addi. Specu. in titu. de locato. §. 1. in versicu. Quid si colonus.* de rustico, qui promisit plantare vineas in fundo, & dare quartam partem fructuum, quod si etiam plantauit alias arbores, quod similiter de illis tenebitur quartam partem fructuum dare; quia de vineis est dictum, eo quia frequentius consueuerunt plantari, non vt per hoc excludat alia.

* * *

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

CONSILIVM CLXVII.

THEMA.

FORMATAE sunt quædam inquisitiones contra magnificum dominum Paridem de Ceresariis equitem Mantuanum & principaliter duæ. Vna ratione seditionis & tumultus in populo Asulano: & vigore statuti Mantuani seditiosi, & tumultuosi vltimo supplicio puniuntur, & eius bona confiscantur, & publicantur. Alia inquisitio fuit formata propter eius obloquutionem de illustrissimo marchione Mantuę, seu eius officialibus. Prima inquisitio ratione seditionis & tumultus populi Asulani fundatur ex duplici capite diuersorum verborum, diuerso loco, & diuerso tempore per dominum Paridem prolatorum. Prima verba asserunt fuisse, quod cũ dominus Paris esset prætor Asulæ, fuerunt sibi præsentatę literæ marchionales continentes in effectu, quod ipse dominus prætor delinquentes sub sua custodia existentes, pro delictis per eos in dicta eius iurisdictione perpetratis, mitteret Mantuam sub examine domini potestatis Mantuæ, ipse dominus Paris habuit dicere, quod illustrissimus dominus marchio Mantuæ male faciebat. & non poterat de iure facere, scilicet auferre de manibus & examine potestatis Asulæ, ex quo erat iurisdictio separata à iurisdictione Mantuæ, & contra cõcessiones ei factas, hortãdo homines Asulæ, quod istud non tolerarent, sed quod mitterent aliquas personas ad illustrissimum dominum Marchionem ad condolendum, quod istud fieret contra eorum iura. Alia verba fuerunt, quod dum idem dominus Paris esset Mantuæ in domo propria, dixit quibusdam de Asula, quod reperirent pecunias in magna quantitate: & interrogatus ab vno Asulano, quid erit postea quãdo reperiremus mille, aut duo millia ducatorum? do. Paris, vt asseritur respõdit alta voce, & replicatis vicib. ruina, ruina, quæ verba tam ista q̃ illa supra proxime relata reputantur malę sortis, & apta ad inducẽdũ homines Asulæ ad seditionẽ & tumultũ contra illustrissimum do. Marchionem. Alia inquisitio formata de obloquutione principis est ẽt propter quędam verba, quæ asseruntur prolata per ipsum do. Paridem, quando sibi fuerunt allatæ dictæ literæ marchionales pro remittendo illos duos incarceratos Mantuam, asseritur eũ dixisse do. Ptolomæus, & do. Benedictus Iosabecius, & do. Syndicus marchionalis, qui fecerant fieri istum effectũ, erant ꝓditores, latrones, & assassini, quæ verba vidẽtur etiam tendere in opprobrium illustrissimi domini Marchionis.

SVMMARIA.

1 *Linguæ lubricum non facile ad pœnam trahi solet.*
2 *Dictum nihil est adeo sancte, quod male narrando, vel male intelligendo non possit deprauari.*
3 *Seditiosi qui dicantur.*
4 *Seditio dicitur quasi seorsum itio.*
5 *Titulus de seditiosis quando locum habeat.*
6 *Testes qui iudicant testificando, nihil probant.*
7 *Testes, qui deponunt per verbum,* iudicio suo, *aut per verbum,* pro certo credere, *nihil probant.*
8 *Seditionem quis dicatur facere.*
9 *Conatus non debet puniri in criminalibus, quando non est sequutus effectus, & leges punientes solum conatum sunt hodie per consuetudinem correctæ.*
10 *Veritas ignoratur illius, quod multipliciter exponitur.*
11 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
12 *Præsumptiones in criminalibus non sufficiunt.*
13 *Verba, ruina, ruina, sunt ambigua.*
14 *Officiales nõ debẽt parere rescriptis principatu quãuis.*
15 *Testis vnus & singularis non probat.*
16 *Inimicus præsumptus, & etiam qui est suspectus de odio repellitur à testimonio.*
17 *Testibus duobus negantibus magis creditur, quam pluribus affirmantibus.*
18 *Testes deponentes de fama debent assignare rationem etiam non interrogati.*
19 *Fama cum vno testi in criminalibus non sufficit.*
20 *Proniores esse debemus ad absoluendum in criminalib.*
21 *Iudicandum in dubiis contra fiscum præsertim venientem ex delicto.*

IN istis inquisitionib. sola nuda verba domini Paridis interuenerunt † vnde lubricum linguæ non est facile ad pœnam trahẽdum: *inquit iurisconsultus in l. famosi. §. hoc tamen crimen. ff. ad l. iul. maiest.* Secus quando deliquisset aliquo facto, vel tractatu contra principem, *vt ibidem subiicit Bart.* Item † nihil est adeo sancte dictum, quod male narrando, & male intelligendo non possit deprauari: vt inquit Comicus. Quantum ad primam inquisitionem, nec prima, nec secunda verba tendunt ad inducendam seditionem, vel tumultũ. Nam † seditiosi dicuntur authores seditionis, & tumultus, populo concitato. *l. si quis aliquid, §. authores. ff. de pœnis. & l. constitutiones. in ver. seditionum concitatores. ff. de appella.* Item † seditio dicitur quasi seorsum itio, quia in diuersum vadunt, & alios trahunt concitando plebem, seu populum. *vt dicit glos. in rubri. C. de seditiosis. Archidia. Io. And. & Geminia. in c. decet domũ. in prin. super verb. seditionum. de immuni. eccle. in sexto. & Archidia. in c. seditionarios. 46. distinct.* Item seditiosus est, quando quis tractat facere nouitatem, vel proditionem, aut mutationem ciuitatis, aut publici status, faciendo coniurationem, vel rumorem in populo

populo: *vt declarat Bald. in consilio 59. primæ partis, incipiente, licet eleganter pro & contra sint inductæ leges. circa medium.* Item † titulus C. *de seditio.* locum habet, quando aliqui faciunt rumorem in populo ex proposito, acclamando fortiter ad arma, vel foras, vel quod moriantur illi qui regunt: *secundum Bart. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis.* Sed in casu nostro nec prima, nec secunda verba ad hoc tendunt. Prima enim verba, nisi male intelligendo deprauentur, videntur bona, & non solum non tendunt ad inducendam seditionem, imo tendunt ad tollendam & remouendam omnem seditionem, & omnẽ tumultum in populo Asulano: quia dominus Paris, sicuti præsupponitur, dixit, quod volebat obedire literis marchionalibus, & mittere illos incarceratos Mantuam, prout etiam cum effectu fecit, sed quod tangebat communitatem Asulæ, mittere Mantuam ad defensandum sua iura, & sic hortabatur homines Asulæ vt non paterentur sibi auferri eorum iura & priuilegia, cum haberent iurisdictionem separatam à iurisdictione Mantuæ, & merum & mistum imperium, & quod irent Mantuam ad illustrissimum dominum Marchionem condolendo de illis duobus incarceratis à suo potestate ablatis, quos dignaretur remittere Asulam. Istud hortari, quod irent ad principem, erat sedare tumultum, & non inducere, quia mittere ad principem suum est mittere ad fontem, à quo iustitia debet procedere & emanare. *l. meminerint. C. vnde vi. & c. qualiter & quãdo. i. de accus.* Est enim species appellationis arripere iter ad principem suum, imo plus est quam appellare: *vt est text. in cap. dilecti. de appel. Innoc. & Ioan. Andr. in cap. vt debitus. eo. titu. & notabiliter Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in vlti. col. ff. de ope. no. nuncia. & in l. fin. in vlti. colum. ff. de appel. recip. Et est text. notabilis in cap. cum olim. circa fin. de dolo & contuma. ibi.* ex quo ad nos & si non verbo, facto tamen intelligitur prouocasse, arrepto itinere ad sedem Apostolicam veniendi. Item non est verisimile, nec debet cadere in sensum hominis sensatum, quod dominus Paris illa verba protulerit, ad inducendum seditionem, & tumultum in populo Asulano contra illustrisimum dominum Marchionem Mantuæ, cum ipse dominus Paris sit bonus ciuis Mantuæ, & bonarum facultatum, & nullam vtilitatem posset sperare ex tali seditione, & tumultu, & ex perditione domini Marchionis, imo debuisset potius timere magnum damnum, & verecundiam ex tali seditione, & rebellione populi Asulani. Vnde experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus: *vt magnus attestatur Auerrois, quem refert & sequitur Bal. in l. 1. in 3. col. C. de ser. fugi. & idem Bal. in suo diuino consilio scisimatis posito post rubri. C. si quis aliquem testa. prohi. in 14. col.* Item quod à verisimili remotum est, censetur esse quædam imago falsitatis: *vt etiam dicit Bald. in d. le. 1. in 3. col. C. de serui. fugi.* Item verisimilitudo multum in probationibus attenditur: *secundum Bal. in l. scripturæ. in 2. col. & ibidem Salyce. C. de fide instru.* Et sic non obstat, quod Nicolaus Berciolus, qui tunc erat referendarius Asulæ, testis examinatus dicat, quod illa verba superius relata iudicio suo concitarent illum populum de Asula ad faciendum tumultum & seditionem contra principem, cum esset Asula de nouo acquisita, & quod ita iudicaretur. & credit, quod dicta verba dominus Paris protulit, vt concitaret populum Asulanum, & quod cognouit animum domini Paridis, quia perseuerabat in proferendo mala verba, & quod ipse credit, quod populus possit concitari cum verbis sicut cum factis. Similiter Hieronymus de Datis deponens, quod est publica vox & fama, quod dominus Paris dixit dicta verba ad populum Asulanum, & quod sunt verba ad inducendum seditionem, & ad ædificandum male ad animos populi, ex quo terra Asulæ erat nouiter acquisita, & quod istud iudicaret quælibet persona. Et isto vltimo modo etiam videntur deponere Dominicus de Campis, Lud. de Doara, Zacharias de Turcis, & Betinus de Pamparis. Istis testibus non videtur credendum, cum non deponant verisimilia, quod dominus Paris protulerit illa verba ad concitandum populum Asulanum contra principem suum, quam enim vtilitatem ex tali seditione & tumultu sperare poterat? hoc enim potuisset credi, si fuisset persona vilis, & deplorata, & inops, quæ ex mutatione status Asulæ, & eius rebellione contra principem posset sperare conditionem suam meliorare, quod nullatenus potest verisimiliter cadere, aut præsumi in domino Paride, qui est bonus ciuis Mantuæ, & habet bonas & honestas facultates, ita quod ex seditione Asulæ non poterat nisi multum perdere. Item dictus Nicolaus Berciolus nimium animose deponit, ita vt seipsum ex sola inspectione dicti sui suspectissimum reddat.

Item † supradicti testes ita iudicant, & dicunt, quod ita iudicaretur, & sic non sunt testes, sed iudices, ideo eorum testimonium nihil valet; quia testes debent deponere de sensu corporis, & non de eo quod intellectu percipiunt: quia istud non est testificari, sed iudicare, ideo valet eorum dictum: *vt notat Bar. in l. qui testamento, §. si. per illum tex. ff de testa. & in leg. 1. in prin. in 2. notabili. ff. de his quæ in testa. delen.* Nam illud quod oculi testium non viderunt, testificari non possunt, quia eorum debet esse testimonium, & non iudicium. Veritas enim, quæ aufugit ab oculis testium per aspectum præsentem testificari non potest. *ita notabiliter tenet Bal. in l. 2. in penul. col. C. de rescind. vend.* 6

Item † dictus Nicolaus Berciolus non solum deponit vt iudex, & sic eius dictum non valet, sed etiam deponit per verbum, iudicio suo, quo casu eius dictum non valet: *secundum Ang. in reputatione l. sciendum. in 2. col. ff. de verbo. obli. quem refert & sequitur Dom. Alexand. in cons. 73. primæ partis incip. viso testamento Ioannis. & in consilio 147. secundi volu. quod incipit, ponderatis his, de quibus in themate fit mentio. in penultima columna & in consilio 149. quinti volu. in ip. viso processu causæ vertentis inter Michaelem. in 1. columna. Item deponit per verbum, credere, & sic etiam in hoc vitiatur dictum suum l. testium. C. de testi. glo. & Bart. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen.* etiam si testis dicat, se pro certo credere, adhuc non probat: *secundum Bal. in l. siue possideris. in 2. col. C. de proba. d. Alex. in l. qui hæreditatem. ff. de acquiren hære.* Item quod plus est, deponit, quod cognouit animum domini Paridis, cum tamen solus Deus sit scrutator cordium, & sic dictum illius Nicolai Bercioli ita animose deponen- 7

tis,ex multis causis redditur nullum simul cum aliis superius relatis.

Præterea dato,sed non concesso, & sic sine veri præiudicio, quod verba domini Paridis superius relata fuerint apta in potentia inducere seditionem & tumultum in populo Asulano, tamen actualiter non induxerunt,quia effectus non fuit sequutus& statutum Mantuæ punit vltimo supplicio cum publicatione bonorum actum seditionis, & non potentiam, quia statutum Mantuæ prohibet, ne aliquis faciat seditionem,sectam, seu tumultum, neque concitet populum dictis, factis, tractatu, seu ordinatione in populo: prout determinat Bald. *in consilio 59. primæ partis incip.*licet eleganter pro & cõtra sint inductæ leges.*circa medium.* vbi tenet, quod
8 quis † dicitur facere seditionem non nuda cogitatione,sed veniẽdo ad aliquem actum, puta faciendo coniurationem,vel rumorem,vel guerram, vel occupando aliquem locum contra suum principem, vel suam ciuitatem, & sic processerunt ad actum proximum factis, vt ibi notabiliter per eum. Hoc modo etiam describit seditionem MaroPoeta Mantuanus in primo AEneidos: *Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio,sæuitque animis ignobile vulgus, Iamque faces & saxa volant. furor arma ministrat.* Verba enim dicti statuti Mantuani debent intelligi,quando sequutus est aliquis effectus.*l.1.§.hæc autem verba.cum vulgaribus.ff.quod quisque iur.& l.pe.§. docere.ff.ne quis eum qui cap.cum quis.& c.relatum.de clericis non resi.* Item † conatus non debet criminaliter
9 puniri,quando nullus effectus fuit secutus. secundum Bald.*in l.data opera.in 20.colum.C.qui accusa.non pos.* imo fortius, omnes leges punientes conatum, sicut si effectus fuisset sequutus, hodie sunt correctæ per generalem consuetudinem,*secundum Spe.in tit.de accusa. §.1.vers.sed quid si primo,quẽ refert Bar.in l. 1.§.diuus.ff.ad l.Corneliam de sica.Ang.in d.l. 2. §. hæc autem verba.ff.quod quisque iur.*

Condescendo nunc ad secunda verba domini Paridis per eum replicata, an importent seditionẽ, & tumultum, ita quod eorum vigore possit succedere pœna statuti Mantuani superius relati.Et paucis concluditur quod non, quia illa verba geminata,scilicet *ruina ruina*, possunt intelligi multis & variis modis,&per testes super hoc deponentes intelliguntur altero de tribus modis.Primo,quod recuperatio multarum pecuniarum quæ fieret per nuncios Asulæ,esset ruina inimicorum illustrissimi domini Marchionis.Secundo modo,quod esset ruina complicum antiquorum concessorũ populo Asulæ.Tertio modo, quod esset ruina ipsius populi Asulæ,quia non recuperando tot pecunias depauperarentur homines Asulæ propter venditionem rerum suarum: & isto tertio modo iudicant testes, quod dominus Paris dicta verba intellexerit,& isto modo sunt verba malæ sortis,& apta ad male ædificandum homines Asulæ contra illustrissimum dominum Marchionem: secundum quod ipsi testes iudicando deponunt.Possunt etiam vltra testes intelligi dicta verba quarto modo,quod dominus Paris protulerit illa verba, non habito respectu ad id, quod petebatur,sed habito respectu ad præsentem mundum,& præsertim ad Italiam,quæ est vndique bellis vexata,& sic dixerit,*quod erit ruina,& ruina*: & sic illa verba debent intelligi in genere,& in abstracto,non autem quod faciant specialem responsionem:prout etiam similiter dicit glos.*in l.Iulianus.& ibi Barto ff.de hæredi.instit.* Et sic quid erit in genere? erit ruina gentium & populorum. & ita etiam quilibet diceret,considerato præsenti statu Italiæ.Vn-
10 de † quando verba possunt multipliciter exponi & intelligi,eius veritas ignoratur: *secundum Bald. allegantem ad hoc Boetium in l precibus.in 7.col.C.de impub.& aliis substi.& in l.data opera.in 9.col. C. qui accu. non pos.* Et sic cum dicta verba sint ambigua, & multipliciter intelligibilia, non potest ex eis in criminalibus
11 sequi vlla condemnatio,cum † in criminalibus probationes debeant esse luce meridiana clariores : vt dicit tex.*in l.sciant cuncti. C. de proc. qui est canonizatus in decretis 2.quæstio.8.in c.sciant cuncti.* Item ad hoc vt quis incurrat pœnam, oportet probationes esse liquidissimas.*leg. in testamento. 1. ff.de condi. & demon. quem text.ad hoc reputat singularem Bald. in c. 1.qualiter domi.proprie. priuetur.& in l. 7.in 3. oppositione. C. de his quæ pœna nomine.* Item † præsumptiones, quæ tan-
12 quam euidentes in ciuilibus sufficerent ad condemnandum, puta quia sunt violentæ, tamen in criminalibus non sufficiunt.*ita signanter tenent Innocen.& Hostien. in cap. quia verisimile. de præsumpt. domi. Anto.de Butr.in cap. quanto.eo. titu. & dominus Abb. in c. 2.eo.titu.Bald.in d.l.sciant cuncti.C.de proba.Ludo.Roma. in l.1.§.si quis in villa.ff.ad Sylla. dom. Alexand. in consilio 15.primæ partis,incipiente,viso processu inquisitionis formatæ per potestatem Parmæ.in 5. columna. & in aliis plerisque consiliis.*

Item † cum ista verba,*ruina,ruina*,sint verba am
13 bigua,& multipliciter intelligibilia, vt prædixi,debent taliter intelligi, quod sint exclusiua delicti. *l.merito.ff.pro socio.*quia in dubio non debet præsumi delictum *l. moueor. & ibi notat Bald. C. si seruus expor.* quia intellectus hominis debet esse benignus, vt ibidem subdit Bal.Item in delictis semper præsumitur pro eo,quod excusat:*secundum Bal.in l.precibus.in 7.col.C.de impube.& aliis substi.*Et tanto fortius in casu nostro,cum dicta verba,*ruina,ruina*, non fuerint dicta ad populum Asulæ, sed dicta Mantuæ in domo propria domini Paridis quibusdam de Asula. licet postea ipsi reportauerint dicta verba Asulæ,ita quod forte transiuerint in notitiam plurium hominum Asulæ,& sic fuit culpa reportantium dicta verba,& non domini Paridis. Item duo testes, qui deponunt de dictis verbis, scilicet Hieronymus de Datis, & Guido Buchalinus, & alius qui deponit de auditu,scilicet Lodouicus de Doara, non deponunt vt testes,sed dicũt se ita iudicare, & quod quilibet habens ingenium ita iudicaret, quod illa verba,*ruina,ruina*,sunt malæ sortis,& apta ad disponẽdum homines&communitatem Asulæ contra illustrissimum dominum Marchionem, Sed,vt dixi in præcedentibus, testes, qui non deponunt de sensu corporis, sed de eo quod intellectu iudicant, nihil probant,quia hoc non est testificari,sed iudicare,vt in superiorib. dixi. Et tanto minus cum etiam deponãt per verbum, *credere*: dato quod dicant se pro certo credere,adhuc nihil probant, prout in superioribus satis opportune dixi.

Condescendo nũc ad secundam inquisitionem formatam contra dom. Paridem de obloquutione illustris-

illustrissimi domini Marchionis Mantuani, propter quædam verba, quæ asseruntur prolata per ipsum dominum Paridem, quando sibi fuerunt allatæ literæ marchionales pro remittēdo Mantuam illos duos incarceratos. asseritur eum dixisse, quod illustrissimus dominus Marchio Mantuæ male faciebat, & non poterat de iure istud facere, & quod dominus Ptolomæus, & dominus Benedictus Tosabecius, & dominus Syndicus Marchionalis, qui fecerūt fieri istum effectum, erant proditores, latrones, & assassini: quæ verba, vt asseritur, tēdunt ad iniuriam & obloquutionem illustrissimi domini Marchionis, & in eius contumeliam, dedecus, & vituperium. In hac parte verum est, quod de Diis, & de principibus non est nisi sobrie & modeste loquendum, & quod fatuum est contra eos latrare, qui possunt mordere. Sed quantum ad primam partem, scilicet quantum ad illa verba, quod illustrissimus dominus Marchio male faciebat, & non poterat de iure facere auferre illos incarceratos de manibus & examine potestatis Asulæ, vbi delictum erat commissum, ex quo iurisdictio Asulæ, quæ habet merum & mistum imperium, erat separata à iurisdictione Mantuæ. Pro certo ista verba non continēt iniuriam, nec contumeliam illustrissimi domini Marchionis, ex quo sunt fundata in iure,
14 & † leges præcipiunt, quod rescripta principum, quæ sunt contra ius, nō debeant per officiales obseruari, nec istud debent principes grauiter ferre: *vt est text. in l. rescripta. C. de preci. impera. offe. qui tex. est in decretis canonizatus. 25. q. 2. in c. rescriptum. & text. in §. & hæc vero iubemus, ad fin. in auth. vt nulli iudi. & tex. notabilis in c. si quando, de rescrip. & tex. aureus & singularis in l. si vindicari. C. de pœnis, quem tex. fecit imperator ex iussione sancti Ambrosii: vt est tex. in c. cum apud Thessalonicam, 9. quæst. 3. vnde glossa notabilis in §. si quis autem cui tale, in verb. nuncians, in authent. de manda. princip.* dicit, illum text. esse contra miseros prælatos, qui non audent reclamare contra literas Papæ, q̄ facere non debent, quia reclamando deseruiunt legi, & Papæ, & principi. Similiter gloss. *in l. puniri. C. de diuer. rescript.* dicit per illum tex. quod miseri prælati nō debent temere admittere exceptiones contra scripta Papæ, cum Deo & Papæ propter hoc placeant. vnde executio iuris, seu eius quod omnia iura præcipiunt, non debet habere iniuriam, neque contumeliam: *vt dicit tex. in l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniuriis*, & hoc puto, quod nullum dubium habeat, præsertim cum istud auferre istos duos incarceratos de manibus domini Paridis, qui erat tunc potestas Asulæ, in quo loco deliquerat, fugillabat honorem & gradum ipsius domini Paridis, vnde licite potuit dicta verba proferre: *vt l. quæ omnia, ff. de procura.* Deuenio nunc ad alia verba, quæ videntur esse grauiora, quod dominus Ptolomæus, & dominus Benedictus, & dominus Syndicus marchionalis, qui fecerant fieri istum effectum, erant proditores, latrones, & assassini. Sed ista asserta verba iniuriosa non fuerūt dicta de illustrissimo Marchione, sed solum de eius officialibus: & secundum statuta Mantuæ pro verbis iniuriosis dictis de officialibus marchionalibus, sine aliqua percussione, imponitur pœna quinquaginta librarum monetæ. Item non inuenio aliquo modo sufficienter fuisse probatum, quod dominus Paris ista verba protulerit. Istud enim solum videtur deponere vnus testis, scilicet Nicolaus Berciolus, qui tunc erat referendarius Asulæ. Vnde † cum sit vnicus & 15
singularis, non probat: quia vox vnius vox nullius. *l. iusiurandi. & ibi Bartolus in secundo notabili. C. de testibus. & capitu. cum à nobis. & cap. licet vniuersis. & ca. licet ex quadam, eodem titu. de testi.* Item, vt in superioribus dixi, iste Nicolaus adeo animose contra Dominum Paridem deponit, vt ex sola inspectione dicti sui seipsum suspectissimum reddat. Item cum esset officialis, & sic referendarius in eodem loco Asulæ, animalia eodem cibo viuentia naturaliter odio se habent. Item Franciscus de Magistrelis de Reuero, deponit quod audiuit dominum Paridem dicere dicto Nicolao tunc referendario, quod erat vnus capister & proditor, & quod eum assassinauerat, & propter dicta verba credit, quod vellent sibi malum.

Vnde † etiam præsumptus inimicus, qui habet 16
causas inimicandi, repellitur à testimonio: *vt notabiliter tenet Innocen. in cap. cum I. & A. & ibi Abb. in sexta colum. de re iudica. & refert & sequitur Bald. in l præscriptione, in antepenult. colum. C. si contra ius vel vtil. public. Salyc. in l. prima, in princip. ff. de testamen. & in auth si dicatur. C. de testi. Ludou. Roma. in repetitione rub. ff. de arbitris, in decima col. in princip. dom. Alexan. in consil. 99. primæ partis, incipien. in causa inquisitionis formatæ contra Iacobum, in prima colum.* Bene facit, quod egregie notat Innoc. *in cap. cum P. Manconella, ad fin. de accusa.* vbi tenet, quod satis est, quod quis sit suspectus de odio, vt repellatur à testimonio in causa criminali, facit tex. *in c. inquisitionis, de accusa.* Angelus de Cremona deponit, Dom. Paridem dixisse, quod fuerunt illi forfanti, latrones, & proditores, neminem nominando, sed credit, quod dixerit contra dom. Ptolemęum. Ecce qualiter iste Angelus de Cremona de directo contrariatur dicto Nicolai cum dicat, quod dom. Paris neminem nominauit. & illud, quod subiungit, quod credit, quod dixerit contra dom. Ptolomæum nihil facit: cum testis deponens per verbum, *credere*, nihil probet, præcipue in criminalibus, vt in superioribus fuit dictum.

Item Ascanius alius testis deponit, quod dominus Paris dicit, quod faciebant sibi caricum, non exprimendo aliquam personam, & sic isti duo testes deponunt super negatiua, quod dominus Paris nullam personam nominauerit, sed in † criminali- 17
bus duo testes deponentes de negatiua præferuntur, & eis magis credi debet fauore liberationis, quam totidem, imo pluribus testibus affirmantibus. gloss. est singularis *in c. clerici, distin. 81. quam allegat Bal. in l. data opera, in 14. colum. C. qui accus. non poss. quam gl. Ludouic. Roma. dicit esse singularem, & se à Baldo didicisse, in l. illa, in vltima colum. ff. de verb. oblig. & in l. secunda, §. primo, ff. si ex noxa. cau. aga. Illam gloss. etiam reputat singularem dom. Abb. in cap. ex literis, de proba. & per illam gloss.* dicit etiam Dom. Abb. *in cap. ad nostram, de probat.* quod testes ex parte rei accusati præferuntur, licet testes accusatoris sint aliquantulum idoneiores. Idem Franciscus Curiæ de Reuero deponit, dominum Paridem dixisse illa verba non pure & simpliciter, vt dicit Nicolaus Berciolis, sed quod ea dixit cōditionaliter, videlicet, si dominus

Ptolomæus, dominus Benedictus Tosabecius, & dominus Syndicus fuerunt causa faciendi scribi dictas literas, erant magni proditores, latrones, & assassini, & sic in hoc contrariatur Nicolao: &, vt dixi, sunt alii duo testes negatiui, qui contrarium deponunt, quibus in criminalibus magis statur fauore liberationis, vt dixi.

Nec obstat, quod Hieronymus de Datis deponit quod intellexit per publicam famam, quod dominus Paris dixit illa verba contra dominum Ptolomæum, dominum Benedictum, & dominũ Syndicum, & quod iudicat, quod dicenda dicta verba contra dominum Ptolomæum & alios esset maximum incaricum contra illustriss. dominum Marchionem, & quod ita iudicaret, & ita etiam de publica fama dictorum verborum videntur deponere Dominicus de Campis, Ludouicus de Doara, Zacharias de Turchis, & Betinus de Pamparis: quia respondetur, quod dictus Hieronymus & alii, qui iudicant, quod dicta verba sint in maximum carichum illustrissimi domini Marchionis, & quod ita iudicarent, cum in hoc sint indices, & non testes, faciendo officium iudicis, & non deponendo de sensu corporeo, sed de eo quod per intellectum percipiunt, nihil probant, prout in superioribus
28 plene dixi & firmaui. Item † testes deponentes de fama debent assignare congruam causam dicti sui, etiam non interrogati, quod isti non faciunt: *vt notabiliter tenet Bart. in l. de minore. §. plurimum quoque, in 5. col. ff. de quæst.* Item non sufficit testes simpliciter deponere famam ita esse, nisi exprimant & declarent causam, vnde fama originem traxerit, vt sic possit videri, an sit probabilis fama, an vero vana vox populi, cui non est credendum. *l. decurionum*, C. *de pœn. ita concludit notabiliter Barto. in d. l. de minore. §. plurimum quoque, in duobus locis, scilicet in vlt. colum. in princ. & etiam circa finem. in penult. quæst. Bald. in l. proprietatis.* C. *de proba. & in l. diffamari, in princ.* C. *de inge. & ma. Angel. in l. ea quidem, in 4. col.* C. *de accus. D. Abb. in c. cum causam, quæ inter archiepiscopum, in 1. col. & in cap. veniens, 1. in 2. col. de testi. Alex. in consi. 150. quinti volum. incipiente, in causa & lite vertente inter dominam Lucretiam, in 6. col. & in consi. sequenti, quod incipit, repetitus in causa matrimoniali, in penult. col.* Item adsunt alii duo testes, videlicet Franciscus Beffa, & don Bernardus de Benasolis, qui deponunt de contraria fama negatiua, quod est publica vox & fama in loco Asulæ, & circumstantibus, quod dominus Paris non dixit illa verba contra honorem & statum illustrissimi domini Marchionis, nec illa verba dixit de domino Ptolomæo, nec de aliis. Vnde istæ famæ contrariæ sibi inuicem derogant. *l. scriptura.* C. *de fide instru. Bartol. in dicta l. de minore. §. plurimum quoque, in 7. colum.* Item in criminalibus fauore liberationis magis credi debet duobus testibus deponentibus de fama negatiua, quam pluribus testibus deponentibus de affirmatiua: *per glo. singularem in d. c. clerici, 81. di. cum aliis superius allegatis.*

19 Præterea & fortius, licet † in ciuilibus fama faciat semiplenam probationem, tamen secus est in criminalibus, vt est casus noster, in quibus fama etiam cum vno teste omni exceptione maiori non sufficeret: *vt est gl. singularis in c. veniens, 1. in verb. cum altero ipsorum, de testi. quam gl. sequitur & reputat esse ad hoc singularem. Io. de Imol. in l. interesse, ad fin. ff. de acquir. poss. Idem tenet Cyn. in l. fina. C. de quæstio. Dyn. & Bal. in l. 2. in princi. ff. de excusa. tuto.* Item in criminalibus in probando crimina non sufficit fama iuncta cum credulitate testium iuratorum, cum in criminalibus debeant esse probationes luce meridiana clariores. *ita notat D. Abb. in c. inquisitionis, §. fin. in 1. notabili, per illum tex. de accus.*

Per supradicta omnia concluditur, dominum Paridem esse de iure absoluendum à prædictis inquisitionibus, tam ratione seditionis & tumultus, quam ratione obloquutionis de principe, præsertim † cum in criminalibus debeamus esse pronio- 20
res ad absoluendum & liberandum, quam ad condemnandum. *l. interpretatione. & l. præses. ff. de pœnis. & c. estote misericordes, de reg. iur.* Sanctius est enim impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare: *vt inquit iurisconsultus in l. absentem. in princi. ff. de pœnis* Item † in dubiis iudicandum 21
est contra fiscum. *l. non puto. ff. de iure fisci.* præsertim quando fiscus venit ex delicto, quod dicitur per aliquem commissum, & sic venit ex causa mere lucratiua: *secundum Rapha. Comen. in d. l. non puto, quem refert & sequitur Angel. de Aretio in §. fina. institut. quibus mod. testa. infir. & in l. sciendum, ff. de appella. recip.*

CONSILIVM CLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quod publice contraxerint parentes, si probatur, filij probantur esse legitimi.*
2 *Matrimonium probat communis opinio vicinia.*
3 *Suspicio sola falsi habetur pro veritate.*
4 *Producens in iudicio falsum instrumentum præsumitur illud falsificasse, nisi ostendat auctorem.*
5 *Pœna potest imponi quando causa intentata ciuiliter habet crimen annexum.*
6 *Falsitatis imago quædam est, quod est à verisimili remotum.*
7 *Natus præsumitur tempore congruo.*
8 *Ignorantia alterius coniugum de impedimento sufficit quo ad legitimationem prolis.*
9 *Seruus pro parte quis esse non potest, & pro parte liber.*
10 *Matrimonium contrahens prohibitum palam & publice præsumitur bona fide per errorem contrahere.*
11 *Legitimatio per subsequens matrimonium succedit in feudis etiam receptis pro filiis legitime descendentib.*
12 *Legitimatus in materia stricta an veniat appellatione legitimi.*
13 *Filij vt legitimentur per subsequens matrimonium, an requirantur instrumenta dotalia. 17.*
14 *Matrimonium an & quando probetur per instrumentum dotis.*
15 *Verba notarij de facto relatiua dicuntur esse verba partium.*
16 *Instrumentum dotale non requiritur ad essentiam matrimonij.*
18 *Regnum Neapolitanum est de directo dominio ecclesiæ Romanæ.*
19 *Patris dictum prodesse potest filio.*
20 *Parentis vtriusq; assertioni non statur, quod filius non sit legitimus.*
21 *Vasallus non potest testari de feudo, etiam cum consensu directi domini.*

22 Testa-

22 *Testamentum secundum tollit ipso iure primum præcedens.*
23 *Testamentum conditum inter liberos minorem testium numerum requirit.*
24 *Tabellio creatus à Papa, vel Imperatore vbiq; potest instrumentum conficere.*
25 *Clericus etiam in sacris constitutus potest instrumenta conficere.*
26 *Laudum non subsistit, quando non apparet de compromisso.*
27 *Compromissum sine consensu directi domini de re feudali fieri non potest.*
28 *Compromissum facere non potest, qui non potest libere alienare.*
29 *Instrumento licet inseratur tenor totus alterius instrumenti non propterea probat.*
30 *Nouatio voluntaria fit per laudum arbitratoris.*
31 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
32 *Laudum homologatum expresse & tacite.*
33 *Nouatio non inducitur, nisi expresse agatur.*
34 *Arbitri potestas à compromisso pendet.*
35 *Laudum arbitri latum super non petitis, aut non comprehensis in compromisso non valet.*
36 *Pater non potest in feudo præiudicare filiis.*
37 *Filius ius acquisitum sine facto patris eis auferri non potest.*
38 *Compromissum patris in feudo antiquo non præiudicat filiis.*
39 *Hæres quando possit venire contra factum defuncti.*

IN causa & lite vertente inter magnificum Do. Ioannem Cola de Petramala Neapolitanum, & magnificum dom. Nicolaum de Alanio super Castro Rocheraynolæ sito in ꝓuincia Terræ laboris, visis subtilissimis allegationibus in iure factis per solennes vtriusq; partis aduocatos, præsertim super cõflictu testium ab vtraque parte productorum: ego in fauorem domini Ioannis Colæ pro iustitia consulturus ordinatius procedens insistam circa substantialia, prætermissis non necessariis. In primis ergo † dominus Ioannes Cola habet fundatam intentionem suam: *iuxta regulã l. actor quod asseuerat. C. de proba. & l. si qui accusare. C. de edendo. & c. 1. vt eccles. benefi.* quod sit filius legitimus & naturalis domini Florimontis de Petramala, & dominæ Paulæ coniugum, & sic de iure succedere debeat in dicto feudo Rocheraynolæ, quod est feudum auitum, & antiquum, & fuit continuatis retro temporibus nobilium de Petramala, adeo quod non extat memoria hominũ in contrarium, excluso præfato domino Nicolao de Alanio, & sic familia extranea. Nam in processu probatum est matrimonium fuisse contractum in ciuitate Nolę per dominum Florimontem, cum domina Paula in faciem ecclesiæ, in collectione fidelium, cum sacerdotali benedictione, secundũ consuetudinem loci: *vt per Barto. in l. 2. C. si ex publi. rationibus, lib. 10.* per testes & instrumentum dotale, & ex cohabitatione diutina, & ꝓ tractatus indifferentes, quia semper vsque ad mortem domini Florimontis se in omnibus vt coniuges tractauerunt, concurrente fama, præsertim viciniæ, & communi hominum opinione, & sic quod dominus Ioannes Cola constante isto matrimonio legitime est natus, ita à parentibus nominatus, & tractatus. Per ista indubitanter probatur matrimonium legitimum inter eos fuisse contractum, & dominum Ioannem Collam esse eorum filium legitimum & naturalem: *vt est tex. planus in c. illud, de præsumpt.* & cum matrimonium illud fuerit legitime contractum, & quamdiu vixerunt dominus Florimons & domina Paula quiete in matrimonio permanserunt, licet post eorum mortem quidam asserant dominũ Ioan. Collam de non legitimo matrimonio susceptum, debet legitimus pronunciari, & ad paternam hæreditatem admitti. *ita formaliter decidit text. in c. peruenit, qui filij sint legitimi, & ibi gloss. & dominus Abbas per illum textum notant,* quod † communis opi- 2
nio vicinię probat matrimonium quo ad effectum legitimitatis filiorum, & sic probatur, quod parentes publice contraxerunt matrimonium in faciem ecclesiæ, filii probantur esse legitimi, vt ibidem per dom. Abb. Imo fortius, natus ex masculo & fœmina simul habitantibus præsumitur esse legitimus, quasi fauore legitimationis præsumatur inter illos matrimonium, & hoc si vocabant se coniuges: *secundum dom. Abb. in c. lator, qui filij sint legi.* Et cum per ista dom. Ioan. Cola habeat bene fundatam intentionem suam, solum restat respondere quibusdam in contrarium oppositis.

Tria principaliter in oppositum obiiciuntur, quibus aperte nitideque sublatis, clarius adhuc constabit de euidenti iustitia ipsius domini Ioannis Colæ. Primo obiicitur, quod viuente adhuc domina Franciscа prima vxore domi. Florimons contraxit matrimonium cũ domina Paula, & istud ostenditur, quia instrumentum dotale dominæ Paulæ est sub anno 1468. & domina Franciscа condidit testamentum sub anno 1469. Vnde cum dominus Ioannes Colla sit natus tempore prætensi adulterii, nõ potuit per subsequens matrimonium dominæ Paulæ legitimari, quia subsequens matrimonium non legitimat antea natos ex muliere, cũ qua tempore eorum natiuitatis non poterat esse matrimonium: *vt est tex. in c. tanta, in secundo responso, qui fil. sint legi. & ibi gl. z. ad fin.* tenet, quod filius susceptus in adulterio non legitimatur per subsequens matrimonium, licet etiam alter coniugum ignoraret, quod cõmitteret adulterium. Ad istud tripliciter respondetur. Primo dicit quod illud instrumentum dotale ab aduersa parte in iudicio ꝓductum non caret suspicione falsitatis, quod fuerit in tempore vitiatum, & hoc deprehenditur ex protocollo dicti instrumenti, per comparationem literarum, diuersitatem chartarum, & dissimilitudinem dictaminis: *iuxta gl. magist. in c. in memoriam, 10. dist. & plene traditur in c. inter dilectos, de fide instr.* Et quia protocollum dicti instrumenti per varias manus fuit vagatum. Vnde † in crimine falsi sola su- 3
spicio falsi habetur pro veritate, nisi à parte producente tale instrumentum verum comprobetur. *ita singulariter tenent Archidia. & Dominicus de sancto Gemin. in d. c. in memoriam, 19. dist. allegant l. iubemus, C. de proba. Refert & sequitur Bald. in l. si veritas, circa medium. C. de proba. vbi reputat hoc esse valde notabile. Idem sequitur Ioan. de Ana. in rub. & in c. licet, in penult. col. de crimi. falsi. D. Alexan. in consi. 77. primi volu. quod incipit,*

in causa

in causa accusationis de crimi. falsi. in penult. columna. & dominus Franc. de Curte in consilio 73. incip. super memorata facti narratione, in penult. colum. circa fin. vbi dicit, quod singulare & speciale est in materia falsi, quod suspicio falsi pro falsitate habeatur, adeo quod posset procedi ad puniendum, nisi à fabricante, vel producente instrumentum veritas aliter probetur, & hoc dicit esse stupendum & aureum dictum Archidia. *in d.c. in memoriam.*

4 Vnde † ex quo militant suspiciones & præsumptiones prædictæ, quod illud instrumentum dotale sit in tempore falsificatum, & do. Nicolaus de Alanio illud in iudicio produxerit, & eo sit vsus, præsumitur, quod illud instrumentum in tempore falsificari fecerit, nisi ostendat, vel nominet authorem. ita signanter tenent Iac. But. & Bald. *in l. maiorem. C. ad l. Corn. de falsis. & D. Alex. in præallegato consi. 77. primi volu. in 3. col. ad hoc allegant prafati doctores tex. in l. iubemus secundum vnam lecturam gloss. C. de proba.* & subdit notabiliter Saly c. *in d. l. maiorem.* quod ille qui dicit seu allegat se falsum instrumentum ab alio recepisse, & non probat, tunc creditur, quod ipse illam falsitatem fabricari fecerit, & tanquam fabricator puniri debet: *per illum tex. in d. l. maiorem. & per*
5 *d. l. iubemus.* Et licet † ista causa sit ciuiliter intentata. ex quo tamen factum, pro quo ciuiliter agitur, habet delictum annexum, posset pœna imponi: *vt est tex. notabilis in c. 1. de deposito. quem tex. ibi ad hoc notant & multum commendant Dom. Anto. de Butr. & Io. de Imol. & dicunt ita limitari. l. diuus. & quod ibi tenet Bart. ff. de quæst. & simpliciter etiam sequitur D. Alex. in prædicto consi. 77. primi volu. in penul. col.* Sed omissa criminalitate & ciuiliter, vt decet, prædicta confirmantur, quia infiniti testes etiam instrumentales attestantur matrimonium istud fuisse cõtractum post mortem dominæ Franciscæ. Item cum istud matrimonium dominæ Paulæ fuerit contractum publice in faciem ecclesiæ, & in præsentia populi Nolani, non est verisimile, quod dominus Florimons publice in faciem ecclesię accepisset in vxorem dominam Paulam, si prima vxor domina Franciscа tunc superuixisset. Vnde illud de tempore positum in instrumento dotali non caret suspicione falsita-
6 tis, † quia illud, quod est valde remotum à verisimili, est quædam falsitatis imago: *vt inquit Bal. in l. 1. in 3. col. C. de ser. fugi.* & verisimilitudo multum in ꝓbationibus attendi debet: *secundum Bal. in l. scripturæ. in 2. col. & ibidem Saly. C. de fide instru.* Item non cadit in sensum hominis sensatum, quod dominus Florimons nobilis miles, & alti generis, publice secundam vxorem accepisset viuente adhuc prima vxore: quia experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus, vt magnus attestatur Auerroes, quem refert Bal. *in suo diuino consilio schismatis posito post rubricam. C. si quis aliquem testa. prohi. in 14. col. & in d. l. 1. in 3. col. C. de seru. fugi.* Secundo principaliter respondetur, quod etiam dato sine veri præiudicio, quod dictum instrumẽtum dotale esset verum in tempore, & sic quod esset factum de anno 1468. & quod domina Franciscа condiderit testamentum sub anno 1469. tamen non apparet, quod infra illum annum vitæ dominæ Franciscæ natus sit dominus Ioannes Cola, nec istud punctualiter probauit pars aduersa, prout probare tenebatur, cum esset eius fundamentum; quia potuit nasci post illum annũ, & † in 7
dubio debet præsumi natus tempore congruo, & sic post mortem dominę Franciscæ secundum Bar. & scribentes *in l. nõ solum. § sed vt probari. per illum tex. ff. de oper. nou. nuncia. & in consi. 209. incipien. viso processu facto contra Bonum Ioannis. Bald. in l. fi. C. an seruus ex suo facto. & in l. precibus. in 6. colum. C. de impube. & aliis substi. & in l. 1. in 2. col. ff. solu. matrimo. dom. Abbas in cap. auditus, de præscript. & in c. in præsentia, in 3. col. de proba. dom. Alexan. in consil. 52. tertij voluminis, quod incipit, viso themate illustrissimi, in 1. col. post gloss. magistram, in clemen. fin. de rescript. facit l. eum actum, in fi. & ibi gloss. ff. de nego. gest. & l. si matrem. C. de proba.* Nam vbi est dubium temporis præsumitur in benigniorem partem: vt notat Bald. *in c. cum tu, per illum textum, de testibus.* Tertio † & fortius respondetur, quod etiam 8
dato quod Ioannes Cola esset genitus viuente domina Francisca, tamen propter bonam fidem dominæ Paulæ, & sic vnius ex parẽtibus, filii nascuntur legitimi. *vt est tex. formalis in c. ex tenore, qui filij sint legi. & ibi dominus Abbas in secundo notabili notat ex illo tex.* quo ad legitimationem prolis sufficit ignorantia alterius coniugis, etiam si suberat impedimentum coniugii; quia prima vxor viuebat, vt ibi loquitur text. & dicit dominus Abbas, quod ad hoc quotidie allegatur iste tex. & subdit idem dominus Abb. circa finem, quod filii susceptі ex matrimonio putatiuo propter ignorãtiam vnius ex parentibus sunt vere legitimi, etiam quo ad ordines sacros, & sic etiam quo ad spiritualia, in quibus attenditur veritas & non opinio. Idem quod ad legitimationem prolis sufficiat ignorantia alterius cõiugum de impedimento, & sic sufficiat, quod alter coniugum esset in bona fide, tenet etiam dominus Abbas *in c. 2. in primo notabili, qui filij sint legi. & idem dominus Abbas in c. tanta, in 2. col. eod. tit.* Vbi reprobata gloss. 2. ibi tenet, quod si aliqua mulier ignoranter contraxit matrimonium cum coniugato, filii inde geniti sunt legitimi: *per textum in d. c. ex tenore. & ita refert tenere Ioan. Andr. & dominum Antonium de Butr. ibi, & putat esse verißimum.* Ita tenet gloss. notabilis & ordinaria *in c. cum inhibitio, in verbo parentes, de clandes. desponsa.* Vbi quærit, quid si vnus coniugum scit impedimentum matrimonii, & alter nescit: Refert quosdam tenere, quod quantum ad scientem, filii sunt illegitimi: sed quantum ad ignorantem legitimi, *argu. l. qui contra. C. de incest. nup.* contrarium determinat illa gloss. quia imo sunt legitimi in totum: *per textum in d. c. ex tenore.* & quia esset monstrum, quod quis esset partim legitimus, & partim illegitimus. Idem in terminis tenet notabiliter Specul. *in titu. de succes. ab intest. in versic. sed pone, T. contraxit matrimonium.* Vbi tenet, quod si aliquis contraxit matrimonium cum aliqua muliere, ignorans eam cum alio contraxisse, quod filii succedent non solum patri impedimentum ignoranti, sed etiam matri scienti, & sic vtrique succedent, & in totum sunt legitimi habendi; quia † non po- 9
test quis pro parte esse seruus, & pro parte liber: *vt l. duobus. ff. de libera. causa. & ad hoc etiam allegat textum in d. cap. ex tenore. & idem quod Specul. formaliter etiam tenet Albertus Galeoti in margarita sua, in titu. de filiis naturalibus, in versicu. Sed pone quæstionem de facto, quidam Par-*

quidam Parmensis. Et idem, quod ad hoc vt filii dicantur legitimi, sufficiat ignorantia vnius coniugum de impedimento, tenent Iacobus de Arena, & Albericus de Rosa. *in l. qui contra. & qui Bald. in 3. q. C. de incest. nupt.* quamuis gloss. *ibi in verbo acerrimo, in vltima parte*, teneat, quod filii nati ex matrimonio nullo sunt legitimi, si vterq; coniugum ignorauerit, si autem alter sciuit, illi non sunt legitimi, sed ignoranti. Sic & idem tenet Barto. *in l. fi. in vlt. col. ff. de condi. fi. caus.* & male: quia, vt ex prædictis appareret, est tex. expressus in contrarium in dicto cap. ex tenore. & communis & vera opinio scribentium
10 contrarium tenet, vt prædixi. Item † contrahens matrimonium prohibitum palam præsumitur bona fide, & sic per errorem contrahere: *vt est tex. in l. fi. ff. de ritu nupt. & in l. si adulterium cum incestu, in princip. ff. de adul. per quæ tura tenet Bald. post Cyn. in l. nemo clericus, C. de summa trinita. & dominus Abbas in cap. de homine, de celeb. missa.* quod quando quis contrahit matrimonium prohibitum palam, præsumitur error, & sic bona fides. Quanto magis in casu nostro, vbi matrimonium fuit contractum publice, & in
11 facie ecclesiæ: Ista † ergo legitimatio per subsequēs matrimonium tollit omnem maculam præcedentem propter vim matrimonii. *d. c. tanta.* adeo quod tales legitimati per subsequens matrimonium sunt legitimi à natura, & ideo succedunt etiam in feudis: *secundum Bal. in c. naturales, in vlt. col. si de feud. fue. controuer. inter dom. & agna. in versicu. pone*, quod non tenet matrimonium. & ibidem notabiliter Andr. de Isernia. Idem etiam tenet dominus Abbas *in ca. innotuit, in penult. col. de elect.* Et idem dominus Abbas *in d. c. tanta, in 2. col.* vbi refert Iacobum de Beluiso, Hostien. & communiter doct. ita tenere. Imo fortius tenet ibidem dominus Abbas, quod etiam si inuestitura feudi diceret de filiis ex se legitime descendentibus, admitterentur adhuc legitimati per subsequens matrimonium: *contra Bal. in dicto c. naturales, in 1. col.* eo quia matrimonium subsequens fingitur retro fuisse contractum ante natiuitatem filiorum, & sic filii censentur nati tunc tempore contractus matrimonii, & sic sunt habendi, ac si legitime descēdissent, fauore matrimonii. Pro hoc adducit bonum textum *in c. cum in cunctis, de electio.* vbi dicitur, quod promouendus in episcopum debet esse natus de legitimo matrimonio, & tamen legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in episcopum: *vt est glossa singularis in c. innotuit, in verbo, coniugata, ad finem, eodem titu. de electio.* quæ
12 vult, quod † etiam in materia stricta appellatione legitime nati venit etiam legitimatus per sequens matrimonium: quia fingitur legitime natus. Et idem tenet dominus Anto. de But. & Ioan. de Imo. ibidem, & Io. de Imol. *in l quod dicitur, in antepenult. colum. ff. de verb. obligatio.* Et quod legitimatus per subsequens matrimonium succedat in feudo, tenet etiam Ioannes Calderi. *in consilio 5. incipiente, an naturalis, in titu. de feudis. & in consilio 2. incipiente, constitutio ordinis, in titu. qui filij sint legitimi.* Nec huic tertiæ responsioni obstat illud, quod in cōtrarium adducitur per eximium dominum aduocatū par-
13 tis aduersæ, quod † ad hoc vt per matrimonium sequens legitimentur filii antea geniti, requiritur, quod tale matrimonium contrahatur cum instrumentis dotalibus, & sic requiritur instrumentum duo continens, scilicet matrimonium, & constitutionem dotis, ad finem & effectum vt filii primo nati legitimentur quo ad successionem: *vt est text. in l. nuper. & ibi gloss. in verb. nuptialia instrumenta. & in l. cum quis. C. de natu. lib. & gloss. in §. fin. instit. de nupt. & gl. in auth. maximis. C. de nupt. & notabiliter Bald. in l. si qua illustris, C. ad Orficianum.* vbi no. quod quando filii legitimantur per sequens matrimonium, debet interuenire instrumentum matrimonii, & dotis, alias quantum ad succedendum non sunt legitimi, licet sint legitimi quo ad ordines ecclesiasticos. *dicto cap. tanta. qui fil. sint legi. quem tex. Bal. ibi ita intelligit & restringit.* Et licet de iure canonico non videatur requiri ista solennitas instrumētalis, istud procedit in terris ecclesiæ, secus in terris imperii: *vt late tenet Angel. in consi. 29. quod incipit, Titius existens de nobili progenie in tertio dubio. quem refert & sequitur dominus Cardinalis Alexandrinus in d. c. tanta. in 27. col. in vers. descendo ad tertium.*

Ad istam oppositionem respondeo quadrupliciter.

Primo, quod plures testes domini Ioannis Collæ deponunt instrumentum matrimonii fuisse cōfectum tunc temporis, quando contractum fuit matrimonium inter dominum Florimontem, & dominam Paulam. Item adest instrumentum dotis productum per partem aduersam, & sic ab ea pprobatum, in quo continetur tenor matrimonii, quod domina Paula cum authoritate Laurentii fratris sui, & authoritate iudicis Nolani, & dominus Florimons per verba de præsenti solenniter & legitime matrimoniū adinuicem contraxerunt, & dominus Florimons dictam dominam Paulam annulo subarrauit, & osculum pacis sibi dedit, interueniente sacerdotali benedictione, & omnibus aliis solennitatibus à iure requisitis, per manū domini don Francisci Susulani, secundum vsum sanctæ Romanæ ecclesiæ. vnde licet solū instrumentum dotis de per se faciens incidenter & enuncia- 14
tiue mentionem simplicem de matrimonio illud non probet, secundum Bald. *in cap. naturales, in 2. colum. si de feud. fue. controuer. inter dom. & agna. & latius Bald. in authen. si quis in aliquo, in 2. colum. & ibidem Salyce. C. de eden. & Bald. in rubrica, C. de priuilegio dotis, & in l. neque, 1. per illum tex. C. de nuptiis, & dominus Cardinalis Florenti. in cap. illud, de præsumpt. & ibidem dominus Abbas, in 3. colum.* tamen fallit, quando sunt alia adminicula, quæ concurrunt vltra instrumentum dotis, vt in casu præsenti: secundum Bald. *in d. cap. illud, de præsumpt.* Item istud instrumentum dotale non enunciat simpliciter, sed ponit formaliter totum progressum istius matrimonii, ergo illud probare debet. quinimo Bald. *in l. ab executione, circa fin. in antepenult. quæst. C. quorum appel. non recipi.* quærit, nunquid per instrumentum factum super dote, & non super matrimonio probetur matrimonium, & respondet non probari necessario: tamen quia 15
verba notarii de facto relatiua dicuntur esse verba partium, *vt notatur in l. sciendum, ff. de verbor. obligatio.* certe si instrumentum dotis dicit, *pro matrimonio contracto*, præsumitur id verum esse, in quo fundatur existentia dispositionis: *vt l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipul.*

Secun-

Secundo respondetur, quod dicta solẽnitas instrumentalis matrimonii & dotis procedit de iure ciuili, & secundum leges ciuiles, prout etiam dicit Ang. *in cons. 17. incipiente, comes Brandisius. in 2. col.* secus est autem de iure canonico, quod fundat se super potẽtia & virtute matrimonii ad cuius esse non requiritur instrumentum dotale: *vt est tex. in c. 1. & in d.c.tanta.qui filij sint legi. & ibi dominus Abb. in primo notabili refert, quod canonistæ ita tenent, & quod ita sæpe fuit consultum per Gasparem Calderi. domin. Cardinalem Florenti. & dom. Anton.de But. & quod ita pluries in facto respondit.* Et subdit vnum bonum verbum in proposito, quod etiam legistæ communiter in practica sequuntur istud dictum canonistarum. Idem tenet domin. Abb. *in d.c.1.in secundo notabili qui filij sint legi.per illum tex.* Et idem dom. Abb. *in ca. innotuit.in pen.col.de elect. Bart. in dict.l. eum quis. C. de natur. lib. dominus Mart.Lauden.in quæstione per eum disputata incipiente, Augerius.in 13.col.vbi dicit, se ita alias consuluisse in ciuitate Mutinæ. Idem tenet notabiliter Salyc.in auth. maximis.C.de nuptiis.* Vbi tenet, quod isti sic legitimati per subsequens matrimonium sine dotalibus instrumentis contractum censentur etiam legitimi & capaces, non solum quo ad ecclesiasticos ordines, sed etiam quo ad succedendum. *facit bene tex. in §.reliqui.in auth.quib.mod.nat.effic.sui.* qui dicit, semel eos efficientes legitimos damus etiam habere successiones, etiam illas, quas habẽt hi, qui ab initio legitimi sunt: & in hoc standum est iuri canonico, vt filii sint legitimi etiam non interuenientibus dotalibus instrumentis: cum proprie ad ecclesiam spectet quem facere legitimum, cum esse legitimum veniat in consequẽtiam matrimonii, secundum Ioann. And. *in c. per venerabilem. in 2. col.qui fil. sint legi.*

17 Tertio notabiliter respondetur, quod † etiam de iure ciuili, & secundum leges ciuiles istud, quod requirantur dotalia instrumenta, non videtur esse necessarium ad legitimationẽ naturalium, nisi qñ supereſſent alii filii, vel nepotes legitimi & naturales, quod non est in casu nostro: *vt est textus planus in §.si vero solummodo naturalium. in vers. omnino enim suis existentib.in aut.quib.mo.natu.effi.legi.per quẽ tex.ita notabiliter & expresse tenet Bal.in l.cum multæ.in 1.col.in fi. C. de dona. ante nuptias.ita limitans prædictum text. iuris ciuilis.* Quarto dicitur, quod licet Ang. *in d. consilio 9.allegato per dominum aduocatum partis contrariæ* dicat, quod prædictum ius canonicum debeat seruari in terris ecclesiæ, sed non in terris imperii, quamuis contrarium sit verum per superius deducta, tamen non sumus in terris imperii, sed in ter-

18 ris ecclesiæ quo ad directum dominium, cum † regnũ Apuliæ, & sic Neapolitanum sit de directo dominio ecclesiæ Romanæ, & ab ea habitũ in feudum: *vt in c.ad Apostolicæ.in pen.col. de re iud.in 6. & in clem.pastoralis.eo.tit.gl.in clem.1.§.1.de iureiu. & ẽt gl.19.q.3.in c. monasteriis.* quæ dicit quod tota Apulia est patrimonium Beati Petri, & Bal. *in l.1. C. vnde legi.* & per ista remanet perfecte enucleata & sublata prima obiectio aduersantium. Secũdo principaliter obiicitur assertum testamentum dom. Florimontis conditum in Zizano, vt asseritur, anno 1474. in quo dicitur, quod instituit hæredem dominum Vgonem de Alanio patrem Domini Nicolai præsentis rei conuenti, in omnib. bonis Burgensaticis, & feudalibus, & in eo vocat, & appellat dominum Ioannem Colam, & eius fratrẽ, filios naturales tantum, quasi natos tempore primæ vxoris, sed istud testamentum nihil facit, ex quinque responsionib. subsequentibus. Primo, quia dictum assertum testamentum productum per Dominum Nicolaum de Alanio, & sic per partem aduersam redditur suspectũ de falso ex inspectione protocolli talis instrumenti, quod est de diuersis manibus, & in folio diuerso à quinterno, & est diuersum ab aliis chartis, vt ex ipsarum signo apparet, per ea quæ opportune dixi in præcedenti obiectione, in prima responsione, & quæ ibidem dixi habeantur hic pro repetitis. Secundo respondetur, quod ex quo dominus Florimons tempore, quo dicitur condidisse illud testamentum, habebat dominam Paulam vxorem legitimam, & matrem domini Ioannis Colæ, non potuit cũ veritate & iusticia dicere, quod esset naturalis tantum, cum saltem per subsequens matrimonium dominæ Paulæ esset effectus legitimus, & sic ex dispositione iuris saltem canonici censetur legitime natus per text. clarum in capitul. ex tenore. qui filii sint legitim. & per ea, quæ plene dixi supra in tertia responsione præcedentis obiectionis.

Tertio respondetur, quod in hoc non est standum assertioni patris asserentis in testamento dominum Ioannem Colam esse filium naturalẽ tantum; quia † dictum patris prodesse potest filio, & 19
non obesse: *vt l. 1. §. si quis non ab aliquo. & §.si quis filium. ff.de Carboniano edicto. & ita tenent Bartol. & omnes post Cynum & Iacobum de Arena in l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt.sui vel alieni iur. Bartol. & Doct. in l. si posthumus à primo. §. fi. ff. de liberis & posthumis. & Bal. in l.neque professio. per illum tex. C. de testa. & est tex. in c. per tuas. & ibi gloss. & do. Abb. ad hoc notant, de probatio. & dom. Abb. in c. accedens. de purgatione can.* imo etiam non staretur dicto matris negantis aliquem esse filium suum. Nam etiam negatio matris non præiudicaret filio: *vt est textus in leg. final. iuncta glo. ff. de probationi.* imo fortius, etiam † si ambo paren- 20
tes negarent aliquem esse filium suum legitimum & naturalem, adhuc non staretur negationi amborum parentum; *vt cap. transmissæ. in fine. iuncta gloss. in verbo. iudiciis. & ibi dom. Abb. in vlt. notabili ad hoc notat, qui filij sint legi. & idem dom. Abb. in d. c. per tuas. in tertio notabili. de probatio.*

Quarto dicitur † quod de bonis feudalibus, de 21
quibus in præsens contenditur, non potuit dominus Florimons in suo testamento aliquid asserere in præiudicium domini Ioannis Colæ, asserendo eum esse filium naturalem tantum, imo non potuit de eis aliquid testari, aut disponere, quia in feudis nulla ordinatio testamenti valet: *vt est text. in c. 1. de succeſſ. feud. & tex. in c.1. in princip. & ibi notat Bald. in pe. col. de prohib. feu. alien. per Frid. & Bald. in c. 1. §. donare. in 2. colum. qualiter olim feudum poterat alienari* Et istud procedit etiam interueniente consensu regis, & sic directi domini feudi. *c. 1. de alie. feu. pater. & dom. Alex. in consil. 15. quinti volum. incip. visis narratis in themate. in vlt. col.* Quinto dicitur, quod illud primum testamentum do. Florimontis conditum, vt dicitur, de an. *1474.* fuit ruptũ, & ipso iure reuocatũ per aliud

poste-

posterius testamentum conditum per eundem dominum Florimontem de anno 1476. in quo instituit hæredes suos, dominum Ioannem Colam & eius fratrem, & ēt appellat eos esse suos filios legitimos & naturales, & sic veros & proprios. Item in eo reuocat omne aliud testamentum per eum factum, & † omnino secundum testamentum tollit 22
ipso iure testamentum præcedens. *§. posteriore. instit. quibus modis testam. infirm. & l. si quis priore. ff. ad Trebel.* Vnde superflua redditur illa clausula notariorum dicentium, cassans & annullans omne aliud testamentum, si quod prius fecerat, cum ipso iure intelligatur annullatum. *l. sancimus, in verb. ipso iure. C. de testamen.* Et in secundo testamento tacite inest illa clausula, cassans & irritans, &c. secundum Bald. *in l. fin. in 5. quæst. C. de edict. diui Adria. tollen.* sicut etiam in contractibus non est necesse apponere illa verba, *cassantes & irritantes omnem alium contractum*, quia istud tacite intelligitur: *vt est tex. in c. 1. & ibi Bald. ad hoc notat & reputat singularem, de transact.* Et istud testamentum posterius domini Florimontis quamuis habeat numerum testium à iure communi re-
23 quisitum, tamen † ex quo est conditum inter liberos, etiam si esset cum minori numero, sufficeret ad tollendum ipso iure aliud solenne testamētum conditum coram septem testibus: *vt l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & §. si quis autem. C. de testamen. & ita tenet Paulus de Castro in auth. hoc inter liberos, in vltima quæstio. C. de testam. dominus Alexander in d. §. ex imperfecto. & in consilio 146. secundi voluminis, incipien. viso themate supra scripto, in pen. col. ad fin. & seq. facit in simili tex. in l. 2. ff. de iniust. rupto. & in l. eius militis, §. militia missus, ad finem. ff. de mili. testam.* Et istud procedit etiam, quando secundum testamentum esset conditum cū minori numero inter filios legitimatos, qui cum computentur legitime nati, possunt instituí hæredes à patre coram duobus testibus, & valet, & rumpit præcedens: *secundum Bal. in c. de causis, in pen. col. de offi. deleg.*

Nec obstat, quod dictum secundum testamentum fuerit factum manu notarii Apostolici, qui erat canonicus Nolanus, & sic non videtur valere in terris imperii. Item quia factum à clerico in sacris constituto.

Ad primum dicitur, quod erat notarius vtraque authoritate apostolica & imperiali creatus, & etiam si solum fuisset notarius authoritate apostolica, adhuc potuisset conficere testamentum in ter-
24 ris imperii: quia † tabellio creatus à Papa, vel imperatore, vel ab eo, cui hoc speciali priuilegio est indultum, potest vbiq; etiam in Francia, vel Anglia, seu Hispania conficere testamenta, & alia instrumenta. *ita tenet Specul. in tit. de instru. edi. in §. restat videre. in versiculo, & nota quod tabellio. per multa iura ibi per eum allegata. & ibidem etiam sequitur Bal. in addi. Specul. in 4. colum. in fi. & cum Specul. etiam tenet Bart. in l. 1. circa fi. ff. de offic. proconsu. & lega. Angel. in authenti. de tabellio. in princip. in 2. columna. & expresse Dominicus de Sancto Geminiano in capit. Romana. §. nec clericos. de foro competen. in sexto. & late Andr. de Isernia summus feudista in capit. 1. quæ sint regalia. in vsibus feudorum, in 55. columna & sequenti. super verb. ad iustitiam experiendam.* & multo magis in terminis nostris, cum non simus in terris imperii, sed in regno Neapolitano, quod est feudum ecclesiæ Romanæ, vt dixi supra in præcedenti obiectione, in quarta responsione ibi tradita.

Ad secundum † quod ille notarius erat canoni- 25
cus Nolanus, dicitur, quod quamuis esset in sacris constitutus, tamē ante interdictionem sibi factam per superiorem licite potest testamenta & alia instrumenta conficere, quæ valent & tenent: *ca. 1. & c. sicut. ne clerici vel monachi. & l. vniuersos. & ibi Bart. in fi. & Ange. C. de decurio. li. 10. & Bar. in cons. 61. quod incipit, filius fa. presbyter. & notarius. Ang. in l. prætor ait. §. fin. & ibi do. Alex. in §. his etiam. ff. de eden. Ang. in l. si quis decurio C. de falsis.* Et tanto magis cum in casu nostro in processu sit probatum de consuetudine ciuitatis Nolanæ præstantis fidem testamentis, & aliis instrumentis confectis per notarium Apostolicum, & sacerdotem, cui consuetudini est standum, *c. cum dilectus. de consuetudine. Notant Bal. Ang. & do. Alex. in l. quædam. §. nummularios per illum tex. ff. de eden. Bal. in l. comparationes. in 4. col. C. de fide instrumento. & refert Ioa. And. in additio. Spec. in titulo de instrumen. edi. §. nunc dicendum. in additione magna. circa finem*, quod Venetiis viget consuetudo, quod credatur scripturis presbyterorum. & secundum eundem Ioann. And. attendi debet consuetudo loci, in quo scriptura est confecta, licet alibi agatur iudicium: *per l. 1. C. de emancipa. liber. & d. cap cum dilectus. & sequitur dom. Anto. de Butrio in capit. 2. de fide instrumen. Bald. in rubr. C. eo. in vltima columna.*

Et per ista remanet multipliciter radicitus extirpatum secundum obiectum. Tertio principaliter obiicitur de compromisso & laudo lato inter dominum Florimontem & dominum Vgonem de Alanio, quod fuit per ipsas partes expresse homologatum & iuratum, per quod laudum dictum feudum Rocheraynolæ fuit effectualiter cum certo onere adiudicatum domino Vgoni patri domi. Nicolai præsentis.

Ad istud laudum tripliciter respondetur, & bene. Primo, quia vltra nullitatem dicti laudi, quæ resultat ex eo quia non apparet de compromisso, cū prętensum laudum se referat ad instrumentū compromissi, quod non apparet, nec est in actis productum, & sic illud non probat, *per auth. si quis in aliquo. C. de eden.* & † quando non apparet de compromisso 26
laudum non videtur posse subsistere, cum pendeat & reguletur à promisso. *l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. & c. cum dilectus. eo tit.* Item † nec com- 27
promissum de re feudali potuit fieri sine consensu expresso regis, qui est directus dominus: *vt c. cum tēpore, & ibi Hostien. Ioan. And. & dom. Anto. de Butrio.* do. Abb. in vltimo notabili, Hostien. in summa sua. *in tit. de arbitris, in §. sequitur. in versi. sed nunquid vasallus. Ludo. Ro. in l. 1. §. & post operis. ad finem. ff. de ope noui nunciatio. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. 1. ad fi. ff. de iureiur.* quia † qui non potest libere rem alienare, 28
nō pōt super ea facere cōpromissum: *vt est tex. in d. c. cum tempore. & ibi canonistæ ad hoc notant, de arbitris.* & dicit Bald. *in c. 1. in verb. marchiæ. in 2. col. qui feudum dare possunt*, se consuluisse, quod comes Sabaudiæ non potuit committere regi Frācorum causam de quibusdam castris feudalibus imperii sine expressa licentia imperatoris. Sed in casu præsenti non videtur sufficienter probari de expresso consensu do-

29 mini regis; quia † licet in instrumento dicti laudi videatur insertus totus tenor rescripti regii præstantis consensum, tamen non probat, nec fidem facit: *vt est glo. notabilis in cap. Abbate Sancti Syluani, de verborum significationibus, in verbo, fides. & super illa gloss. ita ibi expresse tenent do. Anto. de Butr. & do. Abbas, vbi dom. Abb.* tenet istud procedere, etiam si fuissent plures alii Tabelliones. Mouentur præfati doctores; quia notarius non potest conficere instrumentum nisi de eo, quod percepit sensu corporeo, sed cum ipse non fuerit contentus in primo instrumento, nec fuerit de illo rogatus, ergo non potest conficere instrumentum: & licet viderit illud aliud instrumentum, cuius tenorem inserit de verbo ad verbum, tamen poterat esse vitiosum & falsum, & hæc vitia comprehenduntur iudicio intellectus, & non sensu corporeo, & ideo hoc iudicare non spectat ad notarium, sed ad iudicem: *vt c. fina. de fide instrumentorum.*

Secundo insistendo in substantialibus dicitur, prædictum laudū non obesse domino Ioanni Colæ, ex quo in capitulis initis inter dominum Florimontem & dominum Vgonem ante dictum laudum fuit expresse actum, quod si superuenirent, seu nascerentur liberi masculi & legitimi domino Florimonti, tales filii possent redimere illud castrum Rocheraynolæ, soluendo, vt ibi, sicut etiam per illa capitula erat actum, quod dominus Vgo teneretur restituere dictam Rocharaynolam ipsi domino Florimonti soluenti certam quantitatem pro dotibus vxoris domini Vgonis. Ad hoc conatur subtiliter respondere solennis aduocatus partis aduersæ, quod cum in sententia arbitramentali nulla sit facta mentio de istis capitulis, & illa fuerit expresse homologata per dominum Florimontem cum iuramento, illa prima promissio capitulorum fuit nouata, & de eis amplius non habenda ratio, sed solum remanet illud, quod in verbis laudi continetur. Et quod per laudum arbitri fiat nouatio, allegat Bal. *in consi. 77. primæ partis, quod incipit, quidam dominus Galeacius emit.* Vbi Baldus primo videtur
30 dicere, quod † per laudum arbitratoris fiat nouatio voluntaria: quia est species transactionis. allegat. *L. cum in plures. §. lege dicta. ff. locati. & l. si cum ermes. C. eo.* tamen postea ibi Bald. in illo casu contrarium decidit, allegat etiam præfatus dominus aduocatus Spec. in terminis ita tenere *in tit. de arbitris. §. sequitur de quibusdam, in versicu. hoc quoque notandum est, quod ex sententia arbitri. & etiam in alio versi. item quæro, an actio nouetur, per sententiam arbitri.*

Sed non insistendo in verbis, sed inhærendo ve-
31 ritati, dicitur † quod cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. *l. 1. ff. de arbitris.* sicut per sententiam iudicis nō fit nouatio extinctiua alicuius obligationis, sed bene fit nouatio accumulatiua: *prout tenet gloss. in l. 1. in gloss. magna. & ibi Barto. & docto. C. de iudi. & gl. in l. duobus. ff. de exeept. rei iudic. & in l. nepoti. & ibi Barto. ff. de fundo instru.* idem videbatur esse in sententia, seu laudo arbitri, quod per eam induceretur nouatio non quidem extinctiua, sed accumulatiua, tamen Specul. in dictis duobus versiculis magistraliter dixit, quod cum ex sententia arbitri non oriatur actio, nec obligatio. *l. 1. vbi gloss. & doct. C. de arbitris,* sed metu pœnæ ei paretur. *leg. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris.* ideo per sententiam arbitri tunc non fit nouatio accumulatiua, cum actio non detur: hoc tamen quando laudū esset homologatum expresse per partes † aut tacite, per lapsum de- 32
cem dierum, aut esset iuratum, quia tunc oritur actio in factum: *per l. cum antea. & l. ne in arbitris. C. de arbitris.* tunc ex sententia arbitri bene induceretur nouatio accumulatiua. ita ibi loquitur plane Specul. Cum ergo ex sententia iudicis, vel arbitri non inducatur nouatio extinctiua priorum, ergo non est verum, quod per laudum præsens sint nouata, & sic extincta illa capitula inita inter præfatū dominum Florimontem, & dominum Vgonem: & tanto magis † cum hodie non inducatur nouatio, 33
nisi expresse sit actum: *l. fina. C. de noua. & §. præterea nouatione, in fi. quib. mod. tol. oblig. & declarat Bartol. in l. Valerianus. ff. de præto. stipu.*

Et quod in casu nostro per dictum laudum non sint nouata dicta capitula, ostēditur luce meridiana clarius. Nam compromissum & laudum fuit super annua quantitate pecuniæ præstanda per dominum Vgonem domino Florimonti occasione castri dictæ Rochæ Raynolæ: quia inter ipsas partes solum contendebatur tunc super illa annua quantitate pecuniæ præstandæ, & super illa fuit factum compromissum, & laudum prolatum & homologatum; vnde cum in compromisso nihil fuerit dictum de conuentionibus factis in dictis capitulis initis inter dictas partes, præsertim de superuenientia liberorum legitimorum domino Florimonti: ergo etiam si arbitri expresse pronunciassent super illis capitulis, quo ad illa nihil valuisset eorum laudum: quia † arbitri tantam potestatem 34
habent in pronunciando, quanta sibi est data à partibus, & non plus. *le. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & cap. cum dilectus, eodem titu.* & sic non valet laudum, quod excedit fines, & naturam compromissi: *vt etiam dicit Baldus in consilio 430. primæ partis, quod incipit, visis consiliis meis.* Ergo multo minus istud laudum præiudicabit quo ad dicta capitula, de quibus in laudo nullum verbum factum est, & nulla mentio. bene facit, quod notabiliter decidit Bartolus *in l. Aquiliana. ff. de transact.* quod si erat contentio inter te & me de quodam fundo, compromisimus in aliquem, & dedimus ei plenam potestatem arbitrandi, an iste arbitrator poterit cogere alteram partem, vt de alteri aliquam aliam rem, de qua non erat contentio, & quod habeat totum illum fundum: & determinat quod non: *per dictam l. non distinguemus. §. de officio. & l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbitris. & sequitur Angel. in l. de his. ff. eod. de transactio. Ludouicus Romanus in consilio 403. incipiente, pro decisione propositæ consultationis tria arbitror esse discutienda. dominus Antonius de Butrio, & dominus Abbas in cap. constitutus, per illum tex. de religio. domi.* Et ibidem dominus Antonius de Butrio colligit ex prædictis verbis Barto. quod † arbiter vel arbitrator 35
non possit laudare, seu pronunciare, vel se intromittere super non petitis, vel non comprehensis in compromisso. & idem dicit dominus Antonius de Butrio *in cap. Quinta vallis, de iureiuran. & in capitu. licet hely. de simonia. Baldus in l. fina. §. primo, in quarta columna. & in l. si super possessione. C. de transact.* Et illam decisionem Bartoli etiam sequitur dominus

Alexan-

Alexander *in consi.119. secundi volum. incipiente,titulus quæstionis talis est. & in consi.124 secundi volum.incipien. in causa & lite vertente inter Francischinam.*

Tertio & fortius dicitur quod etiam dato millies quod dicta capitula & pacta non fuissent inita, tamen adhuc dictum laudum homologatũ & iuratum per D.Florimontem non potest in aliquo obesse dom.Ioanni Colæ, eo quia istud feudum Rocheraynolæ est feudum auitum, & antiquum proueniens longa retro serie antecessorum de Petramala, quorum semper continuatis temporibus fuit, adeo q̃ non extat memoria hominũ in contrarium, & ideo nullatenus debet censeri hæreditarium, sed prouenire ex prouidentia maiorum, & antecessorum suorum acquirentium, pro se & eorum filiis,& descendentibus in infinitum : quo casu clara & indubitata est omnium scribẽtium con-
36 clusio, quod † pater non potest in tali feudo ipsis filiis præiudicare, cum ad tale feudum sint vocati vt filii, & descendentes, non autem vt hæredes: & sic cum filii non habeant istud feudum à patre, sed à progenitoribus,*vt inquit gloss.in cap.1. in gloss.2.in ti-*
37 *tu.an agna.vel filius.* & ius † acquisitum filiis sine facto patris pater eis auferre non potest. *l. si arrogator. ff. de adoptio.& l.si partem §.1.ff.quemadmodum seruitus amitta. & l.fina.ff.de pact.& in regu. id quod nostrum est. de reg.iur.ita tenent Bar.& alij in l.quod dicitur.ff. de verbor.obligatio.& in l.si tibi.§. si pactus. ff.de pactis.& in l.vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper.libe. & in l.3.ff. de interdict.& relega.Cyn.in l.manumissus,ad finem.C.de oper.liber.& eorum liberis. Ioan.And.in additio. Specul.in titu.de feudis. §.quoniam,in addittone incipiente,directe. Andreas de Isern.in cap.1.ad finem,in titu.1. qui successo. teneantur. & in cap.primo,in 1.colum.in titu.an agna.vel fil.& in capit.primo,in principio,in 1.col.de aliena. feu. paterni.Bald. Ang.& Moder.in l apud Iulianum,§.si quis alicui. ff. de legat.1.dominus Alex.in consilio 10. tertij voluminis,quod incipit,ponderatis his, quæ in themate narrantur,in penultima columna, & in consilio 19. quinti voluminis, incipiente, super eo de quo quæritur visis instrumentis inuestiturarum, in prima & secunda colum.& in consilio 28. eiusdem quinti volum.incipiente,in causa & lite vertente super feudo, in penult.columna, ad finem, & sequenti.* Et ab ista con-
38 clusione nemo discrepat. Et quod † in feudo antiquo compromissum, vel laudum, vel aliud factum patris non præiudicet filiis, quamuis etiam postea sint eius hæredes. *tenet gloss.ordinaria,in capitu.1. §.hoc quoque,in verbo, inuestire, de succes.feu. & ibidem Baldus in terminis adhuc fortioribus,in 2.colum.in versic.pone ego recepi feudum.* Vbi inter cætera mouetur, quia ius feudale antiquum est quæsitum filio beneficio domini directi & generis, magis quam facto patris,*vt notatur in c.1. §.cum vero Corradus,qui feudum dare possunt.* Ergo facto patris non debet ei posse auferri. *l.si arrogator.§.sed an impuberi. ff.de adopt.* & filius tunc nõ venit vt quilibet hæres,sed iure sanguinis,quod est immutabile.*l.ius agnationis. ff.de pact.* cuius decisionem refert & sequitur dominus Alexander *in consilio 18.quinti voluminis,incipiente, attentis narratis in themate,in 2.colum. ad finem. & in dicto consilio 27. eiusdem quinti voluminis,in penult.colum. Idem etiam notabiliter tenet Baldus in consilio 215. secundæ partis, incipiente,proponitur quod inuestituræ antiquæ.* Vbi inter cætera mouetur, quia in nullo capitulo feudorum hoc est expressum, quod per factum, aut pactum patris possit derogari filio in eo,quod filius habet à genere,& non à patre : *vt in cap.1. §. strenuus. de feudi cogni.* & de iure communi est planum, quod ius quæsitum posteritati priuilegio, vel antiquitate, pater non potest auferre filiis : *vt l.3. ff.de interdict.& releg. & l.non tantum.§.si emancipatus.ff.de bon.pos.contra tab. vt ibidem plenius per Bald.*

Ista fortius procedũt in feudo præsenti Rocheraynolę,quod non solum est auitum,& antiquum, & longa retro serie progenitorum ab antecessorib. proueniens, sed etiam est feudum, in quo viuitur iure Francorum, scilicet, quod in eo solus primogenitus succedat, ideo non potest censeri hæreditarium:*secundum Andr.de Iser.in cap.imperialem, §.præterea ducatus, circa princ.de prohib.feud.alien.pe Friderici.cum.* Nec obstat,si diceretur † quod dominus Ioan- 39
nes Cola fuit hæres domini Florimontis patris sui, ergo non potest impugnare laudum & renunciationem dicti feudi factam ab eius patre, cum censeatur eadem persona:*vt in auth de iureiur.à mori.præsti.in prin glo.in l.2.§.fin. ff.de præto.stipul.* Et sicut pater,si viueret, non posset contrauenire renunciationi huius feudi, quia non posset venire contra factum proprium, ita nec eius filius, qui est hæres patris, non potest impugnare factum à patre : *vt l. cum à matre.C. de rei vendica.& l.si ab eo. C.de liber. cau. & l.venditrici.C.de rebus alie.non alie. & l.1.in princip.ff. de excep.rei vendit.& l. filiusfam.§. cum pater. ff. de leg.1. & l vnum ex familia.§.sed si vno ff.de leg.2.*

Ad hoc tripliciter, & bene respondetur. Et primo prout in terminis respondet gl.ordinaria *in d.c. 1.§.hoc quoque,in verb.inuestire,de succes.feud.* quæ circa fin. respondet, quod iura in oppositũ allegata volentia, quod filii, qui sunt hæredes patris,non possunt infringere alienationem,vel renunciationem feudorum factam ab eorum patre, loquuntur in feudo paterno, sed istud nõ est feudum paternum, sed antiquum ab antecessoribus acquisitum,igitur illud non habet filius vel nepos iure paterno, sed à genere,& à progenitoribus,licet ministerio patris, ideo potest contrauenire.

Secundo respondetur secundum Bal. *in præallegato consi.215. secundæ partis*, quod imo etiam hæres potest venire cõtra factum defuncti, quando tendit ad fraudandum hęredem à legis beneficio:*vt dicit notari in l.1.& 2. C.si quid in fraudem patro.*

Tertio respondetur,quod regula prædicta, quæ habet, quod hæres nõ possit venire contra factum defuncti est vera, nisi quando à defuncto non habet illud, quod à defuncto est sibi necesse relinqui. *vt notatur in præallegata l.1.& 2. C.si quid in fraudem patro. & ita in specie notabiliter limitat Bar. in l.2. circa fin. C.de inoffic.dona.*

Per ista omnia concluditur in fauorem magnifici domini Ioannis Colę,prò eo omnem iustitiam militare,quod sit filius verus, & sic legitimus & naturalis domini Florimontis,& quod de iure succedere debeat in dicto feudo Rocheraynolæ, quod est feudum auitum & antiquum, à genere, & progenitoribus, ac antecessoribus de Petra mala longa retro serie proueniens, nec transire debet in alienam & extraneam familiam de Alanio, nec in aliquo sibi præiudicare, nec nocere prætensum com-

promissum factum à patre, nec laudū inde sequutum, nec renunciatio aliqua de dicto feudo antiquissimo à patre eius facta.

CONSILIVM CLXIX.

SVMMARIA.

1 *Testamentum primum ipso iure reuocatur per secundum testamentum. limit. trib. modis.*
2 *Clausula nulla testamenti valet, nisi confirmetur per aditionem hæreditatis.*
3 *Testamentum post conditum, quando sit donatio inter viuos sub conditione concernente aliquid dispositum in illo testamento, si postea per secundum testamentum annullatur primum, conditio apposita in donatione inter viuos tanquam impossibilis euanescit, & donatio ipsa remanet pura & valida.*
4 *Donatio omnium bonorum facta inter viuos ecclesiæ in testamento, vel incōtinenti post ad finem & effectū, vt testamentum non possit reuocari, valeat. & n. 5. 6.*
7 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ, vel piæ causæ valet & tenet.*
8 *Actus quando dicatur contra bonos mores, & de quibus intelligatur.*
9 *Vouere potest quis personam suam ecclesiæ multo magis bona.*
10 *Patrimonium est quid vniuersale, sicut hæreditas & peculium.*
11 *Hæreditas ecclesiæ dari potest per contractum & donationem inter viuos.*
12 *Pactum de succedendo valet in milite.*
13 *Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obliga. declaratur.*
14 *Donatio excedens summam 500. aureorum facta ecclesiæ vel piæ causæ sine insinuatione valet.*
15 *Insinuatio est inuenta ad reiciendas fraudes.*
16 *Iuramentum in donatione appositum tollit defectum insinuationis.*
17 *Donatio quando dicatur inter viuos, vel causa mortis.*

CRVCIFIXI redemptoris, & gloriosissimæ virginis nominib. pro veritatis & iustitiæ suffragio inuocatis. Duo testamenta condita fuerunt per magnificam comitissam dominam Lucretiam de Mirandula, vnum à Natali Christiano millesimo quingentesimo, in quo instituit hæredem vniuersalem monasterium Sancti Benedicti de Mantua, factis plerisque legatis diuersis personis, præsertim familiaribus, & etiam ad pias causas, & præsentibus eisdem testibus. Eodem loco & tempore fecit vniuersalem donationē iuratam dicto monasterio Sancti Benedicti de Mantua de quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus, & futuris, cum certis reseruationibus bonorum, & adicta conditione, quod ipsi hæredes & donatarii sint obligati satisfacere omnibus & singulis legatis in dicto testamento contentis. Aliud testamentum condidit anno natiuitatis dominicæ millesimo quingentesimo vndecimo, in quo etiam hæredem vniuersalem instituit idem monasterium Sancti Benedicti de Mantua, sed in eo fecit plura & ampliora legata, & longe maiorum quantitatum, quam in primo testamento.

His sic stantibus † planum est & expeditum in 1
iure, quod per secundum testamentum ipso iure fuit reuocatum primum, & legata contenta in eo. *§. posteriore. instit. quibus modis testam. infirm. & l. si quis priore, cum similibus. ff. ad Trebel.* quamuis secundo testamento sit institutus hæres illemet, qui in primo: *vt est text. notabilis in l. tertia, §. item si ipse. ff. si cui plus quam per legem Falcid. & in l. si iure. ff. de legatis tertio.* dato etiam quod in secundo testamento non adsit clausula reuocatoria primi, quia in secundo testamento tacite inest clausula, cassans & reuocans omne aliud testamētum præcedens, ita ꝙ illa clausula notariorum est superflua: *secundum Bal. in l. fi. in §. quæst. C. de edict. diui Adria. tollen.* sicut etiam quod in contractibus non est necesse apponere illa verba, *cassantes & irritantes* omnem alium contractū, quia hoc tacite intelligitur: *vt est tex. in cap. 1. quem Baldus ad hoc notat & reputat singularem, de transactio.* Item cassato primo testamento circa hæredis institutionem per secundum testamentum, cætera singularia cassantur, *vt dicit gloss. notabilis in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. Baldus in §. fina. circa fin. in eadem lege.* Vnde cum ex primo testamento ipso iure extincto per secundum non possit aditi hæreditas legata in eo facta annullantur. *l. si nemo. ff. de testam. tutel. & l. si nemo. ff. de regul. iur. & l. eam quam, cum similibus. C. de fideicommissis.* imo † nulla clausula testa- 2
menti valet, nisi confirmetur per aditionem hæreditatis: *secundum Bald. in l. 1. in vltima columna. C. si quis omis. causa testam. per l. si iure. ff. de legatis tertio.* & conditio apposita in donatione vniuersali, quod ipsi hęredes & donatarii sint obligati satisfacere omnibus legatis contentis in primo testamento, annullato ipso testamento, redditur impossibilis, & sic euanescit, & donatio remanet pura & valida; † quia 3
quando post testamentum conditum eadem die fit donatio inter viuos sub conditione concernente aliquid dispositum in illo testamento, si postea per secundum testamentum annullatur primum, conditio apposita in donatione inter viuos tanquam impossibilis euanescit, & donatio ipsa remanet pura & valida. *ita in terminis notabiliter tenet Bal. in consil. 478. primæ partis, quod incipit, quidam Franciscolus condidit testamentum.*

Difficultas ergo præsentis causæ consistit circa dictam donationē vniuersalem factam dicto monasterio Sancti Benedicti. Pro cuius discussione tria attingam.

Primo, an dicta donatio reddatur nulla, ex eo quod sit facta post primum testamentum, coram eisdem testibus, & notario, eodem loco, & tempore, quasi ad finem & effectum vt primum testamentum reuocari non posset.

Secundo, an dicta donatio possit dici nulla ex defectu insinuationis prætermissæ.

Tertio, an dicta donatio debeat censeri inter viuos, & sic irreuocabilis, an vero donatio causa mortis, quæ potuerit per secundum testamentum reuocari. Istis tribus iuridice dilucidatis; præsens quæstio remanebit bene & clare absoluta.

Circa † primum videretur prima consideratio- 4
ne dicendum, quod cum dicta donatio fuerit facta coram eisdem testibus, eodem loco, & tempore, post primum testamētum videtur inesse ipsi testamento.

mento. *l. lecta, in vers. dicebam. ff. si cert. pet. & cap. officij, de testa.* quia illud, quod fit eodem die, & loco, & coram eisdem testibus, præsumitur factum incontinenti, & eodem contextu: *secundum Bal. in l. 1. circa fin. C. de oper. libe. & in l. legem. C. de pact. & in l. penult. §. mulier, circa fin. ff. solut. matri* Et sic fuit facta ad hunc finem, vt primum testamentum haberet effectum, prout dicitur in principio huius donationis, ergo debet censeri nulla, cum videatur facta in pœnam mutantis testamentum, & aufert liberam mutandi testamenti factionem, & sic tanquam contra bonos mores non valet: *vt l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligatio. ita tenet Bartol. in tribus locis, scilicet in d. l. stipulatio hoc modo concepta, circa princip. referens Dyn. ita consuluisse, & in consil. 10. incipiente, quæstio talis est, Titius. & idem Bart. in l. si quis in principio testamenti, in penult. colum. ff. de legatis tertio. & in l. cum duobus. §. idem respondit. 1. per illum tex. & ibidem Bal. & Rapha. Fulgos. ff. pro socio. cum concordantiis allegatis per dominum Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* Item quia hæreditas non potest dari per contractum, & sic per donationem inter viuos. *vt l. hæreditas, C. de pact. conuen. & l. fina. C. de pactis. & l. verba contraxerunt. ff. de verbor. signif. secundum Bald. Angel. & Imol. in l. hæredes palam. §. fin. ff. de testa.* prout in effectu contingeret in casu præsenti.

Nec obstat, si diceretur, quod ista donatio, quamuis sit vniuersalis, facta eodem contextu post primum testamentum; tamen per eam non tollitur libera testandi facultas, cum aliqua sint reseruata in ipsa donatione, de quibus potuit ipsa testatrix disponere, quia tunc videtur cessare ratio dictæ l. *stipulatio hoc modo concepta.* quia † valet donatio 5
omnium bonorum præsentium & futurorũ, quando donans reseruat sibi aliquam quantitatem, vel rem, de qua possit testari, quia tunc non dicitur ei auferri libera facultas testandi: *secundum Barto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in vlt. colum. quem omnes ibi sequuntur. Et etiam Petr. de Ancha & Imol. in rubrica, extra de testam. Angel. in consi. 5. incipiente, Andreas. dom. Alex. in consi. 29. quinti volum. incipiente, perspectis, consideratis q3 his omnibus, quæ in themate suprascripto narrantur, in quarto dubio:* quia dicitur, quod licet aliqua bona sint reseruata in donatione, tamen ex quo illa donatio vniuersalis fuit facta eodem contextu cum primo testamento, ad finem & effectum vt primum testamentum haberet effectum, & sic videtur facta in pœnam mutationis testamẽti, quod est turpe, & contra bonos mores; ergo non debet valere; *vt est de mente Barto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, circa princ. & ita in specie declarat & tenet do. Alexan. in consil. 25. tertij volum. incipiente, viso testamento condito per Angelucium, in 2. columna.* Nam videtur esse contra substantiam vltimæ voluntatis, quæ debet esse reuocatoria, & ambulatoria vsque ad mortem testatoris. *l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. 4. in fi. ff. de adi. lega. & c. cum Martha. de celebra. miss.*

Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror esse de iure verius, quod dicta donatio vniuersalis de iure valida sit censenda: quia posito etiam quod prædicta opinio Bar. esset vera, quam tamen multi reprobant, & contrarium in hoc tenet Dyn. *in regu. quod semel placuit, de reg. iur. in sexto. Cyn. in l. 1. in vlt. quæst. C. de sacrosanct. eccles. & in l. si mihi & tibi. §. fin ff. de legatis primo. Old. Lauden. in consi. 114 incipiente, factum est tale, quædam mulier condidit testamentum. Andreas de Pisis & communiter antiqui, vt etiam refert Bartol. in d. l. si quis in principio testamenti. & contrarium etiam ibi tenet Alberic. de Rosa. magnus practicus. & dicit Bal. in l. hæredes palam. §. si in fi. de testa. quod Florentiæ seruatur opinio Dyn. in d. regu. quod semel.* quod testamẽtum fiat irreuocabile transeundo de testamento ad contractũ donationis inter viuos, secundum consilium Dyni, licet sufficiat, quod sit contra veritatem iuris. Tamen opinio Bart. & sequaciũ non repugnat casui nostro ex aliquibus infra dicendis.

Primo, quia illa decisio Barto. procedit in donatione facta priuatæ personæ, nõ autem loquitur in donatione facta ecclesiæ, & sic piæ causæ, & cum iuramento, prout est casus noster. & in hoc facio magnum fundamentum. & licet scribentes *in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* non attingant istum casum nostrum, quando post testamentum fieret incontinẽti donatio vniuersalis ad pias causas, nunquid valeret, tamen in specie tangit Bald. *in c. 2. in 2. colum. de feudo dato in vicem legis commis.* vbi arguit ad partes & postea nihil decidit, sed relinquit cogitandum, nõ refero eius verba, quia videri possunt. Sed dico, quod in specie istud decidit idem Bald. *in c. in præsentia, de proba. in antepen. col. ad fin in vers. ex hoc pono talem conclusionem.* vbi tenet, quod † si ali- 6
quis instituat ecclesiam hæredem, & iurat illud testamentum non reuocare, & si contingat eum reuocare, quod donat omnia bona sua ipsi ecclesiæ, quod ista donatio valeat; quia reuocabile transit ad irreuocabilitatem: *vt l. vbi donatur. ff. de dona. cau. mor.* & hoc pactum est permissum cum ecclesia, licet in profana causa, & sic inter priuatos istud pactum non valeret: *vt notatur in l. cum donationis. C. de transactio. & in l. 1. per Cyn. C. de sacrosanct. eccles. ita ibi decidit Bald.* nec reperio in hoc aliquem contradicere. Vnde consulendo & iudicando magna est authoritas Bal. qui contradicentem non habet, præsertim cum etiam in dubiis tenenda sit in iudicando, illa opinio, quæ est pro ecclesia, vel pia causa. *l. sunt personæ, ff. de religio. & sump. fune. & c. fin. de re iudi.* quia censetur securior, & fauorabilior fauore religionis. *l. locum, in princ. ff. de vsufruct.* & fauore animæ, quæ cunctis rebus est præponenda. *l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles.*

Ego etiam legendo solitus sum tenere hanc opinionem, quam etiam nunc consulendo vt veram amplector, quod decisio Bart. & sequacium locum non habeat, quando in ipso testamento, vel incontinenti post fieret ecclesiæ institutæ, & sic piæ causæ, talis donatio vniuersalis inter viuos; eo quia cõsidero, quod rationes, quibus mouẽtur Bar. & scribentes ad tenendũ, quod talis donatio non valeat, cessant, quando fieret ad pias causas, vnde cessantibus rationibus finalibus Bar. & Doct. debet etiam cessare eorum decisio. *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & cap. cum cessante, in princ. de appella.* Nam ratio Bart. quod talis donatio non valeat, est: quia videtur apposita in pœnam mutantis testamentum, & sic videtur auferre liberam testamenti factionem. Ista ratio nõ procedit, quando donatio fieret ecclesiæ, patet, quia † licet donatio inter viuos omnium 7

bonorum præsentium & futurorum facta priuato non teneat; eo quia per indirectum auferret liberam testandi facultatem; quia sine bonis non posset quis in effectu testari. *l. leg. Cornelia. ff. de vulga. & pupil.* quia nemo ex tali testamento vellet esse hæres: *vt instit. ad l. Falcid. in princ.* prout cõcludunt Bar. & communiter doct. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in l. fi. C. de pactis.* Tamen quando donatio omnium bonorum præsentium & futurorum fieret ecclesiæ, aut piæ causæ, tunc bene valeret, & teneret. Ecce qualiter in donatione vniuersali omniũ bonorum præsentium, & futurorum facta ecclesiæ non attenditur, quod auferat liberam facultatem testandi, nec per hoc dicitur esse contra bonos mores; eo quod in his, quæ spectant ad piam causam, & sic ad animam, non debent inspici boni mores secundum leges ciuiles, sed secundum ius canonicum: *vt tradit Bald notabiliter in l. pactum quod dotali in 19. quæst. C. de collat.*

8 Nam secundum ius canonicum † illa iudicantur esse contra bonos mores, quæ inducunt homines ad peccandum: *secundum Bald. in l. pacta quæ contra in primo notabili. C. de pactis.* Item illa, quæ sunt contra naturalem æquitatem, & merum ius gentium: secundum Bal. *in l. non dubium, in 17. oppositione. C. de legi.* Ideo quædam reprobantur à iure ciuili, quæ tamen de iure canonico valent: *vt in c. 2. de pactis, in sexto. & in c. licet mulieres, de iureiur. in sexto.* Item quando tractatur de salute animæ, & sic de donatis ecclesiæ, aut pio loco, videtur tractari de maiori bono, quam sit facultas testandi considerata à iure ciuili, ergo præferri debet. *l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. & cap. cum infirmitas, de pœniten. & remis. & 12. q. 2. cap. præcipimus, in princ.* Et istam conclusionem, quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ, vel piæ causæ valeat, & teneat, tenuit Barto. sub dubio tamen forte *in l. fin.*
9 *in vlt. col. in princ. C. de pactis.* Nam secundum † cum cum quis possit vouere personam suam ecclesiæ, multo magis bona sua præsentia & futura. *in auth. ingressi, & authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. & 19. quæst. vltima, in capit. si quis ingredientibus, cum similibus.* Istud idem sine dubio forte tenet Bald. *in auth. si qua mulier, in vltima colum. in vers. sexto nota. C. de sacrosanct. eccles.* vbi dicit hoc esse indubitatum per tex. bonum *in l. iubemus nulli, in vers. verum. C. de sacro-*
10 *sanct. eccle. in verb. patrimonium suum,* † cum patrimonium sit vniuersale, sicut hæreditas & peculium. *l. si peculium. ff. de peculio.* per consequens respicit præsentia & futura. Istam opinionem Barto. etiam tenent Cano. omnes *in cap. in præsentia, de proba. vbi Bal. in antepen. colum. in vers. pone offero monasterio. dom. Cardi. Floren. & dom. Abb. in quarto & quinto notabili, per illum text. cum gloss. 1. & ibidem dom. And. Siculus in 15. col.* vbi dicit istam esse communem opinionem, tanquam plurimorum iudicio & authoritate roboratam. & ibidem do. Felinus Sandeus *in 3. colum.* qui dicit istam opinionem esse in practica tenendam, & ibidem alii moderni. idem tenet & reputat singulare dom. Abb. *in cap. fin. in primo notabili, per illum text. cum gloss. de succes. ab intesta. & in c. vt priuilegia, in tertio notabili per illum tex. de priuilegiis. & in cap. 2. in 2. col. ad fin. de concess. præben. & latius in consil. 102. secundæ partis, quod incipit, Circa personarum & bonorum oblationem in primo dubio.* Et ista opinio videtur in hoc esse tenenda; quia est communior, licet aliqui tenuerint contrarium, cum etiam in dubiis, vt superius dixi, tenenda est illa opinio, quæ est pro ecclesia, vel pia causa. *d. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune. & cap. fin. de re iudi.*

Alia ratio, quare talis donatio vniuersalis facta in testamento non valeat, est: quia hæreditas non potest dari per contractum, & sic per donationem inter viuos. *dicta l. hæreditas. C. de pactis conuen. & l. verba gesserunt. ff. de verbor. significatio. Istam rationem assignant Bal. & Imol. in dicta l. hæredes palam §. fin. ff. de testamen.* Ista ratio † cessat in ipsa causa, in qua hæ- 11
reditas potest dari per pactum, & sic per contractum, & consequenter per donationem inter viuos. *ita signanter tenet Bal. in l. fin. in penult. colum. C. de pactis,* vbi tenet, quod quemadmodum pactum de succedendo valet in milite in vim vltimæ voluntatis, *vt l. licet inter priuatos. C. de pactis.* eodẽ modo valet istud pactum, si fiat ad pias causas. *argum. d. l. licet coniuncta. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. secundum intellectum Bar. to. Et istam decisionem Bald. refert & sequitur dom. Alex. in l. pactum quod dotali. C. de pactis.*

Et confirmatur; quia sicut speciale est in milite, 12
quod valeat pactum de succedendo; eo quia miles non tenetur ad obseruantiam eorum, quæ sunt inducta de iure ciuili. *l. 1. cum ibi notatis, maxime per Bart. ff. de mili. testam.* idem debet esse in pacto de succedendo tendente ad fauorem piæ causæ; quia eodem modo in dispositione ad pias causas non seruantur ea, quæ sunt inducta à iure ciuili. *cap. cum esses. & cap. relatum, 1. de testam. & d. l. 1. cum ibi plene notatis per Bartol. C. de sacrosanct. eccles.* Potest etiam & aliter confirmari, quia si fauore militiæ temporalis illud est statutum, quod valeat pactum de succedendo in milite, *d. l. licet inter priuatos.* ergo idem & multo magis in militia cœlesti, & sic in ecclesia. *l. milites. & ibi glo. C locati. glo. Bartol. & doct. in l. miles, in princip. ff. de re iudi.*

Secundo principaliter respondetur, † q̃ decisio 13
Barto & sequacium *in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* non refragatur casui nostro; eo quia Bart. & sequaces loquuntur, quando in ipso testamento facta est donatio omniũ bonorũ sub cõditione, hoc modo, si contingat me facere aliud testamentum, dono omnia bona mea, &c. & tunc arguit Bar. *in d. l. si quis. in princ. testam. in pen. col.* quod cõtractus inter viuos facti sub conditione impossibili de iure, vel sub cõditione turpi, sunt nulli ipso iure: *vt l. impossibilis. & l. generaliter. ff. de verbor. obliga.* Sed ista donatio est facta sub conditione turpi, & contra bonos mores: quia dicitur, si cõtingat me mutare testamentum, & sic aufert liberam testamenti factionem, ergo non valet, *dicta l. stipulatio hoc modo concepta.* Ponderandum est ergo, quod illa decisio Barto. & sequacium non procederet, quando donatio esset facta pure. & ita expresse tenet dominus Abbas *in consilio 41. secundæ partis, quod incipit, In causa, quæ vertitur, in vlt. colum. & Ludouic. Roma. in consil. 171. quod incipit, Pro decisione consultationis propositæ, in secunda colum. & sequenti.* Sed in casu nostro post primum testamentum conditum fuit facta donatio vniuersalis monasterio sancti Benedicti, pure, & simpliciter. & non sub conditione, si contingat me facere aliud

testamen-

testamentum, ergo talis donatio vniuersalis facta post testamentum, licet immediate, ex quo facta est pure & simpliciter debet valere. *pro vt tenent Bal. Angel. & Imol. in dicta l. haredes palam. §. final. ff. de testa.* qui loquuntur in donatione inter viuos facta incontinenti post testamentum priuatæ personæ, quod valeat & teneat, quanto magis in casu nostro debet valere facta ecclesiæ, & sic piæ causæ, & cum iuramento: *idem tenet Bal. in l. cum antiquit. circa medium, in 1. quæstio. C. de testamen.* Vbi tenet, quod si donatio fiat sub conditione reuocationis testamenti, & tũc non valeat, quia turpis: si autem sit facta pure, & tunc valet.

Circa secundum, nunquid ista donatio vniuersalis facta ecclesiæ sancti Benedicti sine insinuatione valeat, videretur dicendum quod non, eo quia donatio etiam facta ecclesiæ excedens summam quingentorum aureorum sine insinuatione non videtur valere, neque tenere, & sic nisi fiat coram iudice, & scribatur in actis publicis. *ita tenet gl. in §. si minus, in verb firma. in auth. de non alie. & gl. in l. sancimus. in princ. in verb. quingentorum. C. de dona. & gloss. in l. illud C. de sacrosan. eccle. & ibi Bal. in 3. q. & Pau. de Cast.* quia speciale est in donatione, quæ fit pro redemptione captiuorum, vt illa valeat, cuiuscunque quantitatis sit, sine insinuatione, *dicta l. sancimus. in prin.* Ergo secus videtur in donatione, quæ fieret ecclesiæ, aut
14 piis locis. ita tenent do. Ant. Siculus *in capit. ad hæc. de testam.* Breuiter †in contrarium est communis opinio, quod hodie indistincte valeat donatio facta ecclesiæ sine aliqua insinuatione. *ita tenent Barto. & Rapha. Fulgo. in dicta l. illud. C. de sacrosan. ecclesiis. per text. in dicta l. sancimus. in prin.* vbi sicut in donatione facta pro redemptione captiuorum est sublata solennitas insinuationis per illum textum, ita eadem ratione dicendum in donatione facta ad quamlibet piam causam: quia in concernentibus animam & fauorem religionis, cum videatur esse eadem ratio, eadem etiam esse debet iuris dispositio: *vt in cap. cum dilecta. de confirma. vtil. vel inutil & ita tenet domi. Abb. in cap. relatum. el primo. in prima column. ad finem, de testamen.* Vbi dicit, quod ita sæpe de facto interrogatus respondit. idem tenet Spec. *in tit. de instrumen. edi. in §. porro. in vers. vltimo, in vltimis verbis,* vbi formaliter dicit, donationem ad pios vsus vltra quingentos aureos valere sine insinuatione: *per dictam l. illud & per text. in dicto §. fin minus. in authen. de non alie.* vbi donatio facta ecclesiæ non potest inualidari, ex eo quia sit immensa, ergo frustra quærimus de insinuatione.

Idem tenet Ioan. Andreæ in additio. Spec. *in dicto tit. de instrum. edi. in §. porro. in additione. inci. illa lex.* vbi mouetur; quia imperium & sacerdotium æquiparantur: *vt in auth. quomodo oporteat episco. in prin. & in c. omnis anima. de censibus.* Sed donatio facta principi cuiuscunq; sit quantitatis, sine insinuatione valet, & tenet, *dicta l. sancimus. cum auth. ibi posita. & dicto §. si minus.* Ergo idem dicendum in donatione facta ecclesiæ, vt cuiuscunque quantitatis sit, sine insinuatione valeat. *idem tenent Hostien. & Ioan. And. in c. fin. de fide instru. do. Anto. de Butr. & Ioannes de Imol. in c. ad hæc. de testam. Ludo. Rom. in l. Modestinus. ff. de donatio.* Vbi
15 mouetur; quia †insinuatio est inuenta ad reiicienda fraudes, quæ fiunt in contractu donationis; *vt l. data. C. de dona.* Sed ista ratio cessat in ecclesia; quæ est cultrix iustitiæ & veritatis. *cap. 1. de alie. feudi. notatur in cl. 1. de renuncia.* Ergo in ea cessabit dispositio insinuationis. idem etiam tenet dom. Ant. de Canari. *in tractatu suo de insinuationibus, in quæstio. 46.* & sic ista est communis, & vera opinio, à qua non est in iudicando recedendum: vt in iuribus vulgaribus, quia quæ spiritu Dei aguntur, non subiiciuntur legi. *cap. licet. de regula.* Sed quando quis donat ecclesiæ mouetur spiritu Dei ad bonum operandum, igitur &c. Confirmatur per illud, quod tenet Rapha. *in consilio 105. incipiente, Quædam domina Lucia in vltima columna.* Vbi tenet, quod statutum laicorum requirens insinuationem in donationibus non habet locum in donatione facta ecclesiasticis; personis; quia aut facit de eis specialem mentionẽ, & non valet. *cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & c bene quidem 91. distinctio.* aut loquitur generaliter, & eas non includit: *vt habetur in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ.* quo fundamẽto ante eum ẽt vtitur Bal. *in c. cum venissent. in quarta colum. de eo qui mittitur in pos. causa rei ser.*

Secundo principaliter dicitur † quod in ista do- 15
natione vniuersali facta dicto monasterio sancti Benedicti, interuenit iuramentum, quia ipsa domina donatrix iurauit ad sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, prædicta omnia, & singula, vera esse, & fuisse, & ea perpetuo attendere, & non contrafacere in aliquo, sub vinculo & virtute præsentis iuramenti. Vnde magis communis opinio est, quod iuramentum tollat defectum insinuationis requisitæ à iure ciuili in donatione excedẽte summam quingentorum aureorum. *ita tenet Ioa. Andreæ in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. porro. in vlt. addi. Fridericus de Senis in cons. 261. incipiente Casus talis est, statuto cauetur, quod donationes Bald. in cap. cum contingat. in 8. colum. de iureiurand. & ibi domin. Abb. in 12. colu. & ibidem plenius Ioan. de Imol. in antepenulti. charta.* vbi respondet ad ea, quæ in cõtrarium adduci possent. idem tenet domi. Abb. *in consilio 202. quod incipit, Factum sic proponitur, quædam domina B. in fi. & latius in consilio 214. incipiente, Quatuor sunt in causa Angel. in leg. sancimus. §. final. C. de dona. & in consilio 93. quod incipit, Cum lis. domin. Alexand. in leg. nemo potest. in quinta columna. ff. de lega. 1. idem domi. Alexand. post doctores antiquos & nouos per eum relatos in consilio 4 primi voluminis incipiente, Circa primum quæsitum. in duodecima column. & in consilio 12. primi voluminis incipiente, Viso instrumento donationis, in secunda columna ad fin. post Doct. etiam ibi per eum relatos. & consilio 225. primi voluminis incipiente, Visis & ponderatis statutis. in penultima colu. & in consilio 83. secundi voluminis incipiente. Visa facti narratione.*

Vbi ad finem dicit, quod ista pars est tenenda, & quod ita vidit consultum per excellentiores iurisconsultos Italiæ, & quod pro eadem opinione etiam tunc consuluit. *& in consilio 156. eiusdem secundi voluminis. incipiente, Viso instrumento donationis. ad finem, & in consilio 20. tertij voluminis incipiente, Ponderatis his quæ in themate narrantur, in 3. col. & latius in consilio sequenti, quod incipit, Attentis his, quæ in instrumento donationis. in secunda & quarta & duab. col. sequentibus.* Et ibi in sexta col. etiam dicit, quod vidit pro ista parte consultum per excellentissimos iurisconsultos

ibidem per eum relatos. *idem tenet Aret. in dicta l. nemo potest in 7. col. ff. de legat. 1. & in cons. 2. incipiente, intellecta. in 2. col. post medium. & in 4. col. cum sequentibus vsq; ad finem, & in cons. 17. incipiente, Consideratis diligentissime. in 8. col. & in con. 47. incipiente. Visis & diligenter ponderatis. in vlt. col. in cons. 77. incipiente, Et ratio scribendi. in vlt. col.* Et ista, vt dixi, est magis communis opinio, licet nonnulli contrarium tenuerint, ideo ab ea non est in iudicando recedendum: *secundum Bar. & alios in l. final. C. de pœna iudi. qui male iudi. & Cano. in capit. ne innitaris de consti.*

17 Circa tertium & vltimum, an † dicta donatio debeat censeri inter viuos, & sic irreuocabilis, an vero donatio causa mortis, quæ potuerit ex pœnitentia donatricis, & sic per secundum testamentum reuocari. Breuiter dicitur, quod est donatio inter viuos, ex quo verba instrumenti donationis sunt clara & expressa, quod titulo donationis inter viuos donauit.

Vnde in claris non est opus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obliga. & l. pediculu. §. argento. ff. de auro & argen. leg. & in terminis nostris,* quod quando apparet in instrumento, quod est facta donatio inter viuos, tunc non curamus, an sit facta mentio mortis; quia dicitur donatio inter viuos. *ita tenet Cy. in l. 2. C. de iure dot. & est tex. in l. vbi ita donatur. & in l. Senatus. §. mortis causa. ff. de donatio. caus. mor. & ita etiam tenet Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. matrimo. in 1. col. ad finem, dum opponit de l. cum maritus. §. fi. de pac. dota. Ange. in cons. 291. incipiente, Visis instrum. in penulti. charta. Pau. de Cast. in cons. 98. incipiente, Notãdum est primo. dom. Alex. in cons. 14 primi voluminis, incipiente, Circa primum dubium. in quo quæritur, nunquid dicta donatio. in 1. dubio. & propterea dixit ad propositum Bar. in leg final. in penult. col. C. de pactis.* quod licet alias vbi in donatione est facta mentio mortis censeatur esse donatio causa mortis. *l. Seia §. fina. & ibi gl. & Barto. ff. de donat. causa mor. & l. Seia. & ibi gl. ff. de dote præleg. cum similib.* illud esse verum, nisi fit dictum, quod sit inter viuos, vt in casu præsenti.

Secundo facit; quia in isto instrumento donationis dicta donatrix promisit cã perpetuo, & omni tempore ratam, & firmam habere, & tenere, & in aliquo non contrafacere, nec contrauenire, per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, vel causa, modo, vel ingenio. Sed quando etiam donatur causa mortis, adiectis illis verbis, vt nullo casu reuocetur, ista dicitur esse donatio inter viuos facta ob causam mortis, & sic est irreuocabilis: *vt est tex. apertus l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. & ibi Bar. idem notat Bal. in l. 2. C. de iure dot. & in terminis Ang. in cons. 291. incipiente, Visis instrumentis. Pau. de Cast. in cons. 98. incip. Notandum est primo, & expresse do. Alex. in dicto cons. 14. primæ partis. incipiente, Circa primum dubium, quo quæritur, nunquid donatio. in 3. colum.* Quanto ergo fortius in casu nostro, vbi non donauit causa mortis, sed inter viuos.

Tertio ad idem facit; quia in instrumento istius donationis appositum fuit iuramentum, quia ipsa donatrix iurauit, prout etiam supra retuli, ad sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, prædicta omnia & singula vera esse, & fuisse, & ea perpetuo attendere, & non contrafacere in aliquo, sub vinculo & virtute præsentis iuramenti præstiti: quo casu etiam si esset donatio causa mortis, tamen propter iuramentum cum verbis supradictis censeretur donatio inter viuos, & irreuocabilis. ita expresse tenet dom. Francis. de Are. *in cons. 74. incip. Diligenter & mature consideratis his, quæ in puncto. in 3. colu.* Pau. de Cast. *in præallegato cons. 98. incip. Notandum est 1. in princi.*

Quarto ad idem bene facit; quia in præsenti instrumento donationis non est facta mentio mortis in verbis importantibus substantiam donationis, sed solum in verbis importantibus executionem & dilationem: quia dicta donatrix reseruauit sibi potestatem vendendi de ipsis bonis pro eius necessitatibus vsque ad extremum vitæ suæ, & quod ex tunc donatio suprascripta haberet locum, ergo mentio mortis facta per modum dilationis, vel in verbis importantibus executionem, non facit quod intelligatur donatum causa mortis, sed inter viuos: *secũdum Bald. in l. 2. C. de iure dot. & notabili. in addit. Specu. in tit. de instru. edi in vlt. col. in vers. Si quis donat. quem sequitur & multum cõmendat do. Alex. in d. l. quæ dotis in 9. col. ff. solu. matrimo. & in præallegato cons. 14. primæ partis, in 1. dubio.*

Per ista omnia concluditur, quod prædicta donatio vniuersalis omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, præsentium, & futurorum, facta per Magnificam dominam Lucretiam monasterio S. Benedicti de Mantua est de iure valida censenda, & inter viuos, ac irreuocabilis: *vt l. perfecta. C. de dona. & §. perficiuntur. institu. eo.* Et per talem donationem non solum translatum est dominium dictorum bonorum in ecclesiam: *iuxta l. final. C. de sacrosan. eccle.* sed etiam translata est possessio propter constitutum appositum in donatione: *vt habetur in l. quod meo. in princip. ff. de acquir. pos. per Bar. & alios in l. ab emptione. ff. de pactis.* Item propter retentionem vsusfructus: *vt l. quisquis. C. de dona. & l. quædam mulier. ff. de rei vendica.* & sic cum talis donatio sit valida, & inter viuos, & irreuocabilis, & per eam sit translatum in ecclesiam, non solum dominium, sed etiam possessio, certe per secundum testamentum postea conditum per eandem dominam donatricem non potuit derogari dictæ donationi inter viuos, & irreuocabili: & tanto minus cũ in dicto secundo testamento nulla penitus sit facta mentio de dicta donatione, & in illo secundo testamento potuit disponere de his, quæ in dicta donatione reseruauit, & de non comprehensis in ipsa donatione, de quibus habuit liberam testandi facultatem.

CONSILIVM CLXX.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio generalis nunquam porrigitur ad cassata, & annullata.*

2 *Dispositum censetur, de quo verisimiliter quis disposuisset.*

3 *Testator minus præsumitur grauare hæredem quam sit possibile.*

4 *Clausula generalis quibuscunque verbis in alia dispositione nunquam porrigitur ad ea, de quibus alias est specialiter prouisum.*

5 *Argumentum bonum est de verbis legum ad verba testatorum.*

VIsis narratis in facto, & his quæ subtiliter & accurate scripta fuerunt in fauorem venerabilium monachorum S. Benedicti Mantuæ qui fuerunt instituti hæredes vniuersales in testamento Domini Cæsaris de Arsagho, mihi quoque iudicum videtur, quod Do. Ioannes Franc. de Arsagho, nepos prædicti testatoris non possit de iure petere dictam summam duorum millium, & sexcentorum ducatorum causatam occasione venditionis directi dominii quarundam possessionum, de quib. in themate. Non quidem potest petere vigore donationis inter viuos sibi factæ de dicto directo dominio cum quibusdam aliis bonis mobilibus & immobilib. quia dictus dom. Ioann. Francis. illi donationi expresse renunciauit, eam annullando, & cassando, perinde ac si nunquam facta fuisset, & eius loco, & in contro præfatus dom. Cæsar aliam donationem inter viuos eidem fecit de ducatis bis mille sexcentis soluendis infra terminos designatos, prout de eis omnibus constat publico instrumento superinde confecto. Non quoque potest petere vigore alicuius legati ex duobus sibi in dicto testamento factis. Nam primo non potest de iure petere vigore paterni legati generalis facti in dicto testamento, in quo legauit d. Ioan. Francisc. omnia & singula bona alias eidem per ipsum dominum testatorem donata, prout apparet ex instrumento rogato per dom. Fridericum notarium Mantuanum, licet dicta donatio fuerit facta taliter qualiter. ita formaliter dicitur in d. testam. Et quod non possit ex eo petere patet, cum ibi non contineatur quid & quantum fuerit donatum, nisi per relationem ad dict. instrumentum donationis rogatum per dict. dom. Fride. quod instrumentum si non appareret, nihil ex testamento peti posset: *vt l. 1. 2. & 3. C. de falsa causa adiecta lega.* Notatur *in l. si donatio. C. de dona.* ergo idem, cum dicto instrumẽto donationis fuerit postea per ipsum dominum Ioan. Franciscum expresse renunciatum, & cassatum, & annullatum, vt habeatur perinde, ac si nunquam factum fuisset prout formaliter dicitur in instrumento re-1 nunciationis superinde confecto. Vnde † generalis confirmatio omnium bonorum alias per ipsum dominum testatorem donatorum non porrigitur ad illud quod fuit specialiter cassatum & annullatum: *vt est glos. solennis in l. si quis priore. & ibi Bar. & alij sequuntur. ff. ad Trebel.* Item relatio legati facta ad dictum instrumentum donationis postea cassatum & annullatum, & quod habeatur perinde, ac si nunquam factum fuisset, nihil operari debet: per ea quę notabiliter tradit Baldus *in l. alia in 2. column. C. de his quibus vt indig.* Item ex quo illa prima donatio fuit expresse reuocata, & in eodem instrumento loco dicti directi dominij donati & aliorum suprascriptorum bonorum prius donatorum facta fuit secunda donatio, de ducatis bis mille sexcentis, certe illa secunda donatio fuit subrogata loco primæ, & sic sola secunda potest peti. *l. si donatæ. §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. filia suæ. §. Titia vxor. ff. de condi. &* 2 *demonstra.* Item si † testator idemque donator fuisset interrogatus, an vellet, quod dominus Ioannes Franciscus haberet bis dictam summam ducatorum duorum millium sexcentorum, verisimiliter respondisset, quod non, ergo illud habetur pro dispositio: *iuxta glos. notabilem in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. pro qua glos. facit text. notabi. in l. cum ex plurib. in princi. in verb quod verisimile videtur. & ibi Bal. ad hoc notat. ff. de solutio. & text in l. cum res. in versi. 1. ff. de lega. 1. & in l. Barbarius. circa finem, in versic. Sed & si scisset. & ibi Bal. in 5. col. ff. de offic. præto. Facit etiam bene text. in l. Titius. §. Lucius. & ibi Pau. de Cast. & moder. ad hoc notant. ff. de lib. & posthu. & in l. fina. secundum intellectum Bart. & magis communem. C. de posthu. hæred. institut.* Nam 3 testator præsumitur grauare hæredem minus quã sit possibile. *leg. vnum ex familia, §. si rem. ff. de legat. 2.*

Vnde testator in dubio præsumitur legasse illud, quod est minus *l. apud Iulianum. §. Seio. ff. de lega. 1. & glos.* allegans concordantias in *l. legato generaliter. ff. eo.* præsertim in casu nostro, in quo est instituta pia causa, cui in dubio fauendum est *l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. funer. & capi. fina. de re iudica.* Non quoque potest præfatus dominus Ioannes Franciscus petere dictam summam ducatorum duorum millium sexcentorum, vigore secundi legati generalis facti in dicto testamento, in quo testator eidem Ioanni Francisco legauit omnia & singula ipsius domini testatoris credita quomodocunque contracta, & facta, quæ reperirentur tempore mortis ipsius domini testatoris, exceptis tamen & reseruatis infrascriptis creditis, prout in ipso legato continetur. Nam non potest petere tãquam istud sit creditum, & sic comprehendatur sub isto generali legato omnium creditorum ipsius testatoris, ex quo de eo est facta specialis dispositio, & inter viuos & in vltima voluntate. Nam illud creditum, seu directum dominium specialiter inter viuos donauit præfato domino Ioanni Francisco, & postea in testamento specialiter legauit eidem Ioanni Francisco omnia & singula bona, alias eidem per ipsum dominum testatorem donata. Sed † sic est, quod generalis clau- 4 sula posita in secundo legato, vel vniuersalis, quibuscunque verbis concepta, nunquam refertur ad ea, de quibus specialiter est dispositum. *l. doli clausula ff. de verborum obligatio. & l. vxorem. §. Felicissimo. ff. de lega. 3. & l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulga. & pupil. & l. alimenta. §. Basilicæ. & l. Stichum nutricis. ff de alimen. & ciba. lega. & l. sanctio legum. ff. de pœnis.* quia nunquam reperitur, quod genus deroget speciei, sed bene econtra species derogat generi: *vt dicit tex. in c. dudum circa medium. & in cap. quamuis tibi. de præben. in sexto. & in cap. 2. de offic. lega in anti.* Sicut in legibus generalis dispositio legis etiam cum clausula generali, non obstantibus quibuscunque legibus, non refertur ad ea, de quibus specialiter est dispositum: *vt l. in testamentis & ibi Raph. ad hoc notat. C. de testam. iuncta l. hac consultissima. vbi glos. & doctores. C. qui testa. fa. poss. & ita tenẽt glos. Bar. & docto. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisda. cog. & glos. in authen. de hæredib. ab intest. ve. in prin. in verb. vacantibus*, & † bonum est argumen- 5 tum de verbis legum ad verba testatorum. *leg. si quis legauerit. & ibi Barto. ad hoc notat. ff. de lega. 1. & leg. qui filium. §. Sabinus. & ibi Barto. notat. ff. ad Trebellia. & le. si fuerit. §. quæstio. hæc. & ibi Barto. notat. ff. de manumis. testa. & leg. cum quidam. C. de verborum significa.* Quia disponat testator, & eius volũtas pro lege seruetur.

§. dispo-

§.disponat. in authen.de nup. Per ista concluditur, quod præfatus dominus Ioannes Francis. non potest petere dictam summam ducatorum duorum millium sexcentorum causatam occasione directi dominii quarundam possessionum, non quidem vigore donationis inter viuos sibi factæ de dicto directo dom. cum quibusdam aliis bonis mobilibus, & immobilibus: quia, vt superius etiam fuit dictum, dictus dom. Ioannes Franciscus illi donationi expresse renunciauit, & eius loco & in contro præfatus dominus Cæsar aliam donationem inter viuos eidem fecit de ducatis bis mille sexcentis soluendis infra terminos in ipso instrumẽto designatos. Et sic dom. Ioan. Franciscus debet esse contentus ista secunda donatione subrogata loco primæ, quæ continet eandẽ summã ducatorũ duorũ millium sexcentorum, & sic non potest de iure vtranque petere. Non quoque potest petere vigore primi legati generalis omnium bonorum alias per ipsum testatorem eidem donatorum; quia istud creditum bene alias fuit donatum ipsi domino Ioanni Francisco, sed postea ipse eidem expresse renunciauit, vt supra dictum fuit. Non quoque potest petere vigore secundi legati generalis facti de omnibus creditis ipsius testatoris, cum sub ista generalitate creditorum non comprehendatur istud de quo & inter viuos, & in vltima voluntate est facta specialis mentio, vt superius fuit conclusum. Et sic à partibus sufficienter enumeratis, ex omni capite remaneat exclusus, vt ex superius dictis euidenter apparet.

CONSILIVM CLXXI.

Argvmentvm.

Late & notabiliter, quod l. si vnquam. C. de reuocanda donation. non habet locum in donatione ex causa dotis facta per patrem filiæ in potestate, secus si esset facta per extraneum. Plene, quod donatio ex causa dotis non est propria, & simplex donatio, sed ob causam, quando est facta per patrem filiæ in potestate, secus si per extraneum.

SVMMARIA.

1 *Dispositio l. si vnquam. an habeat locum in donatione ex causa dotis. 4.*
2 *Effectus in quem confertur actus potius attendendus.*
3 *Mulier in dote dicitur habere titulum lucratiuum.*
5 *Donatio ex causa dotis non est proprie donatio.*
6 *Nominum & tractatuum diuersitas diuersitatem in præsentia & effectu inducunt.*
7 *Dos est fauorabilis & multa specialia habet.*
8 *Donatio simplex inter patrem & filiam in potestate de iure nõ valet. secus in donatione ex causa dotis n. 9.*
10 *Dotis de augmento idem iudicamus, quod de ipsa dote.*
11 *Donatio simplex excedens sum. 500. aureorum non valet absque insinuatione.*
12 *Tale proprie quid nõ est quando profertur cũ adiuncto.*
13 *Dos respectu mariti habet titulum onerosum.*
14 *Donatio vna quando censeatur.*
15 *Dos est ius quoddam vniuersale habens in se diuersas qualitates.*
16 *Filia maritata & dotata à patre est in potestate patris.*
17 *Extraneus dicitur altero de tribus modis.*
18 *Statuta generaliter disponẽtia non habent locũ in dote.*
19 *Glo. in l. tale pactum. §. fi. declarata.*

VIso instrumento dotis, & his quæ in iure hinc inde deducta fuerũt, principalis & potissima difficultas in eo cõsistere videtur an donatio omnium bonorum facta à patre, reseruato sibi vsufructu, & mille scutis, censeatur in totũ ipso iure reuocata per susceptionem nouæ sobolis, ex dispositione *l. si vnquam. C. de reuocand. dona.* Et consequenter punctus est videre, nunquid †dispo- 1
sitio dictæ *l. si vnquam.* quæ loquitur in donatione simplici facta per carentem liberis, habeat locum in donatione facta ex causa dotis, Egregia profecto & solennis est præsens consultatio, in qua videretur prima consideratione dicendum, quod talis donatio facta ex causa dotis per carentem liberis, & qui non sperabat se amplius liberos habiturum, cum haberet vxorem sterilem, cum ea defuncta aliam vxorem acceperit, ex qua filios masculos sibi procreauit, censeatur ipso iure in totum reuocata per susceptionem nouæ sobolis: per dictam *l. si vnquam. & per capitu fina. 17. quæst. 4.* eo quia talis donatio habet in se tacitam conditionem, si donator liberos non susceperit: prout dicunt Bartol. & doct. *in d. l. si vnquam. & latius in leg. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2.* Ergo natis liberis, & sic cessante conditione tacita dictæ donationis reuocatur ipso iure in totum illa talis donatio. Et non solum in vltimis voluntatibus dispositio facta per carentem liberis reuocatur eis postea susceptis: *vt l. cum auus. ff. de condi. & demonst. & generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. & l. cũ acutissimi. C. de fideicommis.* Sed etiam actus inter viuos celebratus per carẽtem liberis reuocatur, eis postea susceptis: *vt est tex. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. & dicta l. si vnquam & dicto c. fi. 17. quæst. vlt.*

Confirmantur prædicta quia si dictus donator, qui fecit talem donationem omnium bonorum ex causa dotis, cogitasset se in futurum filios masculos procreare, aut de hoc fuisset interrogatus, verisimiliter non constituisset tantam dotem filiæ fœminæ: ergo illud quod verisimiliter non disposuisset, haberi debet, ac si non fuisset dispositum *per gl. notabilem in dicta l. tale pactum. §. fin.* quæ glo. est optima, & menti tenenda: *secundum Bald. ibi in secundo notabili*, non solum in legibus & statutis, sed etiam in conuentionibus, & sic in actibus inter viuos, vt illud habeatur pro dispositio, quod verisimiliter fuisset statutum, si de hoc cogitasset, aut fuisset interrogatus. idem tenet Bal. *in l. 1. C. quæ res pign. ob. pos. facit tex. notabilis in l. cum ex pluribus. in princi. in vers. quod verisimile videtur. & ibi Bald. notat. ff. de solu.* Nec prædictis obstat si diceretur, quod dicta lex. si vnquam. habet locum in donatione simplici & vera, vt infra dicetur, sed ista donatio fuit facta ex causa dotis, & ob causam: quia respondetur, quod ista donatio ex causa dotis licet videatur facta genero, tamen in effectu & substantialiter censeatur facta filiæ, & descendentibus ex ea. *l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1.* quia †non est curandum, in quem verba conferan- 2
tur, sed potius in quem conferatur effectus. *vt l. cum*

pater.

pater. §. donationi. in fin. ff. de lega. 2. & l. fideicommissa. §. interdum. ff. de legat. 3. sed quando donatur mulieri ex causa dotis, dicitur pura & simplex donatio, & non ob causam: *vt est tex. in l. fina. in prin. & ibi Bart. &* § *Salyc. C. de iure dot.* quia mulier in dote dicitur habere titulum lucratiuum: *vt est text. in l. fi. §. si à socero. & ibi Bar. ff. quæ in fraudem credi. gl. & docto. in l. Mœuia §. 1. ff. solu. matrimo.* Et ideo in terminis consuluit dom. Alex. *in cons. 71. quarti voluminis. incipiente, consideratis his, quæ narrantur in themate.* quod dicta l. si vnquam. habeat locum, quando fieret donatio ex causa dotis mulieri, quia censetur donatio simplex, & titulus lucratiuus. idem in effectu voluit Oldrad. Lauden. *in cons. 5. incip. Titius dedit duobus coniugibus.* vbi consuluit, quod si Titius dedit duobus coniugibus matrimonialiter copulatis omnia bona sua retento sibi vsufructu, dicens se donare ratione matrimonii inter eos contracti, quod ista non dicitur donatio ob causam, sed simplex, quia illa verba, ratione matrimonii, censentur apposita pro causa impulsiua: *vt l. Titio centum. in principio. ff. de condi. & demonstra. cum aliis ibidem allegatis per eum.* Non obstat etiam si diceretur, quod dicta *lex si vnquam. loquitur.* quando donatio fuit facta extraneo, *vt patet ibi in verb. libertis. & ibi glos. expressa. idem Bar. in dicta l. Titia Seio. §. imperator.* Sed in casu nostro ista donatio ex causa dotis effectualiter fuit facta filiæ, quo casu per superuenientiam, & natiuitatem filiorum non debet reuocari donatio in totum. prout disponit dicta *l. si vnquam.* sed debet reuocari vsque ad eorum legitimam *per l. si totas. & l. si liqueat. C. de inoffic. dona. Bar. & docto. in l. 1. eodem tit. & in dicta l. Titia Seio §. imperator.* quia potest dici, quod attenta dispositione statuti Asten. vbi vertitur ista quæstio, talis mulier maritata potest censeri extranea. Nam statutum Astense disponit, quod mulier maritata à patre vel matre non possit venire ad hæreditatem patris vel matris, nec in ea petere legitimam, vel aliquod supplementum legitimæ, existentibus filiis masculis, & tale statutum non loquitur de filia dotata, sed solum de filia maritata: ergo stante tali statuto talis filia definit esse sua, & sic censetur extranea: *secundum. Barto. in l. 1. §. sciendum. per illum textum, ff. de suis & legi.* Et quod stante dicto statuto excludente filias maritatas existentibus masculis à successione paterna, talis filia reddatur ad instar extranei, tenet Socin. *in consilio trigesimo incipiente, Quamuis ex his quæ supra narrata sunt in quarta columna. ad finem.*

Prædicta fortius corroborantur; quia si bene consideretur dictum instrumentum dotale, ex eius inspectione clare apparere videtur, quod talis dos omnium bonorum fuit constituta post contractũ matrimonium per plures annos eo tempore, quo iam erant nati filii ex ipso matrimonio, & ideo licet in prima dote mille scutorum maritus diceretur habere titulum onerosum, tamen secunda dos omnium bonorum postea processit ex mera liberalitate soceri, & principaliter propter amorem filiæ, & descendentium suorum, ad quos ex pacto expresso in eodem instrumento dotali appositio illa dos secunda omnium bonorum transire debeat, & sic in ista secunda dote omnium bonorum maritus non potest dici habere titulum onerosum, sed lucratiuum, & talis secunda dos potest dici potius data propter fœdus matrimonii, quam propter onera: *vt l. cum quis. §. 1. ad finem. ff. de do. prælega. & ita in simili dicit Socy. in l. 2. in prin. in 1. notabili. ff. solut. matrimo.*

Ista sunt in effectu, & in substantia potiora, & vrgentiora fundamenta, quæ pro ista parte adduci posse videantur, per quę effectualiter ita consuluit in ista causa quidam egregius doctor ex nostratibus.

Sed præmissis non obstantibus, prout vere non obstant, contrariam opinionem arbitror præualere, & esse de iure veriorem, quod dicta donatio omnium bonorum facta per patrem filiæ in potestate, vel eius genero, non sit in totum ipso iure reuocata per susceptionem nouæ sobolis masculinæ: *per dictam l. si vnquam. C. de reuocan.* sed solum vsque ad legitimam filiorum postea susceptorum: *per l. si totas. & l. si liqueat. C. de reuocan. dona.* Et ad ita tenendum moueor, quia vera & communis omnium opinio est, quod † dicta *l. si vnquam. & dictum capit. fin. 17. quæst. 4.* solum procedat in pura, mera, & simplici donatione, quæ fit ex mera liberalitate, non autem procedat in donatione ob causam, quæ non est propria, & vera donatio: *vt leg. 1. & leg. Aquilius Regulus. ff. de dona.* 4

Nam cum illa l. si vnquam, loquatur in speciali & singulari casu reuocandæ donationis factæ inter viuos, ergo eius verba, dum de donatione loquitur, ibi, donatione largitus, debent proprie & stricte intelligi de donatione vera & liberali: *vt le. filiusfam. in prin. ff. de dona. & l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigal. vel emphy. peta.* & non in donatione ob causam, quæ non est propria donatio, vt prædixi: ita tenet Ang. *in dicta l. si vnquam.* vbi dicit, quod illa lex debet limitari, vt loquatur solum in vera & propria donatione, quæ ex mera liberalitate fit, & nullo cogente imperio, *dicta l. 1. ff. de donat.* Si autem talis donatio fuisset facta propter benemerita, & sic ob causam, tunc non haberet locum dispositio illius leg. quia illud donatum non est proprie largitum, vt ibi per eum. *idem tenet Lud. Ro. in cons. 26. incip. Pro decisione eorum, de quib. dubitatur. in 3. col.* vbi pro hac conclusione adducit tria principalia fundamenta, ex quibus probat, quod leges simpliciter loquẽtes de donatione non habet locum in donatione ob causam: & per hoc infert, quod cum dicta le. si vnquam procedat ponendo casum specialem & singularem reuocandæ donationis, debet intelligi stricte & proprie de vera & liberali donatione, & non de donatione ob causam. & subdit quod hoc putat esse verissimum. *idem tenet Ludo. Roman. in leg. si pater. §. fin. per illum textum, ff. de dona. & leg. si vero. §. de viro in 48. fallentia. ff. solu. matrimo.* idem tenet dominus Alex. *in consilio vigesimo nono tertii voluminis, quod incipit, Præclare & subtiliter ad finem, & in consilio quadragesimo, quarti voluminis, quod incipit, Super primo dubio, quo quæritur. in tertio dubio principali. & in consilio septuagesimo sexto, quarti voluminis, quod incipit, Quantum autem ad primam partem. in tertia columna. in fine. idem tenet Socynus in consilio centesimo quadragesimo septimo incipiente, Visa facti contingentia & statutis transmissis. in vltima columna post medium. & in leg. 2. in princip. in prima colum. & in primo notabili. ff. solut. matrimo.* attestatur, istam esse communem

opinio-

opinionem, à qua non inuenio aliquem scribentium deuiare. Vnde à communi sententia non est in iudicando aut consulendo recedendum: *secundum Bart. & alios in l. fina. C. de pœna iudi. qui male iudic. Cano. in cap. ne innitaris, de constitu.*

5 Quod † autem ista donatio omnium bonorum ex causa dotis facta filiæ in potestate non sit propria & simplex donatio, sed ob causam, probatur *in l. cum multa. C. de dona. ante nupt. & ibi expresse tenet gl. in verb. iuris. & ibidem Baldus in secunda columna. in princip.* notat ex illo tex. quod titulus dotis non est titulus donationis, nec dicitur mera donatio, vt ibi, etiam si apponatur pactum de lucrando dotem: *vt notat gloss. in l. si donaturus, § fina. ff. de condict. ob caus. idem tenet Baldus in consilio 430. primæ partis, incipiente, Præmittendum est ad euidentiam, quod donatio, &c.* Vbi dicit, quod filiafamilias est capax donationis ex causa dotis, *per l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscun.* eo quia non est simplex donatio, sed ob causam. Et vltra Baldum ponderetur ad hoc tex. *in l. fina. §. si à socero. ff. de his quæ in fraud. cred.* qui dicit, quasi ex donatione ad eam peruenisse: in illa dictione improprietatiua, quasi, quæ ostendit, quod non est proprie donatio. Et vltra prædicta, quod dos, seu donatio ex causa dotis non sit mera & simplex donatio, sed ob causam, ostenditur euidenter ex multis.

Primo ex diuersitate nominũ & titulorum: vt patet ex titulo C. *de inoffic. dona.* & C. *de inoffi. do.* Nam si essent idem, cur diuersa nomina, & diuersos titu-
6 los haberent: *vt l. si idem. C. de codicil.* vbi † diuersitas nominum & tractatuum diuersitatem in potentia & in effectu inducunt. *ita illum text. summant Bartol. Bald. & alij ibi. facit tex. in capit. ad audientiam, in fine. & ibi dominus Abbas in 2. notabili ad hoc notat. de deci. & in cap. omnino. 31. distinct.*

7 Secundo, dos † est fauorabilis, & in ea sunt multa specialia: *vt l. fina. C. ad Velleia. & in authen. res quæ. C. communia de lega. & l. fina. C. de litigio. & l. prima, vbi plene traditur. ff. soluto matrimonio. & 355.* priuilegia dotiũ enumerat dominus Baptista de sancto Blasio Doctor Patauinus in suo tractatu de priuilegiis dotalibus, & multa etiam accumulat Baldus nouellus *in tractatu suo de dote,* & tamen talia priuilegia non procedunt in mera & pura donatione.

8 Tertio patet; quia † donatio simplex facta inter patrem & filiam in potestate de iure non valet, neque tenet: *vt l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum & vxorem. & l. 2. vbi gloss. & docto. C. de inofficios. donatio. & l. cum de bonis. C. de donatio. & l. 1. § si pater. & l. si pater filiæ. ff. de vsucap. pro dona. late Bartol. in l. frater à fratre, in vlt. quæstione. ff. de condict. indeb.* Et sicut non valet donatio inter patrem & filiam in potestate, vt in iuribus prælallegatis, ita etiam non valet donatio inter generum & socerum: *vt l. 3. §. prohibetur. ff. de donat. inter virum & vxorem. & l. si vt proponis. C. eod.* alias de facili fieret fraus de persona ad personam: *contra l. non dubium. C. de legi. & l. contra legem. ff. eodem.* & tamen valet donatio inter patrem & filiam in potestate ex causa dotis facta: *vt est textus in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſc. per quem textum notat Baldus in l. fina. §. filiæ. ff. de legatis secundo.* quod donatio inter patrem & filiam in potestate facta contemplatione dotis, ab ipso principio irre-
uocabiliter tenet. *idem tenent gloss. & doctores in l. 2. C. de inoffic. donatio. Bartolus in dicta l. frater à fratre, in vltima quæstione. Facit text. in l. si cum dotem, in principio, secundum primam lecturam communiter approbatam. ff. soluto matrimonio.* Et istud procedit etiam in dote solum destinata, si matrimonium, pro quo est promissa talis dos, non sequatur: *vt est textus reputatus singularis in l. si extraneus, in fine. ff. de condi. ob caus. & ibi Ludouicus Romanus, & dominus Alexander ad hoc notat illum tex. pro singulari ampliatione dictæ l. Pomponius Philadelphus. & idem dominus Alexander in l. 2. §. quod si in patris, in primo notabili. & in l. si cum dotem, in principio, in quinto notabili. ff. soluto matrimonio.* Item sicut † va- 9
let donatio inter patrem & filiam in potestate ex causa dotis, vt prædixi, ita etiam valet donatio propter nuptias inter patrem & filium in potestate: *secundum gloss. & doct. in dicta l. secunda. C. de inoffic. donatio. Baldus in l. cum oportet. §. 1. in prima columna. C. de bo. quæ libe. Floria. in dicta l. Pomponius Philadelphus, in princip. Paulus de Castro in consilio 105. quod incipit, Circa bona quæ fuerunt domi. Huberti in secunda colum.* quia dos & donatio propter nuptias in omnibus æquiparantur, *in l. cum multa. C. de donatio. ante nuptias. & in authen. aqualitas. C. de pactis conuen.* Item sicut valet donatio facta per patrem filiæ in potestate ex causa dotis, vt in iuribus prælallegatis, ita etiam valet si fiat pro augmento ipsius dotis; eo quia † idem iu- 10
dicamus de augmento dotis, sicut de ipsa dote *Letiam. C. de iure dot. & l. inter socerum. §. penult. ff. de pact. dotal.* eo quia augmentum dotis efficitur ipsa dos substantialiter, cum dos sit quoddam vniuersale recipiens augmentum & diminutionem. *l. quod dicitur. ff. de impen. in re. dota fac. Bartolus & docto. in rubrica. ff. soluto matrimonio, in vltima columna. Et ita in specie tenet Aretinus in l. placet, in secunda columna. ff. de acquiren. hæredita.* Similiter econtra valet donatio facta per filiam in potestate patri suo ex causa dotis, consentiendo, quod soli patri acquiratur actio de dote. *l. 2. §. quod si in patris. & l. quoties. & ibi notant Ange. & moder. ff. soluto matrimonio. Bartolus in l. posi dotem. ff. eodem. & in dicta l. frater à fratre, in vltima colum. Raphael Comen. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. & in consilio 109 secundum lecturam meam, incipiente, Domina Catharina.* Quarto patet: quia † donatio simplex 11
excedens summam quingentorum aureorum facta sine insinuatione non valet: *vt l. sancimus. C. de dona. notat Bartol. in l. Modestinus. ff. de dona. Bald. & alij in l. illud. C. de sacrosanct. eccles.* & tamen facta ex causa dotis non eget insinuatione. *l. fina. in principio. & ibi Barto. Bald. & alij. C. de iure dot. & l. fina. C. de donatio. ante nupt.* eo quia est donatio ob causam, quæ non indiget insinuatione. *l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. Oldra. Lauden. in consilio 139. incipiente, Ad habendam aliqualem notitiam, in nono dubio. Ioannes Andreæ in additio. Specul. in titu. de instrumen. edi. §. porro. in additione magna, in verſic. fuit etiam alia quæstio de facto cum quo concordat Alberic. de Rosa. in l. fina. & ibidem Angelus C. de pactis. & idem Angelus in l. fina. in princip. per illum tex. cum gloss. C. de iure dot. & in l. cum multæ, in princip. C. de donatio. ante nupt. & alibi sæpe docto.* Stat ergo ex prędictis, quod donatio ex causa dotis non est propria & simplex donatio, sed ob causam, & consequenter in ea non habet locum dispositio dictæ l. si vnquam. C. *de reuo. dona.*

Confir-

Confirmatur & quinto; quia non appellatur simpliciter donatio, sed cum adiuncto, ex causa dotis, ergo improprie: quia quando aliquid non profertur simpliciter, sed cum adiuncto, apparet illud non esse vere & proprie tale: *vt notat Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de lega. 3.* Bene verum est, quod quando fit donatio ex causa dotis mulieri per extraneum, ista censetur simplex. & mera donatio ex parte mulieris, & sic titulus lucratiuus. ita loquitur dicta *l. fina. in prin. & ibi Bar. & Saly. C. de iure dot. allegata superius pro parte contraria. & ita etiam tenet Pau. de Cast. in l. vnica ad finem. C. de inoffic. dona.* Et hoc clare patet ex eo: quia quando extraneus dotat mulierem, facit ex mera liberalitate, cum in nihilo teneatur ad dotandum, ideo tunc censetur mera, simplex, & pura donatio *l. 1. & l. Aquilius Regulus. ff. de dona.* Hinc est, quod quando extraneus simpliciter dotat mulierem, si non expresse paciscatur sibi reddi, censetur donare ipsi mulieri *l. vnica §. accedit. Co. de rei vxo. acti. & l. ex morte. in fine. C. de pac. conuen.* Et isto casu quando fit donatio ex causa dotis mulieri per extraneum; quia censetur donatio simplex, & titulus lucratiuus, tunc bene habet locum dicta l. si vnquam. Et in istis terminis, scilicet in extraneo dotante mulierem, proprie consuluit dominus Alexand. *in præallegato cons. 71. quarti voluminis, & Oldra. Lauden. in præallegato cons. 5.* & in hoc æquiuocauit domi. consultor partis contrariæ, secus quando pater donat ex causa dotis filiæ in potestate, vt est casus noster, illa enim non est simplex & mera donatio, sed ob causam, vt superius plene ostendi; eo quia tunc pater non donat ex liberalitate, sed vt se liberet ab obligatione legali, qua tenetur dotare filiam in potestate etiam maritatam: *vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. & leg. obligamur. §. lege, & ibi Barto. ff. de actio. & obliga. cum suis concordan. quas alias legendo dedi in authen. res quæ. in quarta quæstione. C. communia de lega.* Et consequenter ex istis sequitur, quod in donatione ex causa dotis facta per patrē filiæ in potestate, cum nō sit mera, & simplex donatio, sed ob causam, non habet locū dispositio dictæ *l. si vnquam. vt superius plene confirmaui.*

12 † quando

Et vltra præallegata idem etiam notabiliter tenet Soci. *in cons. 147. incipiente. Visa facti contingentia & statutis transmisso. in vltima columna. post medium.*

Vbi tenet, quod quando pater in dotando filiam impenderet vltra debitum, siue dotem consideremus iuxta mensuram legitimæ, siue secundum qualitatem personarum, quantitatem patrimonii, & numerum liberorum, tunc quando pater in dotando vltra debitum impendit, talis donatio facta filiæ censetur esse ob causam dotis, in qua donatione ob causam non habet locum dicta lex si vnquam. vt est communis opinio, quia censetur facta aut ob causam de præterito propter præcedentem promissionem dotis, aut ob causam de futuro, propter sequutam stipulationem paternam. ita ibi Soci. Ad idem bene facit, quod tenet Io. de Imo. *in c. fina. in 3. col. in vers. 3. casu de dona.* Vbi tenet, quod quando pater donat filio emancipato, aut filio in potestate propter nuptias, quia tunc statim valet donatio, dicta *leg. Pomponius Philadelphus. ff. famil. hercisc.* non reuocatur propter liberos postea natos, sicut reuocaretur quando esset facta extraneo: *per dictam l. si vnquam.* Et sic tenet Ioan. de Imol. quod dicta l. si vnquam non habet locum in donatione propter nuptias, facta filio in potestate, ergo ēt nō debet habere locum in donatione facta ex cā dotis filiæ in potestate, cum dos & donatio propter nuptias in omnibus æquiparentur. *dicta l. cum multa C. de donatio. ante nuptias.* Ex istis omnibus concluditur, quod donatio ex causa dotis facta per patrem filiæ in potestate non est mera & simplex donatio, sed ob causam, & sic non reuocatur in totum ipso iure per superueniētiam filiorum postea susceptorum: *per dictam l. si vnquam.* sed bene reuocatur vsque ad eorum legitimam: *per dictam l. si totas. & l. si liqueat C. de reuocand. dona.* Ista conclusio fortius procedit in casu præsenti, vbi ista donatio omnium bonorum fuit facta ipsi genero, & sic marito stipulanti, quo casu planum est, quod dos respectu mariti non est donatio pura & simplex, nec titulus lucratiuus, imo maritus in dote habet titulum onerosum, propter onera matrimonii: *vt est tex. in l. ex promissione ff. de actioni. & obligationi. & in l. fina § si à socero. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. de his quæ in fraudem credi. idem Bar. in l. 1. per illum tex ff. de vsuca. pro dona. & in l. pro oneribus. per illum tex C. de iure dot. & l. Mauia §. 1. ff. soluto matrimo.* Et istud procedit ēt in dote putatiua: *vt est glos. in l. Proculus. in glos. fina ff. de iure dot.* imo etiam illud, quod lucratur maritus de dote ex pacto, vel statuto, dicitur habere titulo oneroso: *vt est glos. reputata singularis in l. si donatus. §. 1. in verb. dum taxat. & ibi Bal. & moderad hoc notant. ff. de condi. ob caus.* Et licet in vltimis voluntatibus legatum factum ex causa dotis genero censeatur in effectu factum filiæ, cui actioquæritur *d. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. 1. & le fideicōmissa. §. interdum. ff. de lega. 3.* Tamen secus est in contractib. & sic in actibus inter viuos, vt est casus noster, in quibus actio quæritur marito, & non ipsi filiæ: *vt est tex. in l. si pro te. & ibi glos. C. de dot. promiss. glos. & docto. in dicta l. seruo legato. §. si testator. dom. Alexa. in cons. 63. quarti volu. quod incipit, Stantibus his quæ supra narrata sunt. in vltima colum.*

13

Nec ad hoc obstat vnum fundamentum, quod vltimo loco superius adducebatur pro parte contraria, quod ista dos omnium bonorum in casu nostro videtur fuisse constituta post contractum matrimonium per plures annos, & tempore quo iam erant nati filii ex ipso matrimonio; & quod licet maritus in prima dote mille scutorum dicatur habere titulum onerosum, tñ secūda dos omnium bonorum postea processit ex mera liberalitate soceri propter amorem filiæ, & descendentium suorum, & sic dicitur facta potius ob fœdus matrimonii, quam propter eius onera, & sic in ea maritus dicitur habere titulum lucratiuum.

Quia istud præsuppositum, quod in casu nostro fuerunt duæ dotes, non est verum: quia immo solum fuit vna sola dos eodem tempore, & in eodem instrumento constituta, vt patet ex pluribus verbis ipsius instrumenti dotalis, ibi, & vlterius ex causa dotis prædictæ, & ibi ipsis bonis vt supra in dotem datis, & ibi etiam in dotem tradita, & in aliis similibus verbis. Vnde etiam quando plures donationes de diuersis rebus fiunt eodem tempore, censetur esse vna donatio, etiam si adiiciatur clausula,

14

quod tot censeantur donationes, quot sunt res: secundum Bart. *in l. sancimus. §. si quis autem per diuersa. per illum textum. C. de donat. & latius in l. Modestinus. in pen. quæst. ff. eodem. Bald. in l. illud. C. de sacros. eccles. & in rubrica, extra de officio iud. in vlt. col. & in cap. quia verisimile. de præsump. dom. Abbas in consi. 107. 2. vol. incipiente, Quatuor sunt in causa. Dom. Alex. in consi. 21. tertii volum. incipiente, Attentis his, quæ in instrumento donationis. & alibi sæpe doct.* Et tanto magis istud procedit in dote, quæ est quid vniuersale recipiens augmentum & diminutionem, vt superius dixi, & semper est eadem dos. Vnde etiam in stipulationibus licet censeantur esse tot stipulationes, quot sunt res, tamen quando stipulatio fit super vniuerso censetur vna stipulatio, & non plures: *vt l. scire debemus. in principio. in vers. stipulationem quoque ff. de verborum oblig.* Item idem iudicamus de augmento dotis, quod de ipsa dote, quia augmentum dotis est substãtialiter ipsius dotis, prout superius dixi. In casu ergo nostro est vnica tantum dos, quod patet ex vnitate instrumenti, & quia simul eodem tempore facta. Bene verum est, quod sunt diuersæ qualitates: quia mille scuta debebant incontinenti solui in vita patris, sed alia omnia bona post mortem ipsius patris retento sibi vsufructu, & hoc respectu dicitur in ipso instrumento dotali, hoc tamen acto, quod ipsæ do-
15 tes vt supra constitutæ. Nam istæ † qualitates non diuersificant vnitatem, & substantiam dotis, quæ est ius quoddam vniuersale habens in se diuersas qualitates, & istæ qualitates non inducunt diuersitatem in substantia; *vt est gloss. notabilis in l. fina. §. quotiens. in verb. anno ff. de publica. & gl. in §. fi. verb. nulla. instit. de iure pers. Bar. in l. 1. in prin. in 4. col. in 2. q. prin. ff. de acquir. possessione.*

Non obstat etiam, dùm dicebatur, quod ista donatio ex causa dotis, quæ substantialiter, & considerato effectu cẽsetur facta filiæ, & eius liberis, censetur facta extraneæ: quia etiam filia censetur extranea, propter statutum Astense disponens, quòd mulier maritata à patre, vel matre non possit venire ad hæreditatem patris, vel matris, nec in ea petere legitimam, vel aliquod supplementum legitimę, existentib. filiis masculis, vt in casu nostro: *per illud, quod tenet Bar. in l. 1. sciendum, per illum text. ff. de suis & legi.* quia illud procederet, quando nihil fuisset relictum per patrem filię, aut in vltima voluntate, aut in vita per viam contractus, prout subiungit idem statutum Astense circa finem, vbi excepto eo, quod si pater, vel mater aliquid ei legauerit, vel aliquo modo dimiserit: vbi statutum æquiparat, vel legari, vel alio modo dimitti, quum non referat an aliquid fiat ex testamento, an per contractum: secundum Bal. *in l. si totas. C. de inoffi. dona.* Sed in casu nostro ista filia fuit dotata in omnib. bonis paternis, quorum respectu dicitur retinere iura suitatis, vt in specie declarat dominus Alexander *in cons. 171. primæ partis, incipiente. Transmissum ad me est nuper consilium. & alias*
16 *legendo dixi in l. si emancipati. Cod. de colla.* Item † filia maritata & dotata à patre non debet censeri extranea, cum sit in potestate patris: *vt leg. si vxorem. & ibi glossa & Barto. C. de condi. inser. & glos. in §. primo, instit. ad Tertul. iuncta leg. vnica. §. extraneum. C. de rei vxoriæ*
17 *actio.* Nam extraneus † dicitur altero de tribus. Primo, qui non est in potestate patris, vt ibi. Secundo, qui non est de cognatione. Tertio, qui non est de superioribus, aut inferioribus: *vt declarat glos. in leg. vnica. §. cæteri. in verb. extraneos. C. de impo. lucra. descrip. libro decimo. Bald. in leg. si emancipati. in tertia oppositione. Cod. de collatio.*

Et in terminis nostris, quando donatio est facta per patrem filio emancipato, qui non est suus. *§. sui. instit. de hæred. quali. & diffe.* non tamen dicitur facta extraneo, nec tunc habet locum dicta *lex si vnquam. secundum Ioannem de Imo. in capitul. fin. in 3. columna de donatio. quem etiam supra retuli.* Et per istud fundamentum etiam apparet, quod illa lex. si vnquam. non habet locum in casu præsenti; eo quia loquitur, quãdo donatio fuit facta extraneo, vt ibi glos. & docto. tenent, & Barto. *in dicta l. Titia Seio. §. imperator.* sed hic non fuit facta extraneo sed in effectu & substantialiter filiæ in potestate. Ad idem pro hac parte facit; quia dicta l. si vnquam. generaliter loquitur in donatione facta per carentem liberis, & non loquitur in specie in donatione facta ex causa dotis, ergo in ea non procedit † quia le- 18
ges & statuta, quæ aliquid generaliter disponunt, non habent locum in dotibus, aut in instrumentis dotalibus, earum fauore, nisi de ipsis faciant specialem mentionem. ita signanter notat Salyce. *in leg. fina. in principio. in quarto notabili per illum textum. C. de iure do. facit l. promittendo. ff. de iure do.*

Vnde consuluit egregie Bald. *in consilio 359. tertiæ partis, incipiente, Quemadmodum imperator. quod lege bene à Zenone. & lege omnes. C. de quad. præscrip.* quamuis generaliter loquantur, tamen non vẽdicant sibi locum in præiudicium iurium dotalium. Confirmatur; quia lex aliquid de nouo generaliter disponens, non intelligitur loqui in casibus specialibus, vt est causa dotis, nisi de eis faciat specialem mentionem: *vt probatur in l. in testamentis. & ibi Rapha. Fulgo. ad hoc notat. C. de testa. iuncta l. hac consultissima. in prin. vbi glos. & docto. C. qui testa. fac. poss. facit glos. in l. sciendum. in prin. vbi Bar. & docto. ff. qui satisdare cog. & glos. in authen. de hæred. ab intesta. venien. in prin. in verbo, vacantibus.* Non obstat etiam prædictis, dum dicebatur, quod si dictus donator, qui fecit talem donationem omnium bonorum ex causa dotis, cogitasset se in futurum filios masculos susceptur, aut de hoc fuisset interrogatus, verisimiliter non constituisset tantam dotem filiæ fœminæ, ergo illud, quod verisimiliter non disposuisset, debet haberi pro non disposito, *per glos. notabilem in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis.* Quia ad illam gl. satis patet responsio ex fundamẽtis superius factis, & vltra ea in spe-
cie respondetur, † quod illa glo. non procedit, nec 19
habet locum, quando essemus in materia exorbitanti à iure communi, vt est materia ista reuocandę donationis inter viuos, quæ postquam est facta, dicitur esse irreuocabilis. *§. perficiuntur. insti. de dona. & l. perfecto. C. de donationi. quæ sub modo.* & in terminis nostris donatio facta per patrem filiæ in potestate contemplatione dotis ab ipso principio irreuocabiliter tenet. *ita dicit Bal. in l. fina. §. filiæ. ff. de lega. 2. per textum in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. herciscun.* Tunc enim ibi non fieret extensio, nisi ex verbis, vel ex mente specifica disponentis, non autem ex mente generali sumpta per identitatem rationis.

ita

ita limitant domin. Ant. de But. & Ioannes de Imo. *in clem. 1. de reſcriptis. per gloſ. primam ibi*, quam ad hoc reputant ſingularem, & ita dicunt debere intelligi gloſ. *in cap. 1. de tempo. ordi. in 6.* Et dicit Ioan. de Imol. quod iſtud eſt, ꝙ in cathedra dicere ſolebat recolendæ memoriæ præceptor eius dominus Franciſcus de Ramponib. Secundo d. gloſ. *in d. l. tale pactum. §. fi.* limitatur vt procedat, quando aliquid nō eſt omnino omiſſum, ſed ſequitur ad aliquid expreſſum, & tunc bene reputatur cautum ac diſpoſitum, vt ibi, ſecus quando aliquid eſt omnino omiſſum, vt in caſu noſtro, *ita limitat notabiliter Bal. in l. vnica. in vlti. col. C. de iis qui ante aper. tabulas.*

CONSILIVM CLXXII.

THEMA.

INTER illuſtriſſimum dominum Ludouicum de Gonzaga marchionem, & comitem Rothurgi actorem ex parte vna, & illuſtriſſimos dominos Ioannem Franciſcum & Aloyſium fratres de Gonzaga Marchiones reos conuentos ex parte altera, vertitur quæſtio ſuper poſſeſſorio duorum caſtrorum, ſcilicet Hoſtiani, & Caſtri Guifredi ſitorum in ditione Brixienſi. Et iſta cauſa per Cæſaream maieſtatem delegata eſt reuerendiſſimo domino epiſcopo Tridentino, & magnificis dominis conſiliariis Cæſareis Veronæ, vt ſuper poſſeſſorio tantum procedant, ſepoſita cauſa petitorii. Pro parte dictorum illuſtrium conuentorum dicitur, quod in inſtrumento diuiſionum & conuentionum facto anno natiuitatis dominicæ 1479. quatuor caſtra hæreditaria, ſcilicet illa duo prænominata, & caſtrum Luzariæ, & caſtrum Caſtionis à Sriueriis obuenerunt reuerendiſſimo domi. Lodouico tunc protonotario, ac illuſtriſſimo domino Rodulpho patri dictorum conuentorum coniūctim, & pro indiuiſo, cū pacto iurato, quod poſt morté præfati reuerendiſſimi D. Ludouici omnis pars ſtatus ſui in territorio Brixienſi. excepta legitima ſua, deueniat, & deuenire debeat ad præfatum illuſtriſſimum dominum Rodulphum, ſeu eius filios legitimos & naturales, & quod dicta quatuor caſtra tenebant & poſſidebant pro indiuiſo. Item quod in inueſtiturisimperialibus dictus reuerendiſſimus electus Mantuanus vna cum illuſtriſſimo domino Rodulpho fuerunt inueſtiti ſimul & coniunctim de dictis quatuor caſtris, & ſic cum illa quatuor caſtra ſimul & coniunctim poſſederint dicti illuſtriſſimi filii illuſtris domini Rodulphi prætendunt ſe in poſſeſſorio meliora & potiora iura habere. Ex aduerſo dicitur probatum eſſe, quod præfatus reuerendiſſimus per annos triginta ſolus & in ſolidum poſſedit dicta duo caſtra, de quorum poſſeſſione nunc contenditur titulo diuiſionis, vſque ad eius mortem: & quod in eius teſtamento condito de anno præſenti decima nona Ianuarii, idem reuerendiſſimus dominus electus Mantuanus hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit dictum illuſtriſſimum dominum Ludouicum nepotem ſuum in omnibus ſuis bonis, caſtris, iuriſdictionibus &c. Qui dominus Ludouicus incontinenti poſt mortem ipſius domini teſtatoris hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii, & poſt mortem reuerendiſſimi domini poſſeſſionem dictorum duorum caſtrorum relictorum in hæreditate apprehendit in die ſequenti mediantibus mandatariis ſuis, & per plurimos dies tenuit & poſſedit, & quod poſtea dicti illuſtres rei conuenti, cum gentib. armatis, pedeſtribus & equeſtribus in magno numero, & cum artiliariis illa violenter occuparunt, & de præſenti occupant. Quæritur, quæ ſint futuræ partes reuerendiſſimi & magnificorum delegatorum Cęſareæ maieſtatis in referendo eidem in iſta cauſa poſſeſſorii.

ARGVMENTVM.

Remedium c. redintegranda 3. quæſtione. 1. quando competat.

Late, quod ex poſſeſſione ſeparata 19. annorum præſumatur inter fratres diuiſio præceſſiſſe.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus de facto ante omnia reſtituendus.*
2 *Remedium c. reintegranda 3. quæſti. 1. vt competat, quid probandum.*
3 *Agentibus mediis reſtitutoriis non obſtat exceptio domini.*
4 *Remedium c. reintegranda 3. quæſt. 1. datur etiam malæ fidei poſſeſſori.*
5 *Ad reſtitutionem obtinendam debet quis duo probare.*
6 *Inſtitutus in teſtamento non abolito debet ſtatim mitti in poſſeſſionem.*
7 *Dominium ſine traditione non transfertur ex ſolo cōtractu. fallit vt n. 8.*
9 *Diuiſio in dubio quando præſumatur nu. 10.*

REDEMPTORIS Crucifixi & gloriоſiſſimæ virginis nominibus pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio inuocatis. Sequendo commiſſionem delegatorum, inſiſtam ſolū ſuper poſſeſſorio, & omiſſa allegatione ad partes videtur de plano cōcludendum, & referendum in fauorē illuſtriſſimi

strissimi domini Ludouici, quod ante omnia redintegrari debeat in pristinam possessionem dictorum duorum castrorum † cum spoliatus de facto ante omnia fit ad pristinam possessionem redintegrandus per remedium *cap. redintegranda. 3. q. prima*, ex eius parte, & in eius libello intentatum, † quod remedium ad hoc vt competat, sufficit probare possessionem anteriorem agentis, & postea possessionem ad alium peruenisse, absque eo quod aliter probetur de vlla spoliatione, vel violentia: *vt concludit Innocen. & alii communiter post eum in capitul. sape. de resti. spol. & in c. post electionem de concess. præben. do. Abb. in ca. si diligenti, de præsc. & in c. cum ad sedem. de resti. spolia. dom. Alexand. in consil. 6. tertii volum. incipiente, Circa processum. in tertia colum. & in consil. 91. quinti volum. incipien. In causa & lite vertente inter Iacobum. & in consil. 98. 5. volum. incipiente, Visis his quæ eleganter & copiose. in vlt. col. Item remedium d. cap. redintegranda. & l. si coloni. C. de agric. & censitis. lib. 11.* datur etiam contra possidentem cum titulo; eo quia † agenti talibus remediis non obstat exceptio dominii, sicut nec obstat agenti interdicto vnde vi. *le. si de vi. ff. de iudi. & l. ordinarii. C. de rei vendica. & cap. ex conquestione. cum similibus, de restitut. spolia. ita tenet. dom. Anto. de Butr. in dicto cap. sape. in pen. & vlt. col. & in capit. cum ad sedem. de resti. spolia. dom. Alexand. in consilio 78. tertii volum. quod incipit, Clarissime doctor. in 1. colu.* Vbi dicit, quod ista est communis opinio. imo fortius † remedium dicti cap. redintegranda. datur etiam malæ fidei possessori propter generalitatem dicti canonis: secundum dom. Anto. de But. *in dicto cap. sape. circa penul. col. quem sequitur Ludo. Roma. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. posses. dom Alex. in consil. 149. 2. volu. incipiente, Viso & discusso processu causa vertentis inter Albertum. in penul colum. & in consi. 6. tertii volum. incipiente, Circa processum. in tertia colu. in fin. & in consil. 92. quinti volum. incipiente, Viso & oportune discusso. in 1. col. ad fin.* Quanto ergo fortius prædicta remedia competent in casu præsenti, in quo probatum est de bona fide possessionis illustrissim. Dom. Ludouici, & de violentia & spoliatione facta per illustres reos conuentos.

Item spoliatus de facto ante omnia est restituendus. *l. si quis ad se fundum. Cod. ad legem Iuliam. de vi.* etiam si esset prædo: *vt est tex. in cap. cum literis. de restit. spol.* etiam si probationes de dominio offerantur in continenti per partem aduersam: *vt notat dom. Abbas in cap. ad literas. in secunda colum. in princ. per illum text. de resti. spol.* Et spoliatus debet ante omnia in integrum restitui vsque ad vltimum quadrantem, tam possessionis quam fructuum, adeo quod etiam si quid minimum deficeret, non tenetur in aliis respondere: *vt notat Bald. in cap. conquerente in prima col. per illum textum. de restitut. spolia.* Item pro parte illustrissimi domini Ludouici probata sunt ea, quæ requiruntur ad obtinendam restitutionem, scilicet possessio & deiectio. *cap. consultationibus. & ibi domin. Abb. & alii ad hos notant. de offic. delega. & dicit Dom. Abb. ibi,* quod ad hoc quotidie allegatur ille text. quod ad † obtinendam restitutionem debet quis duo probare: scilicet possessionem & deiectionem. Ad idem text. *in cap. olim, clem. prima, & ibi glo. in verb. restitutionem. & in capitul. cum ad sedem. de restitut. spoli. Lapus allegatione quinquagesima secunda. quæ incipit, Lætatus sum. in 1. column. Paulus de Castr. in consil. 48. quod incipit, In causa, quæ vertitur Luca.* Item reuerendissimus dominus electus Mantuanus in suo testamento instituit illustrem dominum Ludouicum hæredem vniuersalem in omnibus bonis, castris, iurisdictionibus &c. Quo casu † institutus in testamento non abolito, nec cancellato, debet statim mitti in possessionem omnium bonorum defuncti: *per l. fin. C. de edic. diui Adria. tol. etiam si sint bona feudalia*, in tantum quod etiam si filia sit instituta hæres in testamēto patris, & in eius hæreditate reperiantur feuda, licet regulariter fæmina non succedat in feudo: *vt capit. 1. in principio & §. filia. de succes. feud. & cap. 1. quemadmodo. feu. ad filiam perti. & cap. 1. in principio, cum similibus, de gradi. succe in feud.* tamen si filia petat se mitti in possessionem omnium bonorum defuncti: *per d. l. fi.* agnati respectu feudi non sunt legitimi contradictores quo ad impediendum illam missionem. ita signanter decidit Ioann. And. *in additio. Specu. in titulo, de testa. in §. sequitur videre. in vltima col. per tex. in c. 2. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. quem refert & sequitur do. Alex. in d. l. si. in vlti. col. C. de edic. diui Adria. tol.* Si ergo institutus in testamēto debet etiam in bonis feudalibus mitti in possessionem, ergo fortius debet in ea manuteneri: *per regulam l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & c. quemadmodum, de iureiurand.* Et quod reuerendissimus dominus electus Mantuanus potuerit de dictis castris feudalib. testari, præsertim obtenta prius licentia à Cæsarea maiestate, & sic à directo domino feudi, plane demonstrabitur, si fuerit expediens in causa petitorii. Item est aduertendum, quod etiā dato sine veri præiudicio, quod dicta conuentio facta cum iuramento in instrumento dictarum diuisionum valeret, & teneret propter iuramentum, quod tamē reseruatur etiam dilucidandum in petitorio, si expediens fuerit, quod moriente præfato reuerendissimo omnis pars status sui, excepta legitima, deueniret ad illustrissimum dominum Rodulphum, & eius filios legitimos & naturales, tamē † ex solo contractu, vel sola conuentione non trāsfertur dominium sine traditione, etiam si esset titulus vniuersalis: *vt l. qui tibi hæreditatem vendidit. C. de hæredi. vel actio. vendi. & l. qui tibi. & ibi Bal. notat ad hoc. C. de his qui à non domi. manumit. glo. & Bart. in l. 1. ff. de vsuc. pro dote. Bar. in l. & ideo. ff. de condi. fur. Bal. in l. nulla & in l. fi. §. præterea. per illū tex. C. de iure do. & in authen. ingressi. in 3. oppositione. C. de sacrosanctis ecclesiis.* & multo minus transfertur possessio: quia etiam in hæredem vniuersalem non transfertur possessio. *le. cum hæredes. in principio. ff. de acquirenda possessio.*

Item in casibus, in quibus † transfertur dominium ipso iure absque traditione, qui notantur per glo. *in l. si ager. ff. de rei vendi.* nunquam tamen transfertur possessio. *l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & leg. commissa. ff. de publica. glos. in l. fin. & ibi Bart. circa fin. in pe. quæst. C. de sacrosanctis eccles. glos. in cap. 2. & ibi doct. de consue. Bald. in l. licet. C. de acquirenda possessio. & in l. 1. ad fin. C. de re. permuta.* Vnde posito sine veri præiudicio, quod illustres fratres rei conuenti ex dicta conuentione diuisionum iurata haberent aliquem titulum coloratum, tamen per talem titulum solum non dicuntur habere dominium, & multo minus dicūtur habuisse possessionem: ergo

non

non potuerunt de iure possessionem dictorum castrorum propria authoritate apprehendere: *per le si quis in tantã. & l. meminerint. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod metus causa.* Et tanto fortius, cum in dicta conuentione iurata expresse excipiatur legitima reuerendissimi domini electi Mantuani, quæ vltra ista duo castra in longe amplissima summa trãscendit, prout suis congruis temporibus, & locis ostendetur Nec prędictis refragãtur duo, quę per illustres reos conuentos obiici videntur, scilicet quod in instrumento diuisionum & conuentionum illa quatuor castra cõiunctim, & pro indiuiso obuenerint reuerẽdissimo domino & illustrissimo domino Rodulpho patri dictorum conuentorum, & quod in inuestituris imperialib. ambo fuerunt inuestiti simul & coniunctim de dictis quatuor castris; quia ista fateamur à principio vera fuisse: sed dum subiicitur, quod illa quatuor castra simul & coniunctim etiam postea possederunt, istud videtur à veritate deuiare, quum probatum esse dicatur, quod præfatus reuerendissimus postea per annos 30. solus & insolidũ possedit dicta duo castra, de quorum possessione nunc contenditur, vsque ad eius mortem titulo diuisionis. Vnde non solum ex possessione dicti longissimi temporis, scilicet 30. annorum, sed etiam ex possessione decem annorum præsumitur esse facta
9 diuisio inter fratres de dictis castris: quia † quando duo fratres res aliquas spatio 10. annorum inter præsentes possederunt separatim, & diuisim præsumitur in dubio inter eos præcessisse diuisionem, si illa allegetur: *vt est glos. reputatæ singularis, & magis communiter approbata in l. pe. & ibi Bar. Bal. & Saly. Cod. communi diuidun. Bar. in l. qui in aliena. in princ. & ibi Bal. Ang. & moder. ff. de acquirenda hæreditate. Bar. in disputatione sua, quæ incipit, Quædam mulier habens amplum patrimonium. ad fi. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & Bar. in l. fi. ff. de vsuca. pro dote.* vbi per illam *glos. d. l. pe.* tenet, quod si tu possedisti vnum fundum pro solido, & ego alium longo tempore, tunc diuisio inter nos præsumitur fuisse facta, & idem si vnus fundus esset pro diuiso possessus: secundum eum. Idem tenet Specu. *in tit. de iudi. §. sequitur videre. in vers. porro. Bal. in l. 1. in 7. q. C. qui admitti.* vbi assignat rationem glos.
10 prælallegatæ, quod ex quo tu possides, & ego possideo, & præcedit materia ordinata diuisioni præsumitur diuisio: *vt per glos. in d. l. pe. Item idem Bal. in l. 1. in 4. col. C. de fideicommiss.* assignat aliam rationem illius glos. quia ex prima materia communionis erãt obligati ad diuidendum vnde possidendo decem annis pro diuiso probatur non ipsa obligatio, sed executio obligationis de diuidendo. & ita etiam dicit Bal. *in l. si certis annis. in 5. col. C. de pactis. Ange. in l. seruitutes magna, in prin. ff. de seruitu.* Item dicit Alberi. de Rosa. *in d. l. pe. quod pluries vidit illam glos. de facto seruari. Alibi dicit Bal. in con. 337. primæ partis, incipiente, Quædam puella. ad fi.* quod licet quidam non intelligentes dicant contra glos. *in dicta l. pen.* ex sola patientia cõtractum non præsumi neque titulum. *vt l. nullo. C. de rei vendica. & l. diutina. C. de præscrip. long. temp.* tamen non considerant, quod possidere est facti hincinde interuenientis. Vnde facta relatione de patientia ad patientiam resultat quædam permutatio, cui inest diuisio: *vt l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legatis 2. & quod notatur in l. 1. C. communia vtr. iudi.* quæ quidem mutua patientia in rebus hincinde possessis non interueniebat in casu dictæ *l. diutina. cum similibus allegatis per illos. qui dictam glos. reprehendebant, & male. Item illa glos. in dicta l. pen. communiter tenetur: secundum Pau. de Cast. in cons. 93. incipiente, non sequendo ordinem istorum dubierum. Eam etiam sequitur & reputat singularem do. Alex. in cons. 92. secundi volumini. quod incipit. Viso & discusso laborioso processu. in 1. & 2. col.* & dicit quod cum illa glos. firmet pedes, non est ab ea in iudicando & consulendo recedendum: *secundum Iaco. Butriga. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictio. & Bar. in consilio suo incipiente, Andruciolus. Bald. in l. 1 ff. de vulgari & pupilla. & in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi. Ang. in l. 2. ff. de accusa.* Et tanto magis, cum opinio illius glos. sit magis communiter à doctorib. approbata, & à cõmuni opinione in iudicando non est recedendum, vt habetur in locis vulgaribus. & ibidem dominus Alex. *in præallegato cons. 102. secundi vol. in 1. col.* extendit illam glos. notabiliter, vt procedat etiam quando resultat diuisio inæqualis: secundum dom. Ant. de But. *in capitu. peruenit de censibus in 11. charta magna. in vers. venio ad secundum principale. illam gl. in dicta l. penul.* etiam dicit esse singularem, & magis communiter approbatam. Idem domin. Alexand. *in cons. 3. tertii voluminis incipiente, Viso processu causæ principalis. ad finem.*

Per ista omnia de plano & sine scrupulo videtur esse concludendum & referendum, quod præfatus illustris dominus Ludouicus ante omnia venit redintegrandus, & restituẽdus in pristinam possessionem dictorum duorum castrorum Hostiani & Castriguifedri sitorum in ditione Brixiensi, quæ post mortem reuerendissimi domini electi Mantuani per plurimos dies possedit, & postea ab eis fuit per violentiam cum gentibus armatis expoliatus per præfatos illustres reos conuentos.

CONSILIVM CLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Dictio, penitus, quando importet idem quod in totum, vel ex toto.*
2 *Concessio simplex & ambigua debet intelligi in supplicationem & petitionem 6.*
3 *Successio quando fiat in stirpes, vel in capita, & quid in emphyteusi ecclesiastica & feudo.*
4 *Ius commune quando seruetur in feudis.*
7 *Supplicatio plura cõtinens quando ad omnia referẽda.*
8 *Dicta in præcedentibus quando non censeantur repetita in sequentibus.*
9 *Conuentio quando dicatur contra bonos mores.*
10 *Statutum quando dicatur contra liberam testandi facultatem.*
11 *Conuentio inter fratres de succedendo quando valeat. 17*
12 *Dispositio quæ simpliciter facta non valeret, si sit facta reciproce bene valet.*
13 *Iuramento de promissorio de iure ciuili non oritur obligatio, nec actio.*
14 *Euictionis nomine, si conueniatur, is qui non teneatur: nihilominus tenetur ad restitutionem precij.*
15 *Diuisio facta de bonis emphyteuticis ecclesiasticis: in quibus vno decedente sine liberis masculis superstitum masculi admittuntur, remittendo omne ius, quod habeat, vel habere sperat, non præiudicat superstitibus masculis in parte decedentis sine liberis.*

16 *Actiones suas remittentibus non est amplius regressus dandus.*
18 *Cessio vel renunciatio facta per verba generalia & geminata non extenditur ad conuentionem.*
19 *Superior tollens generaliter statuta non est verisimile, quod cogitat de statutis iuratis.*
20 *Statutum cogens ad compromissum non habet locum quando obligatio est iurata.*
21 *Iuramentum habet vim casus expressi. sed vide. nu. 22.*
23 *Tutela vitiatur, si tutor specialiter non promittat defensionem pupilli.*
24 *Iuramentum generale nihil operatur in his, quæ debent specificari.*
25 *Declaratio tex. §. filius matrem. l. cum pater. ff. de l. 2.*
26 *Clausula, etiam si talia ponent, quæ de iure necessario forent exprimẽda, nihil operatur in actib. priuatorũ.*
27 *Partes non possunt facere, quod habeatur pro expresso illud, quod debet specialiter exprimi.*

CIRCA primum consultationis articulum, an in parte bonorum emphyteuticorum Abbatiæ Nouantulanæ obuenta dom. Francis. de Molza (qui decessit sine liberis legitimis) succedere eius consanguinei seu fratres patrueles in stirpes, an vero in capita, & sic pro numero personarum, cum non tractetur de successione patrui, in qua nepotes succedunt in locum eorum patris prædefuncti, sed tractetur de successione consanguinei, in qua alii consanguinei superstites sunt omnes in eodem gradu, & in eadem linea, & omnes veniunt ex persona propria, & non in locum, aut ex persona alterius, difficultatem facere videtur secunda inuestitura emphyteutica, in qua fuit petitum per dominos Gerardinum, & Philippum fratres, & d. fratrem Ludouicum quondam domini Nicolai olim fratris ipsorum Girardini, & Philippi, quod deficiente vno ex nobis sine filiis, & descendentibus masculis, & legitimis, alii habeant succedere in stirpes, & habeant locum cõtinue pro nobis, & nostris filiis, & nepotibus, ac pronepotib. masculis, vsque in tertiam generationem. Deinde in deliberatione domini vicarii, & monachorum, dicitur, volentes superinde iustis & honestis petitionib. ipsorũ dela Molza penitus acquiescere, & eorũ voluntati
1 penitus annuere. Nam† illa dictio *penitus*, importat idem quod ex toto, vel in totum: secundum Archidiaco. *in cap. primo. de supplen. negli. præla. in sexto. & in cap. ordinarii. circa fin. de offic. ordina. in sexto. Alberi. de Rosa. in dictionario suo. in verb. penitus. vbi ad hoc allegat rubricam. Cod. de gladiato. penitus tollendis. libro 11. & cap. ad nostram. in verb. penitus extirpamus. de proba.* Si ergo eorum petitioni penitus acquiescunt, & penitus annuunt & sic in totum: ergo volunt, quod continuo filii nepotes, & pronepotes succedãt in stirpes, & non in capita.

Confirmatur; quia etiam si in concessione non fuisset apposita illa dictio, *penitus*, & sic in totum,
2 sed fuisset simpliciter facta, certe concessio simplex & ambigua debet intelligi secundum supplicationem & petitionem: *vt est text. melior de iure in capitulo, inter dilectos. in §. cæterum. de fide instrum. quem text. Bald. ibi in antepenul. colum.* notat, quod pro intellectu priuilegii cõcessi recurrendum est ad formam supplicationis. *facit tex. in l. si defensor §. qui interrogatus. ff. de interroga. actio. & in §. præterea inutilis. instit. de inutil. stipulationib. & l. 1. C. de diuer. rescrip.*

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse probabiliorem, & de iure veriorem. Nam† secundum veras & communes con- 3
clusiones, quando filii duorum fratrum veniunt ad successionem patrui defuncti, cum ipsi nepotes sint ei tertio gradu coniuncti, & tales filii fratrum repræsentant personam patrum suorum, qui erant in secundo gradu, & sic veniunt per repræsentationem personę, ideſt patris eorum, ergo succedunt in stirpem: *vt §. illud. in versiculo, filij fratrum, & §. si vero neque fratres. & in §. si autem defuncto. in versiculo. huiusmodi. & ibi glos. in verb. parentum. in authenticis. de hæredi. ab intesta.* Sed quando non tractatur de successione alicuius ex patruis vel auunculis, sed tractatur de successione aliorum, & sic consanguineorum prout est casus noster, tunc succedunt in capita, & sic pro numero personarum: *vt est text. in §. si vero neque fratres. in authentic. de hæredi. ab intesta.* eo quia tunc succedunt ex propria persona, & ex propria linea, & gradu, in quo omnes sunt pares, & æque consanguinei. & ita firmat Bartol. *in l. secunda, §. agnati. ff. de suis & legiti. & in consilio 173. incipiente, Super hæreditate dominæ Nollæ de Assisio.* & ibi bis repetit, quod istam opinionem putat esse verisimam. *glos. Cyn. & alij in authentica cessante. C. de legi. hære. & glos. in leg. prima. in fin. & ibi Bartol. ff. si pars hæredi. peta. Ioannes Andre. in addi. Specul. in titulo de successio. ab intesta. §. primo, super versiculo, sed an filij.* vbi etiam refert quamplurimos eandem partem tenuisse. Iacobus de Beluiso & Angel. *in §. reliquum. & ibi gloss. in verb. fuerint. in authentico, de hæredi. venien ab intesta.*

Et ista est communis opinio, à qua non est in iudicando recedendum: secundum domin. Alexand. *in consi. 55. quarti volum. incipiente, Perspectis his, quæ in themate narrantur. in 4. columna. & consilio 29. quinti volumi. incipiente, Perspectis, consideratisque his omnibus. in prima columna.* Et istud non procedit solum in bonis allodiabus, sed etiam in feudalib. † in quib. ob- 4
seruatur ius commune, quando non reperitur aliter expresse in feudis decisum. & ita tenent Iacobus de Beluiso & Bald. *in capit. primo, de succes. feu. & ibidem Iacobus Aluarotus dicit ita communiter teneri.* Item tenet Bald. *in cap. primo, de natura successio. feud. & in §. hæc etiam, instit. de legi. agnato. successio.* vbi etiam dicit, quod ita se habet communis opinio. Idem tenet Ioan. Fabri. *in §. cæterum, instit. de legi. agnato. successio. vbi etiam similiter dicit hanc esse communem opinionem. dom. Alexan. in præallegato consi. 55. quarti volu. & in præallegato consi. 29. quintæ partis.*

Item ista procedunt etiam in emphyteusi ecclesiastica, quæ non dicitur hæreditaria, nec corpus hæreditarium, prout notabiliter tenet Bal. *in l. 2. C. de suis & legi.* Et hoc plane procedit in casu nostro, in quo ista emphyteusis ecclesiastica non est hæreditaria, nec corpus hæreditarium, nisi respectu fœminarum, quæ deficientibus masculis non possunt admitti, nisi rem patris possideant, prout dicitur in omnibus tribus inuestituris superinde confectis. Et sic ista emphyteusis ecclesiastica fuit simpliciter accepta pro filiis, nepotibus, & pronepotibus, & nõ dicitur copulatiue, pro filiis & hæredib.

ergo

ergo apparet quod cum non sit hæreditaria, in ea admitti debeant consanguinei, & sic fratres patrueles in capita, & sic pro numero personarũ. Istis duobus fundamentis sic præsuppositis, quæ sunt verissima in iure, quod quando tractatur de successione patrui; quia filii fratrum debent succedere in locum patris prædefuncti, tunc bene succedunt in stirpes, sed quando non tractatur de successione alicuius ex patruis, vel auunculis, sed aliorum, puta consanguineorum, vt est casus noster, tunc isti fratres patrueles succedunt consanguineo suo, qui est in eodem gradu, & in eadem linea in capita, & sic pro numero personarum: *vt est text. in d. §. si vero neq; fratres. & Barto. & doct. in locis præallegatis.* Modo in proposito nostro aduertendum est, quod commendatarius & monachi prædictæ Abbatiæ Nouantulanę in eorum concessione in duobus locis attestantur, ideo se facere illam nouam inuestituram; eo quia petitio nobilium de Molza iuri, æquitati & honestati innititur, & in nulla sui parte est à iure dissona. Item consideratis prioribus inuestituris, seu concessionibus, nihil quod à iure, æquitate, ac sincera honestate discrepet superinde petatur, & neque fuerit petitum, ideo faciunt præsentem renouationem non derogando in aliquo prioribus: ergo dicti commendatarius & monachi nihil voluerunt concedere, quod esset contra ius, sed solum illud quod se conformat cum iure, & honestate, prout bis attestantur, quæ geminatio ostendit enixam voluntatem concedentium. *l. Balista. cum vulga. ff. ad Trebel.* Ergò intellexerunt, quod petitio nobilium de Molza, dum petunt, quod vno ex nobis deficiente sine filiis masculis legitimis alii habeant succedere in stirpes, & habeant locũ continue pro nobis, & nostris filiis, nepotibus, & pronepotibus vsquę in tertiam generationem intelligatur, quando tractabitur de successione alicuius patrui, quod tunc ipsi, & eorum filii, & nepotes, ac pronepotes cõtinuo habeant succedere in stirpes; & hoc modo intelligendo talis petitio erit secundum ius commune, & iuri communi, & honestati innitetur. Nec in petitione exprimitur, quando ipsi patrui essent omnes præmortui, & postea moreretur aliquis ex eorum filiis sine liberis masculis; quod alii consanguinei, qui sunt paris gradus, debeant in stirpes succedere. Iste secundus casus non exprimitur in dicta concessione, nec ità potest intelligi: quia esset contra ius, vt prædixi, & concedentes approbarunt totam petitionem: quia tota erat secundum ius, & secundum æquitatem, & sic in effectu fuit quædam renouatio priorum inuestiturarum, & non debet admitti intellectus, per quem derogetur iuri communi, *secundum gl. in c. cupientes, §. quod si per viginti. de elect. in 6.* Et sic ex prædictis apparet, non obstare ponderationem supra in cõtrarium factam de dictione, *penitus*, quæ idem importat, quod in totum: & sic commendatarius & monachi in totum acquiescunt & annuunt petitioni dictorum nobilium. hoc enim dicunt expresse se facere: quia tota eorum petitio iuri innititur, & in nullo à iure & honestate discrepat: ergo procedit, quando tractatur de successione alicuius patrui per ipsos, vel eorum descendentes, tunc bene iura volũt, quod in stirpes veniant, secus quando tractaretur de successione alicuius consanguinei, tunc quod alii consanguinei debeant venire in stirpes, nõ fuit expressum in petitione, & si fuisset expressum, commendatarius & monachi non concessissent, ex quo solum concedunt; quia tota eorum petitio consonat iuri, & æquitati, & sic ista concessio nihil operatur præter & contrà ius, nisi solam renouationem priorum inuestiturarum sine earum derogatione. Præterea ad dictam dictionem, *penitus*, potest alio & secundo modo responderi: *vt per Aretin. in l. primâ, §. penult. in sexta colum. ff. de verborum obligatio.* vbi dicit, quod † licet dictio, 5
penitus, significet actum in totum ipso iure non valere sine aliqua restrictione, *vt c. Romana. §. caueant, & ibi glöss. Ioan. Andr. & Geminia. de senten. excommu. in sexto. & probatur in l. ambiguitatem. C. de vsufru. & in l. fina. circa principium, C. de edict. diui Adria. tollen.* tamen aliquando propter subiectam materiam nõ significat actum ipso iure esse totaliter nullum, sed quatenus est causa prohibitionis: *vt l. in causæ. §. fina. cum l. sequenti. ff. de mino. & cap. cum inhibitio. iuncto cap. secundo de clandesti. desponsat.* Et istud multo magis dicendum est in casu præsenti, per ea quæ supra proxime dicta sunt. Non obstat secundo † dum dice- 6
batur, quod etiam si in concessione non fuisset apposita illa dictio, *penitus*, & sic in totum, sed fuisset simpliciter facta, debet intelligi secundum supplicationem & petitionem: quia respondetur, quod ista concessio non fuit passim & simpliciter facta, sed expresse fuit fundata ex eo: quia tota petitio nobilium de Molza innitebatur iuri, & æquitati, ergo solum conceditur illud, quod est secundum ius, prout concedentes expresse declarant fuisse petitionem in totum secundum ius, & non in aliquo contra ius. Præterea licet in petitione fuerit expresse petitum, quod deficiente vno ex ipsis supplicantibus sine filiis, alii habeant succedere in stirpes, & continuo habeant locum pro ipsis supplicantibus, & filiis nepotibus, ac pronepotibus tamen postea in concessione nihil de hoc fuit ex- 7
presse dictum. Vnde † quando plura in suppli-
catione, vel petitione proponuntur, & quibus-
dam in specie respondetur, alia intelliguntur esse
reiecta: *vt capit. nonne bene dicimus, de præsumptio. & l. cum prator, in principio ff. de iudi. & l. maritus. C. de procura.* Præsertim quando in omissis est diuersa ratio, vt in casu nostro: *vt dicit gloss. in dicta lege cum prætor, in principio.* non enim debet attendi quid sit petitum, sed quid sit concessum, quia non debemus attendere quæsitum, sed responsum: secundum Geminianum *in capitulo ex eo, in primâ columna, ad finem, de electio. in sexto.* Item ista concessio non est simplex, imo determinata, vt patet ex eius inspectione. Vnde quando concessio fuit determinata, non debet extendi vltra illud, quod in ea exprimitur: *secundum Ioannem de Imolâ in capit. primo, de pactis.* vbi reprobat dominum Antonium de Butrio ibi tenentem, quod si aliquis interrogatur, an promittat dare centum, & casu quo non dederit, promittat dare certam pœnam, si respondeat, promitto centum, videtur etiam respondere de pœna. Istud est falsum secundum Ioannem de Imola ibi, quia si responsio fuisset simplex, quia solum dixisset, *promitto*: tunc verum diceret dom. Anton.

sed ex quo responsio fuit determinata, quia dixit, promitto centum, tunc nõ debet extendi vltra illud, ℭ expressit. *l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. oblig.* Item concessio ẽt simplex non debet intelligi secũdũ petitionem, qñ resultaret absurdus intellectus, & correctio iuris cõmunis: quia per subauditos intellectus nõ debet induci correctio iuris, *vt superius*
8 *dixi.* Item † quando ea quæ sunt dicta in præcedentibus, sunt contra ius commune, nõ intelliguntur in sequentib. repetita: *secundum Bar. & Ang. in l. prætor. secunda in §. erit q3 differentia. ff. vi bo. rapt. D. Anto. de But. & Imo. in cle. 1. de supplen. negli. prela.* Bene facit gl. notab. *in c. cum singula. in verb. prioratibus. quam ibi põderat Gemin. de præben. in 6.* quæ vult, ℭ qualitas succedens post duo subiecta, quæ esset proportionabilis vtrique, refertur tantum ad vnum subiectum, quando si referretur ad alterum, surgeret iurium correctio: vt ibi. Similiter clausula in medio, vel in fine posita non refertur ad omnia præcedentia, quando ex tali relatione resultaret absurdum, vel aliqua iurium correctio: *vt est tex. in cap. ecclesia vestra. de electio. & ibi D. Abb. in 6. notab. ad hoc multum notat illum tex. & dicit quod ille tex. est ad hoc semper tenendus menti, & quod nescit sibi similem in toto corpore iuris canonici, sed certe est alius similis tex. in cle. ne in agro. §. caterum, iuncta glos. de sta. regula. quem ad hoc allegat idem D. Abb. in e. secundo requiris, de appella. & tex. in c. pen. & ibi Abb. ad hoc notat, de iure patro.* Per ista remanet expeditum primũ dubium principale, in quo concluditur, quod in portione iuris emphyteutici ecclesiastici obuenta do. Francisco, qui decessit sine liberis legitimis, succedant eius consanguinei, & sic fratres patrueles, nõ quidem in stirpes, sed in capita, & pro numero personarũ. Secundum dubiũ principale consistit circa conuentionẽ vicissitudinariam, & reciprocam, ac iuratam, initam inter nobiles D. Gerardinum Nicolaum, & Philippum fratres de Molza, ℭ si aliquis ipsorum trium fratrum, vel eorum filii, vel descendentes ab eis, & à quolibet eorum per masculinum genus, & in perpetuum, decesserint sine filiis masculis legitimis & naturalibus, ℭ tunc alii sui fratres superstites, si vixerint, & si non vixerint, ipsorũ filii masculi legitimi & naturales, & descendẽtes ab eis, & à quolibet eorum per masculinũ genus habeant & habere debeant pleno iure dimidiam partem omnium & singulorum bonorũ dicti sic decedẽtis, vel decedentium sine filiis legitimis & naturalibus masculis, & prout seriosius in instrumento publico superinde confecto cõtinetur. An talis cõuentio de iure valida censeri debeat. Prima consideratio
9 tione videretur dicendum quod non: quia † talis conuentio videtur esse contra bonos mores, cum auferat, aut saltem restringat liberam testandi facultatem: *contra l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig. & l. cũ donationis. C. de transact. & l. ex eo. C. de inutil. stipu. & l. pactum quod dotali. C. de colla. & l. 1. cum similib. C. de sacros. eccl.* Non enim est licitum libertatem de supremis iudiciis cõstringere: *vt dicit signanter tex. in l. cũ duobus. §. idem respondit. ff. pro socio.* Quinimo liberam testandi facultatẽ non potest sibi homo auferre, etiam super vna re: *vt est tex. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3.* vbi testator nõ potest sibi legem imponere, vt legatum non reuocet, vel quod non possit legare amplius quã semel; eo quia sic auferret sibi liberam testandi factionem, cuius libertatis potestas dependet non ab homine, sed à lege. *& ita per illum tex. tenet Ang. in consi. 66. incip. Comes Robertus de Baticolle.* Et cum talis conuentio videatur esse contra bonos mores, per consequens non firmatur iuramento: *vt in regu. non est obligatorium, de reg. iur. in 6 gl. in l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. & in d. l. pactum dotali. C. de colla. firmant Bar. & alij in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* Sed præmissis non obstantibus, prout vere nõ obstant, contraria opinio est de iure verior; eo quia cõmunis & vera doctorum conclusio est, quod conuentio facta de vniuersali successione obuenienda, seu acquirenda, regulariter non tenet, cum infringat liberam testandi facultatem. *dict. l. pactum dotali. & dict. l. cum dotionis. & dict. l. stipulatio hoc modo concepta. cum aliis superius allegatis.* Sed quando conuentio non est vniuersalis, vt in casu nostro; quia est solum de dimidia parte bonorum decedentis sine filiis masculis, tunc non est improbata à iure, eo quia in illa dimidia non consistit vniuersalis successio, & sic nõ aufert liberam testandi factionem, cum de alia dimidia possit libere testari: *vt l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. credi. & l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donatio. & l. vnica. cum similib. C. vt actio. ab hæredi. & contra hære. & l. iubemus. secunda post principium. C. de sacros. eccle. & ita tenent Bart. & cæteri docto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in l. fi. C. de pactis. Petr. de Ancha. & Io. de Imo. in rubr. extra de testa. Ang. in consi. 5. incip. Andreas de Ianis Vulterris. Paul. de Castr. in consil. 146. incip. Super secundo puncto. circa princip. D. Alex. in consi. 25. quinti volu. incip. Perspectis consideratis q3 omnib. quæ in themate suprascripto narrantur. in 4. dub. & in consil. 59. quinti volu. incip. Viso themate prædicto. super 1. dubio, & c. in princ.* Vbi tenet, quod valet laudum arbitri disponẽs, quod altero ex compromittentib. morien-
te sine filiis, omnia bona perueniant ad alium, reseruata sibi facultate testandi solum de 60. libris, & sic de certa parua quantitate pecuniæ, secus si nulla reseruatio fieret. & isto modo intelligit Do. Alex. Ange. sibi contrarium *in præallegato consi. 66.* & non bene intelligit eum: quia imo Ange. ibi in vlt. col. expresse loquitur, quando erat reseruata facultas testandi de certis bonis. Vnde melius est dicere, quod Ang. in hoc est sibi contrarius, & cõtrarium tenuit *in d. consil. 5. & quod illud est verius per supradicta.* Nec obstat *d. l. si quis in principio testamenti, allegata per ipsum Angel.* quia loquitur in simplici derogatione apposita per solum testatorem, per quam alteri nõ fuit ius quæsitum, & illa in effectu non obstat, vt ibi, nos autem loquimur in conuentione reciproce facta cum consensu plurium mutuo se ad id obligantiũ, ex qua conuentione solenni & iurata fuit quæsitum ius superstitibus, vt ex prædictis patet. Ad idem facit & secundo illud, quod tenent Petr. Cyn. & Bal. *in l. fi. C. de pactis.* quod valet conuentio, seu donatio facta sub nomine certę partis, vel quotæ seu dimidiæ hæreditatis ipsius donantis, cum de residuo possit testari. Ibidem etiam tenet Bal. in tertia colum. valere statutum † disponens, quod pater 10
non possit in testamento relinquere filiæ suæ nuptæ extra territorium bona existentia in territorio: eo quia tale statutum non est cõtra liberam testamenti factionem, ex quo non vetat omnia alia

bona

bona eis relinqui. *refert & sequitur D. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in 2. col.* similiter si quis donat omnia bona præsentia & futura, reseruata sibi certa re, vel quantitate, valet & tenet, nec aufert liberam testandi facultatem cum de illa re vel quantitate reseruata possit libere testari: *secundum Bart. & cæteros docto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in d. l. fin. C. de pact.* imo fortius, si quis donat alicui omnia bona sua præsentia & futura, reseruato sibi simpliciter vsufructu, adhuc valet, & tenet, & non dicitur auferri libera facultas testandi, quamuis vsusfructus extinguatur morte. *l. corruptionem. C. de vsufruct. & §. finitur. instit. eod.* eo quia de fructibus iam perceptis, & sic præteritis, & sibi reseruatis potest testari. *ita tenet Paul. de Cast. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & ibi latius do. Alex. in 12. col.* Tertio in terminis nostris, quod ista conuentio † inter istos fratres facta, 11
quod vno eorum decedente sine liberis masculis, superstites, vel eorum liberi habeant bona prædefuncti, de iure valida sit censenda, notabiliter tenet Oldrad. Lauden. *in consi. 138. incipien. Ad habendum aliqualem notitiam, &c.* eo quia secundum eum prouenit ex præsenti contractu seu promissione collata post mortẽ: *iuxta l. vnicã. C. vt actio. ab hære. & contra hære. 2. §. post mortẽ. inst. de inut. stip. & l. si quis argentũ. §. sed si quis vniuersitatis. C. de dona. & l. hæreditariũ ff. de bo. authori. iudi. posi.* Nec dicatur, istud esse pactũ de futura successione, quod est inualidum, & à iure improbatum. *l. pactum dotali. C. de colla. & l. fin. C. de pact. & l. hæreditas. C. de pact. conuen. & l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.* eo quia hic non promittitur vt futura successio, quæ non potest deberi nisi aut ex testamento, aut ab intestato, sed ista bona debentur ex obligatione statim effectum obtinente quantũ ad obligationem, licet differatur quantũ ad exactionem, *arg. l. mulier. §. fin. ff. ad Treb. ita notabiliter concludit ibidem Oldr. Laud. vt ibi plenius per eum. Idem tenet Io. Andreæ in addi. Spec. in tit. de instrumen. edi. §. porro in vlt. col in vers. fuit etiam alia quæstio. Albe. de Rosa. & Salyc. in l. fi. C. de pact. Ang. in l. hæreditarium. ff. de bo. authors. iudi. posi. & in l. sancimus. C. de dona. Io. de Imo. & Ludou. Roma. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. D. Alex. late in consilio 83. secundi volum. incipien. Visa facti narratione, in 3. col. ad fin. & duab. sequentib. & in consil. 28. tertij vol. incip. Ponderatis verbis instrumenti conuentionum, in 2. & in vlt. col.* Ad idem & quarto bene facit, quod notabiliter decidit Bart. *in consi. 72. incip. Ex facto proponitur, quod nobiles viri, &c.* vbi consuluit valere conuentionem factam inter certos nobiles fratres, & eorũ nepotem, quod bona paterna, vel materna, nec ex testamento, nec ab intestato, nec per viam alicuius contractus perueniant in aliquam mulierem natam vel nascituram ex eis, sed tantum in masculos alicuius eorum: & sic per aliquem vel aliquos eorum, vel eorum successores contra factum fuerit, quod prædicta omnia & singula obseruentur, & propter hoc licet aliis propria authoritate reuocare. Motus est Bart. eo, quia talis conuentio non est vniuersalis in omnib. bonis, sed tantum de paternis & maternis. Vnde de aliis bonis aliunde quæsitis poterunt libere disponere, & inter viuos, & testando, & sic ista talis conuentio non aufert liberam testandi facultatem, allegat ad hoc *l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & l. codicillis. §. matre. ff. de lega 2.* Item aduertendum est diligenter, quod prædicti omnes Docto. qui tenent talem conuentionem valere, loquuntur etiam, quando talis conuentio fuit simpliciter facta sine aliquo iuramento: Ergo multo fortius procedet in casu præsenti, in quo in tali conuentione interuenit iuramentum, cum iuramentum addat robur, & maiorem firmitatem: *cap. quamuis de pactis, in 6. & c. cum contingat, de iureiur. & c. licet mulieres. eod. titu. in 6. & auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi.* Quinto pro eadem parte facit: quia ista cõuentio de dimidia parte bonorum decedentis sine liberis masculis fuit reciproce & vicissitudinarie facta inter istos nobiles fratres de Molza, & eorum filios, & descendentes masculos, ergo multo fortius dicitur valere: quia non dicitur inducere grauamen neque onus, cum sit reciproca, & vicissitudinaria, nec etiam dicitur inducere votum captandæ mortis: *vt l. 1. & l. fina. C. de pactis. & l. de fideicommis. C. de transactio.* Vnde † videmus alias sæpe, 12
quod dispositio quæ simpliciter facta non valeret, si sit facta reciproce, bene valet, & tenet. Hinc videmus, quod licet donatio facta inter virum & vxo. constante matrimonio non valeat, *vt tot. titu. de do. inter vir. & vxo. tamen si sit hincinde reciproca, bene valet & tenet. l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. si patet puella. & ibi Cyn. Bald. Saly. & Paul. de Cast. ad hoc notant. C. de inoffi. testa.* Item reciproca donatio, quamuis excedat summam quingentorum aureorum, & sic alias de iure sine insinuatione non valeret. *l. sancimus. C. de fina. & l. Modestinus. ff. eo.* tamen quando est mutua, seu reciproca, non eget insinuatione. ita singulariter tenet Ang. *in consi. 179. incipien. Visis prædictis instrumentis, in pen. col.* Item licet † alias de iure ciuili ex iuramento promissorio 13
non oriatur obligatio, nec actio. *l. vt iusiurandi, in princip. & ibi Bar. ff. de oper. liber. Bart. in l. si quis pro eo. in princip. ff. de fideiuss.* istud procedit, quando vnus tantum iurat, secus quando partes mutuo & reciproce iurent, tunc etiam de iure ciuili oriretur actio præscriptis verbis. Ita singulariter tenet Bald. *in cap. 1. §. idem sacramenta, in vlt. col. in princip. de pa. iura. fir.* Item qui † conuenit, vt non teneatur de euictione, ni- 14
hilominus tenetur ad restitutionem pretii re euicta. *l. emptorem. §. fina. ff. de actio. empt.* tamen vbi est mutua, vel reciproca traditio, & inuicem conuentum, ne de euictione teneantur, tunc etiam non tenebitur ad pretii restitutionem. *glo. est singularis in l. si familia. in gloss. secunda, magna, circa medium. C. fami. erciscundæ.* Item mutua seu reciproca promissio facta inter duos principes, vel duas ciuitates, de non receptando bannitos, vel rebelles alterius, refertur etiam ad futuros bannitos: secus est in simplici promissione vnius principis facta alteri: quia tunc intelligitur de bannitis præsentibus tantum. ita singulariter tenet Ange. *in consi. 260. incipien. punctus est, in anno domini, &c. in penul. colum.* Concludo ergo ex prædictis omnibus, quod prædicta conuentio inita inter istos nobiles fratres de Molza de dimidia parte bonorum decedẽtis sine liberis masculis habenda per superstites masculos, de iure valida censeri debet; tum quia non est vniuersalis de omnib. bonis, sed solum de dimidia parte bonorum, tum etiam quia fuit iurata, item etiam fuit reciproca &

vicissitudinaria inter ipsos fratres, & eorum filios, & descendentes. Item fuit facta ex iusta & rationabili causa, vt talia bona peruenirent ad liberos masculos legitimos & naturales, & sic conseruarentur in agnatione & familia de Molza, quæ in ciuitate Mutinensi est honorata & patricia: *iuxta tex. notabilem in l. 1. §. sed & si seruus.* ibi, publice enim interest familiarum dignitatem saluam esse. *ff. de ventre inspicien. & l. super statu. C. de quæst.* Item ad publicam vtilitatem pertinet, quod masculinam prolem comitentur auitæ & superiorum diuitiæ, cum per nepotes & eorum proles sit futura æterna memoria. *l. liberorum, in fi. ff. de verb. signif.* Item per diuitias conseruatur familiarum honestas, quæ perit per inopiam. *§. sancimus, in auth. de testib. & l. 1. ff. de custo. re. secundum Ioan. And. in additio. Specul. in tit. de succes. ab intesta. super rubr. in 1. col. ad fin. Cyn. & alij in l. 1. C. de adul.*

15 Tertium principale dubium versatur † circa diuisionem bonorum factam inter domin. Philippum patruum & dom. Franciscum, & dom. fratrem Ludouicum nepotes, in cuius instrumento dicitur, dantes & cedentes vnusquisq; ipsorum alii omnia & singula iura, & actiones, quas quilibet eorũ haberet, & habere potuisset ante præsentem diuisionem, & posset quoquo modo in futurum in parte bonorum alii assignata, ita & taliter, quod etiam ad incognita referantur, etiam si talia forent, quæ de iure necessario forent exprimenda, promittens per se & eorum hæredes, & prout in dicto instrumento diuisionis continetur: an per talem diuisionem intelligatur derogatum iuri emphyteutico ecclesiastico in parte domini Francisci postea sine filiis masculis defuncti, de quo fuit tactum supra in primo dubio: & similiter an intelligatur derogatum dimidiæ bonorum, quam habere debent superstites masculi in bonis domini Francisci sine liberis masculis, vt dixi, prædefuncti, secundum conuentionem iuratam, de qua tetigi supra in secundo dubio. Et quidem prima cõsideratione videretur dicendum, talem diuisionem cum cessione & translatione iurium, quæ habent, & quoquo modo habere possent in futurum, derogare vtrique iuri per verba multum ampla in ipsa diuisione posita, cum

16 remittentib. † actiones suas nõ sit amplius regressus dandus. *l. quæritur. §. si venditor ff. de ædil. edict. & ca. quam periculosum, 7. q. 1. & l. 1. §. qui semel ff. de succes. edi. & c. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amit.* Vnde cauere sibi debent renunciantes à verbis ita generalibus, ne in promptũ ex effuso sermone incidant periculum: *vt l. fi. in fi. & ibi Ange. ad hoc bene notat. C. de dotis promis. Bal. in l pactum dotali. in 16. quæst. C. de collatio.* Item illa clausula, quod etiam ad incogitata referantur, operatur, quod etiam remissio referatur ad ea, quę quis ignorabat sibi competere: *secundum Ang in l. qui iure. per illum tex ff. de mili. testam. & l. tres fratres. ff. de pactis.* Et filii domini Philippi, cum sint eius hæredes, non possunt venire contra factum dicti quondam domini Philippi eorum patris. *l. cum à matre. C. de rei vendi. & l. quæ à patre geruntur. C. de resti. mil. & l succes. fores. C. de resolu. & l. 1. in princ. cum similib. ff. de excep. rei ven.* Nam cogitur quis habere ratum factum illius, cuius est hæres. *l. ex qua persona. de reg. iur. Bart. in l. Lucius. ff. solu. matrimo.* Item filii adeundo hæreditatem patris voluntatem & factum defuncti suo consensu eõfirmant. *ita dicit tex. in l. si ab vno. C. de libera. cans.* Sed præmissis & aliis similibus non obstantibus, contrariam opinionem arbitror in vtroque puncto esse de iure veriorem. Et in primis quantum ad bona emphyteutica ecclesiastica talis diuisio cum verbis supradictis non præiudicat in aliquo superstitibus masculis, & sic filiis domini Philippi; quia vera & communis conclusio scribentium est, quod

17 si † duo, vel plures fratres haberent fundum communem in emphyteusin ab ecclesia, ita quod vno præmoriente sine filiis masculis eius portio deberet deuenire ad alios superstites, vt in casu nostro, & talem emphyteusin communem diuiderent, & in diuisione remitterẽt inuicem ius quod habent, vel in futurum habere sperant: tamen propter hoc non impedirent superstites masculi, alio prædecedente sine liberis, vendicare partem prædefuncti per ius accrescendi. *ita tenet Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 10. q. & ibidem sequuntur alij communiter, præsertim Aretinus & dom. Alexan. ff de verb. obliga. & latius idem Barto. in consi. 58. incipiente, ex themate prædicto tria dubia oriuntur, in vlt. dubio. Idem tenet Frideri. de Senis in consil. 77. incipien. factum sic se habet, quidam Abbas. & in consil. 228. incipien. factum tale est, duo fratres. Ludoui. Roma. in l vnica, in 12. q. ad fin. C. quando non peten. par. & in l. stipulationes non diuiduntur, in 5. charta, per totam. ff. de verb. oblig. dom. Alex. in consi. 188. secundi volu. quod incipit, viso & mature discusso processu, col. 3. & in consi. 105. quarti volum. quod incip. in causa Nicolai de Campegio. ad fin. & in consi. 21. quinti volum. quod incipit, viso compromisso.* Et ista decisio Bartol. est communiter approbata, vnde ab ea non est in iudicando aut cõsulendo recedendum, vt in iuribus vulgatibus. & pro ea facit tex. notabilis *in c. 1. de eo qui fi fecit agna. gl. & doct. in c. 1. in tit. impera. Lotha. Euge. Papæ.* Similiter dicta diuisio cum cessionibus & renunciationibus prædictis non præiudicat quo ad secundum, scilicet quo ad conuentionem iuratam, per quam dimidiam bonorum domini Francisci defuncti sine liberis masculis habere debent superstites masculi; eo quia talis conuẽtio fuit iurata & pœnalis. Vnde † in ge- 18
nerali renunciatione, aut remissione non intelligitur derogatum conuentioni iuratæ, & pœnali, etiam si diceretur, non obstantibus quibuscunque pactis, vel capitulis: *vt est gloss. reputata singularis in clemen. dudum. §. penult. in versi. pacta, de sepul.* Sicut etiam clausula non obstante, vel alia clausula derogatoria non tollit constitutionem, vel actum iuratum: *vt est gl. singularis in cap. cum non deceat. in gl. fi. de elect. in 6. & pro illis gloss. bene facit tex. in c. constitutus, de rescrip.* Item quia non est verisimile, quod † supe- 19
rior tollens generaliter statuta cogitet de statutis iuratis: *secundum do. Anto. de But. D. Abb. & Io. de Imol. in c. 1. de his quæ fi. à ma. par. cap. & Io. de Imol. in c. dilecto. de præben. & istas gl. etiam sequitur Ludouic. Roma. in consilio 404. incipien. in casu propositæ consultationis videtur prima fronte dicendum, ipsam vltimam conuentionem, ad fin. & in consi. 436. incipien. quia indultum. in 4. col. in fi. & in consi. 393. incipien. præsens consultatio in hoc recidit, in vlt. col. D. Alex. in consi. 125. primi volum. incipien. visis & ponderatis statutis, in pen. col. ad fin. & in consi. 37. secundi vol. incip. viso & opportune discusso processu in 9. col. & tota sequenti. & in consil. 204. secundi volu. incipien. visis his quæ narrantur in themate. & in consi. 100. quarti volu. incipien.*

cum sta-

cum statutum. Vnde per dictas glossas decidit Ange. *in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur.* quod licet Papa, vel Imperator casset consuetudines, vel statuta, non intelligitur cassare statuta iuramento confirmata. Item generalis constitutio, vel statutum disponens contractus non inusitatos officiali gabellæ esse ipso iure nullos non extenditur ad contractus iuratos. ita signanter determinat Ludou. Roma. *in consil. 517. incip. in casu proposita consultationis circa celeberrimorum doctorum consilia, ad fin.*

20 Item statutum † cogens ad compromissum nō habet locum, quando contractus vel obligatio esset iurata, quia statutum generaliter loquens non intelligitur de tali loqui. Ita notabiliter tenet Paul. de Castr. *in consilio 67. incipien. visis & consideratis omnibus. quem refert & sequitur D. Alex. in consi. 37. secundi volum. incipien viso & opportune discusso processu, col. 10.* Vbi dicit se etiam ita alias consuluisse, & ita fuisse iudicatum in ciuitate Parmæ. Similiter saluusconductus concessus alicui à principe non extenditur ad debita iurata. Ista singulariter consuluit dom. Alex. *in consi. 38. tertij volum. incipien. visa petitione Antonij de Roma.* Vbi ampliat prædicta procedere etiam si adessent verba geminata & prægnantia, adhuc per ea non intelligeretur derogatum conuentioni, aut dispositioni iuratæ. Et aduertendum est, quod si Papa, vel Imperator, aut statuētes per verba, quantumcunque generalia & geminata non intelliguntur derogare contractibus, vel actibus iuratis, vt prædixi, quanto minus priuatæ personæ, vt in casu nostro. *l. non est singulis. in prin. ff. de reg. iur.* Nec prædictis habet obstare, esi diceretur, q̄ prædicta procederent, quando ista diuisio bonorum, & renunciatio quorumcunque iurium esset facta simpliciter, tunc verum esset, quod non extenderetur ad supradictam conuentionem iuratam: sed cum ista di-

21 uisio & renunciatio sit facta cum iuramento, † iuramentum habet vim casus expressi, & vbi deberet interuenire specialis consensus, sufficit generalis cum iuramento. *ita signanter tenet Bal. in l. 1. in 2. q. C. commo. per l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. refert & sequitur Ludouic. Roma. in l. 1. §. si quis ita. in 10. col. ff. de verb. oblig. sequitur etiam simpliciter dom. Alex. in l. sciendum, in 12. col. ff. de verb. oblig. & latius in consi. 133. quinti volum. incipien. super quæsitis, de quibus in themate, in pen. & vlt. col.* Sed istam decisionē Bal. reprobat, & melius Areti. *in l. qui superstitis, in 6. col. ff. de acquir. hæredi. referens contrarium tenere Cyn. in d. l. 1. C. commodati. & Baldus met in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio.* Nec secundum eum obstat tex. *in d. l. cum pater. §. filius matrem.* quia concedit, quod virtute iuramenti illud quod est expressum in dispositione, si non valet vt agitur, valeat vt valere potest, vt ibi. Sed per hoc non sequitur, quod habeat hanc virtutem, vt id quod debet exprimi specialiter, habeatur pro expresso propter iuramentum. *& vltra Aretin. contra Bal. in d. l. 1. est decisio Bart. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. circa fin. quam alij ibi sequuntur, & Ioan. Andr. & cano. in c. 1. de commoda. & Bald. in c. 1. in 2. col. de controuer. feud.*

22 *apud pa. termi.* Vbi volunt, quod † iuramentum non habet vim expressi, nec specialis consensus. Nam tenent, quod susceptio omnium periculorum iurata non obligat ad casum fortuitum, nisi specialiter exprimatur. Secundo contra Bal. *facit tex. in l. si-*

nal. §. omnem. & ibi Bartol. C. de administra. tuto. & idem Bar. in l. legitimos, ad finem principij, ff. de legiti. tuto. & in l. prætor. in princip. ff. de operis nouinuncia. Vbi requiritur, quod † tutor specialiter promittat defensionē 23 pupillari, alias tutela vitiatur, & tamen ibi interuenit iuramentum tutoris: *vt est in d. §. omnem, iuncta d. l. legitimos.* Ergo iuramentum non habet vim specialis promissionis de defendendo, & sic non sufficit promissio generalis cum iuramento. Tertio in contrarium facit illud, quod tenet ipsemet Bald. *in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. in vlt. col.* vbi tenet, † quod 24 iuramentum generale nihil operatur in his, quæ debent specificari: ita dicit esse gloss ordinariam in authentica, sacramenta puberum. *C. si aduer. vendi. & dicit ponere Cyn. in d. l. 1. C. commodati. dicit etiam Salyc. in illa l. 1. in vlt. col. C. commodati.* quod iuramentum habet vim specialis dispositionis in eo, in quo consentitur, non in aliis. Et tenendo istam partem, quam etiam legendo tenui *in d. §. quæsitum, circa fin.* non obstat † tex. *in d. §. filius matrem, allegatus per Bal.* 25 quia vltra solutionē Aretin. superius relatam, potest etiam aliter responderi, quod ille textus procedit, quando actus deficit ratione solennitatis omissæ, secus quando ex defectu substantiæ, puta ex defectu consensus omissi. ita limitat & declarat illum tex. Ludoui. Roma. *in consi. 517. quod incip. in casu propositæ consultationis circa celeberrimorum doctorum consilia in 10. col. ad fin. & princip. sequentis. Areti. in consi. 24. quod incip. quatuor dubia, in 2. col.* Non obstant etiam illa alia verba apposita in dicto instrumento diuisionis, dum dicitur † etiam si talia forent, quæ de 26 iure necessario forent exprimenda: quia notabiliter respondetur, quod licet illa talia verba operarētur in legibus, & in statutis, vel in rescriptis principum, quæ habent vim legis: *vt est tex. melior de iure in l omnes. in versi. specialiter. & ibi Bal. & Ange. ad hoc notant. C. de præscript. 30. annor. Ang. in l. diuus. § licet. ff. de iure codicil. dom. Anto. de Butr. & dom. Abb. in c. cum instantia, de censibus, cum aliis suis concordantiis :* eo quia in statutis, vel rescriptis principum satis habetur pro expresso illud, quod lex, vel princeps voluit haberi pro expresso; tamen secus est in actibus priuatorum † quia partes non possunt facere, quod 27 habeatur pro expresso & specificato illud, quod debet specialiter exprimi: *vt est text. in c. qui ad agendum, in princ. de procura. in 6. ita notabiliter limitat Ang. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ad fin. per illum tex. & ibid. dom. Alex. in 2. col. ff. si quis caut. Ioan. Calde. in consil. 11. in tit. de priuile. quod incipit, habet ordo sanctæ Clare. Paul. de Cast. in consil. 55. quod incip. passus ille dubitabilis videtur, col. 3. Ludou. Roma. in consi. 327. quod incip. istæ sunt rationes, in penult & vlt. col.* Item partes non possunt facere, quod vbi requiritur formalis expressio, illud q̄ non est expressum, habeatur pro expresso. *ita notant Ang. Imol. & dom. Alex. in l. quicquid adstringendæ, in princip. ff. de verb. oblig. Ang. in consi. 248. incipien. Philippus ciuis de Florentia. in vlt. col.* Et sic per ista concluditur, quod dominus Franciscus Molza non potuit in suo testamento aliquid disponere, quod sit in præiudicium dictæ emphyteusis ecclesiasticę, cum ipse non fuerit author dictæ acquisitionis, sed alii maiores & superiores sui, prout in specie tenet dom. Alexan. *in consi. 104. quarti volum. quod incip. viso themate & instrumento concessionis in emphyteusiu, in vlt. col. &*

in consi.

in consi. seq. quod incip. in causa Nicolai de Campegio. Similiter etiam nõ potuit aliquid in testamento disponere in præiudicium dimidiæ partis bonorum suorum, quæ obuenire debent ad alios consanguineos suos superstites masculos, & sic fratres patrueles, cũ ipse decesserit sine liberis masculis iuxta conuentionem iuratam factam per patrem suum cum eius fratribus, sed bene potuit testari de alia dimidia, prout firmaui supra in secundo dubio principali.

CONSILIVM CLXXIV.

THEMA.

DECRETO excelsæ ciuitatis Ianuæ cauetur, quod omnes & singulæ personę cuiuscunque gradus & cõditionis existant, quibus acciderit facere aliquod testamentum, teneantur & obligatæ sint legare ad minus hospitali Pammatoni solidos quinque, teneanturq; & obligati sint notarii, siue scribæ conficientes tale instrumentum testamenti talibus conficientibus recordari tale decretum ad pœnam florenorum decem à singulo eorum, si secus per eum factum fuerit, exigendorum, & applicandorum dicto hospitali, pro iusto damno & interesse, & testamentum per eos aliter factum nullius roboris, vel momenti esse intelligatur, ac si factum non fuisset. Accidit, quod nobilis dominus Philippus Lomelinus de anno 1504. suum condidit testamentum inter liberos, & nonnulla legata fecit ad pias causas, & inter pauperes personas dispensanda, adiecta etiam clausula codicillari, non tamen reperitur in ipso testamento factum fuisse legatum solidorũ quinque supradicto hospitali Pammatoni, veruntamen est, quod postea ipse dom. Philippus cõdidit codicillos, in quibus legauit libras quinquaginta dicto hospitali, quod legatum voluit haberi pro repetito & apposito in dicto testamento, & agentes pro ipso hospitali tale legatum librarum quinquaginta acceptarunt. Dubitatur modo, an dictum testamentum sit ipso iure nullum, ex eo quod non fuerit in eo factum legatum de solidis quinque dicto hospitali, an vero sustineatur per legatum factum ipsi hospitali in codicillis de multo maiori summa, quam sint solidi quinque.

ARGVMENTVM.

Legatum omissum in testamento aliter inualido ex forma statuti, potest fieri in codicillis confirmatis per testamentum, & in quibus dictum legatum fuerit repetitum pro testamento.

SVMMARIA.

1 *Statuti determinationem vbi habemus, ratio vlterius non quærenda.*
2 *Statuta sunt præcisi iuris & præcisi fori.*
3 *Clausula decreti annullatiua reddit actum aliter factum ipso iure nullum.*
4 *Testamento quando aliquid requiritur pro forma, non sufficit fieri in codicillis.9.*
5 *Testamenta debent benigne sustineri, & non infirmari ex nimia subtilitate.*
6 *Testamenta quod valeant, Reipub. interest, & effectum consequantur.*
7 *Testamentum non debet vitiare omissio leuis solennitatis. 8.*
10 *Legitima filio non potest relinqui in codicillis.*
11 *Testamenti appellatione qualibet vltima voluntas significatur.13.*
12 *Actio ex testamento competit pro his, quæ in codicillis relicta sunt.*

VIso & diligẽter considerato tenore dicti decreti, ac testamẽto & codicillis superius relatis, videretur prima consideratione dicendũ tale testamentum reddi ipso iure nullum ex eo, quod forma dicti decreti non sit obseruata, ex quo solidi quinque non sunt in eo legati dicto hospitali. Nam † ex quo habemus determi- 1
nationem statuti vel decreti, nõ debemus vlterius inuestigare rationem: *vt inquit Bal. in l. Gallus. §. si eius, in 2. notabili. ff. de lib. & posthu.* Item debemus inhærere verbis statutorum, & decretorum, nec aliter interpretari, quam statuta vel decreta loquantur: & omnis assessor debet habere præ oculis legem, quæ dicit, in dubio melius est verbis edicti deseruire: *l. 1. §. si is qui nauem, versi. in re igitur dubia. ff. de exercitoria.* Ita dicit Bal. *in c. significante, in 2. col. ad fin. de appel.* Alibi idem Bal. *in c. quoniam frequenter. §. quod si super. in fi. vt lite non contesta.* dicit ex gl. ibi, nota bene tu assessor, quod statutis municipalibus debes inhærere, & sufficit seruare illud, quod statuta volunt. Item † statuta vel decreta sunt præcisi iuris, & præ- 2
cisi fori; *secundum Bald. in c. 1. §. iniuria. in 4. col. de pace iuramen. firman. & in auth. sed nouo iure. in 2. col. C. de seruis fugitiuis. & in l. cessante, in vlt. colum. C. quomodo & quando iud. & in l. ordo. in 2. col. ad fin. C. de execu. rei iudi. & in l. 1. ad fin. & in l. 2. C. de arbitris. & in auth. hodie. C. de iudi.* Secundo, quod tale testamentum nõ valeat, facere videtur, quia decretum Ianuę videtur requirere pro solennitate testamenti legatum quinque solidorum relinquendum dicto hospitali: ex † quo 3
dictum decretum habet clausulam decreti annullatiuam, ergo eius omissio debet vitiare testamentum: *per regulam l. cum hi §. si prætor. ff. de transactio. & c. cum dilecta. de rescript.* Nec tunc sufficeret impleri per æquipollens: *vt volunt Bal. Ange. Imol. & alij in l. 1. ff. de libe. & posthu. dixi legendo in l. non dubium. C. de legi. & l. omnium. C. de testam. & in l. vniuersa. C. de prec. impe. offe.* Imo omissio formæ vel solennitatis vitiat actum quantumcunque fauorabilem: *vt l. qui Rome. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. Bal. in l. fin. C. si emancip. ita fuerit alie.* Tertio ad idem facit. nam † quan- 4
do aliquid pro forma requiritur fieri in testamento, non sufficit illud fieri in codicillis. Vnde filio in potestate debet relinqui legitima titulo honorabili institu-

institutionis. *l. filium. §. sed etiam si portio. & ibi gloss. in verbo, pleniore. ff. de leg. præstan.* alias testamentum est nullum. *§. aliud quoque capitulum; in auth. vt cum de appellatio. cognosc. gloss. & doct. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam* & si pater in testamento relinqueret filio decem simpliciter, postea faceret codicillos, & in codicillis declararet, quod illa decem, quæ reliquit simpliciter in testamẽto, reliquit titulo institutionis, certe hoc non posset fieri in codicillis, nec per hoc sustineretur testamentum, *ita determinant Bald. & scribentes in l. non codicillum, circa fin. C. de testam. per l. quod per manus, ff. de iure codicil. ita etiam alias legendo tenui in d. auth. nouissima, in 2. charta.* Et licet supradictum decretum Ianuæ nõ dicat expresse, quod dictum legatum quinque solidorum debeat fieri in testamento, tamen ex quo dicit, quod quilibet faciens testamentum teneatur & obligatus sit legare solidos quinque dicto hospitali, certe illa qualitas adiecta verbo debet intelligi secundũ tempus verbi, cui adiicitur. *l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. late Bart. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupilla.* Ergo debet intelligi, quod dictum legatum fiat in ipso testamento. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam arbitror esse de iure veriorẽ, & æquiorem, nec vnquam adduci possem ad tenendũ contrarium; quia maxima & euidens iniquitas videtur non seruare piam, & rationabilem voluntatem testatoris, & irritare testamentum propter istud modicum & leuissimum quod quinque solidi nõ sint in testamento legati prædicto hospitali, sed in codicillis, in quibus testator lõge maiorem summam, scilicet quinquaginta librarum ipsi hospitali reliquit, & voluit haberi pro repetito, & expresse apposito in ipso testamento. Nam † testamenta debent benigne sustineri, & non ex nimia subtilitate infirmari: *vt dicit tex. in l. si quis hæredem, in fi. C. de impub. & aliis subsit.* & etiam in dubiis consulendo & iudicando tenenda est illa opinio, per quam testamenta sustinentur. *l. si pars, in prin. ff. de inoffi. testa. & c. fin. de re iudi.* cum Reipublicæ interfit, quod † testamenta valeant, & effectum consequantur. *l. vel negare. ff. quemadmodum testamen. aper. gloss. & doct. in l. Gallus. §. quid si ita, in verbo, vtilitatem, ff. de libe. & posthu.* Præsertim cum istud testamẽtum sit conditum inter liberos, & ad pias causas, vbi attendi debet merum ius gentium, & non aliquod ius ciuile, nec aliqua solennitas iuris ciuilis, vt statutarii, aut decreti: *vt est gl. in l. fin. C. famil. ercisc. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi do. Alex. & moder. C. de testam. Bald. & Paul. de Cast. in auth. quod me. C. eo. de testam.* Item in isto testamento adest clausula codicillaris, quæ omnino tacite intelligitur in tali testamento condito inter liberos. *vt est gl. notabilis in l. cohæredi. §. cum filia. & ibi Imol. dom. Alex. & alij ad hoc notant. ff. de vulga. & pupil. & in l. fina. C. famil. ercis. facit l. si frater. C. de fideicom.* Ergo virtute talis clausulę codicillaris debet tale testamentum sustineri. *l. 1. & quod ibi Bart. in 3. q. ff. de iure codicil.* & tanto fortius in casu prẹsenti, cum in dictis codicillis specialiter dicatur, quod legatum quinquaginta librarum factum dicto hospitali Pammatoni testator voluit haberi pro repetito, & expresse appositio in dicto testamẽto. Secundo principaliter ad idem, quod tale testamentum valeat, multum me mouet: quia talis forma vel solennitas suprad cti decreti, quæ habet, quod quilibet testator teneatur relinquere quinque solidos supradicto hospitali Pammatoni, non est magnæ importantiæ, considerato effectu, ex quo sunt relicti in codicillis referentibus se expresse ad repetitionem testamenti imo est modici, & quasi nullius præiudicii: ergo † eius omissio non debet vitiare 7 testamentum: *vt clare patet ex his, quæ notabiliter decidit Paulus de Cast. in l. vniuersis, C. de preci. impera. offe. posi Bart. ibi, & in l. obseruare. C. de decurio. lib. 10. dixi legendo in dicta l. vniuersalis. & in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio.* & ita limitatur regula, quæ habet, quod quando aliquid requiritur à lege, vel statuto pro solennitate, vel forma, quod eius omissio vitiat actum. *d. l. cum hi. § si prætor. & d. c. cum dilecta. de rescrip.* præsertim quando adest clausula annullatiua actus, prout est in præsenti decreto, quia tunc non sufficit, quod impleatur per æquipollens secundum Bal. Ang. & alios *in d. l. 1. ff. de lib. & posthu.* Nam præ- 8 dicta limitantur non procedere, quando talis solennitas non est magnæ importantiæ considerato effectu, imo est modici, vel quasi nullius præiudicii, vt est in casu præsenti, vbi nihil refert in effectu, vel quod quinq; solidi relinquantur in testamento, vel in codicillis se referentibus ad ipsum testamentum. *facit trita regula l. scio. ff. de minorib.* & per hoc apparet cessare ea, quæ superius in oppositum adducebantur. Tertio pro eadem parte bene facit tex. *in c. quanquam iuncta gl. fin. de vsuris, in 6.* vbi Papa mandat, quod nullus debeat interesse testamentis manifestorum vsurariorum, nisi de vsuris satisfecerint, vel satisfaciendo idonee cauerint. Deinde subiungit clausulam annullatiuam actus, & dicit testamenta quoq; manifestorum vsurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure. & tamen gl. ibidem tenet, quod si vsurarius manifestus primo fecerit testamentum, & postea in codicillis cauerit de vsuris restituendis, quod testamentũ valet & tenet: Ergo ibi videtur esse tex. quod † quan 9 do lex vel canon requirit pro forma aliquid fieri in testamento, & apponit clausulam annullatiuam actus, tamen sufficit quod illud fiat in codicillis: Ergo idem etiam est dicendũ in casu præsenti. Quarto ad idem in simili facit, quod si testator faciat primum testamentum, in quo apponat clausulam derogatoriam ad aliud sequens testamentum, si non seruetur aliqua certa forma, tunc non valet secundum testamentum, nisi in eo expresse apponatur clausula reuocatoria derogationis appositæ in primo testamento: *vt l. si quis in principio testamenti. & ibi late Bar. ff. de lega. 3. Bal. & alij in l. sancimus. C. de testam.* & tamen sufficit, quod talis reuocatio clausulæ derogatoriæ fiat in codicillis, ad hoc vt secundum testamentum valeat: *prout tenent Salyc. & dom Alex. in l. 2. vbi aliquando legendo dixi. C. de codicil. Ang. de Aretio in § codicillis, instit. eod.* Quinto, pro eadem parte multum me mouet, quod quando lex, aut statutum, vel decretum circa testamenta requirit certã formam, si illa forma non potest conuenire codicillis, tunc non sufficit eam in codicillis interuenire. hinc est, quod lex † quæ mandat legitimam relinqui filio in 10 testamento titulo honorabili institutionis, alias annullat testamentum, non posset ille titulus institutionis adimpleri in codicillis, prout expresse determinat

terminat Bald. *in d.l.non codicillum. C. de testam.& retuli supra in 2.fundamento partis contrariæ*: quia titulus institutionis non potest fieri in codicillis, in quibus nihil directo potest relinqui. *§.penul.instit.de codicillis.& l.2.C.eod.* Sed quando illud, quod lex, vel statutum mandat fieri in testamento, potest etiam fieri in codicillis: tunc illud, quod fieri debebat in testamento, sufficit in codicillis fieri, prout est in casu nostro facere legatum, quod ita potest fieri in codicillis, sicut in testamento, vt in iuribus prælegatis. Istam doctrinam notabiliter tradit Salyc. *in l.filij,in 1.notabi. C famil.erciſc.* Vbi dicit, se alias consuluisse in ciuitate Ferrariæ, cum quidam iure emphyteutico, seu iure libelli haberet certũ fundum ab ecclesia sancti Bartholomæi cum potestate relinquendi in suo testamẽto cui vellet, quod ille potuit ex illa potestate relinquere in codicillis, eo quia illa facultas concessa non concernit hæredis institutionem, quæ solum potest fieri in testamento, sed concernit legatum tantum, quod indifferenter ita potest fieri in codicillis, sicut in testamento. & ita etiam legendo tenui *in d.l.non codicillum.C.de testam.& in rub.ff.de lega.1.* Sexto confirma-
31 tur † quia appellatione testamenti quælibet vltima voluntas significatur, & sic etiam codicilli, cum etiam ipsi sint testatio mentis: *vt instit.de testam.in prin. & ita tenet gl.in l.2.in prin.in verbo, personales.& ibi Bal. eam ad hoc notat. C.commu.de leg. & gl.in l.2. circa fin.in verbo,omnes. C.de constitu.pecu. & gl.in l.1. in glo.fi.& ibi notabiliter Bal.ff.de testa.& gl.in c.quanquam,in glo.fi.de vsuris,in 6.& Bal. in l.fi.in 2.q.in fi. C.de edict. diui Adria. tol.& in l.hac consultissima. C.qui testam.fa.pos.& in l.fi. C.de testam.Salyc.in d.l.filij,in 1.notabi. per illum tex.cum*
32 *glo.C.famil.erciscun.* Hinc est, quod † actio ex testamento, quæ competit pro his, quæ in testamento relicta sunt, competit etiam ad ea, quæ in codicillis relinquuntur: *vt est gloss.in l.3.in verbo, ex eo,ff. de iure codicil.& glo.in d.l.2.C.commu.de lega. Barto.in l.1.in vlt. col.ff.de leg.1.* Item sicut testamentum petitur publicari coram iudice & testibus, vt faciat fidem, *iuxta l. publicati.C.de testam.* ita etiam codicilli petuntur similiter publicari.ita singulariter tenet Bal.*in l.ne casu,in fi. C.de discusso.lib.10.* vbi dicit se habuisse de facto. & legendo etiam sequutus sum *in d.l. publicati. C.de testa.* Item dies legatorum relictorum in codicillis perinde cedit atq; in testamento relictorum: *vt dicit text.in l.quod pure. in fin.ff quando dies lega.cedit.* Et ista fortius procedunt in præsenti decreto Ianuensi exorbitanti à regulis iuris communis, & compellendo testatores ad relinquendum solidos quinque hospitali Pammatoni sub pœna annullationis, & irritationis testamenti, cum de iure libera debeat esse facultas testatoris legandi, vel non legandi: *vt l.cum duobus. §.idem respondit. ff.pro socio.& l. 1.C. de sacros.eccle. & l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.oblig.* Nec prædictis habet obstare, si diceretur,
33 quod † appellatione testamenti veniunt codicilli, verum est largo sumpto vocabulo, prout loquuntur gl. & docto.in locis prælegatis, ergo non propriam, & non procedit in statutis, vel in decretis, in quibus verba debẽt proprie & stricte accipi. *l. quicquid adstringẽdæ, in prin.ff.de verb.obli.& l.1.§.si is qui nauem. versigitur in re dubia. ff.de exerci.* quia respondet, quod istud decretum Ianuæ exorbitat à iure communi, vt supra proxime dixi, sed in exorbitantibus licita est extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, quando concurrit identitas rationis, vt in casu præsenti: *vt est glo.in auth.vt hi qui oblig.in prin. in verbo,ad curationem. & ibi Ange.& gl.in clem.1.in verbo,eligatur,de electio.not.in l.si constante.in princ. ff.solut. matri.* Septimo & vltimo accedat, quod Illustris dux Ianuæ, & Magnificum cõsilium dominorum Ancianorum cõmunis Ianuæ, qui prædictum decretum condiderunt, & disposuerunt, quod quilibet testator teneatur legare ad minus solidos quinque hospitali Pammatoni, alias testamentum nullius sit roboris, vel momenti, si fuissent isto casu interrogati, quid si testator non relinqueret illos quinque solidos prædicto hospitali in testamento, sed eos relinqueret in codicillis, & diceret, quod vellet haberi pro repetitis, & expresse appositis in testamento: proculdubio decreuissent, quod sufficeret, considerato effectu, & mente, ac ratione ipsorum condentium decretum, ergo perinde haberi debet, ac si fuisset in ipso decreto dispositum: *iuxta gl. notabilem in l.tale pactum.§. fin. ff. de pact. quam sequitur & ampliat Bald.in l.1.C. quæres pigno.oblig.possunt. Facit tex.in l.Barbarius Philippus,in versic. Sed & si scisset.& ibi Bal.in 1.notabili ad hoc notat. ff.de offi.præto.& notabiliter Ludou.Rom.in consi.105. quod incip. viso themate.*

CONSILIVM CLXXV.

THEMA.

EGREGIVS artium & medicinæ Doctor magister Ioann. de Tolentino, habẽs quatuor filios, dom. Pandulphum, magistrum Nicolaum, Antonium, & Iacobum condidit testamentum, in quo inter cætera reliquit & legauit magistro Nicolao, omnes & singulos libros, qui reperientur esse in dicto testatoris tempore eius mortis, salua semper conditione infrascripta. Item prælegauit do. Pandulpho eius filio ducatos 70. auri omni anno vsque ad octo annos proxime subsequuturos. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus & immobilib. suprascriptos quatuor eius filios hæredes vniuersales instituit cũ infrascriptis conditionibus, & prohibitione, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, prohibens inter eos diuisionem vsq; ad annos 14. proxime venturos. Item cum hac conditione, quod dicti Antonius & Iacobus tempore diuisionis habeant pro prærogatiua primo & ante omnia ducatos octingentos auri pro quolibet eorũ, & pro cambio prærogatiuæ iam habitæ per suprascriptos do. Pandulphum & magistrum Nicolaum pro eorum studiis, prout hæc omnia seriosius continentur in dicto testamento. Mortuo testatore, deinde post multos

annos

annos decessit Antonius absq; liberis, superstite magistro Nicolao & Iacobo, qui quidem Antonius cõdidit testamentum, & nepotes suos scilicet filios Iacobi hæredes vniuersales reliquit, magister Nicolaus prætendit sibi deberi bona, quæ prouenerunt à communi patre vigore substitutionis fideicommissariæ factæ in testamento paterno, cui substitutioni locus esse videtur; cum Antonius sine liberis decesserit. Sed ex isto fideicõmisso expeditũ videtur posse detrahi duas quartas, scilicet legitimam & Trebellianicam, cum fideicõmissum non sit purum, nec incontinenti restituendum, iuxta communem opinionem, quæ de consuetudine obseruatur: *per c. Raynucius. & c. Raynaldus. de testamen. secundum Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. Bald. in l. filium quem habentem, in 11. colum. C. famil. ercisc. & in l. scimus, in prin. C. de inoffic. testa. cum aliis concordan. prout late prosequitur D. Alex. in cons. 284. incipien. circa primam dubitationem. in 7. col. & duabus sequentib. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid.* Dubium ergo probabile exoritur, an prælegatum ducatorũ octingentorum factũ ipsi Antonio veniat in restitutione fideicõmmissi, an vero potuerit Antonius de eo testari, & eius nepotib. relinquere.

ARGVMENTVM.

Prælegatum an & quando veniat in restitutione fideicommissi.

SVMMARIA.

1 *Prælegata in fideicõmisso veniunt. & intellige, vt nu. 6.*
3 *Copula natura est repetere in sequẽti dispositione qualitatem adiectam in prima: eiusdem natura est exæquare copulata per omnia. 4.*
Item inducit plenam repetitionem præcedentium. 5.
7 *Æqualitas de iure seruanda est inter filios.*
8 *Præcedentia declarant sequentia.*
9 *Voluntas testatoris magis attenditur quam verba.*
10 *Substitutio fideicommissaria est onus & grauamen.*
11 *Substitutio fideicommissaria facta in vnum tempus non extenditur ad aliud.*

VIDERETVR prima consideratione dicẽdum, talem prærogatiuam, seu tale prælegatum ducatorum octingentorũ venire in substitutione fideicommissaria, & sic spectare ad magistrum Nicolaum exclusis hæredibus ipsius
1 Antonii: per regul. quia † prælegata in fideicommisso veniunt. *l. Marcellus. §. quidam liberis. vbi per Bar. & doct. ff. ad Trebel. & per Bart. & Doct. in l. ita tamen. §. qui suspectam. eod. tit. per Cyn. Bald. Salyc. & alios in l. cum virum. C. de fideicom.* nisi in casu, quando testator prohibuisset alienationem talium prælegatorum: *vt est text. nota dignus in l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebel. & ibi Bar. eum ad hoc notat.* Secundo & fortius pro ista parte facit. Nam † quando testator in substitutione fi- 2
deicommissaria adiecit signũ vniuersale, *quicquid*, quia grauauit restitui per fideicõmissum, quicquid ex bonis testatoris ad hæredem peruenerit, certe propter signum vniuersale, *quicquid* veniunt prælegata in fideicommisso. *tex. est in l. cum virum. C. de fideicom. & in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2.* Idem si dixerit omnia bona: quia est perinde ac si dixisset: *quicquid ad eum peruenerit, &c. l. Iulianus, in princ. ff. de leg. 3. & ita in specie declarat Bart. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis, in vlt. q. ff. ad Trebel.* Sed ita contigit in casu nostro: quia primus testator in omnib. aliis bonis suis filios hæredes instituit, & eos inuicem substituit, quo casu illa vniuersalis, in omnibus bonis, intelligitur repetita in substitutione, propter illam copulam, & eos inuicem substituit: quia † de natu- 3
ra copulæ est repetere in sequẽti dispositione qualitatem adiectam in prima: secundum Bart. *in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoq; legato. Facit tex. notab. in l. Seia. §. Caio. ff. de fund. instru. glo. in l. 2. in princ. ff. de opt. lega. & est gloss. multum notabilis, quam sæpe legendo soleo ad hoc notare in l. si sic, in princ. in gloss. 1. ff. quemad. seru. amit.* Item † de natura copulæ est exæquare co- 4
pulata per omnia, & ea ad vniformem dispositionem reducere. *l. quamuis. & ibi Bal. C. de impub. & aliis substit. notat Bal. in l. 2. C. eo. & in l. in testamento, in 1. col. C. de testa. mili.* Item † copula inducit plenam repe- 5
titionem præcedentium: *vt est tex. notab. in d. l. Seia. §. Caio. ff. de fund. instru. notat Bal. in l. 1. §. Offilius, in fi. ff. ne quis eum qui. Salyc. & Ludou. Rom. in auth. ex testamento. post gloss. ibi. C. de colla.* Sed præmissis non obstantib. prout vere non obstant, contrariam sentẽtiam arbitror esse de iure veriorem, & eam amplector, scilicet quod prælegatum ducatorum octingẽtorum factum prædicto Antonio non comprehendatur in substitutione fideicommissaria. Ad ita tenendũ moueor ex infrascriptis fundamentis, ex quibus apparebat allegata in oppositum non obstare. In primis moueor; quia vera & communis conclusio est, quod † quãdo testator primo facit substitutio- 6
nem fideicommissariam, deinde fecit prælegata, quod talia prælegata postea facta non veniunt in fideicommisso præcedenti, & talis est casus noster. *tex. est in l. Titia, ff. ad l. Falcid. gloss. & Bar. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. & gloss. in d. l. cum virum. C. de fideicom.* & ibi gl. assignat rationem: quia quando testator primo fecit substitutionẽ fideicommissariam, & postea fuit prælegatum, certe testator in fideicommisso non videtur rogasse de eo, quod nondum dederat, *arg. l. in lege. ff. de contrahen. empt. Ista est communis conclusio glossarum & doctorum: vt attestatur D. Alex. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis.* Vbi etiam dicit, quod *d. l. Titia*, est ad hoc singularis, inducendo eam subtiliter, vt ibi per eum, quæ conclusio limitatur, nisi extraneus esset grauatus restituere filio testatoris: *vt est tex. notabilis in l. liberto. §. filium. & ibi Bar. notat. ff. de an. leg.* Vel nisi talia prælegata absorberent quasi totum patrimonium testatoris: *vt est tex. notab. in l. quid ergo. in fi. & ibi gloss. Bar. & doct. ff. de leg. 1. Facit l. si sequens gradus. ff. de leg. 2. Bar. & doct. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. Bald. & Paul. de Cast. in d. l. cum virum.* Vnde cum in præsenti casu prius fuerit facta substitutio fideicõmissaria, deinde postea sit factum prælegatum ducatorum octingentorũ ipsi

Anto-

Antonio, certe res est clara & expedita, quod in fideicommisso præcedenti non venit prælegatum postea factum. Et istud fundamentum solum est sufficiens pro consequenda victoria istius partis. Et sic diceretur, quod istud fundamentum procederet, quando tale fideicommissum fuisset simpliciter iniunctum, tunc non extenderetûr ad prælegata postea facta, sed in casu nostro fideicõmissum fuit factum per signum vniuersale, videl. in omnibus bonis: ergo videtur, quod debeat comprehendere etiam prælegata postea facta, per ea quæ superius dixi in secundo fundamento partis contrariæ. Nam ad hoc respondetur, & erit secundum principale fundamentum pro ista parte, quod imo ista substitutio fuit facta simpliciter, absq, aliquo signo vniuersali; quia in testamento dictum est, *& eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, & sic nõ est adiectum aliquod signum vniuersale: ergo debet dici simplex substitutio: prout in terminis dicit Ang. *in d.l. Marcellus. §. quidam liberis.* ergo non debet extendi ad prælegata postea sequentia, vt superius fuit dictum in fundamento præcedenti. Et si iterum replicaretur, quod imo substitutio debeat dici facta per signum vniuersale propter verba vniuersalia apposita in institutione. & sic in primo gradu, dum dicitur, in omnibus aliis suis bonis filios hæredes vniuersales instituit, quæ verba vniuersalia intelligũtur repetita in substitutione fideicommissaria, quamuis in ea fuerit simpliciter dictũ, & eos inuicem substituit, & hoc vigore copulæ, vt dictũ fuit supra in secundo fundamento partis contrariæ. Nam ad hoc subtiliter respondetur, quod aut volumus, quod illa copula faciat repetitionem termini vniuersalis positi in precedenti clausula institutionis, & tunc habeo intentum; quia isto modo erit necesse, quod faciat repetitionem cum omnibus qualitatibus positis in præcedenti clausula, *arg. eorum quæ notantur in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de lib. leg.* sed clausula vniuersalis precedens, videlicet, *in omnibus aliis suis bonis*, est limitata & qualificata, videlicet cum infrascriptis conditionibus, & sic cum ista conditione, quod Antonius & Iacobus habeãt primo & ante omnia ducatos octingentos pro quolibet eorũ, ergo ista qualitas similiter intelligetur repetita in substitutione: ergo similiter detrahetur de substitutione fideicommissaria illud prælegatum octingentorum ducatorum, sicut detrahitur de prima institutione vniuersali. Aut vero volumus dicere, quod non fiat repetitio termini vniuersalis positi in prima substitutione, & certe isto modo adhuc res erit clarior; quia substitutio fideicommissaria erit simpliciter facta, & sic absq; aliquo signo vniuersali, ergo non comprehendet prælegata, quæ postea facta fuerunt, vt superius firmaui in precedenti fundamento. Et sic hoc modo remanet solidũ & verũ istud secundum fundamentum. Tertio principaliter pro eadem parte moueor bona & multũ æquæ ratione. Nam prælegatum librorum, & expensarum studii factum aliis duobus fratribus, scilicet domino Pandulpho, & magistro Nicolao non venit in ista substitutione fideicommissaria. Quod sic ostenditur. Nam ex quo illud prælegatum antecedit, deinde in testamento dicitur, in omnib. autem aliis suis bonis, & sic per illa verba, in aliis bonis, manifestus est sensus testatoris, quod exceptis superius prælegatis, in aliis omnibus bonis facit institutionẽ vniuersalem, & postea substitutionem. & ita in specie tenet Bar. *in d.l. Marcellus. §. quidam liberis, in penult. quæst.* Sicut ergo prælegatũ librorum, & expensarum studii factum duobus primis filiis nõ venit in substitutione fideicommissaria, ita pariformiter non debet venire aliud prælegatum ducatorum octingẽtorum, factum aliis duobus filiis, attento quod prælegatum secundum testator dicit se facere pro cambio & in compensationem prærogatiuæ iam factæ ipsis domino Pandulpho, & magistro Nicolao; quia sic pater voluit æqualitatem inter filios debere seruari, prout † etiam de iure est seruanda inter filios. *l. vt liberis. & ibi Bal. notat. C. de colla. & idem Bal. in l. 1. in 2. notabi. C. de pactis, cum similibus.* Pro confirmatione accedat trita regula, quia † præcedentia declarant sequentia. *l. si serum plurium. §. fin. ff. de leg. 1.* Item verbum ambiguum positum in vna parte testamenti declaratur per alia, quæ continẽtur in alia parte eiusdem testamenti. *l. qui filiabus, in princip. & ibi notat Bar. ff. de leg. 1.* Sicut in legibus vnũ capitulum legis declarat aliud. *l. vtrum. ff. de peti. hæredi. Bar. in l. 4. §. erit q; differentia ff. vi bo. rap.* Et istud maxime procedit in substitutione fideicommissaria. Nam † in fideicõmissis magis attenditur voluntas testatoris, quam attendẽda sint verba. *l. cum virum. C. de fideicom. l. cum proponebatur, in fi. ff. de leg. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & l. Publius. §. si ff. de condi. & demon.* Quarto principaliter & vltimo pro eadem parte accedat; quia † substitutio fideicommissaria est onus & grauamen. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupil.* Ergo debet restringi. Hinc est, quod substitutio fideicommissaria facta in vna persona non extenditur ad aliam. *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & l. commodissime. ff. de lib. & posthu. notatur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. eod.* Similiter substitutio † fideicommissaria facta in vnum tempus non extenditur ad aliud. *l. si ita quis. & ibi notat Bartolus ff. de vulga. & pupil. Bartol. & alij in l. si mater. §. 1. eo titulo.*

Laus Deo & glorioſiſſimæ virgini.

Ita consulo iuris esse ego Iason de Mayno iuris vtriusq; Doctor, legens ordinariam iuris Cæsarei in florentissima Ticinensi Academia, & in fidem propria manu cum soliti sigilli impressione subscripsi, saluo semper iudicio rectius sentientis.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM IN TERTIO ET QVARTO LIBRO CONSILIORVM D. IASONIS MAYNI contentorum locupletissimus.

In quo prior numerus notam marginis; Posterior vero paginam denotat.

A.

Ablatiui absoluti important conditionem. & nu. 18. 15

Absens præsumitur ignorare banna etiam generalia ciuitatis, nu. 24. pag. 196

Absolutio amplectenda est in criminalibus, vbi res dubia est 29.175

Actio de dote non est confusa per additionem, quando mulier intra annum vel duos annos post mortem mariti secundum formam statuti fieri curauit solemne inuentarium 8.118

Actio de dote competens mulieri vel eius singulari successori extinguitur confusione per additionem hæreditatis mariti: sed contra nu. 6. 1.118

Actio in libello censetur intentata, quæ ex verbis percipi potest 20.410

Actio vtilis pro socio datur inter eos, qui nõ contrahunt societatem ad vberiorẽ quæstum. est tamen inter eos aliqualis societas, & in ea veniunt omnia, quæ venirent in directa actione 16.132

Actio ex testamento competit pro his, quæ in codicillis relicta sunt 12.614

Actio redhibitoria est personalis 23.464

Actio personalis ex permutatione non sequitur fundum 6.460

Actiones suas remittentibus nõ est amplius dandus regressus 16.610

Actor quando non probat clare & concludenter intentionem suam debet succumbere 15.142

Acta post conclusionem in causa, faciunt notorium 11.59

Actus quãdo dicatur contra bonos mores, & de quibus intelligatur 8.594

Actus quando habet debitam formam omni ex parte habilitas præsumitur, num. 2 408

Actus factus contra formam mandati est ipso iure nullus 41.324

Actus duo, quando fiunt vnus post alium immediate, quod vni inest, alii creditur inesse 7.383

Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem 11.555 & 21.385

Actus quando requiritur cum aliqua qualitate non sufficit actus sine qualitate, nec qualitas sine actu 8.20

Actus vbi est mixtus vel cõpositus ex duobus simplicibus debet denominari ab altero ex illis simplicibus, quem principaliter intendit facere ille qui agit actum mixtum 7.284

Actus quando potest expediri sine iudice, si fiat per iudicem & minus solenniter, per hoc non vitiatur actus 12.96

Actus non vitiatur, si id quod interuenire non debet de necessitate minus apte adhibeatur 13.96

Actus pendentia non debet plus operari, quam si casus de præsenti euenisset. vide verbo pendentia actus 25.210

Actus si requirat certam qualitatem, non sufficit actus sine illa qualitate, & idem in substitutione requirente aliquam qualitatem 34.225

Actus inter viuos dicitur, quod habet effectum in vita 4.466

Actus principalis si non valet, nõ etiam valet pœna in eo apposita 12.309

Actus vt valeat, semper fieri debet interpretatio 22.468

Actus dubius non debet censeri vsurarius, & num. seq. 9.131

Actus non vitiatur, quando aliquid non requiritur, si inepte interueniat, num. 27. pag. 323

Actus medius impedit fictionem trahi retro, quia obuiatur coniunctioni extremorum 5.102

Actus nostri voluntarii non extenduntur vltra quam gerantur, nu. 8. & 9. 8

Actus voluntarii non extenduntur vltra quam gerantur 10.16

Actum in dubiis debemus sustinere, vt potius valeat quam pereat 32.265

Actuum ex vicinitate quod vni actui inest, creditur alii inesse 14.132

Actum. Verbum actum & appositum in instrumento sig. rem perfectam, & num. 2. 48.

Actum sustinere debemus in dubiis, nu. 17. 403.

Actui vni quod inest, alii creditur inesse propter contextualitatem 10.407

Aditio vitiatur, si institutus adeat ab intestato 4.454

Aditio hæreditatis per quos actus præsumatur 6.408

Aditio. Per aditionem alicuius nomine factam, bona hæreditaria eius propria fuerunt effecta 19.249

Aditionis causam quis scire debet ad hoc, vt possit succedere 9.455

Aditione solo animo facta acquiritur dominium de iure ciuili tantum 10.455

Adultus habens curatorem, æquiparatur pupillo 14.393

Aduocatus tenetur patrocinium præstare illi, cui primo promisit, si apparet, secundum iniustam causam fouere, aut sumus in dubio: vbi dicit communem & veriorem 2.348

Aduocatus non debet iniustam causam defendere, nec animam alterius subrogandi contra conscientiam illaqueare, nu. 4. 345.

Aduocatus, qui primo vni aduocationem generalem promisit, deinde alii, constituto ab vtroque annuo, si primo patrocinium præstitit, debet secundo prouidere de idonea persona, quæ pro eo postulet. 1.347

Agendi vel petendi modus attẽdi debet. 2.98

Agens interdicto recuperandæ habet necesse probare, quod possideret tempore litis contestatæ, vel eo tempore quo lis debuisset contestari 8.99

Agentium intentionem colligimus ab effectu 14.546

Agentibus mediis restitutoriis non obstat exceptio dominii 3.604

Agere non valenti non currit præscriptio. 15.429

Æqualitas est seruanda inter liberos & descendentes 2.160

Æqualitas de iure seruanda est inter filios. 7.615

Æquum suum auferens de manu ducentis non punitur criminaliter 4.95

Æstimatio debetur, si quis scienter legasset res alienas 6.399

Æstimum. In æstimo prædia descripta sunt affecta & obligata quibuscunque oneribus & collectis. vide verbo prædia, nu. 1. pag. 310

Affectio par esse debet in ascendente erga descendentes 3.161

Agnati transuersales & sic extranei non videntur admittendi ad excludendã filiam vnicam testatoris, & nu. 60. 16.50

Agnati quando videantur iuri suo renunciare in feudis 2.391

Alex. decisio in l. Gallus, §. quidam testamenti, declaratur 19.396

Alimentorum loco succedit legitima 4.389

Alimenta. In alimẽtorum legato facta duobus vno mortuo non habet locum ius accrescendi, quia alimentorum legatum naturaliter est limitatum 11.228

Alienandi prohibitio refert an sit specialis an generalis secundum Bart. & num. 16. 3.126

Alienare prohibitus extra familiam, non potest tacite ab intestato relinquere legitimis hæredib. alias ab intestato successuris, qui non essent ex familia testatoris, & num 15. vbi declaratur 2.116

Alienatio rei ecclesiasticæ, vt valeat, quæ requirantur 3.420

Alienatio necessaria, quæ fit per mortem, non venit in prohibitione alienationis, n. 9.127

Alienatio in filium proprium non censetur inter-

Index rerum, verborum, &c.

interdicta per generalem prohibitionem alienandi extra familiam 6.127
Alienationis prohibitio censetur odiosa, ideo restringenda, nu. 18. 12.359
Alienationis in prohibitione extra familiam non comprehenduntur personæ, quę alias ab intestato fuissent successuræ. 6. 394
Alienationis ex prohibitione quando inducatur fideicommissum 5.394
Alienationis prohibitio intelligitur inter viuos 16.359
Alluuio quid, & quando fit 1.451
Alluuio vt dicatur, incrementum debet esse latens 2.41
Alluuio statum prædiorum immutat, num. 3.451
Alluuione adiectum sicut primus ager possidetur 5.451
Alternatiuæ ad veritatem sufficit alteram partem esse veram 7.466
Alternatiua debet cadere inter æqualia vel parum distantia 26.35
Alueus derelictus quando dicatur 11.452
Aluei mutatio est accessio patens 10.452
Amor nullus vincit paternum vel maternum 32.197
Anima rebus cunctis est præferenda, & nu. 25. 2.148
Animalia sua capta à iudice pro debito licet propria auctoritate auferre, facto reali depositio de summa debita 3. & 4.95
Antiqua dicuntur instrumenta secundum communem opinion. quando lapsum est tempus centum annorum 32.110
Antiquior possessio præferri debet, cũ præsumatur iustior. & posterior præsumatur vitiosa, declara vt nu 5. 4.98
Apocha priuata nullo adminiculo testium, nec comparationis literarum suffulta, nihil probat, tamen si esset antiqua, tunc probaret 11.243
Appellare non licet à sententia senatus marchionalis, sed contra nu 5. 1.85
Appellare licet à quacunque sententia, nisi specialiter sit prohibitum. Regulæ standũ est, donec doceatur de ista exceptione & regulæ iuris sunt tenaciter obseruandæ, nisi in cõtrarium appareat casus specialis, nu. 10. vbi exornatur 9.84
Appellare quando non licet à sententia lata propter excelsam iudicantis dignitatem, semper tamen licet supplicare 23.85
Appellatio deserta habetur pro non interposita & quomodo probetur desertio appellationis 3.83
Appellatio dicitur deserta elapsis tribus mẽsibus statutis à marchionali decreto instantiæ appellationum, & tres illi menses non solum succedunt loco anni, sed etiam loco biennii præfixi à iure communi, & nu. 15. 2.83
Appellationi in dubio deferre debet iudex. 22.85
Appellationem non esse defertam in dubio pronuntiandum est 20. & 21.85
Appellationum tempora limitata à statuto vel decreto non habent locum, quando appellatur ad Principem. vide ver. Tempora appellationum 84
Approbatio non minus fit factis quam verbis 10.275
Aquæ ius quod competit ex consuetudine est fortius quam illud, quod competit ex pactis priuatorum 13.314
Aquæductus. In aquæductibus attenditur longa consuetudo, & numeris sequentibus 12.3 4
Arbitratores etiamsi in compromisso generali esset data plenissima potestas, non possent declarare super aliqua re, de qua non erat contentio, & de qua non est facta specialis commissio, & numero 3. 2. 229
Arbitri potestas à compromisso pendet. 34. 590
Arbitri vel arbitratores tantam potestatem habent, quantam sibi partes tribuunt & non plus, & arbitri non possunt iudicare, nisi de iis tantum, super quibus in eos est compromissum 1.229
Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. 31.590
Arbitrium intelligitur secũdum dignitatem eius, cui conceditur 8.173
Arbitrium commissum alicui in re aliena intelligitur semper commissum cum iustitia & rectitudine quibuscunque verbis committatur 11.20
Argumentum à sufficienti partium enumeratione valet, & nu. 27. 6.131
Argumentum à sufficienti partium enumeratione 1.394
Argumentum de libertate ad piam causam validum 4.153
Argumentum à contrario sensu licitum est sumere etiam in statutis ad correctionẽ iuris communis, quãdo statutum in sensu directo nihil operaretur, & sic redderetur elusorium 12.162
Argumentum ab Etymologia vocabuli negatiue est validum in iure, & habet etiam locum in statutis 2.231
Argumẽtum de rebus ad personas validum est 13.304
Argumentum bonum est de verbis legum ad verba testatorum 5.397
Argumentum à contrario sensu ex natura verborum limitatorum necessarium est, & tunc habet locum in statutis 10.161
Argumentum de legitimatione ad arrogationem valet 11.155
Argumentum à contrario sensu non sumitur, quando resultaret absurdus intellectus 5.399
Argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris communis tunc sumitur, quando lex vel statutum in sensu recto nihil operatur 26.5
Arma quando franguntur in duello, non debent alia dari 3.411
Arrogari potest, qui fecit testamentum. 21. 517
Arrogatus cum sit suus, succedit patri arrogatori ab intestato 12.516
Artes essent fœnices, si de illis soli artifices iudicarent 1.411
Assertio præiudicat asserenti, multo magis, si geminata, imo adhuc pluries repetita sit, & ita præiudicat, sicut si esset iudicialis, & in figura iudicii facta 24.11
Assertioni alicuius dicẽtis se fecisse de commissione regis, non creditur, quãdo Princeps erat absens, & in longinquis partib. nisi fidem faciat de commissione 6.173
Assertioni Comitis Palatini in legitimat. dicentis se eam facere cum plena & plenissima causæ cognitione standum est 20.155
Assertioni factæ in supplicatione standum est contra supplicantem 10.115
Assigno, verbum importat translationẽ dominii, cum præcedat causa dotis, quæ est habilis ad dominii translationem 2.344
Audacia minor præsumitur in fœminis propter sexus infirmitatem 2.389
Auth licet, C. de nat. lib. ampliatur 27.264
Authoris sui titulo vtens debet illo vti cum omnibus qualitatibus suis 15.331

B.

BAldus in l. quidam ambiguo, in vlt. col. C. de iure delib. declaratur 14.512
Bartolus. In Bartoli opinione solet esse substantia veritatis 9.190
Bart. in l. 1. §. sciendum, ff. de suis & legit. declaratur 11.388
Bart. cons. 76. declaratur 21.468
Bart in l. Gallus, §. 1 declaratur 6.362
Bart. in l. stipulatio, hoc modo concepta, de verborum obligation. declaratur, num. 13.594
Bart. in l vt iurisiurandi, §. si liberi, in vlt. colum. ff. de oper. lib. communiter damnatur 13.563
Beneficio scripturæ testamentariæ alicuius vti non possunt in ea non nominati, nu. 18.112
Beneficio scripturæ primi testamenti vti nõ potest, qui non est nominatus in ea, vbi hoc exornatur 11.124
Beneficio ecclesiastico suo sicut potest quis priuari ratione periurii, ita ratione fidei violatæ 8.340
Beneficia principum sunt latissime interpretanda 22.424
Beneficiorum ecclesiasticorum alia sunt curata, alia non curata 28.272
Benemeritus ille dicitur, qui aliquod insigne pro ecclesia fecit 6.420
Bona fides potest causari non solum ex iustis rationibus, sed etiam ex iniustis & temeratiis 20.160
Bona intelliguntur deducto ære alieno, nu. 27.28
Bona mobilia & blada reperta in præpositura & reditibus eiusdem postea exacti, de iure spectant ad successorem in præpositura, nec de eis potest præpositus testari 3.286
Bona prohibita alienari nunquid in donatione generali omnium bonorum præsentium & futurorum comprehendantur 11 10.444
Bona ecclesiæ possunt penitus & ex toto alienari propter remunerationem seruitiorum impensorum ipsi ecclesiæ, num. 14.281
Bona futura nunquam veniunt in conuentione, seu promissione omnium bonorũ simpliciter etiam cum iuramento facta, & non dicitur facta de præsentibus & futuris, nisi expresse dicatur 4.221
Bona dotalia non veniunt in hypotheca generali omnium bonorum mariti, nu. 13. 445
Bonorum suorum administrationem alicui conferre iniquum est 6.216
Bonorum appellatione venit vsusfructus, qui est pars dominii 2.296
Bonorum omnium appellatione in contractibus non veniunt futura, vbi agitur de magno præiudicio 20.27
Breuitas temporis facit, vt præsumatur sententia lata causa non cognita. vide verb. sententia lata 169

C.

CAducitas non causatur per alienationem, quæ non habuit effectum. 37.43
Calumnia rei præsumpta non remouet ordinem procedendi à iure datum, num. 9. 169
Cancellariæ regulæ non ligant Cardinales 12.423

Cano-

Canones quando dant concilio auctoritatem ſupra Papam 9.351
Canonici quando non veniant ſub clauſula clericarum 4.576
Capit. quanquam, de vſu in 6. quando non habeat locum, & ibi quod eſt odioſum & reſtringi debet, & vide nu. 26. 16.293
C. poſt. miſerabilem de vſuris & cap. cum in tuas declaratio 27.548
Capitula duo, vel duo ſtatuta contraria, quando reperiuntur, & vtrunque eſt ſpeciale, attenditur illud, quod eſt magis fauorabile, & in quo reperitur euidentior vtilitas & benignior interpretatio 8.71
Capti in bello ſecundum generalem Italiæ conſuetudinem non efficiuntur ſerui capientium 18.169
Captura facta ante legitimam liquidationē crediti eſt ipſo iure nulla 17.96
Carcer eſt inuentus ad continendos homines, & non ad macerandos & puniendos 21.97
Carceratio facta p debito pecuniario paruo nō facta excuſſione bonorum eſt ipſo iure nulla 16.96
Carceratus ſi non cum diligentia, ſed cum magna negligentia cuſtodiatur, arguitur lata culpa & dolus, &c. numero quinto. 4.116
Carceratus qui aufugit de carceribus, præſumitur aufugiſſe culpa cuſtodis, num. 3. 116.
Carceratum non iuſte eximens non punitur 18.97
Cardinali aſſerenti Papam ſibi commiſiſſe viuæ vocis oraculo non creditur, niſi talem commiſſionem probet vel oſtendat. 6.173
Cardinales cenſentur pars corporis Papæ. 9.422
Cardinales ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi Papam 5.350
Cardinales nunquam includuntur in generalibus diſpoſitionibus 5.366
Cardinales & clerici an & quando prohibētur ſuccedere in feudis 1.421
Cardinales quando conuocant concilium generale 7.350
Caſus omiſſus à ſtatuto debet relinqui diſpoſitioni iuris communis: & ſi ſtatuto caueatur, quod filia dotata à patre non ſuccedat, ſi contingat quod aliquis decedat relicta poſthuma, quādo dotare non potuit, fratres eam dotando non excludunt 8.161
Caſus omiſſus à teſtatore relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & in caſu omiſſo non præſumitur adeſſe etiam tacita voluntas teſtatoris 30.251
Caſus omiſſus debet relinqui diſpoſitioni iuris communis 1.283
Caſus mixtus non continetur ſub ſimplicibus in contractibus, qui ſunt ſtricti iuris. 2.283
Caſus à ſtatuto non dicitur omiſſus, quamuis nō ſit ſpecialiter in ſtatuto expreſſus, vel in individuo, modo ſit generaliter vel vniuerſaliter expreſſus 13.202
Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris communis. 9. 124
Caſus, qui occurrit præter ordinationem teſtatoris, non comprehenditur ſub eius diſpoſitione 14.467
Caſus omiſſus à ſtatuto debet remanere in diſpoſitione iuris communis, & nu. ſeq. 22.203
Caſus omiſſus in reformatione ſtatuti Florent. remanet in diſpoſitione iuris communis vel ſtatuti, & nu. ſeqq. 21.196
Caſus voluntatis quando non comprehendat caſum impotentiæ 3.443
Cauſa, quæ ſemel extitit in curia Romana, nunquam exibit de curia. 4. 1.365
Cauſa, quæ prodeſt, quando eſt potentior, ita vt offuſcet, & perimat illam, quæ nocet, tunc inſpicimus id quod prodeſt. 11. 284.
Cauſa falſa adiecta legato non vitiat legatum, ſecus eſt in conditione falſa, num. 54.56
Cauſa finali ceſſante ceſſare debet diſpoſitio 27.225
Cauſa poſſeſſorii dicitur parua & modica, & num. 31. 1.302
Cauſa ceſſante, debet etiam ceſſare effectus inſtrumenti 9.344
Cauſa vbi ſemel deducta eſt in ſenatū, nullus ordinarius poteſt amplius ſe intromittere, & nu. 11. vbi decl. 10.96
Cauſa teſtati licet præferatur cauſæ inteſtati, tamen ex præſumpta voluntate teſtatoris veniens ab inteſtato, excludit cauſam teſtati 15.190
Cauſa quælibet ſaltem colorata licet iniuſta excuſat à mulcta & à pœna, imo etiam cauſa iniuſta & temeraria excuſat à dolo, & fortius, credulitas etiam fatua, ſicut & temeritas, excuſat 21.174
Cauſa quælibet etiam prohibita excuſat à pœna, quinimo quælibet cauſa etiam iniuſta & temeraria excuſat à dolo & à pœna doli: imo omnis credulitas quamuis fatua excuſat à pœna doli 19.159
Cauſa ceſſante ceſſat effectus, quādo actus non eſt perfectus 10.344
Cauſa proxima & immediata debet magis attendi, quam remota 33.459
Cauſa quælibet etiam iniuſta & temeraria, excuſat à dolo, & ſic à delicto 8.320
Cauſa iuſta præſumitur in Principe, & eius voluntas habetur pro iuſta cauſa, & ſufficit quæcunque occaſio 11.146
Cauſa non cognita factum cenſetur, quod ſubito fit, & quod nimis eſt feſtinatum, non cenſetur bene ponderatum, num. 13. 169.
Cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat diſpoſitio nec effectus 24.233
Cauſa iuſta legitimandi in patre quæ 20.457
Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo 7.135
Cauſa ampliat vel reſtringit reſeruationem vel exceptionem 15.515
Cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati, tamen ex præſumpta mente teſtatoris veniens ab inteſtato excludit cauſam teſtati, & nu. 43. 4.247
Cauſa ſemel in curia Romana agitata, eam non exibit, niſi Papa deleget vel remittat cauſam ad ordinarium 12.00
Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo & à pœna delicti, imo omnis credulitas licet fatua excuſat à pœna doli, & etiam propter temeritatem excuſatur à dolo 14.96
Cauſa quælibet etiam iniuſta & temeraria excuſat à dolo 17.238. & 36.136
Cauſam præbens fugæ debitoris carcerati, tenetur debitum principale ſoluere creditori ſimul cum omni intereſſe 2.116
Cauſæ duæ vbi cōcurrunt, quarum vna nocet, altera prodeſt, attenditur cauſa, quæ nocet. Intellige vt ibi not. 11.294
Cauſæ duæ vbi concurrunt, quarum altera eſt potentior, illa eſt præponenda minus potenti 10.284
Certa & determinata non egent determinatione, ſed indeterminata 36.29
Certitudinem omittere, quærere indicia & coniecturas eſt infirmitas intellectus, n. 13.33
Ceſſio vel renunciatio facta per verba generalia & geminata non extenditur ad conuentionem 18.610
Ceſſionarius quando poſſit agere 14.407
Ceſſionario per ceſſionem competit vtilis actio 6.406
Citatio ad locum manifeſte non tutum eſt ipſo iure nulla etiam abſque partis exceptione, & nu. ſeqq. 35.323
Citatio per edicta fit contra incertos vel cōtra quæſitum & non inuentum in loco, vbi citari valeat 37.323
Citatio non probatur per verba illa generalia poſita in inſtrumento *citatis citandis*. 7.256
Citatio quæ non apparet in actis præſumitur non eſſe facta: cum ſit ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur niſi probetur, & hoc procedit etiam in eo, qui citari debuit, quamuis in inſtrumento dicatur, *citatis citandis* 6.256
Citatio vel cōſenſus filiorum legitimorum & naturalium eſt neceſſaria, quando pater in vita procurat legitimari filios ſuos ſpurios, quia inuitis legitimis & naturalibus fieri non poteſt legitimatio, & num. 41. vbi contrarium aſſeritur, & nu. 42. & ſeq. vbi declaratur 4.260
Citatio etiam in notoriis requiritur. Intelligas nu. ſeq. 31.323
Citatio de neceſſitate non requiritur in facto notorio, quando nulla poteſt defenſio competere: alias ſecus 32.323
Citatio per edicta nihil valet, quando quis nunquam fuit perſonaliter citatus, qui non procurauit quoquo modo, ne poſſet citari 33.323
Citatio ſubſtituti non requiritur, quando pater facit legitimari filium ſuum in vita ſua 13.155
Ciuis nouus propter ignorantiam excuſatur, & ei parcitur 27.197
Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere etiam cum literis ſalui conductus, nec quādo citatus habet per territoria inimicorum tranſire, vel alitet poſſet in manus inimicorum incidere, & aliis ſimilibus caſibus, vt ibi & nu. ſeqq. 36.324
Citatus ad locum non tutum non tenetur mittere procuratorem, ſi cauſa eſt ardua. 37.324
Clarum. In claris non eſt locus coniecturis, nu. 36.20
Clara vbi ſunt verba teſtamenti, interpretatio nuſquam tātum debet valere, vt melior claro ſenſu exiſtat, & in eis non admittitur quæſtio voluntatis, & nu. ſeq. vbi exornatur 10.195
Clauſula codicillaris, vel æquipollens appoſita in teſtamento inualido ratione voluntatis teſtatoris imperfectę nihil valet, & nihil operatur 34.53
Clauſula, non obſtantibus quibuſcunque legibus, cum clauſula etiam ſi de iis deberet fieri ſpecialis mentio, idem important ac ſi in ſpecie ac ſingulariter derogaretur legibus vel iuribus obſtantibus, & nu. 13. 9.68
Clauſula, *ſupplentes omnes & ſingulos defectus* appoſita in confirmatione apoſtolica, ſolum operatur quoad defectus iuris

non autem ſupplet alios defectus præiudiciales 7.92
Clauſula nulla teſtamenti valet, niſi confirmetur per additionem hæreditatis, num. 2.592
Clauſula ſequens, quando non referatur ad præcedentem 11.363
Clauſula, etiamſi talia ponat, quæ de iure neceſſario forent exprimenda, nihil operatur in actibus priuatorum, num. 26. pagin. 611
Clauſula. ex clauſula vna ſeparata & perfecta non poteſt inferri ad aliam clauſulam habentem ſuam determinationem diuerſam & concluſam, & numero 19. 3. 164
Clauſula imo nec vllum minimum verbum debet eſſe in conuentione ſine virtute aliquid operandi 14.222
Clauſula. Per clauſulam illam, quod plus petere non poſſit, non intelliguntur adempta difformiter relicta, & diuerſis caſibus, ac diuerſis temporibus, & num. 20. 4.164
Clauſula in fine vel in medio poſita debet referri ad omnia præcedentia, ſi non ſubeſt ratio, quare magis ad vnum quam ad aliud referatur, & procedit etiam in materia odioſa & ſtricte interpretanda, nu. 13.165
Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quam ſequens ad determinationem præcedentium 23.34
Clauſula in confirmatione diſpoſitionis appoſita in executiuis ampliat, nec immutat principalem diſpoſitionem, nec eam habet alterare, vbi ait hoc fortius procedere in clauſulis, quæ apponuntur ex ſtylo notariorum 24.34
Clauſula vna declarat aliam 10.26
Clauſula quando habet propriam & ſpecialem determinationem, alia clauſula in fine, vel in principio appoſita non refertur ad illam, nec illa ad alias refertur, nu. 14.150
Clerici percipientes fructus beneficiorum ſuorum tenent medium inter vſuratium & vſufructuarium 5.286
Clauſula generalis non debet comprehendere delicta 3.576
Clauſula ſpecialis & diſcretiua non refertur ad omnia præcedentia 7.194
Clauſula, etiamſi talia forent, &c. quid operetur 2.576
Clauſula. Per clauſulam (*non obſtantibus ſtatutis*) non intelligitur derogatum legi, & ſic iuri communi 11.311
Clauſula, ſponte & ex certa ſcientia, an præiudicet & impediat ſoluti repetitionem. 11.568
Clauſula generalis quibuſcunque verbis in alia diſpoſitione nunquam porrigitur ad ea, de quibus alias eſt ſpecialiter prouiſum 4.597
Clauſula præcedens, quando habet propriã & ſpecialem determinationem clauſula vltimo poſita non refertur ad illam. Sed contra nu. 15. vbi ampliat etiam in materia odioſa, vt nu. ſeqq. 6.194
Clauſula generalis ſingula comprehẽſa ſub ea comprehendit, ac ſi eſſet ſpecificata. 4.435
Clauſula motus proprij ampliat gratiam. 2. Intell. vt nu. 12. 2.429
Clauſula derogatoria quando derogat ſpeciali præcedenti 1.432
Clauſula executiua non poteſt principalem diſpoſitionem immutare, num. 23. pagina 372.
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quando non ſubeſt ratio, quare magis ad vnum quam ad aliud referatur, & procedit etiamſi materia ſit odioſa 2.178
Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quam ſequens ad determinationem præcedentium, & num. ſequentib. & num. 15. 71. 5. pag 370
Clauſula omni meliori via modo iure & forma æquipollet clauſulæ codicillari. 11. & 58. 50
Clauſula, ſi de illis & eorum totis tenoribus &c. 16.403
Clauſula, & quibuſuis aliis conſtitutionibus & donationibus Apoſtolicis, nec nõ legibus imperialibus & ſtatutis municipalibus qualitercunque roboratis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, ſufficit ad derogationem legum & canonum cõtrarium vel aliter diſponentium, & nu. 38. 18.263
Clauſula codicillaris operatur, vt teſtamentum ſuſtineatur iure codicillorum, ſi quinque teſtes adſint. Intel. vt ibi & n. 23. 5.74
Clauſula vnius inſtrumenti poteſt declarari per aliam alterius inſtrumenti facti inter eaſdem perſonas & de eadem re, nu. 11.314
Clauſula, *ius & iuſtitiam miniſtrari operatur*, vt libellus ſuſtineatur ex cauſa apta, licet ſuper inepta ſit concluſum 45.14
Clauſula vna declaratur per aliam, & nu. 4. 27.3.148
Clauſula decreti annullatiua reddit actum aliter factum ipſo iure nullum, nu. 3. pagin. 613
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ſi non ſubeſt ratio, quare magis ad vnum quam ad aliud referatur, & num. 17. & cum duob. ſeqq. vbi declaratur 1.313
Clauſula imo nec etiam minimum verbum debet eſſe ſine virtute aliquid operandi in contractibus 13.337
Clauſula, *ſupplentes, &c.* non ſupplet naturales defectus 9.376
Clauſula vna teſtamenti declarat aliam, nu. 21.390
Clauſula, *rato manente pacto*, appoſita in contractu operatur, vt peti poſſit res cõuenta & pœna. 3.181
Clauſula nulla debet eſſe poſſita abſq; virtute operandi 30.417
Clauſulæ codicillaris effectus qui 19.385
Clauſulæ appoſitæ in executiuis non ampliant nec alterant principalem diſpoſitionem, ſed eam declarant, & num. 4. ſed vide nu. 26. & ſeqq. 3.207
Clauſulæ appoſitæ in verbis executiuis non alterant nec immutant principalem diſpoſitionem 28.224
Clauſulæ geminatæ multum operantur, & enixam voluntatem teſtatoris oſtẽdunt, & maxime, quando adſunt verba multum vniuerſalia 22.263
Clem. prima de reb. eccleſ. non alien. quando non procedat, & nu 25. 21.280
Clericus etiam in ſacris conſtitutus poteſt inſtrumentum conficere 25.589
Clericus effectus non perdit feudum, ſi paratus eſt ſeruire per ſubſtitutum 14.423
Clericus non poteſt teſtari de bonis mobilibus ac fructibus, quos habet tempore mortis, ſed reſeruantur ſucceſſori in beneficio. vide verbo præpoſitus, & verbo bona mobilia 4.286
Clericus beneficium habens non facit fructus ſuos, niſi quo ad fidelem diſpenſationem, & cõtrarium aſſerere hæreticum eſt 7.286
Clericus habens vel non habens adminiſtrationem prohibetur indiſtincte de fructibus perceptis & reconditis teſtari, ſed eccleſia vel eius ſucceſſor ſemper admittuntur, quia clerici in beneficiis ſuis ſemper æquiparantur vſuariis & non vſufructuariis, nec faciunt fructus ſuos, qui ſuperſunt deductis expenſis, & num. 7. ex magis communi opinione, num. 6. pag. 286
Clericus quod ſit vaſallus etiam laici à iure permiſſum 17.424
Codicilli. Per codicillos factos poſt teſtamentum non cenſetur receſſum à diſpoſitis in teſtamento, niſi quantitas expreſſum eſt, & nu. 4. & 5. 3.90
Codicillis nihil directo diſponi poteſt, nu. 21.371
Cogitari poteſt de aliquo generaliter licet non ſpecialiter 15.403
Collecta imponitur pro neceſſitate vniuerſitatis, & ad tales collectas arctatur quilibet de vniuerſitate etiam inuiti & reluctantes, ſed in adminiſtratione rerum propriarum vniuerſitatis, vt quod ſoluatur penſio pro vſu paſcuorum vel aquarum non requiritur aliqua neceſſitas, & nu. 12. 11. 275
Collectæ imponũtur etiam forenſibus poſſidentibus prædia in territorio ex generali conſuetudine Italiæ 8.311
Comes palatinus tantam poteſtatem habet in legitimando, quantam ei Imperator conceſſit 14.455
Comes palatinus quando poteſt legitimare ſpurium ſtantibus fillis legitimis, num. 3. pag. 401
Comes Palatinus creatus ab Imperatore nõ poteſt legitimare in ducatu Mediolani, quamuis infeudato ab ipſo Imperatore ſine conſenſu ducis Mediolani 15.271
Comes Palatinus, ſi aſſerat ſe cum plena & pleniſſima cauſę cognitione legitimationem feciſſe: ſtandum eſt eius aſſertioni, num. 20. 155
Comes Palatinus creatus à Papa inter cætera habens poteſtatem legitimandi, & legitimatos reſtituendi ad honores & dignitates, poterit etiam legitimare ad feuda, dictante priuilegio, non obſtãte quacunque lege. Sed contra, nu. 28. 17.271
Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi ex priuilegio imperiali, poteſt legitimare in toto Romano imperio, & ſic in toto dominio Venetorum. Sed contra nu. 4. & ſeqq. & max. nu. 26. 1.270
Comes non poteſt legitimare de plenitudine poteſtatis 15.455
Comes Palatinus poteſt legitimare ſpurios etiam poſt aditam hæreditatem per conſanguineos. quando pater præordinaſſet, quod tales filii legitimarentur, ſecus quando nihil diſpoſuiſſet pro filiis in teſtamento, quia tunc in præiudicium eorum, quibus ius iam eſt quæſitum non poſſet Comes legitimare illis irrequiſitis, imo requiritur eorum conſenſus, nu. 2.102
Commodum qui ſentit, debet & damnum ſentire ſecundum regulam naturæ, num. 20.132

Communis vſus loquendi in quacunque materia ſemper præfertur proprio ſignificatui verborum, ſiue illud eliciatur ex definitione, ſiue ex etymologia, ſiue iuris auctoritate, & communis vſus loquendi ſemper attendi debet in omni materia etiam odioſa & pœnali 8.186
Communitas non poteſt concedere immunitatem perpetuam ſuo ciui 4.375
Communitas non tenetur ex delicto, niſi communicato conſilio & precedente deliberatione 1. intellige vt nu. 2. 8 510.
Communitas an & quando poſſit renunciare priuilegio, ſeu conſuetudini propter ſe introductæ 2.511
Communitas debet eſſe legitime congregata ad hoc vt illi aliquid imputetur. 6. 582.
Communitas quando teneatur ad emendationem damni 4.510
Compromiſſum facere non poteſt, qui non poteſt libere alienare 28.589
Compromiſſum ſine conſenſu directi domini de re feudali fieri non poteſt, num. 27.589
Compromiſſum facere tenetur affinis vel cõſanguineus ex forma ſtatuti ſic diſponentis altero affine vel conſanguineo petente 1 287
Compromiſſum patris in feudo antiquo nõ præiudicat filiis 38 591
Compromiſſum dicitur, quando non eſt inter duos vel plures ſimul promiſſum de ſtando arbitrio alicuius & numer. 26. 1. 238.
Conatus non debet puniri in criminalibus, quando non eſt ſecutus effectus & leges punientes ſolum conatus ſunt hodie per conſuetudinem correctæ 9.582
Concedentis motus proprius non firmat reſcriptum, quam ius alterius, num. 2. 401
Conceſſio ſecundo loco facta vni de caſtro, cum eſſet iam primo facta alteri, eſt nulla tanquam obreptitia 9.347
Conceſſio redituum cuiuſdam membri Abbatię ad vitam commendatarii facta non dicitur perpetua conceſſio vel alienatio, ſed temporalis, & num. ſequentibus. 20. 281.
Conceſſio aquæ pro irrigando ſeu adaquãdo prata & terrenum ſuper territorio Roſaſchi tantum & aliis eorum propriis terrenis vicinis & annexis proprio territorio Roſaſchi quomomodo intelligitur. nu. 5. 4.313
Cõceſſio facta à prælato alicuius partis bonorum alicui ad vitam ob benemerita, dicitur magna, quando excederet duas partes reddituum epiſcopalium, vel relinquitur iudicis arbitrio 29.282
Conceſſio feudi debet interpretari ſecundum qualitatem perſonarum concedentium 7.422
Conceſſio vel donatio facta à rege, quæ nõ tendit in magnam diminutionem iuriſdictionis regalis, præiudicat ſucceſſori in regno 8.63
Conceſſio ſimplex & ambigua debet intelligi in ſupplicationem & petitionem. 2. & 6.606
Conceſſio temporalis rei eccleſiaſticæ facta per prælatum alicui ad vitam illius, valet ſine ſolennitatibus alias requiſitis in alienatione perpetua 22.281
Conceſſum à Principe vel Imperatore attẽditur, non autem illud, quod à parte narratur aut poſtulatur, & nu 19. 1.242
Concilium generale non habet auctoritatem contra Papam 4 350
Concilium eſt iudex competens, quando agitur de crimine Papæ 15.352
Concilium generale non debet congregari, niſi pro arduis 22 355
Concilium generale non poteſt Papam iudicare 36.355
Concilium generale, ex quibus cauſis conuocandum 16.352
Concilium vniuerſale congregare ſpectat ad ſolum Papam 1.350
Concilii generalis in congregatione minor pars eorum, qui debent intereſſe, poteſt citare maiorem, data eorum contumacia 14.352
Concilia generalia non ſunt ſupra Papam. 3.365
Condictio indebiti quando tollatur, nu. 12. 569.
Conditio pœnalis habetur pro non adiecta, quando illud quod non valet, nec poteſt fieri per teſtatorẽ via diſpoſitionis apponitur per viam conditionis pœnalis. vide verbo pœna priuationis 6.308
Conditio adiecta in inſtitutione intelligitur repetita in legato poſtea facto, ſecus ſi legatum præcedat 6.71
Conditio, *ſi deceſſeris ſine hærede tui corporis*, adiecta in datione fundi, ſi tu decedas cum hærede tui corporis, & hæres tuus abſque hærede, dicitur defeciſſe & extincta 25.250
Conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit*, deficit vno filio relicto 23.250
Conditio. In conditione poſita non cenſentur eſſe in diſpoſitione 130
Conditio implenda poſt emolumentum acquiſitum dicitur modalis, & non conditionalis 20.100
Conditio appoſita per ſtatutum importat cauſam finalem, & ideo nunquam dicitur continere leuem ſolennitatem, imo oportet, vt conditio exiſtat, & formaliter impleatur 9 161
Conditio appoſita in contractu, quando deficit, perinde eſt ac ſi nunquam ille cõtractus fuiſſet celebratus 1.179
Contractus conditionalis conditione deficiente perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet celebratus. vide verbo conditio appoſita. 1.179
Conditio cohabitandi cum matre appoſita in perſona filiarum intelligitur vſquequo fuerint matrimonio copulatæ 14.297
Conditio denotat cauſam finalem, & conditio debet impleri in forma ſpecifica, & debet conſtare ex omnibus ſuis partibus cum formam importet 25.204
Conditio voluntatis debet præciſe impleri in forma ſpecifica 8.466
Conditio negatiua non poteſt impleri, niſi vltimo vitæ ſpiritu 13.409
Conditio impleri debet in forma ſpecifica. 2.179
Conditio annexa ad diſpoſitionis effectum tranſit ad hæredem 13.414
Conditio denotat cauſam finalem 6.413
Condictio ſine cauſa quando locum habeat 5.460
Conditionem ſubſtitutionis ſufficit ſemel impletam fuiſſe, quamuis impleta non duret 14.186
Cõditionem ſufficit ſemel fuiſſe impletam, quamuis poſtea non duret implementum, & num. ſeqq. & maxime num. 26. & 27.250
Conditiones appoſitæ in legato inter plures perſonas non cenſentur repetitæ in illis perſonis, quibus non conueniunt: quod declaratur vt ibi 13.297
Conductio licet cenſeatur renouata cum eiſdem qualitatibus, quando conductor poſt tempus conductionis exactum in ea perſeuerat, non tamen intelligitur renouata ſub iiſdem temporibus, nec cum virtute & executione formæ cameræ, vt nu. 12. 11.182
Conductor in conductione perſeuerãs poſt lapſum tempus conductionis cenſetur reconduxiſſe ſub eiſdem qualitatibus. Intellige vt nu. 9. & ſeqq. 8.182
Conductores primi aquarum non poſſunt expelli à locatore, nec etiam à ſecundis conductoribus, qui non habent ius in re. 2.170
Confeſſio iurata facta in inſtrumento non prodeſt iis, qui in inſtrumento non ſunt nominati 8.141
Confeſſio abſente parte facta ei non prodeſt 10 141
Confeſſio facta etiam per verba enunciatiua, ſi ſit iurata, inducit plenam probationem. Sed contra num. 4. & ...& ſequent. 1.140
Confeſſio iurata ſicut non præiudicat, ſi in ea contineretur aliquid quod eſſet in damnum & præiudicium, ita non debet prodeſſe 6.141
Confeſſio acceptata à parte, non poteſt amplius reuocari 12.99
Confeſſio ſe referens ad quoddam inſtrumentum nullum, non per hoc redditur nulla 24 331
Confeſſio partis reſultãs ex reſponſione facta poſitionibus non poteſt reuocari poſt acceptationem à parte factam 13.9
Confeſſio facta etiam in abſentia partis plene probat, quando adeſt iuramentum, quod ſupplet abſentiam partis, & num. 9. vbi contra 3.141
Confeſſio erronea in 1. ſupplicatione poteſt reuocari in 2. quando is, qui confeſſus eſt tractat de damno euitando, probando rem aliter ſe habere. Intell. vt nu. 11. & aliis ſeqq. 10.99
Confeſſio ex cauſa dotis facta conſtãte matrimonio cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis non tenet, cum ſit facta inter perſonas prohibitas donare conſtante matrimonio 1.129
Confeſſione facta per aliquem in teſtamento, quod extorſit vſuras à Titio, Titius viuo teſtatore non poteſt petere hoc teſtamentum à tabellione, nec illa confeſſio prodeſt Titio viuente adhuc teſtatore 33.240
Confirmatio Põtificis cum clauſula ex certa ſcientia nunquam operatur, niſi quando Pontifex fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat tertio ex tali confirmatione. 20.72
Confirmatio generalis nunquam porrigitur ad caſſata, & annullata 1.597
Confirmatio Pontificis etiam facta cum clauſula ex certa ſcientia, nunquam operatur effectum, niſi quãdo Papa fuit certificatus de damno, quod inferebat alteri ex confirmatione 10.92
Confirmatio cenſetur facta ex certa ſcientia Pontificis, quando tenor tranſactionis confirmatæ inſeritur in reſcripto Papæ confirmatorio 13 92
Confirmatio Papæ non extenditur, niſi ad iuſta, & non cenſetur confirmare, niſi illa capitula, quæ ſunt iuſta, non autem

quæ tendunt ad iniuriã vel præiudicium tertii 21.72
Confirmatio Papæ debet intelligi fuisse facta in casu alias habili, & ad illum casum habilem referenda est, num. 22. 72.
Confirmationis natura est addere robur confirmato, non autem ipsum extendere 23.72
Confiscatio. Ex confiscatione ius acquisitum debet quis habere cum omnib. suis oneribus & obligationibus, numero 16. 331.
Confiscatio quando fit ipso iure, tunc mors non extinguit pronunciatum, nec impedit pronunciandum, numero 2. pagina 172.
Confiscationis bonorum pœnam non potest imponere, nisi superior, illustris, vel superillustris, puta Rex vel Princeps, vel nisi sit in summo gradu post Principem, ita vt alium magistratum superiorem nõ habeat, vel nisi à Principe ei concedatur. 5.172
Confiscationis bonorum pœna sublata est hodie per auth. bona damnatorum, Co. de bonis proscriptor. numero 7. pagina 173.
Confœderatio pro se & suis defendendis est licita & permissa, & iure naturali & gentium introducta ad vim propulsandam, quicquid sit aliter in conuentionibus & coniurationibus ad malum, & num. sequent. 2.320
Cogitatio in genere sufficit quandoque. 21. 263.
Coniecturæ solæ voluntatis testatoris non sufficerent ad inducendum fideicommissum, seu fideicommissariam substitutionem 6.189
Coniecturis non est locus in claris, num. 1. 31.
Coniecturis non est locus in claris, vbi regula exornatur 36.29
Coniecturis non est locus in claris, & omittere certitudinem, & quærere indicia est infirmitas intellectus, num. 2. 15.
Coniunctus præsumitur scire factum coniuncti, quoad iura sanguinis, num. 2. 557.
Coniunctus quod præsumatur scire facta coniuncti, quomodo procedat, num. 7.568
Coniunctus absens præsumitur ignorare factum à condicto, etiam de quo ibi erat publica fama 6.568
Coniurationes quæ fiunt ad bonum licitæ sunt & permissæ. vide verbo confœderatio 2 320
Consensus partium nihil potest operari, quando adest clausula decreti annullatiua 9.317
Consensus expressus debet interuenire in re graui & onerosa 13.393
Consequendum facilius impeditur, quam consequutum 8.387
Consequitur quis per socium, quod per seipsum consequi non posset, num. 11. 409.
Consilium repræsentat totum populum, & consilium ciuitatis illud idem potest quod totus populus, & illud quod consilium facit pulsata campana omnes de populo facere videntur, numero 2. 274.
Consilium potest ordinare super iis, quæ sunt communitatis, & sunt communia pluribus, vt vniuersis, nec requiritur in iis maior pars capitum domorum, nu. 4.274
Consiliarii possunt statuere, quæ sibi opportuna videntur super rebus propriis. 5.274
Consiliariorum ordinatio facta per eos generaliter seu vniuersaliter debet valida censeri. Vide verbo ordinatio, num. 1. 274.
Constituens se principaliter debitorem, si expresse fit nouatio, non censetur fideiussor: alias secus num. 3. quod limitatur vt nu. 4. 216
Constitutio Frederici sub bulla Papali facit ius commune per vniuersum orbem, nu. 10. 389
Constitutum appositum in instrumẽto dotali vxoris collatum post mortem constituentis non operatur translationem possessionis 12.317
Constitutum. Per constitutum transfertur dominium & vera possessio, perinde ac si vere tradidisset, quamuis actus sit fictus, & numero 41. & sequenti, num. 34. 36.
Constitutum collatum post mortem nihil operatur tanquam collatum in tempus, quo possessio defuncti est extincta, nu. 42. 37
Consuetudo patriæ excusat, vt quis non dicatur vsurarius, numero 14. pagina 293.
Consuetudo & præscriptio proprios facti terminos non excedunt, numer. 14. 304.
Contractus omnes, qui fiunt cum Principe, sunt bonæ fidei 16.463
Contractus quando est vltro citroque obligatorius, semper est locus iuri accrescendi 26 425
Contractus factus per rectorem antecessorem, transit ad successores non solum quoad eius substantiam, sed etiam cum qualitatibus eius, num. 21. 93. & 94.
Contractus. In contractu nominato non est locus pœnitentiæ nec reuocationi, num. 1.346
Contractus transactionis loquens de iis, qui sunt malgarii, vel fictabiles per se, non comprehendit casum, quando est malgarius, & fictabilis simul, quasi sit casus omissus 1.283
Contractus resolutio censetur eiusdem naturæ, cuius est ipse contractus, num. 4. 460.
Contractus initio sunt voluntatis, sed ex post facto sunt necessitatis, & hæc regula nunquam fallit 3.170
Contractus innominati possunt fieri sub conditione 4.179
Contractus si non sit obseruatus etiam in minimo capitulo obstat agenti exceptio in principali 2.157
Contractus principis & eius obligatio ligat successorem in dignitate, ita vt teneatur ad eius obseruantiam, amplia vt num. 10. 7.63
Contractu alterius, cui ius acquiritur, debet acceptare cum omnibus pactis & clausulis in eo appositis, numero 15. pagina 407.
Contractus qui participat magis de societate quam de mutuo vel deposito, vel de quolibet alio contractu, debet iudicari contractus societatis, numero 13. pag. 132.
Contractus species cognoscitur non ex verbis, sed ex natura rei, num. 28. pagina 133.
Contractus Principis sicut ligat eius successorem, ita successor tenetur etiam stare gestis per eum in iudicio, nu. 10. pag. 64.
Contractus initi inter partes debent iudicari secundum dispositionem iuris cõmunis 5 170
Contractus. In contractu innominato requiritur perfectum implementum, nec sufficit oblatio, & non interueniente implemento licita est pœnitentia, num. 8. pag. 180
Contractus probatur vsurarius præsumptionibus & argumentis, num. 10. pag. 516.
Contractus inter viuos celebratus nocturno tempore sine luminibus est nullus. nu. 2. pag. 191.
Contractus celebratus cum Principe habet vim legis 21.463
Contractus debet acceptari cum omnibus pactis & clausulis in eo appositis, num. 16. pag. 331.
Contractus. In contractu innominato, si sit impletus ab vtraque parte, non est locus pœnitentiæ, numero 8. pagina 346.
Contractus etiam nullus iuramento validatur 11.560
Contractus. In contractibus attenditur sola conclusio, & sola conclusio dicitur perfectio contractus, & idem est in testamento 26.51
Contractus. In contractibus magis sensus quam verba spectandus, & hoc verum est, quando constat de sensu, vt ibi, nu. 4. pag. 313.
Contractus omnis, per quem fit alienatio, venit appellatione alienationis, num. 14. pag. 331.
Contractus non sunt subiecti potestati Imperatoris vel Pontificis: imo ex eis efficaciter obligantur, numero 23. pagina 322.
Contractus iuris gentium non sunt positi sub potestate Imperatoris vel Principis, & ideo non possunt per eos tolli etiam de plenitudine potestatis. vide verbo Imperator & verbo Princeps, num. 5. pagina 214
Contractus factus à minore viginti quinque annis habente curatricem, sine eius consensu & auctoritate est ipso iure nullus, nec opus est aliqua restitutione in integrum: & ibi ponitur ratio, nu. 5. pag. 218.
Contractus. In contractu innominato adhuc re integra potest repetere rem traditam tanquam propriam, num. 13. pagina 345.
Contractus innominatus factus sub conditione ante impletam conditionem non est contractus innominatus, nec proprie, nec improprie, numero 5. pagina 179.
Contractus an censeatur vsurarius propter pacta de retrouendendo post certum tempus, & non ante numero 1. pagin. 544
Contractus arguitur vsurarius ex modicitate pretii & pacto de retrouendendo. 3. 544.

Con-

Contractus qualitas præſumitur ex qualitate pretii 7.545
Contractus, qui frequentantur in regione non debent cenſeri vſurarii, numer. 16.547
Contractus dubius non debet cenſeri vſurarius 17.547
Contractum pro parte ſua, qui prius non adimpleuit, non poteſt ſuper tali contractu ſe fundare, & ſufficit vel in minimo capitulo contraueniſſe, vt non teneatur pars contractum obſeruare pro ſua parte, numero 12. pagina 345
Contractibus in omnibus, vt poſſit in effectu agi, quid requiratur, numer. 13. 407
Contrahentium verba debent intelligi cum effectu, ita vt effectus duret, numero 30. 332
Contrahentibus licitum eſt ſe inuicem in precio decipere, numero 13. pagina 545
Contrarietas, & repugnantia vitiant libellum etiam in ſummariis, & numero quadrageſimo tertio, 16. pagina 9.
Contrarietas, quoad fieri poteſt eſt ſubmouenda 44 38
Contrariorum vno poſito aliud cenſetur remotum, numero 19. pagina 203
Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina, vnum & idem ſtatutum, & non ſolum eadem eſt diſciplina, ſed etiam eadem eſt potentia, numero 5. pagina 3
Contutor datus in fine teſtamenti cenſetur contutor datus omnibus præcedentibus tutoribus, numero 2. pagina 78
Conuentio non vniuerſalis in omnibus bonis, ſed tantum de paternis, vel maternis tantum valet, numero 9. 222
Conuentio inter aliquos facta de omnibus bonis ſimpliciter etiam cum iuramento non trahitur ad bona futura, niſi ſit expreſſe dictum, numero quarto, Intellige vt numero 21. pag. 221
Conuentio facta ad commodum & vtilitatem ſtatus ligat ſucceſſorem, num. 14. 64
Conuentio efficacior redditur quando in conuentione deducitur illud quod iam debebatur ex diſpoſitione legis, nume. 48. 55
Conuentio facta inter fratres & eorum neſ potem quod bona paterna & materna nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, nec per viam alicuius contractus, perueniant in aliquam mulierem natam, vel naſcituram ex eis ſed tantum in maſculos deſcendentes alicuius eorum & ſi per aliquem vel aliquos eorum contrafactum fuerit, quod prædicta omnia & ſingula obſeruentur & propter hoc liceat aliis reuocare propria auctoritate valet, num. 16. 26
Conuentio de ſucceſſione omnium bonorum præſentium & futurorum eſt nulla & improbata omni iure, numero 11. 222
Conuentio quando dicatur contra bonos mores 9.608
Conuentio inter aliquos, quod vno præmoriente abſque liberis bona debeant eſſe ſuperſtitis, non valet, numero 15. 223
Cõuentio inter fratres de ſuccedendo quando valeat, numer. 11. & numero 17. 609
Conuentio inter fratres facta quod vno eorum decedente, ſine liberis maſculis ſuperſtites vel eorum liberi habeant bona prædefuncti. & numer. ſequentib. ſed contra numer. 10. & ſeqq. 1. 221
Copula quando ponitur inter perſonas, æqualiter copulat, numero 4. pagina 561
Copulæ natura eſt repetere in ſequenti diſpoſitione qualitatem adiectam in prima: eiuſdem natura eſt exæquare copulata per omnia, num. 3. & num. 4. 615
Correctio iuris communis induci non debet per ſubauditos intellectus nume. 15. 414
Correctoria non extenduntur ex identitate nec ex maioritate rationis, num. 3. 570
Creditor quotieſcumque ſuccedit debitori ſuo actio contra eum competens confunditur ratione contrarietatis, quæ actio & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, numero 2. pagina 118
Creditor repræſentat debitorem in re pignorata 20. 462
Creditor ſi adiuit hæreditatem debitoris ſui cum beneficio inuentarii, poteſt per officium iudicis implorare ſeparationem bonorum hæreditariorum quæ ſufficiant pro ſuo credito, de quibus poſſit libere diſponere, numer. 9. 119
Creditor poteſt vti reſtitutione librorum & ſcripturarum, donec precium integrum conſequatur, numero 8. pagin. 407
Credulitas etiam fatua & temeraria excuſat à dolo, numero 30. pagina 240
Credulus quis facile eſſe non debet in iis, quæ ad ſuum præiudicium pertinent, niſi reddatur certus inſtrumento vel teſtamento 9.96
Crimen rebellionis contra ſuam ciuitatem committens, ſi decedit lite pendente ante latam ſententiam, pœna ademptionis bonorum non tenebit eius hæredem, numero 23. pagina 174
Crimen læſæ maieſtatis committens intelligitur priuatus ipſo iure quocumque beneficio eccleſiaſtico & numero ſexto, & numero ſequente. 1. pag. 319
Crimen. In criminibus in dubio ſequi debet abſolutio, & in dubio iudex eligere debet mitiorem pœnam, num. 25. 97
Crimen læſæ maieſtatis non dicuntur committere, qui nihil perpetrarunt contra Pontificem, vel ſedem Apoſtolicam, vel adhærentes lateri Pontificis, numero decimo, & numer. 6. pagin. 320
Crimen ſacrilegii eſt diſputare de poteſtate Principis, numero 12. pagina 449
Culpa præcedens caſum facit, vt quis teneatur de caſu fortuito præſertim quando ea culpa eſt ad caſum ordinata, num. 13. 115
Culpa quælibet etiam lata poteſt in teſtamento remitti quicquid aliter fit in dolo, & numero vigeſimo nono, 4. 79
Culpa præſumitur ex breuitate temporis, & ex eo, quod carceratus aufugit meridie arrepto fune de puteo caſtri, num. 7. 117
Cuſtodes carcerum debent bene & diligenter cuſtodire carceratos, ita vt debitor carceratus non aufugiat in damnum creditoris: alias tenentur repræſentare debitorem vel ſoluere. & idem eſt in quocunque, qui fuit in cauſa, vt debitor carceratus fugiat à carceribus & numero 2. pag. 116

D.

Datio in ſolutum facta de quibuſdam bonis immobilibus minoris, per tutores ſine decreto iudicis eſt nulla nu. 5. 330
Datio in ſolutum facta in tranſactione incerta ratione loci & quotæ ipſorum prædiorum, non facta prius electione & æſtimatione duorum confidentium redditur nulla, numero 6. pagin. 330
Datio in ſolutum redditur inualida propter pacta in ea appoſita, numero 7. pagin. 330
Debitor per ſuperiorem ſoluere coactus etiam iniuſte & in iniuriam creditoris liberatur & periculum eſt creditoris ſecundum communem opinionem, quod intellige vt hic, numero primo, ſecundo, nono, duodecimo, & decimo tertio, pagina 113
Debitor debet erga debitorem ſuum bonam fidem & legalitatem obſeruare & nonnihil pro eo pati antequam ſoluat, vt paſſio ſit fides, & teſtimonium debet agere quicquid honeſte poteſt pro creditore ſuo, ſalute ſua ſalua 9.115
Debitor legans creditori quando cenſeatur nulli compenſare, numero 13. 11. 440
Decimæ ſunt de iure diuino, & ſunt tributa, quæ Deus ſibi reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominii, & in illis voluit honorari & ſunt cibus in domo domini, vnde Papa non poteſt contra ius diuinum diſpenſare & numero 6. 92
Decima, ſeu fructus decimæ concedi poſſunt laico ad vitam, numero 21. pagin. 281
Decimæ debentur eccleſiæ parochiali, in qua diuina audiuntur, & percipiuntur ſacramenta, & numero 23. n. 1. pagin. 91
Decimarum ius eſt, quid ſpirituale & ſuper ſpiritualibus non poteſt per laicos tranſigi: & numero decimo tertio, & decimo quarto, & numero vigeſimo quinto 5.91
Declarans nihil de nouo diſponit nec inducit. & numero ſequenti: vbi declaratur 27. 211

Index rerum, verborum, &c.

Declaratio *legis iubemus. C. de emancip. libe.* 11. 449

Declaratio sumitur à priori & posteriori 10. 26

Declaratio arbitratoris facta partib. absentibus & ad nullius instantiã est nullius momenti. Vide verb laudum 6. 179

Declaratio l. Mæuius. § penultim. ff. de leg. 2. 9. 399

Declaratio facta ab arbitratore, qui excessit formam compromissi est nulla nu. 7. 180

Declaratio text. in capit. 2. si de feud. fuer. controuer. int. dom. & agnat. num. 12. 509

Declaratio tex. l. miles. §. defuncto. de adul. 5. 3. 447

Declaratio l. primæ §. item in fundo. ff. quibus modis vsufruct. amittatur num. 6. 439

Declaratio l. vxor patrui. Cod. de legat. 7. 399

Declaratio tex. §. filius matrem l. cum pater. ff. de legat. 2. 25. 611

Declaratio text c. 1. §. præterea, quib. mod. feu. amit. 10. 391

Decretum iudicis tollit omnem metus præsumptionem 6. 146

Decretum remouens processum censetur & sententiam remouere 24. 100

Decretum immunitatis censetur ambitiosum 2. 375

Decretum Marchionale coarctans instantiam appellationis statutam à iure communi debet stricte intelligi, numero 17.

Decretum & præsentia iudicis ad tollendam suspicionem tantum operatur, quantum præsentia consanguineorum & amicorum 7 416

Decretum disponens quod possessio defuncti continuetur in hæredẽ, &c. vide verbo statutum 6. 317

Decretum disponens, quod generaliter in quibuscumque casibus bona veniant Regiæ Cameræ applicanda ipso iure & facto intelligantur confiscata & incorporata à die commissi criminis, facit, vt bona non sint confiscanda, sed tantum declaranda confiscata 1. & 31. 172

Decreti determinationẽ vbi habemus, non debemus vlterius inuestigare rationem: vbi exornatur 24. 175

Decuriones ciuitatis possunt donare de bonis ciuitatis, vt remunerent benefacientes & benemeritos 13. 280

Delegatus Papæ, in causa sibi delegata maior est quocumque ordinario vel delegato laico 14. 60

Delictum in dubio præsumi non debet 35. 240

Delictum non est vicinum de facto defendere, & violenter expulsum est de iure licitum & permissum 4 320

Delictum nullum potest ita esse notorium, vt non possit quis exhibere excusationes rationabiles & circumstantias occultas 21 322

Delictum quando committitur omittendo, necesse est constare de scientia inculpati, quod vere sciuerit, & quod in accusatione fiat expressa mentio de tali scientia, secus quando delictum esset commissum faciendo 10 175

Depositarii electi ab vtraque parte personam mutare non potest vna pars contra voluntatem alterius & formã iuramenti 4. 158

Depositum habet executionem paratam & in eo maxime obseruanda est bona fides nec contra illud potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ & numero 15. 14. 115

Depositum non dicitur quãdo pecunia datur ad negotiandum, cum non sit depositum reuocabile ad nutum depositarii 25. 133

Depositum in dubio non præsumitur sed societas 26. 133

Derogatio generalis idem operatur quoad omnia sub gene comprehensa, numer. 13. 403

Descendentes ex linea masculina fœminarum respectu, quo dicantur, numer. 3. 453

Descendentes omnes in infinitum admittuntur in feudo antiquo & ad tale feudum veniunt ex iure progenitorum antiquissimorum 14. 24

Determinatio plura determinabilia respiciens debet determinare vniformiter 9. 297

Determinatio eadem respiciens duo, debet æqualiter determinare, etiamsi esset diuersa ratio 9 170. & 2. 285

Determinata nõ egent determinatione, sed indeterminata 11 165. 6 201

Detractio falcidiæ & Trebellianicæ quare adinuenta 2. 411

Deus diuisit potestatẽ aduersus maximum ecclesiæ periculum 32 354

Dictio, penitus, quando importet idem quod in totum, vel ex toto 1. & 5. 606

Dictio (*qualibet*) operatur vt fiat extensio ad illa, quæ alias ex propria significatione non veniunt, vt sic fiat extensio ad casum improprium. & numero 3. 8. 201

Dictio (*quibuscumque*) operatur vt comprehendatur persona etiam extranea, quæ alias de natura actus non comprehenderetur. & n. 31. 9 201

Dictio (*semper*) apposita in statuto importat omni tempore & omni casu. & nu. 31. 10. 202

Dictio, *quibuscumque*, quid operetur 28. 417

Dictio *legitime*, importat ordine iuris seruato secundum quod leges & canones disponunt 43 324

Dictio geminata, quoquo modo, idem importat quod, vllo modo, & impedit restrictionem, quæ alias fieret, & facit venire ea, quæ alias non venirent. vt n. 8. & 9. 164

Dictio *qualibet*, operatur, vt fiat extensio ad casum improprium 27. 417

Dictio (quibuscunque) cum sit masculina comprehendit tam masculum quam fœminam 10. 297

Dictio *donec* facit conditionem temporalem, & facit vt legatum vsusfructus vniuersalis pro primo anno dicatur esse purum, & pro sequentibus conditionale 11. 297

Dictio (*saluo*) est modificatiua præcedentium 6 268

Dictio, *libera*, quid importet 24. 469

Dictio taxatiua *duntaxat*, excludit omnes alios casus & alia tempora præter expressa 3. 194

Dictio, *quouis modo*, est vniuersalis & præcisa 5. 358

Dictio Mors, restringit indefinitam appellationem proximiorum 5. 366

Dictio, *ipso facto*, ipso iure 8. 461

Dictio, *quicquid*, est verbum præcisum vniuersale 20. 468

Dictio, *quoscunq;*, vniuersalis distributiua nihil excipit 16. 450

Dictio, *quacunque*, vniuersalis distributiua nihil excipit 18. 446

Dictio, *quomodolibet*, est distributiua modorum 19. 446

Dictio, *quibuscunque*, quid significet n. 12. 428

Dictio nec, est implicatiua 1. 143

Dictio, *ex tunc*, denotat extremitatem temporis 7. 387

Dictio *quomodolibet* est distributiua verborum & importat *quocunque modo*, & sic omnes casus comprehendit 13. 232

Dictio, *aliquid*, verificatur in quolibet minimo actu 9. 467

Dictio *tantum*. Natura termini taxatiui (*tantum*) est sic excludere extranea vt cuncta pertinentia ad ipsum includat 6. 313

Dictio, secundum, conditionem non facit 51. & seq. 56

Dictio *libere* multum operatur & inter cætera importat quod sine vlla diminutione vel contradictione res effectum sortiatur & ibi ad quæstionem infertur de nouitio 3 & 28. 79

Dictio taxatiua, *tantum* facit vt concessio immunitatis intelligatur esse personalis & non refertur ad singulares successores, de quibus non est facta expressa mentio 12. 334

Dictio (*omnino*) tanquam præcisa comprehendit omnem casum & importata si dicatur, sine vlla distinctione personarum vel casuum 4 104

Dictio *tunc*, denotat extremitatem temporis 16. 75

Dictio *quid*, verificatur in qualibet rei particula 11. 467

Dictio, quoquo modo, intelligitur, id est, quocunque modo, & in omnem casum 11. 164

Dictio, *semper*, importat omni casu & omni tempore 29. 417

Dictio, *dummodo*, est restrictiua & modificatiua 11. 384

Dictiones vniuersales positæ in l. vel in statuto vt est dictio *quomodolibet*, vel dictio *quodcunque*, vel dictio *quaslibet*, non solum si simul ponãtur, sed etiam vnaquæque per se operatur vt fiat extensio ad illa quæ alias ex propria significatione non veniunt & sic fiat extensio ad casum improprium 14. 232

Dictiones quæ necessario subintelliguntur 10. 369

Dictum Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat 18. 4

Dictum rationabile debet ita mouere iudicium ad iudicandum sicut lex, & n. 61. 17. 50

Dictum nihil est adeo sancte, quod male narrando, vel male intelligendo non possit deprauari 2. 580

Seditiosi qui dicantur 3. 580

Dicta ratione frequentioris vsus alia non excludunt 14. 579

Dicta in præcedentibus quando non censeantur repetita in sequentibus num. 8. 608

Differens facere quod debet non potest petere quod sibi debetur 2 19

Difficultas excusat à pœna & periurio saltem ope exceptionis 9 158

Dignitas substituti non est attendenda in substitutionibus, sed testatoris, quod tamen intellige vt ibi. 24. 151

Dilatio videtur finita, quando pars opponit, quæ vult, quaſi dilationis cauſa ſit finita. & numer. ſequent. vbi declaratur 4.168

Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit, & nihil interim poteſt innouari, & innouata ſunt ipſo iure nulla nu. 2. 168

Diſpenſatio. In diſpenſatione quæ ſit etiam viuente patre requiritur citatio eorum, quorum intereſt. & numer. 12. vbi contra & numer. ſequentibus 2. 152

Diſpenſatio omnis intelligitur prohibita per verba, *nullo modo*, numero 10. pag. 195

Diſpenſatio in genere ſumpta tunc dicitur, quando Papa vel etiam inferior contra ius diſpenſat 3.154

Diſpenſatio differt à legitimatione, & diſpenſatio dicitur odioſa, & ideo ſtricte intelligenda & numer. 3. vbi declaratur 1. 153

Diſpoſitio actualis pecuniæ tantum operatur quantum ipſa ſolutio 3.95

Diſpoſitio, quæ ſimpliciter facta non valeret, ſi fiat reciproce valet & tenet, nume. 17.88

Diſpoſitio teſtatoris eſt lex, ſeu pro lege ſeruatur 5.573

Diſpoſitio in vltima voluntate eſt fauorabilior 16.467

Diſpoſitio reſpiciens primum exercitium, deſinit, quando ex vno exercitio quis tranſit ad aliud, & maxime ſi primum exercitium cum ſecundo ſit incompatibile 5.283

Diſpoſitio legis & hominis ſimul cõcurrentes fortius operantur 48 55

Diſpoſitio l. vnquam, an habeat locum in donatione ex cauſa dotis 1. & 4.598

Diſpoſitio legis remanet, quando vna ex duab. rationibus finalib. militat 8.422

Diſpoſitio quæ ſimpliciter facta non valeret, ſi ſit facta reciproce bene valet n.12. 609

Diſpoſitio generalis non trahitur ad ea, de quibus verisimiliter non eſſet diſpoſitum 13.569

Diſpoſitio nulla eſt tam generalis, vt trahatur à verisimili remoto 10.422

Diſpoſitio omnis atq; conuentio intelligitur rebus ſic ſe habentibus, vt nunc ſe habent 38 225

Diſpoſitio generalis tantum debet operati quo ad contenta ſub genere quantum ſpecialis quod ad ſpeciem. & nu. 17. vbi declaratur 4.126

Diſpoſitio quæ alias ſimpliciter facta non valeret, tamen ſiat reciproce bene valet & tenet 17.26

Diſpoſitio quãdo reſtringatur ad actum inter viuos 1.466

Diſpoſitio teſtatoris ſemper debet interpretari, vt non comprehendat ſibi odioſos 6.444

Diſpoſitio teſtatoris facta in vnum caſum porrigitur ad alium, in quem teſtator verisimiliter idem prouidiſſet 30.398

Diſpoſitio conditionalis non operatur effectum ante eius implementum. & nu. 12. 5 194

Diſpoſitionem vitiat non plena qualitatis expreſſio 29.458

Diſpoſitum cenſetur, de quo verisimiliter quis diſpoſuiſſet 2.597

Diſpoſitũ à lege qualificate debet cum ſua qualitate adimpleri 27.100

Diſpoſitum cenſetur expreſſe, quod verisimiliter ſic fuiſſet diſpoſitum 14.395

Diuiſio in dubio quando præſumatur 9. & 10 605

Diuiſio facta de bonis emphyteuticis eccleſiaſticis: in quibus vno decedente ſine liberis maſculis ſuperſtitum maſculi admittuntur, remittendo omne ius, quod habeat, vel habere ſperat, non præiudicat ſuperſtitibus maſculis in parte decedentis ſine liberis 15.610

Diuiſio pro æqualibus portionibus fieri debet in ſocietate vniuerſali tacite contracta. vide in ver. ſocietas 18.19

Diuiſio facta à patre inter liberos habet vim vltimæ voluntatis 15.384

Diuiſio inter fratres facta præſumitur, quãdo diuiſi ſteterunt per decennium, niſi ita reſultaret magna inæqualitas, tunc enim diuiſio non præſumitur 6.8

Diuiſio bonorum dicitur alienatio & in ea ſeruanda eſt forma, quæ in alia alienatione requiritur 31.224

Diuiſio quando non præiudicet 10.579

Diuiſionem in perpetuum teſtator non poteſt in teſtamento prohibere, numer. 16. 409

Doctoris vnius duæ auctoritates præualent vni 24.336

Doctori cuicumque licet magno non debemus credere, niſi dictum ſuum probet per authenticam ſcripturam. nu. 25 84. & 22.151

Doctori illuſtri alleganti obſeruantiam ſeu conſuetudinem ſtandum eſt in practica, ſeu in re iudicanda 4.82

Doctori quamuis magno non eſt credendum niſi dictum ſuũ probet per authenticam ſcripturam, & non eſt inſpiciendum quis dicat, ſed quid dicatur, nu. 22. 336

Doctori vario & ſibi contrario non eſt credendum 23 336

Doct. antiqui magna veneratione fuerunt 9 555

Dolus eſt crimen, & crimen non poteſt expreſſe remitti 7.79

Dolus de futuro nunquam intelligitur remiſſus licet aliquid committatur in liberam & abſolutam voluntatem alicuius 14.21

Dolus & culpa in accuſatione & in ſentẽtia deduci debet in iis, quæ ſui natura ſunt magis nomina facti quam delicti, alias accuſatio nec ſententia valeat 11.173

Dolus de futuro remitti non poteſt, num. 6. 79

Domicilium ſeu incolatus per decennium contrahitur 1.299

Domicilium non cenſetur quis in aliqua ciuitate conſtituiſſe etiam morando per centum annos, quando ſemper habuit animum reuertendi ad propriam ciuitatem, & fuit in ea in qua habitauit ſemper tractatus vt forenſis 5.290

Dominium acquiſitum alicui tolli non poteſt etiam per principẽ, niſi ex iuſta cauſa 3.102

Dominium non transfertur ex ſolo contractu venditionis abſque traditione 1.406

Dominium dicitur translatum per traditionem inſtrumentorum vel librorum rationum 3.406

Dominium transfertur per legem ſine traditione 463

Dominium ſine traditione transfertur ex ſolo contractu. fallit, vt numero 8. 7. 604

Dominium non transfertur ex ſolo contractu ſine traditione vel quaſi, etiam ſi eſſet titulus vniuerſalis, numer. 4. & 29. 25

Dominium ipſo iure retrotransfertur in pacto legis commiſſoriæ & addictionis in diem 1.459

Dominium non poteſt transferri abſq; cauſa 17.462

Dominium eſt ius perfecte diſponendi de re ſua 13.461

Dominium ſemper eſt de iure gentium, licet modi acquirendi poſſint eſſe de iure ciuili 12.455

Dominium quando transfertur ſuſpenſiue reſoluto contractu ipſum dominium redit ad ſua principia attractiua, numero 14.461

Dominium quando ex ſolo titulo transfertur: tunc reſciſſo titulo dominium transfertur 2.460

Dominium non probatur per ſolum inſtrumentum contractus ſine traditione 24. 463

Dominio translato per conuentionem cum hypotheca impeditur etiã interueniente traditione 21.27

Dominus directus feudi poteſt conſentire, quod feuda tranſeant ad deſcendentes ex fœmina 12 88

Dominus qui cõceſſit mihi caſtrum in feudum non potuit cognoſcere de primis cauſis ruſticorum caſtri. quia habet iura vtilia cum vtilitatis effectu 11. 213

Domus locata quam dominus promiſit non alienare ſub hypotheca bonorum ſuorum, ſi poſtea alienetur non valet alienatio 23.27

Donare eſt procedere, & iactare 4.240

Donatarius primus vigore cõſtituti appoſiti in inſtrumẽto donationis inter viuos præfertur quamuis actualis traditio poſtea fuerit facta 2. n.34. & 40.36

Donatarius 2. cui prius fuit tradita actualis poſſeſſio debet præferri, maxime cum fuit in pacifica poſſeſſione cõtinuata per ſucceſſores ſuos per 40. annos & vltra 40. 37

Donatio reciproca vel viciſſitudinaria non eget inſinuatione 27.28

Donatio inter viuos tunc dicitur quando in inſtrumento donationis dicitur donatione pura, mera ſimplici rata, & irreuocabili habita inter viuos, & nume. 10. 1. 31

Donatio. Quando apparet in inſtrumento quod eſt facta donatio inter viuos, tunc non curamus an ſit facta mentio mortis, quia dicitur donatio inter viuos, nu. 1. & ſeq. & n. 21. & 25. 31

Donatio cauſa mortis ſi poſt fuit in eſſe producta, cenſetur eſſe vltima voluntas 29. 35

Donatio ſimplex excedens ſummã 500. aureorũ non valet abſq; inſinuatione 11.600

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum valet ſi aliquid ſit reſeruatum, de quo donans teſtari poſſit 14.26

Donatio ex cauſa dotis non eſt proprie donatio 600

Donatio facta per extraneum matri & eius filiis, hæredibus & ſucceſſoribus, an intelligatur ſimul & eodem tempore, an ordine ſucceſſiuo propter dictionem hæredibus 1. & 5.561

Donatio vna quando cenſeatur, num. 14. 601

Donatio cauſa mortis cenſetur quando in tali

tali donatione fuit facta mentio mortis & collata post mortem donantis: contra nu. 36. & seq. vbi declar. multis modis 33. 27
Donatio simplex habita à matre non debet conferri sorori, nisi in duobus casibus 1. 572
Donatio in dubio non præsumitur, sed potius præsumitur stultitia. 4. 114
Donatio causa mortis esse censetur, vbi in donatione est facta mentio mortis, & procedit nisi sit dictum quod sit inter viuos, vel quod liceat reuocare, quia tunc dicitur donatio inter viuos, & num. 21. & 25. 2. 31
Donatio inter viuos facta etiam in mentione mortis tunc dicitur, quando donatur causa mortis vt nullo casu reuocetur, & n. 5. & 25. 3. 31
Donatio inter viuos dicitur, quando fit alicui præsenti, & pro se & suis hæredibus & successoribus quibuscumque stipulanti, non obstante mentione mortis, & n. 27. 4. 32
Donatio inter viuos dicitur quando instrumento primæ donationis promisit donationem & omnia & singula rata & firma perpetuo irreuocabiliter obseruare, & num. 28. & seqq. vbi multis modis declaratur 5
Donatio inter viuos tunc esse videtur, quando interuenit iuramentum, & non potest reuocari ex pœnitentia, & numer. 30. 6. 32
Donatio causa mortis arguitur quod quinque testes in ea adhibiti fuerunt prout requiritur 18. 223
Donatio causa mortis est vltima voluntas, & sic reuocabilis vsque ad mortem 19. 223
Donatio arguitur causa mortis ex eo quod fuit in ea facta mentio quartæ detrahendæ 17. 223
Donatio causa mortis censetur vbi in concessione gratuita fit mentio mortis in verbis dispositiuis 16. 226
Donatio omnium bonorum suorum facta post mortem valet, quia intelligitur de bonis præsentibus tantum 19. 27
Donatio causa mortis potest quandocumque reuocari per pœnitentiam donatoris 22. 223
Donatio causa mortis præsumitur quando in instrumento donationis fuerunt adhibiti quinque testes 35. 29
Donatio non præsumitur, sed potius præsumitur stultitia 11. 8
Donatio inter viuos censetur etiam si in ea sit facta mẽtio mortis, quando in instrumento exprimitur quod est donatio inter viuos 37. 29
Donatio causa mortis censetur quando in donatione facta est mentio mortis in verbis principaliter dispositis non autem in executiuis. & n. 18. 16. 33
Donatio causa mortis censetur ea, in qua sunt quinq; testes adhibiti 19
Donatio causa mortis dicitur quando donator dixit, se velle vt donatio vires habeat post suam mortem & statim sua morte sequuta & non ante 20. 33
Donatio censetur inter viuos, quando in ea interuenit insinuatio. & numer. 33. 9. 32
Donatio his verbis concepta, dedit, tradidit & donauit post mortem ipsius donatoris, dicitur donatio causa mortis quia noluit donare ante mortem 10. 32
Donatio, quæ magna est quantitate requirit decretum superioris & consensum capituli, etiamsi sit temporalis: alioqui nulla est & numero 23. & sequentib. 7. 280
Donatio rerum immobilium ecclesię est interdicta eius prælatis 2 420
Donatio causa mortis est quando quis dicit, *donaui tibi cum ego moriar*, num. 22. 34
Donatio, quæ permittitur ob merita debet meritis commensurari, alioqui nulla est, & numero 5. & 9. vbi comprobatur 4. 280
Donatio reciproce facta inter aliquos valet, quia non dicitur inducere votum captandæ mortis 17. 26
Donatio prima, in qua fuit retentus vsusfructus debet censeri potior & præferenda donationi postea factæ, sed contra n. 43. 35. 36
Donatio omnium bonorum facta inter viuos ecclesiæ in testamento, vel in continenti post ad finem & effectum, vt testamentum non possit reuocari, valeat 4. 5 & 6. 592 & seq.
Donatio causa mortis quo ad sui confectionem & sic quo ad productionem in esse, magis accedit contractui quam vltimæ voluntati 5. 308
Donatio causa mortis esse censetur, vbi in donatione est facta mentio mortis, nisi sit dictum quod sit inter viuos, vel quod non liceat reuocare 38. 29
Donatio inter viuos censetur, non obstante quod in ea sit facta mentio mortis, quando esset facta mentio hæredum, num. 39. 29
Donatio inter viuos tunc esse cẽsetur quando donans in instrumento donationis iurauit attendere, complere & perpetuo obseruare 41. 29
Donatio causa mortis tunc dicitur, vbicunque in donatione fit mentio de morte, ita vt mors sit occasio donationis. Si autẽ fit mentio de morte solũ occasione temporis & sic solum ad finem vt designetur tẽpus in quo donator vult incipere tempus donationis cum effectu, tunc censetur esse donatio inter viuos, numer. 42. 29
Donatio fructuum cuiusdam membri Abbatiæ valoris scutorum tercentum annorum facta ob merita non valet: & nu. seqq. Sed contra n. 10. & seqq. & n. 23. & seqq. 1. 279
Donatio reciproca quæ alias non valeret sustinetur ratione vicissitudinis & dubii euentus in vtroque, numero 7. & 32. 25
Donatio propter nuptias valet inter patrem & filium in potestate 7. 427
Donatio procurata non dicitur pia, nec ad pias causas 17. 517
Donatio remuneratoria nõ est proprie donatio, sed est quędam permutationis species 12. 280
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ, vel piæ causæ valet & tenet 7. 593
Donatio occulta non caret suspitione 19. 317
Donatio causa mortis necessario requirit donatariorum præsentiam, item & eorundem donatariorũ stipulationem, vel saltem pactum nudum, alias non valet, & non possunt sustineri legata facta in testamento cœci iure donationis causa mortis 6. 380
Donatio quando dicatur inter viuos, vel causa mortis 17. 595
Donatio causa mortis vbi sit irreuocabilis, illa censetur esse donatio inter viuos 1. 436
Donatio causa mortis dicitur esse actus vltimæ voluntatis 3. 466
Donatio facta ab extranea persona filio alterius spurio & incestuoso valet, num. 10. 149
Donatio propter impedimẽtum patriæ potestatis, an sit nulla 1. 427
Donatio etiam facta ad pias causas quando est inofficiosa reuocatur, numer. 25. 518
Donatio non debet captiose interpretari, vt vltra donantis voluntatem in maius eius detrimentum cedat 6. 229
Donatio causa mortis reuocatur per diuisionem omnium bonorum inter fratres factam. & n. seq. 30. 224
Donatio excedẽs summam 500. aureorum facta Ecclesiæ vel piæ causæ sine insinuatione valet 14. 595
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reseruata sibi certa re & quantitate de qua possit testari valet, imo etiam valet, quando seruat sibi simpliciter vsumfructum 7. 222
Donatio causa mortis reuocatur per alienationem bonorum. Item & per specialem hypothecam 32. 224
Donatio causa mortis, in quo fuit dictum quod donator promisit omnia in instrumento contenta rata & firma habere & nunquam contra facere, non censetur donatio inter viuos, nu. 22. Sed contra n. 23. 224
Donatio excedens summam quingentorum aureorum sine insinuatione facta, in eo in quo excedit non valet 6. 30. & seq. 25
Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium non expresse de præsentibus & futuris valet ex communi opinione 8. 25
Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium reciproce facta inter duos fratres non valet, tanquam infringens vel refringens facultatem testandi & inducens votum captandæ mortis, & contra bonos mores, sed contra numer. 25. & 32. 1. 24
Donatio reciproca inducit votum captandæ mortis & est plena tristissimi euentus & non firmatur iuramento, numero 1. 24
Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium vbicumque sita sunt, non videtur differre à pacto de succedendo 2. & 26. 24
Donatio omnium bonorum post mortem quando intelligatur 2. & 3. 25
Donatio simplex inter patrem & filiam in potestate de iure non valet, secus in donatione ex causa dotis 8. & 9. 600
Donatio fructuum & redituum cuiusdam membri Abbatiæ, in qua non solum interuenit vtilitas ecclesiæ, sed etiam necessitas euidens valida censeri debet 18. 291
Donatione permissa ob benemerita, debet de meritis apparere aliter quã per assertionem donantis & n 8. 3. 279
Donatum causa mortis tunc non censetur sed inter viuos quando in donatione esset facta mentio mortis per modum dilationis &

nis & quando intelligatur facta mentio mortis cauſa dilationis, numero 40. 29
Donec, dictio, conditionem importat n. 55. 56
Dos eſt fauorabilis & multa ſpecialia habet 7.600
Dos reſpectu mariti habet titulum oneroſum 13.601
Dos quando ſuccedat loco legitimæ n. 12. 388
Dos ſoluta per errorem quando poſſit repeti non obſtante cauſa pietatis, numer. 9. 568
Dos eſt ius quoddam vniuerſale habens in ſe diuerſas qualitates 15.602
Dos ſuccedit loco legitimæ, numero 18. 21
Dotis de augmento idem iudicamus quod de ipſa dote 10.600
Dotis petendæ iuri non intelligitur renunciatum per generalem hereditatis renunciationem, & in generali quitatione de omnibus legatis ſibi factis, non includitur legatum dotis 2.337
Dotis legatum ſuccedit loco legitimæ 23. 266
Dotis legatum. vide verbum legatum dotis 17.21
Dotem reſtituere promittens in omnem caſum dotis reſtituēdę cum renunciationibus multum amplis & generalibus, non intelligitur renunciaſſe lucro dotis, quod defertur per ſtatuta & n. 6. vbi contra 1. 337
Dubitanti ſicut erranti datur ſoluti repetitio 14.569
Dubitans & ignorans æquiparantur nu. 14. 257
Dubitatio nulla cadit, vbi eſt caſus legis 23. 51
Dubium relinquitur interpretandum, ſed non id quod eſt certum, quia determinata non egent determinatione, ſed indeterminata 26.218
Dubium relinquitur interpretandum, ſed non id quod eſt certum & clarum nume. 36. 29
Dubium relinquitur interpretandum, ſed non id quod eſt certum & clarum. & nu. 30. 5.201
Duelli in materia quæſtio ſuper electione armorum 2.401
Duntaxat, dictio taxatiua eſt excluſiua alterius temporis 45.55
Dux Mediolani in terris ſuis poteſt vti plenitudine poteſtatis 10. 376
Dux Mediolani poteſt in ſuo dominio ea omnia facere, quæ poteſt Imperator in vniuerſo orbe 16. 271

E.

Ecclesia acquirens prædia iam deſcripta & allibrata pro oneribus patrimonialibus & collectis, tenetur pro illis ſoluere onera & collectas 5.311
Eccleſia ad quam tranſit fundus habens onus annexum ſoluendi cenſum vel tributum, tenetur illud præſtare 4.311
Eccleſia non tenetur ſoluere cenſum vel tributum pro prædiis liberis, quæ peruenerint ad eam, ſecus ſi prædia prius erant tributaria 16.312
Eccleſia dicitur contrahere quando rector rite contrahit 22. 49
Eccleſia & pia cauſa in dubio vtitur iure communi 14.356
Eccleſiæ rectores, ſi eorum eccleſiæ ſint ſæ ex tranſactionibus à ſe initis, poſſunt petere reſtitutionem in integrum aduerſus eas & n. 24. 4.91
Edictum de teſtibus eſt prohibitorium certarum perſonarum, vt omnes cenſeantur admiſſi ad teſtificandum, qui non reperiuntur expreſſe prohibiti, idem eſt in edicto de teſtamentis, numero 5. pagina 144
Educatio eſt actus proportionabilis filiationi: ſed vide n. 11. 2.380
Effectus in quem confertur actus potius attendendus 2.598
Emens à fiſco, vel aliter acquirens ſicut tenetur ad omnia onera, & ad omnes obligationes paſſiue, ad quas fiſcus tenebatur, ita fortius acquirens ex fiſco titulo lucratiuo 13.330
Emens nomine ſuo proprio tantum ſolum, ſuper quo ædificata eſt domus, & conducens operarios ſuo nomine, & cœmenta, lapides, regulas, & alia ad ædificandum neceſſaria præſumitur de pecunia propria acquiſiuiſſe. & num. 27. & 28. & 41 149
Emphyteuſis. Rem in emphyteuſim accipiens, pro ſe, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus intelligitur de hæredibus vniuerſalibus qui ſunt hæredes de iure ciuili, & de ſucceſſoribus vniuerſalibus qui ſuccedunt de iure prætorio, & non poteſt eam transferre in ſingularem ſucceſſorem 16. 335
Emphyteuſis ab eccleſia conceſſa filio naturali tantum & eius filiis tranſibit ad filium eiuſdem naturalem, quia inſpicitur origo & initium cuiuſcumque entis 16. 150
Emphyteuſi finita ob lineam finitam debent collaterales reinueſtiri & renouari in feudo, alias fieret ſibi iniuria & poſſunt appellare ad ſuperiorem vt cogat renouationem & num. 34. vbi contr. aſſeritur. nu. ſeqq vbi decl. 8.106
Emphyteuta & ſolenniter inueſtitus præſumitur quis qui per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea ſoluit debitum canonem 14.314
Emphyteuta poteſt facere vſufructuarium & vſuarium in fundo emphyteutico 5. 439
Emphyteuta qui vendidit emphyteuticam rem ſine conſenſu domini, ſed non tradidit non cadit à iure ſuo, numero 37. 43
Emptio & venditio poteſt fieri ad certum tempus 11.545
Emptor non efficitur dominus rerum debitarum ſine traditione 7.407
Emptor ſecundus, cui prius poſſeſſio fuit tradita præfertur primo emptori nu. 21. 160
Epiſcopus poteſt publicare eum vſurarium qui mutuat in camera ſua ſub vſuris omnibus volentibus, & poſt publicationem dicitur manifeſtus: ſed quando tenet banchum paratum ad mutuandum omnibus vel mutuat per miniſtros, tunc dicitur manifeſtus ſine alia publicatione epiſcopi. vide verbo vſurarius, num. 23. 294
Epiſcopus non poteſt monaſterium vnire alteri ſine conſenſu patronorum num. 7. 420
Epiſcopus in delicto notorio poteſt cognoſcere, & iuriſdictionem exercere, non ſolum vt compellat ad pœnitentiam ſed vt cōpellat ad ſatisfaciendū delicto 22.61
Epiſcopus poteſt alicui concedere ad vitam poſſeſſionem eccleſiæ pro ſeruitiis impēſis eccleſiæ 10.280
Errans non conſentit, & errantis nulla eſt voluntas 10.309
Error iuris quando dicatur in ſententia expreſſus 1.134
Error in facto alieno dicitur iuſtiſſimus 5. 568
Error præſumi videtur probato rem aliter ſe habere 13
Error in facto proprio non præſumitur etiam allegando rem aliter ſe habere 14. 99
Error aut variatio in cognomine non debet nocere quando conſtat de corpore 4.74
Error in cauſa facti efficit, vt nō valeat quod geſtum eſt 55.195
Error multum veriſimilis vbi de damno tractatur admittitur 3.568
Error iuris non prodeſt mulieribus niſi in caſibus à iure expreſſis 6.558
Error in cauſa acquirendi impedit voluntatem 5.454
Euictionis nomine, ſi conueniatur, is qui non tenetur: nihilominus tenetur ad reſtitutionem precii 14.609
Exceptio debet eſſe de regula, & intelligi ſecundum regulam 3.268
Exceptio ſpolii obſtat agenti poſſeſſorio, quando factum fuit pactum ſpoliatori de non agendo remedio poſſeſſorio, nume. 3. 146
Exceptio, quæ non habet perfectam diſpoſitionem, debet ſuppleri ex verbis regulæ proxime præcedentis 10.268
Exceptio rei iudicatæ, cū ſit litis finitæ non ſolum opponitur ad impediendum ingreſſum, ſed etiam ad infringendum reſcriptum impetratum 5.178
Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi contra inſtrumentum depoſiti: idem eſt in exceptione compenſationis de debito liquido 15.216
Exceptio, quæ obiicitur ſpoliato quando probationem non requirit, tunc ſpoliatus non debet reſtitui 4.58
Exceptio debet eſſe de regula, numero 4. 578
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis 4.16
Exceptio, quæ eſt contra ſubſtantialia inſtitutionis, quæ eſt, vt quis ſit hæres in vniuerſo debet vitiari numero 40. & 42. 54
Excipiendi ius tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. vide verbo ius excipiendi n. 8. 334
Excuſandus videtur à pœna is, qui noluit propalare, dubitans ne res ſuas perderet 16 174
Executio etiam facta ſine aliqua declaratione valet & tenet, numero 23. pagina 100
Executio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam ratione hypothecæ, & ſic iuris realis, poteſt intentari etiam contra ſingularem ſucceſſorem, & etiam contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab eo, contra quem iam fuerat cauſatum ius ex ſententia, numero 10. pag. 330
Executio ſententiæ vel inſtrumēti guarentigiati contra poſſidentes bona debitoris obligati peti poteſt per creditores habentes actionem hypothecariam, quæ tanquam realis ſequitur ſingularem ſucceſſorem 11.330

Exe-

Index rerum, verborum, &c.

Executio ſententiæ non poteſt peti contra ſingularem ſucceſſorem fiſci condemnati, tenentem aliqua bona condemnati, ſed petenda contra condemnatũ, vel eius hæredem vniuerſalem. Sed contra num. 18. & ſequentib. vbi declaratur numer. 1.329

Executio in dubio præſumitur facta modo licito & opportuno 6. 96

Executor mixtus datus ad ſententiam exequendam, ſi eſt maior iudice qui iudicauit, tunc poteſt omnes exceptiones fringentes ſententiam admittere & ſuper eis iudicare, numero 23. pagina 61

Experimentum verorum ſermonum eſt: vt concordent rebus ſenſatis, numer. 14. 452

Explicatio text. l. voluntate. §. final. quibus modis pignor. ſolua. 29. numer. 18. 462

Explicatio l. ſi quis Titio. cum l. ſeq. ff. de vſuf. accreſc. 3. 561

Expreſſum. pro expreſſo habendum eſt id quod teſtator veriſimiliter reſpondiſſet ſi fuiſſet interrogatus, & numero 63. 19. 51

Expreſſum aliquod per ſe, vel per relationem ad aliud, paria ſunt, numero 23. 396

Expreſſio eius quod tacite ineſt nihil operatur 33. 110

Extenſio non debet fieri etiam ex identitate rationis contra alias regulas iuris, etiam in caſu, qui valde æquitate innitatur 14. 162

Extenſio fit in materia ſubſtitutionum de caſu ad caſum, ſed nunquam fit de perſona ad perſonam. vide ſubſtitutio 35. 252

Extenſio non fit in correctoriis etiam ex maioritate rationis 24. 518

Extenſio licita eſt ex identitate rationis in ſtatuto expreſſæ 17. 232

Extenſio non dicitur, vbi eſt eadem ratio 21. 436

Extenſio in ſubſtitutionibus quamuis fiat de caſu ad caſum, ex præſumpta teſtatoris mente numquam tamen fit extenſio de perſona ad perſonam, numero 12. 121

Extenſio paſſiua habet locum in ſtatutis procedens ab aliis regulis iuris communis 9. 567

Extenſio de ſtricta ſignificatione ad latam licita eſt 21. 233

Extenſio ſemper eſt licita in limitatoris 22. 233

Extraneus dicitur altero de tribus modis 17. 602

F.

FAcere qui differt, quod debet, nõ poteſt petere, quod ei debetur, numero 12. 407

Factum familiaris quando imputetur domino 3. 510

Factum quando ordinatur ſecundum ſuum finem ad dationem, iudicatur eſſe datio 10. 374

Factum ſingularium paucarum perſonarum non poteſt præiudicare aliis num. 6. 303

Facti ſeries veritatis lucem & euidentiam inducit 1. 58

Facta ſunt fortiora ad declaran. voluntatem quam verba, quæ ſæpe contra intentionem proferuntur 18. 17

Facta vero proximiora ſunt, quam nuda vocabula 3. 380

Facta ſunt fortiora ad declarandum voluntatem quam verba, quæ ſæpenumero proferuntur contra intentionem proferentis 10. 275

Falſitatis imago quædam eſt, quod eſt à veriſimili remotum 6. 586

Fama ad hoc vt probetur requiritur, vt teſtes deponãt audiuiſſe dici publice à maiori parte populi 17. 293

Fama de antiquo plenã probationem facit 6. 578

Fama non probatur per teſtes, qui non deponunt, à quibus habuerit originem fama, de quo tamen deponere debent teſtes etiam non interrogati, & quando fama dicatur vana vox populi, num. 34. 13

Fama prouenies ſolum ex voce populi ſi non probetur aliqua præſumptio ex qua ea originem traxerit probationem nullam facit 20. 294

Fama publica cum adminiculis contra vſurarium eſt ſufficiens vt per hoc epiſcopus poſſit illum publicare, ex qua publicatione & non ante poteſt dici vſurarius manifeſtus 23. 294

Fama in factis in loco longinquo plenam facit probationem 10. 243

Fama publica debet habere originem ab honeſtis perſonis, & ideo non probatur per teſtes, qui non nominant perſonas à quibus audierunt 18. 293

Fama ſola tunc facit plenam probationem, vb. à communiter accidentibus probatio ſolet eſſe difficilis 8. 315

Fama contraria elidit primam, & offuſcat effectus primæ famæ 27. 239

Fama cum vno teſte in criminalib. non ſufficit 18. 584

Fama quamuis ſolum faciat ſemiplenam probationem, tamen in facto antiquo plenam probationem facit, numero 9. 243

Familiarum honeſtas conſeruatur per diuitias 6. 550

Familiarum honeſtas conſeruatur per diuitias, quæ per inopiam perit, numero 2. 110

Feder. de Senis laudes 11. 262

Feudalia bona non veniunt in obligatione generali omnium bonorum, numero 14. 443

Feudalia non veniunt in reſcriptis ſimpliciter impetratis, niſi de eis fit facta ſpecialis mentio 23. 272

Feudum. A feudi natura receditur propter pacta & conuentiones 13. 3

Feudum. In feudis admittuntur quæcumque pacta etiam extranea. vide ver. pacta quæcumque 6. 87

Feudum receptum pro ſe & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque maſculis, tranſit etiam ad filios maſculos ex fœmina 7. 87

Feudum ad proximiores pertinet, & ad eos, qui ſunt de linea illius, qui feudum acquiſiuit 8. 87

Feudum porrigitur etiam ad extraneos hæredes, & ſic ad perſonas penitus inhabiles, & alienas à feudi ſucceſſione, propter illam dictionem vniuerſalem, quibuſcumque, appoſitam in inueſtitura n. 10. 87

Feudum efficitur nouum propter inueſtituras in extraneis factas, quia noua cauſa nouum feudum facit & n 29. contra aſſeritur 2. 40

Feudum finitum generatione ſucceſſor poteſt petere ſibi refirmari potius quam aliis: modo id faciat intra annum num 13. 41

Feudum dicitur eſſe nouum quando in renouatione inueſtituræ antiquæ additur noua forma ſeu aliqua noua qualitas ſeu clauſula & n. 18. 16. 107

Feudum acquiſitum pro ſe & eorum hæredib. & ſucceſſoribus nõ tranſit ad alios agnatos, qui non ſunt hæredes acquirentis. n. 11. 10. 87

Feudum eſt conceſſio gratuita, alias ſi eſſet quæſitum pecunia non eſſet feudum 11. 99

Feudum. A natura feudi ſeu ſubſtantia feudorum receditur per pacta & conuentiones 5. 87

Feudum in dubio non præſumitur eſſe paternum 17. 107

Feudum eſt contractus nominatus, nu. 17. 321

Feudum paternum finita linea debet renouari collaterali, alias fieret ei iniuria & poſſet appellari ex communi opinione, numero 8. & numer. 34. & ſequentibus 7. 105

Feudum. In feudis nullum ius reale acquiri poteſt ſine corporali inueſtitura, n. 46. 38

Feudum acquiſitum pro ſe filiis & deſcendentibus poſſunt filii retinere repudiata hæreditate paterna, quia tunc non cenſentur vocati vt hæredes, ſed tanquam filii ex pacto & prouidentia anteceſſorum acquirentium & numero ſequente, 19. 208

Feudum dicitur antiquum vel paternum quamuis fuerit alteratum per pactum 22. 42

Feudum. In feudo antiquo factum patris non præiudicat filiis, quamuis poſtea ſint eius hæredes & quamuis dominus directus conſentiat, vt numero 34. 23. 42

Feudum habitum ex cauſa oneroſa quando dicatur 25. 425

Feudum antiquum quod prouenit à linea primogenitorum non requirit nouam inueſtituram 15. 42

Feudum quando reuera eſt antiquum ſeu paternum tunc in tali feudo ſuccedunt etiam agnati tranſuerſales excluſo domino 9. 3

Feudum. In feudo, quod eſt ſimpliciter & abſolute nouum, quamuis non ſuccedunt agnati tranſuerſales, quia hæc eſt natura feudi noui, tamen ſecus eſt, quando per verba appoſita in inueſtitura alterata eſt natura ipſius feudi noui. & nume. ſeq. 11. 3

Feudũ non poteſt dici nouũ, ſed antiquum vel antiquiſſimũ non obſtante renuntiatione proaui vel aui paterni & non obſtãtibus inueſtituris ſuper eo factis ex quo ii, ad quos feudũ per ſucceſſionem eſt peruenturum non conſenſerunt, nume. 20. 42

Feudum paternum dicitur quod fuit illius parentis, qui fuit genitor communis agnationis, & quod dicatur feudum antiquum 15. 107

Feudum antiquum vel paternum. Ad feudum antiquum admittuntur omnes deſcendentes in infinitum & veniunt ex iure antiquiſſimorum primogenitorum, vide verſicul. deſcendentes, numero 14. 42

Feudum quãdo eſt acquiſitum de communibus bonis, tunc in tranſuerſalibus vnus ſuccedit alteri, & numero 26. 3. 105
Feudum. In feudis ſemper ad tenorem inueſtituræ eſt recurrendum. vide ver. inueſtituræ tenor. 1. 1.87
Feudum amittit, qui conſentit alium inueſtiri 1. 390
Feudum acquiſitum pro eorum filiis & hæredibus videtur hæreditarium & n 35. vbi decl. 9.41
Feudum paternum & antiquum, licet ſucceſſores de nouo inueſtiantur non efficitur nouum ſed remanet antiquum & nu. 25. 2.105
Feudum finita linea, ſi de nouo concedatur duob. fratribus aſſumit naturam paterni feudi & n. 2. 1.105
Feudum nouum conceſſum iure feudi nobilis paterni aſſumit qualitates paterni feudi, & in eo ſuccedunt tranſuerſales, ſicut in feudo paterno, & num. 33. 7.105
Feudum. In feudis antiquis patris factum non præiudicat filiis quamuis poſtea ſint eius hæredes 15 208
Feudum nouum dicitur quod eſt de nouo acquiſitum, & habuit initium in perſona primi inueſtiti 3
Feudum nouum efficitur per nouam formam & n. 29. 3 40
Feudum. Verba illa poſita in conceſſione feudi tanquam de feudo antiquo vel paterno, non probant feudum antiquum, quando perſona inueſtiens eſt prohibita de nouo infeudare 15.4
Feudum. In feudo nouo conceſſa duobus fratribus, quanquam alias vno ex fratribus decedente ſine liberis, eius pars reuertatur ad dominum, tamen non habet locum in feudo conceſſo ab Imperatore vel ab alio principe non recognoſcente ſuperiorem, vbi eſt locus iuri accreſcendi 19.4
Feudum, quando reuera eſt nouum, tamen in inueſtitura dicitur, quod tale feudũ ſit antiquum & paternum, tum certe iſtud feudum cenſetur eſſe antiquum, & de eo iudicatur, vt de feudo antiquo & paterno, & conſequenter in eo admittuntur illi, qui admitterentur in feudo, quod reuera eſſet antiquum & paternum, 14. 4
Feudum nouum non tranſit ad tranſuerſales, vide ver. tranſuerſales 8.166
Feudum quando eſt nouum ſimpliciter & abſolute, tunc in tali feudo non ſuccedunt agnati tranſuerſales, numero 10. pagin 3
Feudum ſi ſit paternum & antiquum, tamen propter nouam inueſtituram, in qua etiam dicatur, quod de nouo inueſtitur, non efficitur feudum nouum, ſed remanet antiquum & paternum, numer. 6.3
Feudum nouum cenſetur effectum feudum antiquum quando feudum renunciatur in manibus domini directi, & alius de eo tanquam de nouo feudo inueſtiatur, & ſequuta eſt inueſtitura. & n. 4 & 5. & aliis ſeqq. 1.237
Feudum quod vaſallus refutauit vel alienauit, vt dominus directus feudi inueſtiret alium de nouo, reuertitur ad dominũ feudi illo mortuo vt do. ver. Vaſallus 1.40
Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini, num. 15.423
Feudum poteſt alienari inuito domino quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſuſtinebat primus feudatarius, vel quando in conceſſione feudi ſunt appoſita illa verba, *proſe & ſuis hæredibus & cui dederit* 37 240
Feudum quando non reuertatur ad directum dominum, numero 29. pagina 425
Feudum an & quando perdatur propter inueſtituram non petitam, numero 30. 425
Feudum impropriũ tranſit etiam ad fœminam 16. 423
Feudum poteſt venire in petitione hæreditatis, licet non ſit hæreditarium, num. 5. 508
Feudum aliud in dubio fuiſſe non præſumitur 14.106
Feudum non dicitur nouum quando dominus vaſallo feloniam remittit, niſi per nouam inueſtituram ſit factum, n. 9 237
Feudum non dicitur eſſe nouum quod de nouo conceditur, dummodo tamen quandoque fuerit conceſſum & num. 28. 13.106
Feudum concedere aliud, & aliud permittere de infeudando, numero 24. pag. 100
Feudum paternum illud eſſe dicitur, quod fuit acquiſitum ab aliquo ex anteceſſoribus, qui fuit communis parens agnationis 2.237
Feudum eſt cõtractus nominatus, & in contractu nominato non eſt locus pœnitentiæ nec reuocationi 1.346
Feudum. In feudo antiquo & acquiſito pro ſe filiis & deſcendentibus non poteſt filiis præiudicari, quia filii non habent illud à patre, ſed à progenitoribus. vide verbo pater in feudis, numero 9. 208
Feudum eſt beneficium 22.5
Feudum nouum dicitur, quod eſt de nouo acquiſitum; & non habuit initium ab aliquo ex anteceſſoribus ſeu progenitoribus, qui fuerit communis ſtipes, nu. 21.
Feudum paternum illud dicitur, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis, alias dicitur feudum nouum 1.2
Feudum paternum per nouam inueſtituram non efficitur nouum, numero 4. 237
Feudum alienatis non cadit à feudo quando alienatio non habuit effectum. nu. 38 43
Feudum, in feudo nouo, quod initium tantum habebit à fratribus, non ſucceditur fratri 2.2
Feudum ſi ſit conceſſum, cum illis verbis, quod ſortiatur naturam feudi antiqui, paterni & auiti, agnati tranſuerſales admittuntur perinde ac ſi feudum eſſet paternum & auitum, adiecta in inueſtitura 4.2
Feudum reuera nouum non efficitur antiquum, per illa verba, tamquam paternum & auitum, adiecta in inueſtitura, n. 4 2
Feudum antiquum vel paternum non deſinit eſſe antiquum vel paternum ex eo, quod pater filios ſuos in vita inueſtiri curauerit 21.42
Feudum antiquum quod dicatur, numero 16. 42
Feudum dici, quamuis pecunia pro tali feudo acquirendo interuenerit, num. 20. 424
Feudi refutatio in manibus directi domini facta eſt realis ac præiudicat filiis, & nu. 32. 6.40
Feudi renunciatio vide ver. renunciatio feudi 18.42
Feudi natura & ſucceſſio non alteratur per nouam inueſtituram, numero 12. pag. 302
Feudi repudiatio facta à patre vaſalli præiudicat eius filiis & deſcendentibus, quando feudum eſt nouum, idem eſt in feudo antiquo, ſi filius adiuit hæreditatem patris renuntiantis nullo confecto ſolenni inuentario. & num. 24. & 29. 207
Feudi renunciatio non nocet ei, cui defertur ius per mortem renunciantis, nu. 19. 209
Feudi refutatio facta per vaſallum præiudicat filiis & deſcendentibus quando feudum eſt nouum, ſed ſi eſt antiquum ſi filius adiuit hæreditatem renuntiantis tunc factum patris præiudicat filiis niſi feciſſent inuentarium ſolenniter, ſi vero repudiat hæreditatem & vult feudum retinere, tunc repellitur, quia non licet filio repudiata paterna hæreditate feudum retinere & numero 36. vbi declar. 7 40
in Feudo antiquo progenitores non poſſunt præiudicare filiis, quod declara vt hic 4 40
Feudum numquam cenſetur renunciatum per generalem renunciationem, ſed requiritur expreſſe mentio feudi, num. 18. 42
Feuda de conſuetudine Regni Franciæ non poſſunt perinde vt patrimonialia vendi & donari 39 37
Feuda non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi hæreditatis: quia non cenſentur hæreditaria, nec habentur iure hæreditario, ſed magis beneficio concedentis 13 208
Feuda conceſſa ab imperatore non poteſt ſucceſſor ſine cauſa reuocare. & num ſeq. 9.64
Feuda hæreditaria non tranſeunt ad filios, niſi etiam ſint hæredes. numero primo & ſecundo, vbi ait communem: & vide numero vigeſimo, vbi declaratur 4. 206
Feuda non continentur in generali poteſtate, vel in generali ſermone, niſi de eis nominatim fit dictum, & eodem modo non cadunt in generali obligatione. vt num. 25. 22 272
Fictionem retrotrahi impedit actus medius, quia obuiatur extremorum coniunctioni, ver. actus 5. 102
Fides non eſt obſeruanda non obſeruanti fidem contractus etiam vbi interuenit iuramentum, & qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, numer. 1. 157
Fidei & Sacramentorum cauſas cognoſcere ad quos ſpectat 18.352
Fidei præſtatio & iuramentum æqui parantur quantum ad obligationem inducendam 7.340
Fideicommiſſaria inducitur ex coniectura ta mente teſtatoris 3 358
Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt compellere hæredem adire & reſtituere n. 19. 371
Fideicommiſſarius adueniente conditione poteſt vendicare rem alienatam, num. 4. 570
Fideicommiſſum ex ſola coniectura voluntatis non inducitur, niſi ſit coniectura neceſſaria 44 253
Fideicommiſſum eſt onus & grauamen 2. 569

Executio sententiæ non potest peti contra singularem successorem fisci condemnati, tenentem aliqua bona condemnati, sed petenda contra condemnatũ, vel eius hæredem vniuersalem. Sed contra num. 18. & sequentib. vbi declaratur numer. 1.329

Executio in dubio præsumitur facta modo licito & opportuno 6.96

Executor mixtus datus ad sententiam exequendam, si est maior iudice qui iudicauit, tunc potest omnes exceptiones fringentes sententiam admittere & super eis iudicare, numero 23. pagina 61

Experimentum verorum sermonum est: vt concordent rebus sensatis, numer. 14. 452

Explicatio text l. voluntate. §. final. quibus modis pignor. solua. 29. numer. 18. 462

Explicatio l. si quis Titio. cum l. seq. ff. de vsuf. accresc. 3.561

Expressum. pro expresso habendum est id quod testator verisimiliter respondisset si fuisset interrogatus, & numero 63. 19. 51

Expressum aliquod per se, vel per relationem ad aliud, paria sunt, numero 23. 396

Expressio eius quod tacite inest nihil operatur 35.110

Extensio non debet fieri etiam ex identitate rationis contra alias regulas iuris, etiam in casu, qui valde æquitate innitatur 14.162

Extensio fit in materia substitutionum de casu ad casum, sed nunquam fit de persona ad personam. vide substitutio 35. 252

Extensio non fit in correctoriis etiam ex maiori tate rationis 24.518

Extensio licita est ex identitate rationis in statuto expressæ 17.232

Extensio non dicitur, vbi est eadem ratio 21.416

Extensio in substitutionibus quamuis fiat de casu ad casum, ex præsumpta testatoris mente numquam tamen fit extensio de persona ad personam, numero 12. 121

Extensio passiua habet locum in statutis procedens ab aliis regulis iuris communis 9. 567

Extensio de stricta significatione ad latam licita est 21.233

Extensio semper est licita in limitatoris 22. 233

Extraneus dicitur altero de tribus modis 17. 602

F.

FAcere qui differt, quod debet, nõ potest petere, quod ei debetur, numero 12. 407

Factum familiaris quando imputetur domino 3.510

Factum quando ordinatur secundum suum finem ad dationem, iudicatur esse datio 10.374

Factum singularium paucarum personarum non potest præiudicare aliis num. 6. 303

Facti series veritatis lucem & euidentiam inducit 158

Facta sunt fortiora ad declaran. voluntatem quam verba, quæ sæpe contra intentionem proferuntur 18.17

Facta vero proximiora sunt, quam nuda vocabula 3.380

Facta sunt fortiora ad declarandum voluntatem quam verba, quæ sæpenumero proferuntur contra intentionem proferentis 10.275

Falsitatis imago quædam est, quod est à verisimili remotum 6.586

Fama ad hoc vt probetur requiritur, vt testes deponãt audiuisse dici publice à maiori parte populi 17.293

Fama de antiquo plenã probationem facit 6.578

Fama non probatur per testes, qui non deponunt, à quibus habuerit originem fama, de quo tamen deponere debent testes etiam non interrogati, & quando fama dicatur vana vox populi, num. 34. 13

Fama proueniens solum ex voce populi si non probetur aliqua præsumptio ex qua ea originem traxerit probationem nullam facit 20.294

Fama publica cum adminiculis contra vsurarium est sufficiens vt per hoc episcopus possit illum publicare, ex qua publicatione & non ante potest dici vsurarius manifestus 23.294

Fama in factis in loco longinquo plenam facit probationem 10.243

Fama publica debet habere originem ab honestis personis, & ideo non probatur per testes, qui non nominant personas à quibus audierunt 18.293

Fama sola tunc facit plenam probationem, vb. à communiter accidentibus probatio solet esse difficilis 8.315

Fama contraria elidit primam, & offuscat effectus primæ famæ 27.239

Fama cum vno teste in criminalib. non sufficit 18.584

Fama quamuis solum faciat semiplenam probationem, tamen in facto antiquo plenam probationem facit, numero 9. 243

Familiarum honestas conseruatur per diuitias 6.550

Familiarum honestas conseruatur per diuitias, quæ per inopiam perit, numero 2. 110

Feder. de Senis laudes 11.262

Feudalia bona non veniunt in obligatione generali omnium bonorum, numero 14. 443

Feudalia non veniunt in rescriptis simpliciter impetratis, nisi de eis fit facta specialis mentio 23.272

Feudum. A feudi natura receditur propter pacta & conuentiones 13.3

Feudum. In feudis admittuntur quæcumque pacta etiam extranea. vide ver. pacta quæcumque 6.87

Feudum receptum pro se & hæredibus, & successoribus quibuscumque masculis, transit etiam ad filios masculos ex fœmina 7.87

Feudum ad proximiores pertinet, & ad eos, qui sunt de linea illius, qui feudum acquisiuit 8.87

Feudum portigitur etiam ad extraneos hæredes, & sic ad personas penitus inhabiles, & alienas à feudi successione, propter illam dictionem vniuersalem, quibuscumque, appositam in inuestitura n. 10. 87

Feudum efficitur nouum propter inuestituras in extraneis factas, quia noua causa nouum feudum facit & n 29. contra asseritur 2.40

Feudum finitum generatione successor potest petere sibi refirmari potius quam aliis: modo id faciat intra annum num 13. 41

Feudum dicitur esse nouum quando in tenouatione inuestituræ antiquæ additur noua forma seu aliqua noua qualitas seu clausula & n. 18. 16.107

Feudum acquisitum pro se & eorum hæredib. & successoribus nõ transit ad alios agnatos, qui non sunt hæredes acquirentis. n. 11. 10.87

Feudum est concessio gratuita, alias si esset quæsitum pecunia non esset feudum 11. 99

Feudum. A natura feudi seu substantia feudorum receditur per pacta & conuentiones 5.87

Feudum in dubio non præsumitur esse paternum 17.107

Feudum est contractus nominatus, nu. 17. 321

Feudum paternum finita linea debet renouari collaterali, alias fieret ei iniuria & posset appellari ex communi opinione, numero 8. & numer. 34. & sequentibus 7.105

Feudum. In feudis nullum ius reale acquiri potest sine corporali inuestitura, n. 46. 38

Feudum acquisitum pro se filiis & descendentibus possunt filii retinere repudiata hæreditate paterna, quia tunc non censentur vocati vt hæredes, sed tanquam filii ex pacto & prouidentia antecessorum acquirentium & numero sequente, 19. 208

Feudum dicitur antiquum vel paternum quamuis fuerit alteratum per pactum 22. 42

Feudum. In feudo antiquo factum patris non præiudicat filiis, quamuis postea sint eius hæredes & quamuis dominus directus consentiat, vt numero 34. 23. 42

Feudum habitum ex causa onerosa quando dicatur 25.425

Feudum antiquum quod prouenit à linea primogenitorum non requirit nouam inuestituram 15.42

Feudum quando reuera est antiquum seu paternum tunc in tali feudo succedunt etiam agnati transuersales excluso domino 9.3

Feudum. In feudo, quod est simpliciter & absolute nouum, quamuis non succedunt agnati transuersales, quia hæc est natura feudi noui, tamen secus est, quando per verba apposita in inuestitura alterata est natura ipsius feudi noui. & nume. seq. 11.3

Feudũ non potest dici nouũ, sed antiquum vel antiquissimũ non obstante renunciatione proaui vel aui paterni & non obstãtibus inuestituris super eo factis ex quo ii, ad quos feudũ per successionem est peruenturum non consenserunt, nume. 20. 42

Feudum paternum dicitur quod fuit illius parentis, qui fuit genitor communis agnationis, & quod dicatur feudum antiquum 15.107

Feudum antiquum vel paternum. Ad feudum antiquum admittuntur omnes descendentes in infinitum & veniunt ex iure antiquissimorum primogenitorum, vide verficul. descendentes, numero 14. 42

Feudum quãdo eſt acquiſitum de communibus bonis, tunc in tranſuerſalibus vnus ſuccedit alteri,& numero 26.3. 105
Feudum. In feudis ſemper ad tenorem inueſtituræ eſt recurrendum. vide ver. inueſtituræ tenor. 1. 1.87
Feudum amittit, qui conſentit alium inueſtiri 1. 390
Feudum acquiſitum pro eorum filiis & hæredibus videtur hæreditarium & n 35. vbi decl. 9.41
Feudum paternum & antiquum, licet ſucceſſores de nouo inueſtiantur non efficitur nouum ſed remanet antiquum & nu. 25. 2.105
Feudum finita linea, ſi de nouo concedatur duob. fratribus aſſumit naturam paterni feudi & n. 2. 1.105
Feudum nouum conceſſum iure feudi nobilis paterni aſſumit qualitates paterni feudi, & in eo ſuccedunt tranſuerſales, ſicut in feudo paterno, & num. 33. 7. 105
Feudum. In feudis antiquis patris factum non præiudicat filiis quamuis poſtea ſint eius hæredes 15 208
Feudum nouum dicitur quod eſt de nouo acquiſitum, & habuit initium in perſona primi inueſtiti 3
Feudum nouum efficitur per nouam formam & n. 29. 3.40
Feudum. Verba illa poſita in conceſſione feudi tanquam de feudo antiquo vel paterno, non probant feudum antiquum, quando perſona inueſtiens eſt prohibita de nouo infeudare 15.4
Feudum. In feudo nouo conceſſa duobus fratribus, quanquam alias vno ex fratribus decedente ſine liberis, eius pars reuertatur ad dominum, tamen non habet locum in feudo conceſſo ab Imperatore vel ab alio principe non recognoſcente ſuperiorem, vbi eſt locus iuri accreſcendi 19.4
Feudum, quando reuera eſt nouum, tamen in inueſtitura dicitur, quod tale feudũ ſit antiquum & paternum, tum certe iſtud feudum cenſetur eſſe antiquum, & de eo iudicatur, vt de feudo antiquo & paterno, & conſequenter in eo admittuntur illi, qui admitterentur in feudo, quod reuera eſſet antiquum & paternum, 14. 4
Feudum nouum non tranſit ad tranſuerſales, vide ver. tranſuerſales 8.106
Feudum quando eſt nouum ſimpliciter & abſolute, tunc in tali feudo non ſuccedunt agnati tranſuerſales, numero 10. pagin 3
Feudum ſi ſit paternum & antiquum, tamen propter nouam inueſtituram, in qua etiam dicatur, quod de nouo inueſtitur, non efficitur feudum nouum, ſed remanet antiquum & paternum, numer. 6.3
Feudum nouum cenſetur effectum feudum antiquum quando feudum renunciatur in manibus domini directi, & alius de eo tanquam de nouo feudo inueſtiatur, & ſequuta eſt inueſtitura. & n. 4 & 5. & aliis ſeqq. 1.237
Feudum quod vaſallus refutauit vel alienauit, vt dominus directus feudi inueſtiret alium de nouo, reuertitur ad dominũ feudi illo mortuo vt do. ver. Vaſallus 1.40
Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini, num. 15.423
Feudum poteſt alienari inuito domino quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſuſtinebat primus feudatarius, vel quando in conceſſione feudi ſunt appoſita illa verba, *proſe & ſuis hæredibus & cui dederit* 37 240
Feudum quando non reuertatur ad directum dominum, numero 29. pagina 425
Feudum an & quando perdatur propter inueſtituram non petitam, numero 30. 425
Feudum improprium tranſit etiam ad fœminam 16. 423
Feudum poteſt venire in petitione hæreditatis, licet non ſit hæreditarium, num. 5. 508
Feudum aliud in dubio fuiſſe non præſumitur 14.106
Feudum non dicitur nouum quando dominus vaſallo feloniam remittit, niſi per nouam inueſtituram ſit factum, n. 9 237
Feudum non dicitur eſſe nouum quod de nouo conceditur, dummodo tamen quandoque fuerit conceſſum & num. 28. 13.106
Feudum concedere aliud, & aliud permittere de infeudando, numero 24. pag. 100
Feudum paternum illud eſſe dicitur, quod fuit acquiſitum ab aliquo ex anteceſſoribus, qui fuit communis parens agnationis 2.237
Feudum eſt cõtractus nominatus, & in contractu nominato non eſt locus pœnitentiæ nec reuocationi 1.346
Feudum. In feudo antiquo & acquiſito pro ſe filiis & deſcendentibus non poteſt filiis præiudicari, quia filii non habent illud à patre, ſed à progenitoribus. vide verbo pater in feudis, numero 9. 208
Feudum eſt beneficium 22.5
Feudum nouum dicitur, quod eſt de nouo acquiſitum, & non habuit initium ab aliquo ex anteceſſoribus ſeu progenitoribus, qui fuerit communis ſtipes, nu. 21.
Feudum paternum illud dicitur, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis, alias dicitur feudum nouum 1.2
Feudum paternum per nouam inueſtituram non efficitur nouum, numero 4. 237
Feudum alienatus non cadit à feudo quando alienatio non habuit effectum. nu. 38. 43
Feudum, in feudo nouo, quod initium tantum habebit à fratribus, non ſucceditur fratri 2.2
Feudum ſi ſit conceſſum, cum illis verbis, quod ſortiatur naturam feudi antiqui, paterni & auiti, agnati tranſuerſales admittuntur perinde ac ſi feudum eſſet paternum & auitum, adiecta in inueſtitura 4.2
Feudum reuera nouum non efficitur antiquum, per illa verba, tamquam paternum & auitum, adiecta in inueſtitura, n. 4.2
Feudum antiquum vel paternum non deſinit eſſe antiquum vel paternum ex eo, quod pater filios ſuos in vita inueſtiri curauerit 21.42
Feudum antiquum quod dicatur, numero 16. 42
Feudum dici, quamuis pecunia pro tali feudo acquirendo interuenerit, num. 20. 424
Feudi refutatio in manibus directi domini facta eſt realis ac præiudicat filiis, & nu. 32. 6.40
Feudi renunciatio vide ver. renunciatio feudi 18.42
Feudi natura & ſucceſſio non alteratur per nouam inueſtituram, numero 12. pag. 302
Feudi repudiatio facta à patre vaſalli præiudicat eius filiis & deſcendentibus, quando feudum eſt nouum, idem eſt in feudo antiquo, ſi filius adiuit hæreditatem patris renunciantis nullo confecto ſolenni inuentario. & num. 24. & 29. 207
Feudi renunciatio non nocet ei, cui defertur ius per mortem renunciantis, nu. 19. 209
Feudi refutatio facta per vaſallum præiudicat filiis & deſcendentibus quando feudum eſt nouum, ſed ſi eſt antiquum ſi filius adiuit hæreditatem renunciantis tunc factum patris præiudicat filiis niſi feciſſent inuentarium ſolenniter, ſi vero repudiat hæreditatem & vult feudum retinere, tunc repellitur, quia non licet filio repudiata paterna hæreditate feudum retinere & numero 36. vbi declar. 7 40
in Feudo antiquo progenitores non poſſunt præiudicare filiis, quod declara vt hic 4 40
Feudum numquam cenſetur renunciatum per generalem renunciationem, ſed requiritur expreſſe mentio feudi, num. 18. 42
Feuda de conſuetudine Regni Franciæ non poſſunt perinde vt patrimonialia vendi & donari 39 37
Feuda non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi hæreditatis: quia non cenſentur hæreditaria, nec habentur iure hæreditario, ſed magis beneficio concedentis 13 208
Feuda conceſſa ab imperatore non poteſt ſucceſſor ſine cauſa reuocare. & num ſeq. 9. 64
Feuda hæreditaria non tranſeunt ad filios, niſi etiam ſint hæredes. numero primo & ſecundo, vbi ait communem: & vide numero vigeſimo, vbi declaratur 4. 206
Feuda non continentur in generali poteſtate, vel in generali ſermone, niſi de eis nominatim fit dictum, & eodem modo non cadunt in generali obligatione. vt num. 25. 22 272
Fictionem retrotrahi impedit actus medius, quia obuiatur extremorum coniunctioni, ver. actus 5. 102
Fides non eſt obſeruanda non obſeruanti fidem contractus etiam vbi interuenit iuramentum, & qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, numer. 1. 157
Fidei & Sacramentorum cauſas cognoſcere ad quos ſpectat 18. 352
Fidei præſtatio & iuramentum æquiparantur quantum ad obligationem inducendam 7. 340
Fideicommiſſaria inducitur ex coniectura mente teſtatoris 3 358
Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt compellere hæredem adire & reſtituere n. 19. 371
Fideicommiſſarius adueniente conditione poteſt vendicare rem alienatam, num. 4. 570
Fideicommiſſum ex ſola coniectura voluntatis non inducitur, niſi ſit coniectura neceſſaria 44 253
Fideicommiſſum eſt onus & grauamen 2. 569

Fideicommissum non debetur, quod pendet à conditione inutili 14. 574
Fideicommissum reciprocum inducitur ex coniecturata mente testatoris, numer. 10. 395
Fideicõmissum conditionale pẽdente conditione transmittitur etiam ad filios. & numero 22. vbi declaratur. & ibi etiam ponuntur plures coniecturæ, numer. 7. 189
Fideicommissum reciprocum inter nepotes quando inducatur 16 396
Fideicommissum censetur iniunctum restituendum familię per verba prohibitionis alienationis extra familiam, & n. 14. vbi declaratur 1 126
Fideicommissum nominatim iniunctũ pronepoti, qui solum est positus in conditione & non in dispositione valet & tenet, quia iniungendo onus fideicommissi videtur tacite eum instituere. Sed contra n. 10. ex communi 1.136
Fideicommissum inducitur ex prohibitione alienationis cum causa 15. 396
Fideicommissum inducitur ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant, & in substitutionibus fideicommissariis facile admittitur coniectura & voluntas præsumpta testatoris, numero 18 191
Fideicommissum inducitur ex coniecturata mente testatoris, quamuis verba deficiant. & n 44. 7.248
Fideicommissum conditionale non transmittitur etiam ad suos 9. 551
Fideicommissum videtur esse relictum ab ipso fiduciario grauato post mortem, numero 7.368
Fideicommissi conditionalis ius non transmittitur ad filium substituti, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem 6.124
Fideicommisso grauari non possunt non dispositiue vocati, numero 7. pagina 394
Fideicommissorum materia male fundatur in voluntate testatoris, numero 12. pag. 552
Fideiussoris obligatio tamquam accessoria non potest consistere, si non valet principalis obligatio. Intellige vt numero 4. 3 216
Fieri quando dicatur, quod est faciendum 3 362
Filia maritata & dotata à patre est in potestate patris 16.602
Filia monasterium ingressa videtur admittenda ad fideicommissum, ex quo testator substituit filias fœminas, & per ingressum monasterii non desinit esse filia, imo habet omnia iura suitatis & agnationis, & ius transmittendi ad monasterium ex potentia suitatis, & numer. 17. 163
Filia hæres particularis instituta censetur hæres ciuilis quando non est institutus alius hæres vniuersalis, vbi ampliatur, & n. 38. & 52. vbi declar. 5.49
Filia si sit dotata & instituta in dote, & iussa plus non petere, masculus autem sit institutus ex vniuerso, tunc eo repudiante filia habebit totum 21 278
Filia dotata, quæ ex forma statuti non succedit patri, non impedit legitimatas plus habere 47. 266
Filia excluſa à statuto à successione desinit esse sua 6 387
Filia semel excluſa perpetuo remanet exclusa 24.264
Filia est proximior in gradu patri, quam neptis 2.565
Filiam propriam exhæredare & ecclesiam qui vult instituere alium quærat pro consilio quam diuum Augustinum, & nume. 20.52
Filiæ fœminæ natæ ex patre damnato de crimine læsæ maiestatis an & quando fiant incapaces in successione collateralium 1.388
Filiatio ordinatur à natura 5. 380
Filiationis quasi possessio ex nominatione quando sufficiat, quando non, numero 10.381
Filius quando est grauatus fideicommisso vniuersali non pure sed sub conditione, detrahentur duæ quartæ, numero 10. 567
Filius fideicommisso cõditionali grauatus, qui potest duas quartas detrahere, debet in quartam Trebellianicam computare omnes fructus perceptos, numero 27. 167
Filius in feudis viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere, & sic continuare in eum possessio sine alia inuestitura 12 64
Filius qui renunciauit feudo, nedum tacite sed etiam expresse, potest mortuo patre venire ad tale feudum: & hoc procedit etiam si dictum esset in refutatione feudi, quod renunciat omni iuri quod habet vel habere sperat, n. 17 16. 42
Filius fratris præmortui substituti non venit nec ex substitutione, nec ex transmissione ad fideicommissum 15. 125
Filius si viuo patre renunciet hæreditati paternæ etiam cum iuramento non præiudicat sibi in feudo 12.208
Filius in feudo institutus in re certa æqualiter succedit cum alio filio hærede vniuersaliter instituto, quia feudum non est proprie de corpore hæreditatis 14. 208
Filius bastardus ex institutione de eo facta efficitur legitimus quasi testamento legitimatus 12. 186
Filius qui potest querelare testamentum patris, non potest expresse prohiberi per testatorem, quin habeat ius accrescendi in vniuerso: sed contra numer. 38. & 52. 7. 40
Filius renuncians successioni patris, præteritus non dicit testamentum nullum 16. 385
Filius natus alibi quam in ciuitate originis paternæ dicitur originarius paternæ ciuitatis, si pater ad aliam ciuitatem profectus habuit animum redeundi ad propriam ciuitatem 2.289
Filius patris hæres non potest impugnare renunciationem feudorum à suo patre factam, cum censeatur eadem persona. & nume. 9. & 21. & seqq vbi declaratur multis modis 2.206
Filius nõ succedit in feudo nisi sit hæres vt n. 23. declar. vt ibi & n. 26. 23 42
Filius quando locum patris ingrediatur 8. 9. 7.444
Filius natus ex matrimonio quando præsumatur 6. 448
Filius in feudo antiquo non succedit etiamsi non sit hæres 17.209
Filius habet ius vendicandi fundum suum venditum à patre etiam eo viuo, & hoc quo ad ius, sed quo ad exercitium non potest filius experiri nisi consentiente patre 8 207
Filius viuo patre non admittitur ad rescindendum renunciationem factam à patre de feudo hæreditario, etiam antiquo 1.2. & 20.206
Filius etiam viuo patre potest recuperare feudum antiquum à patre alienatum pretio reddito & etiam si alienationi consenserit dominus directus. & num. 8. & seq. 7.207
Filius quando detrahit nisi vnam quartam 20. 385
Filius in legitima grauari non potest, nisi vt n. 4. 3.367
Filius adeundo patris hæreditatem cum beneficio inuentarii potest reuocare alienationem feudorum à patre factam 24. 210
Filius fratris præmortui admittitur ad successionem non patruo viuente, in statuto vocante ad successionem proximiores in gradu 7.367
Filius fratris admitti debet in substitutione fideicommissaria, sicut admissus fuisset ipse frater qui erat substitutus ex coniecturata voluntate testatoris, qui idem statuisset in nepote quod in fratre expresse substituto, si de hoc casu cogitasset n. 3. 124
Filium in potestate censeri institutum n. 12. 404
Filii iudicantur legitimi propter bonam fidem parentum contrahentium publice 1.557
Filii nati ex milite Hierosolymitano in sacris constituto non solum sunt spurii, sed etiam incestuosi 15.150
Filii spurii quos pater expresse dixit in testamento velle legitimari possunt legitimationem petere sine alterius requisitione 1. 102
Filii feudum acquisitum pro se filiis & descendentib. possunt retinere paterna hæreditate repudiata. vide verbo feudum acquisitum 208
Filii, qui non sunt expresse nec etiam tacite substituti, sed solum positi in conditione, & sic solum reseruatum est ius succedendi ab intestato non videntur posse reuocare bona per eorum patrem alienata, sed contra num. 1. 89
Filii nati ex famula quam nobilis tractabat vt famulam domo propria in cibo, potu & vestibus, non dicuntur naturales n. 3. 185
Filii quãdo non innituntur ex persona propria, quoniam transmissio operetur 13. 388
Filii positi in conditione non sunt in dispositione 3. 394
Filii non nati, nec concepti tempore mortis aut ex propria persona non possunt ad illius successionem venire, numero 3. 387
Filii vt legitimentur per subsequens matrimonium, an requirãtur instrumenta dotalia 13. & 17. 387
Filii possunt esse testes pro patre in his, quæ sunt difficilis probationis 11. 516
Filii nati ex nefariis vel incestis nuptiis non sunt naturales nominandi, nec à parentibus alendi, nec per Imperatorem legitimari possunt 2.67
Filii nati ex muliere de sacro fonte leuata dicuntur incestuosi 5. 68
Filii fratris quando obtineant locum fratris 5.443
Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus veniunt nepotes, quando concurrit voluntas testatoris, & euidentes coniecturæ

iecturæ 8. 189
Filiorum omni iure potior eſt cauſſa, quam eccleſiæ vel monaſterii 15. 165
Filiorum appellatione ſimpliciter veniunt etiam naturales & ſpurii, numero 11. 150
Filios non extare vel extare, & non poſſe ſuccedere ſunt paria, & numer. ſeqq. 25. 264
Filiis ius acquiſitum ſine facto patris eis auferri non poteſt, numero 37. pagina 591
Fiſcus. Contra fiſcum in dubio pronunciandum: maxime quando fiſcus venit ex cauſa lucratiua, vt ex delicto, nu. 30. 175
Fiſcus. In fiſco ſpeciale eſt, vt qui emunt, vel aliter ab eo acquirunt hæreditatem, teneantur ad omnia onera & obligationes paſſiue, ad quas fiſcus tenebatur. n. 13. 330
Fiſcus donando non poteſt plus iuris in donatarium transferre, quam ipſe habeat 17. 331
Flumina vice cenſitorum funguntur nu. 11. 452
Fluuiorum in ripis licet retia ponere & ea ſiccare 13. 579
Fœmina regulariter repellitur à feudo quinque rationibus 31. 265
Fœmina eſt de agnatione patris, numero 2. 573
Fœmina numquam ab inteſtato admitti debet, quamdiu poteſt per maſculos ex teſtamento ſuccedi 21. 191
Fœminæ non ſunt admittendæ de iure, nec de conſuetudine ad ſucceſſionem caſtrorum, quæ armata manu defendere oportet 30. 265
Fœminæ non habent agnationem nu. 23. 416
Fœminæ in feudis regulariter nõ ſuccedunt, idem eſt in nepotibus maſculis deſcendentibus ex fœminis 2. 87
Fœminæ nouis maritis non ſolum res filiorum ſed etiam viſum adhiberent, num. 7. 362
Fœnerari ſolitus & conſuetus quis dicatur 4. 544
Fœneratorum fraudulosa cautela, num. 2. 544
Forenſis præſumitur ignoraſſe illud quod per ciues ciuitatis eſt prohibitum, niſi in ea longam moram traxerit 28.
Forenſes qui alias ſunt de iure exempti à muneribus etiam mixtis & collectis, ſi emant rẽ ſcriptam in æſtimo communis, quæ eſt affecta pro collectis, tenentur ſoluere onera vetera & noua, & numer. 7. 2. 310
Forenſibus poſſidentib. prædia in territorio imponuntur collectæ ex generali conſuetudine Italiæ. vide verbo collectæ 8. 311
Forma ſtatuti debet præciſe adimpleri. & n. 14. 13. 364
Formæ omiſſio vitiat actum quantumuis fauorabilem 2. 308
Formam obſeruare nõ dicitur, qui nõ obſeruat tempora à iure conſtituta, nu. 4. 118
Forũ ſortiri in loco, vel ſtatutis illius loci ſubiici, à pari procedunt 2. 299
Frater ſi fecerit quitationem fratri de omni eo quod petere poſſet in hæreditate paterna non impeditur per hoc petere feuda, quia non petuntur tanquam ex hæreditate paterna 11. 208
Frater in feudo nouo quod habuit initium tantum à fratribus, non ſuccedit fratri decedenti, & multo minus ſuccedunt nepotes ex alio fratre, nec alii agnati tranſuerſales, niſi in inueſtitura expreſſe fuerit dictum, quod frater fratri ſuccedat, nu. 2. 2
Fratres duo, qui quoſdam actus fecerunt in communi, & quoſdam ſeparatim, ſi vnus reperiatur feciſſe mercaturam, proprio nomine non tenetur illam communicare cum alio fratre intell. vt nume. 27. & 28. & n. 32. & 33. 47
Fratres plures, ſi remaneant in domo paterna mortuo patre, & vnus eſt habilis ad lucrandum, tunc ſi quid acquirit, non præſumitur acquitere ex bonis communibus, ſed ex mercantiis. & numero 42. 15. 9
Fratres duo, quando ſtant ſimul, & ſunt ſocii omnium bonorum, & vnus emit fundum & domum pro ſe ſolo & ſic ſeorſum ab altero, tenetur tamen alteri fratri communicare per actionem pro ſocio ſecundum communem opinionem, nu. 27. 11
Fratres non cenſentur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum, etiamſi omnes negotientur, ſed illius tantum negotiationis, quam exercuerunt. & numer. 37. 8. 8
Fratres mortuo patre retinendo hæreditatem patris in communi, per hoc non intelliguntur ſocietatem contraxiſſe. Item quando ſimul cohabitant, & ibi de ratione. & n. 16. & ſeqq. & n. 32. & 33. vbi declar. 1. 7
Fratres plures quãdo ſunt ſocii & vnus clam emit poſſeſſionem, vel domum pro ſe, & ſuis hæredibus debet talis poſſeſſio communicari alteri fratri, numero 29. pagin. 11
Fratres qui in inſtrumento communionis cum iuramento promiſerunt omnia in illo inſtrumento contenta & deſcripta rata grata valida & firma habere, & num quam contra per ſe vel alium facere dicere vel venire videtur per illa verba ſibi ſuſtuliſſe potentiam reuocandi donationem cauſa mortis. & num. 13 vbi declaratur 22 223
Fraus in donatione arguitur ex magno exceſſu 6. 280
Fructus blada ac bona mobilia reperta in præpoſitura ſpectant ad ſucceſſorem in præpoſitura. vide verbo bona mobilia 3. 286
Frumentum, quod habebat teſtator doni, non venit in vſufructu relicto vxori 17. 446
Fulgoſ. conſ. 54. declaratur, numero 35. 419
Fundare ſe non poteſt quis in ea conuentione cui contrauenit 33. 224
Furioſus & demens quomodo probatur 14. 516

G.

GEminatio verborũ vniuerſalium multum operatur 12. 232
Geminatio denotat enixam volũtatem donantis 9. 149
Generalis mentio non ſufficit, vbi eſt fienda ſpecialis 10. 363
Generalitas. In generalitate verborum non veniunt alias prohibita, & illicita, nu. 8. 170
Genus ſi non poſſit verificari niſi in vna ſpecie æquiparatur ſpeciei. Vide verbo paria ſunt aliquid exprimi, numero 21. 223
Generi per ſpeciem derogatur & non contra: & nu. 14. 1. 70
Geſta in eccleſiæ ſcandalum non tenent 34. 355
Gloſſ. l. Lucius. de hæred. inſtitut. limitatur 23. 136
Gloſſ. l. ſi ita quis, § ea lege, verb. intereſt, de verborum obligatione declaratur 15. 128
Gloſſ. l. diem proferre. §. ſi plures. de arbitr. limitatur & numeris ſequentibus 12. 305
Gloſſ. in c. ſi Papa diſt. 40. diſcutitur n. 29. 354
Gl. l. tale pactum. §. final. de pact. limitatur multis modis 15. 162
Gl. l. Lucius. la. 2. ff. de hæredi inſt. declaratur 20. 396
Gl. leg. alio gl. 1. in fin. de adim. l. quomodo intelligenda 18. 139
Gloſſ in l. 1. C. de inoff. dona. declaratur 34. 464
Gloſſ in l. tale pactum. §. fin. declaratur 19. 602
Gl. debet intelligi ſecundum legem quam allegat 19. 360
Gloſſæ non eſt credendum, vbi legem nullam allegat 15. 84
Gradus. Si de gradu fiat mentio in ſtatuto ſecundum ius canonicum, & in alia parte fiat mentio de gradu ſimpliciter, intelligitur ſecundum ius ciuile, quia fuiſſet facile exprimere ſecundum ius canonicum, ſi de eo intellexiſſet. nu. 1 & 2. Sed contra n. 4. & ſeqq. 268
Gratia ſeu priuilegium acquiritur abſenti ex die certiorationis quamuis nondum ei fuerit præſentata 8. 289
Gratia facta per viam contractus non poteſt per concedentem nec eius ſucceſſorem reuocari. vide verbo Remiſſio & verbo indulgentia 22. 322
Gratiæ deperditæ tenor probatur ex matrice & per teſtes atteſtantes ſe vidiſſe literas gratiæ in forma authentica 25 322
Grauare non poſſum quem nõ honoro: vbi declaratur ſecundum Aretin. Sed reiicitur declaratio 13. 138
Guerra & timor guerræ paria ſunt 7. 511

H.

HAbilitas in hærede inſtituto requiritur tribus temporibus 23. 257
Hæreſis & læſæ maieſtatis crimen æquiparantur 9. 389
Hæreticus poteſt dici fouens crimen inueteratum 27. 354
Hæreditas matris magis debetur filiis, quã hæreditas auiæ maternæ 19. 415
Hæreditas eccleſiæ dari poteſt per contractum & donationem inter viuos, nu. 11. 594
Hæreditas eſt ius vniuerſale continens omnes obligationes actiue & paſſiue n. 8. 330
Hæreditatis ex aditione inducitur quaſi cõtractus 10. 568
Hæreditatem paternam, ſi aliquis diuiſit cum fratribus licet poſtea vt poſſit matrimonium contrahere cum puella iurauerit ſe non fuiſſe filium illius cuius hæreditatem diuiſerat, tamen fratres quorum principaliter intereſt, non poſſunt ſe fundare ſuper tali iuramento, nec illius vi-

gore per condictionem indebiti vel sine causa petere quod per diuisionem habuerat 5.141

Hæres præsumitur ignorare factum defuncti quod maxime procedit in filio & sic suo hærede 8.16

Hæres quilibet instituitur potest, qui non reperitur expresse prohibitus, quia edictum de testamentis & de hæredibus instituendis est prohibitorium certarum personarum, n.5. 5.144

Hæres fungitur eadem persona cum defuncto, & sicut defunctus, si viueret, non posset venire contra alienationem feudi. Ita nec eius hæredes, & num. 30. vbi decl. & n. seqq. 5.40

Hæres non potest venire contra factum defuncti, nisi quando à defuncto non habet illud quod à defuncto est sibi necesse relinqui 31.43

Hæres adeundo hæreditatem censetur approbasse defuncti omnia gesta, num. 16. 232

Hæres non potest impugnare factum defuncti. Vide verb. filius patris hæres, nu. 207

Hæres scriptus p̃sumitur hæres & possessor, & sustinet partes defensoris, & aduersarius partes actoris, numero 4. pagina 316

Hæres potest venire contra factum defuncti, quando illud factum tendit ad fraudandum hæredem à legis vel inuestituræ beneficio 12.238

Hæres non potest venire contra factum defuncti 1.573

Hæres directus quando restituit totum fideicommissum, censetur in dubio fecisse gratiam fideicommissario, numero 5.412

Hæres particulariter institutus, alio hærede vniuersali non facto efficitur hæres vniuersalis 37.33

Hæres legitimus non tenetur in foro conscientiæ dare aliquam partem hæreditatis scripto hæredi in eo testamento quod postea apparuit non esse solenne secundum ius ciuile, numero 23. pagina 258

Hæres ab intestato licite potest petere & habere etiam in foro conscientiæ hæreditatem eius, qui testamentum fecit, & alium hæredem scripsit, quando testamentum effectum fuit irritum, & n. seqq. 21 157

Hæres non potest venire contra factum defuncti. intellige si modo à defuncto habeat illud quod est sibi necesse relinqui 238

Hæres non potest cõtrauenire facto defuncti 13.64

Hæres potest contrauenire facto defuncti quando tendit ad fraudandum hæredem. l. beneficio, num. 18. pagi. 209. & 27. 43

Hæres pro quarta Trebellia. potest alienare inuito fideicommissario, numero 1. 569

Hæres quando possit venire contra factum defuncti 39.591

Hæres, qui semel fuit, non potest desinere esse hæres 3.230

Hæreditas non delata non transmittitur 5. 387

Hæres viuentis esse non potest, num. 2. & 11. 561

Hæredis appellatione venit vniuersalis hæres 21.563

Hæredis institutio caput & fundamentum testamenti 9.514

Hæredis verbum est verbum directum & ciuile 11.277

Hæreditatem nõ adire, vel nulliter adire paria sunt 3.454

Hæredem velle grauare in dubio non præsumitur testator 2.398

Hæredes non possunt consentiendo testamenti derogare solennitati & publicæ formæ requisitæ in testamento maxime cœci 17 309

Hæredes instituti qui consenserunt testamento cœci etiam inualido & omnibus & singulis in eo contentis, & promiserunt testatori stipulanti nullo tempore contra facere, habent necessitatem implendi voluntatem defuncti: sed contra numer. 17. vbi ponitur ratio. & vid. num. 20. & 21. 13.309

Homines vniuersitatis non possunt renunciare iuribus vniuersitatis numero 4. pagin. 512

Hospitale substitutum de iure præfertur etiam legitimato ab Imperatore & n. 21. vbi contra 1 148

Hospitalibus & pauperibus quamuis fauendum sit in dubio, non tamen ob id licitum est deuiare à tramite iuris, 26. nu. 151

Hypotheca non potest prętendi in rebus debitis, quarum dominium non est translatum 4.406

Hypotheca non cadit pro dote actualiter non soluta 15.441

Hypotheca cum translatione possessionis in feudis nobilibus non potest constitui absque domini consensu, numero 17. 441

Hypotheca. Is cui prius res fuerunt hypothecatæ præfertur ei cui prius res fuerunt traditæ n.24 27

Hypotheca, & sic vis pignoris ex solo contractu & ex solo tit. absque aliqua traditione transfertur, & ideo in hypotheca præfertur is, cui prius res fuerunt hypothecatæ, & non ille cui prius fuerunt traditæ, & ibi assignatur ratio & nu. 45. ibi declaratur 36. 36

Hypotheca & sic ius pignoris transfertur ex solo contractu, & sic ex solo titulo absque traditione & ibi rationem adducit 24 27

Hypothecaria, quæ est actio in rem, debet dari contra quemcumque tenentem aut possidentem res hypothecatas, numer. 1. 330

I.

IGnorantia in dubio præsumitur, & præsertim hoc verum est in persona alienigena & absente 23 196

Ignorantia verisimilis probatur iuramento 8 568

Ignorantia facti præsumitur in minore & in pupilla 5.558

Ignorantia alterius coniugum de impedimento sufficit quoad legitimationẽ prolis 8 586

Ignorantia proclamatum factorum in ciuitate præsumitur in eo, qui maiori parte temporis ruri habitabat 15.174

Illud, dotata & instituta in dote, & iussa plus non petere habebit totum per ius accrescendi nõ obstante prohibitione testatoris, quando filius institutus in vniuersa hæreditate eam repudiauit 8.49

Immunitas seu exemptio à munerib. publicis præscribitur 40. annis etiam à sciente se teneri 6.112

Immunitas bonorum præsumitur realis 10. 409

Immunitas cõcessa pro se, hæredib. & successoribus videtur singularem quoq; successorem comprehendere 1.533

Immunitas concessa per rescriptum imperatoris non intelligitur concessa pro prædiis, quæ iam antea erant registrata 12. 311

Immunitatis concessio pro bonis & terris alicuius loci, & sic respectu rei præsumitur realis, vt ad quemcumque transeat res debeat etiam transire exemptio 5.334

Immunitas concessa per rescriptũ Imperatoris ab oneribus intelligitur in dubio de extraordinariis, nisi dictum sit à muneribus ordinariis & extraordinariis. vide verbo rescriptum 13.311

Immunitas alicui cõcessa propter benemerita censetur esse personalis & non debet transire ad singularem successorem 11. 334

Immunitatis concessio indeterminate facta præsumitur concessio mere personalis, & non realis 17.335

Immunitatis concessio in dubio censetur esse personalis, & sic non potest transire ad singulares successores 9.334

Immunitatis concessio est donatio proueniens ex largitate concedentis, & ideo debet large interpretari in præiudicium ipsius concedentis, & ita vt appellatione *hæredum* & *successorum* comprehendatur etiam singularis successor, numero 3. 333

Immunitatis priuilegium concessum ab Imperatore pro prædiis acquisitis, & acquirendis, intelligitur de prædiis acquirendis, quæ erant libera tempore acquisitionis 15.311

Immunitatis priuilegium simpliciter concessum de iure communi trahitur etiam ad futura prædia 1.112

Immunitatem perpetuam nõ possunt concedere decuriones. fallit numer. 3.5.12.15. 1.375

Immunitates censentur esse stricti iuris & non extenduntur vltra rem vel personam in eis nominatam 10. 334

Impeditus per vim tradere rem quã vendidit excusatur à pœna 8.138

Impedito conceditur secundum fatale, & sic secundus annus 14.84

Imperator non debet legitimare spurium filiis legitimis extantibus, numero 5. 401

Imperator in quæsitis non potest præiudicare ecclesiæ, secus in quærendis, nu. 31. 152

Imperator duos fratres de eodem feudo inuestiuit, vno sine prole defuncto, portio sua non reuertitur ad dominum, sed ad confratrem: secus esset, si de feudo essent inuestiti per inferiorem à principe, n. 205

Imperator nec Comes Palatinus non possunt se impedire de legitimatione filiorum natorum ex filia spirituali, sed ad Pontificem recurrendum est, num. 12. & 1. 67

Imperator de potestatis plenitudine potest concedere ius primogenituræ, nume. 4. 391

Imperator est aduocatus & defensor ecclesiæ 12.351

Imperator quando conuocat concilium gene-

generale 10.351
Imperator & comes Palatinus qui in hoc habet imperiale priuilegium poteſt legitimare inceſtuoſos quoad temporalia & Imperator poteſt legitimare filiam presbyteri 6.68
Imperator per reſcriptum ſuum non poteſt remittere collectas, dacia, vel gabellas, niſi adiecta ſit clauſula, non obſtante tali lege 10.311
Imperator & Pontifex ſicut non poſſunt per reſcriptum auferre directum dominium ſine cauſa, ita nec vtile, quia vtile dominium eſt effectus directi dominii inducti à iure gentium 14.321
Imperator concedens alicui remunerationis gratia immunitatem ſimpliciter, niſi nominatim aliud ſit comprehẽſum, non intelligitur concedere à muneribus ordinariis tantum, & ſi ſit expreſſum à muneribus ordinariis, non intelligitur niſi à perſonalibus tantum, niſi aliud ſit nominatim in reſcripto comprehenſum, quamuis aliud ſit in extraordinariis 14.311
Imperator non poteſt immutare ſtatum nec imminuere honorẽ ſuorum vaſallorum, idq; etiam ſi motu proprio contrarium ſtatueret 5.346
Imperator, qui habet præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis, non poteſt legitimare filios ſpurios, exiſtente filio legitimo & naturali, ita vt ſuccedant pro virili cum legitimo. & n. 44. vbi hoc declaratur 5.260
Imperator de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium priuato, etiam nulla cauſa ſubſiſtente 6.391
Imperator vel Rex non poſſunt diſueſtire vaſallos & eos priuare feudo ſine cauſa, & hoc ne de plenitudine quidem poteſtatis 2.346
Imperator non poteſt legitimare natos ex nefario & inceſtuoſo coitu 2. & num. 13. & 14. 2 67
Imperator nõ poteſt legitimare ad feudum eccleſiaſticum, nec contra Papa ad feudum imperiale. & numero 17. vbi idem ait in Comite Palatino, numero 10. 271
Imperator non poteſt mutare nec diminuere ſtatum vel honorem aut iuriſdictionem vaſallorum etiamſi motu proprio contrarium ſtatuat, quia fingitur circumuentus, ita vt nõ poſſit probari contrarium: & ibi aſſignatur ratio, num. 15. 214
Imperator etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere contractum emptionis qui eſt de iure gentium 14 214
Imperator non poteſt legitimare in terris ſubiectis eccleſiæ vel Papæ, quoad temporalem iuriſdictionem, nec contra Papa in terris ſubiectis Imperatori. & num. 9. 4.270
Imperator debet intereſſe ſynodalibus negotiis 12.351
Imperatoris ſumma eſt poteſtas nullis circumcluſa limitibus, & imperat in vniuerſa ditione mundi, quæ aſcendentem videt & deſcendentem ſolem, & in meridie & ſeptentrione, numero 2. pag. 270
Imperatori vel principi, quamuis ſint ſubiectæ leges non tamen eiſdem ſunt ſubiecti contractus, qui ſunt iuris gentium 3 346
Imperatorem qui dicit non eſſe dominum totius orbis, eſt hæreticus, numero 3. 270
Imperatorem ciuitates non recognoſcentes de facto nec alium ſuperiorem, ſunt loco Imperatoris, & in terris poſſunt omnia, quæ poteſt Imperator, & hoc deciditur in Venetorum dominatione, & Florentina ciuitate 7.270
Imperatores ſunt executores volũtatis Papæ 13.351
Implementum perfectũ requiritur in contractibus innominatis, nec ſufficit oblatio. vide ver. contractus 6.180
Impleri non poteſt per æquipollens, quod datum eſt pro forma 15.364
Impletur minime non implenti, numero 8. 383
Impuberi arrogato non competit querela inofficioſi teſtamenti, nec querela inofficioſæ donationis, ſed vtraque competit maiori arrogato, numero 20. pagin. 527
Incluſio vnius eſt excluſio alterius, num. 18. 203
Incluſio certarum perſonarum debet eſſe aliarum excluſio 8. & 23.3
Inconuenienti vno dato plura ſequuntur 2. 95
Indefinita æquipollet vniuerſali in fauorabilibus 12.384
Indefinita in dictis teſtium non æquipollet vniuerſali 10.304
Indefinita in materia odioſa non æquipollet vniuerſali quando ſit probatio ab homine 19.76
Indicium ſufficiens ad torturam faciunt aſſaſſinantes in atrociſſimo crimine 1.381
Inducta ad diminutionem operantur augmentum quando alias non poſſent operari diminutionem, niſi prius inducerẽtur augmentum 6 137
Inducta ad diminutionem non debent operari contrarium effectum, numero 15. 138
Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari 20. 203
Indulgentia conceſſa per viam contractus non poteſt amplius per concedentem, nec eius ſucceſſorem reuocari; etiam de plenitudine poteſtatis etiam in ſibi ſubdito. vide verbo remiſſio 22.322
Infans an & quando poſſit legitimari per Comitem Palatinum 14.449
Infans poteſt legitimari, & efficitur legitimus 9 519
Inferior non poteſt infringere factum ſuperioris 15.60
Ingratitudo negligentiæ quando cenſeatur remiſſa 37.426
Inimicus præſumptus, & etiã qui eſt ſuſpectus de odio repellitur à teſtimonio n. 16. 573
Iniquum minus quod videtur illud debemus capere 8.545
Initium & origo cauſarum imprimis ſpectandum eſt 1.93
Inquiſitio habet locum in crimine vſurarum 23.548
Inſinuatio eſt inuenta ad reiiciendas fraudes 15 595
Inſtantia cauſæ quando finitur per mortem domini 10.509
Inſtitutio facta à quodam diuite de filio cuiuſdam mulieris quam cognouerat 4. 448
Inſtitutio ſicut ſe habet ad inſtitutum, ita ſe habet ſubſtitutio ad ſubſtitutum 14. 277
Inſtitutio aliquando reconualidatur n. 27. 458
Inſtitutio quando eſt vniuerſalis, exceptio vero particularis: prævalet inſtitutio, & exceptio habetur pro non facta, quia cauſa teſtati voiuerſalis trahit ad ſe cauſam inteſtati: quando vero exceptio eſt vniuerſalis, & inſtitutio particularis, tunc exceptio prævalet tãquam potentior 37. & 41.53
Inſtitutus in teſtamento non abolito debet ſtatim mitti in poſſeſſionem, numer. 6. 604
Inſtitutus vel ſubſtitutus in re certa nullo dato cohærede vniuerſali ad hoc, vt habeat vniuerſum ius acreſcendi requiritur, quod talis inſtitutio vel ſubſtitutio in re certa ſit facta per verba directa ciuilia, & per talia verba, per quę appareat teſtatorem dediſſe licentiam inſtituto vel ſubſtituto capiendi bona propria auctoritate, alias ſecus eſſet 43.55
Inſtitutum nullum eſſe vniuerſaliter, vel eſſe excluſum morte aut repudiatione ſunt paria. Vide verbo paria ſunt numero 9. 277
Inſtrumentũ dotale non requiritur ad eſſentiam matrimonii 16.588
Inſtrumentum factum ad fauorem alicuius non debet ad eius odium & perniciem retorqueri 7.344
Inſtrumentum publicum faciens mentionem de alio non facit fidẽ niſi illud producatur, etiamſi aliud inſtrumentum relatum fuiſſet confectum manu eiuſdem notarii 24.305
Inſtrumentum redditur falſum per duos ex teſtib. adſcriptis in inſtrumento contradicentibus & aſſerentibus ſe non interfuiſſe præſentes, niſi per alios teſtes pares, vel plures coadiuuetur, Imo etiam pauciores ſtantes pro teſtamento ſunt pluribus præferendi 7.74
Inſtrumenti beneficio vti non poſſunt in eo non nominati, nu. 18. vbi hoc exornatur 18.122
Inſtrumento licet inſeratur tenor totus alterius inſtrumenti non propterea probat 29.589
Inſtrumenta de antiquo de confinibus plene probant 5.578
Inſtrumenta facta de nocte ſunt ſuſpecta, niſi in caſu neceſſitatis, & ideo in hoc cauere debent tabelliones, num. 4. pagin. 183
Inſtrumenta veterum emptionum non probant præſentem valorem rerum, num. 5. 229
Inſtrumenta publica etiam plura inter alios confecta facientia mentionem de confinibus, vel de plebanatu, & ſimilibus non probant illos confines eſſe illorum, qui nominantur, fallit tamen in inſtrumento de antiquo, quia plene probant etiam inter alias perſonas. quod comprobatur n. ſeqq. 7.243
Intellectus l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. 6 389
Intellectus clem. ne Romani. §. irritum. de elect. 6.330
Intellectus ad l. cum pater. §. cum inter. de legatis 2. & n. 18. 5.126
Intellectus l. cum pater. §. pater. & §. pater filiæ de leg. 2. 8.399
Intellectus infirmitas, quærere legem, vbi naturaliter ſentimus 9.452
Intellectus & ratio idem ſunt, numero, 26. 417

Interdictum recuperandæ nõ datur ex poſſeſſione ciuiliſſ. competenti ex decreto 25.100

Interdictum recuperandæ non cõpetit ſpoliato iudiciali auctoritate, numero 9. 99

Interdictum vti poſſidetis intentans probare debet ſe poſſidere & per aduerſarium turbari 22.341

Interdictum. In interdicto retinendæ probans de antiquiori poſſeſſione maiorum ſuorum præferri debet, quia poſterior poſſeſſio præſumitur aut violenta aut iniuſta. 18.341

Interdictum. Actor non expreſſe capitulans nec probãs in interdicto poſſeſſorio reum poſſidere clam reſpectu ſuæ antiquioris poſſeſſionis debet ſuccumbere 6.4.98

Interdicto recuperandæ agens probare debet duo ad obtinendam victoriam, decl. vt n. ſeqq 1.99

Intereſſe affectionis conſideratur in re quæ fuit maiorum 10 159

Intereſſe affectionis & conſanguinitatis licet nõ ſufficeret ad hoc vt quis poſſet alteri ſtipulari, tamen ſecus eſſet, quando etiam ſimul concurreret intereſſe pecuniarium 16 154

Intereſſe affectionis in contractibus bonæfidei facit vt ei detur actio cui alias non daretur 14.159

Intereſſe reſultans ratione amicitiæ ſufficit vt quis poſſit alteri ſtipulari, nume. 15. 159

Intereſt noſtra non habere vicinum grauem & potentem 17.159

Interpellatione hominis ad hoc vt debitor conſtituatur in mora opus eſt, quando quis promittit ſoluere ad omnem requiſitionem ſeu voluntatem creditoris. n. 2. & n. 4. 134

Interpretatio talis in contractibus fieri debet, vt non ſequatur abſurdum 16.315

Interpretatio ita faciẽda eſt ne ſequatur abſurdum 7.296

Interpretatio verborum nuſquam tantum valet vt melior ſenſu exiſtat vbi manifeſtiſſimus eſt ſenſus 36.29

Interpretatio in contractibus debet ſemper ſic fieri, vt non ſit vana & eluſoria 8. & n. ſeqq 8.314

Interpretatio latiſſima in beneficiis fieri debet contra principem concedentem nume 22.5

Interpretatio ita fieri debet ne ſequatur abſurdum, vide ver. interpretatione nu. 16. 315

Interpretatio facienda eſt contra eum qui ſe fundat in aliquo pacto, quia legem apertius non dixerit. & num. 20. 2.313

Interpretatio ita fieri debet ne ſequatur iniquitas & iniuſtitia euidẽs in præiudicium iuris tertii 12 71

Inuentarium pater legitimus adminiſtrator non tenetur conficere de bonis filii 10. 560

Inuentarium conficere tenetur, qui tenetur alteri reſtituere bona poſt mortem 8. 562

Inuentarii confectio quare inducta, nu. 7. 412

Inueſtitura corporalis quando præſumatur ſolenniter præceſſiſſe 2. 522

Inueſtitura principis ſemper intelligitur facta de iuſſis feudis 19 244

Inueſtituræ tenor in primis eſt attendendus 11.41

Inueſtituræ antiquæ ſunt attendendæ: nec poſſunt in feudis antiquis illæ immutari nec alterari in præiudiciũ vocatorũ in eis, & in hoc patris negligentia non nocet filiis 16.209

Inueſtituræ renunciationem tenetur vaſallus nouus petere intra annum & diem, alioqui poteſt feudo priuari. vide verbo vaſallus 13.238

Inueſtituræ renouationem petere eſt quidam quaſi cenſus recognitionis, numero 31 425

Inueſtituræ tenor. In feudis ſemper eſt recurrendum ad tenorem inueſtituræ, quia iam contractus oſtendit, & derogat omni naturæ feudorum, vt num. 4. & 9. 1. 87

Inueſtituræ tenor præciſe eſt attendendus 34.426

Inueſtituræ antiquæ pro maſculis & fœminis ſi ſint alteratæ per annos quinquaginta pro maſculis tantum, non fit præiudicium fœminis, quibus eratius quæſitum ab initio 25. 43

Inuitus nemo cogitur ſtare in communione 17.409

Iudex ſi procedat tanquam ſuper notorio, quamuis ei non conſtaret eſſe notorium, ex quo tamen vere eſt notorium ſententia irreuocabiliter tenet, numero 28. 323

Iudex vbi præſumit exceptiones malitioſe opponi poteſt illas reiicere, & illis non attentis ad vlteriora procedere. intell. vt n. 7 & 8. 6.169

Iudex ſuperior non poteſt inhibere inferiori ne ſua iuriſdictione vtatur, niſi ex cauſa deuoluta ad ſuperiorem, & niſi inferior habuerit iuriſdictionem non certam, ſed commiſſam ad nutum ſuperioris, nu. 12. 213

Iudex de cuius iuriſdictione dubitatur, poteſt pronunciare ſe iudicem competentem, numer. 34. & ſequentib. 198

Iudex non poteſt eſſe quis in cauſa propria 38. & 40 198

Iudex faciens ſe partem aſſumendo defenſionem quod ſua ſit iuriſdictio, reddit ſe ſuſpectum, & non poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio 39 198

Iudex ad quem commodum peruenturum eſt ex tutela, eſt ſuſpectus. nec poſſet cognoſcere nec iudicare, an ad ſe tutela pertineret 41. 189

Iudex ex aptitudine negotii & teſtimonii debet animum ſuum inclinare, vt teſtes pauciores numero præferantur etiã pluribus teſtibus deponentibus contra inſtrumentum: Imo etiam ſi eſſent pares numero adhuc ex aptitudine negotii & teſtimonii venirent præferendi, numero 8. 74

Iudex eccleſiaſticus non tenetur adiuuare iudicem ſecularem niſi prius ei fiat fides de proceſſu 18.61

Iudicis iuſſu factum nõ videtur dolo factum 22. 97

Iudicis arbitrio relinquitur quando tutor vel curator dicatur creditor pupilli in magna quantitate 30.282

Iudices ratione generalis arbitrii non poſſunt omnia bona confiſcare 9.173

Iudicandum in dubio in fauorem teſtamenti 3 4.8

Iudicandum in dubiis contra fiſcum præſertim venientem ex delicto, numero 21. 584

Iudicare per imperitiam præſumitur qui inhæret ſingulari opinioni 15.556

Iudicium poſſeſſoriũ quando procedat cum dominus principalis eſt mortuus 4.507

Iuramentum ſupplet partis abſentiam. n. 3. Sed contra n. 12. 3.141

Iuramentum præſtitum inter aliquas perſonas, non prodeſt aliis, etiam quorum intereſt, etiamſi ſint perſonæ multum coniunctæ, & propterea iuramentum matris non proficiet partui poſtea edito, quamuis ipſius partus etiam principaliter interſit, & ſit perſona coniuncta matri 4. 141

Iuramentum in donatione appoſitum tollit defectum inſinuationis 16.595

Iuramentum facit actum valere omni meliori modo quo poteſt 2.140

Iuramentum tollit defectum inſinuationis 3.427

Iuramentum non impedit reuocationem, quæ fit prætextu erroris 15.569

Iuramentũ debet impleri in forma ſpecifica & non ſufficit illud implere in effectu nec per æquipollens ex communi opinione, quia iuramentum ſeruandum eſt in forma ſpecifica 5.158

Iuramentum intelligitur ſecundũ naturam actus ſuper quo interponitur, numer. 30. 35

Iuramentum in vltimis voluntatib. non impedit reuocationem ex pœnitentia, num. 31.35

Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis 31.28

Iuramentum. In iuramentis lux veritatis & non ſomnium fictionis inſpicitur n. 14. 142

Iuramentum non impedit reuocari teſtamentum, quando eſt contra bonos mores 12.437

Iuramentum debet obſeruari in forma ſpecifica 28.463

Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur n. 25. 224

Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus 29.224

Iuramentum præſtitum ſuper obligatione naturali reddit eam efficacem, numer. 3. 427

Iuramento de promiſſorio de iure ciuili non oritur obligatio, nec actio, num. 13. 609

Iuramentum eſt de iure naturali, & quid ſpirituale, n. 6. 4.427

Iuramentum in contractu addit robur & maiorem firmitatem 8.222

Iuramentum generale nihil operatur in his, quæ debent ſpecificari, numero 24. pag. 611

Iuramentũ fidelitatis non præſtatur in feudo emptitio 39.426

Iuramentum non extenditur ad ignorata 16.393

Iuramentum interpoſitum donationi inofficioſæ non impedit eius reuocationem 26.518

Iuramentum eſt ſeruandum in forma ſpecifica, & non ſufficit illud adimplere per æquipollens 3.19

Iuramentum non poteſt efficere vt plura ſpecialia diuerſa ſimul concurrant, n. 12. 141

Iuramentum habet vim caſus expreſſi 21. & 22.611

Iuramentum non impedit translationem dominii quamuis qui iurauit efficiatur periurus 5.25

Iuramentum oppoſitum in donationis contractu

tractu ſeruandum eſt & numero 47.38. pag 37
Iuramentum in vltimis voluntatibus non impedit reuocationem, quamuis contrauenies ſit periurus 26.124
Iuriſdictio cohæret territorio. Intellige vt ibi 16.214
Iuriſdictio probatur per cenſus, collectas, onera, præcepta executa, & obedientiam in loco vel homines loci, qui oſtenduntur eſſe de iuriſdictione 3.577
Iuriſdictio limitate attributa limitatū producit effectum 35.198
Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata autem odioſa 37.198
Iuriſdictionis ob exercitium probatur villam eſſe de territorio 1.577
Iuriſdictionem alterius principis in legitimatione non poteſt prorogare alteri ſubiectus: & ponuntur huius dicti duę rationes, nu. ſeqq. 12.271
Iuriſdictionem quando dat certa qualitas, quis de ea cognoſcit 24.353
extra Iuriſdictionem lata ſententia eſt nulla, & hæc exceptio nullitatis ſemper opponi poteſt, nu. 7. 6.59
Iuriſdictiones diſtinctæ ſunt inter Imperatorem & Papam 7.402
Iura noua generaliter corrigentia nunquam corrigunt leges caſus deponentes ſpeciales 18.371
Iura limitatoria extenduntur ex identitate rationis 32.464
Iura ſcire quælibet præſumitur 3 398
Iura noua debent diſtingui ſecundum vetera 17.371
Iura & actiones non circumſcribuntur loco 12.26
Iura ſic habent intelligi, ne videantur verbis impoſita ſed rebus 39.110
Iura loquentia in clericis non habent locum in Cardinalibus 11.422
Iura & actiones & conſequenter nomina debitorum non veniunt in donatione vniuerſali de quibuſcunque bonis mobilibus & immobilibus, quia ſunt tertia ſpecies ſeparata inter bona mobilia & immobilia ex communi opinione, quod fortius procedit, ſi dictum ſit vbicunque ſita ſunt 11.26
Iuris ignorantia regulariter nō excuſat mulieres 5.118
Iuris error non excuſat mulierem in iis, quæ inducta ſunt pro forma actus vel ad iuris rigorem conſeruandum, num. 5. pagin. 118
Iuri poſſendi permutare præſcribitur ſpatio triginta vel quadraginta annorum. 14 345
Iuri, quod quis ignorat ſibi competere, non cenſetur renunciare 11.392
Iuri redimendi, & ſic promiſſioni de retrouendendo rem quandocunque oblato certo pretio præſcribitur triginta annis. 15.345
Ius adeundi non dicitur eſſe in bonis noſtris 2.434
Ius accreſcendi locum non habet poſt emolumentum alteri quæſitum, num. 12. pagin. 106
Ius accreſcendi non habet locum in legato alimentorum duobus facto vno mortuo. Vide verbo alimenta 11.228
Ius accreſcendi procedit ex coniectura voluntatis partium 28.425
Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo inter collaterales, niſi eſſet feudum acquiſitum ab Imperatore 11.106
Ius accreſcendi non habet locum in contractibus fallit vt ibi 20.5
Ius accreſcendi quando habeat locum in feudis, nu. 22. 23. 24. 18.424
Ius accreſcendi non habet locum, quando ſubſtitutio facta eſt in quantitate, & non in aliqua quota hæreditatis, & num. 17. & 18. 5.276
Ius accreſcendi non impeditur per dictionem taxatiuam 19 278
Ius accreſcendi non habet locum in diſpoſitionibus limitatis, & numero 19. & 20. 6.276
Ius accreſcendi cenſetur prohibitum per teſtatorem, qui filium particularem hæredem fecit pro omni iure, parte, & portione ad eam ſpectante 39.54
Ius accreſcendi non habet locum poſt aditam hæreditatem 19 424
Ius accreſcendi non poteſt per teſtatorem expreſſe prohiberi quin filius qui poteſt querelare teſtamentum patris, habeat ius accreſcendi, in vniuerſo, verbo filius. 7. 59.
Ius accreſcendi videtur prohiberi, ſi teſtator inſtituat filium in ſua legitima, deinde apponat clauſulam, quod aliud petere non poſſit 12.165
Ius commune quando ſeruetur in feudis. 4.606
Ius tertii non licet allegare, quando in totū non eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure 17.431
Ius ſpeciale ſeu ſingulare facilius tollitur quam ius commune. Vide verbo, priuilegium quod eſt iuris 11 219
Ius transfertur ſine apprehenſione ex priuilegio Principis 23.463
Ius alteri qui aufert, tenetur de proprio recompenſare 19.174
Ius acquiſitum filiis ſine facto patris non poteſt à patre eis auferri, num. 9. pagina 208
Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, 8 & nu. 27.334
Ius alterius in totum tollere pertinet ſolum ad ſupremum Principem, num. 10. pagina 430

L.

LAici ſtatuendo non poſſunt iuramētum annullare 12.560
Lapſus annorum triginta excludit à petitione inueſtituræ iure etiam lapſus anni à tempore ſcientiæ. Vide verbo vaſallus. 11.41
Laudum arbitri latum ſuper non petitis aut non comprehenſis in compromiſſo non valet 35.590
Laudum arbitratorum ſuper iis, de quibus nulla commiſſio nec compromiſſum factum fuit, non valet, nu. 3. 1.229
Laudum arbitratoris latum abſentibus ambabus partibus, & ad nullius inſtantiam eſt nullum 6.179
Laudum arbitri diſponens pro altero ex compromittentibus moriente ſine filiis, quod omnia bona perueniant ad alium, reſeruata ſibi facultate teſtandi ſolum de ſexaginta libris, & ſic de certa parua pecuniæ quantitate, valet, num. 88. & 6. pagina 212
Laudum non ſubſiſtit, quando non apparet de compromiſſo 26.589
Laudum homologatum expreſſe & tacite. 32.590
Legatum factum filiæ cum nuberet, cenſetur relictum pro dote 17.125
Legatum dotis non duplicabitur, quando teſtator diſpoſuit, quod legata duplicentur, numero 1. & numero 2. vbi contra 327
Legata fiunt in teſtamentis, ideoque non adaptantur perſonis odioſis, nu. 8. pagin. 79
Legatum dotis factum vxori de dote per maritum vere recepta, non comprehenditur in generali liberatione facta per mulierem filiis de omnibus & ſingulis iudiciis legatis & prælegatis. vide verb. liberatio generalis 337
Legatum dotis non includitur in generali confeſſione ſeu renunciatione facta generaliter de omnibus legatis ſibi relictis in teſtamento, niſi nominatim exprimatur 17.21
Legatum non vitiatur propter falſam cauſam adiectam legato, ſecus in conditione falſa 54.56
Legata relicta in minus ſolenni voluntate ſunt naturaliter debita ſecundum magis communem opinionem 15.309
Legitima nullam recipit dilationem, num. 3 570
Legitima debet aſſignari in corporibus & bonis hæreditariis 9.384
Legitima. Legitima perſona, quæ non admittitur ad partem, habetur pro mortua, & non facit partem 1.226
Legitima filio non poteſt relinqui in codicillis 10.614
Legitima matris eſt tertia totius hæreditatis, ex quo perſona turpis eſt inſtituta, & ſoror præterita nihil poteſt petere. Sed contra num. 2. ex communi & veriori opione 1.216
Legitimæ aſſignatio tempus quando attendatur 10.384
Legitimæ vel iuri petendi ſupplementum legitimæ nunquam intelligitur renunciatum in generali renunciatione facta de hæreditate paterna, niſi de ea fiat ſpecialis, & expreſſa mentio, numero 18. pagina 21.
Legitimandi poteſtatem habens ad beneficia curata & non curata non dicitur habere poteſtatem legitimandi ad feudum, quamuis dicatur beneficium, & num. ſequent. 27.272
Legitimandi poteſtas eſt fauorabilis & amplianda 10.560
Legitimare poteſt Comes Palatinus ſpurios etiam poſt aditam hæreditatem à conſanguineis, quando pater in teſtamento ordinauit, quod tales filii legitimentur, vide ver. Comes 2.102
Legitimatio eſt ſimilis arrogationi, & eſt fauorabilior quam arrogatio, num. 11. pagina 155
Legitimatio eſt fauorabilis & amplianda, cum ſit patris & Principis donum, nu. 34. pag. 265
Legitimatio. In legitimatione, quæ fit viuo patre ab Imperatore vel Papa, debet fieri mentio, quod pater habebat alios liberos legitimos & naturales ſibi ſucceſſuros, alias non valeret legitimatio ad præiudicium tertii: & hoc procedit, etiam ſi tale priuilegium legitimationis eſſet proprio motu conceſſum. Sed contra num. 10. & ſeqq. & iterum nu. 24. & 37. 3.260
Legitimatio debet cenſeri ſubreptitia, quādo ſi Papa fuiſſet certificatus, patrem habere filiam legitimam & naturalem, non ita de facili legitimaſſet, & num. 45. vbi contra 6.260

Index rerum, verborum, &c.

Legitimatio facta de infante an valeat, nu. 10.449

Legitimatio & institutio facta, vt de filio, sunt actus proportionabiles soli filio. 9. 448.

Legitimatio existentibus filiis legitimis non prodest legitimatis: nisi quando fit per oblationem curiæ, vel per matrimonium, & num. 35. vbi limitatur non procedere, quando fieret à Papa vel Imperatore, nu. 1.260

Legitimatio est fauorabilis & extendenda. 31.458

Legitimatio est fauorabilis & extendenda ac late interpretanda, cum sit patris & principis donum 9.154

Legitimatio inualida reddit etiam institutionem inualidam 22.457

Legitimatio filii naturalis fieri potest in præiudicium neptis legitimæ & naturalis, quando ea ex dispositione statuti excluditur per agnatos à successione, num. 26. pag.264

Legitimatio per subsequens matrimonium succedit in feudis etiam receptis pro filiis legitime descendentibus 11.587

Legitimatio est verus status legitimatorum, licet non sit verum principium, num.29. 264

Legitimatio. In legitimatione filii naturalis facta in vita patris nulla requiritur citatio eorum, quorum interest 9.349

Legitimatio quando reddatur subreptitia, & quando non 1.400

Legitimatio facta de filio nato ex soluto & soluta tanquam naturali, quamuis secũdum iuris subtilitatem sit spurius, valet inspecto vulgari & communi vsu loquẽdi 6.185

Legitimatio quæ non est facta cum expressione causæ legitimæ videtur inualida: Intellige vt num. 18. & aliis sequentibus. 17.155

Legitimatio est donum patris & principis, in quo non requiritur consensus legitimorum, quando pater precibus oblatis hoc impetrat ab Imperatore vel Pontifice 12.262

Legitimatio nõ videtur esse simpliciter voluntariæ iurisdictionis quo ad agnatos, qui alias successuri essent ab intestato, & cætera 14 271

Legitimatio ad hoc vt valeat, non requiritur vt in legitimatione exprimatur qualitas illegitimitatis, quando est vnicus defectus, sed sufficit de eo in genere facere mentionem 7.68

Legitimatio facta ab Imperatore in terris ecclesiæ valet quoad bona temporalia. 21 404

Legitimatio non potest retrotrahi in præiudicium iuris quæsiti alteri, num. 4. pagina 102

Legitimatio est fauorabilis & amplianda, cum sit principis donum 8.68

Legitimatio. In legitimatione quæ fit viuo & instante patre non sunt citandi agnati etiam si filii sint incestuosi, num. 8. pagina 68

Legitimatio non inducitur ex eo, quod pater dicat, volo filios meos legitimari, quia cum verbum (*volo*) non dependeat à sola voluntate proferentis non inducitur ad dispositionem 8.102

Legitimatio filii fieri non potest, quando tempore tam natiuitatis, quam legitimationis non poterat adesse veritas matrimonii inter parentes, num.2. & nu.10.153

Legitimatio filiorum susceptorum ex filia spirituali per Comitem Palatinum quo ad temporalia, non valet, & num.11.1. pagin.67

Legitimatio quæ fit per Comites Palatinos ex voluntate patris dicitur fieri ex legitima & rationabili causa 21.417

Legitimatio non augetur propter personam præteritam vel exhęredatam, quando apparet personam esse exhæredatam fauore extranei hæredis instituti, num.7. pag 227

Legitimatio est quoddam donum patris.10. 402

Legitimatio quamuis minus legitime facta sit, nihil refert, quando de necessitate nõ requirebatur 11.186

Legitimatio. In legitimat. causa defectus filiorum est probabilis, siue agatur de naturali, siue etiam de spurio legitimando. 18.155

Legitimatio infantis valet facta per Comitem Palatinum cum tutoris auctoritate. 18.450

Legitimatio prætendit incommodum alicui, qui successuri erant, num. 9. pagina 402

Legitimatione facta sine citatione agnatorum, qui alias fuissent ab intestato successuri, non valet ad præiudicium tertii, & nu.16. vbi contra 4.67

Legitimatio. In legitimandi generali potestate concessa per Papam vel Imperatorem Comiti Palatino, non venit potestas legitimandi ad feuda, nisi hoc specialiter & nominatim expressum sit, nec sufficeret dare potestatem legitimandi ad dignitates, & nu. seqq. 18.272

Legitimatio quando fit viuente patre de eius voluntate non requiritur expressio causæ 19.155

Legitimatio seu restitutio natalibus retrotrahitur 24 437

Legitimatio redditur surreptitia, si illegitimitatis qualitas non exprimatur, sed cõtra, nu.15 3.67

Legitimationis ius videtur reseruatũ summo principi in signum specialis priuilegii 13.271

Legitimationis in priuilegio non est mentio facienda de nepotibus ex filio præmortuo 8.402

Legitimationem petere sine alterius requisitione possunt spurii, quando pater in testamento expresse disposuit, se velle eos legitimari 1.102

in Legitimatione ad feuda requiritur citatio domini & agnatorum, qui possunt lædi. 30.272

Legitimatus etiam ab Imperatore non succedit in feudo, nisi sit specialiter legitimatus ad feuda 21.272

Legitimatus indistincte succedit agnatis & cognatis 4.154

Legitimatus ad omnes & singulos honores, dignitates, & ad singulos actus legitimos & ad omnia, ac si esset ex legitimo matrimonio natus, excludit substitutum etiam quando testator vel donator esset nobilis, vel in dignitate constitutus, nu.8. pag.154

Legitimatus substitutum excludit ex communi opinione 19.151

Legitimatus etiam ab Imperatore non excludit ecclesiam substitutam sub conditione deficientium liberorũ propter dignitatem ecclesiæ, num. 1. & num. 21.1. 148

Legitimatus in nullo differt à legitimo, & dicitur vere legitimus & non per fictionem 20.151

Legitimatus excludit substitutum, & procedit non solum in eo qui est legitimatus simpliciter, sed etiam in eo qui est legitimatus quoad quid 6.154

Legitimatus ita demum excludit substitutum, quando legitimatio facta fuit citato substituto, & nu.30. 7.149

Legitimatus quoad bona paterna & non quoad bona restitutioni subiecta, succedit excluso substituto etiam quoad illa bona restitutioni subiecta 5.154

Legitimatus in materia stricta an veniat appellatione legitimi 12.587

Legitimatus excludit substitutum ex magis communi: quam intellige vt ibi, & vide etiam num.29. & seqq. vbi declaratur. 6. 149

Legitimati non veniunt appellatione filiorum legitimorum & naturalium nascitutorum de legitimo matrimonio 8

Legitimati non debent plus habere de bonis patris, quam vnus de filiis legitimis & naturalibus, qui minus habeat: vbi tamẽ quod nõ procedit, in legitimato per subsequens matrimonium, & num. 46. & sequenti 7.261

Lex debet extendi, quando tractatur de fauore & vtilitate publica 6.375

L.3.§.1.ff.pro socio declaratur 16.17

L.hac edictali, in principio, & §.1. C. de secundis nupt. quomodo procedat, num.8. 216

L.iubemus, in princ. C.ad Trebel. limitatur 28.167

L.1.§. si ex fundo, de hæred. instit. ampliatur 14.277

L.quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. odiosa & irrationabilis 5.389

L.vltima, de constit. prin. quomodo procedat 20.335

L.quod si nepotes, de testam. tut. quomodo procedat 12 190

Lex, generaliter, §. cum autem, vers. & si quis naturales, C. de instit. & substit. declaratur 18 150

L.qui iure familiaritatis, de acqu. poss. quomodo procedat 30.12

Literæ probant contra scribentem, num.31. pag.12

L.1. C. vt act. ab hær. & contra hæred. quomodo procedat 34.29

L.si quis rationes, vers. Sed si quis, de liber. legit. quomodo procedat, numero 11. 8. pag.79

L.quoties, C. de rei vend. non habet locum, quando priori fuit vendita vel donata res cum hypotheca 22.27

Lex vel statutum generaliter loquens, & aliquid generaliter requirens pro solemnitate actus alias eum annullat non intelligitur loqui, nec habere locum in dotibus fauore dotium 19.21

Lex habens clausulam annullatiuam, efficit vt factum in contrarium nullius sit effectus, etiamsi partium consensus interueniret vide verb. statutum 8.317

L.bene à Zenone, & l.omnes, non vendicãt sibi locum in dotibus, nec in præiudiciũ iurium dotalium 20.22

L.Titia Seio, §. Seia libertis, de l.secũdo declaratur 21.139

L.hac consultissima, C. qui testam face. pos. solennitas non requiritur in donatione causa mortis per cæcum facta. vide verb. solennitas legis 3.308

Lex quando aliquid ſtatuit in aliquo caſu gratia frequentioris vſus, non tamen intelligitur negare, quod idem ſit in alio caſu ſimili 31.464

L. item quæritur, § qui impleto locati quo modo procedat numero 8. & ſequentibus 182

L. flaminum, § adiicitur, de damn. inf. quomodo intelligatur 19.335

L. Lucius, § impuberem, de leg. 2. declaratur 19.328

L. Titius, § Lucius, de lib. & poſth. quomodo procedat 47.253

L. non dubium, C. de teſtam. quomodo procedat 21.309

L. 1. & auth. præterea, C. vnde vir & vxor, non habet locum in feudis 25.272

L. Publicati, C. de teſtam. quomodo procedat & nu 10 11. 3.255

L. minoribus, & ibi Bart. de minor. declaratur & nu. ſeqq. 34.235

L. vbi ita donatur, de dona. cau. mort. declaratur 27.224

L. quiſquis, loquens in filiis, an habeat locum in nepotibus 7 389

Legis factum potentius eſt facto hominis. 14.318

Lege quod non cauetur in practica iudicando non ſeruatur 13.132

Lege quod non cauetur in practica non habetur 23 151

Leges ciuiles etiam in foro conſcientiæ attendi debent & ligant, licet non apices iuris ex communi opinione 24.258

Legum correctio induci non debet per ſub auditos intellectus 8 183

Libellus ſuſtineri debet in quantum poteſt. 21.410

Libellus procedit, cum quælibet cauſa inferat in concluſione 22.410

Libellus etiam groſſo modo loquendo ſuſtineri debet, & quocunque modo poſſit tolerandus eſt, & in dubio præſumitur aptus 44.14

Libellus habet ſe vt ſubiectum, ſententia vt prædicatum 2.373

Liberatio à futura adminiſtratione, ſicut nõ poteſt directo remitti, ita etiam non poteſt per indirectum: & ibi clare explicatur 10 79

Liberatio generalis facta per mulierem filiis & hæredibus mariti de omnibus & ſingulis iudiciis legatis & prælegatis ipſi mulieri per maritum teſtamento factis, non comprehendit legatum dotis vxori factum de dote per maritum vere recepta 3 337

Liberatio. Liberatorius titulus etiam in lucro non odioſo præſumitur, ex patientia longi temporis 20.93

Liberatio teſtamentaria facta tutoribus eos non liberat, quin finita tutela teneantur congruam rationem reddere. Et remiſſio vel liberatio rationum reddendarum facta à teſtatore non ſe extendit ad reliqua exiſtentia penes tutores, nec ad ea, quæ mala fide aut dolo adminiſtrant, & num. ſeqq. vbi aſſignantur nonnullæ rationes huius concluſ. 5.79

Liberatio quæ relinquitur in teſtamento, procedit ex liberalitate teſtatoris, & deo non debet eſſe captioſa filiis 9.79

Liberatio generalis quãdo eſt facta per mulierem hæredibus mariti de omnibus & ſingulis iudiciis legatis & prælegatis ipſi mulieri per maritum in teſtamento factis, non intelligitur comprehendi legatum dotis factum ipſi vxori, niſi illud nominatim in quitatione exprimatur, num. 17.21

Liberationis legatum factum tutori in teſtamento non operatur, vt tutor non teneatur edere libros rationum 24 80

Liberi quando ita demum admittantur, ſi ſint hæredes 9 428

Liberis qui caret, & habet propinquos egentes, tenetur eis hæreditatem relinquere ex debito honoris parentalis, num. 16.317

Liberorum appellatione veniunt deſcendentes in infinitum. Intellige vt num. 13. 11.428

Libertas data per teſtatorem in teſtamento trahit ſecum executionem, dato quod nondum peruenerit ad notitiam eius, cui libertas relicta eſt 6.288

Libri rationum debent omnia ſingulariter & explicite exprimere, & non continere ſummam in genere vel in concreto, num. 5.20

Libri rationum dicuntur legaliter confecti, quando ex eis computationes probe explorantur, data & accepta recte referuntur & num. ſeq. 4.20

Libris qui reperiuntur in aliqua parte vitioſi vel falſi in aliis credi non debet, nu. 16. pag. 20

Licentia intrandi clauſuram monialium alicui conceſſa intelligitur de prima vice tantum 21.142

Licentia teſtandi de feudis poteſt concedi vaſallo per ſtatutum, numero 7. pagina 257

Licentia conceſſa per ſummum Pontificem de concedendo in emphyteuſin perpetuã certas res eccleſiæ immobiles intelligitur de prima conceſſione emphyteutica tantum, & non de vlteriori, num. 22. pagina 142

Licentia. De reuocatione licentiæ conceſſę, debet apparere in actis, ſicut in actis apparet de conceſſione 8.96

Linguæ lubricum non facile ad pœnam trahi ſolet 1.580

Limitata cauſa limitatum producit effectũ, nu. 2. & nu. 23 130. 7. 181

Literæ Saluaguardiæ principis non poſſunt præiudicare iuriſdictioni dominorũ immediatorum loci, quominus ii exerceant iuriſdictionem ſuam in ſubditos in ſuo territorio delinquentes, & num. 2. 1. pagina 112

Literæ Principum quando non valeant, nu. 1 575

Litera intelligitur, prout à vulgo exponitur. 11 571

Literæ probant contra ipſum ſcribentem. 1 114

Locatio inducitur ex eo, quod ad gaudimẽtum fructuum fit ſolutio mercedis ſeu penſionis in pecunia numerata 6.344

Lucrum vel ſucceſſio acquiri illi debet, cuius contemplatione alteri aufertur, nu. 6.227

Lucrum illi applicatur, cuius cõtemplatione aliquis ab eo reuocetur 13 395

Lucri portio in ſocietate regulat & demonſtrat portionem damni 18.132

M

MAior pars quando non præiudicet minori parti 7.512

Maleficium proprie nõ continet delictum, quod eſt in omittendo, ſed quod eſt in faciendo, & ita accipiendum eſt in ſtatutis 32.175

Malum minus venit eligendum de duobus malis 34.418

Mandatum eſt ſeruandum ſicut & qualitas in eo appoſita 42.324

Mandatum ex diuturnitate temporis non præſumitur 8.512

Mandatum per mortem domini re integra finitur 2 507

Mandatum vltimum attenditur 8.117

Manifeſti qualitas duobus modis deprehẽditur 8.292

Marchiones ſunt tantum ſpectabiles 7 83

Maritus qui poteſt retinere tertiam partem dotis vigore pacti vel ſtatuti, ſi promittat dotem ſimpliciter reſtituere, adhuc poteſt retinere tertiam partem, quam lucratur ex forma ſtatuti 7 337

Maſculus vltimus de familia poteſt extraneum hæredem inſtituere, ex quo alius maſculus de agnatione non ſupereſt. 11. 574

Maſculi intelliguntur vocati, quando fœminæ excluduntur eorum contemplatione 12.395

Maſculi maiora onera ſupportant, quam fœminæ 24.416

Maſculorum hæredum vbicunque fit mentio, intelligitur de deſcendentibus, num. 10 428

Mater de iure communi habet fundatam intentionem, quod præferri debeat in tutela filii 9 195

Mater quæ ſuſcepit tutelã filiorum, ſi tranſeat ad ſecunda vota, & tutelam amiſit, & mortuo deinde ſecundo viro velit tutelam iterum aſſumere, non prohibetur, ſi res ſit integra, vt quia nondum ſit prouiſum filiis de tutore 17.196

Mater cui portio legibus debita eſt teſtamẽto relicta, non poteſt ex perſona ſororis præteritę maiorem portionem per ius accreſcendi ſperare 4.227

Mater de iure communi ſuccedere debet ab inteſtato filio ſuo infanti, qui ętate infantiæ deceſſit nullis fratribus ſuperſtitibus. 33.251

Mater quæ litigauit pro tutela filii, vt eam obtineret, non poteſt dici in mora vel negligentia adminiſtrandi 20.196

Mater impedita caſu fortuito excuſatur. ſi interim non adminiſtrauit, ſicut excuſatur, quæ cum eſſet in banno nõ petiit tutorem filio 19.196

Mater exiſtens in quaſi poſſeſſione tutelæ & adminiſtrationis non poteſt remoueri niſi cauſa cognita 16.195

Matri alienigenæ & in remotis agenti, non debet currere tempus à ſtatuto præfixum 25.196

Matri ignoranti non currit annus, intra quem petere debet tutorem filiis, num. 25.196

Matre præmortua auia aſſumit ſibi locum matris 21.416

Matrimonium an & quando probetur per inſtrumenta dotis 14 587

Matrimonium contrahens prohibitum palam & publice præſumitur bona fide per errorem contrahere 10 587

Matrimonium quod publice contraxerint parentes, ſi probatur, filii probantur eſſe legitimi 1 585

Matrimonium ꝓbat communis opinio vicinię 2.585

Suſpicio ſola falſi habetur pro veritate, nu. 3 585

Media videntur probata probatis extremis, & ex qualitate & quantitate extremorum

Index rerum, verborum, &c.

rum præsumitur media 4. & 36. vbi declaratur 172

Membrum deficere, vel mancum esse, vel debilitatum, sunt paria. vide verbo paria sunt membrum 25.175

Mens & voluntas contrahentium magis debet inspici quam conceptio verborum: & num. sequenti, & num. 5. vbi hoc ait esse verum, quamuis verba essent ambigua. 3.313

Mentis suæ quis præsumitur tempore actus gesti 2.382

Mentecaptus, sicut nō potest testari, ita non potest reuocare testamentum solenne factum 4.515

Merces venditæ simpliciter absque hypotheca pro precio creditoribus secundis obligatæ 5.406

Meretrix & quælibet mulier impudica habet testamenti factionem actiuam & passiuam 4.144

Merita non probantur per instrumentum, quando de eis fit mentio in genere, secus si in specie, & maxime accedente iuramēto, vt nu. 28. 27.282

Metus præsumptio non est in loco, vbi viget iustitia 16.575

Metus non presumitur inferri à Principe iusto, nec in loco iustitiæ 25.341

Metum non est verisimile illatum in loco iustitiæ 8.146

Minæ Principis & coactiones affectatæ non inducunt iustum metum. Coactio affectata non inducit iustum metum, num. 12.115

Minor etiam cum auctoritate curatoris & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori assignando rationem administrationis sibi fuisse redditam, & ita etiam iurauit, tamen per ista non liberatur tutor à reddenda ratione administrationis, 12. 10.80

Minor adultus non habens curatorem habetur in contractibus vel quasi pro maiore 24. annis quo ad se obligandum, & quo ad hoc, vt gesta per eum valeant. 11. 340

Minor non restituitur aduersus declinatoriam iudicis omissam, quia ibi non imminet damnum pecuniarium, num. 32. 234

Minor potest restitui in integrum, etiamsi lædatur damno non pecuniario vel diminutione bonorum suorum, sed ne vexetur litibus vel sumptibus, sed contra numero 34. quod declaratur vt num 35. 28.234

Minor viginti quinque annis nō potest patrimonialia sine curatore vniuersaliter exercere 2.359

Minoris persona vel priuilegium, quando non consideretur 4.571

Minores non restituuntur in integrum, nisi quādo ab aliis circumuenti vel sua facilitate decepti amiserunt illud quod habuerunt, aut quod acquirere emolumenti potuerunt, omiserunt, aut se oneri obligauerunt, quod licuit non suscipere, nu. 31 234

Minoribus qui successerunt in ius alterius, & qui ignorauerunt alienationes factas à maioribus, danda est restitutio in integrum ex iusta hac causa ignorantiæ. 41. 46

Mixtum. In mixtis etiam debet attēdi illud quod præualet 9.284

Mixtum non comprehenditur sub simplicibus in contractibus, qui sunt stricti iuris, & in quibus stricta fit interpretatio. 2.283

Molendinum destructum conducens cum pacto reaptandi & reficiendi intelligitur de prima reaptatione tantum, num. 23. pag. 142

Monachi quando venari possint 7.430

Monasterium. pro monasterio in dubio est iudicandum, & nu. 25. 6.164

Mors alicuius probatur ex eo, quod coniunctus induit vestes lugubres, luctum domesticum fecit, & diuina curauit fieri officia. Intel. vt ibi 31.240

Mora. In mora non dicitur qui habuit iustam excusationis causam 5.135

Mora dicitur dolus 6.135

Mulier impudica & inhonestæ vitæ non potest hæres instituí, 1. Sed contra num. 2. & 6.143.

Mulier in dote dicitur habere titulum lucratiuum 3.599

Mulier etiam pro iure dotis non potest propria auctoritate apprehendere possessionem rerum hæreditariarum, imo nec etiam dotalium 11.317

Mulier quæ per ignorantiam iuris non fecit inuentarium vel minus solenniter fecit, non excusatur 5.118

Mulier hæres instituta grauata per fideicōmissum restituere hæredibus mariti, tunc adeundo, etiam sine inuentario creditum dotis suæ non dicitur in effectu esse confusum 7 1.8

Mulier hæres instituta cum prohibitione expressa alienandi immobilia videtur esse tanquam vsufructuaria, & potest consequi in bonis mariti creditum suæ dotis etiamsi inuentarium non confecerit, nec potest dici creditum suum confusum per additionem hæreditatis 6.118

Mulierum consilium est inualidum, & plerunque etiam contra propria commoda laborat, & est fragile & mutabile. 3. 178

Mutatio voluntatis non præsumitur, & nu. 5. 4.90

Mutanda non sunt, quæ certam legem & consuetudinem semper habuerunt. 22. 166

N.

NAtura contractus non est vt alter alteri paciscatur 10.106

Naturalis filius dicitur altero de duobus modis: vno modo legaliter, altero secundum vulgarem consuetudinem loquendi 5.185

Naturales non admittuntur ad excludendum substitutum, nec faciunt deficere conditionem fideicommissi 18 150

Naturales dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit & non honestas coniugii, & ad hoc vt filii dicantur naturales plura requiruntur: & numero 4. vbi contra & numero 6. 1. 185

Naturales non dicuntur filii suscepti etiam ex concubinis, quando pater plures habuit concubinas 2.185

Naturale nihil tam est, quam vnumquodque dissolui eo modo, quo ligatum est. 3 460

Natus ex muliere coniugata an præsumatur filius mariti, vel adulteri 1.446

Natus præsumitur tempore congruo, nu. 7. 586

Negatiua vniuersalis debet in quocunque actu vniuersaliter negare 12.467

Negatiua vniuersalis importat totalem nullitatem 10.401

Negatiua mera est improbabilis, ideo dictum testis super mera negatiua non valet 20 76

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus 3.421

Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat 4.387

Nemo liberalis existit in necessitatibus. 12. 441

Nemo debet effundere verba sua ita lata sicut capra 16.445

Nemini licet in littore, vel ripa aliena aliquid facere, vel ædificare, num. 12. pagina 579

Nepos vel pronepos conceptus & natus post aui mortem nō dicitur est nepos vel pronepos in substitutionibus, num. 16. pagina 138

Nepos non tenens primum locum legitimā habere non debet 25.397

Nepos an succedat in locum patris præmortui, & concurrat cum patruo, an debeat esse natus tempore mortis testatoris, nu. 6.566

Nepos ex filia non dicitur de descendentib. per virilem sexum 17.203

Nepotes non debent esse melioris conditionis quam eius mater 16.414

Nepotes masculi quando veniant in fideicommissis 8.531

Nepotes ex filia non dicuntur de descendentibus per virilem sexum, numero 4. 413

Nepotes computāt omnes fructus in Treb. quos perceperunt à tempore mortis aui citra 28.397

Nepotes ex filia fœmina non debent esse melioris conditionis, quam sit ipsa filia. 3.87

Nepotes in substitutionibus non veniunt appellatione *filiorum*, sed contra nu 8. & seqq. 2.188

Nepotes comprehenduntur appellatione *filiorum*, quando alias resultaret aliquod absurdum & durum 10.190

Nepotes *filiorum* appellatione non continentur ex communi vsu loquendi, nu. 4.188

Nepotes positi tantum in conditione non censentur substituti, & non veniunt ex testamento 5.189

Nomina debitorum veniunt sub generali hypotheca 9.407

Nominum & tractuum diuersitas diuersitatem in præsentia & effectu inducunt. 6.600

Nominatio sola constituit quem in quasi possessione filiationis: fallit, num. 6. 8. 1.379

Nominatus. Non nominatus in instrumento non debet vti eius beneficio, num. 8. pag. 141

Notarius non potest esse rogatus de commissione sibi facta 12 556

Notarii imperiales vbiq; possunt testamenta condere 7.437

Notificatio facta consulibus facit, vt præsumatur ad multorū notitiam res transiuisse 20.233

Notorium nullum potest delictum ita esse, vt non possit quis exhibere excusationes rationabiles. Vide verbo delictum, pagina 322

Notorium licet non releuat ab onere proponendi, sed solum ab onere probandi, tamen fallit in notorietate loci non tuti, quæ

quæ etiam non debet proponi, num. 38. pag. 324
Nouatio voluntaria fit per laudum arbitratoris 30.590
Nouatio non inducitur, niſi expreſſe agatur 33.590
Nouatio videtur facta, ſi dictum ſit computato omni alio inſtrumento, num. 8. pagina 327
Nouatio hodie nũquam inducitur, niſi hoc expreſſe actum ſit à partibus, & in caſibus etiam, in quibus olim fiebat ipſo iure, hodie non fit nec ipſo iure, nec ope exceptionis, niſi expreſſe actum ſit à partibus 9 328
Nullitas, ſi ex diſpoſitione ſtatuti allegari non poſſit, poterit tamen allegari, ſi ſit patens & euidens 1.108
Nuncius non poteſt aliquem perſonaliter capere, niſi licentiam oſtendat per publicam ſcripturam 6.117
Nurus ab inteſtato non ſuccedit ſocero. 20. 404

O.

OBligatio beredum procedit à quaſi cõtractu additionis hæreditatis 18 410
Obligatio naturalis oritur ex donatione facta per patrem filio 2.427
Obligatio nec actio de iure ciuili non oritur ex iuramento promiſſorio, tamen ſi partes mutuo & reciproce iurant, tunc etiam de iure ciuili oritur actio præſcriptis verbis 18.27
Obligatio non debet tranſire in donatarium etiam vniuerſalem hæreditatis, num. 2.329
Obligationis diuerſitas præſumitur propter diuerſitatem ſummarum & quãtitatum, & ambæ quantitates cenſentur eſſe debitæ. vide ver. quantitatum vel ſummarum diuerſitas 2.327
Obligationis conditio nõ poteſt mutari ex perſona hæredis 6.571
Obligationum diuerſitas præſumitur ex diuerſitate inſtrumentorum vel ſcripturarum, & ambæ ſummæ debentur, num. 4. pag. 327
Obligationum diuerſitas præſumitur ex diuerſitate perſonarum, niſi fuerit in promiſſione dictum eandem pecuniam, n. 6. pag. 327
Obligationum multiplicatio inducitur ex diuerſitate temporum, quando duo inſtrumenta ſunt confecta diuerſis temporibus, nam probant duo eſſe debita ſeparata 7.327
Obſeruans. Non obſeruanti pacta non eſt obſeruandum, nu. 1. vbi reg. exornatur & ampl. etiam ſtante iura, & etiam in minima contrauentione 1.19
Occaſio denotat cauſam multum remotã, & eſt illa, quæ in veritate facti eſt falſa, ſed extra apparet colorate iuſta, & occaſio dicitur falſa & occaſio vera, & vide ibi alia 23.233
Oculis corporis quod poteſt legi, illud dicitur ad literam 10.571
Officialis vel capitaneus Papæ non debet plus de iure poſſe facere quam ipſemet Papa, cum nuncius præſtet nudum miniſterium 10.321
Officiali aliquid iniuſte & de facto facienti vel exequenti licitum eſt de facto reſiſtere & conuocare amicos & vicinos ad reſiſtendum 15.121
Officiali iniuſte & de facto exequenti, licitum eſt de facto reſiſtere 20.97
Officiales non debent parere reſcriptis principatu quamuis 14.573
Officium iudicis conquieſcit pendente dilatione, & nihil interim poteſt innouare, & innouata pendente dilatione ſunt ipſo iure nulla 2 168
Oldrad. conſ. 119. defenditur ab impugnatione 6 554
Omnia denominantur à fine 8.452
Omiſſio formæ vitiat actum quantumcunque pium & fauorabilem 5.576
Omiſſum à teſtatore habetur pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris communis. 13.467
Omiſſum à teſtatore in ſcriptura & in prolatione verborum diſpoſitiua habetur pro omiſſo 102.224
Onera ſubiens in vno, non præiudicat ſibi in aliis 4.112
Opinio poſterior eſt magis deliberata, nu. 6.433
Opinio communis ea dicitur, quæ plurium Doct. teſtimonio confirmatur, quæ multo magis ſequenda, quando pro ea ſtat Bart. 38.54
Opinio. A communi opinione non eſt recedendum in iudicando nec conſulendo, & qui recedit à communi ſententia præſumitur iudicare per imperitiam, num. 2. pag 129
Opinio communis illa dicitur, quę plurium Doctorum teſtimonio comprobatur. 8. 555
Opinio ſolius Doct. excelſi pro teſtamento ſequenda contra communem 13.556
Opinio communis. A communi opinione non eſt recedendum in conſulendo aut iudicando 11.127
Opinio communis quando poſſit deſeri in iudicando 23.468
Opinio communis eſt, quæ plurium teſtimonio comprobatur, & ab ea non eſt nec iudicando nec conſulendo recedendum. 3 348. & 25.336
Opinio ſingularis vnius Doctoris, quæ eſt pro matrimonio præfertur communi opinioni & eodem modo præfertur, quæ ſtat pro teſtamento 9.137
Opinio communis à pluribus approbata ſequenda eſt 27.131
Opinio communis. Contra communem opinionẽ licet iudicare, ſi illa iure non probatur 22.165
Opinio illa in iudicando ſeruanda eſt, quæ meliori & ſubtiliori nititur ratione, num. 21 156
Opinio. Opiniones Doctor. vbi in aliquo articulo ſunt variæ in dubio illa eſt amplectenda, quæ teſtamentum defendit. 8.137
Opinio magis quam veritas, quando inſpiciatur 6.454
Opinio ſingularis Doctor. pro teſtamento prævalet communi contra teſtamentum 4 408
Opinio illa eſt melior & ſequenda quæ meliore nititur ratione 12.138
Opinio communis eſt ſequenda in conſulẽdo & iudicando, & præſumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret ſingulari opinioni relicta communi ſentẽtia, & propter ſingularem opinionem alicuius Doctoris non eſt à communi opinione in iudicando recedendum 11.137
Opinio vnius Doct. quæ ſit pro teſtamento ſeu vltima voluntate prævalet, & ſequen. eſt in iudicando 26.77
Opinio. Quando ſunt diuerſæ opiniones Doctorum, ſtãdum eſt illi opinioni, quæ plurium Doctorum teſtimonio comprobatur 17.4
Opinio communis illa dicitur, quæ Doctorum teſtimonio confirmatur 30.464
Opinio communis. A communi opinione in iudicando & conſulendo non eſt recedendum 2 288
Opinio. Propter ſingularem opinionem alicuius Doctoris non eſt à communi opinione in iudicando recedendum 17.4
Opinio illa, quæ fauet cauſæ teſtati, & ſic ſubſtitutioni, in caſu dubio tenenda eſt in iudicãdo, & hoc procedit etiam in ſingulari opinione vnius contra communẽ, & num. 48. 18.249
Opinioni vnius ſingularis Doct. vel minoris partis pro matrimonio ſtatur & ſequen. eſt contra communem opinionem 27.77
Ordinarius nullus maior, quam Papa, nu. 2. pag. 365
Ordinata ad vnum finem ad alium trahi nõ debent 21.203
Ordinatio facta per conſiliarios loci cum ſit generalis ſeu vniuerſalis debet cenſeri valida, & præſertim accedente iudicis auctoritate, vt nu. 3. 1 274
Originem & formam ſui principii, quæ inde deſcendunt, debent obſeruare 4.421
Oriundus quis dicitur de aliqua ciuitate, cuius pater ibi natus eſt, & ſic originem duxit 7.290

P.

PActum inter plures factũ, quod vno eorum decedente ſine liberis, ſuperſtites vel eorum liberi habeant de bonis prædefuncti, non eſt à iure improbatum eo, quia non eſt vniuerſalis ſucceſſionis per viam hæreditatis delatæ 15.26
Pactum in contractum venditionis expreſſe factum, quod venditor non teneatur de euictione, nec etiam ad reſtitutionẽ pretii non valet 11.115
Pactum de ſuccedendo valet in milite, num. 12 594
Pactum de vniuerſali ſucceſſione acquirenda, quamuis non valeat tanquam auferens teſtandi facultatem, & bonis moribus improbatum, tamen ſecus eſt, vbi nõ eſt pactum omnibus bonis præſentibus & futuris, ex communi opinione, & nu. 10. 5.221
Pactum de futura ſucceſſione non valet. ſed ſi non promittatur ſucceſſio futura valet 2.221
Pactum initum inter fratres, q̃ dos de communi patrimonio conſtituatur filiabus intelligitur de prima dotatione tantum, & non vlteriori 20.142
Pactum de vniuerſali ſucceſſione in futurũ acquirendum non tenet, valet tamen cõuentio ſuper certis bonis, puta feudalib. tantum 13.88
Pactum nudum ſuper eo, quod naturaliter eſt debitum, actionem producit tãquam conſtitutum 16.309
Pactum de retrouendendo non arguit contractum ſimulatum & vſurarium, nu. 15. pag 546
Pactum inter plures factum, quod vno eorum decedente ſine liberis, ſuperſtites vel eorum liberi habeant certas res de bonis prædefuncti, non eſt à iure improbatum, quia non eſt vniuerſalis ſucceſſio de omnibus bonis, ſed de certis rebus tãtum, & hoc maxime procedit, quando pacta & tranſ-

Index rerum,verborum,&c.

& tranſactiones fuerunt iuratæ & reciprocæ,vt nu.16. 15.88
Pacta in contractu pro parte ſua non obſeruanti non debent etiam per aliam partem pacta obſeruari, nec debet gaudere dictis pactis. Idque procedit etiam interueniente iuramento 1.19
Pactum quando habeat vim pacti legis cõmiſſoriæ 16.62
Pacta inita cum ciuitate, habent vim legis. 10.59
Pacta in contractu locationis vel cõductionis contra bonos mores facta non valẽt, nec habent efficaciam producendæ actionis 6.170
Pacta omnino eſſe ſeruanda 9.59
Pacta quæcunque etiam extranea, & quæ regulariter non inſunt naturæ feudi, admittuntur in feudis 6.87
Papa poteſt committere alicui, vt alium citet per edictum maxime in crimine læſæ maieſtatis 26.323
Papa ſi contulit mihi aliquod beneficium, deinde de plenitudine poteſtatis velit mihi auferre, & dare alteri, tenebitur mihi prouidere de alio ſimili, & Papa cogens Epiſcopum inuitum ſine culpa renunciare epiſcopatui, debet ei prouidere de bono cambio 20.174
Papa faciens legitimationem, adiecta clauſula, *non obſtante*, videtur vti plenitudine poteſtatis, & poteſt legitimare etiam exiſtente filia legitima & naturali, num.16. pag.262
Papa priuilegians non potuit ligare ſucceſſorem 7.434
Papa poteſt dare poteſtatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam exiſtentibus legitimis & naturalibus. 15. 262
Papa poteſt legitimare filios illegitimos in terris immediate ſubiectis eccleſiæ, tam quo ad temporalem, quam quo ad ſpiritualem iuriſdictionem, etiam ad feuda, & etiam exiſtente filia legitima & naturali. 13.262
Papa eſt ſupra legem, & Papa ſupra ius, & contra ius, & extra ius omnia poteſt, & eſt omnia & ſuper omnia, & eſt ſacrilegium diſputare de eius poteſtate, num. 14.262
Papa quãdo accuſatur de hæreſi, concilium eſt iudex competens 23.353
Papa vel Princeps poſſunt ratificare ſententiam nullam 29.323
Papa eſt vicarius Chriſti 39.356
Papa vel Imperator etiam de plenitudine poteſtatis non poſſunt ſupplere in ſententia contra omnino non citatum, vel contra citatum ad locum notorie non tutum 40.324
Papa per clauſulam, *& quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, &c.* intendit ſuper omni defectu, & ſuper omni impedimento diſpenſare ac legitimare 20.263
Papa cunctos iudicat, & à nemine poteſt iudicari 37.356
Papa ſolus in eccleſia Dei ſupremam obtinet poteſtatem 38.356
Papa non poteſt niſi de hæreſi iudicari. 35. 355
Papa de plenitudine poteſtatis ſupplendo omnes defectus tam iuris, quam facti, intelligitur ſolum ſupplere defectus inductos de iure poſitiuo, non autem intelligitur ſupplere defectus iuris naturalis. 39.324
Papa ſi cognoſcere incipiat de cauſa, aliis ſilentium imponit 13.60
Papa, excepto hæreſis crimine, an poſſit de alio crimine accuſari? 33.355
Papa. De Papæ poteſtate diſputare crimen eſt ſacrilegii 30.323
Papa de hæreſi occulta poteſt etiam accuſari 25.353
Papa ſolus habet iuriſdictionem vniuerſalem 2.350
Papa. Quæ à Papæ poteſtate dependent, cẽſentur difficilia & impoſſibilia. vide verbo Princeps 18.281
Papa quando dicatur hæreticus 28.354
Papæ indulta cum clauſula generali derogatoria legum non ſubiacent legibus imperialibus, cum diſtinctæ ſint poteſtates. 19.263
Papæ confirmatio ſtatutorum non extenditur ad ſtatuta reprobantia iuramentum. 13.560
Papæ ſcandalizanti eccleſiam licitum eſt reſiſtere 30.354
Papæ auctoritas excepta intelligitur in omnibus ſtatutis concilii, num. 40. pagina 356
Papæ ſententiæ ſtandum, ſi contradicit ſententiæ totius concilii, numero 41. pagina 356
Parentis vtriuſque aſſertioni non ſtatur, quod filius non ſit legitimus, num. 20. pag 588
Paria ſunt vel nullum eſſe vniuerſaliter inſtitutum, vel eſſe excluſum morte aut repudiatione 10.277
Paria ſunt, membrum deficere, vel eſſe mancum, vel debilitatum, & num. 26. 25.175
Paria ſunt aliquid exprimi in ſpecie ſeu in individuo vel in genere, & illud genus nõ poſſit verificari niſi in vna ſpecie, etiam in materia odioſa 21.223
Paria ſunt non facere inuentarium, vel facere, ſed non legitime, & intra tempus limitatum 3.118
Pars maior illa cenſetur, quæ eſt iuſtior & maiori ratione & æquitate nititur, num. 9 pag.71
Partis appellatione ſimpliciter prolata intelligitur de diuidua 10.467
Partes non poſſunt facere, quod habeatur pro expreſſo illud, quod debet ſpecialiter exprimi 27.611
Participium, deſcendentibus, facit conditionem, & reſoluitur in verbum & relatiuum 5.413
Participium, *recognoſcentes*, reſoluitur in relatiuum, *qui*, & verbum, *ſuum*, id eſt, qui recognoſcat 5.241
Pater non poteſt in feudo præiudicare filiis. 36.591
Pater pro filio tanquam fideiuſſor tenetur in officiis publicis 9.117
Pater non poteſt filiis legitimis extantibus ipſis inuitis legitimare ſpurium, num. 4. pag.401
Pater poteſt obligare ſe pro tota dote tradendæ, ſecundo viro ſuæ filiæ, licet filia non poſſit, numero 1. & ſequentibus, pagina 216
Pater pro feudis acquiſitis pro ſe ſuis filiis & deſcendentibus in infinitum, non poteſt ipſis filiis præiudicare, cum filii ea non habeant à patre, ſed à progenitoribus, & numero 15. vbi bene comprobatur & ampliatur procedere etiam domino directo conſentiente, & numero 26. 9.208
Pater quando præordinauit filium ſpurium debere legitimari, poteſt etiam poſt aditam hæreditatem legitimari, num. 18. pagina 456
Pater poteſt petere legitimari filium ſpuriũ in præiudicium filiorum legitimorum, tamen ipſe filius naturalis vel ſpurius non poſſet hoc petere in præiudicium filiorum legitimorum 17.262
Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona, & vna caro, & vox patris cenſetur vox filii, vbi exornatur & num. ſequenti 11.64
Pater, ſi reliquit filiæ ſuæ mille, & ſi ingreſſa fuerit monaſterium, ducenta tantum, talis pœna reiicitur, & nuſn.21. & ſequentibus, vbi ait opinionem contrariam magis communem, & magis æquam, & eam obſeruari communiter in toto mundo. 5.164
Pater non videtur diſpoſuiſſe, quod filii ſpurii legitimentur ex eo, quod ſupplicauerit Principi, & licentiam obtinuerit legitimandi ipſos ſpurios, quia hoc fuit potius quædam præparatio quam diſpoſitio, n. 10.103
Pater dummodo relinquat filio legitimam, poteſt de reſiduo bonorum diſponere, put vult, & illud relinquere, cui ſibi placuerit 14.165
Pater in legitimatione filiorum illegitimorum non poteſt ſe ſubiicere iuriſdictioni alterius Principis vel Comitis legitimantis ſine conſenſu ſui domini, num. 11. pagina 271
Patris dictum prodeſſe poteſt filio, num. 19. pag 588
Patria poteſtas non attenditur de iure naturali & diuino 5.427
Patrimonium eſt quid vniuerſale, ſicut hæreditas & peculium 10.594
Patronus poteſt in præiudicium filiorum ſuorum & ab eo deſcendentium renunciare iuri patronatus, ita vt filii, ne ex propria quidem perſona ad illud venire poſſint 6.207
Pedagium exigendi, qui dicit ius ſe præſcripſiſſe, & probat ſe ſolitum colligere de talibus rebus, in illis tantum, de quibus apparet vſus, ius exigendi quæſiuit, num. 12.304
Pendentia actus non debet plus operari, quam ſi caſus de præſenti euenisſet, num. 25.210
Permiſſionis cauſa finita, permiſſio quoque finita eſt 5.280
Permiſſum ad tempus poſt tempus cenſetur prohibitum 4.134
Permutationis contractus eſt bonæ fidei. 25.463
Perſona, quæ excluditur, nunquam eſt cauſa fauoris 20.415
Perſonæ induſtria non videtur electa, quando in conceſſione fit mentio hæredis. 13. 423
Perſonæ alias prohibitæ alienare poſſunt alienare ex cauſa remunerationis beneficii, vbi hoc exornatur & numero 14. 15. 280
Perſonæ æque idoneæ præſtatione videtur quis ſatisfeciſſe conuentioni, & impleuiſſe pro parte ſua, & nu.4. vbi declaratur & nu.5. 3.257
Petens aliquid, vt talis debet probare ſe talem 4.380
Petens aliquid, vt talis debet docere ſe talem, alias ſuccumbit 9.20
Petitio hæreditatis non poteſt intentari poſt aditam

aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem bonorum 23.410
Plenitudo adiectione non eget 1.420
Plenitudini poteſtatis Principis nihil reſiſtit 8.375
Plenum dicitur, quod non recipit additionem, neque diminutionem, num. 12. pagina 461
Pluralis numerus, homines, poteſt in paucis verificari 5.512
Plus cui licet, non debet non licere, quod eſt minus 17.463
Pœna priuationis hæreditatis adiecta per teſtatorem, ſi hæredes dicerent, teſtamentum non eſſe ſolenne, non valet tanquam legibus interdicta 7.308
Pœna ibi eſſe non debet, vbi non eſt negligentia 16.429
Pœna odioſa eſt, & vt peti poſſit de ea liquidiſſime conſtare debet 5.181
Pœna poteſt imponi, quando cauſa intentata ciuiliter habet crimen annexum, num. 5.586
Pœna conuentionalis, quando opponitur extra iudicium per partes, non attenditur tunc an tanti intereſſit, imo in talibus pœnis conuentionalibus non conſideratur intereſſe etiam de iure Canonico, & nu. 14. 2.181
Pœna priuationis beneficiorum nunquam habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis 7.320
Pœna conuentionalis & res conuenta non poſſunt ſimul peti niſi dictũ ſit *rato manente pacto* 3.181
Pœna priuationis hæreditatis, quando eſt adiecta contra ius, ſi contra fiat, ceſſat. 10 309
Pœna. In pœnis apertæ & liquidiſſimæ debent eſſe probationes 38.176
Pœnæ molliendæ ſunt in dubiis 3.389
Pœnæ commiſſio quando impediatur, nu. 11.407
Pœnam ducentorum promittere expreſſe, vel promittere aliquid, & ſi illud non fiat promittere ducentum ſimpliciter, ſunt paria: quia illa ducenta ſimpliciter promiſſa intelliguntur promiſſa pro pœna, & loco pœnæ & nu. 13. 1.181
Pœnam non meretur, qui lege permittente rediit 26.100
Pœnæ debent liquidiſſime conſtare 15.445
Pœnæ & multæ pertinent ad eos, qui in loco habent ius fiſcale 5.213
Põtifex poteſt ſuper decimis ſtatuere & diſponere ſicut ſibi placet, dummodo non in totum vniuerſaliter tollat 15.93
Pontifex in temporalibus inter laicos dicitur habere ſolum iuriſdictionem habitu, & non actu nec exercitio 19.68
Pontifex habet plenitudinem poteſtatis in ſpiritualibus & in beneficialibus, & poteſt remittere quicquid debetur eccleſiæ: & in ſpiritualibus eſt omnia & ſuper omnia, & habet pro ratione voluntatem & ad libitum poteſt priuare prælatũ beneficio, & de eo, quod nihil poteſt aliquid facere 16.93
Pontifex habet iuriſdictionem propriam actu & exercitio inter laicos propter iuramentum, quod eſt vinculum ſpirituale & eius tranſgreſſionem & periurium, ideo poteſt cognoſcere de feudo iurato. 20. 61
Pontifex ſi confirmaret & expreſſe diceret etiam cum præiudicio tertii, intelligeretur de paruo & non de magno præiudicio tertii 11.92
Pontifex Summus debet adiuuare Imperatorem & domare rebellionem ſubditorum, ſi Imperator non ſit negligens, ſed ſubditi ſunt ei obedientes, ita vt non poſſit facere iuſtitiam 16.60
Pontifex per confirmationem non intelligitur derogare iuri tertii, & ſi concedit fieri aliquam eccleſiam, intelligitur ſine alterius eccleſiæ iniuria, & nunquam intelligitur velle præiudicare etiamſi de modico præiudicio tractetur & numero 27. 8.92
Põtifex iuriſdictionem habet in laicos propriam actu & exercitio ratione peccati, maxime periuri 21.61
Pontifex ſi quam tranſactionem vel actum confirmauit, non eſt amplius licitum alicui de eis iudicare 17.93
Pontifex poteſt infeudare caſtra eccleſię benemeritis, ſicut poteſt Imperator, niſi eſſent valde pretioſa: quia tunc debet interuenire conſenſus Cardinalium, qui ſunt capitulum vniuerſale 16.64
Pontifex non poteſt contra ius diuinum diſpenſare, nec confirmare tranſactiones initas à laicis ſuper decimis, nu. 6. & nu. 26.92
Populus etiam carens iuriſdictione poteſt ſtatuere in iis, quę pertinent ad bonorum ſuorum adminiſtrationem etiam ſine auctoritate ſuperioris 6.274
Poſſeſſio ex contractu conditionali ante impletam conditionem non poteſt dici translata, declara vt numero 17. & 18. 5. pag 99
Poſſeſſio. In quaſi poſſeſſione alicuius iuris incorporalis quis eſſe non poteſt, niſi aduerſario ſciente & patiente, & num. 32. 5. 303
Poſſeſſio. Quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus probatur per executionem facti, & ſic per capturam pignorum, & nu. 32. 4.303
Poſſeſſio. Per duos vel tres actus probatur quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus, & nu. 32. 3.303
Poſſeſſio inducta per decretum dicitur ciuiliſſima, nec ex ea competit interdictum recuperandæ 25.100
Poſſeſſio. Quaſi poſſeſſio iuris incorporalis excipiendi vectigal ab hominibus alicuius loci non probatur ex eo quod aliqui particulares illud ſoluerint, ſed probati debet, quod ab omnib. vel à maiori parte hominum ſolutum fuerit 6.303
Poſſeſſio transfertur per conſtitutum, num. 2.406
Poſſeſſio apprehenſa ſtatuto vel decreto reſiſtente eſt nullius momenti & effectus, & præſertim quando in eo eſt clauſula annullatiua 7.317
Poſſeſſio prior & antiquior præferri debet, quia poſterior præſumitur aut violenta aut iniuſta num. 18. & quia prior poſſeſſio impedit, ne ſequens poſſideat vt nu. 19. & nu 20. vbi declaratur 18.341
Poſſeſſionem ſuam non videtur negligere, qui iura ſua proſequitur, nec qui non valde lõgo tempore permiſit poſſeſſionem per alium occupari 26.341
Poſſeſſionem ciuilem videtur amittere quis iudicem adeundo, quia videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli 23.341
Poſſeſſionem rerum hæreditariarum mortuo teſtatore ingreſſus propria auctoritate, non per hoc habet poſſeſſionem nec naturalem nec ciuilem, imo nec corporalem poſſeſſionem, ſed ſolum nudam tenutam, & nudam detentationem facti. 10.317
Poſſeſſione ipſo iure & facto priuato per decretum, non poteſt competere interdictum recuperandæ 7.99
Poſſeſſione maiorum vti volens, debet vti cum ſuis cauſis 21.341
Poſſeſſorium. In poſſeſſorio is dicitur eſſe potior, cui ius commune fauet, & nu. 25. 18 304
Poſſeſſorium recuperandæ non competit, vbi quis fuiſſet ſpoliatus à iudice ſeu auctoritate ſententiæ 2.58
Poſſeſſorium. In poſſeſſoriis iudiciis ſufficit conſtare de iure agentis ſummatim per famam vel per ſemiplenam probationem 2.303
Poſſeſſorii cauſa dicitur parua & modica. Vide verbo cauſa poſſeſſorii 1.302
Poſſibile honeſtum, potius quam poſſibile inhoneſtum præſumitur 2.447
Poſſidens intelligitur poſſidere vigore tituli præcedentis 9.112
Potentia cauſæ efficientis limitata producit limitatum effectum 6.401
Poteſtas legitimandi data Comiti Palatino inſpicienda eſt 16.456
Poteſtas legitimandi infantes videtur competere ſolum Cæſari 8.359
Poteſtas legitimandi conceſſa Comiti Palatino eſt fauorabilis 17.456
Præcedentia declarant ſequentia. 29.272.6. 616
Præcedentia declarãt ſequentia, & vbi præcedentia ſunt expreſſa & determinata, & ſequentia ſunt obſcura vel generalia, tũc præcedentia determinant ſequentia, & nũ. ſeqq. 7.268
Præcedentium quadruplex eſt virtus. 8.268
Præceptum teſtatoris factum hæredibus de non diuidendo hæreditatem, nec petendo partem hæreditatis non valet, niſi eſſet factum cum cauſa expreſſa 19.410
Prædium emptum ex pecunia hæreditaria venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis 29.167
Prædia allibrata non poſſunt alienari ſine onere ſoluendi cenſum, vel tributum, vel collectas 6.311
Prædia per regiſtrationem & æſtimum ſunt affecta & obligata quibuſcunque oneribus & collectis, & num. ſequentibus. 1. pag. 310
Prædo etiam eſt manutenendus in ſua poſſeſſione 17.345
Prælatus incorrigibilis non videtur ex voluntate Dei conſtitutus 31.354
Prælatus poteſt facere conceſſionem ad vitam de iis quæ ſpectant ad ſuam menſam 17.281
Prælatus licite remunerat de bonis eccleſiæ eos qui exhibent ſe obſequiales eccleſiæ. 15.281
Prælatus eccleſiæ poteſt alterare naturam feudi, vt remuneret ſeruitia, & ideo ſi feudum eccleſiæ erat ſolitum concedi ad tempus tantum, vel in maſculos tantum, poteſt prælatus alterare concedendo in longius tempus aut in perpetuum, vel etiam in fœminas ꝓ remuneratione meritorum 19 65
Prælatus quamuis de acquiſitis ex induſtria ſuæ perſonæ, vel ex diſtributionib. quotidianis poſſit teſtari & habere ſucceſſores, tamen diuerſum eſt in fructibus ſui beneficii 8.287
Prælatus & perſonæ eccleſiaſticæ, quæ non poſſunt res eccleſię infeudare, poſſunt in-

feudare res ecclesiæ consuetas infeudari, nu.16.& 17.65
Prælato licitum est alienare res ecclesiæ, nu. 5.420
Prælati secundum generalem consuetudinem donãt pecuniam, fructus & res mobiles pro libito voluntatis 16.281
Prælati possunt benemeritis iuxta seruitii meritum elargiri, tamen illud meritum non est in occasionem sumendum, sed vere præcedere debet meritum,& nu.26. 2.279
Prælati quando possint congregare concilium 8.350
Prælegata in fideicommisso veniunt: & intellige vt nu.1.& 6.615
Præpositus habens administrationem,& sic curam animarum & dignitatem separatam à congregatione in vita æquiparatur vsufructuario, vt de fructibus perceptis ex præpositura possit in vita sua disponere, sed moderate: in morte vero æquiparatur vsufructuario, & sic non possit de fructibus præposituræ aliquid testari,nu. 4 286
Præscribens non debet censeri voluisse se astringere titulo, qui non est necessarius 10.112
Præscriptio non currit contra filiumfamilias in potestate constitutum, num. 14. pag. 429
Præscriptio non currit in quantitate decimæ tanquam re spirituali, & numero 18.12. pag.92
Præscriptio centum annorum nũquam intell g tur excludi, etiam vbi lex vel statutum per verba vniuersalia & negatiua disponeret, quod nulla currat præscriptio 17.345
Præscriptio cum mala fide non procedit, n. 22.110
Præscriptio non currit contra impuberes, sed interim dormit 40.44
Præscriptio non currit non valenti agere, & hac ratione non currit filiisfamilias, donec sint in potestate. Quod procedit etiam stante statuto vtiliter disponente, quod omnibus currat præscriptio, & etiam si iam fuisset inchoata contra defunctum 39.44
Præscriptio centum annorum funditus tollit omne ius competens ciuitati,vel principi & etiam ecclesiæ, & ita piæ causæ. 16.345
Præscriptioni temporis,qui innititur dicitur inniti circumuentioni emptoris, & sic ex remedio rigoroso & odioso, num.14. pagina 238
Præscriptione tanti temporis, cuius origo memoriam hominum excedit,acquiritur etiam sui natura non præscriptibilia 5.105
Præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non extat, possunt quæri iura Imperatori reseruata. 5. 270
Præsumptio naturalis excludit quamcunque opinionem contrariam, num.2. pagina 568
Præsumptio iuris in dubiis non adaptatur ad impugnãdum id. quod agitur, sed potius ad confirmandum 33.265
Præsumptio fortior tollit aliam præsumptionem 22 11
Præsumptio in genere tollitur per præsumptionem in specie 3 557
Præsumptio fortior vincit aliam minus fortem 8.448
Præsumptio fraudis considerata per reformationem non militat in patre ordinante arbitratorem inter filios suos in testamento,& num. seq.& iterum nu. 27. vbi decl. 7.231
Præsumptio excluſiua actus illiciti capi debet in dubio 9.381
Præsumptio vna tollit aliam 28.239
Præsumptio alia quam donationis quando capi potest, non præsumitur donatio, limitatur duobus modis 4.68
Præsumptiones in criminalibus non sufficiunt 12.582
Præsumptiones duæ oriuntur pro instrumento publico de iure communi, num. 8.409
Præsumptiones quamuis violentæ, & quæ in ciuilibus sufficerent, non sufficiunt in criminalibus ad aliquem condemnandum, quia in iis requiruntur probationes liquidissimæ 37.176
Pretium prædiorum quotidie solet crescere, & ex tempore præsumitur pretium rerum immutatum 5.229
Pretii seu pensionis quãtitatis ostendit quid & quantum in contractu veniat, & ex quantitate precii & mercedis discernitur emptor à conductore & num. sequentibus 7.314
Princeps præsumitur moueri ex iusta causa & voluntas eius habetur pro causa & sufficit quæuis occasio, num. 11. & seq. vbi quod sufficit principem putare, quod causa subsit & ex opinione sua statuat. 11.146
Princeps secularis an possit contra vsurarium per inquisitionem criminaliter procedere ad eum extra ordinem puniendum 20.547
Princeps etiam de plenitudine potestatis nõ potest tollere contractus iuris gentium. Vide verbo Imperator 14.214
Princeps de plenitudine potestatis supplendo omnes defectus tam iuris quam facti, intelligitur supplere defectus inductos de iure positiuo, non autem defectus iuris naturalis 34 324
Princeps alienationem in magnam diminutionem iurisdictionis principalis non potest facere, & si iuramento esset alienatio firmata, nec præiudicaret successor, vbi hoc exornatur 16.64
Princeps in dubio nunquam censetur derogare iuri tertii, sed semper saluo iure tertii concedere vel dare,& hoc etiamsi motu proprio rescribat, & num. 21. 20. pagina 225
Princeps potest tollere & auferre ea, quæ sunt iuris ciuilis sine causa, num. 1. pagina 454
Princeps. A principis potestate quæ dependent censentur difficilia & quodammodo impossibilia, & idem dicitur de Pontifice 19.281
Princeps legitimans filium naturalem cum clausula derogatoria generali omnium obstantium, videtur saltem in genere cogitasse de filia legitima & naturali,nu.20. & 30.263
Princeps potest ex causa rem suam auferre alicui,tamen si causa cessat, debet illa res restitui si potest 11.344
Princeps in sui præiudicium potest dare licentiam vasallo testandi de feudo in suos agnatos, & numero sequenti. 5. pagina 237
Princeps per suum beneficium nunquam intelligitur iuri tertii derogare, imo semper intelligitur concessum sine alterius iniuria 12.350
Princeps munificus non intendit ex circumuentione temporis feudum auferre 33.426
Princeps etiam cum clausula, *non obstante*, non potest legitimare naturalem quo ad successionem, vbi sunt filii legitimi, quia auferret ius legitimis debitum, & daret naturalibus, quibus non debetur, & nu. 36.vbi reprobatur 2 260
Princeps supra ius, contra ius, & extra ius omnia potest 13.449
Princeps quamuis lege conuentionis & cõtractus ligetur,tamen aliud est in successore,quia successor non habet ab eo causam,& nu.22. 2.63
Princeps potest alterare naturam feudi, & facere, vt sit transitorium in fœminas, & nu.18. 16.4
Princeps licet possit ex causa priuare aliquem dominio rei suæ, non tamen gratis potest hoc facere, sed soluto pretio. 18.174
Princeps in dubio nunquam intelligitur derogare iuri tertii 9.578
Princeps potest dare potestatem Comiti Palatino legitimandi filios illegitimos, etiam existentibus legitimis & naturalibus,nu.15.262
Princeps potest ratificare sententiam nullam 29.323
Princeps nunquam intelligitur aliquid concedere cum præiudicio tertii, nisi illud expresse dicatur,& ideo quando princeps aliquid concedit vel confirmat, semper intelligetur saluo iure tertii, & hoc procedit etiam si princeps concedat motu proprio, & etiam, quando tractaretur de modico præiudicio alterius tertii: & multa ibi apposite inseruntur, num. 21. pag.108
Principis declarationi videtur standum. 27. 463
Principis licentia concessa vasallo de testando de feudo non potest præiudicare illis, qui ex forma inuestituræ vocati sunt ad feudi successionem 8.237
Principis contra factum ex certa scientia quis audiri non debet, 3. declara vt num. 13.429
Principis mens talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet 9.430
Principis verbis narratiuis videtur stãdum, quando is super huiusmodi verbis fundat intentionem suam, numero 16. & numero 17. & sequenti, vbi declaratur, n. 16. pag.321
Principis contra factum ex certa scientia quis non auditur 7.375
Principis cõtractus ligat successorem in dignitate ad eius obseruantiam. Vide verbo Contractus principis 7.63
Principis rescribentis mens talis præsumitur, qualis de iure esse debet, num. 19. pag 214
Principi agenti annos 20. temerarium est petere curatorem dari, & forte etiam periculosum 5.339
Principaliter quod agitur attendendum est, vbi comprobatur 6.284
Prior tempore potior est in iure, etiam in materia locationis & conductionis, nu. 4.170
Priuilegiatus succedens non priuilegiato nõ vtitur priuilegio 5.571
Priuilegium concessum propter benemerita non potest reuocari 8.434

Priuilegiũ legitimæ tollitur mutatione perſonæ 26.397
Priuilegium eſt priuans legem 14.401
Priuilegium omne datum principali porrigitur ad eius augmentum 19.442
Priuilegium ciuitatis alicui conceſſum debet intelligi quo ad fauores & commoda, non autem quo ad damna & detrimenta, nec per ilud perdunt alia priuilegia, & nu. ſeqq. 9.218
Priuilegium quod eſt iuris ſingularis, facilius tollitur quam commune, num. 11. pagina 218
Priuilegium valde noxium alteri eccleſiæ nõ valet, niſi mentionem faciat de enormi læſione 9.92
Priuilegium nunquam ſic eſt interpretandum, vt ſit noxium ei, cui conceditur, nec debet vnquam contra eum interpretari. 8.344
Priuilegium immunitatis conceſſum tibi & poſteris, an & quando comprehendat deſcendentes ex fœminis 6.422
Priuilegium ciuitatis in dubio non debet interpretari contra eum, cui eſt cõceſſum, ſed tantum ad eius fauorem & commodum vbi comprobatur, & num. ſequentibus 12.219
Priuilegium & ius ex ſententia tolluntur per non vſum 11.513
Priuilegium conceſſum perſonæ priuilegiatæ quando operetur 9.434
Priuilegia quomodo tollantur 3.433
Priuilegiis nunquam intelligitur derogatum per generalem derogationem, num. 13.572
Probans de antiquiori poſſeſſione maiorum ſuorum in interdicto retinendę præferri debet. Vide verbo, *Interdictum*. 18. 341
Probata media videntur probatis extremis. 4.36. & 39.172
Probatio per coniecturas & indicia ſufficit pro plena probatione in his, quæ à communiter accidentibus ſunt difficilis probationis 6.515
Probatio magis verisimilis præfertur alteri probationi 15.453
Probatio non concludens nõ eſt probatio, & nedum non releuat, ſed etiam non facit rem eſſe dubiam de iure vel de facto, & nunquam concludit per poſſibile, ſed debet concludere per neceſſe, num. 16. pag. 142
Probatio vbicunque neceſſario non concludit, ſemper interpretatur contra probantem 17.142
Probatio, quæ de neceſſitate non concludit, nihil releuat, & probatio non concludens non eſt probatio, & non ſolum non releuat, ſed etiam non facit rem dubiam de iure vel de facto, num. 9. pagina 303
Probatio quælibet debet de neceſſitate concludere & non per poſſibile & maxime in probatione infringente teſtamentum. Nam debet eſſe concludens & neceſſaria propter magnum & graue præiudicium quod ibi vertitur 13.75
Probatio bonæ famæ & vitæ elidit contrariam famam & eius effectum offuſcat. & nu ſeq. 27.294
Probatio, quæ fit contra vſurarium poſt eius mortem non probat illum fuiſſe manifeſtum vſurarium in præteritum. & nu. vigeſimo quinto, vbi bene comprobatur 9.292
Probationi bonæ famæ ſtandum eſt fauore rei, quamuis ſit etiam mala fama probata 28.295
Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores 11.582
Probationes quando ſunt hinc inde pares, ille debet obtinere, qui habet aliquam præſumptionem vltra aduerſarium, nu. 10.75
Proclamata publica præſumuntur tranſire in publicam omnium notitiam. 12. 14. & ſeqq. 173
Procurator conſtitutus à prælato per mortem conſtituentis reuocatur, num. 8. pagina 508
Procurator per conteſtationem litis efficitur dominus ipſius litis 1.507
Procuratoris officium extinguitur, quando dominus moritur abſque hærede. 3. 507. & ſeq.
Procuratoris facti apud acta contra certum aduerſarium reuocatio vel inhibitio debet ſimiliter apparere apud acta, alias nõ valet 7.96
Producens in iudicio falſum inſtrumentum præſumitur illud falſificaſſe, niſi oſtendat auctorem 4.586
Prohibitio ſimplicis alienationis non inducit abſolute fideicommiſſum, ſed adiecta cauſa 7.358
Prohibitio alienationis in generali intelligitur de voluntaria alienatione, num. 12. pag 574
Prohibitio teſtatoris fortior quam contrahentium 4.573
Prohibitio alienandi extra familiam cenſetur odioſa, & ideo non extenditur ad nepotes ſeu de vna perſona ad aliam etiam, vbi videtur eſſe maior ratio 13.128
Prohibitio alienationis facta à teſtatore expreſſe fortius operatur quam tacita, nu. 6.104
Prohibitio nominatim facta, primo hæredi, cum ratione, quia velit rem remanere in cognatione ſua, cenſetur eſſe realis, & includit omnes deſcendentes, & nu. ſeqq. 1.103
Prohibitio alienandi extra familiam intelligitur, quando prohibitus veliet alienare in extraneos, vel per actum inter viuos, vel per actum teſtandi: ſecus quando relinquit ab inteſtato ei qui eſt ſibi legitimus hæres, eidem ab inteſtato ſucceſſurus: qua talis legitimus hæres in illa generali prohibitione non comprehenditur etiam ſi non ſit de familia teſtatoris, & procedit concluſio etiam ſi teſtator ideo prohibeat alienationem, quia velit bona ſemper aut perpetuo in agnatione permanere, & numero ſequenti. 10. 127.
Prohibitum ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum 12.127
Prohibitum expreſſe per teſtatorem alienari, non poteſt alienari pro reſtitutione dotis receptæ per hæredem poſt mortem teſtatoris. Vide verbo, res prohibitæ, nu. 5.194
Prohibitum certo tempore vltra illud tempus non cenſetur prohibitum, ſed permiſſum 6.181
Prohibitus alienare cenſetur, & prohibitus vſumfructum conſtituere, num. 3. pagina 439
Prohibitus alienare poteſt ex teſtamento transferre in ſucceſſorem ab inteſtato. 14.359
Prohibitus alienare non intelligitur prohibitus alienare titulo vniuerſali hæreditario ex teſtamento vel ab inteſtato in ſucceſſurum ſibi ab inteſtato 9
Prolis quoad legitimationem ſuffieit ignorantia alterius coniugum 4.558
Promiſſa non ſeruare non congruit graui & bono viro 1.215
Promiſſio facta per patrem de ſoluenda tota dote, ſecundo viro filiæ ſuæ efficax eſt, quamuis filia non poſſet ſe ad hoc obligare. Vide verbo pater poteſt, num. 1. pagina 216
Promiſſio facta alteri quãtum ad liberationem ſaltem prodeſt abſenti quo ad exceptionem doli vel vtilis pacti 18.159
Promittens aliquem tractare vt filium, ſi non facit, ad quid teneatur, num. 28. pag. 519
Proniores eſſe debemus ad abſoluendum in criminalibus 20.584
Propoſitum in mente retentum nihil operatur 22.133
Protectio & guardia idem ſunt 2.213
Protectio. Per receptionem factam ſub protectione ſuperioris non detrahitur iuri aliorum 8.213
Protectio. Sub protectione Papę, qui eſt per priuilegium, non eſt exemptus à iuriſdictione ordinarii, ſecus eſt in protecto per recurſum ad ſuperiorem 9.213
Protectio. Verba ſub protectione, non important aliquam iuriſdictionem eſſe penes eum, qui ſub protectione habet alium 3.213
Protectioni ſuperioris, ſi quis ſe committat, talis commiſſio vim habet appellationis 10.213
Protectioni ſe ſubmittens non eximitur à iuriſdictione ſui ordinarii 6.213
Proteſtatio non operatur, quando recipitur cenſus pro futuro tempore 38.426
Proximiore in gradu excluſo, multo magis debent cenſeri excluſi ſequentes in gradu & remotiores 17.190
Proximus dicitur, quem nemo antecedit. 3. 565
Publicatio teſtamenti in ſcriptis conditi, quomodo facienda vt valeat. Vide verbo teſtamenti in ſcriptis conditi 4.256
Publicatio iudicis non requiritur in teſtamento in ſcriptis facto manu publici notarii, & per eum in authentica forma ſubſcripto: ſecus in teſtamento conſcripto manu propria teſtatoris 2.255
Pupillus non eſt educandus apud eum, qui pupillo ſucceſſurus eſſet 33.198
Pupillus licet arbitrarium ſit, apud quem educari debeat, tamen nulli magis educatio pupilli committenda eſt quam matri, quæ vidua permanet, num. 31. pagina 197

Q.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adiicitur 15.187. & 3.25. & 35.225
Qualitas permiſſiua potius attẽditur quam prohibitiua 13.284
Qualitas à lege requiſita debet verificari, vt diſpoſitio locum habeat, num. 27. pagina 100
Qualitas probanda 9.437
Qualitas poſita in vno capitulo debet referri ad illas perſonas, quibus poteſt adaptari 33.418
Qualitas maſculinitatis adiecta cenſetur fauore agnationis 2.358
Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto. 18. 321

Index rerum, verborum, &c.

Qualitas adiecta facit ens mutari, & eius naturam 4
Qualitas requisita debet interuenire in actu, alias non valet. Vide verbo, *Actus*, si requirat 34.225
Qualitatem verbi adiunctam sufficit verificari secundum tempus verbi, cui adiungitur 22.250
Qualitates duæ quando concurrunt in vno subiecto, debet attendi illa in qua magis versatur 8.284
Qualitates duæ vbi cõcurrunt in personam vnius, & respectu vnius resultat dispositio affirmatiua & permissiua, respectu alterius negatiua & prohibitiua, certe attendenda est affirmatiua & sic permissiua 12.284
Quantitates diuersæ si promissæ sint ambæ debentur, nisi dictum sit, quod in secundo instrumento computetur omnis alia promissio, vel omne aliud instrumentum 8.327
Quantitates pecuniarum positæ in diuersis instrumentis ex vna causa puta dotis non intelliguntur multiplicatæ, & num. 2. vbi contra, quando quantitates sunt diuersæ 1.327
Quantitatum vel summarum diuersitas facit, vt diuersitas obligationis præsumatur, & ambæ quantitates cẽsentur esse debitæ 2.327
Quarta debita ex constitutione diui Pii impuberi arrogato hodie non est aucta, nu. 22.518
Quarta detractio habet locum etiam in donatione causa mortis, sed non in donatione inter viuos, vel alio actu inter viuos 17.223

R.

RAdix semper est inspicienda 17.150
Ratificatio non tantum fit verbis, sed etiam factis: & fortiora sunt facta ad declarandum voluntatem 19 93
Ratificatio nunquam extenditur ad ignorata 15.393
Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur 3.391
Ratio prohibitionis finalis ampliat prohibitionem 2.103
Ratio prohibitionis generalis ampliat & declarat prohibitionem, & numero 8. 7. pag 127
Ratio adiuncta facit vt recedatur à propria significatione verborum antecedentium 3 104
Ratio quando habeatur pro expressa, nu. 4. pag. 358
Ratio expressa ampliat & declarat dictum. 9.339
Ratio nulla maior est in mundo quam ratio naturalis: & ratio naturalis est potissima in qualibet interpretatione, num. 6. pagina 183
Ratio sine libris rationum reddi non potest 8.374
Ratio eadem vbi est, eadem quoque esse debet dispositio, & nu 13. 4.161
Ratio habetur pro expressa, cum alia reddi non possit 25.416
Ratio quando est expressa in statuto vel reformatione non dicitur extensio fieri, sed ipsa lex loqui, & vbi est eadem ratio non dicitur extensio, sed proprius intellectus statuti, & vbi est eadem ratio, ibi non dicitur similitudo, sed eadem lex, & num. seq. 18.232
Ratio eadem, quãdo est in pluribus casibus, tunc vna & eadem ratio numero decidit omnes casus non per extensionem, sed sicut genus comprehendit species sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium, sed quando sunt rationes specie differentes tamen similes, tunc ista est extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminum per adæquationem seu paritatem 19.232
Rationem reddere qui tenetur, ad quatuor tenetur 6.37
Rationem societatis qui reddere tenetur, ad quatuor tenetur, videlicet libros rationum legaliter confectos edere, calculum ponere, reliqua reddere & purgare moram solutione eius, quod debetur, num. 7.20
Rationẽ administrationis, qui tenetur reddere, tenetur ad quatuor, videlicet codices seu libros rationum edere, calculum ponere, reliqua restituere, & purgare moram solutione eius quod debetur, num. 15.80
Rebellis quando dicatur ciuitas 6.511
Rebelles qui dicantur 9 511
Rebelles dicuntur qui rebellant contra prosperitatẽ Papæ vel Imperatoris, & omnes existentes in proterua & notoria inobedientia, & nu. 10. 5.320
Receptans bannitum, cuius bannum erat notorium in loco, non excusatur sub colore ignorantiæ 13.173
Recipere, verbum non importat retranslationem dominii, nisi esset adiectum obligationi generis, quia tũc importaret translationem dominii, non quidem ex natura ipsius verbi, sed ex natura rei in genere cui adiicitur 4.344
Redditio omnis rationum debet in se bonam fidem habere 9.374
Redditio reliquorum nunquam intelligitur remitti per verba generalia, num. 14. pag. 21
Refutatio feudi in manibus directi domini est realis, & præiudicat filiis & nepotibus. Vide verb feudum 5.40
Regalia castrorum non potest Princeps cõcedere in præiudicium successorum suorum, quia sicut non potest iura eorum subuertere, ita nec minuere, num. 24. & 25. 6.63
Regimen ciuitatis si alicui committatur, nõ intelligitur commissum merum & mixtum imperium 4.213
Regnum Neapolitanum est de directo dominio Ecclesiæ Romanæ, num. 18. pagina 588
Relatum est in referente 22.390
Relatiuum, qui, sine copula stat restrictiue 9 414
Relatiuum (*qui*) iunctum verbo futuri conditionem inducit 27 204
Relatiuum, qui, iunctum verbo futuri temporis conditionem inducit 8.414
Relictum in dubio debet cẽseri ab eo, à quo relinqui potest 6 368
Relicti nullitas potius præsumitur, quam præsumatur hæres grauatus, num. 4 pagina 399
Religiosi non debent nec possunt vacare armis, sed orationibus 4.428
Remedium nullum possessorium datur cõtra tit. possidentem 3.96
Remedium c. reintegranda, 3 quæstione 1. datur etiam malæ fidei possessori, num. 4.604
Remedium pro nobilib. expulsis ab eorum dominio est, vt implorent auxilium ecclesiæ, & ecclesia debet subditos resistentes excommunicare & interdicere, num. 17 60
Remedium cap. reintegranda, 3. quæst. 1. vt competat quid probandum 2.604
Remissio seu indulgentia probatur ex matrice & per testes attestantes se vidisse literas gratiæ in forma authentica, & illas legisse & legi audiuisse concordãtes cum tenore matricis 24 322
Remissio facta per viam contractus non potest amplius per concedentem, nec per eius successorem etiam de plenitudine potestatis reuocari etiam in suo subdito. 22.322
Remittentibus iura sua non amplius regressus datur 12.159
Remittentibus actiones suas non est dandus regressus 15 575
Remotior in gradu non debet esse melioris conditionis eo qui est proximior, num. 4.299
Remunerationis gratia donari & alienari possunt res alias alienari prohibitæ, num. 12 280
Renouatio nulla esse potest non entis & nu. 27. 20 108
Renunciatio generalis de omnibus legatis non includit legatum dotis, nisi nominatim exprimatur 17.21
Renunciatio per metum facta vitibus caret, aut saltem venit rescindenda. Intellige vt nu. 6. 5.146
Renunciatio generalis. Per generalem renunciationem nunquam quis sibi præiudicat in feudo, nisi de eo fecerit specificam mentionem 18.42
Renunciatio. In renunciatione generali non comprehenditur lucrum dotis, nisi de eo sit facta specialis mentio, numero primo, & num. 6. vbi contra & rursus numero 11.337
Renunciatio cessat causa ipsius finali cessante 5.383
Renunciatio feudi facta in manibus directi domini ad hoc, vt vnus inuestiatur tanquam de feudo nouo facit esse feudum nouum. Vide verbo. feudum nouum censetur 1.237
Renunciatio feudi debet fieri in manibus directi domini vel alterius inuestiti vel inuestiendi de feudo, & si renunciatio feudi non tenet, vasallus non perdit possessionem ipsius feudi 19 42.
Renunciatio facta statutis & decretis per verba generalia & vniuersalia, præiudicat & excludit à lucro dotis renuncianti 10.338
Renunciatio facta in specie vel in genere, si illud genus non possit verificari, nisi in specie, æquiparantur, num. 12. pagina 338
Renunciatio super hæreditate patris viuentis non valet 4.383
Renunciatio etiam iurata intelligitur rebus sic stantibus 6.383
Repetitio eiusdem verbi multum operatur. 15 33
Res permutata secundo loco, quando peruenit non directo nec immediate ex re testatoris, sed per circulum: non succedit in locum rei hæreditariæ 18.142
Res restitutioni subiectæ alienari possunt. 18.468
Res ex re esse à testatore prohibita alienari, non potest alienari pro restitutione dotis receptæ per hæredem post mortem testatoris 5.104

Res

Res prohibitæ alienari poſſunt ex cauſa remunerationis, & numero 19.65. & 12. 18. 280
Res empta ex pecunia hæreditaria in vniuerſalibus ſuccedit loco pretii, num. 30. pag. 167
Res quælibet præſumitur libera, nu. 5. 274
Res. In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter etiam abutendo. Arbiter & moderator in re ſua quilibet eſt etiam abutendo, num. 7 7.216
Res eccleſiæ feudales prohibitæ alienari vel infeudari, poſſunt infeudari, vt recuperentur, ſi earum recuperatio ſit difficilis. 15.64
Res affecta tranſit cum onere ſuo 3.311
Res debent æſtimari ſecundum quod valēt de præſenti 4.219
Res tunc dicitur fieri: cum illa effectum capit 5.466
Res. In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter etiam in abutendo, nu. 5. 274
Res quælibet & perſona præſumitur libera, niſi probetur affecta vel obligata, num. 15.304
Rei vendicatio datur contra quemlibet poſſeſſorem 15.462
Reſcriptum Principis impetratum non facta mentione de ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt ſurreptitium & ipſo iure nullum 6.178
Reſcriptum principis debet ſemper conformari æquitati & iuri, licet etiam hoc verba eius non patiantur 18.214
Reſcriptum vitiatur per ſurreptionem, nu. 22.108
Reſcriptum Principis contra ſententiam ſenatus, imo & contra ſententiam alicuius inferioris, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam non valet, & repellit impetrantem à limine iudicii 4.178
Reſcriptum Imperatoris conceſſum, non obſtante lege à muneribus, in dubio intelligitur ſolum de extraordinariis, niſi ſit dictum à muneribus ordinariis & extraordinariis 13.311
Reſcriptum. Per Imperatoris reſcriptum non poſſunt remitti collectæ, dacia, vel gabellæ, niſi eſſet adiecta clauſula, non obſtante tali lege. Vide verbo Imperator. 9.311.
Reſcriptum ſecundum quando vitiatur. 11. 434 & ſeq.
Reſcriptum Principis contra ſententiam definitiuam ſemper præſumitur obreptitium 7.178
Reſcriptum ſecundum generalem clauſulam continens, quando deroget primo 5.433
Reſcripti forma non eſt ſeruanda, quando ex hoc læderetur ius tertii, qui in eo non eſt nominatus 21.215
Reſcripta & priuilegia non valent, ſi contineant duo ſpecialia 12 142
Reſcripta ad beneficia debent ſtrictè interpretari 30.458
Reſignatio Epiſcopatus facta contra formam mandati eſt ipſo iure nulla, nu. 41. pag 324
Reſpicientes ad pauca facile enunciant. 8. 368
Reſtituti natalibus per ſimplicem gratiam Principis non ſuccedunt in feudo præſertim antiquo & nobili, etiamſi pater curauit eos legitimari, niſi poteſtatē habens ſpecialiter & nominatim legitimet eos ad feuda ſine legitimorum agnatorum præiudicio 20.272
Reſtitutio in integrum non datur pro modica læſione, & ideo petens reſtitutionem in integrum debet in libello facere expreſſam mentionem de enormi læſione: alioqui libellus non eſt admittendus. 30. 234
Reſtitutio in integrum datur alienigenæ ſeu forenſi ex clauſula generali (*ſi quamibi iuſta cauſa, &c.*) aduerſus ſtatutum quod probabiliter ignorauit tempore actus celebrati 26.197
Reſtitutio & gratia Principis ſortitur ſtatim ſuum effectum à die conceſſionis, & trahit ſecum omnimodam executionem, etiamſi nondum venerit in notitiam reſtituti, nec ad eius manus, num. 5. pagina 288
Reſtitutio in integrum ad hoc vt minori cōcedatur, requiritur enormis leſio ſeu magnum damnum, & enormis læſio debet exprimi in libello reſtitutionis in integrum 29.234
Reſtitutio. Quando aliquid poteſt ſe habere ad commodum & ad damnum, licet caſu contingat damnum, tamen non per hoc quis dicitur lædi, & ſi ſit minor, non debet tanquam læſus ex hoc in integrum reſtitui 33.235
Reſtitutio principis vel eius indulgentia aut remiſſio non aufert ius alteri quæſitum, nec bona aliis conceſſa 28.100
Reſtitutio in integrum datur contra præſumptionem etiam triginta annorum. 17.429
Reſtitutionem ad obtinendam debet quis duo probare 5.604
Reſtrictio aliqua, quando non poſſit fieri. 20.446
Reſtrictio de habilitate quando fiat, num. 21.446
Reus. Pro reo in dubio iudicandum eſt maxime, in materia amiſſionis feudi per lapſum anni & diei 34.240
Rex vel princeps non poteſt etiam ex aliqua cauſa auferre alicui res ſuas, niſi earum pretium prius ſoluat 16.174
Rex alienans rem, cuius donatio cederet in magnam diminutionem iuriſdictionis regalis non poſſet hoc facere, etiamſi iuramento firmaret, ſecus ſi fieret donatio rei, quæ non ita diminueret iuriſdictionem ſuam, valeret talis donatio, & præiudicaret ſucceſſori in regno. vide verbo Princeps 16.65
Regis verba habentur pro lege 17 244
Rogatus videtur, ad quem ſermo fuit relatus 11.369

S.

SAluaguardia Principis non præiudicat iuriſdictioni dominorum immediatorum loci. vide verbo literæ Saluaguardiæ 1.213
Salus non eſt extra fidem 26 353
Sanguinem ſuum redimere vnicuique licet 19 97
Scire quis dicitur illud, de quo eſt certificatus ab homine fide digno 7 289
Scriptura priuata fidem non facit, nu. 5. pagina 59
Scriptura quod non dicit, nec nos dicere debemus 19.122
Scriptura priuata quando probet, num. 7. pag 578
Scriptura notarii facta de mandato teſtatoris licet non publicata, probat vltimam voluntatem fauore liberorum & piæ cauſæ 5.554
Scriptura quam iudex habet antea formare, & demum recitare non eſt ſententia, ſed quædam præparatio ad ſententiam, nu. 30.52
Scripturæ teſtamenti beneficio vti non poteſt, qui in ea nō eſt nominatus. vide verbo beneficio 11.124
Scripturæ ratione contrarietatis ſe inuicem confundunt 29.109
Scripturæ vicinitas inter regulam & exceptionem declarat, quod idem proſequatur 9.268
Seditio dicitur quaſi ſeorſum itio, num. 5. pag. 580
Seditionem quis dicatur facere 8.582
Senatores grauiter peccant, qui procurant apud eorum principem, ne ab eorum ſententiis appelletur 11.84
Senatores Romani erant illuſtriſſimi, ſed ſenatores hodierni non item, num. 6. pagina 83
Senatores hodierni non habent eam auctoritatem, quam olim habebant Romani ſenatores 5.83
Senatores Marchionales Montisferrati non ſunt illuſtres 8.83
Sententia ad hoc, vt expreſſione erroris iuris reddatur nulla: requiritur, vt error ſit expreſſus, ita vt oculo corporali legi poſſit & inſpici, & non ſufficit, quod ex mente vel per interpretationem reducatur ad erroneum intellectum iuris, num. 1.134
Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, facit notorium inter ipſas partes, num. 3. pag. 58
Sentētia declaratoria requiritur antequam poſſit intentari executio pœnæ, quando pœna imponitur à lege ipſo iure, num. 21. & nu. ſeqq. vbi declaratur, l. eius delatorem, de iure fiſci, quomodo procedat, nu. 22.100
Sententia in cauſa matrimoniali, ſi foueat peccatum per partes non remiſſibile, nunquam tranſit in rem iudicatam, num. 3. pag. 82
Sententia nulla, ſententia non eſt 8.59
Sententia lata cauſa non cognita, & præcipitanter eſt nulla 10.169
Sententia lata contra ſubſtantiam formæ mandati ſicut non valet, ita nec contra qualitatem 42.324
Sententia incerta non exequibilis, num. 7. pag. 374
Sententia declaratoria requiritur etiam, vbi pœna ipſo iure eſt impoſita, vt hæredes delinquentis ad pœnam illam teneantur 34.175
Sententia licet non ſit ſuper amiſſione bonorum ferenda, quando quis cadit ipſo iure à rebus ſuis, tamen ferenda eſt ſuper declaratione amiſſionis 35 176
Scientia certa & indubitata tunc dicitur haberi, quando quis oculis vidit, & non dicitur quis proprie ſcire, quando vehemēter opinatur, vt nu. 23. 22.239
Sententia lata dilatione pendente adeo nulla eſt, vt non poſſit conſenſu partium ratificari 3.168
Sententia lata de antiquo, ſi in ea enunciatiue dicatur, *viſo libello, viſa litis conteſtatione & viſa probatione*, probat acta cauſæ præceſſiſſe, licet non appareant talia acta 12 243
Sententia non poteſt dici lata contra minorem indefenſum, ex quo interuenit Syndicus generalis & caſtaldio ſeu factor generalis Principis 4.359

Index rerum, verborum, &c.

Sententia & iuramentum æquiparantur. 7. 141

Sententia lata contra minorem cutatore carentem est ipso iure nulla, num. 3. pagi- 339

Sententia habens relationem ad transactionem, quæ dicitur nulla, debet pariter dici nulla, sicut dicitur de sententia, quæ habet relationem ad statutum vel consuetudinem nullam, & nu. 22. & seqq. vbi contra 4 330

Sententia lata intra paucos dies, ita vt verisimiliter appareat defectus causæ cognitionis, est ipso iure nulla 11.169

Sententia debet sustineri quantum est possibile 3.134

Sententiæ virtus & potentia 1.511

Sententiæ. Verba sunt stricte intelligenda. 11.579

Separata, ex separatis non bene infertur, nu. 31.56

Separata. Ex separatis non fit bona illatio, & separatorum separata est iuris dispositio 11.268

Sequestratio quãtumuis prohibita sit, semper descriptuo bonorum fieri debet, nu. 9.562

Signum tabellionis appositum in instrumento testamenti significat actum testandi fuisse absolutum & perfectum, nu. 3. 3.48

Seruus pro parte quis esse non potest, & pro parte liber 9.586

Simulata solutio dicitur colorata seu depicta, quæ extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus non habet substantiam: & simulatio appellatur imago 8.115

Simulatio & fraus ex nimia liberalitate præsumitur, & probantur fraus & simulatio per coniecturas 6 114

Simulatio contractus sequentis melius probatur per contractum præcedentem, quã è conuerso 7.71

Simulatio probatur ex eo, quod vnus soluit & in instrumento est nomen alterius appositum 7.114

Simulatio in dubio non præsumitur, nu. 7. 408

Simulatio contractus probatur per indicia & coniecturas 9.516

Societas est contractus bonæ fidei, & in eo abundare debet bona fides 12.20

Societas. In societate generali non attenditur quod vnus plus lucretur, quam alius, vel plus expendat quam alius, quia hoc in societate generali attendi non debet, sed omnia æqualiter sunt pertinentia, & æqualiter diuidenda 26.11

Societas duplex tantum reperitur, conuentionalis scilicet & incidens, & quæ dicatur conuentionalis & quæ incidens, & nu. 27 5.131

Societas omnium bonorum probatur per verba expressa instrumenti 1.15

Societas tacita etiam consensu contrahitur, & tacitus consensus præsumitur ex actibus consonantibus societati 18.10

Societas censetur quædam fraternitas, nu. 19.132

Societas non contrahitur sola re, sed solum consensu, & nu. 29. 7.131

Societas vniuersalis non censetur contracta, quando vnus respondendo positionibus fatetur se esse debitorem de certis quantitatibus, & numero 40. vbi contra. 12.8

Societas potest apparere ex aliis actibus, licet sint duo fratres, quorum nullus negotietur, sicut est inter nobiles, qui non faciunt quæstuarias mercantias, tamen quæcunque dona, quæcunque salaria, & quascunque dotes in communi conferunt 19.10

Societas omnium bonorum nunquam intelligitur inter fratres esse contracta, nisi hoc specialiter & expresse sit actum, & nu. 17. 18. & seqq. vbi contra, & num. 38. vbi contrarium asserit ex communi opinione 10.8

Societas non censetur contracta inter fratres, qui mortuo patre retinent hæreditatem patris in communi, num 1. & nu. 16. & sequenti, & num. 32. & 33. vbi declaratur 7

Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta, quando vnus procurat facere societatem cum alio cũ hoc quod alius habeat aliquam summam ante partem, & nu. 39 11.8

Societas. In societate vniuersali omniũ bonorum fieri debet diuisio æqualis inter socios, & non solum lucrorum, sed etiam sortis & capitalis 20.19

Societas tacita non potest videri contracta, quando ex duobus fratribus alter tãtum negotiatur, & alter non: eum aliter nihil ponat, & ideo quæsita ab eo qui negotiatur, non debent communicari alteri, & n. 16. 2. & seq. & num. 32. & 33. vbi declaratur 2.7

Societas tacita cum fundetur solum in præsumptione, videtur à tali præsumptione recedi per factum contrarium, per quod animus declaratur 3.7

Societas prima censetur renouata iisdem qualitatibus & modis, quibus prior erat ex perseuerantia communionis, & quia indiuisam substantiam tenẽt, & communiter mercantur, si sint scientes, & notitiã habeant de instrumento societatis initæ, secus si sint ignorantes, & non habeant notitiam instrumenti societatis initæ, nu. 6. 6.16

Societas præsumitur limitate contracta secundum voluntatem & vsum, & non vltra 3.131

Societas. In societate omnium bonorum veniunt hæreditates, lucra dotium, & similia, & nu. 19. 3.16

Societas tacita omnium bonorum non censetur contracta inter fratres, licet sit probata ipsorum fratrum cohabitatio in vna domo, commensalitas, communicatio lucrorum dispendiorumque, litium, causarumque communiter defensio, & bonorum suorum pro indiuisis communio, deinde publica vox & fama super societate omnium bonorum, & num. 17. 18. & sequentibus, & num. 33. & sequentibus. 9.8.

Societas finito tempore cẽsetur tacito consensu partium re firmata 30 133

Societas vniuersalis omnium bonorũ præsumitur contracta ex actibus promiscuis, & varietatem habentibus, cum non possint fieri citra nomen, & ius societatis vniuersalis 21 19

Societas vniuersalis. In societate vniuersali omnium bonorum cognoscenda procedit per præsumptiones & coniecturas. 22.11

Societas limitata pro summa pecuniarum in societate positarum, & in lucris pro rata ipsarum pecuniarum intelligitur etiam respectu damnorum limitata, & nu. 23. 2.130

Societas tacita omnium bonorum nõ censetur contracta inter fratres, quorum vnus multa lucratur, & alter vero nihil vnquam mercatus est, ne ita magna inæqualitas resultet inter eos, & nu. 6. & 26. & nu. 35. vbi declar. 5.8

Societas omnium bonorum non contrahitur inter aliquos, nisi expresse agitur, & num. 15. vbi contra ex communi, num. 9.16

Societas consensu etiam tacito contrahitur & ex actibus promiscuis socialibus, nu. 11. 16

Societas præsumitur contracta ex cohabitatione, & ex eo quod lucra conferunt, & non reddunt rationem eorum, quæ alter superlucratur & nu. seqq. 12 17

Societas vniuersalis omnium bonorũ præsumitur contracta ex actibus promiscuis & varietatem habentibus, cum non possint fieri citra ius & nomen societatis vniuersalis 14.17

Societas præsumitur ex actibus reciprocis socialibus simul cum negociatione alterius 20.10

Societas habet ius quoddam fraternitatis. 6.366

Societas præsumitur contracta ex qualitate personarum & negotiorum 12.132

Societas non præsumitur contracta, quando de ea non apparet, sed potius pecunia censetur deposita ad honestum lucrum, nu. 4. 24. & seq & nu. 28. 131

Societas finitur morte, nec transit ad hæredes 5.16

Societas extinguitur morte, fallit num. 4. 3.373

Socius quando acquirit, non refert, an acquirat suo proprio nomine tantum, an nomine communi, an societatis, quia etiam quando acquirit nomine proprio tãtum, tenetur communicare per actionẽ pro socio 26.11

Socius non tenetur de debitis cõtractis post finitum tempus societatis, nisi denuo cõsentiat & nu. 30. 8.131

Socius si ponat pecuniam ad negotiandum hoc pacto, quod capitale sit, saluum facit contractum illicitum & vsurarium. 11.131

Socii qui in societate pacti sunt super lucris, intelliguntur velle, vt eadem pars seruetur in damnis, & numero sequenti. 17.132

Socii censentur, qui rem simul emunt, sicut & qui condicunt aliquid in communi. 29.133

Socii tenentur pro sua rata satisfacere creditoribus societatis 15.132

Solennitas non necessaria ad actum, si interueniat minus apte, non curatur, num. 19.191

Solennitas l. hac consultissima, C. qui testamentum facere possunt, non requiritur in donatione causa mortis facta per cœcum 3 308

Solennitas extrinseca non præsumitur. 10. 513

Solennitas formalis intelligitur per decretum annullatorium 12.364

Solennitas eadem, quæ requiritur in faciendo actum, eadem requiritur in reuocando ipsum actum 2.514

Solennitas, quæ ex inspectione instrumenti apparet non interuenisse, nunquam præsumitur ex tempore etiam cuius initii memoria, &c. nisi aliæ præsumptiones concurrant 9.513

Soluendi facultas durat vſq; ad litis conteſtationem, quando vnum eſt in obligatione & aliud in facultate ſoluẽdi ex diſpoſitione hominis 36. 464
Soluens virtute præceptorum ſibi factorum per ſuperiorem liberatur, & periculum eſt creditoris. Vide ver. debitor. num. 1. 114
Soluere nemo præſumitur ante tempus, & ſic plus tempore 21. 22
Solutio oneris. Per ſolutionem oneris immunitati renunciatum non videtur, niſi etiam ſit elapſum tempus 30. annorum 3. 112
Solutio. per ſolutionem oneris præiudicat quis ſibi in eo quod ſolutum eſt & non in aliis 5.112
Solutio ſimulata & fraudulenta eſt ipſo iure nulla 5.114
Specialia plura non poſſunt circa idem concurrere 47.55
Specialia nota digna neglecta cenſentur, niſi ſpecialiter exprimantur, numero 10. 434
Specialiter fienda ſi non fiant, videntur neglecta 9 363
Species duæ quando ſunt, illa dicitur ſpecialior, in qua eſt maior ratio ſpecialitatis 10 71
Species inter plures illa derogat alteri, quæ eſt ſpecialior, numero 14. n. 1. pagina 70
Spoliatio per generalia verba ſtatuti non cenſetur remiſſa 8.571
Spoliatio non cadit in poſſeſſione adepta auctoritate iudiciali & per conſequens nec reſtitutio, nec interdictum recuperandæ 9.99
Spoliatus de facto ante omnia reſtituendus 1.604
Spoliatus non eſt ſecundum regulam ante omnia reſtituendus vbi agitur de vi compulſiua 9.146
Spoliatus à iudice vel auctoritate iudicis non eſt ante omnia reſtituendus, nu. 10. 146
Spoliatus ante omnia non eſt reſtituendus, imo prius debet de proprietate cognoſci quando imminet probabile dubium futuri ſcandali in reſtitutione facienda, n. 1. 145
Spoliatus ante omnia non eſt reſtituendus quando poſtea cauſa proprietatis non remaneret ſalua, vt quia ageretur de reſtitutione cuiuſdam fortiſſimi caſtri, nu. 2. 145
Spoliatus poteſt tacite ſibi præiudicare ne ante omnia reſtituatur ex ſola patientia, ſi patiatur aduerſarium interim tare ius proprietatis, ergo multo magis expreſſe 4. 146
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, n. 7. 571
Spurius non excludit ſubſtitutum & n. 28. 5. 149
Spurio alterius filio nihil impedit quin perſona extranea poſſit relinquere in teſtamento vel dare quocumque titulo inter viuos 10.149
Spurii veniunt appellatione filiorum ſimpliciter 11. 150
Statutum diſponẽs quod filius familias poſſit teſtari, non habet locum in filiofamilias forenſi in loco ſtatuentium teſtante 7. 218
Statutum diſponẽs quod maritus non poſſit legare vxori non habet locum in forenſi, quia poterit legare vxori 4. 218
Statutum cogens agnatis conſanguineos & affines ad compromiſſum, dicitur eſſe fauorabile, & debet extendi etiam ad caſus improprios, vt etiam comprehendat eos qui large & improprie ſunt agnati, nu. 4. 288
Statutum poteſt remouere quemlibet ordinem cognoſcendi, numero 2. pagina 570
Statutum in vno ex correlatiuis cenſetur etiam in alio ſtatutum, numero 13. pagina 516
Statutum ciuitatis non poteſt legitimare perſonam ſibi non ſubditam quando quis eſt omnino forenſis, & n. 9. vbi declaratur 4. 218
Statutum non eſt iudaice interpretandum 31 418
Statutum poteſt minuere legitimam, licet non poſſit in totum tolli, numero 16. pag. 125
Statutum requirens notificationem fieri alicui intelligitur de legitima, numer. 14. 195
Statutum puniens vnionem intelligitur de vnione coadunata ad aliquod flagitium, vel illicitum committen. numero 24. 97
Statutum de dote lucranda non habet locum in re feudali 24. 272
Statutum cogens ad compromiſſum nõ habet locum quando obligatio eſſet iurata 20. 611
Statutum Genuæ derogans iuri communi in materia teſtamentorum, eſt reſtringendum ne aliquid plus operetur in derogationem iuris communis, numero 7. 183
Statutum Brixiæ præferens in ſucceſſione aſcendentium fœminarũ maſculos quoſcumque deſcendentes per lineam maſculinam fœminis, aliud cenſetur velle in maſculis deſcendentibus per lineam fœminiam 18.203
Statutum puniens debilitantem membrum alicuius, non habet locum in debilitante membrum inutile 25.175
Statutum de effodiendo alicui oculos non habet locum in oculis non videntibus 25. 175
Statutum diſponens, quod pro certo delicto excidatur manus, locum non habet in manu arida & inutili 26.175
Statutum diſponens quod teſtamentũ conditum de nocte ſine luminibus valeret, eſſet iniquum & nullius momenti tamquam præbens anſam falſitatibus, nu. 9. 183
Statutum à ſtatuti verbis & eorum propria ſignificatione non eſt recedendum, n 16. 203
Statutum Mediolani de non meliorandis deſcendentib. eſt exorbitans à iure communi & cenſetur odioſum, ideo reſtringendum, & debet intelligi vt minus lædat ius commune quam ſit poſſibile 7. 161
Statutum Mediolani diſponens quod nullus recipiatur in collegium, niſi ipſe vel pater eius ſit inde oriundus, eſt benigne & non rigide interpretandum, ex quo nullius præiudicium verſatur, numero 3. pagin. 290
Statutum potius eſt interpretandum, vt nihil operetur quam quod quis indebite damnum patiatur 13. 71
Statutum diſponens, quod non poſſit appellari niſi intra eandem diem, non habet locum, ſi appelletur ad principem 13. 84
Statutum Mediolani diſponens, quod nullus doctor poſſit eſſe de Collegio, niſi ſit originarius ciuitatis, & pater profectus ad aliam ciuitatem animo redeundi ad propriam ibi ſuſcepit filium, habet locum in dicto filio, quia dicitur eſſe originarius non ciuitatis in qua naſcitur, ſed ciuitatis paternæ. & numeris ſequentibus, nu. 1. 289
Statutũ ſeu reformatio Florentina de compromiſſis non habet locum in poteſtate arbitrandi alicui conceſſa in teſtamento à patre inter filios n. 1. ſed contra nu. 9. & ſeqq. 1.231
Statutum prohibens forenſem hæredem inſtitui, an & quando locum habeat 9.409
Statutum non debet amare interpretari 32. 418
Statutum vbi nullum caſum excipit, nec iudex debet excipere 11. 414
Statutum recipit interpretationem declaratiuam iure communi 13.384
Statutum ſi eſt factum contra turbantes vel turbare volentes ſtatum ciuitatis intelligitur principaliter non ſecundario & ſic occaſionaliter 9.321
Statutum afficit ſubditum ſuum etiam reſpectu bonorũ in alieno territorio exiſtẽtium 10.300
Statutum Aſtenſe, quod minor non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum & ſolennitate in eo expreſſa, non habet locum in contractu iurato ex communi opinione 27.331
Statutum ſeu decretum ita interpretandum, ne de facili eluſorium reddatur 13.317
Statutum vel decretum quando habet clauſulam annullatiuam, adeo factum cõtrarium dicitur eſſe nullum, vt ſi etiam interueniret conſenſus ambarum partium, tamen adhuc diceretur eſſe nullum, quãuis lex ſit introducta ad ipſarum vtilitatem & commodum 8.317
Statutum excludens proximiorem in gradu fortius cenſeri debet excludere remotiorem 5.209
Statutum excluſiuum fœminarum cum ſit odioſum non porrigitur ad bona alibi ſita: & numer. ſequentib. 6. pagina 300
Statutum quod filia dotata non ſuccedat extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium 7.300
Statutum priuans quem beneficiis ſuis intelligitur de beneficiis ſitis in loco ſtatuentis & non alibi 8. 300
Statutum non ligat forenſem, & ſemper ita reſtringi debet ne alienigena vel forenſis cenſeatur comprehenſus in hoc vt ei profit vel noceat 9.300
Statutum derogans iuriſdictioni ordinariæ, debet ſtricte intelligi, numero 36. pag. 198
Statutum derogatorium iuris communis debet ſtricte intelligi vt minus deroget iuri communi quam fieri poſſit, numero 29.204
Statutum editum propter commune bonum ad occurrendum falſitatibus, ſeruandum eſt etiam in foro conſcientiæ, ſi non inducat peccatum 22. 257
Statutum ſicut poteſt facere, vt omnes ingredientes portam aliquid ſoluant, ita poteſt facere vt omnes, qui colunt vel coli faciunt prædia in ſuo diſtrictu ſoluant 9.311

Index rerum, verborum, &c.

Statuta loci originis vbi erat pupillus tempore mortis patris in tutela deferenda sunt attendenda 30.197

Statutum vel decretum disponẽs quod possessio defuncti continuetur in hæredem, non vendicat sibi locum si mortuo testatore possessio medio tempore per alium fuerit apprehensa, quia illa actualis apprehensio impedit continuationem inductam à statuto seu decreto. sed contra n.6.& seqq. 5.317

Statutũ Mediolani quod nec mulier nec aliqua persona possit transferre in secundum maritum, etiam de eo, quod aliquo casu posset ad eam peruenire cum pacto præiudicante filiis primi matrimonii, quomodo intelligendum. & n. seqq. 5.216

Statutum non est amare interpretandum, sed ciuili & æquo modo, numero 8. pag. 216

Statutum disponens quod de quolibet contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, non habet locum in contractibus, qui fiunt super re inæstimabili, vel non continente aliquid interesse æstimabile per libram, quia verba statuti ad tales contractus adaptari non possunt 4. 2.3

Statutum prohibens relaxari nõ habentem pacem cum persona offensa, non habet locum, quando non est offensus aliquis à quo possit pax haberi, vt quãdo blasphematur Deus 5.231

Statutum quod frater excludat sororem à successione sororis dotando eam congruenter, non habet locũ, si ex filia præmortua non supersit neptis, sed nepos cum in eo non cadat dos, numero 6. pag. 231

Statutum, quod non possit venire ad successionem patris, si sint filii masculi, & remanserint ex eis hæredes, mortuo patre existente masculo, qui filium hæredem relinquat, licet postea moriatur filius sine descendentibus tamen non succedunt fœminæ 26.250

Statutum disponẽs quod scholares tractentur in omnibus ex cives, non facit vt censeantur sublata alia priuilegia eis competentia vltra ciues 10.218

Statutum in municipio ita potest disponere sicut imperator in toto orbe, numero 7. 274

Statutum disponens quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, non succedet mater, si vnus filius decedat fratre præterito & extraneo non turpi persona instituto, numero 3. pag. 227

Statutum loci vbi actus celebratur, semper attenditur in iis quæ respiciunt ordinationem vel solennitatem actus, & nu.14.1. 217

Statutũ disponens quod mulier dotata non succedat patri, & pater simpliciter relinquat filiæ in testamento centum licet non dixerit pro dote, tamen intelligitur pro dote 18.215

Statutum Brixiense, quod masculi descendentes ex linea masculina succedant in hæreditate ascendentium masculorum vel fœminarum comprehendit hæreditatem auiæ maternæ & numero 12. 13. sed contra numer. 14. & sequentibus 1.201

Statutum in dote in eius augmento statutum censetur 18.442

Statutum in vno quando censeatur in alio 25.318

Statutum quod omnes scholares intelligantur esse ciues, non efficit vt scholaris forensis possit ibi conueniri tanquam ciuis pro debito alibi contracto 13.219

Statutum disponens, quod mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum etiã cum iuramento, licet sit introductum ad remouendas fraudes, quæ propter mulierum imbecillitatem inducuntur, tamen non habet locum quando filia renunciat patri, nu.8. 231

Statutum prohibitorium venationis valere: sed vide n. 6.11. 2.429

Statutum loquens in matre habet locum in auia materna 18.415

Statutũ quando dat potestatem cognoscendi de quibuscunque causis nulla censetur esse exclusa n.10. 9.232

Statutum excludens matrem, vt non possit in aliqua parte hæreditatis filiorum succedere, multo fortius excludit auiã maternam 3.259

Statutum loci, in quo contractus celebratur, attenditur, quia contrahendo sortitur forum in illo loco, & efficitur de illo foro, 3.5. & seqq. & 16. vbi declaratur 3.218

Statutum inualidum non censetur confirmatum generali statutorum confirmatione 8.437

Statutum seu decretum de continuanda possessione defuncti in hæredem, est æquum & validum 3.316

Statutum disponens non posse dici de nullitate sententiæ, intelligitur procedere, nisi nullitas sit patens & euidens, nume.1. 168

Statuto stante quod muliere decedente in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dimidiam partem dotis: si pater stipulatus fuit à genero filia præmortua totam dotem sibi reddi, isto casu maritus non potest retinere illam partem quam lucrari debebat ex forma statuti, numero 1. 338

Statutum, quod transiuit in contractum, postea efficitur irreuocabile, numero 7. 340

Statutum generaliter loquens & aliquid generaliter requirens pro solennitate actus cum clausula annullatiua, non intelligitur loqui in dotibus fauore dotium, n.4. 337

Statutum quando dicatur contra liberum testandi facultatem 10.609

Statutum Mediolani quod ascendens non possit descendentes ex linea masculina per viam alicuius dispositionis meliorare, super duplici ratione fundatur, nu. 1. 160

Statutum disponẽs, quod instrumentis dotalibus nulla currat præscriptio, numquam intelligitur excludere præscriptionem centenariam 19.345

Statutum disponens quaslibet appellationes admitti censetur approbare appellationes etiam friuolas & fruſtratorias 11. 232

Statutũ debet stricte intelligi, vt minus deroget iuri communi 14.414

Statutum loci originis vbi testator moritur attendi debet, & non statutum loci in quo bona sunt sita 12.301

Statutum ciuitatis præferens aliquem in successione contra ius commune extenditur ad bona alibi sita 13.201

Statutum disponens quod mater luctuosa succedat filio æqualiter cum fratre consanguineo, non habebit locum in auia materna 14.301

Statutum. in statuto derogatorio iuris alterius, nomine matris non venit auia materna 15.301

Auia materna non venit nomine matris, quando statutum est derogatorium iuris alterius, vide verbo statutum 15.301

Statutum priuilegians patruũ in succedendo non videtur priuilegiare patruum magnum 16.301

Statutum Florentinum arctans matrem ad acceptandam tutelam filiorum intra sex menses, quomodo intelligendum, & numeris seqq.& maxime num 9.& seqq. 1.194

Statutum episcopi quod per quatuor testes singulares quis probetur vsurarius, non valet 12.293

Statuti mens magis quam verba attendi debet 10.216

Statuti determinationẽ vbi habemus, non debemus vlterius inuestigare rationem. vide verb. decretum 42.175

Statuti verba vbi non cõueniunt nec dispositio 15.203

Satuti determinationem vbi habemus, non debemus vlterius rationem intelligere, quia statuti forma debet ad vnguem seruari 4.194

Statuti dispositio non debet conuenire, cui non conueniunt verba statuti, numero 6. 161

Statuti reformatio debet ita intelligi vt minus derogetur iuri communi & statuto quam fieri possit 11.195

Statuti determinationem vbi habemus, ratio vlterius non quærenda 1.612

Statuti verba non sunt iudaice nec amare interpretanda, sed ciuili & æquo modo, & num. 31. 12.202

Statuti vel decreti verba si non conueniunt, non potest etiam conuenire eius dispositio 33.175

Statuti declarationem vbi habemus, alia non requiritur, numero 9. pagina 371

Statuti vel legis factum potentius ex facto hominis. vide verbo legis factum, nu. 14. 318

Statuti à verbis non est recedendum & eorum propria significatione, numero 2. 413

Statuti verba, cui non conueniunt, nec conueniet eius dispositio, numero 1. pag. 413

Statuti determinatio vbi habetur, vlterius ratio non inuestiganda 1.386

Statuti vel decreti determinationem vbi habemus non debemus vlterius inuestigare rationem 1.316

Statuti forma ad vnguem est obseruanda, & statuti verbis est inhærendum, numero 2.316

Statuti dispositio locum habere debet etiam in casu non dispositio, quando si interrogati fuissent statuentes idem in eo casu statuissent. & num. 15. vbi declaratur 5.161

Statuti præferentis masculos fœminis in hæreditate materna vel auiæ ratio non est, vt bona conseruentur in familia, sed alia, quia masculi maiora onera rei publicæ quam familiaria supportant, nu. 2. 201

Statuti determinationem vbi habemus non debemus vlterius inueſtigare rationem. & n 30. 3.201

Statuti verba vbi clara ſunt non ſunt quærendæ interpretationes, quia certitudinem omittere & quærere indicia eſt infirmitas intellectus. & n. ſeqq. & num. 4. 201

Statuti diſpoſitio locum habere debet vbi omnia in eo requiſita ſunt purificata 8. 195

Statuti verba ita interpretanda vt aliquid operentur 11.162

Statuto in vno loco permittente relinqui vxori ſecundum ius commune & altero ſtatuto cõtrarium in alio loco diſponente, ſi quis ſit originarius vnius, & alterius ciuis, quodlibet ſtatutum in ſuo territorio prævalebit 11.300

Statuto diſponente quod cauſæ inter conſanguineos compromittantur, conſanguineus qui vendicat poſſeſſionem, ſuper qua per alium conſanguineum fuit mota lis, poteſt tanquam is, qui venit ad defendendum emptorem petere ex perſona ſua, vt fiat compromiſſum, nec hoc caſu dicitur fieri mutatio iudicis vel iuriſdictionis ex magis communi opinione 2.288

Statuto ſtante, quod fœmina dotata non ſuccedat, quouſq; & quatenus procedat 2.387

Statuto ſi caueatur, quod filia dotata à patre non ſuccedat, ſi contingat eum decedere relicta poſthuma in vtero, ita vt eam dotare non potuerit, fratres eam dotando non excludunt 23.203

Statuto diſponente, quod filia dotata à patre non ſuccedat ſi contingat, quod Titius decedat relicta poſthuma in vtero: ita vt eam dotare non potuerit, vel relicta filia infante vel furioſa, tamen fratres eam dotantes non excludunt, quia eſt caſus omiſſus à ſtatuto, numero 32. 251

Statuto diſponente, quod maſculus excludat fœminam à ſucceſſione patris vel aui, ſatis eſt tempore mortis eorum extitiſſe filium maſculum, vt filia perpetuo excludatur, numero 24. Intellige niſi eſſent adiectæ dictiones ſuſpenſiuæ, nume. 24. 264

Statuto diſponente quod in contractib. mulierum debeat interuenire cõſenſus propinquorum alias non valeant, valet tamen contractus celebratus cum muliere ſine fraude in foro conſcientiæ, num. 19 257

Statuto per contrariam conſuetudinem derogatur 10 487

Statuto diſponente, quod exiſtentib. maſculis filiæ fœminæ non ſuccedunt patri ab inteſtato etiam condito teſtamento, filia præterita non poterit dicere teſtamentum nullum, quando tempore mortis patris ſuſperſit maſculus, licet is poſtea deceſſerit 27.256

Statuto ciuitatis diſponente quod contractus celebrati per minorem viginti annis non valeant niſi interueniat conſenſus duorum propinquorum & auctoritas iudicis, ſi forenſis minor contrahat in hac ciuitate, tenetur ſeruare formam ſtatuti huius ciuitatis, & nu. 15. vbi not. declarat. 2 218

Statuta aliquid diſponentia reſpectu ſolennitatis vel formæ non porrigantur extra territorium 29.197

Statuta ſunt præciſi iuris & præciſi fori, n. 2. 692

Statuta generaliter loquentia non intelliguntur loqui in caſibus ſpecialibus 12. 572

Statuta generaliter diſponentia non habent locum in dote 18.602

Statuta duo contraria ſi ſint, & vtrumq; ſpeciale, attenditur quod eſt magis fauorabile, vide verſ. cap. duo. 8.71

Statuta contraria, ſi extent in eodem volumine, ſeruandum eſt illud quod eſt iuſtius & æquius 11.71

Statuta pœnalia ſemper intelliguntur habere clauſulam in ſe, ſi delicta dolo fuerint commiſſa 15.96

Statuta ciuitatum diſponentia circa perſonam legitimandam ad contrahendum vel ad alium actum, non porrigetur ad eos, qui non ſunt ſubditi ſuæ iuriſdictioni, ſed ad eos tantum, qui ſunt originarii vel habent domicilium: quicquid ſit in ſtatutis diſponentibus ſuper ſolennitate actus, & n ſeqq. 6.218

Statuta aliquid diſponentia tam in tempore quam in forma ſunt ad vnguem obſeruanda, & ſi contra fiat irritum eſt quod fit, & nihil addi nec minui poteſt huiuſmodi ſtatutis 2.194

Statuta laicorum ſeruanda ſunt in foro conſcientiæ, modo non inducant peccatum. n. 24. 258

Statuta confirmantium dicuntur potius, quam condentium 2.436

Statuta cum ſint iuris ciuilis, ſi ſimpliciter faciant mentionem de gradu, intelligi debent ſecundum ius ciuile. & numer. 13. 3.268

Statuta ſeu iura limitatoria extenduntur ex identitate rationis. vide verbo extenſio 22. 231

Statuta debent interpretari, vt magis conformentur iuri communi & debent reſtringi, vt minus lædant ius commune quam fieri poſſit & non ſunt iudaice intelligenda 9.216

Statuta excludentia filias dotatas ex teſtamento vel ab inteſtato ſtantib. filiis maſculis, habent locum in filiis etiam legitimatis. & n. 40. 28.264

Stipulari poteſt quis tertio & illi acquiere, quando ſtipulantis intereſt, numero 11. 159

Stipulari vt quis poſſit alteri requiritur, vt eius pecunialiter interſit, & non ſufficit intereſſe affectionis: quod limitatur vt nu. ſeq. 13.159

Stipulatio facta alteri ſuſtinetur ratione intereſſe reſultantis ex amicitia, numer. 15. 159

Stipulatio alteri facta ſuſtinetur quando cum intereſſe affectionis concurrit intereſſe etiam pecuniarium, numero 16. 159

Subreptio an & quando vitiet legitimationem 28.458

Subſtantiam rerum non mutat non neceſſaria verborum multiplicatio, numero 2. 362

Subſtitutio vnita cum iure accreſcendi aſſumit eius naturam, numero 13. pagin. 554

Subſtitutio fideicommiſſaria facta in vna perſona nunquam extenditur ad aliam perſonam, etiam in qua concurrat veriſimilis coniectura voluntatis teſtatoris, n. 8. 124

Subſtitutio vulgaris euaneſcit per additionem hæreditatis, numero 2. pagina 394

Subſtitutio reciproca tacita quando inducatur 4.394

Subſtitutio facta in vnum tempus non extenditur ad aliud 38.252

Subſtitutio vulgaris limitata ſub conditione ſi filius viuo patre morietur, omnino expirat ſi filius ſuperuiuat poſt patrem 39. 252

Subſtitutio facta alicui, quandocumque decederet ſine liberis maſculis, eo moriente relicto ventre prægnante, & poſtea nato poſthumo, qui aliquo tempore ſuperuixit poſt patris mortem, euanuit omnino & extincta fuit. & numero 24. vbi quod ſufficit vel momento vixiſſe 20. 249

Subſtitutio. In ſubſtitutionum materia attendi debet voluntas teſtatoris & ex præſumpta voluntate teſtatoris fit extenſio de vno caſu ad alium. declara vt nu. ſeqq. 34.251

Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fit extenſio de vno caſu ad alium caſum ex præſumpta mente teſtatoris & veriſimilibus coniecturis, ſed nunquam fit extenſio de vna perſona ad aliam perſonam, etiam in illa perſona militaret eadem ratio & præſumpta mens teſtatoris, vbi id exornatur. & numeris ſequentibus, & iterum num. 46. 251

Subſtitutio quando eſt facta in quantitate & non in aliqua quota hæreditatis, in ea non habet locum ius accreſcendi. vide verbo ius accreſcendi, numero 4. pagina 276

Subſtitutio, quando vniuerſaliter ſubſtituti ſunt præmortui viuis hæredibus expirauit & eſt effecta quaſi caduca, numero 8. 277

Subſtitutio ita ſe habet ad ſubſtitutum ſicut ſe habet inſtitutio ad inſtitutum, n. 14. 277

Subſtitutio tunc dicitur facta per verba mere directa quando cum verbo (ſubſtituit) iungitur terminus hæredes, numer. 12. 277

Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri in codicillis 1.367

Subſtitutio fideicommiſſ. non tranſmittitur ad hæredes ſubſtituti, numero 2. pag. 549

Subſtitutio conditionalis non recipit tranſmiſſionem 3.550

Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fieri debet larga interpretatio, & ideo ſubſtitutio vulgaris facta in vnum caſum, trahitur ad omnes alios caſus, qui illi poſſunt conuenire. & numero ſeq. & iterum n. 45. & ſeq. 9.248

Subſtitutio pupillaris conualidatur facta per patrem filio ſpurio legitimato poſt eius mortem, de eius voluntate, num. 26. 457

Subſtitutio fideicommiſſaria facta in vnum tempus non extenditur ad aliud, num. 11. 616

Subſtitutio. In ſubſtitutionibus fideicommiſſariis de facili admittitur coniectura & voluntas præſumpta teſtatoris. & nu. 44. 8.248

Subſtitutio fideicommiſſaria videtur effecta caduca, ſi ſubſtitutus pendente conditione mortuus eſt ante eum cui facta ſubſtitutio eſt 5.124

Subſtitutio fideicommiſſaria non tranſmittitur ad hæredes, numero 8. pag. 121

Sub-

Index rerum, verborum, &c.

Substitutio fideicommissaria est onus & grauamen 10. 616

Substitutio. In substitutione facta de superuiuente vel superuiuentibus filii eorum non veniũt, minus veniũt, ex transmissione, quid vltimo morienti nulla facta est substitutio, numero 22. pagina 122

Substituto decedente pendente conditione fideicommissi, eius filius non admittitur quando est omnino omissus à testatore, tunc enim habetur pro omisso, secus quando ex aliquibus indiciis vel coniecturis apparet quod testator idem sensisset de nepotibus 12. 124

Substitutio facta sub conditione, si filius non esset in rerum natura, trahitur ad alium casum, quando filius esset in rerum natura, & in pupillari ætate decederet. & & n 47. 13. 249

Substitutio fideicommissaria. In substitutione fideicommissaria filius fratris prædefuncti admittitur, sicut admissus fuisset ipse frater substitutus: & hoc ex coniecturata defuncti voluntate, sed contra n. 7. & seqq. 5. 121

Substitutio fideicommissaria facta in particulares personas numquam extenditur ad aliam personam, etiam in qua concurrat verisimilis coniectura voluntatis testatoris 11. 121

Substitutio facta in vnum casum licet regulariter trahatur ad alium casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim in substitutione vulgari, nunquam tamen fit extensio de persona ad personam, etiamsi in illa alia persona militaret eadem ratio agnationis & præsumpta mens testatoris, & etiamsi testator idem verisimiliter statuisset in alia persona, si de ea fuisset interrogatus 12. 121

Substitutio facta filio sub conditione (*si erit presbyter*) verificatur, si non fuit presbyter, sed decessit sine liberis propter effectum resultantem ex presbyteratu, scilicet carentiam liberorum, & numero 47. 14. 249

Substitutio fideicommissaria facta nepotibus vel pronepotibus quibus nihil fuit relictum sustinetur, si illi sint positi in conditione & simul sunt grauati, quia in necessarium antecedens videtur eis relictum: sed contra n. 19. vbi declaratur 2. 136

Substitutus licet præferatur coniuncto, quia venit ex expressa dispositione testatoris, tamen ex præsumpta voluntate testatoris coniunctus præfertur substituto, n. 14. 590

Substitutio fideicommissaria vel alia non intelligitur reuocata per clausulam conceptam per verba vniuersalia. & num. 13. 2. 163

Substitutio non transmittitur ad hæredes 7. 163

Substitutio fideicommissaria efficitur quasi caduca ex quo substitutus mortuus est ante eum cui facta erat substitutio nu. 7. 121

Substitutio quando non valeat, numer. 3. 573

Substitutio facta filio si decesserit sine filiis, euanescit si tempore mortis reliquit filios, quamuis filii postea decedant & numeris sequentibus, numero 13. pag. 186

Substituto decedente pendente conditione eius filii non admittuntur quando sunt omnino omissi à testatore, tunc enim habentur pro omissis, secus quando ex aliquibus indiciis vel coniecturis apparet testatorem idem sensisse de nepotibus 20. 422

Substitutio facta in vnum casum extenditur ad alium quando ille alius casus respicit personã illius, cui est facta substitutio, secus si respiceret personã substituti, & ideo si est substitutus ille, qui nascetur post mortem testatoris, non potest intelligi substitutus ille qui nascitur in vita, n. 14. 122

Substitutio facta in vnum casum quamuis trahatur ad alium casum ex præsumpta mente testatoris, & ex verisimilibus coniecturis, præsertim in substitutione vulgari, nunquam tamen fit extensio de persona ad personam, etiamsi in illa alia persona militaret præsumpta mens testatoris, & testator verisimiliter idem statuisset in illa alia persona si de ea fuisset interrogatus, numero 14. pagina 125

Substitutus alicui si sine liberis decesserit, vt perpetuo excludatur, sufficit hæredem institutum semel habuisse liberos, licet postea sint mortui. num. 20. & seqq. 22. 250

Substitutus non est citandus in legitimatione filii naturalis vel spurii, quando tempore legitimationis non habet spem certam vel proximam, sed remotam & pendentem à futuro euentu, numero 32. pag. 152

Substitutus quando est ille, qui nascetur post mortem testatoris, non potest intelligi substitutus ille, qui nascitur in vita 37. 232

Substitutus in certa quantitate in totum admitti debet, si substituti vniuersaliter sint premortui antequam euenerit casus substitutionis 15. 277

Substitutus in certa quãtitate & in eadem oratione cum aliis vniuersaliter substitutis & per verba directa ciuilia, habetur pro vniuersaliter substituto, numero 9. 277

Substitutus in re certa vel in certa quantitate per verba directa ciuilia admittitur in totum si non reperiatur alius vniuersaliter substitutus tempore purificatæ conditionis. Diuersum si per verba obliqua esset substitutus, numero 13. pagina 277

Substitutus, & qui venit ex expressa dispositione testatoris, licet præferatur cõiuncto, tamen præfertur substituto coniuncto ex præsumpta testatoris voluntate 3. 247

Substituti est electio, quando fit substitutio vulgar. pupill. & per fideicommiss. 2. 367

Succedens in locum alterius sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, num. 8. 567

Succedi ab intestato non potest, donec pendet dubium, an testamentum valeat 7. 414

Successio quando fiat in stirpes, vel in capita, & quid in emphyteusi Ecclesiastica & feudo 3. 606

Successio ab intestato cessare debet, quandiu potest ex testamento succedi, num. 43. 5. 247

Successor in dignitate laicali non venit vt hæres hæreditario iure, sed per successionem, & numero 22. 3. 63

Successor in dignitate laicali per electionem vel successionẽ non tenetur ad pecuniam mutuo acceptam ab antecessore, quia non fungitur eadem persona cum defuncto 4. 63

Successor non ligatur facto antecessoris, quia par in parem non habet imperium, & ibi infertur ad donationem factam à Constantino Syluestro Pontifici. & num. 2. vbi hoc exornatur. & numero 20. vbi contrarium asseritur ex communi sententia. & nu. 21. 1. 63

Successor singularis licet non comprehendatur appellat. hæredis tantum, vel successoris tantum, tamen tunc singulares successores comprehenduntur quando in eadem dispositione ambo ista vocabula cumulata sunt, scilicet hæredibus & successoribus. 2. & numer 9. & seqq. vbi contra: & rursus n. 15. 16. 18. & seq. 333. & seq.

Successor singularis ex tit. oneroso emp. potest vti accessione temporis sui auctoris: & n. seq. 7. 112

Successores singulares veniunt sub illis verbis hæredibus & successoribus 14 563

Successorum appellatione comprehenduntur successores vniuersales tantum, & non singulares, nisi esset adiecta dictio vniuersalis *quibuscunque*, quia tum comprehenderetur etiam singularis successor & sic etiam legatarius 14 334

Summa. quando summæ sunt diuersæ & separatæ, & diuersi temporis & à diuersis personis habitæ vna non continetur sub alia, sed omnes exigi possunt 21. 22

Superior tollens generaliter statuta non est verisimile, quod cogitat de statutis iuratis 19. 611

Supplicare semper licet principi intra biennium, quamuis à sententia lata non liceat appellare propter excelsam iudicantis dignitatem. n. 13. 23. 85

Supplicare non licet aduersus sententiam senatus, quando fuit ab ea sententia appellatum, & appellatio fuit deserta. n. 5. & 23. 4. 83

Supplicatio plura continens quando ad omnia referenda 7 097

Supprimens aliqua in reddendis rationibus & multa occultans seu celans præsumitur habuisse animum deprædandi, nu. 15. 21

Surreptio vitiat rescriptum, & surreptio committitur non solum quando tacetur causa finalis, quæ si fuisset expressa, pontifex non concessisset, sed etiam quando tacetur causa, quæ si fuisset expressa, pontifex non ita facile concessisset, num. 22. 108

Suspicio doli & actus tollitur patris præsentia 3. 382

Synodus vniuersalis congregatur, vt vitia extirpentur, & alia faciat 21. 353

T.

TAbellio creatus à Papa, vel Imperatore vbique potest instrumentum mũ conficere 24 589

Tabellionum imperitia mundum destruit 5. 263

Tale proprie quid non est quando profertur cum adiuncto 12 601

Tempus cuius initii memoria non est in contr. habet vim priuilegii: & numer. 28. 4. 105

Tem-

Tempus centum annorum eſt longiſſimum tempus vitæ hominum, numero 18 pag. 345
Tempus anni ad petendum inueſtituram eſt vtile & non currit ignoranti nec impedito, & eſt vtile non ſolum, reſpectu initii ſed etiam ſequentis temporis, numero 24. 219
Tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium, habet vim priuilegii & conſtituti 18.144
Tempus incertum non conſtituit debitorem in mora 2.130
Tempus immemorabile habet vim conſtituti 5.430
Tempus, quod eſt de ſubſtantia actus, probari præciſe debet 27.175
Tempus non currit niſi à die ſcientiæ quando lex notat culpam 19.239
Tempus triēnii in contractu appoſitum dicitur eſſe de forma, & qui non obſeruat tempora contractus non obſeruat eius formam, & qui recedit à tempore, recedit à forma actus 3.279
Tempus appellationis nunquam currit, donec appellans eſt impeditus facto principis, qui eſt appellandus 18.48
Tempus appellationis proſequendæ numquam currit, donec dubitatur, an à ſententia poſſit appellari, n. 19. 18.85
Tempus opponendi exceptionem non labitur excipienti, donec iudex deliberat, an exceptio ſit admittenda, numero 20. 85
Tempus appoſitum in ſtatuto cenſetur appoſitum pro forma, & qui illud non obſeruat, non dicitur formam eius obſeruare 1. & 2.194
Temporis præſidium eſt impium, numero 25.238
Tempore qui nititur, dicitur niti ex circumuentione temporis 32.426
Tempore licito factum in dubio quid præſumitur, & vbi eſt dubium temporis, præſumitur in benigniorem partem. 28. 175
Tempora ſtatutaria breuiora & minuentia tempora legalia ſapiunt eandem naturam, quam habebāt tempora maiora iuris communis 16.84
Tēpora ſtatuta à ſtatuto vel decreto in cauſa appellationum ſuccedunt loco primi anni dati de iure cōmuni ad proſequendam appellationem 16.84
Tempora appellationum limitata à ſtatuto vel decreto non habent locum, quando appellatur ad principem, & cauſa appellationis eſt agitanda coram principe & eius conſiliorio 32.84
Tenor inueſtituræ in primis eſt attendendus. Vide ver. inueſtitur. numero 10. 41
Tenor inueſtituræ ante omnia eſt inſpiciendus, quia derogat omni iuri, & omni naturæ feudali, & ibi late exornatur nu. 12. pagin. 3
Tenor inueſtituræ eſt potentior omni natura feudorum 35.426
Tenor ſcripturæ diligenter eſt inſpiciendus, & nihil aliud inquirendum niſi quod in inſtrumento vel ſcriptura ſcriptum eſt 4. 181
Terminatio confinium facta per officiales principis, & per eum deinde confirmata ſub fide veri principis, debet omnino vires obtinere 6.339
Terminatio confinium facta inter aliquos non tam ſententia dici poteſt quam quædam tranſactio 10.340
Terminus referens dicitur ſpecifice continere omnia relata 24.396
Territorium eſt ſubiectum iuriſdictioni. Vide verb. Iuriſdictio, numero 16. pag. 214
Territorium quid ſit, numero 2. pagina 577
Teſtamentum quod teſtator non habuit pro abſoluto etiam quo ad legata non valet etiam reſpectu inſtitutionis iam factæ & abſolutæ 28.52
Teſtamentum in quo eſt inſtitutio facta in primo gradu à teſtatore volente poſtea facere ſubſtitutos, quos non fecit, non valet 28.52
Teſtamentum ſolemne non poteſt reuocari ex actu inter viuos 1.514
Teſtamentum. In teſtamenti publicatione requiritur vt teſtes ſufficienter recognoſcant ſuas ſubſcriptiones & ſigilla, nu. 13. 217
Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis eſt inualidum, & nullius momenti, & n. ſeqq. 22.51
Teſtamentum non debet vitiare omiſſio leuis ſolennitatis, numero 7. & 8. pagina 613
primum Teſtamentum quando nō cenſeatur reuocatum per actum contrarium 3. 514
Teſtamentum continens contrarietatem ſeu perplexitatem vitiatur, numero 44. 55
Teſtamentum nocturno tempore abſque luminibus confectum eſt nullum, & nu. 2. 1.183
Teſtamentum in dubio ſuſtinendum, nu 4. 362
Teſtamentum præcedens perfectum & ſolemne non tollitur per vltimum teſtamentum ipſo iure nullum 21.51
Teſtamentum potuit incipere à ſubſtitutione 8.455
Teſtamentum conditum ad pias cauſas non debet tolli per ſecundum, numer. 3. 436
Teſtamentum primum tollitur per ſecundum validum 4.436
Teſtamentum in ſcriptis manu propria teſtatoris cōſcriptum dicitur ſcriptura priuata, & ſi aliquis ex teſtibus neceſſariis in eo deſcriptis ante publicationem moreretur, corrueret omnino totū teſtamentum 1.255
Teſtamentum factum in ſcriptis manu publici notarii in præſentia ſeptem teſtium valet & plenam fidem facit, quamuis omnes teſtes mortui ſint & abſque alia publicatione iudicis, ſi eius manu ſit ſubſcriptum in forma authentica, numer. 2. 255
Teſtamentum in ſcriptis non valet, niſi teſtator ſe ſubſcribat & ſigillet, numero 16. 257
Teſtamentum. Quando teſtator ordinato & publicato teſtamento coram ſeptem teſtibus rogatis & notario dixit notario, non faciatis aliud vſque ad eras, & rogauit notarium & teſtes vt eras reuerterentur, & poſtea nihil fecit, teſtamentum non dicitur eſſe imperfectum ratione voluntatis, & n. 51. 4.49
Teſtamentum non videtur reddi ſuſpectum de falſo quando coadiuuatur teſtimonio trium teſtium, quamuis duo ex teſtamentariis contradicant 6.74
Teſtamentum 2. in quo inſtituta eſt filia, videtur prævalere primo, in quo ſunt alii inſtituti. & n. 49. 1 48
Teſtamentum in dubio præſumitur perfectum etiam reſpectu voluntatis, & n. 50. 2.48
Teſtamentum reprobare volens, ſi producat aliquos nominatos iiſdem nominib. quibus nominantur in eo deſcripti qui dicant ſe non interfuiſſe teſtamento, neceſſe eſt probare, quod ii teſtes ſint illimet, qui in teſtamento ſunt deſcripti. Intellige vt ibi & n. ſeq. 3.37
Teſtamentum poſt conditum, quando ſit donatio inter viuos ſub conditione concernente aliquid diſpoſitum in illo teſtamento, ſi poſtea per ſecundum teſtamentum annullat primum, conditio appoſita in donatione inter viuos tanquam impoſſibilis euaneſcit, & donatio ipſa remanet pura & valida 3.592
Teſtamentum vitiat paries vel cortina media inter teſtatorem & teſtes, ſecus eſt in donatione cauſa mortis, numero 4. pag. 308
Teſtamentum corruit, ſtatuti forma non ſeruata 8.363
Teſtamentum vſurarii manifeſti, qui deceſſit non præſtita cautione de reſtituendis vſuris eſt ipſo iure irritum. Sed contra n. 6. & ſeqq. 1.292
Teſtamentum. In dubiis pro teſtamento eſt iudicandum 25.77
Teſtamentum ſecundum tollit ipſo iure primum præcedens, numero 22. pagina 589
Teſtamentum conditum inter liberos minorem teſtium numerum requirit, nu. 23. 589
Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non completæ, non ſolum non valet, ſed etiam nihil probat etiam inter liberos 32.53
Teſtamentum vitiatur quando teſtator deſtinauit adiicere conditionem teſtamento, & hoc expreſſit, & poſtea quando venit ad actum teſtandi per errorem omiſit, & ibi aſſignatur ratio, numero 35 pag. 53
Teſtamentum in quo non adeſt inſtitutio hæredis vniuerſalis annullatur ipſo iure 36.53
Teſtamentum primum ipſo iure reuocatur per ſecundum teſtamentum. limitatur tribus modis 1.592
Teſtamentum furioſi recte teſtantis an valeat 15.511
Teſtamentum patris etiam conditum inter liberos non valet nec tenet, ſi ſit imperfectū ratione voluntatis non completæ, vbi aſſignatur ratio, & ampliatur in teſtamento militis, & diſpoſitione ad pias cauſas 31.35
Teſtamentum cœci, in quo non fuerunt ſeruatæ ſolennitates à iure requiſitæ, vt in l. hac conſultiſſima C. qui teſta. face. poſ. non valet 1.307
Teſtamentum dicitur indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit nihil feciſſe videtur 25.511
Teſtamentum. in teſtamentis de neceſſitate requiritur quadruplex perfectio 51
Teſtamentum illius, qui audita ſcriptura notarii, in qua tota eius diſpoſitio, & voluntas ad pias cauſas continebatur, & maxime hæredis inſtitutio de pia cauſa, ſi teſtator dixit ſibi eam placere, & ita diſponere prout in illa ſcriptura con-

continebatur, & aliqua addi fecit, ex quibus apparebat, quod habuit pro perfecta & absoluta, sed subiunxit, quod volebat differre vsq; ad vesperas, non valet 29.52
Testamentum illius qui vocauit ad se duos testes, & per quendam clericum fecit scribi quædam legata ad pias causas, & in reliquis bonis instituit hæredes pauperes Christi, & ita in præsentia dictorum testium manifestauit prædicta, sed subiunxit, quod volebat per quēdam notarium in publicam formam redigi, & ita hoc facto antequā haberetur notarius mortuus est, non valet, numero 30. pagina 32
Testamentum in dubio præsumitur valere & esse solenne, nisi contrarium ostendatur, & n. 59. 14.50
Testamentum. In dubiis doctor. opinionib. eam esse tenēdam, quæ sustinet vltimam voluntatem: vna etiam opinio solius excellentis Doct. sequenda contra communem 15.50
Testamentum in quo hæreditas datur ad tempus non valet, numero 46. pagina 55
Testamentum factum cortina existente circa lectum testatoris & impediente testes, ne videāt testatorem est nullius momenti 3.183
Testamētum eius quem erat probatum per plures testes vsuras exercuisse & esse de hoc publicam vocem & famam, & demum confessus fuerat se vsuras exercuisse valet: quia non est sufficienter probatum eum esse vsurarium manifestum 6. 292
Testamentum in dubio præsumitur valere & pro eo in dubio est iudicandum, nu. 5. 292
Testamentum in quo non sunt septem testes, qui in testamento requiruntur, vt quia aliqui dicant se non fuisse præsentes redditur falsum: sed contra numer. 7. 1. 73
Testamentum non præsumitur falsum, sed potius præsumitur temporis diuersitas 15. 75
Testamentum, in quo non fuerunt seruatæ iuris ciuilis solennitates, valet tamen de iure gentium, & qui possidet hæreditatem virtute talis testamenti, cum habeat voluntatem testatoris, est tutus in foro conscientiæ: & num. 20. vbi contra & n. seqq. & maxime n. 25. vbi hoc declaratur 18. 257
Testamentum si non valet quod est principale, nec etiam debet valere illud, quod est pœnale, & sic accessorium: & si non valet testamentum, non valet clausula cassans & irritans in eo appositа, numero 11.309
Testatoris dispositio intelligitur & declaratur secundum dispositionem statuti, præsertim loquentis ex testamento 23. 263
Testamentum, in quo filius in potestate est præteritus, est ipso iure nullum, etiam quod filius præteritus non dicat nullum 18. 17.385
Testamentum vitiat cortina inter testatorem & testes 7.362
Testamentum in dubio præsumitur validum & solenne 1.408
Testamenti verba sunt diligenter consideranda & caute respicienda 1.296
Testamenti forma substantialis & essentialis videtur concludi in puncto indiuisibili, & sic in vltima litera scripturæ testamenti 24. 51
Testamenti conseruandi causa respicit publicam vtilitatem, & numero 59. 13. 50
Testamenti publicatio. In testamenti in scriptis conditi publicatione, de necessitate citandi sunt omnes ii, quorum principaliter interest, & citandi quidem singulariter, alioqui non valet num. 4. & 5. 256
Testamenti in scriptis conditi manu testatoris publicatio non tenet, nisi iudex pronunciet illam scripturam haberi pro publica & perpetuo fidem facere, nu. 10. 256
Testamenti approbatio facta per hæredes præsentibus illis quorum interest valet, quia habet vim pacti. & numero 19. 15. 309
Testamenti dispositio non dicitur fieri, nisi quoad effectum 2.406
Testamenti verba ita interpretari debent ne resultet repugnantia numero 4. pagina 296
Testamenti publicatio. In testamenti in scriptis conditi publicatione requiritur vt testes qui veniunt ad recognoscēdum suas subscriptiones & sigilla iurent: alias corruit publicatio, & requiritur etiam vt ii quorum interest citentur ad videndum iurare testes ipsos 8. 256
Testamēti appellatione quælibet vltima voluntas significatur, numero 11. & 13. pag. 614
Testamenti approbatio facta per hæredes ad instantiam alicuius legatarii respectu illius approbatio præiudicat & nume. 18. 14.309
Testamenti in scriptis conditi publicatio quomodo facienda, & quid in ea obseruandum vt valeat 4.255
Testamenti paterni inter liberos priuilegia quando habent locum 14.384
Testamenti publicatio non valet, nisi eam petens iuret, se non petere calumniæ causa 15.257
Testamenti verba accurate & subtiliter considerare oportet 1.247
Testamenti publicatio fieri non potest testatore viuo, & publicatum contra testatorem viuum nullum ius nec effectum inducit 32.240
Testamenti publicatio non valet, nisi testes testamentarii in suis depositionibus vel subscriptionibus mentionem faciant de subscriptionibus & sigillationibus aliorum testium 12.257
Testamento quando aliquid requiritur pro forma non sufficit fieri in codicillis. 4. & 9 613
Testamenta quod valeant, Reip. interest, & effectum consequantur, numero 6. 613
Testamenta & vltimas voluntates conseruari publice interest 9
Testamenta debent benigne sustineri, & non infirmari ex nimia subtilitate, num. 5. 613
Testandi facultas libera esse debet, num. 17. 359
Testator quilibet nescit dicere, instituo hæredem 10.374
Testator, si in testamento & in liberationis legato adiiciat verba illa, *confiteor mihi plene satisfactum*: nihil operatur confessio illa, nisi probetur 13.80
Testator non potest expresse prohibere ius accrescendi cum non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus nec facere quin leges habeant locum in suo testamento contra num. 38. vbi contra ex communi opin. & n. 52. 6.49
Testator si instituat aliquem hæredem ex partibus, quas adscripserit, & postea nullas partes adscripsit, valet tamen institutio, & n. 56. 9.49
Testator instituens aliquem hæredem non simpliciter, sed secundū conditiones infra scriptas, licet postea inferius nullas conditiones adscribat, tamē valet testamentum, & n. 53. 9.49
Testator non præsumitur velle, nisi quod exprimit in testamento, numero 17. pag. 122
Testator potest grauare hæredes filii fideicommisso in codicillis, numero 12. pag. 370
Testator vetando feudum alienari an videatur fideicommittere, numero 1. pagina 357
Testator qui post nominationem factam de vxore & filiabus apposuit conditiones temporales, censetur apposuisse in personis omnium maxime quādo filiæ sunt nominatæ cum vxore per copulam n. 12. 297
Testator minus præsumitur grauare hæredem quam sit possibile, numero 3. pag. 397
Testator si reliquit aliquid matri pupilli, & iussit eam esse tacitam & contentam per illa verba præsumitur voluisse substitutum præferre matri 9.227
Testator potest facere vt fideicommissum conditionale transmittatur, numero 5. 550
Testator qui prohibuit bona alienari extra familiam, si fuisset in specie de hoc interrogatus an vellet illa bona per eum prohibita alienari, posse ab intestato deuenire ad matrem filii, & postea ad fratres & nepotes ipsius matris, qui erant penitus extranei, verisimiliter respondisset quod non: ergo debet haberi pro dispositо, & numero 20. 8. pagina 127
Testator potest facere vt fideicommissum conditionale transmittatur, quamuis fideicommissarius decesserit ante euētum conditionis 4.124
Testator quando substituit proximiores, nepos succedit in locum & gradum patris præmortui, & simul cum patruo admittitur 4.505
Testator potest facere vt legatum conditionale transmittatur, numero 21. pag. 122
Testator si instituat filias suas hæredes, & eis substituat Titium testatoris fratrem, & si contingat Titium præmori testatori viuo substituat filiabus suis Caium, si Titius superuiuat testatori, sed moriatur postea hæreditate repudiata, vel non adita, Caius secundo loco substitutus admittetur, & numero 47. 12. pagina 248
Testator qui post vltimum testamentum superuixit per tres menses præsumitur ordinaturus & expressurus, si voluisset alios sibi hæredes esse vel substitutos, quam filiam teneram, & numero 62. 18. 30
Testator potest facere vt fideicommissum conditionale transmittatur ad filios substituti, quamuis fideicommissarius decesse-

ceſſerit ante euentum conditionis appoſitæ in fideicommiſſo, numero 6. pagina 121

Teſtator videtur cõformaſſe diſpoſitionem ſuam ſtatuto ſuæ ciuitatis: vbi exornatur 20. 191

Teſtator præſumitur habere maiorem affectionem ad perſonas, quæ ſunt in rerum natura 7.551

Teſtator relinquens aliquid nepoti, & adiiciens conditionem, quod ſi decederet ſine liberis, reuerteretur ad hæredem vniuerſalem, ſi interim hæres vniuerſalis decedat, reſtitutio amplius non debetur 10. 121

Teſtator qui vult conſequens videtur voluiſſe omne neceſſarium antecedens ad illud, & ideo ſi inſtituat ſeruũ hæredem, intellig tur in neceſſarium antecedens ei relinquere libertatem, & hæc concluſio procedit etiam in materia odioſa vt numero 5 quæ declaratur vt nu. 17. & 18. 4. 136

Teſtator grauans in re hæreditaria tota hæredem non per hoc videtur illam rem hęredi prælegare 14 138

Teſtator ſi in aliqua parte teſtamenti fecit mentionem de filio ſimpliciter, & in eadem diſpoſitione de filio maſculo, videtur ſemper intellexiſſe de maſculo & nu. 27. 4 148

Teſtator quando voluit diſtinguere & ſeparare ſexum maſculinum à fœmineo expreſſe dixit, filiis maſculis, & ideo vbi poſtea ſimpliciter dixit filios, intellexit non ſolum de filiis maſculis, ſed etiam de fœminis 13. 150

Teſtator præſumitur voluiſſe ſubſtitutum præferri matri, & eam excludere etiam à legitima filii ſui pupilli, ſi in teſtamento à ſubſtituto reliquit aliquid matri pupilli, & iuſſit eam eſſe contentam & quod plus de bonis ſuis petere non poſſit, nume. 13. 165

Teſtator relinquens prædium libertis ſuis & grauans eum, qui vltimus morietur reſtituere totum prædium alteri, per hoc grauamen videtur eum ſubſtituiſſe in omnibus partibus præcedentium & ibi aſſignatur ratio: & numer. 20. declaratur 7. 137

Teſtator dicens, quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis volo, quod omnia bona mea mobilia & immobilia perueniant ad talem, & non dicit iura & actiones, tunc ille inſtitutus videtur in certis bonis 13.26

Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi ſecundum communem numero 39. & 41. 54

Teſtator ſi inſtituit filium in ſua legitima & indè apponit clauſulam, quod aliud petere non poſſit, videtur prohibere ius accreſcendi 12. 165

Teſtator ſi ſubſtituat ſuperuiuentem vel ſuperuiuentes, filii eorum non veniunt nec ex ſubſtitutione, nec ex tranſmiſſione, quia vltimo morienti nulla facta fuit ſubſtitutio 22.122

Teſtator in teſtamento relinquens fratribus minoribus in feſto S. Franciſci vnam pitantiam licet generaliter & indefinite ſit locutus, tamen intelligitur ſemel & de prima tantum, numero 24. pagina 143

Teſtator cenſetur cogitare id quod lex diſponit, & eius voluntatem debemus interpretari, vt ſit conformis legi in ſucceſſione ab inteſtato, numero 16. pagina 128

Teſtator ſi in teſtamento dederit tutorem filiis ſuis, non cenſetur dediſſe tutorem ei filio quem ignorabat, & idem eſt ſi inſtituiſſet filios ſuos in genere: quia inſtitutio non trahetur ad filium quem ignorabat 13 121

Teſtator præſumitur plus dilexiſſe filias proprias quam vxorem, numero 5. pagina 296

Teſtator relinquens vxori ſuæ fundum fruendum toto tempore vitæ ſuæ ea manente in viduitate, & poſt eius mortem relinquat Titio, ſi mulier marito ſtatim nubat, Titius debet ſtatim habere etiam in vita mulieris, quamuis ſubſtitutio ſit facta in caſum mortis, numero 16. pagin. 249

Teſtator ſi inſtituat filios ſuos in genere inſtitutio non trahitur ad filium quem teſtator ignorabat ſe habere, quamuis ex præſumpta mente teſtatoris aliud dicendum videretur, numero 30. pagina 251

Teſtator videtur vſumfructum reliquiſſe ei, quem liberauit à ratione reddenda de vſufructu & non alii numero 4. pagin. 296

Teſtator videtur prohibuiſſe ius accreſcendi taxatiue & limitatiue relinquendo & n. 11. 10.227

Teſtator dicitur directo ſubſtituere dicendo vulg. pupill. & per fideicommiſſ. n. 9. 369

Teſtator diſponens, quod quicquid ſupereſſet, reſtitueretur, quomodo intelligitur 15 467

Teſtator in caſu omiſſo præſumitur velle illud quod ius commune diſponit, & in caſu omiſſo non præſumitur adeſſe etiam tacita teſtatoris voluntas, numero 41.252

Teſtator poteſt in teſtamento ſuo relinquere publicæ meretrici ſibi coniunctæ omnia bona ſua 3.143

Teſtator inſtituendo extraneum non turpem perſonã & prætereundo ſororem videtur eam tanquam tacite exhæredatam ſua ſucceſſione priuare, num. 105. pagin. 217

Teſtator non poteſt derogare legibus introducentibus certam ſeu firmam ſolennitatem 8.308

Teſtator ſicut non poteſt derogare ſolennitatibus à lege introductis in teſtamento cœci, ita non poteſt apponere pœnam priuationis hæreditatis hæredibus impugnantibus tale teſtamentum, numero 9. 308

Teſtator habens ius in re aliena finiturum morte, illud cenſetur legare, nu. 1. pagin. 393

Teſtator quando poſſit decedere pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus? nume. 23. 385

Teſtator, quando voluit intelligi de filiis maſculis, expreſſe dixit, & ideo vbi poſtea filios dixit, debet intelligi de filiis maſculis & fœminis. n. 4 & ſeqq. & iterum n. ſeqq. 1.268

Teſtator poteſt ſuis hæredib. arbitratorem dare cuius dicto ſtare teneantur, & tali caſu hæredes cenſentur compromiſiſſe in eum. 15.232

Teſtator poteſt in teſtamento prohibere, ne hæredes vſque ad certum tempus inter ſe diuidant hæreditatem, nu. 15.409

Teſtator inſtituendo matrem in eo quod ex neceſſitate iuris ei debetur, & iubens eam eſſe tacitam & contentam, videtur prohibuiſſe ius accreſcendi. & n. 10. 8 227

Teſtator hodie poteſt prohibere detractionem Treb & Falcid. 29.398

Teſtator poteſt facere, vt legatum conditionale tranſmittatur 13.125

Teſtator in dubio videtur minus grauare hæredem, quam ſit poſſibile, numero 10. 440

Teſtator ſi inſtituit ventrem vxoris ſuæ hæredem vniuerſalem, & ſic poſthumum naſciturum, & ſi talis poſthumus moriatur in pupillari ætate vel poſtea quando cunque ſubſtituit Titium, ſubſtitutus ex ſubſtitutione admittitur, licet poſthumus non naſcatur. & 47. 10.248

Teſtator ſi ſubſtituit proximiores, an intelligantur de proximioribus teſtatoris, an vero de proximioribus hæredum, numer. 1.565

Teſtator nullos liberos habens, ſi inſtituat fratrem hæredem vniuerſalem, & ſi contingat eum præmori viuo teſtatore ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum hoſpitale magnum & moriatur teſtator, fratre ſuperſtite, poſteã frater exiſtens in longinquis partibus moriatur, hæreditate non adita, hoſpitale admittetur, 11 & 47. 11.248

Teſtatoris prouiſio facta in vnũ caſum porrigitur ad alium, in quo teſtator idem veriſimiliter prouid ſſet, ſi de eo cogitaſſet, aut de eo fuiſſet interrogatus. 3. 7. & ſeqq. & n. 14. 120

Teſtatoris diſpoſitio expreſſe conceptã in vna perſona extenditur etiam ad aliam perſonam omiſſam, ſi ex euidentib. coniecturis apparere poteſt, quod teſtator idem prouidiſſet, ſi de ea cogitaſſet, ſed contra numer. 7. & ſequentib. numero 4. 120

Teſtatoris diſpoſitio vbi confertur in futurum euentum, in quo veriſimiliter dubium eſt, an extabunt filii an nepotes, tunc veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe, vt verbo *filiorum* comprehendantur etiam nepotes 11.190

Teſtator in teſtamẽto probibens filios alienare bona, non videtur prohibuiſſe nepotes 3 188

Teſtatoris mens in ſubſtitutione fideicommiſſaria magis attendi debet quam eius verba 1.124

Teſtatoris prouiſio facta in vnum caſum porrigitur ad alium in quem teſtator veriſimiliter idem prouidiſſet ſi de eo cogitaſſet aut interrogatus fuiſſet, numer. 2. 124

Teſtatoris permiſſio de permutando intelligitur de prima permutatione, numer. 19. 142

Teſtatoris prouiſio facta in vnum caſum quando extendatur ad alium, numer. 10. 551

Teſtatoris voluntas magis attendenda quam verba, numero, 11. pagina 552

Teſtatoris mens in ſubſtitutione fideicommiſſaria magis attendi debet quam eius verba 1.120

Teſtatoris prouiſio facta in vnum caſum porrigitur ad alium, in quo teſtator veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de eo cogitaſſet, aut interrogatus fuiſſet, & numeris ſequentib. & iterum numer. ... 15 249

Index rerum, verborum, &c.

Teſtatoris mens in vltimis voluntatibus, & præſertim in ſubſtitutione fideicommiſſaria ſemper eſt attendenda. & numero 40. & ſequentibus, vbi contra, numero 2. 247

Teſtatoris voluntas libera eſſe debet vſque ad extremum vitæ exitum, numero 2. 433

Teſtatoris voluntate in interpretanda erramus propter nimiam ſubtilitatem nu. 5. 408

Teſtatoris diſpoſitio & voluntas præſumitur regulari ſecundum diſpoſitionem ſtatuti loci, cuius eſt ipſe teſtator, numer. 25. 233

Teſtatoris voluntas & mens magis quam eius verba ſeu propria ſignificatio verborum attẽditur in ſubſtitutione fideicommiſſaria, numero 44. & numero 6. pag. 247

Teſtatoris voluntas non poteſt allegari ad detrahendum eius verbis, numero 42. 252

Teſtatoris diſpoſitio non valet in feudalib. 1. 439

Teſtatoris diſpoſitio expreſſe concepta in vna perſona, extenditur etiam ad aliam perſonam omiſſam, ſi ex euidentib. coniecturis apparere poteſt, quod teſtator idem prouidiſſet, ſi de ea cogitaſſet, nu. 17. 249

Teſtatoris dignitas non etiam ſubſtituti attendenda eſt in ſubſtitutionibus. Vide verbo dignitas, numero 24. pagina 151

Teſtatoris voluntas probatur etiam ex teſtamento inualido, numero 17. pagina 257

Teſtatoris iudicium nimia ſubtilitate fraudari non debet, numero 10. pagina 409

Teſtatorem non ſufficit velle, niſi diſponat 16. 122

Teſtatorem velle non ſufficit niſi etiam diſponat, numero 6. & 7. & numero 6. 102

Teſtatorem velle non ſufficit niſi diſponat 16. 122

Teſtatorem inſtigans vt reuocet teſtamentum ad fauorem alterius, quid iuris, nu. 5. 515

Teſtatorem velle non ſufficit, niſi illud quod vult diſponat, numero 31. pagina 251

Teſtatorem velle non ſufficit, niſi diſponat: & non poteſt agi ex voluntate teſtatoris, niſi quando tranſiuit in diſpoſitionem 10. 124

Teſtatores debent cognoſcere teſtes & notarium 6. 362

Teſtimonium mentis noſtræ nullum maius quam qualitas inſpecta factorum quæ ſine loquela ſe intelligunt, numero 18. pag. 18

Teſtimonium etiam priuatarum perſonarum de auditu & de fama admittitur pro plena probatione in antiquis: & multo magis hoc verum in teſtimonio Regis 15. 244

Teſtis deponens de fama debet exprimere perſonas à quibus audiuit, etiamſi non ſit de hoc interrogatus 19. 293

Teſtis qui interfuit tractatui, & non concluſioni actus nihil probat 51

Teſtis qui nõ habet tantum in bonis, quantum eſt cauſa ſuper qua deponit non eſt idoneus 22. 76

Teſtis vnus & ſingularis non probat 15. 573

Teſtis examinatio non completa, nec perfecta non probat 33. 53

Teſtis quilibet eſſe poteſt, qui non reperitur prohibitus, quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium. Sic etiam hæres inſtitui quilibet poteſt, qui non eſt prohibitus, quia edictum de teſtamentis eſt prohibitorium 5 144

Teſtis vnicus plene probat, vbi non agitur de alicuius præiudicio, & ideo per vnum teſtem plene probatur quod aliquis ſit baptizatus, vel quod eccleſia ſit conſecrata, ſimiliter ſacerdotium probatur per vnum teſtem 4. 290

Teſtis vnus deponens de contractu celebrato vno tempore, alii de alio contractu celebrato alio tempore, vnus de contractu celebrato in vno loco, alii de contractu celebrato in alio loco non probant tanquam ſingulares, numero decimo, & numero ſequente, pagina 292

Teſtis dictum referẽs ſe ad aliud dictum ſuum non ſolenne nec validum, valet, n. 25. 331

Teſtis non aſſignans cauſam vel aſſignans minus ſufficientem non probat, num. 22. 21. 305

Teſtis ſe referens ad librum ſeu ſcripturam quæ non producitur non probat numer. 23. 305

Teſtis deponens de credulitate in antiquis probat, imo etiam in iis, in quibus eſt difficilis probatio, vt in antiquis: & antiquiſſimis teſtes deponentes per verbum, *credo*, plene probant, numero 16. pagina 244

Teſtes poſt didicita teſtificata poſſunt produci ſuper capitulis iiſdem, vel directo contrariis in cauſa matrimoniali, idque ſpeciale eſſe videtur. intell. vt n. 2. vbi etiam ponitur ratio 1. 81

Teſtes qui interfuerunt, at non concluſioni actus non probant, numero 11. pagina 103

Teſtes deponentes de fama debent aſſignare rationem etiam non interrogati 18. 384

Teſtes ſingulares ſufficiunt vbi tractatur de probando aliquid in genere vel aliquid vniuerſale, puta quem eſſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis. Sed contra num. ſeqq. 21. 205

Teſtes ſingulares in dictis ſuis nihil probant etiamſi eſſent mille, numero 20. pagina 304

Teſtes tres ſufficiunt ad probandum quem vſurarium manifeſtum, & ſufficit teſtes ſcire aliquem reputari pro vſurario manifeſto quamuis eum non viderint publice fœnerari 4. 292.

Teſtes deponẽtes aliquem ſibi mutuaſſe ſub vſuris non probant, cum ſint ſingulares ratione contractuum locorum & temporum. & n. ſeq. 10. 292

Teſtibus affirmantibus magis creditur quã mille negantibus, numero 12. pagina 75

Teſtes qui dicunt vectigal exactum fuiſſe à certis perſonis & ab aliis de loco, nõ probat exactum ab omnibus, vel à maiori parte hominum 7. 303

Teſtes deponentes aliquid de nocte factum fuiſſe reprobantur tanquam falſarii, niſi dicant, quod luna tunc lucebat, vel aderat lumen accenſum, numero 5. pagina 183

Teſtes deponentes verisimiliora etiam paulo ciores ſunt aliis præferendi non æque verisimilia deponentibus, numero 11. pagina 75

Teſtes omni exceptione maiores qui dicãtur 21. 76

Teſtes de auditu plene probant in antiquis. 8. 578

Teſtes qui interfuerunt tractatui, & non concluſioni contractus, non probant. 23. 109

Teſtes, qui deponunt per verbum iudicio ſuo, aut per verbum, pro certo credere, nihil probant 7. 581

Teſtes omni exceptione maiores requiruntur ad reprobandum inſtrumentum teſtamenti, & nu. 24. 21 76

Teſtes ex parte rei præferuntur, licet teſtes actoris vel accuſatoris ſint aliquãdo magis idonei 30. 295

Teſtes ſingulares in probatione actus generalis puta iuriſdictionis nihil probant, ſicut non probant actum particularem. 23. 305

Teſtes ſingulares non probant aliquem eſſe vſurarium manifeſtum. Vide verbo vſurarius manifeſtus 10. 292

Teſtes contradicentes teſtamento debent directo teſtamento contradicere, & ita deponere, vt probatio neceſſario concludat 14. 75

Teſtes deponẽtes ſibi fuiſſe mutuatum ſub vſuris non probant, quia ad eos ſpectaret commodum ex ſuo teſtimonio, niſi proteſtentur ſe nolle ex ſuo teſtimonio aliquod ius quærere 13 293

Teſtes qui iudicant teſtificando, nihil probant 5. 581

Teſtes examinati ad perpetuam memoriam non aliter fidem faciunt, quam ſi interuenerit iudicis interlocutoria, per quam iudex decernat fidem eſſe adhibendam. 11. 256

Teſtes qui concordant cum iure communi præferuntur aliis, qui contrarium deponunt, tanquam verisimiliora deponentes 25. 305

Teſtes deponentes de libertate & exemptione præferendi ſunt teſtibus contrarium deponentibus, quamuis alias eſſent pares numero & dignitate, numero 26. pagina 305

Teſtes deponentes ſuper negatiua probanda debent talem negatiuam multum coarctare loco & tempore, alias non probant, imo ſunt ſuſpecti de falſo & de periurio 17. 76

Teſtes deponentes aliquem deceſſiſſe in cõflictu belli ad hoc vt probẽt, debẽt eſſe ſaltẽ duo teſtes omni exceptione maiores, qui deponant ſe vidiſſe aliquem intrare bellum & ſequuto conflictu à conſanguineis poſtea perquiſitum non fuiſſe inuentum, & expectatum tempore congruo non eſſe reuerſum 29. 239

Teſtibus deponentibus de probitate & bona fama teſtatoris in materia criminis vſurarii, magis ſtari debet quam deponentibus de mala fama, etiamſi deponentes de mala fama eſſent multo plures numero 29. 295

Teſtibus concordantibus cum iure communi magis credendum eſt 9. 74

Teſtibus duobus aſſerentibus affirmatiuam magis creditur quam decem deponentibus de negatiua, quod declara vt nu. 28. cum ſeq. 27. 305

Teſtibus ſacerdotibus plenior fides eſt adhibenda 2 73

Teſtibus duobus negantibus magis creditur, quam pluribus affirmantibus, num. 17. 573
Teſtibus de aliquo loco deponentibus pro vniuerſitate eiuſdem loci minus credi debet 19.304
Tex. § Seia libertis l. Titia Seio. de legat. 2. explicatio 18.360
Titulus de ſeditioſis quando locum habeat 5.581
Titulus procuratus nõ dicitur iuſtus titulus 18 517
Tractatus. Multa tractantur quæ non perficiuntur 23.109
Tractatus præambuli non arguunt diſpoſitionem, neque concluſionem voluntatis. n 10.11. & 12.103
Tractatus. Multa tractantur quæ non perficiuntur 12.103
Traditio rei præcedente cauſa habili transfert dominium: & idem eſt in dimiſſione rei facta ex cauſa habili 3 344
Traditio eſt actus iuriſgentium, numero 13. 455
Tranſactio in dubio cenſeri debet valida 26. 331
Tranſactio facta à laicis ſuper ſpiritualibus non valet. numero 5. & 13. & ſequent. 91
Ttranſactio perſonalis tranſigentium perſonas non egredietur 3 91
Tranſactio ſuper decimis & ſic ſuper iure ſpirituali auctoritate ſuperioris inita valet 14.93
Tranſactio videtur ratificata per eos, qui mortale tranſactionis aliquid exegerunt per longum tempus 18.93
Tranſactio inter alios facta aliis non præiudicat, & numero 24. & num. 2. pagin. 92
Tranſactio facta ſuper decimis etiam à laicis & confirmata à Pontifice ex certa ſcientia & cum clauſula, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, valet & numero 14. 13. 42
Tranſactioni iuratæ per Deum contraueniens, ſicut incidit in pœnas. leg. ſi quis maior. ita contraueniens, tranſactioni promiſſæ per fidem 9.340
Tranſmiſſio quando fiat, numero 9. pagina 188
Tranſuerſales non ſuccedunt ad inuicem in feudo nouo ſeu nouiter acquiſito niſi iſtud expreſſim dictum fuerit in inueſtitura, & ibi aſſignatur ratio, numero 8. pag. 106
Trebellianicæ detractio competit hæredi vniuerſali 26.167
Trebellianicæ detractionem poteſt prohibere teſtator. fallit numero 16. n. 15. pag. 370
Treb. vel Falcidiæ detractio tranſit ad hæredes 3.411
Trebellianica an perdatur per non confectionem inuentarii 6 412
Trebellianicam quando quis perdat, n. 27. 397
Trebellianicam non detrahit niſi hæres ſit directe inſtitutus, numero 1. pagina 411
Tutela quando vitietur 16.394
Tutela eſt merum onus & grauamen, & ibi explicatur & numer. 26. & numero 1. 79
Tutela vitiatur, ſi tutor ſpecialiter non promittat defenſionem pupilli, numero 23. 611
Tutela redditur nulla ex eo quod tutor non expreſſe promiſit defenſionem pupilli ſine mora ſuſcipere, & vtilia facere, & inutilia prætermittere ex comm. opinion 21. 22
Tutor qui tempore reddendæ rationis aliqua celat, vel ſupprimit, præſumitur habere animum deprædandi, & debet præſtare fidem integram & abſtinentiam ab omni lucro rerum pupillarium, & tenetur non ſolum de dolo, ſed etiam de lata & leui culpa & de negligentia & ad lucra quæ facere potuit & tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, licet non perhibentur percepti & numeris ſequentib. 16. 80
Tutor tenetur pupillo ad intereſſe lucri ceſſantis 17 80
Tutor qui non reſtituit reliqua dicitur eſſe in dolo 18.80
Tutor tenetur conficere libros rationum tutelarium continentes ſigillatim & explicite debita & credita reditus & expenſas & reliqua negotia, non autem in genere vel in concreto ſufficit ponere expen. 19. 80
Tutor qui tutela finita non exhibet libros rationũ probe confectos eſt in dolo præſumpto quod ſordide adminiſtrauerit 20. 81
Tutor qui dicit, ſe non confeciſſe libros rationum pupillarium, conuincitur in dolo 21. 81
Tutor. contra tutorem qui nõ confecit probe libros rationum pupillarium iuratur in litem 22.81
Tutor dicitur in dolo vendendo bona immobilia minorum non ſubſiſtente cauſa & punitur extra ordinem, numero 23. 81
Tutor non requiſitus præſtando fideiuſſionem indemnitatis contutori non remanet inſolidum tutor 8.178
Tutor, ſi quid ſubtraxit, vel reliqua retinuit, proculdubio tenetur. Imo etiã tenetur, quando deteriorauit, vel male adminiſtrauit, quamuis ex hoc nihil adſit tutori 25.81
Tutor tenetur denuo facere computum, ſi conſtet priorem computationem fuiſſe malam & non plenam, non obſtante liberatione generali etiam iurata, numero 13 80
Tutoris facultates ſi ſint auctæ, & minorum diminutæ, magna eſt præſumptio expoliationis contra tutores 24.81
Tutores & curatores qui alias prohibentur donare res minorum poſſunt donare benemerentibus ex cauſa remunerationis 13. 280
Tutores ſi tenentur reddere rationem adminiſtrationis liberatio eis relicta in teſtamento paterno à reddenda ratione nihil operaretur & eſſet fruſtratoria. & numero 27. 2.79

V.

VAlor præſens rerum non præſumitur per inſtrumẽta veterum emptionum, quia ex tẽpore præſumitur valor & pretium rerum immutatũ. vide ver. pretium, & verbo inſtrumenta 5.229
Vaſallus alienans feudum certa pecuniæ quantitate ſi moriatur ſine filiis maſculis & fœminis, cum ſit facta alienatio ſine conſenſu directi domini feudum amittit & numero 36. & ſequent. numero 10. 41
Vaſallus excluditur à petitione inueſtituræ per lapſum annorum triginta annor. etiam per lapſum anni à tempore ſcientiæ & n. 38. vbi multis modis. vide & n. 42. vbi decl. 12. 42
Vaſallus non poteſt teſtari de feudo: ſed in eo inſtituere primogenitum, numero 7. 391
Vaſallus renunciando feudo tacite vel expreſſe præiudicat deſcendentibus & n. 33. & 34. 8.41
Vaſallus an poſſit conſtituere vſumfructum in feudo, abſque domini conſenſu, nu. 2. 439
Vaſallus in feudo habet vtile dominium 13. 321
Vaſallus ſi patiatur per dominum alium inueſtiri de nouo de feudo, quod per ſucceſſionem ad eum ſpectat nullo modo ad illud habet regreſſum, numero 1. 1. pag. 40
Vaſallus non tenetur ſeruare iuram. fidelitatis domino qui nõ ſeruat fidelitatem vaſallo 1. 19
Vaſallus petens inueſtituram intra tempus debitum ſuo debito ſatisfacit, numero 25. 239
Vaſallus habet vtile dominium in feudo, & feudum eſt in vaſalli bonis 13. 213
Vaſallus nouus ſi intra annum & diem non petat renouationem inueſtiturędominus directus ſi vult poteſt cum priuare feudo 13. 238
Vaſallus poteſt ex priuilegio principis teſtari in præiudicium ipſius principis, num. 7. 237
Vaſallus non eſt ipſo iure feudo priuatus, ſed domino volente, numero 8. pagina 392
Vaſallus qui non petiit inueſtituram intra tempus anni & diei, quia dominus erat abſens, nec erat dimiſſus aliquis à quo peteretur, eſt excuſatus 26. 239
Vaſallus poteſt conſtituere ſeruitutem in re feudali, quid in emphyteuta, numero 4. 439
Vaſallus non poteſt priuari feudo niſi ſit conuictus de culpa ſeu felonia, nume. 11. 392
Vaſallus vt poſſit priuari feudo ex hoc quod inueſtituram non petierit intra annum & diem à morte prioris vaſalli requiritur, vt ſciuerit mortem ipſius vaſalli & certo ſciuerit vt num. 21. & ſequenti, numero 18. 238
Vaſallus non poteſt teſtari de feudo, etiam cum conſenſu directi domini, numer. 21. 588
Vaſallus ad hoc vt poſſit priuari feudo ex hoc quod intra annum & diem à morte prioris vaſalli omiſerit petere renouationem inueſtituræ requiritur dolus vaſalli & requiruntur alia vt ibi & n. ſequentib. 16. 238
Vaſallus an poſſit dare feudum in dotem in præiudicium domini, numero 8. pagin. 440
Vaſallus irrequiſito domino poteſt alienare feudum vel eius partem in alterum agnatum proximiorem & ab inteſtato ſucceſſurum ex communi opinione, num. 36. 240
Vaſallum feudo priuare poteſt Imperator de plenitudine poteſtatis in totum ſine cauſa 5.391
Vaſallus renunciando feudo tacite vel expreſſe præiudicat filiis & deſcendentibus. & num. 24. & 26. 6. 207
Vaſallus ſi refutauit vel alienauit feudum,

vt dominus directus feudi inuestiret aliũ de nouo, illo mortuo feudum reuertitur ad dominum, & nu. 28 1.40
Vasalli licet sit culpa notoria: tamen requiritur sententia priuatiua, num. 9 pagina 392
Vasalli præmortui hæredes allegans esse priuatos feudo per lapsum anni & diei, habet necesse probare, quod dictum tẽpus anni est elapsum à diei hæreditatis aditæ & die scientiæ ipsorum hæredum. 20.239
Vasalli secundum consuetudinem feudorum non possunt feudo priuari, nisi prius per pares curiæ iudicentur indigni, & ideo Imperator non posset statuere contrarium, & abusiuas facere dignitates, nu. 4. pag. 346
Vectigalia transeuntibus per sua maria non possunt imponere Veneti nec Genuenses nisi hoc habeant à Summo Principe. 17.304
Vectigalia non sunt licita, nisi quando exiguntur per Imperatorem vel per Reges aut Summos Pontifices 16.304
Vectigalium exactio facta ab aliquib. personis non obest aliis personis, cõtra quos non fuit facta, quia illud, quod fit contra vnam personam, non extenditur ad alias personas 11.304
Venatio & piscatio ex cuilibet à iuregentiũ permissa 4.430
Venatio ab Episcopo interdicta clericis, intelligitur de alias prohibita, numer. 8. pagina 430
Vendens aliquid in genere, puta decem saccos frumenti, tenetur transferre dominium, non quidem ex natura ipsius contractus emptionis & venditionis, sed ex natura ipsius rei venditæ, quæ consistit in genere 5.344
Vendere qui promisit alicui fundum sub pœna, si eum sibi postea vendidit, sed nõ tradidit, non incidit in pœnam 7.158
Venditio debet haberi pro facta & impleta, quando stat per emptorem quominus fiat 6.158
Venditor agit contra tertium emptorem ex pacto de retrouendendo 19 462
Venetiarum ciuitas est quidam quasi Paradisus delitiarum 8.270
Venetorum ciuitas ex priuilegio exempta est, vt non subsit Imperatori 6.270
Venetorum ciuitas & dominatio neminem recognoscit superiorem, sed vice Imperatoris fungitur in suo dominio, num. 4. pag. 270
Venientes ab intestato censentur ex tacito fideicommisso à testatore vocati, num. 4.443
Verbum, *recognoscere*, est confiteri, se rem aliquam ab alio tanquam superiore tenere 4.242.
Verbum, *sit*, præsentis temporis importat ipso iure 9.461
Verbum, *plenam*, importat liberam & absolutam potestatem 15.450
Verbum, *deuoluatur*, est obliquum, cum adiuncto directo fit directum 35.464
Verbum vniuersale (*omne*) nihil excludit sicut est verbum, *quodcunque*, vt num. 10. 9.232
Verbum actum & positum in instrumento, significat rem perfectam, num. 2. pagina 48
Verbum decederet, respicit terminũ instantaneum mortis, qui non habet tractum vel durationem ante vel post 29.251
Verbum, *recognoscere*, idem est quod confiteri vel asserere, & ideo recognoscens propriam scripturam videtur confiteri verum esse illud, quod in ea continetur, & nu. 21. 3.242
Verbum, filii, prolatum à lege, comprehendere videtur etiam nepotes 8.389
Verbum, *disponere*, de propria sui significatione importat vltimam voluntatem, nu. 19.468
Verbum, in contractibus, etiam minimum, non debet esse absque virtute operandi. 22.446
Verbum, pleno iure, quid importet, num. 11. pag. 461.
Verbum, *substituit*, est commune, & nu. 17. 4.276
Verbum, futuri temporis, non importat ipso iure, sed per sententiam Iudicis, nu. 7.460
Verba notarii de facto relatiua dicuntur esse per verba partium 15.587
Verba vbi sunt clara & aperta, ibi non cadit interpretatio 18.99
Verba illa, *volo omnia bona mea sine aliqua diminutione peruenire*, totalitatem important sine aliqua detractione, nu. 12. pag. 222
Verba illa (*quibus dederint*) faciunt vt concessio videatur realis, & sic transitoria ad singularem successorem, numero 7. pag 334
Verba generalia, quæ solum possunt verificari in vna specie, censentur specialia. 14. 155.
Verba testamentorum in se magnum pondus habent 1.549
Verba ambigua interpretantur contra eum, qui in illis se fundat 2.242
Verba dubia interpretari debent contra eũ, qui se fundat in verbis 5.337
Verba enunciatiua etiam incidenter prolata, plene probant in antiquis, & nu. 30. vbi declarat 6.105
Verba testatoris intelligenda sunt secundum communem vsum loquendi, num. 7.186
Verba capituli ita intelligi debẽt, vt aliquid operentur. vide verbo capitulum vlt. 4. 4.70
Verba, *sine detractione alicuius partis*: non possunt salua ratione recti sermonis restringi 13.222
Verba debent intelligi, vt aliquid operẽtur, limit. vt ibi & nu. 17. & 18. 16.71
Verba, pro resto, quid significent, nu. 5. pagina 373
Verba, *sub regimine*, quid significent, num. 4.213
Verba, *in omnibus & per omnia*, quid importent 27.519
Verba illa, quando aliquis pro se & hæredibus suis, adiectis illis verbis, tanquam de feudo veteri & antiquo, non operantur, quod succedant illi agnati, qui alias non succederent in feudo nouo, sed solum in antiquo 4.2
Verba enunciatiua etiam inter alias personas, & propter aliud prolata fauore dotis disponunt 15.340
Verba testatoris debent intelligi naturaliter & secundum veram naturalitatem, non autem legaliter seu ciuiliter, vel secundũ stricti iuris rigorem 9 186
Verba contra naturam suam late interpretantur, quando alias redderetur dispositio eluforia, & hoc procedit etiam in materia pœnali 25.5
Verba vniuersalia geminata recipiunt restrictionem, vt euitetur absurdum, num. 17. pag. 415
Verba conuentionis trahuntur ad tempus præsens secundum verborum proprietatem 3.221
Verba, sine figura iudicii, quid importent, 1 570
Verba, recipio te sub protectione & defensione mea, quid importent, num. 7. pagina 213
Verba (*possunt & debent*) simul iuncta important necessitatem 16.155
Verba narratiua partium in supplicatione nihil disponũt, sed attenditur illud, quod à principe conceditur, nu. 1.4. & 5. & nu. 19.242
Verba (*nullo modo*) negatiua, omnem casum excludunt, & per ea videtur prohibita omnis dispensatio 10.195
Verba (*& ab aliis*) possunt verificari in duobus tantum 8 305
Verba, *nullo modo*, quid importent, num. 2. pag. 421
Verba, *nullo modo*, sunt vniuersalia, num. 22. pag 263
Verba debent semper sic intelligi, vt aliquid operentur etiam trahendo ad impropriũ significatum, & non solum clausulæ, imo etiam quodlibet minimum verbum non debet esse sine virtute aliquid operandi, & num. sequentibus, vbi hoc ampliatur 24.5
Verba vniuersalia geminata & multiplicata multum operantur ad augendam vim statuti, & designant precisam intentionem statuentium. Intellige vt numero 31, 7.201
Verba illa, sub quacunque verborum conceptione factum, sufficiunt ad derogandum vltimæ voluntati 24.224
Verba enunciatiua principaliter emissa fauore piæ dispositionem inducunt, num. 2.553
Verba enunciatiua seu narratiua Imperatoris non probant, tamen de antiquo etiam de facto alieno plene probant & disponunt, etiam si sint enunciatiue prolata propter aliud, & num. seqq. vbi comprobatur 6.243
Verba non solum sunt attendenda, sed etiam natura cõtractus ad cognoscendum speciem contractus, & numero 29. & 32. 7.32
Verba potius deseruiunt naturæ contractus quam natura verbis 8.32
Verba enunciatiua si sunt geminata inducunt obligationem 25.11
Verba, *dedit, tradidit & donauit post mortem & ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc*, inducunt donationẽ causa mortis, nu. 11 8.32
Verba adiecta contra substantiam actus nõ valent, & habentur pro non adiectis, nu. 12 33
Verba ruina, ruina, sunt ambigua, nu. 13. pagina 582
Verba testatorum, qui communiter sunt iuris imperiti, debent grosso ac naturali ac vulgari modo intelligi 10.186
Verba etiam enunciatiua principaliter inter ipsas partes prolata disponunt, maxime quando sunt de antiquo, in quo disponunt 12 340
Verba enunciatiua prolata à Principe inducunt dispositionem 13 340
Verba adiecta in executiuis nihil habent operari 13.370

Verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda. 11.374

Verba illa, quod vxor ſit donna & domina: important præeminentiam quandam in domo 296

Verba non aliter nec alio modo ſunt verba valde præciſa & multum prægnantia, & denotant nihil actum, & non patiuntur diſpoſitionem contrahentium recipere aliquem alium intellectum vel modificationem ſeparatum à verbis, & habent vim condictionis 44.324

Verba vniuerſalia poſita in lege vel ſtatuto non ſolum, ſi ſimul ponantur, ſed vnaquæque per ſe efficit, vt fiat extenſio ad ea, quæ alias ex propria ſignificatione nõ veniunt. vide verbo dictiones vniuerſales 14.232

Verba debent intelligi de primo hærede, nõ de ſecundo 25.469

Verba enunciatiua ſeu narratiua Principis ſi enunciaret talia bona fuiſſe conceſſa Titio in feudum ab ipſo Principe, vel à prædeceſſore ſuo, ſi Princeps in illis fundat intentionem ſuam, plene probat, nu. 13.243

Verba illa (*in omnibus & per omnia*) denotant omnimodam perfectionem legitimationis 7.154

Verba debent intelligi per prius & non per poſterius 26.469

Verba quantumcunque generalia debent intelligi ciuili & moderato modo, non autem exceſſiue 10 20

Verba ita intelligi debent, ne fruſtra adiecta videantur, ſed aliquid operentur, numer. 15.155

Verba dubia pacti interpretanda ſunt contra eum, qui in illis ſe fundat, num. 7. pagina 170

Verba narratiua ſeu enunciatiua eorum, in quibus Princeps non fundat intentionem ſuam, in antiquis probant plene, nu. 14.244

Verba enunciatiua emiſſa quando non probent 7.380

Verba geminata, quoquo modo, non poſſunt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, & faciunt, vt veniant ea, quæ alias nõ venirent 9.164

Verba enunciatiua prolata incidenter non probant, ſi poſtea de enunciato principaliter in iudicio diſceptetur, num. 30. pag. 109

Verba teſtamenti ſunt diligenter conſideranda 6.466

Verba illa, quod feudum ſortiatur naturam feudi antiqui & paterni, appoſita in inueſtitura, faciunt, vt agnati tranſuerſales admittantur, quando eſſent appoſita ſimpliciter & abſolute, ſecus quando ſunt appoſita cum limitatione perſonarum. 7. & 23.3

Verba proclamatis, quod ex nunc in caſum inobedientiæ intelligantur cecidiſſe in pœnam confiſcationis bonorum, ſunt præteriti temporis, & important, quod ipſo iure & facto intelligatur cecidiſſe in pœnam confiſcationis bonorum. 3.33. & ſeqq. 172

Verba cui non conueniunt, nec conuenit etiam diſpoſitio, & num. ſequentibus, vbi regula exornatur, & numero 26. 3. pag. 231

Verba teſtamenti quando ſunt clara, nulla interpretatio melior ſenſu exiſtit, & non admittitur quæſtio voluntatis, vbi comprobatur 1.285

Verba geminata ampliant effectum, vt aliquid operentur & ſignificent præciſam voluntatem diſponentis 14.33

Verba, quoquo modo, ſunt geminata, & idem important quod, vllo modo, vel, quocunque modo, & in omnem caſum. 8.164

Verba teſtamenti ſubtiliter ſunt conſiderãda, & caute reſpicienda 7.164

Verba illa, *Caſſans & irritans, & ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*: faciunt vt ſecundum teſtamentum inualidum confirmetur per aditionem venientium ab inteſtato, & vt primum teſtamentum non valeat, & numero 57. 10.50

Verba (prout ſibi videbitur & placuerit) nõ important liberam & abſolutam voluntatem, ſed ſolum arbitrium boni viri, & ſic rectum & moderatum iudicium, nu. 13 20

Verba tranſactionis dubia debent contra eum interpretari, qui in eis ſe fundat. 3.283

Verba importantia liberam volũtatem non adeo operantur, vt cenſeatur dolus de futuro remiſſus 14.21

Verbis enunciatiuis ſtandum, quando ſunt neceſſaria ad validitatem actus, nume. 1, 382

Verbis enunciatiuis ſeu narratiuis Papæ videtur ſtandum, quando ſuper eis Papa fundat intentionem ſuam & nume. 17. & ſequentibus vbi declaratur, num. 16. pag. 321

Veriſimile quod eſt, attendi debet, numer. 1. 367

Veriſimilitudo reſultans ex quantitate pretii vel qualitate rei in contractibus ſemper inſpici debet 8.314

Veriſimilitudo maior tollit minorem, n. 23. 11

Veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcit 11.444

Veritas patens verborum adminicula non deſiderat 1.178

Veritas verborum adminicula non deſiderat 1.442

Veritas & iuſtitia magnum fundamentum eſt ad mentem iudicis vehementiſſime mouendam 1.339

Veritas ignoratur illius, quod multipliciter exponitur 10.582

Veritatis & iuſtitiæ maieſtas non eſt offendenda gratia faciendi rem gratam principi 1.343

Veritatem quando difficile eſt probare, coniecturæ habentur loco plenæ probationis 7.515

Via tutior ꝑ anima & iuſtitia naturali ſemper eſt iuuare diſpoſitiones ad pias cauſas 8.574

Vicinum vel amicum de facto expulſum defendere licitum eſt & permiſſum, nu. 4. pag. 320

Vincere te fortius debeo, ſi vinco te vincentem 16 140

Vincula duo vel tria vincunt vnum, num. 23.11

Vincula duo ſimul iuncta magis ſtringunt, & plus operantur 11.202.3.136

Virile officium eſt arma & ſigna domus deferre, & non fœmineum 6.573

Vitiare non ſolent, quæ ſuperabundant. 1.362

Vltima in contractibus ſeu conuentionibus derogant prioribus, & numero 15. 16. 3. 70.

Vnio & coniuratio ad malum non eſt permiſſa 3.320

Vnionem vicinorum & armorum facere licet propter magnas oppreſſiones & illicitas exactiones arcendas, num. 23. pagina 97

Vniuerſales ius remanet in vno ſolo indiuiduo illius generis 27.425

Vniuerſalis negatiua adeo omnia excludit, vt etiam actum pium cenſeatur excludere 12.150

Vniuerſitas ſeu conſilium debet conuocari ſono Campanæ more ſolito in loco publico & auctoritate ſuperioris. numero 9.274

Vniuerſitas aliud, & aliud homines de vniuerſitate 3.512

Vocabula duo quãdo veniunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur, num. 15. pagina 565

Voluntas teſtatoris magis quam verba, ſeu propria ſignificatio verborum attendi debet in ſubſtitutione fideicommiſſaria, vbi exornatur, & numero ſequenti. 13. pag. 190

Voluntas & conſenſus declaratur per facta nu. 17. & nu. 18. 17

Voluntas hominis, quæ non deducitur ad diſpoſitionem cenſetur abortiua, num. 9.102

Voluntas teſtatoris ſufficit ad inducendum fideicommiſſum vndecunque apparens. 11.395

Voluntas teſtatoris ſemper eſt attendenda, intellige ſi voluntas teſtatoris tranſiuit ad diſpoſitionem, alias non ſufficit quod teſtator velit niſi expreſſe diſponat, num. 7. 7.102

Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus regulatur ſecundum legis diſpoſitionem 22.385

Voluntas vltima teſtatoris eſt obſeruanda, & ideo in dubio iudicanda eſt pro ſecundo teſtamento 12.50

Voluntas teſtatoris quando eſt clara non admittit interpretationem, numero 8. 394

Voluntas teſtatoris probatur per teſtamentum inualidum vel irritum, numero 32. 53

Voluntas teſtatoris magis attenditur quam verba 9.616

Voluntas vltima derogat præcedenti, intellige. vt n. 3. & 4. 2.89

Voluntas probatur ex actu nullo, numero 19. 459

Viuere poteſt quis perſonam ſuam Eccleſiæ multo magis bona 9.594

Vſufructuaria vniuerſalis omnium bonorum non tenetur ad legata 6.296

Vſufructuarius non tenetur ſoluere tributa & onera reipublicę, ſed hæres ꝑ eo, quãdo alias legatum vſusfructus efficeretur inane & fruſtratorium 10.314

Vſusfructus cauſa ceſſante ceſſare debet vſusfructus dotalis 14.441

Vſurarius manifeſtus quis dicatur, num. 3. 292

Vſurarius manifeſtus dicitur is, qui mutuat in camera ſub vſuris omnib. volentibus, qando epiſcopus eum publicauit, ſed quando tenet banchum, vel mutuat per miniſtros, dicitur manifeſtus etiam abſque epiſcopi publicatione 24.294

Vſurarius manifeſtus non aliter probatur, quam ſi duo probentur factum & qualitas facti 7.292

Index rerum, verborum, &c.

Vsurarius manifestus vt quis dicatur, requiritur quod in peccato publice sit deprehensus coram populo vel coram magna parte hominum, vel quod præcedentibus probationibus & infamia episcopus mandauerit eum vitari tanquam vsurarium, vel quod ipse sit confessus in iudicio 21.294

Vsurarius manifestus dicitur is qui passim & in oculis totius vel maioris partis populi vsuras publice exercet, & ita vt non possit hoc non esse liquidum populo, vel quando apparent codices vsurarum extortarum 22.294

Vsurarius manifestus quis nõ probatur per testes singulares 11.293

Vsurarius manifestus quis non dicitur ex hoc, quod vendit charius fide habita de pretio 15.293

Vsurarius manifestus quis probatur & conuincitur per solam famam & per argumenta 2.292

Vsurarius manifestus quis dicatur. 7.545. 10.131

Vsurarius quis non præsumitur ex natura contractus 12.545

Vsurarius exigens vsuras tenetur crimine stellionatus 22.548

Vsurarius non venit criminaliter puniendus 24.548

Vtilitas publica præfertur cuicunque priuatæ 8.274

Vxor an debeat habere duplicem vsumfructum 9.440

Vxor efficitur incola seu ciuis originis mariti 6.290

Vxor quod sit prægnans ex eius marito secum cohabitato, præsumptio est, num. 7. pag. 448

Vxoris traductio facta in aliqua ciuitate, non inducit ciuitatem in ea ciuitate, nec incolatum 6.290

FINIS.

RTIA.
neſis.
Cap. 8.
Deus Noë, cun-
iántium, & óm-
m, quæ erant cum
tum ſuper terram,
Et clauſi ſunt fon-
cæli: & prohíbitæ
Reverſæque ſunt
redeúntes: & cœ-
um quinquagínta
menſe ſéptimo,
nſis, ſuper montes

Dómino, ófferens
odoratúſque eſt
tis, & benedíxit ei,
tiplicámini, & re-
o ſtátuam pactum
sémine veſtro poſt
ctio ij.
& decreſcébant
menſem: décimo
nſis, apparuérunt
mque tranſiſſent
ns Noë fenéſtram
imîſit corvum:
n revertebâtur,
ſuper terram.
m poſt eum, ut
aquæ ſuper fá-
on inveníſſet ubi
rſa eſt ad eum in

in núbibus cæli,
* Et recordâbor
tecum. ℣. Cum-
ælum, apparêbit
t recordâbor.

à ſeptem diêbus
colúmbam ex
n ad véſperam,

nus, non adjíciam ultrà aquas dilúvij ſuper terram: pacti mei recordâbor, * Ut non perdam aquis dilúvij omnem carnem. ℣. Arcum meum ponam in núbibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Ut non perdam. Glória Patri. Ut non perdam.

Ad Magnificat, Antiphona.

Semen eſt verbum Dei, ſator autem Chriſtus: omnis qui ínvenit eum, manêbit in ætérnũ.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. *Cap.* 8. c

LOcûtus eſt autem Deus ad Noë, dicens: Egrédere de arca, tu & uxor tua, filij tui, & uxóres filiôrum tuôrum tecum. Cuncta animántia, quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatílibus, quàm in béſtiis, & univérſis reptílibus quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredímini ſuper terram: créſcite & multiplicámini ſuper eam. Egréſſus eſt ergo Noë & filij ejus, uxor illîus, & uxóres filiôrum ejus cum eo. Sed & ómnia animántia, juménta, & reptília quæ reptant ſuper terram ſecúndùm genus ſuum, egréſſa ſunt de arca.

℟. Benedíxit Deus Noë, & filiis ejus, & dixit ad eos: * Créſcite, & multiplicámini, & replête terram. ℣. Ecce ego ſtátuam pactum meum vobíſcum, & cum ſémine veſtro poſt vos. Créſcite.

Lectio ij.

ÆDificâvit autem Noë altâre Dómino: & tollens de cunctis pecóribus & volúcribus mundis, óbtulit holocáuſta ſuper altâre. Odoratúſque eſt Dóminus odôrem ſuavitâtis, & ait: Nequâquam ultrà maledîcam terræ propter hómines: ſenſus enim & cogitátio humáni cordis in malum prona ſunt ab adoleſcéntia ſua: non ígitur ultrà percútiam omnem ánimam viventem, ſicut feci. Cunctis diêbus terræ, ſeméntis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hiems, nox & dies non requiéſcent.

℟. Ecce ego ſtátuam pactum meum vobíſcum, & cum ſémine veſtro poſt vos: * Ne-

super omnes vólucres cæli, cum univérsis quæ movéntur super terram: omnes pisces maris mánui vestræ tráditi sunt. Et omne quod movêtur & vivit, erit vobis in cibum: quasi ólera viréntia trádidi vobis ómnia. Excépto, quòd carnem cum sánguine non comedêtis. Sánguinem enim animârum vestrârum requîram de manu cunctârum bestiârum: & de manu hóminis, de manu viri, & fratris ejus, requîram ánimam hóminis. Quicúmque effúderit humânum sánguinem, fundêtur sanguis illîus: ad imáginem quippe Dei factus est homo.

℟. In artículo diéi illîus ingréssus est Noë in arcam, & filij ejus, * Uxor illîus, & uxóres filiórum ejus. ℣. Delêta sunt univérsa de terra, remánsit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca. Uxor illîus. Glória Patri. Uxor illîus.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quod autem cécidit in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono & óptimo fructum áfferunt in patiéntia.

Si prædictæ Antiphonæ ad Magnificat non potuerint dici in præcedentibus Feriis, & in sequenti Feria v. occurrat fieri Officium de Feria, dicatur ultima ex ijs prætermissa: alioquin, expletis omnibus, sumantur de Psalterio: quod semper fit, quando propriæ non habentur.

FERIA QUINTA.

De libro Géneseos.

Lectio j. *Cap. 9. b*

DIxítque Deus: Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem ánimam vivéntem, quæ est vobíscum, in generatiónes sempitérnas: Arcum meum ponam in núbibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Cumque obdúxero núbibus cælum, apparêbit arcus meus in núbibus: & recordâbor fœderis mei vobíscum, & cum omni ánima vivénte, quæ carnem végetat: & non erunt ultrà aquæ dilúvii ad deléndum univérsam

bernáculo suo.
pater Chánaan,
esse nudâta, nu
foras. At verò S
posuérunt húme
trórsum, operuêun
faciésque eôrum
virília non vidé
℟. Noë vir justus
ambulâvit: * Et
præcêpit ei Deus
varêtur univérsu

E Vígilans aum
dicísset quæce
ait: Maledictus Ca
erit frátribus su
Dóminus Deus S
ejus. Dilâtet Deus
bernáculis Sem, sit
Vixit autem No
quinquagínta ann
dies ejus nongentr
rum: & mórtuus
℟. Quadragínta
cæli, & ex omni
tæ ingréssa sunt
ris óstium Dómi
lîus ingréssus est
& uxor illîus, &
clausit. Glória Pa

FERIA

De

Lectio j.

HÆ sunt ge
Sem, Cha
eis filij pos
Gomer, & Mago
Thubal, & Mos
Gomer: Ascenez
ma. Filij autem Ja
thim, & Dódanim
læ géntium in reg
secúndùm lingua

Nocturna lux viantibus
A nocte noctem segregans,
Præco diei jam sonat,
Jubarque solis évocat.
Hoc excitâtus lúcifer
Solvit polum caligine,
Hoc omnis Errônum cohors
Viam nocéndi déserit.
Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta:
Hoc, ipsa Petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam díluit.
Surgâmus ergo strénuè,
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.
Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrônis cónditur,
Lapsis fides revértitur.
Jesu labántes réspice,
Et nos vidéndo córrige:
Si réspicis, labes cadunt,
Fletúque culpa sólvitur.
Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute:
Te nostra vox primùm sonet,
Et vota solvâmus tibi.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Dómine refúgium factus es nobis.
℟. A generatiône & progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm turba plúrima convenírent ad Jesum, & de civitátibus properárent ad eum, dixit per similitúdinem: Exiit qui séminat, seminâre semen suum. Oratio.

DEus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actiône confidimus: concêde propítius; ut contra advérsa ómnia, Doctôris Géntium protectiône muniâmur. Per Dóminum nostrum.